Vannucius Titij suum fecit testm̃, in quo inter cætera sic disposuit,videlicet quòd duabus filiab. suis.s. Nutæ,& Mitæ pro dotibus suis certam quantitatem reliquit: in omnibus autem alijs bonis suis primum, vel primam nasciturã ex sua vxore,si masculus fuerit hr̃dem sibi vniuersalẽ instituit.Et si fœmina fuerit vnà cum supradictis filiab.suis hæredem instituit. hoc acto quòd isto casu allegato, si aliqs, vel aliqua ipsarum decesserit sine filijs legitimis ex ea descendentibus,succedat vna, vel vnus alteri:contigit quòd quidam posthumus natus est,& viuente alia sorore moritur ille primus in ætate pupillari iam defuncta dicta Nuta eius sorore carnali substituta, & matre dicti primi: quæri-
1 tur modò de hæreditate dicti primi, & Mitæ eius sororis: an debeat pertinere ad matrem:an ad filiam: In qõne † proposita,si bene punctus propositus aduertatur,nihil propo nitur vtrum per dictum primum fuerit hr̃ditas patris adita vel non:& ideò dicendum vr̃ ꝙ si quidem patris hæreditas
a non fuit adita,tunc sunt opi. [a] inter doct. nam tenent quidam ꝙ filius hr̃ditatem patris non aditam non transmittat:vt tenet gl.in l.si infanti.C.de iure deliberan. & si dicta opinio esset vera, tunc sine dubio mater excluderetur: non enim potest succedere viro suo nisi per mediam p̃sonam filiorum:sed si filij non successerunt:ergo &c.Succedere ergo dicta Mita, aliàs Nuta debet suo patri omnibus alijs exclusis,vt C.de suis & legiti. authen. in successione.
¶Alij verò tenent ꝙ hr̃ditas patris non adita transmittatur,vt l.apud hostes.C.de suis & legi.¶His ergo duob. casibus,si tenemus opi.istam ꝙ hæreditas nõ adita transmittatur, vel si ponam hr̃ditatem esse non aditam per dictum primum,vel per alium eius nomine, tunc p̃cedit quæstio:
2 & tunc aduertendum est, † ꝙ si quidem mr̃ maior est xxv. annis,& non petijt curatorem dari ventri,& in hoc negligens fuit, quia fortè per plures menses post mortem uiri stetit prægnans:tunc absq; dubio succedere non posset,vt l.ij.§.si mater.ver.si cum prægnans.ff.ad Tertul. Quòd aũt tutorem non petijt,non potest imputari: vt si posthumus natus esset viuo testatore, vel modicum post mortem,tũc remanet dubium an dicta substitutio intra tp̃a pubertatis contineat pupillarem directam,vel non.& glo.in l. precib. in fi.iij.gl. C.de imp.& al. su.vr̃ dicere ꝙ sit omni tp̃e fideicommissaria: quia est facta sine temporum distinctione.
3 Multi alij do.† moderni sunt in c̃ria opi.quam tenet Ioan. And. hodie in c.si pater.de test. lib. vj.in nouel. tn̄ ad propositum si bn̄ inspiciatur sm̃ omnes vr̃ dicendum ꝙ hoc casu dicta substitutio continet pupillarem directam, quæ matrem excludit,quod apparet, quia filij sunt adinuicem substituti, & ita tenet glo.in l. j.in vlt.glo.& in l.Lucius.de vulg.& pup. & Cyn.hoc tenuit in l.fin.C.de insti. & substi. Concluditur ergo quòd hęc mater in totum excluditur,& succedit filia superuiuens.Bar.

ADDITIO.

a Ber.Land.In nomine.sunt opi.Vide suprà consi.22.

CONSILIVM XXXI.

1 *Quòd statutum disponens ꝙ filia dotata non succedat ab intestato,intelligitur de dotata tempore mortis,non autem posteà.*

In nomine Domini Amen.

Quidam decessit intestatus superstitib. sibi Petro & Berta eius filijs, legitimis, & nãlibus: postmodum dictus Petrus maritauit dictam Bertã de bonis paternis, nec sibi dedit dimidiam hr̃ditatem:imo nec medietatẽ dimidiæ.quęritur an dicta Berta possit petere dimidiam totius hr̃ditatis computando dotem quam habuit viuente dicto Petro suo fratre cum fructib. perceptis. Visis dictis statutis & maximè cum non videatur redire ad hr̃ditatem alicuius: sed ad illud quod iam sibi erat quæsitum à successione patris ab intestato, super hoc puncto vr̃ de iure dicendum quòd dicta filia potest petere portionem hr̃ditatis sibi contingentem.Et hoc primò reperitur expressum in statuto de mulie
rib.nuptis ex hr̃ditate &c.in duob. capitib.ipsius simul,ibi
dum dicit. saluo si mulier esset dotata ab alio quàm à pa-
1 tre &c.tunc partem hr̃ditatis † petere non obstantibus supradictis:& statim sequitur: si in hr̃ditate remanerent masculi,vel fœminæ,vel masculus,vel fœmina, siue vnus, siue plures, ꝙ si fratres,vel frater voluerit eã maritare extra hæreditatem s̃m potitatem sui ponderis ad dictum suorũ consanguineorum vel affinium,ꝙ possit petere partem hęreditatis &c.Ecce expressum,ꝙ si mulier non fuerit dotata à patre, sed vult eam dotare, nihilominus potest petere partem hr̃ditatis,si hoc statuto est expressum.Præterea probatur sic.In suis hr̃dib.in successionibus ab intestato inspicimus tp̃s mortis tm̃, & casus superueniens non repellit eam à successione:vt ff.de hęr.insti.l.si alienum.§.si in extraneis:& insti.de hr̃dum quali.& diffe.§.in extraneis.Sed ista filia tp̃e mortis patris non erat dotata, & sic nihil impediebat,quominus succederet: ergo si posteà dotetur,illud sibi non nocet: & per hoc apparet rn̄sum ad statutum positum sub rubr. de mulierib. dotatis. Nam cum dicit qd̃ mulier dotata nõ possit redire ad hr̃ditatem &c. debet in-
a telligi, de ea, quæ reperitur dotata tempore mortis [a] pa-
b tris,de cuius hæreditate agitur,nam dotatio [b] superueniẽs non nocet, vt dictum est, & eodem modo debet intelligi principium sequentis statuti de mulieribus nup.&c.

ADDITIONES.

a Ber.Land.¶Mortis.Vide Pau.de Cast.consi.101.Ang.consi.229. Lud. Ro:consi.335.
b Concluditur ergo.Pro superiori confirmatione de qua.s̃. facit: quia qualitas iuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.l.in delictis.§. si extraneus.ff.de noxa. si ergo dotatio debet esse causa excludendi à successione,debet adesse tempore quo defertur successio,vt sic excludat à iure deuoluendo, quod facilius fit l.patre furioso.ff. de his qui sunt sui vel alie.iur.& cum hac opi. transit Pau. de Cast. consi. 111. Lud.Rom.consi.335.Ang.consi.128.incip.hæc consultatio pulchra & dubia.

CONSILIVM XXXII.

Testator. Post institutionem factam adiecit. Et hunc punctum vide s̃. in consi. xxxi.& ibi plenè examinatur.

CONSILIVM XXXIII.

1 *Substitutio facta filio decedenti in pupil.ætate, vel posteà quandocunque ꝙ est pupillaris,& ipso decedente in pupillari ætate substitutus admittitur,& mater excluditur.*

2 *Vxor relicta domina & vsufructuaria ꝙ debet habere dimidiam nullis extantibus liberis testatoris,sed alijs hæredibus.*

In nomine Domini Amen.

Præsupponitur,qd̃ Lippus Magnoli de Assisio successit Petrucio suo fratri ex vigore substitutionis factæ in testõ Petrucij. Itẽ proponit ꝙ Lippus p̃dictus condidit testm̃ manu Ioannis Aegidij notarij: & decessit,& ex ventre vxoris suæ nullus est natus: & decessit Catharina eius filia in pupillari ætate superstite matre eius. Viso ergo testõ patris, quæritur vtrum ex persona dictæ Catherinæ mater eius aliquid debeat habere.Scd̃o quęritur de quib.bonis dicta dn̄a debeat habere vsumfructum ex vigore illorum verborũ,
1 reliquit dn̄am & vsufructuariã. ¶Ad primum † rn̄detur,qd̃ dicta substitutio facta filijs in dicto testamento dicti Lippi fuit facta cum tp̃um distinctione.s. si decesserit in pupillari ætate, vel posteà qn̄cunq; & sic pupilla decedente in pupillari ętate, veniet substitutus rõne directæ pupillaris ętatis, s̃m Cyn.& alios in lege precib.in gl.magna:& sic mater ab eius filiæ successione excludit in totũ,vt d.l.precib.& l.Papi.§.sed nec impuberis.ff.de inoff.test.c.si pr̃.de testa.lib.vj.

BIU Cujas

Non obst. si dicatur q̃ dominus Paulus & Ceccolus vñr substituti tantùm in vsufructu, & sic proprietas debet remanere apud hæredes impuberis ab intestato: quia dico quod ideò sunt substituti in proprietate ne succedant quã tum ad vsumfructum &c. Tunc proprietas non videtur legata vt species: vbi vide remissionem glo. de auro & arg. leg.l.j. & not.in his terminis in l.Titia cum testamento.§. fi.ff.de leg.ij.in glo. facit l.donationes. §.species.ff.de donat.& l.libertis quos.in princip.ff.de ali. & ciba. lega.

2 ¶Ad fm † dicitur, q̃ posito, q̃ dicta domina ex vigore dictorum verborum, dnam & vsufructuariam &c. debeat habere vsumfructum non existentib. liberis: non tñ debet habere vsumfructũ nisi dimidiæ partis bonorum, quod patet, quia alij reliquit omnia bona, vel similiter vsumfructum vt dicto dño Paulo & Ceccolo, & sic faciunt eis
a partem. [a] vt l. si alij. de vsufructu lega. & l. Sempronio. in prin.e.tit. Intelligo autem q̃ dimidiam vsusfructus habeat dicta domina, & aliam dimidiam dictus do. Paulus & Ceccolus omnium bonorum dicti testatoris. s. Lippi, deducto ære alieno. vt l. alieno. de vsufru. lega.

ADDITIO.

a Ber.Land.¶Partem. Sequitur Bal.consi.180.ij.lib.

CONSILIVM XXXIIII.

1 *Filius non potest in legitima grauari etiam legando.*
2 *In legitima nec eius supplemento computatur legatum factum filio, & num.4.*
3 *Filius quòd agit ad supplementum etiam quando sunt instituti pauperes, vel ecclesia.*
4 *Supplementum legitimæ quòd fiat etiam de relictis ad pias causas.*

Factum Tale est. Massius Martini de Assisio condidit testm̃, & inter cætera sic disposuit. Item reliquit suæ filiæ vnam petiam terræ, & in his eam sibi hæredem instituit, & quod de bonis suis plus petere non possit: deinde post iudicia & legata facta diuersis personis, ita disposuit. In omnib. alijs bonis Marcutium suũ filium sibi hr̃dem vniuersalem instituit & fecit: & si dictus Marcutius j̃. tp̃s xxx. annorum suę ætatis decesserit sine filijs. quòd de bonis Marcutij & hæreditatis prędictæ deueniat & deuenire debeat ad fraternitatem vna petia terræ, & vna petia terræ ad ecclesiam Sancti Franciſci: & vna petia terræ deuenire debeat in Franciscam suam filiam; & sic singulariter de bonis suis disposuit. Mortuo prædicto Massio, decessit Marcutius prædictus eius filius legitimus & naturalis impubes, superstite sibi dicta Franciſca sua sorore, & filia dicti Massij impubere. Quæritur modò quid iuris de hæreditatibus prædictis quo ad legitimam ipsius. Et vr̃ dicendum q̃ dicta Franciſca debeat habere sine omni onere legitimam iure naturæ: vt l. qm̃ in prioribus. C. de inoffi.test. & si quid deest potest agere ad supplementum: vt l.omnino. C.eod. quæ legitima portio est medietas tertiæ partis: quam partem tertiam ipsa Franciſca, & prædictus Marcu. erant habituri ab intestato de hæreditate dicti Massij: vt in auth. de trien. & semis. §. frequenter. in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. & quod ibi not. Item vr̃ q̃ prædicta Franciſca cum sit proximior dicto Marcu. qd̃ eidem Marcu. succedat ab intestato: vt in auth. de hæred. quæ ab intest. §. reliquum. coll.ix. & quòd ex persona dicti Marcutij petere possit legitimam portionem, siue debitũ bonorum subsidium, quæ est alia medietas dictæ tertiæ
1 partis. nam dictus † Marcutius, nec per legatum, nec per aliud grauamen potuit grauari per dictum Massium eius patrẽ, vt d.l. qm̃. qd̃ sic probatur: certum est q̃ pater tenetur dare & de necessitate relinquere filio debitum iure naturæ: vt in auth. de hæred. & fal. §. j. coll. j. ergo ratione prædicta non potest aliquod onus, vel grauamen imponere, vt l. si seruo. de hær. inst. & l. vnum ex familia. in prin. ff. de leg. ij. ergo non potest à filio legari ratione legati facti de legitima, cum filius sit creditor patris in dicta legitima: vt not. in l. si quis legatum. ff. de fal. Prætereà si libertus legat patrono debitam sibi portionem, non potest patronus in dicta sibi debita portione legata grauari: vt l. cum patronus. & ibi not. ff. de leg. 2. multò minus filius per patrem ratione dictę legitimę potest grauari per legata: cum fortius sit ius legitimæ portionis in filio, quàm ius portionis debitæ in patrono: vt d. l. si quis legatum. de falsis. Prætereà ius Falcidiæ iure institutionis debilius est, vt not. in auth. de hæred. & Fal. §. si quis autem. & non cadit in fideicommissum, vel legatum. ergo multò fortius debitum bonorũ subsidium: vt l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup.

¶ Prætereà cum in debito bonorum subsidio filium non honorauit prædictus Massius, quod patet quia ex necessi-
a tate tenetur dimittere: ergo non potuit ipsum onerare [a] legatis in illo quod sibi de necessitate reliquit: vt l. si arrogator. ff. de adop. & l. ab eo. C. de fideicom. & l. cum pater. §. Titio, ff. de leg. ij. cum suis concor. Prætereà si pater non potest substituere filio per fideicommis. in bonis filij & in debito iure naturæ. vt l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. & no. in d.l. qm̃ in prioribus. de inoffi. test. nec eodem iure legare, nec aliud grauamen imponere, vt ẽ. probatum
2 est. Et est aduertendum circa hoc, † q̃ in debito iure naturæ prædictæ Franciscæ, & in supplemento fiendo sibi ad legitimam portionem non computatur legatum relictum ipsi Franciscæ post mortem Marcutij sui fratris, vt l. scimus. §. j. ff. de inof. test. sed ex alia substantia testatoris debet fieri repletio, vt ibi patet. ¶Quæritur modò, quia dicta Franciſca dicit se non habere legitimam, an agere possit ad supplementum, & si potest, an petia terræ relicta ecclesiæ S. Franciſci possit defalcari occasione falcidiæ, Trebellianicæ, vel debitæ iure naturæ, præsuppositò q̃ extra dictam petiam terræ sint bona sufficientia ad legitimam dictæ Franciscæ. Item quæritur secundò, an dicta petia terræ relicta dictæ Franciscæ post mortem dicti Marcutij computetur sibi in legitima. Item tertiò quæritur, si alia bona sufficientia ad legitimam non reperiuntur, de quibus bonis in legatis factis in dicto testamento detrahi debeat dicta legitima. Item quartò quæritur an dicta Franciſca possit aliquid petere in hæreditate dicti Marcutij defuncti in
3 pupillari ætate. Item quintò quæritur quanta sit legitima dictæ Franciscæ. ¶Ad primum † non est dubium q̃ potest agere ad supplemẽtum etiam si essent instituti pauperes, vel ecclesia, vt no. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cle. Item Falcidia, vel Trebellianica, fm veram opinionẽ,
b non habet locum in relictis ad pias causas. [b] debitam ve-
c rò iure naturæ oportet suppleri pro rata [c] tam de rebus, quæ remanserunt apud hæredem, quàm de rebus legatis, vt probatur expressè in l. si libertus. ff. de bon. lib. & hoc est q̃ dixit tex. in §. repletionem. s. hoc fieri ex substantia & rebus testatoris: q.d. hoc onus respicit ipsas res; non obst. tex. in auth. vt cum de appellatio. cog. §. cæterùm. quia ibi dicit suppleri ab hæredibus fm leges, sed fm illas non tenetur nisi p rata: ergo &c. Et sic ex petia terræ relicta fra-
4 tribus fiet repletio pro rata. ¶Ad fm † dico quòd dicta petia terræ computatur in legitima, vt l. qm̃ nouella. C. de in offi. test. & ab ipso initio deducitur dilatio temporis, seu condictio, vt l. qm̃ in prioribus. e.ti. non ob. §. repletionẽ. quia loquitur in repletione facta legatario, vt ibi not. per gl. Ad tertium est iam in primo rñsum. ¶Ad quartum verò dico, quòd substitutio facta Marcutio non fuit directa, fuerunt enim legata seu fideicommissa singularia relicta post mortem, & sic non trahitur ad directam, nisi exprimatur per testatorem: vt not. Dyn. in l. cogi. §. generaliter. ff. ad Treb. & ibi tex. vnde in legitima Marcutij succedunt venientes ab intestato, vt ipsa filia, vel aliqui si q̃ sunt ęquales,

ADDITIONES.

a Ber.Land.Onerare. Vide Pau.de Cast.consi.225.
b Ad pias causas. Tenet Rom.consi.206. Pau.de Cast.consi.297.& 225.
c Ber.Land.¶Suppleri pro rata. Circa hanc partem in qua Bar. concludit q̃ legitima suppletur pro rata hæredum, & legatorum, quatuor fuere opin. prima Bar. secunda Ang. in l. papi. §. si conditioni. ff. de inof. testa. dicentis q̃ solùm contra hæredem agẽdum est per d. §. cæterùm. vbi dicit esse casum meliorem de corpore iuris. dicit tamen q̃ si legatis exhausta sit hæreditas, quòd tunc poterit habere recursum ad legatarios, & ita dicit loqui Ray. & Bar. & si dicatur, quo iure aget contra legatarios: quia personali non sunt obligati, nec reali: quia post quàm corpora hæreditaria sunt ipsis legata, dominium nunquam fuit penès filium, ergo non competit in rem actio. l. in rem. ff. de rei ven. respondet Ang. dicẽs q̃ lex obligat ipsos legatarios, & sic aget condi. ex l. vel act. in factum. vel tertiò hæres repetet à legatarijs tanquàm indebitè solutum, & refundent filio, non ob. legibus alle. per Bar. quia dicit q̃ ibi omnes instituti erant. & cum hac opi. transit Io. de Imo. in l. in quartam. ff. ad leg. fal. & in l. suus quoq; in fi. ff. de hær. insti. vbi dicit hanc opi. esse de iure veriorem, per d.l. §. cæterùm. Et licèt hæc opi. sit satis æqua, & colorata, non tamen videtur vera per d. §. si libertus. qui loquitur in hærede & legatario, & tamen vult tex. suppleri pro rata. Tertia fuit opi. Pau. de Cast. de mente Sali. dicentis q̃ si legata consistunt in quantitate q̃ tunc solùm contra hæredem agendum est. Si verò consistunt in speciebus hæreditarijs, tunc si filius vult habere partem, potest à legatarijs partem vendicare, & ita tenet consi. 255. incip. in Christi nomine super primo dubio: & ita dicit loqui Bart. sed mihi videtur, quod iura allegata per Bar. loquantur simpliciter, non habito respectu ad corpora, nec quantitates. Quarta fuit opi. Bal. in l. omnimodo. C. de inoffi. test. & in d. l. suus quoq;. dicentis in effectu idem quod dixerat Pau. de Cast. sed non aperit, quid si tota hæreditas consisteret in quantitate: quia Pau. dicit tunc solùm hæredem teneri in alle. consi. & esse casum in d. §. cæterùm. mihi placet opi. Bar. per iura quæ ipse allegat, quæ non faciunt aliquas differentias, sed solùm volunt pro rata teneri hæredes & legatarios, ad §. cæterùm. ẽ. patet solutio.

BIU Cujas

les,&c.¶Venio ad quintum,& dico quòd illud non habet dubium:quia legitima eſt tertia eius quod habitura fuiſſet ab inteſtato:ſed ab jnteſtato habuiſſet dimidiam:vnde legitima eſt tertia dimidię,& ſic ſexta totius.

CONSILIVM. XXXV.

1 *Si vnus ex ſocijs intrauit monaſterium ad ſeruiendum per annum,non eſt ſocietas diſſoluta,& lucra per alterum quæſita communicantur.*
2 *Libris rationum ſocietatis ſtatur inter ſocios.*

a Et prima Facie [a] videtur quòd Amatucius non tenetur ad communicandum lucra per eum quæſita, & maximè eo tempore, quo dictus Franciſcus ſtetit in eccleſia S. Franciſci ad ſeruiendum fra
1 tribus ſm votum dicti Franciſci. Primò enim † quia tempore quo fuit in dicto loco vr̃ dictus Frāciſcus voluiſſe recedere à ſocietate, quam habere videbatur cū dicto Amatucio,ex eo quia ſola voluntate ſocietas diſſoluatur,& ipſe voluit ſeruire fratribus vno anno,& mercantiam vltrius non exercere, per quod ſocietas diſſoluta vr̃, & per hoc lucra quæſita dicto anno per Amatucium non videntur communicanda:vt.ff.pro ſocio.l. verum.§. fi.cum ſuis concor. Item quia lucra quæſita ex induſtria & diligentia quærentis non communicantur vt l.venditor ex hæreditate.ff.de hæred.ven.ff.ad legem Falcidiam.l.ſi hæres inſtitutus.ad Trebel.l.poſtulante.§.ſed huiuſmodi.C.communia vtriuſq; iudi.l.ij. & l. ſi patruus & C.arb. tu.l.ſi defunctus. Item quia quæſita ex pecunia,& cum pecunia alicuius nō pertinent ad illum cuius eſt pecunia regulariter, licet caſualiter contingat ꝯ, vt not.in l.ſi vt proponis.& l.ſi ex ea pecunia.C.de rei vend.& d.l.ſi patruus. & C. de don. inter virū & vxor. l. ſi de tua pecunia. & C.ſi quis alteri vel ſibi. l.j. cum ſi. Sed non obſtantibus prædictis, vr̃ quòd dictus Amatucius lucra, de quibus quæritur,debeat communicare Franciſco prædicto:& ratio eſt, quia in puncto proponitur quòd per multos dies & menſes antè communiter emebant & vendebant pannos, à qua ſocietate non fuit receſſum per votum dicti Franciſci: quamuis dictus Franciſcus ſteterit per annum cum dictis fratribus:quia à ſocietate non receditur voluntate: niſi per modum renunciationis expreſſæ,vel tacitæ:vt ff.pro ſocio.l.actione.§.ꝙ dicimus.& d.l.verum.§.fi.& l.ſocietatē.§.diſſociamur. Quia ergo ex narratis in puncto non apparet de aliqua renuntiatione facta per dictum Franciſcum tacita, vel expreſſa: debent dicta lucra communicari dicto Franciſco.Nam iura volunt ꝙ abſentia alterius ex pluribus ſocijs non diſſoluat ſocietatem.ff. pro ſocio.l. idemq;. niſi renunciatio fieret per ſocios pr̃ntes:ergo remāſerunt ſocij: licet dictus Franciſcus iuiſſet ad ſeruiēdum fratribus: & maximè quia dictus Franciſcus committebat dicto Amatucio miniſtrare communia negotia: & poſt dictum votum huiuſmodi commiſſionem non reuocauit:igitur fitma ſtetit dicta ſocietas:vt d.l.idemq; d.ij.reſpon.nec de aliqua tacita renunciatione apparet,& ideò non fuit à ſocietate receſſum: & p̃ter ſunt lucra,de quibus quęritur communicanda:vt ff.
b pro ſocio l.itaq;.nec ob. eo.tit. l.cum duobus. [b] §. pa.& §. idem Papi.in quibus videntur leges velle ꝙ illa quæ non quæruntur pleno iure, & non apparet vnde vnus ſumeret non ſunt communicanda inter fratres: in caſu verò noſtro apparet de ſocietate contracta omnium bonorū inter prædictos Franciſcum,& Amatucium,ſaltem ex tacito conſenſu:iuxta ea quæ in puncto enarrantur: & conſenſu ſolo tacito, vel expreſſo ſocietas ꝯhitur, vt l.conſenſu ff. de acti.& obliga.& l.tandiu.ff. pro ſocio.& ff. de pact.l.iu-
2 riſgentium.§. adeò. Inſuper † ego hoc idem inuenio in libris rationum quibus ſtatur: vt in l. quidam §.nummularios.ff.de eden.& ibi no.& in l.Neſennius. de nego.geſt.l. rationes.& l.exemplo.C.de proba.& quod ibi not.cum ſi. vbi & in quib. apparet Amatucium ibi ſcripſiſſe commu-
c ni nomine [c] rōnes ſuas, etiam in anno mortalitatis, quo præfatus Franciſcus fuit cum fratribus.Et pro tanto ſi prę dicta omnia ceſſarent, quæ fundamenta etiam ceſſare non poſſunt: quia de iure vera ſunt, ex hoc ſolo fundamento dicta lucra ſunt communicanda dicto Franciſco, per ea quæ not.per glo.in d.l.ſi patruus. & ff. de admi.tut.l.Titiū & Mæuium.§.altero.dum dicit ibi gl.ſuo proprio nomine non communicat &c.& no.ff.de vſufru. lega.l.vxori.& C. commu.vtriuſque iudi.l. ſi fratres. ex quibus concluditur dicta lucra communicanda fore. Ego Ioann. Pagliarenſis de Senis legum doctor.

ADDITIONES.

a Et prima facie.Licet hoc conſilium non ſit Bar. vt ex eius ſubſcriptione apparet.tamen iudicio meo rectè conſuluit, ad cuius confirmationem videte Pau. de Caſt. conſi.234.incip.in cauſa quæ vertitur.
b Cum duobus.In alijs exemplaribus allegatur l.ſi fratres.§.idem Papin.& §.per contrarium.
c Ber.Land.Communi nomine.Vide quod voluit Rom.conſi.291.

CONSILIVM. XXXVI.

1 *Statutum diſponens, quòd inſtrumenta facta à decem annis retrò, de quibus non ſit facta executio,ſint caſſa, & vana, non comprehendat miſſum in poſſeſſionem ex primo decreto.*
2 *Verbum factum verificatur,in fauorem concernentibus,in eo,quod eſt incœptum.*

Statuto Ciuitatis Aſſiſij cauetur, ꝙ omnia & ſingula inſtr̃a facta à decem annis retrò, de
1 quibus non eſſet petita,nec facta executio ſint caſſa, † & vana,& nullum habeant valorem,& exequi non poſſint, nec probent nec fidem faciant ſuper defenſione poſſeſſionis,quam tenet creditor: vel ille qui ius haberet à creditore,& non ab alio &c.Contingit quòd Salomotus Iudæus petijt executionem cuiuſdam inſtr̃i contra quoſdam ſuos debitores infra x.annos: & factum fuit eis præceptum qđ comparerent coram iudice ad recipiendum præceptum de ſoluendo,vel de ſtando in palatio,quibus non venientibus factis ſolemniter citationibus,facta fuit miſſio contra eos ex primo decreto,demum elapſi ſunt. x.anni.Nūc quæritur an vigore dicti ſtatuti inſtr̃m ſit nullius valoris, an remaneat validum tanquàm executione facta:ꝙ proba
2 tur ſic.verbum factum † quando tendit ad fauorem verificatur in eo quod eſt inceptum,& non perfectum: vt l.& ſi non ſunt.§.quid ergo.ff.de au.& & arg.leg.vbi appellatio argenti facti continetur argentum cœptum,vt no.in l.5.§. operæ.ff.de verb.ſig.Sed in propoſito ꝙ inſtrumentum debiti annihiletur, & ſic debitor cum aliena iactura liberet:
a eſt odioſum: [a] vt l.ſi.in ſi.C.de edi.diui Adr.toll.& ibi no. & per Dyn.in c.poſſeſſor de reg.iur.in vj.ff.ex qui.cau.ma. l.ſciēdum.ergo eius ꝛrium eſt fauorabile.Cum igitur quò ad fauorem tendat quòd executio incepta intelligatur facta:ergo ſic debemus intelligere.¶Concluditur ergo ꝙ videtur executio facta,& ſic remanet inſtr̃m validum: ad qđ facit quod dies cœpta habetur pro completa,quando tractamus de fauore:vt not.in l.3.§.minorem.ff.de mi.Præterea in his,quæ non habent certam & limitatam formam, illud ꝙ eſt incœptum ex propria ſignificatione dicitur factum: vtputà cum dicitur opus factum, & ſic loquitur indeterminatè, tunc ſi aliquis volens facere vnam domum, faceret vnum parietem, diceretur feciſſe opus, & verum eſt illum parietem eſſe opns: vt l. ſtipulatio. §. opus.ff.de no.ope.nunc, ſed executio non habet certam, & limitatam formam.nam ſi debitor capiatur, & detineatur,executio eſt.cum ergo non habeat certam, & limitatam formā executio, apparet, quòd ſi quid eſt factum de executione, rectè dicetur, executio eſt facta: hoc ſentit Old. in l.ſi is, qui quadringenta.§.quædam.ff.ad l.falcid. ¶ Præterea ſta-
b tutum [b] dicit,probent & fidem faciant ſuper defenſione poſſeſſionis,quam tenet creditor, vel ille, qui ius habet à creditore, & non aliter: ſed miſſus ex primo decreto in poſſeſſionem,licèt non poſſideat, poſſeſſionem tamen detinet,ſeu tenet; ergo ad poſſeſſionem dictarum poſſeſſionum,quas tenet ex primo decreto,inſtrumentum erit validum. ſed defenſio poſſeſſionis, quam quis habet ex primo decreto, eſt vt perueniat ad ſm decretum, per quod præcluditur via debitori,& alijs ne audiantur de poſſeſſione,ergo apparet, quòd peruenitur ex virtute dicti inſtrumenti,& proceſſus facti,ad ſecundum decretum.

ADDITIONES.

a Ber.Land.Odioſum.Vide Pet.de Anch.conſi.259.& conſi.102.
b ¶Præterea ſtatutum.An ſtatutum de quo ſuprà valeat: dicetur.j.conſi.89.vbi meliùs cadit.

CONSILIVM. XXXVII.

1 *Statutum quòd monachus qui ſteterit per annum in monaſterio non poſſit ſuccedere,an valeat.*
2 *Quod fieri poteſt per pactum:fieri etiam poteſt per ſtatutum.*
3 *Subſtitutus compendiosè quòd admittatur decedente inſtituto in vita teſtatoris.*
4 *Verbum,deueniat,eſt verbum commune.*
5 *In relictis particularibus inter verba directa, & obliqua non eſt differentia.*

Quidam

BIU Cujas

Quidam Cola Pauli ſuum cõdidit teſtm̃, in quo ſibi heredem vniuerſalem inſtituit Nofrium ſuum filium: & ſi dictus ſuus filius decederet ſine filijs, voluit & reliquit Ciccho ſuo filio qui erat monachus ſancti Benedicti in vita ſua duos modios terrę &c. Et poſt mortem dicti Cicchi hr̃ditatẽ reliquit Vaguntio, & Agnolutio Cechi: & poſt mortem filij ſui & hr̃dis omnia ſua bona deueniant ad Vaguntium, & Agnolutium Cechæ: hic Nofrius in pupillari ætate conſtitutus deceſſit ante mortem dicti Colæ ſui patris: demum deceſſit Cola: demũ deceſſit dictus Cicchus poſt ꝓfeſſionem: & ſtatutum erat ꝙ qui vel quæ ſteterat per annum in monaſterio poſt profeſſionem non poſſit venire ad ſucceſſionem bonorum pr̃is, vel matris, vel aliquid petere. ¶Quæritur modò an, & cui hr̃ditas dicti Colæ deferatur. In qòne prædicta primò venit
1 examinandum an dictum teſtm̃ ſit nullum; quia dictus fi-
a lius monachus non fuit inſtitutus. Ad quod † eſt videndũ an ſtatutum, quòd monachus nõ poſſit ſuccedere valeat: & vr̃ quòd non eſt validum, quaſi ſit p̃ libertatem eccleſię, cum videatur clericis, & monachis eſſe conceſſum vt ſuccedant parentib. nullum impedimentum ſibi gn̄ando ex eo quòd monachus eſt effectus: vt C. de epiſ. & cle. l. Deo
2 nobis. §. ēt. & §. ſeq. ¶In contrarium videtur ꝙ tale ſtatutum valeat, † quid. n. poteſt fieri per pactum, poteſt fieri ꝑ ſtatutum, vt l. non impoſſibile. de pactis. & ꝙ ibi not. C. de decre. decurio. in rub. no. in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. ſed per pactum poteſt quis renuntiare ne quis veniat ad ſucceſſionem bonorum pr̃is: & valet tale pactum ſi ſit iur̃o firmatum. c. q̃uis. de pact. lib. vj. Ergo poteſt fieri per ſtatutum: per hoc ēt facit ꝙ not. Cyn. in c. indultum. in vlti. q. de reg. iur. lib. vj. Sed nulli dubium eſt quòd ſi monachus ante monachatum feciſſet pactum de non ſuccedẽdo patri, vel matri: quòd tale pactũ valeret, & talis monachus non ſuccederet, ergo eadem ratione ſtatutum quod eſt quædam ſponſio, vel pactũ totius Reipublicę, vt l. j. ff. de legi. aſtrinxit illum monachum, ante, vt non ſuccederet patri: ſi eum monachum effici contingeret: & per hoc non obſtat ꝙ dr̃ quòd eſt p̃ libertatem eccleſiæ, ſeu eccleſiaſticarum perſonarum: quia illud eſſet verum, ſi quis diceret quòd illud ſtatutum aſtringeret monachos qui olim erant monachi tẽpore quo factum fuit tale ſtatutum, ꝙ fieri non poſſet. Sed in propoſito bn̄ potuit aſtringere omnes laicos maiores & minores: vt non ſuccederent ſi eos monachari contingeret. Sicut etiam per pactum ipſi ſe aſtringere poſſent: vt dictum eſt, ꝙ ſtatutum ligat maiores, & etiam minores: vt eſt caſus in l. ſine hærede. §. Lucius. ff. de admini. tuto.
b ¶Cõcluditur ergo, ꝙ dictum ſtatutum valeret: [b] vt dictus filius monachus non ſuccedat: & ſic præteritus non rumpit teſtm̃: vt l. j. §. pe. ff. de bonorum poſſeſſione contra tab.
3 ¶Scd̃o eſt videndum ad † quem hr̃ditas debeat peruenire. Ad quod rn̄detur ꝙ dicta hæreditas debetur dicto Agnolucio Cecchæ ſubſtituto, qui admittitur vigore ſubſtitutionis vulgaris compræhenſæ in compendioſa: certum eſt. n. ꝙ dictus Agnolucius, qui nunc ſolus reperitur fuit ſubſtitutus dicto Agnolucio & Nofrio compẽdioſè ſi Nofrius
. decederet ſine filijs. Aut. n. dicimus dictum ſubſtitutũ debere intelligi per pupillarem directam in tpe pubertatis: vt vr̃ ſentire gl. inſt. de pupil. ſubſti. in gl. iij. & vr̃ caſus in ca. ſi pater. de teſt. in vj. & tunc dicimus ſubſtitutum ſuccedere ex vigore vulgaris tacitæ comprehenſę in pupillari: vt l. qui ventri. & ibi not. ff. de ventre inſpiciendo. & l. fi. C. de inſt. & ſubſti. quę vulgaris ſubſtitutio locum habet filio decedente in vita patris. Aut dicimus iſtam ſubſtitutionẽ eſſe compendioſam, quod verum eſt: & tunc in iſta compendioſa continetur vulgaris: filio decedente ante aditam hæreditatem: vt tenet Iac. de Are. in l. precib. C. de impub. & alijs ſubſtit. & hoc tenuit ibi Cy. in verſi. hic reſtat videre de compendioſa: & hoc ēt tenuit Raynutius de Forli. & de hoc eſt tex. fm vnam lecturam in l. gallus. §. q̃dam rectè, de liberis & poſthumis. Aput ibi gl. ponit caſum quod teſtator dixit filium inſtituo: & nepotem ſubſtituo. nam dicta verba habent locum & intelliguntur filio decedente in vita patris: vt ibi patet. In propoſito, ſi dixit teſtator, ſi filius meus deceſſerit &c. omnia alia bona deueniãt in Agnolu-
4 cium &c. q̃d verbum deueniant † eſt verbum cõe, ſicut & verbum ſubſtituo eſt aptum ad directam, vt notat Inn. extrà de teſt. c. Raynutius. in glo. in verbo deueniet &c.
¶Et ſic concluditur ꝙ pro dicto ſubſtituto eſt caſus in d. l. Gallus. §. quidam rectè. fm prędictam lecturam poſitam in gl. quæ ab omnib. tenetur. Nec dicat aliquis ꝙ aliq̃n ſubſtituti ex re certa, vel in certa quantitate admittant̃: quia licet verbum ſit cõe, deueniat: vt verbum, relinquo, & ſimile: tñ trahitur ad inſtitutionem, quando nullus alius reperitur hæres in teſtõ: tñ hoc eſt verum, ſi adijciatur vniuerſitati bonorum, vt l. his in prin. ff. de hære. inſt. ſecus ſi adijciatur certę rei vel quantitati. vt l. cogi. §. gn̄aliter. ff. ad Trebel. & ibi hoc no. per Dy. nam in relictis † particularib. inter verba directa, & obliqua non eſt differentia, vt l. omne verbum. in prin. C. communia de leg. Concluditur ergo dictum ſubſtitutum admittendum eſſe vigore vulgaris comptehenſę in compendioſa &c.

ADDITIONES.

a Valeat. Vide latè Pau. de Caſt. conſi. 24. iij. lib.
b Alex. ¶Statutum valeret. Quò me vertam neſcio cum durum ſit recedere ab opi. d. conſulentis, & graue etiam ſit contra eccleſiaſticas perſonas conſulere: pro confirma. tamen concluſionis, de qua. ꝛ. eſt videndus ipſe Bar. in l. fi. C. de pac. & in l. filiuſfa. §. diui. de leg. j. Iac. But. in l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle. Bal. autem in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. ob. ſequitur Bart. cum modificatione quod valet, ſed non quò ad legitimam. contrarium tamen mihi videtur verius per ea quæ ipſemet Bar. voluit in l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccl. vbi vult non valere ſtatutum per quod clerici ſeu eccleſiaſticæ perſonæ magis timidæ reddantur; ſed ſi valeret hoc ſtatutum redderentur magis timidi, cum poſt profeſſionem ſint excluſi ab hæreditate & ante non, & ſic dictum ſtatutum facit eos deterioris conditionis poſt, quàm ante ingreſſum. l. Deo nobis. C. de de epiſ. & cle. & illud dicitur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam q̃ aufert eccleſiaſticis perſonis ea quæ ſibi in priuilegium per principem conceſſa ſunt, per quam ablationem æquiparantur laicis, ſecundum Inno. in c. nouerint. de ſent. excom. & doc. in auth. caſſa. quanto magis quando aufert eis id quod à iure communi conceſſum eſt, & per hoc efficiuntur deterioris conditionis q̃ aliæ non eccleſiaſticæ. Præterea contra facit. §. ſed hoc p̃ti. auth. de ſanctiſ. epiſ. vbi illa diſpoſitio tanquàm turpis reijcitur per quam impeditur ingreſſus monaſterij, & propter ingreſſum quis non venit lucro priuandus, & ita firmat Ang. in d. l. fi. in q. ſua nobilis quidam genere. Bal. in l. ij. C. vt in poſſ. leg. & in d. l. Deo nobis. & in l. cunctos populos. Imo. in d. l. ſtip. hoc modo. Sal. in d. auth. caſſa. Gemi. in c. quamuis. de pact. lib. 6. Pet. de Ancha. in c. canonum ſtatuta. Panor. in c. eccleſia ſanctę Mariæ. de conſti. Pau. de Caſt. conſi. 255. incip. primum dubium. de quo quæritur, & ad corroborationem faciunt quæ voluit Ang. conſi. 47. incip. quidam Franciſ. Cum in dubio adhærendum ſit opi. quæ fauet eccleſiæ. l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fune. videtur dicendum tale ſtatutum non valere. vide latè Paul. de Caſt. conſi. 337. Bal. conſil. 243. lib. ij.

CONSILIVM XXXVIII.

1 *Si inſtitutus cui fuit datus ſubſtitutus in primo teſtamento deceſſit viuo teſtatore, qui dictum teſtamentum reuocauit, & ſecundum ſine inſtitutione fecit, ſubſtitutus in primo admittitur.*
2 *Fideicommiſſarij habentur loco hęredum, quando in teſtamento nullus eſt hæres.*

Paulus Hugon de Bono. ſ. Bar. ſuũ condidit teſtm̃, in quo inſtituit hr̃dem Angelum ſuum filium, & ſubſtituit ſi ſine filijs decederet eccleſiã ſanctę Crucis de inſula fratrum minorũ: & ſi eſſent negligẽtes voluit dicta bona deuenire ad quoſdam fideicommiſſarios, & diſtribui ad cauſas: vt j. apparet. Cõtigit quòd dictus Angelus mortuus eſt viuo Paulo prædicto ſuo patre, qui Paulus poſteà fecit vnam aliam diſpoſitionem in qua quædam legata reliquit, & in ea nullum fecit hr̃dem, & caſſauit omne aliud teſtm̃, & vltimam voluntatem, qd̃ apparet eum feciſſe, & ſic demum deceſſit. Quæritur quis ſuccedat in bonis, an filia dicti Pauli: an locus fratrum minorum: ſiue alij fideicommiſſarij poſiti in
1 dicto teſtõ ad diſtribuendum dicta bona. Viſo † teſtõ prædicto, & ēt vltima voluntate prædicta: ſuper eo dico quòd dicta filia nòn ſuccedit: ſed dicta hr̃ditas remanet apud ſubſtitutos in primo teſtõ. Ad quod ſciendum eſt, quòd illa vltima voluntas vltimò facta, in qua non eſt inſtitutio hr̃dis non poteſt valere iure teſtamenti: vt l. pxi. ff. de his quæ in teſta. delen. & inſti. de leg. §. ante hr̃dis. vñ per reuocationẽ ibi factam, in qua teſtator caſſauit omne aliud teſtm̃, & vltimam voluntatem, primum teſtm̃ eſt ſublatum quo ad legata: ſed quo ad hr̃dis inſtitutionem, & ſubſtõnẽ remanet
a firmum, [a] vt l. militis. §. veteranus. ff. de teſtam. mil. & inſti. quib. modis teſta. infir. §. ex eo. & C. de teſta. l. ſcimus. Nũc ad propoſitum in teſtõ prædicto reperitur ſilia inſtituta in certa quantitate: q̃ inſtitutio remanet. Item reperit̃ filius inſtitutus vr̃, qui deceſſit viuo teſtatore, cui filio fuit facta ſubſtitutio compẽdioſa ſi deceſſerit ſine filijs, quæ ſubſtõ continet ſubſtitutionem vulgarem filio decedente in vita teſtatoris: vt l. gallus. §. j. & ibi no. fm vnam caſus poſitionem. de lib. & poſth. quod ēt tenuit Cy. & Iac. de Ray. in l. precib. C. de impu. & alijs ſubſti. Et hoc etiam tenent alij Mod. doct. vñ dicta ſubſtitutio non fuit reuocata. Reſtat ergo ꝙ dicto Pau. ex vigore dictę ſubſtitutionis vulgaris dẽt ſuccedere locus fratrum minorum, qui ſi nollent, vel non
2 poſſent ſuccedere de iure; †† ſuccedunt dicti fideicõmiſſarij qui hñr loco hr̃dum: vt ext. de teſt. c. cum tibi. & per Inn. & C. de epiſ. & cler. l. nulli. & l. ſi quis ad declinandam.

ADDITIO.

a Ber. Land. Firmum. Vide Petr. de Anchara. conſi. 339.

CON-

BIU Cujas

CONSILIVM XXXIX.

1 *Sitestator reliquit vxori suæ aliquid,si castè vixerit,& postea dicit. Item reliquit sibi certum fundum,non intelligitur hic repetita præfata conditio: quia dictio item,non repetit quando fit mutatio rerũ, vel personarum.Idem de clausula præcedenti, quando non refertur ad sequentia.*

Cola reliquit Cecchæ vxori suæ quædã donec castè,& honestè vixerit,& habitauerit in domo dicti testatoris.Demum fiunt alia legata quibusdam personis.deinde reliquit eidẽ Cecchę vnã petiam terræ cum domo in vita sua,post mortem suã reliquit Vagnutio &c. Quæritur vtrum in † dicto legato vi
1 deatur repetita conditio donec castè,&c.Rñdetur,qđ nõ:
a quia per dictionem item,[a] non intelligitur facta repetitio qñ fit mutatio rerum vel personaram,vt no.in l. repetendis.de leg.3.¶Prætereà præcedentia non intelliguntur repetita in sequentib.qñ in medio sunt alia capitula separata,vt l.3.§.1.de lib.& posth.l.fi.de reb.dubijs.& no.Insti.de rerum diui.§.item lapilli. Sed ita est in proposito ꝙ plura alia legata,& capitula inserta sunt:ergo &c.

ADDITIO.

a ¶Dictionem item. Videte quæ posita fuere ad calcem consi.17.ñ. & vide de hac dictione Pau.de Cast.consi.70.

CONSILIVM XL.

1 *Quòd in compendiosa continetur vulgaris,quæ locum habet etiã filio suo præmortuo viuo testatore.*

Super eodem testõ dubitatur: quia dicit qđ dictus Nofrius institutus hẽs vłis in dicto testõ decessit ante testatorem, vñ vt dictũ legatum non valere.Ad hoc rndetur quod posito quod decesserit ante mortem testatoris:tñ quia in dicto testõ dixit quòd oĩa alia bona deueniant in Vagnucium, & Angelucium Cecchæ, † quæ substitutio compendiosa continet
1 vulgarem,vt no.Ia.de Ra.& Cy.refert.C.de impub.& alijs subst.l.p̃cib.& aiij Doc.tenent in materia substonis,vt ꝓbatur in l.Gallus.de libe.& posth.§.j.& ibi no. Si testator dixit talem substituo intelligitur siue hæres viuo testatore,siue eo mortuo moriatur,vt ibi patet ſm vnam le.Prætereà talia verba,si filius meus,intelligutur siue me viuo, siue mortuo moriatur.vt l.3.in prin.& §.1.de adim.lega.ex quib.cõcluditur dictum Vagnut.& Angeluc.venire vt hæredes ex substone vulgari,& sic testñ & relicta in eo valẽt cum prædicti aliter venire nõ possint. & si venirent ab intestato valerent legata ex edicto.si quis omissa causa testi.

CONSILIVM XLI.

1 *Substitutio compendiosa facta coniunctim maioribus, & minoribus intelligitur quo ad omnes fideicommissaria.*
2 *In tali fideicommisso facto filiabus non venit legitima ipsarum, nec dotes maternæ: nec bona auita.*
3 *Legatum factum filiæ pro nuptijs,vel quando nupserit, antequàm nubat debetur quatenus comprehendit legitimam.*

Factun Tale est. Iacobus Poli condidit testñ in quo inter alia sic disposuit.Item lego atq; relinquo iure institõnis Nesuciæ,& Franciscæ meis filiab.de bonis meis ꝓ qualibet earũ. ccc. lib.den.in quib.ipsarum q̃libet doto,quas.300.lib. hẽre volo quãdo nupserint, iubens & mãdans ipsas esse cõtentas & tacitas,& quod plus de bonis petere,vel hẽre non possint,in quib.eas hẽdes instituit. Item Nicolæ suæ filiæ reliquit,& legauit dotem suam,& vltra dotẽ xxv. lib. den. de bonis suis & ꝙ amplius petere non possit, & hoc iure institõnis.Item voluit,iussit, & mandauit dictus testator ꝙ si dicta Nesucia,& Nicola eius filia qñcunq; sine filijs,vel sine filiab.legitimis decederent,ꝙ dotes talium decedentium,& bona deueniãt in Andreucium Cicarelium,& Vagnutium suos fratres,& Agnolum Migli suum nepotem. Deinde accidit quòd dicta Fraciſca, & Nesucia impuberes minores xij. annis decesserunt, superuiuentibus dictis Nicola,& Katharina suis sororibus, & dictis Cicarello & Vagnutio & Andreucio.Mõ quæritur nunquid dictę Nicolæ aliquod ius competat in hẽreditatibus dictarum Nesuciæ & Franciscæ,& nunquid petere possint de bonis dicti Iacobi sui p̃is vigore dotium mis, & auiæ dictarũ Ni
1 colæ,Franciscæ,Nesuciæ & katharinæ. Super quibus † vr primò considerãdum qualis sit dicta substitutio facta per dictum testatorem dictis suis filiabus. & dicendum quòd sit fideicommissaria,cum testator substituit dictis suis filiab.coniunctim,quarum duæ erant minores & impuberes:& alia.s.Nicola erat maior xxij. annorũ, ad hoc vt ista substitutio censeatur vno iure,& non diuerso. vt l. eũ qui ædes.ff.de vsucap.l.2.C.de imp.& alijs substit.& l. iam hoc iure.ff.de vulg.& pupilla.Pro hoc etiam facit quod no. in l.centurio.e.ti.& l.præcib.& l.q̃is e.tit.Item verbum sine liberis,& verbum volo,& verbum deueniat,hoc innuunt esse fideicommissum,ſm Iac.de Rau.& no.in l. præcib. C. de impub.& alijs subst.per gl.& Ia.ibi.& l.hĩdib.§. 1.ff. ad Treb.& ꝙ no.in l.Lucius.§.filiam de leg.2.Quare vr dicen
2 dum de iure † ꝙ dictis suis filiab.dictus testator debuit relinquere tertiam partem totius suæ substantiæ omniũ suorum bonorum,vt in auth.de triente & semis.§.1.col.3.quã si non reliquisset posset quælibet agere ad supplementũ, vt l.scimus.C.de inof.test.in qua legitima portione ñ põt pr̃ substitutionẽ fideicommissi facere:vt l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vul.& pup.& no.in l.qñ in priorib.C.de inof. testa.Insuper dictæ filiæ debent hẽre præcipuas vltra earum legitimam dotes matrum earum & auiæ mñnæ,vt l.j. C. de bon.mat.& per totum.in quib.non potuit pr̃ sibi substituere per fideicommissum.vt d.§.filię,cum si. Cum igitur dictus Ia.pater prædictarum filiarum non potuit dictis filiabus substitu.fideicommissariam facere tam in bonis maternis,& auitis,q̃ in legitima portione earum,maximè cũ dicta Nicola fuit pubes & maior xxij.annorum,vt s. ꝓbatum est,sequitur ergo ꝙ dicta Nicola superaluẽs sit hęres ab intestato prædictis Nesuciæ,& Franciscæ, vt in auth.de hær.quæ ab intest.§.p̃ns. Et tñ pro parte sua possit petere tam dotes maternas & auitas, q̃ legitimam portionẽ,&c. tanq̃ hæres prædicta ab intestato Nesuciæ & Franciscę ſm portionem sibi debitam iuræ naturę possit & iam petere dictas dotes,& debitum iure naturæ dictarum Nasuciæ &
a Franciscæ.¶Nec ob.[a] statutum Assilij,quo cauetur,ꝙ filia dotata,&c.Quia loquit qñ ex patre remanet filius masculus.Et in nostro casu Iac.pater testator prædictus non reliquit filium suum masculum,& iõ non excluduntur à successione mñna,& auita,vt l. ille.§.cũ in verbis, & l.fi cum
3 dotem.cum si.de leg.2.Circa † q̃ est aduertendu, qa licet Ia.testator,& pr̃ prædictus voluit dictas Nesuciam & Franciscam hẽre.ccc.lib.qñ nupserint,et anteq̃ nubant,& et anteq̃ p̃hant nuptias debent hẽre legitimam portionem:quia in debito bonorum subsidio nullum grauamen,nulla cõditio,nulla dilatio põt apponi, & iõ si apponeretur, hẽ ꝓ non apposita, vt d.l.qñ in priorib.C.de inof. testa.Nec curo vtrum dicta substo contineat vulgarem:vel non:qa per vulgarem possent succedere testatori,qñ in se non continet taciram pupillarem,vt in casu nostro:non aũt per ipsã possunt succedere filio in bonis filij.vt dixi.de vulg.subst. §.1.& l.sextiliam.de leg.3.ff.de vul.& pupil.l.1.cum si.vnde siue contineat prædicta substitutio vulgarem substitutionem,siue non,dicti substituti non admittuntur ad bona dictarum filiarum prædefunctarum,nec ad debitum bonorum subsidium.vt s.dictum est,& bene,&c.

ADDITIO.

a Ber.Land.¶Nec ob.Quia substitutionum materię satis diffusæ sunt, ideo ad eam, in qua concludit ꝙ pater non potest apponere grauamen filię vsq; ad legitimã, licet decedat ante tempus nuptiarum,vltra loca vulgaria,vide Spe.in ti.de test.in rub.ver.scire debes.& ibi Io.Andr.in addi.P.au.de Cat.consil.120.& consil.122. Ang.consi.9.incip.ser Bitinus.& ser.Ioan.

CONSILIVM XLII.

1 *Filiusfamiliàs dicitur natus ex legitimo matrimonio.*
2 *Statutum loquens de habitatore, comprehendit stantem pro famulo cum alio.*
De Assisio,& Assisinitatem idem est dicere.

Innomine Domini Amen.

Visa inquisitione facta õ Franciscum Naccarum de Assisio de percussione facta in facie Thomasij Lucij,& visa exceptione oppositа ꝙ dictus Thomasius erat paterfamiliàs & habitator,& non allibratus, & visis dictis testium examinatorum super hoc,& quadam libra dicti Lucij prædicti Thomasij producta,apertè dicendum est ꝙ dictus Naccarius sit absoluendus ſm formas statuti Assisij.¶Primo enim cõstat dictum Thomasium esse patremfamiliàs: hoc enim semper præsumitur,nisi probetur cõtrarium. Casus est,ff.sol.matr.l.Titia.vbi hoc exprimitur.hoc ẽt patet, qa
1 non est filiusfamiliàs,nisi sit natus de legitimo matrimonio,vt instit.de patria pote.circa prin.matrimonium.n. nõ præsumitur,nisi probetur:ergo &c. Hoc etiã probatur per instrumentum publicum.s. per catastrum productum, & eius cassationem.ibi.n.dicitur ꝙ in. M.cccxxix. dictus Lucius erat præmortuus:ergo nunc patet ꝙ dictus Thomasius erat paterfamiliàs.¶Secundo, † quia dictus Thomasius

BIU Cujas

a sius est habitator ciuitatis [a] Assisij, apparet per testes, qui dñt eum vidisse morari pro famulo aliquorum nominato rum per eos,& stare pro famulo est in loco habitare: non enim ibi est vt tantis per hospitetur,vt l.1.§.habitare.ff. de his qui deiecerunt,vel effuderunt.Si igitur illi, cum quib. stetit pro famulo erant habitatores ciuitatis Assisij, proba tum est ipsum fuisse habitatorē ciuitatis Assisij; hoc etiam probatur ex ipsa inquisitione, quæ dicit Thomasium de Assisio P.de porta sancti Francisci:nam dicere aliquem de Assisio, vel Assisinatem: idem est dicere ipsum esse muni cipem illius loci,i.ciuem vel incolam.vt ff.ad municip.l.j. §.in puteolanos.& de excusa.tut.l. sed & reprobari.§. amplius.ibi,si enim existens coman. &c. exponit gl. idest de Comanea.Per istud ergo quod dr̄ de Assisio præsupponitur eum ciuem,vel incolam illius ciuitatis. Item dicit de porta S.Francisci,de necessitate includit,ꝙ sit habitator il lius portæ,nam distinctio portarum nō pōt dici nisi respe ctu habitationis,per quam distinguitur qui est de vna por ta,vel alia. Et eo respectu quis consueuit in illa porta ad munera vocari,vt ff.de leg.3.l.seruis vrbanis.& de ver.sign. l.vrbana familia.Ex quibus concluditur esse de Assisio, & ibi vocari ad munera, & per ꝯns ibi debere allibrari. hoc aūt ꝙ non sit allibratus probatur eo ipso ꝙ non probat se allibratum,vt dicitur ex forma statuti. Nec obstat libra patris producta quia illa est cancellata. ¶Item in illa nō sunt anni Domini,nec dies,nec consul. ¶Item illa non est in nouo catastro,quod modò viget ex forma statuti.

ADDITIO.

a ¶Habitator ciuitatis. Quis dicatur habitare.addito gl.xiij.q.ij.c. vbicunque. versi. quia ergo.Canon.in c.postulasti.de for. compet.& ad co rroborationem præsentis consultationis,vide Ang.consi.25.incip.in Dei nomine pro decisione q.prædictæ, & consi.incip.quidam viator.

CONSILIVM XLIII.

1 *Opponens pactum de non petendo,& non probans condemnatur.*
2 *Processus causæ criminalis non suspenditur per appellationem in causa ciuili,si non est præiudicialis.*
3 *Statutum dicens,si quis produxerit instrumentum,vel testem,compre hendit producentem per se,vel per procuratorem.*
4 *In generali mandato nō venit ꝙ qs opponat exceptiones calumniosas.*

Super quæstione Per vos mihi consulē da transmissa.Visis om nibus actis & iuribus mihi transmissis,dico,& consulo dictum Lellum fore condemnandum ex eo ꝙ exceptionem
1 pacti de non petendo † oppositam non probauit ſm formam statuti. Ab alijs verò contentis in dicta accusatione debet absolui. Quòd aūt dicta exceptio pacti non sit probata patet,quia cum duo testes tm̄ super articulo per eum probando deposuerunt,vnus ex testib. nihil dicit, nec de tpe in articulo contento,neq; de persona contenta in arti culo.Ad qđ probandū tenebatur,vt extra de probationib. c.licet causam.de instito.l.habebat.in prin. & quod no.gl. & doctores.in l.testium. C.de testib. ¶Non obstat si dica-
2 tur † qđ dicta causa pendet per appellationem, quia illa cā non est præiudicialis ad hanc,quemcunq; exitum habeat: quia ad alium finem proponitur,& de ea quæritur,s.an ꝓponens fuerit condemnandus,vel non; ergo snīa in vno iudicio lata in alio non præiudicat,vt l.vendicantem, & l. fi.ff.de euictionib.& l.duob.cum glo.sua.de execu.rei iudi. & quod no.per Cyn.C. senten.rescindē.non pos.l.peremptorias.Nec obst. si dicatur ꝙ dictus accusatus non est cō fessus de exceptione pacti,quæ fuit proposita ꝯ dictum instrm: quia sua rn̄sio de alio pacto,& de alia rn̄sione possit intelligi: quia hoc non est verum.nam cum super accusatione fuit examinatus, & interrogatus vr̄ ad interrogata
a rn̄dere, [a] vt dñt iura vulgaria.¶Nec obstat si dicatur quòd
3 † statutum loquitur de producente non probante per se, non de eo qui mandat fieri, & cum statutum loquatur in personam.s.si quis produxerit, & non probauerit &c. Nō debet extendi ad mandatum tam ex forma statuti cōis Assisij,quo cauetur qđ statuta nullam recipiant extensionē, q̄ etiam de iure cōi,vt l.aut qui aliter.§.fin.ff.qđ vi aut clā. & l.si seruum.§.admonere.ff.de acq.hæred.& quod ibi no. per Iacobum de Are.quia dico,ꝙ in hoc casu statutum,qđ dicit,si quis produxerit,debet intelligi per se,vel per pro-
Angelus Maciæ Habebat vnum filium nomine Bar. ex quadã sua vxore præmortua. Item habebat vnum alium filium pupillum nomine Mo. ex vxore sua viuente nomine Gratia, quæ Gratia erat prægnans, & d. Angelus in suo testamento inter cętera sic disposuit, ꝙ si vxor sua Gratia prægnans esset, & filiam pareret reliquit ipsi filię quinquaginta libras iuri institutionis, post prædicta in prædicto testamento quibusdam personis certa legata fecit: & dictam Gratiam suam vxorem tutricẽ reliquit dictis Bar. & Mod. filijs suis, & ventri dictæ Gratiæ. posteà in dicto testamẽto in omnibus alijs suis bonis hæredes vniuersales instituit Barto. & Mo. & ventrem dictæ Gratiæ suæ vxoris. si prægnans filium masculum, vel plures pareret, & ad lucẽ peruenirent, in ęquali parte. & si aliquem eorum mori cõtigerit sine filijs legitimis non superuenientibus ad plenam ætatem, substituit eidem superuiuentes æquis portionibus. demum dictus testator in codicillo post dictum testamentum confecto quandam substitutionem fecit in hæc verba: ꝙ si omnes hæredes nominati morerentur sine filijs quandocunque, ꝙ Gratia sua vxor sit hæres in dimidia parte bonorum, & hæreditatis filiorum dictæ Gratiæ tam natorũ, quàm nasciturorum in alia dimidia, &c. Vt pleniùs prædicta continentur in dicto testamento, & codicillo scripto manu notarij. demum mortuus est dictus Angelus, postea dicta Gratia peperit filiam nomine Bartoluciam. & dicta Gratia extitit tutrix dictorum suorum filiorum, scilicet Bar. & Mo. demum Mo. mortuus est in pupillari ætate superuiuentibus dicta sua matre & dicta Bartolucia sua sorore ex vtroque latere & parente: & dicto Bar. suo fratre paterno tantum. demum dicta Gratia volens transire ad secunda vota petijt à iudice curiæ. Montis noui, vnde sunt dictæ personæ inquiri, & per inquisitionem tutores dari dictæ Bartoluciæ, & ex dicta inquisitione fuit datus tutor. demum mortua est dicta Bartolucia superstitibus dicta sua matre, & dicto Bar. suo fratres ex parte patris tantum. ¶Nunc quæstio est interdictam Gratiam matrem dictorum filiorum, & dictum Bar. scilicet inquantum vnusquisque succedat tam in hæreditate dicti Mo. quàm in hæreditate dictæ Bar. Ad dictam quæstionem perfectè examinandam. Primò oportet videre, an dicta Bartolucia primò videatur substituta fratribus suis, & ipsi fratres sibi per gñalia verba testatoris dicẽtis, si quem eorum sine filijs mori contingerit, &c. & videtur ꝙ dicta filia non sit substituta: nec ipsi ei substituti sunt. 1 Nam † cum de ea facta sit specialis substitutio, generalia verba postpositą non comprehendunt eam. & casus videtur huius quæstionis. ff. de vulg. & pupilla. l. cohæredi. §. cũ 2 pater. Prætereà †clausula in fine posita videtur esse referẽda ad proxima. vt ff. depo. l. 1. §. proinde. & ex quibus cau. 3 maio. l. sed & si per prætorem. §. deinde. Prætereà †quando dictio masculini generis proferẽ à testatori in casu odij, seu grauaminis, tunc non comprehendit fœminam, vt ff. de ventre in possessio. mit. l. 1. §. quare si ita. sed in casu nostro testator est vsus verbis masculinis dicendo, & si aliquem ipsorum mori contigerit, &c. Si diceremus comprehendi fœminã istam, iam diceremus ipsam esse grauatam, maximè cum ista substitutio sit fideicommissaria, vt infrà dicam. & sic magis est grauamen quàm prouisio. & in hoc casu grauaminis masculinum non comprehendit fœmininum, quod volunt prædicta iura. Ostendo contrarium. s. ꝙ dicta filia sit substituta fratribus, & fratres sibi. & hoc sic. Cum quæritur an clausula generalis, vel indefinita posita in fine referatur ad proxima tantũ, an ad remota, 4 plures solutiones dãtur, & est solutio prima. Clausula †generalis[a] refertur ad omnia etiam remota, de quibus specialiter non est prouisum. hanc solutionem dat tex. in d. l. sed & per prętorem. §. deinde. & d. l. cohæredi. §. qui patrem, & d. l. doli clausula. de verb. obliga. cum ergo in nostra quęstione non sit facta specialis substitutio huic filię institutæ, ergo generalis substitutio comprehendit eam. & per hoc videtur responsum ad §. qui patrem. nam ibi patri & filio erat facta substitutio. hic non. Secunda solutio est. clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, nisi qũ sunt ꝛria, hoc probat ff. de leg. 1. l. talis scriptura. in fi. ꝛiuncta. l. si idem cum eo. ff. de iur. om. iud. §. fi. & ibi gl. firmat hãc solutionem, ergo, &c. Prætereà ex verbis testatoris videtur colligi, quod ipse voluit istam filiã esse substitutam. Nam dixit si aliquem eorũ mori contigerit substituit ei superuiuentes, sed si intellixisset de filijs masculis tm̃ nõ dixisset supuiuẽtes, sed superuiuentẽ in singulari numero. nam cum non essent nisi duo, vno mortuo non poterat superuiuere nisi vnus. & de hoc videtur quasi casus in terminis nostræ qõnis. ff. ad Treb. l. fi. Certè pũctus b satis est difficilis[b] magis q̃ sit in hac qõne, licet à pluribus doct. qui in hac qõne ꝛsulerunt non sit tactus: volendo tñ sequi vestigia voluntatis testatoris, dico & credo dictam filiam non esse substitutam, nec fratres sibi. hoc sic probo. clausula vltimo posita refertur ad omnia, qñ nulla ratio potest reddi quare magis referatur ad vnum quã ad aliud, casus est no. C. de lib. præt. l. 1. in fi. sed in casu nostræ qõnis põt assignari rõ manifesta quare non referat ad filiam, ergo, &c. Rõ quare filia non vr̃ substituta fratrib. est, ꝙa pater magis affectauit bona sua deuenire ad filios masculos, q̃ ad fœminas: & eos quos magis dilexit in institutione vr̃ etiam magis dilexisse in substitutione, vt C. de impub. & alijs subst. l. 1. cum simili. & ibi no. Ratio quare nõ videtur substitũ facta filiæ, est quia minus honorata. ergo minus grauata, & quia cum ex dictis verbis gñalib. non vocetur ad emolumentum, s. ad substitutionem factam, nõ vocetur ad onus, iura sunt vulgaria. Non ob. iura. allega. in ꝛrium, quia illæ duæ sol. dẽnt intelligi cum solone quam dixi, s. nisi sit. casus, in quo possit reddi rõ quare non referatur ad omnia. Non obst. ꝙ d. testator substituit eis super viuẽtes. loquendo in plurali. Nam hoc fõ dixit, quia credidit vxorem suam posse parere plures filios, vt patet ex verbis testi. Non ob. l. fi. ff. ad treb. vbi videtur casus, quia ibi masculos & fœminas pariter dilexit in instõne. Prætereà ibi non loquitur in filijs nascituris, vñ loquendo in plurali habebat necesse ꝛprehendere filiam. & hanc opi. teneo in hoc puncto tanq̃ magis iuridicam, & magis ꝛsentaneam voluntati testatoris. Secundò oportet †videre, an dicta substitũ fideicommissaria possit trahi ad pupillarem directam & vr̃ ꝙ sic, vt extra de testa. c. 1. lib. 6. Contrarium vr̃ no. gl. in l. precib. C. de impu. & ali. substi. s. qđ̃ super sit fideicommissaria. & hæc est veritas. Ad cap̃m primum facilis est rñsio: nam cum testator substituit filijs impuberibus ꝛpendiosè, qñ substituit per verba directa, vt talis sit hr̃s, tunc infra tpa pupillaris trahit̃ ad pupillarẽ directã, ita no. gl. in d. l. præcib. & ita tenuit Dy. in materia substõnis, & ita loquit̃ d. c. 1. nã illa verba moriat̃ tali sunt uerba, directa, & ibi no. Io. And. Sed qñ testator vtit̃ verbis cõib. hñtib. se ad directã & fideicõmissariam, tunc super est fideicommissaria, vt res omni tpe valeat. sed in casu nr̃o testator fuit vsus verbis cõibus. s. ꝑ verbũ substituo ꝙ est cõe, vt l. gñal'r. §. 1. C. de insti. & substit. & sic loquitur gl. in d. l. precib. C. de impub. & alijs sub 6 strit. In eo tñ ꝙ d. glo. fecit dr̃iam †an quis dicat sine filijs, vel non. non dicit ueritatem, quia dicit ꝯ l. Centurio. de vulg. & pup. & ꝯ d. c. 1. Solummodo. n. aduertendum an testator utatur verbis directis, an cõib. an obliquis, ut s. dixi. & ita tenet Dy. licet quidã alij Moderni uideantur dicere aliter, quorum opi. non curo referre. ¶Ad qõnes principales admodũ facilis est rñsio, an dicto Modo successerit dicta Gratia eius mater, & d. Bar. eius soror ex utroq; parente excluso d. Bar. ą erat frater paternus tm̃, vt C. ad Tertull. auth. defunct. & in auth. de hr̃. quæ ab intest. §. ꝛsequens. sed tenebantur, & tenentur restituere d. bona, retenta sua legitima dicti Mod. quæ est tertia eius qđ̃ habiturus esset ab intestato, vt in auth. nouissima. C. de inoff. test. Erit ergo ista legitima tertia tertiæ totius hęreditatis d. Angeli. cum tertiã habiturus fuisse d. Mod. tres. n. erant: de residuo non debet retineri quarta Trebellianica, iura sunt vulgaria. extra de testa. c. Raynutius. & c. Raynaldus. & not. C. ad leg. Fal. l. q̃q̃. nec potest d. matri obijci ꝙ non petijt dari tutorem, cũ esset tutrix. De successione Bartolucię non esset dubitandum, quia cum habeat substitutũ absq; dubio mr̃ succedit in omnibus, excluso fratre patre no tantũ, ut d. auth. defuncto. & d. §. consequens. Et circa

ADDITIONES. hoc

a Bar. Land. ¶ Clausula generalis. Vide Old. consi. 227. Pau. de Cast. consi. 153. Roma. consi. 338. Franc. de Are. consi. 116.

b Bar. Lan. ¶ Difficilis. Vide Anch. consi. 67.

BIU Cujas

hoc plura non curo dicere, quoniã materia est satis clara.

7 ¶Vlti.circa p̃dicta q̃rò an d. Gratiæ obstet transitus ad se
a cũda vota, an debeat cauere[a] d.Bar.de restituendo dicta bona post mortem ipsius. Et ad hanc q̃nem declarandam oportet scire q̃ in ista materia sunt tria. primum ius Codicis, q̃ loquitur per distinctionem an mr̃ nubat añ mortem filij tunc mr̃ succedat filio, sed debet reseruare filijs suis ex eodem mr̃imonio natis, vt C.de secun.nup.l.fęmine.in fi. Aut nubat post mortem filij, & tunc bona quæ filius habuit aliunde quã à pre mr̃ habet pleno iure, & bona quæ habuit à patre tenetur seruare alijs filijs ex eodẽ matrimonio descendentibus. intellige, vt s̃.dixi.vt C.ad ter.l. mr̃. Sed̃m ius est ius authenticorum in corpore de non eli.se.nuben.§. cum autem. per qd̃ ius corrigunt præ dicta iura: qa siue mr̃ nubat añ, siue post succedit pleno iure. Tertium fuit ius in auth.de nup. §. hinc nos. per qd̃ in bonis paternis reditur ad distinctionẽ.l.mr̃. qñ mr̃ succedit filijs ab intestato: cum ergo sm iura. Codice mater teneretur reseruare filijs eiusdem mr̃imonij, & in q̃ne nr̃a nulli supersint filij ex eod.matrimonio, patet q̃ d.Gratia succedit pleno iure, neque debet de restituendo cauere.& ita aliàs de facto consultus respondi.Bart.

ADDITIO.

a ¶Cauere. Vide Bal.consi.25.v.lib.

CONSILIVM LV.

1 *Filia instituta in re certa, cum clausula, quòd plus petere non possit, non excluditur à petitione portionis rei emphyteuticæ sibi ex stipulatione quæsitæ.*

2 *Ius patronatus conseruatur in filio, etiam in modico instituto.*

3 *Pater non soluendo canonem præiudicat filio in re emphyteutica.*

a In nomine Domini amen. a

Dñs Amatus filium.M. hæredem vł̃m instituit: filiam
1 fœminam in certa† quantitate, & eam esse tacitam & q̃tẽtam iussit. an ex d.verbis d.filia perdat ius petendi partem sibi q̃tingentem de bonis emphyteuticis. Istam q̃nẽ format Spe.in ti.de loca §.nunc aliqua.ver.lxxviij. & licet arguat pro & ꝯ, non bñ se firmat. veritas tñ est quod d.filiæ remaneat ius petendi emphyteuses sibi q̃sitas ex vigore stipulationis paternæ.in nullo diminutum ex vigore d.institutionis factę in d.quantitate. Et hoc verum, primò p̱p impotentiam p̃ris.cum.n.hoc non habeat filius vt hr̃s ex disp̃one patris in hoc non valet, vt expresse habemus de suc.feu.c.1.in prin.& hoc est ius cõmune.& Spec.in d.vers. lxxviij. circa fin. dicit similem emphyteusim, & feudum, in hoc. Præterea hoc videmus in actione de dote, quæ q̃ritur filiæ ex dispositione paterna, quod ius p̃ diminuere non p̃ot, nisi in eo q̃ vult sibi de bonis suis relinquere, vt l. si cum dotem.§.paterna.ff.sol.ma. Præterea, posito q̃ pater possit filiam suam sua dispositione priuare, tñ hęc verba hoc non important: debuisset.n.p̃ hoc exprimere.s.vt iura emphyteutica solum apud filiũ remaneant; qd̃ patet in simil.nã p̃ p̃ot vni ex filijs assignare libertum. tñ si vnũ ex filijs instituit in portione magna, alium in modica, p̱pter institutionem ex modica non repellitur quin æqualiter cũ alijs admittatur, vt l.iurisiurandi §.si liber.de ope.
2 lib. ¶ Præterea† sufficit filium ex quacunque parte modicissima institutum esse ad hoc, vt ius patronatus conseruetur sibi.l. & si ex modica ff.de ope.lib. Præterea, si poneremus filium simpliciter exhæredatum, non sufficeret ad excludendum eum à iure patronatus, sed est necesse q̃ sit exhæredatus mala mente, vt l.si patronus.§.si quis nõ mala mente.& §.sequens.ff.de bon.lib. Ita ergo in proposito, cum sit instituta ex certa re & iussa esse cõtenta, dicta verba debent intelligi quod plus petere non possit de bonis defuncti iure hæreditario, sed p̱ hoc non priuatur iure qd̃ habet tanq̃ filia, non tanq̃ hr̃s, vt iure patronatus, & iure emphyteotico. Non obst.iura. & rõnes allegatæ pro se. Primò nõ ob.l.fœminę.C. de secund. nup. quia ibi mater non cogitur filijs reseruare vigore alicuius cõuentionis habitæ cum alio. Sed ex dispositione illius.l. quę sic exp̃sse disposuit, vt mater possit vnum ex filijs eligere. Sed in
3 casu nr̃o eligendo vnum ex filijs veniret ꝯ conuentionẽ cum alio habitam. ergo, &c. Non ob. q̃† pater non soluẽdo canonem potest priuare filium iure emphyteutico, quia hoc ex iure contractus celebrati cum ipso concedẽte peruenit, vnde per hoc conceſſio vel conuentio in nullo offenderetur, sed eligendo vnum offenditur conuentio, quæ voluit filios q̃ualiter admitti. Non ob. q̃ pater possit vni ex filijs libertũ assignare, vt ex prędictis patet.

ADDITIO.

a Bar.Lan.In nomine. Confirmando prædicta q̃ dicta filia non potest excludi à re emphyteotica. quia verum dicit Bar. q̃ hæc iura non transeant ad filios, vt hæredes, sed ad filios, vt filios.gl. & doct.in l. etiam sol.ma.Bar.in l.si tibi decem.ff.de pact.in l.quod dicitur.ff.de verb.ob.in l.item videndum.§ fi.& ibi Ang.de pet.hær. Bar. in l.Gallus. de li. & posth.in l. iusiurandi.§.si liber.ff. de oper.li.& in l. si non sortem.§.libertus.ff.de condi.indeb.Bal.in l.3.& in l. cum virum.C. de fideicõ.Io. Imo. in l.ex facto.de hæred. instit.Spec.in titu.de loca.§.nũc aliqua. per Io. An. in c.in p̃tia.de probat.& quòd etiam habent locum in instituto in re certa.vide s̃. & videte cõsilium Pau.de Ca.136.Fed.de Sen.cõsi.228.& Pet. de Anch.con.124. & 320.vbi dicunt, q̃ si pater habet quinque filios q̃ non potest vni legare emphyteosim in p̱iudicium aliorum filiorum. In vltima parte.an pater possit præiudicare filijs non soluendo canonem, articulus est dubius.de quo per Bar. in l.eum qui.de interd. & rele. Bar.in l. emancipatum.ff. de sena.& in l. qui se p̃is.C. vnde lib. vbi ponit an p̃ possit renunciare feudo in præiudicium filij. in l.in personam. C.de fideic. & q̃ pater possit prælegare rem emphyteuti.tenuit Inno. in c.potuit. de loca.& Lud.Rom.consi.35.& Petr.de Anch.consi.122.& 114.& Pau.de Castro consi.141.contrarium, q̃ imo non, vt hic tenet Bar.tenuit Ang.consi.199.& cons. 190.incip. iudex nunc ex forma & serie cum limitatione. nisi tantundem alijs filijs prælegasset: per l. assignare.de assi.libe. iuncta l.si cum dotem.§.si pater. sol. mat.& Pet.de Anch. sibi ipsi contrarius consi.217.

CONSILIVM LVI.

1 *Substitutio facta impuberi, quòd bona vendantur, & distribuantur inter pauperes, censetur directa infra pupillarẽ ætatem: quia subintelligitur, quod fideicommissarij accipiant, & vendant.*

2 *Executores fideicommissarij quòd dicantur hæredes directò, etiam in substitutione.*

3 *Tacita pupillaris, quæ venit ex coniecturata mente testantis, excludit matrem.*

4 *Substitutio directa facta in omnibus bonis quod excludit matrem.*

5 *Vxor relicta domina massaria, & vsufructuaria non existentibus liberis; & sint bona deuenta ad fideicommissarios, quòd habebit integrum vsumfructum, deducta legitima filiorum.*

6 *Trebellianica quòd non detrahitur de fideicommisso ad pias causas. Trebellianica quòd cessat, in quibuscunque casibus cessat Falcidia.*

7 *Quem decessisse in pupillari ætate probat, qui agit.*

In nomine Domini amen.

Bart.fecit testamentum, in quo vxorem suam reliquit dominam, & vsufructuariam, & massariam omnium, & singulorum bonorum suorum, donec honestè, & castè stare voluerit in domo dicti testatoris cum filijs suis. Item filias suas natas & nascituras instituit in certa quantitate, & filium.M.natum & nasciturum instituit hæredem, vel hæredes vł̃es, & eidem substituit per hæc verba, videlicet quòd si aliquis ipsorum filiorum, vel filiarum. infrà pupillarem ætatem, & quandocunque decedat, alij vel aliis nascituris per directam institutionem succedant eidem: si omnes masculi decederent sine filijs legitimis ex eis natis, quod filię superuiuẽtes eius hæredes succedant per directam. & si omnes decederent sine filijs legitimis, qd̃ bona sua vendantur, & distribuantur inter pauperes Christi de Fulgineò. & ad prædicta exequenda fecit suos fideicommissarios. Contingit quod mortuus est dictus testator filio manente in hęreditate & possidente bona per se & suos tutores: demum mortui sunt omnes filij masculi, & fœninæ, sed an decesserit in pupillari, vel post dubitatur. mortui sunt etiam omnes dicti fideicommissarii executores dicti testamenti, vnde dominus Episcopus vigore executionis ei deoluturæ per mortem dictorum executorum, bona dictę hæreditatis, & hæreditatem cuidam vendidit pro pretio certo causa distribuendi dictum pretium inter pauperes secundum formam dicti testamenti. Ex quibus prædictis oritur quæstio inter dictos emptores ex vna parte, & matrem dictorum pupillorum ex altera
1 parte. quæritur quid iuris. Circa † quę examinanda multa dubia oriuntur. Primum, ad dicta substitutio, quæ respicit pauperes fuerit pupillaris, posito quod dicti filij in pupillari ætate decesserunt; & videtur puod non: quia quando sunt verba mere obliqua non potest dici substitutio pupillaris, vt patet in verbo distribuantur.ff. de vulg. & pupil.l. cohæredi.§. cum filię. ita videtur in proposito, quia testator dicit vendantur, & distribuantur inter pauperes, & sic non dicit quod pauperes directò capiant de manu sua & sic non videtur substitutio pupillaris. pro hoc facit l.fundi Trebatiani.ff.de vsufruct.lega. In contrarium videtur esse veritas, & est, quod infra tempora pu-
a pillaris ætatis est directa pupillaris[a], nam in verbis supra relatis subintelligitur aliud verbum hoc modo: & si oẽs

decede-

ADDITIO.

a Pupillaris. Vide Bal.consi.86.v.lib. & consi.235.1.lib. Pau.de Ca.consi.299.

BIU Cujas

decederent sine filijs legitimis, quod tūc fideicommissarij accipiant, & ꝑ eos vendantur & distribuantur. & sic intelligitur hoc verbum accipiant, vt ff. de ali. & ciba. leg. l. alio. in fi. & ibi no. gl. quę expresse. h. d. & probatur in l. denique. §. interdum. de pecu. lega. expressum est in auth. de eccle. titu. §. si quis autem pro redēptione. sed hoc verbum ipsi accipiant est directum: significat. n. qđ ipsi accipiant de manu sua, non per alios ei detur. Prætereà hoc vī expræssum extra. de testam. c. cum tibi. & qđ ibi no. Inn. vbi
2 isti executores fideicommissarij † dñr hr̃des directo, hoc tenuit Rofre. in tit. de actio. quæ ex delict. & Spec. in titu. de inst. edi. §. nunc aliqua. versi. item pone quod aliquis. Sicut ergo qñ nullus est alius institutus isti fideicōmissarij dñr esse hr̃des, eadem rōne in substitutione dñr hr̃des? & si dicaī qñ mater est in medio ista interpretatio non dēt admitti, sicut nec tacita pupillaris admittitur ꝯ matrem. Rñdeo quod tacita, de qua defunctus non cogitauit, sed ius præsumit qđ si defunctus cogitasset sic voluisset, vt est tacita vulgaris contenta in expressa pupillari, ista non ad-
3 mittitur ꝯ matrem, sed tacita † quæ venit ex præsumpta mente defuncti: ꝙ præsumitur testatorem sic cogitasse & voluisse ex aliquib. verbis, vel alijs coniecturis, bñ excludit matrem, vt notatur in l. præcibus. in glo. in materia, & est tex. C. de testamen. milita. l. in testō, sed ista est hmōi: quia fideicommissarij vendere non possent & dare pauperibus, nisi acciperent. ergo, &c. Hoc ergo quod fideicommissarij acciperent testator cogitauit. Item ex hoc appa-
4 ret, † qđ testator dixit qđ bona sua oīa, &c. Nam ex eo qđ dixit omnia, vī voluisse de omnibus, non facta exceptione de matre filij vt l. Iulia. in prīcipio de legatis scđo. hoc autem nō potest fieri nisi per directam pupillarē. ergo apparet qđ testator voluit substituere directa pupillari infra tempora pupillaris ætatis. ¶Ex quibus ꝯcluditur, qđ si dicti filij decesserint in pupillari ætate, mater oīno excludit, vt extra de testam. c. si pr̃. lib. 6. & l. precibus. ¶Scđm dubiū
5 est, posito † qđ dicti filij in pupillarij ærate decesserint, qd dēat habere dicta mater ex vigore dictorum verborum, cum reliquit eam dominam, & usufructuariā, & massariā: & videtur, ꝙ si hoc fuerit relictum, filijs institutis, quod ex hoc hēat solum alimenta, ſm ꝯsuetudinem obtentā. C. si scđo nupt. mu. l. prima. Sed aduerte in eo ꝙ reliquit eam dñam, non dēt intelligi de iure dñij: sed de quadam præeminentia in domo, sicut ex cōi usu loquendi apparet. hoīes. n. appellant vxores dominas domus. arg. ff. de aur. & argen. leg. l. fi. §. vxori. Et q̄dam leges appellant eas dñas. ff. rerum amota. l. 2. ff. ad Sillania. l. prima. §. si uir. & hoc tenuit ꝺspecula. in tit. q fi. sint legi. §. 1. ver. quid. si fuit. Et idem importat verbum massariam ibidem positum: qđ fauore filiorum est interpretatum, vt porrigatur ad alimēta tantum. secus est extraneis institutis vt no. gl. in d. l. 1.
a C. si scđo nup. mu. Dico ergo qđ non existentibus [a] filijs, & hęreditate translata ad alios, cessat fauor liberorum, & debetur vsusfructus integrè, deducta tñ legitima filior. in qua non potuit vsufructuaria ꝯstitui, vt s̄. de vsufru. lega. l. vxori. & in qualibet ipsarum no. hoc, & probatur euidentiori rōne: quia dictum legatum non est vnum, sed plura annua. qđ apparet ex eo verbo, dum dicit casta, & honesta stare voluerit, &c. Quæ verba oñdunt legatum esse annuum, vt l. legatum. de aur. & ar. lega. ff. quib. mo. vsusfruc. amit. l. si cum in annos. in prin. sicut ergo cuiuslibet anni initium inspicitur, vt ſm illud iudicemus de viribus testamenti seu legati, vt l. si in singulos. & l. si in annos. de aur. & argen. lega. de dona. causa mor. l. senatus. in fi. ergo hic postq̄ successerunt extranei inspiciē ꝯdō extranei, ad quē
6 deuenit hr̃ditas. ¶Tertium dubium est † quid iuris sit posito, quod filij decesserint post pupillarem ætatem. Ad qđ dicendum, qđ tunc sine dubio substō est fideicommissaria, & sic ad pauperes substitutos non pōt venire legitima filiorum, d. l. cohęredi. §. cum filię. ff. de vulga. & pupil. Trebellianicam autem non possunt hæredes dictorum filiorum detrahere, cum sit relictum ad pias causas, & sic non detrahitur Trebellianica, sicut nec Falcidia, ſm verā opin. nam in quibuscunque casibus cessat Falcidia, & in his cessat Trebellianica, vt l. Marcell. circa prī. & ver. quid autem. ff. ad Tre. & ibi ponit gl. exempla de casibus notatis. C. ad. l. Fal. in l. in testamento. vbi dī de relicto ad pias causas: & hoc pluries dictū, & ꝯsultum est, ideo in hoc pūcto me non extendo, licet gl. & aliqui doct. de hoc dubitent in c. si pater. de test. lib. 6. & transibit in pauperes, vel fideicommissarios prædictos cum omnibus oneribus legatorum, vt dictis legibus, & iura sunt vulgaria. ¶Quar-
7 tum dubium † est, cum dubitatur qua ætate decesserint, cui incumbat onus probandi hoc. Rñdeo ei qui agit: vñ si ipsi qui emerunt ab Episcopo agunt, & dicunt se succedere in ius pauperum tanquàm substitutorum directa pupillari, ipsi debent probare ipsos decessisse in pupillari ætate: quia hæc est causa suæ intētionis, vt C. de in integ. rest. l. maiorem. & no. in l. de ætate. ff. de mino. secundum verā opi. constat enim quòd Episcopus potuit dicta bona vendere causa distribuendi inter pauperes. C. de epis. & cle. l. nulli. & l. si quis ad declinandam in auth. de eccle. tit. §. si quis pro redemptione. Ego Bar. de Saxoferrato.

ADDITIO.

a ¶Non existentibus. Vide Bal. consi. 320. lib. 1. Ang. consi. 95. & suprà. consi. 9. & in consi. 20. incip. quidam nomine Theobaldus.

CONSILIVM LVII.

1 *Ista verba si nullus decederet sine filijs quid importent.*
In vulgari, vsu loquendi sæpe à propria verborū significa. recedim⁹.
Singulari pro plurali, & ẽconuersò, & vniuersale pro particulari, & distributiuo accipimus.
2 *Communis vsus loquendi præualet omni propriæ significationi.*
3 *Substitutio compendiosa aliquo ex institutis decedente ante aditam hæreditatem quod continet vulgarem directam.*
4 *Substitutio compendiosa facta pluribus aliquo ex ipsis institutis decedente post aditam hæreditatem, in persona illius continet fideicommissariam.*
Substitutio compendiosa facta personis disparibus non continet pupillarem.
5 *Trebellianica de fidoicommisso ad pias causas non detrahitur.*
6 *Dictio si aliquis, & similia licet sint distributiua plurium: tamen effectum dispositum attribuunt in quolibet particulari.*

Annacellus De Castro plebis fecit testm̄, in quo Blātiam eius filiam, & Cechum Serpucij Alderducij sibi hæredes instituit per hæc verba, & si nullus dictorum suorum hr̃dum decesserit sine liberis ex se descendentib. ex legitimo matrimonio, succedat hospitale cōis, & monasterium S. Mariæ æquis portionib. Contigit ꝙ dictus Cechus ex istis institutis viuo testatore decedit sine filijs: posteà mortuus est testator superstite dicta filia, & Alderducio. Quæritur vtrum dictū
1 monasterium admittaī vigore dictæ substitutionis. Ad † q̄ qōnem examinandam oportet primò videre qualiter debent intelligi hæc, verba, si nullus, decesserit, &c. Nam ſm conceptionem verborum videī ꝙ aliquo ex institutis decedente sine liberis substitutio euanescat: tñ ad huius declarationem est sciendum: ꝙ in vulgari vsu loquendi sępe à propria significatione verborum recedimus: qñq; s. n. plurale ꝑ singulari accipimus, & singulare pro plurali. vt l. nō est sine liberis & l. in vsus. ff. de ver. sig. Item interdū accipiē vniuersale ꝑ particulari, & distributiuo, vt ff. de iur. fis. l. Moschis. in prin. ibi. n. ponitur, oēm, ꝑ quolibet. de statu ho. l. 3. & ibi no. vbi exponitur oēs, vt sic verificetur in particulari quolibet. Hoc præmisso sciendum est, qđ in vulgari nostro si quis dixi, Se niuno morirà senza figliuoli, &c. Intelligitur alcuno. ¶Vnde notarius, qui prędicta verba scripsit, transtulit in latinum verbaliter, & materialiter ſm qđ fuerunt à testatore prolata debent. n. intelligi, si null⁹,
2 id est aliquis, scđm cōmunem vsum loquendi, † & intelligendi, qui præualet omni propriæ significationi, vt dictis legibus. & l. librorum. §. quod tñ Cassius. ff. de leg. 3. & l. cū de lanionis. §. asinam de fun. instr. l. labeo: de supe. l. lega. cum si. Hoc tñ præmisso, posito qđ verba substitutionis dicerent, & si aliquis dictorum suorum, &c. Videndū est
3 de viribus dictæ sub. Circa qđ sciendum est, † ꝙ dicta substitutio compendiosa, instituto, vel aliquo eorum decedē te ante aditam hæreditatem ꝯtinet vulgarem directā. casus est in l. Gallus. §. 1. de lib. & post. ſm vnā lec. q̄ omnes tenent. hoc tenet Iac. de Are. & Ia. de Raue. & Cy. refert. in l. precibus. C. de imp. & al. sub. ꝙ apparet ēt verum in casu proposito: quia verba ista intelliguntur decesserit viuo testatore, siue post. vt l. 1. in prin. de adim. lega. prout ergo dicta verba se referunt ad eum, q viuo testatore decessit, absque dubio ꝯtineī vulgaris. Et sic apparet, ꝙ monasteriū, vigore substōnis ꝑ parte sua succedit illi in portione illi⁹
4 q viuo testatore decessit. Itē est sciendum † ꝙ dicta substitutio ꝯpendiosa, aliquo ex institutis decedente post aditā hr̃ditatem, in ꝑsona eius ꝯtinet substōnē fideicōmissariā in casu ꝑpositō, cum huiusmodi substitutio fuerit facta filiæ simul, & duobus extraneis, nō pōt cōtinere pupillarē,

BIU Cujas

ſed dēt intelligi ī eo caſu,in quo pōt oīb.vniformiter ſub ſtituere.i.fideicōmiſſaria.ar.l.iam hoc iure,cū ſi.de vul. & pup.vnde in ꝓpoſito ꝓ parte ſua debeť portio,in qua fuit inſtituta filia dicti teſtōris, & debeť ei iure fideicōmiſſi, deducta legitima,q̄ nō cadit in fideic.Trebellianica†verò deduci non debet, quia eſt relictum ad pias cauſas. Item ſciendum eſt † ꝙ hæc verba, ſi aliquis, ſi quis, quiſquis, & ſi.diſtributiua,licet ſint diſtributiua plurium,tamen effectum diſpoſitum attribuunt in quo libet particulari. vñ ſi dico,ſi qs mihi hŕs erit,vel aliquis. iſta verba verificanť ſiue vnus tantùm hæres exſtiterit,ſiue omnes.hoc ēt probatur pluribus legibus.vt l.qui liberis.§.hæc verba, de vul. & pupil. & l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.de pig. ac.l. ſi quis in fundo.§. fi. & l. qui filiabus.§. 1. de leg.1. vnde licet dictus Aldr.ſupſit,tñ in aliorū ꝑſona habet locū ſubſtitutio,&c.

CONSILIVM. LVIII.

1 *Emphyteoſis recepta à patre pro ſe,filijs, & nepotibus,altero filiorum decedente ſine filijs accreſcit alteri.*

2 *Ius accreſcendi habet locum in mortis cauſa capione.*

3 *Ex diuiſione facta inter fratres de re emphyteotica eccleſiæ ſine licentia Abbatis, quòd non ceciderunt à iure ſuo.*

4 *Si tempore diuiſionis fratres inter ſe fecerunt quitationem, & ceſſerunt iura,quòd per hoc non impediuntur petere partes fundi emphyteutici fratris præmortui.*

5 *Quitatio generalis non porrigitur ad incogitata.*

Ex themate Prædicto tria dubia oriuntur. Primò an mortuo vno ex dictis fratribus ſine filijs maſculis portio eius dicti fundi reuertatur ad monaſterium, an verò accreſcat fratri ſuperuiuēti, cum pater eorum receperit in emphyteuſim pro ſe, & ſuis filijs, & nepotibus in tertiam eius lineam maſculinā finitam. Secundò, an per diuiſionem inter fratres factam irrequiſito Abbate ceciderint à iure ſuo. Tertiò,cum tēpore diuiſionis vnus frater alteri quitauerit, & ceſſerit, impediatur petere partes dicti fundi fratris præmortui. Su
1 per primo dico † ꝙ iſta emphyteuſis cum ſit paterna,hoc
a eſt per patrem quęſita,ſuperuiuenti fratri accreſcat,[a] videtur probari per caſum 10.colla.qui feu.da.poſ.c.1.quod vŕ tenuiſſe Dy.de ver.obl.l.ſi mihi.& Titio. Cy.C.qñ nō pe. par.l.1.facit qđ no.Spe.de emphyt.§.nūc aliqua.ver.lxxviij. de hoc eſt gl.ordi.in l.qđ dŕ.ff.de impen. quod no. & hoc venit ad fratrem ex iure accreſcendi, quod licet aliàs nō habeat locum etiam in diſpoſitionibus inter viuos: tñ habebit locum in caſu noſtro ſpecialiter ꝑ allegata iura ſicut etiam habet locum in vſufructu accreſcēdo & in ſocio imperialis liberalitatis, vt C. ſi impe.liber. ſoc.l.1. vel habebit vigore ſucceſſionis permiſſæ hoc caſu:vt probant dicta iura feudalia. Præterea dicta conceſſio in emphyteuſim in perſonam patris recipiētis eſt inter viuos, tñ in perſona filij eſt quædam mortis cauſa capio:quia ꝓp mortem patris filij capiunt. patre.n. viuo filij nil habent facere,vt l.Gallus.§.1.& quod ibi no. de libe.& poſthu. de ope.lib.l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.not.per Cyn.C. de ope. lib.l. liberti. Si ergo capitur ꝓp mortem patris,eſt mortis cā capio.ut ff. de dona. cā mortis.l.qui pretio.& l.mortis
2 cā capio.ſi eſt mortis cauſa † capio eſt locus iuri accreſcēdi,vt l.Thais.§. Stichus.de fideic.lib.pro hoc facit ꝙ dicimus quòd donatio cā mortis ſapit naturam ꝯctus, & vltimæ voluntatis,vt no.ff.de do. præleg.l.2.in prin.& not. Dy.in l.tam is §.1.de donatio.cā mor. Sed in hac donatione eſt locus iuri accreſcēdi,vt no.in l.1.§.pe.C. de cad. tol. vbi dicit,hæc aūt oīa locū hŕe in donatione cau.mor.&c. Sed ſuper eadem conſtōne quaſi per totum dictum eſt de iure accreſcendi.ergo in propoſito in hac conceſſione habebit locum ius accreſcendi.¶Præterea poſito quòd iuri accreſcendi non eſſet locus, tamē ad hunc fratrem ſuperuiuentem debet pertinere ex virtute cuiuſdam repetitæ conceſſionis in emphyteuſim. Nam de his,quę de ſui natura non tranſeunt ad hæredes extraneos, quādo aliquis concedit alicui pro ſe,ſuiſque hæredibus, vna conceſſio vŕ in perſona cuiuſlibet hæredis.ff.de ver.obli.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.& quib.mod.vſusfru.amit.l.repeti.in prin. Important.n.hmōi conceſſionis verba:vt ſtati quòd in ꝑſona vnius ꝯceditur in emphyteuſim, & alteri qui eſt de hŕdibus vſque in tertiam gñationem videať ꝯcedi: vt l.ſi cum in annos.qui mo.vſusf.amit.Sic in propoſito,cum in ꝑſona illius fratris defuncti ſine filijs ſit pro ſua parte finita emphyteuſis, vŕ & fuit in veritate tpe primæ ꝯceſſionis facta ꝯceſſio illi,qui ſuperit vſq; ad tertiam gñationē. Pręterea hoc videmus expreſſum in patre q̄ ſtipulať ꝑ ſe,& ꝑ ſuis filijs operas liberto.nam tale ius oparum venit ad filios ex ſtipſone paterna, non ad eos, vt hæredes. ꝙ patet:quia non pertinet ad eos pro hŕditarijs portionibus.vt d.l.vt iuriſiurādi.§.ſi liberi.de ope.lib.& l. ſi oparū. eo.tit. An ergo iſtud ius oparum perueniet ad alios fratres,vno ex fratribus præmortuo? & certum eſt ꝙ ſic per l.vtrum.in prin.de aſſigna. lib. Concluditur ergo ꝙ cū iſta emphyteuſis ſit paterna,qđ ad filium ſuperuiuentem ꝑtineat ex iure accreſcendi,vel ex iure ſucceſſionis, vel ex iure cuiuſdam repetitę ꝯceſſionis, vt ꝛ.dictum eſt. ¶ Super
3 † ſecđo,an per diuiſionem fcām inter ipſos fratres ceciderint à iure ſuo,& vŕ qđ ſic:qa alienatio eſt prohibita, vt l. fi.C.de iure emphy.ſed diuiſio ꝯtinet in ſe quandam alienationem,vt iura vulgaria dñt,ideò non licet diuidere irrequiſito dño.Præterea,hæc ꝓhibitio non videtur ſolùm facta de alienando extra eos, ſed ēt inter ſeipſos, vt ff.de tranſac.l. cum hi.§.ſed ſi pluribus:per quem.§.doctores q̄dam hoc antiquitus tenuerunt. ¶Tñ ꝯtrarium dico veriſſimum. Primò, quia ſuper vendōne primò ſunt inſpicienda pacta ꝯuenta inter dantem in emphyteuſim,& recipientem.vt dicta l.fi.C. de iure emphy. ſed in iſto iſtrumento ꝯtinetur ſolùm ad non alienandum in præiudiciū dictæ eccleſiæ: ſed ſi in inuicē alienent, nullum eſt pręiudiciū eccleſiæ,quia quilibet eorum eccleſiam dñam agnoſcit:ergo inuicē eſt ꝓmiſſa alienatio.Præterea vŕ caſus.C. de fideicom.l.voluntas, vbi dŕ, qđ inuicem pūt alienare. Præterea,de hoc eſt caſus.10.colla. deprohibi.feu.alie.per Fede.c.imperialem.§.præterea ducatus. Præterea, ſi iura deficerent oīa,hæc rō oſtēdit, quare in aliū prohibita eſt alienatio;quia ille alius,vel alio modo accipiens,non cogereť ipſum primum concedentem in dominū recognoſcere:qa ei dño nulla ꝑſonali actione teneť; & iò ius vltimū ꝙ primus eſt emphyteota potuit alteri in emphyteoſim ꝯcedere,vt Inſti.loca.§.adeo;quia ſecđs emphyteota recognoſcit primum dominum, & dñs ita poſſidet mō, ſicut poſſidebat re exiſtente apud primum emphyteotam: qđ nō eſſet re vēdita,ut ff.q.mo.vſusfru.amit.l. Poponius. de acquir.poſ.l.qui vniuerſas. in fi.ſed in propoſito quilibet ipſorum filiorum habet ęqualiter ab eccleſia,& cogiť eam recognoſcere in dñam: quia hŕs primi recipientis: ergo, &c. Ad hoc etiam facit qđ no. doc.in l.fi.C. de iure
b emphy.Concluditur ergo, ꝙ per diuiſionem[b] ab eorum iure nō ceciderint.& per hoc apparet rñſio ad §.ſed ſi pluribus.quia ibi eſt eadem rō ꝓhibitionis inter eos, q̄ inter
4 extraneos, hic ſecus. ¶ Super tertio puncto,† quo quæritur,an per dictam quitationem inuicem factam impedia-
c tur frater ſuperuiuens petere dictam partem?[c] dico,quòd ex hoc pacto eccleſia nil poteſt dicere,(quia illi demum prodeſt pactum, cuius paciſcentis intereſt,vt.ff.de pact.l. & hŕdi.§.fi. Sed paciſcentis intereſt, ergo &c. Præterea ſi intelligeres iſtam qōnem,vt hoc ad futurum porrigatur, hoc nō acquiritur illi fratri, cui quitatio fit,quia ius ꝙ frater ſuperuiuens intendit non eſt contra fratrem mortuū, vel eius hæredes.ex hoc ergo dicto fratri præmortuo nihil quæritur,vt l.nec vtilem.ff. ex quib. cau.ma. & de acq. poſ.l.ſi me in vacuam.Præterea ꝙ ad tale ius fratrum poſt mortem talis generalis quitatio non porrigatur, probať
5 in l.Paulo Callimaco.§.1.de lega.3.facit illud † generale dictum,quòd generalis quitatio non porrigitur ad,ea de qbus non eſt cogitatum,vt l.Aquil.& l. qui cum tutoribus. de tranſactio.facit de dam.infec.l.ſtipulatio.§.1.c.tit.l.dā-
d ni infect. quidam. in fi. Concluditur ergo,[d] quòd vigore illius quitationis iſte frater non repellatur. Bart.

ADDITIONES.

a Ber.Land. ¶Accreſcat.Latius proſequitur Rom.conſi.19.

b Ber.Land. ¶Diuiſionem. Diuidi an poſſit emphyteuſis, vide Abb. conſi.74. Alexand.conſi.188.ij. lib.

c Ber.Land. ¶Partem.Vide Roma.conſi.21.

d Ber.Land. ¶Concluditur ergo. Addite prædictis, & ibi videte quæ poſita ſunt ad finem conſi. 54. ſup. & addite in quantum loquitur de diuiſione Fed. de Senis, conſi.237.incip.factum tale eſt,duo fratres.

CONSILIVM LIX.

1 *Si datur per ciuitatem locus ad ædificandum caſtrum, quòd talis locus remaneat de territorio ciuitatis.*

2 *Si venientibus ad habitandum in loco conceditur immunitas, cum pacto ſoluendi certam quantitatem,quòd ad alia munera, et collectas non teneantur.*

3 *Verba ambigua contractus declaranť ex conſuetudine,& mō vtēdi.*

4 *Immunitas conceſſa pro eorum iuribus & reb. quòd comprehendat etiam futura.*

Commune Spoleti conceſſit quibuſdam hominib. habitantib. in comitatu comitis de Arrono quēdā locum. qui locus vocať mōs

Fran-

BIU Cujas

Francus comitatus Spoleti liber,vt ibi facerent Castrum & ibi habitent, & dicti homines promiserunt dicto cõi Spoleti certa seruitia nominatim.Econuersò cõe Spoleti promisit eis Franchisiam, & libertatem sicut habent alij ciues Spoletani:dicti homines fecerunt Castrum in dicto loco vbi steterunt per 60.annos nec soluerunt collectam de his,quæ per eos fuerunt quæsita de nouo,& dicta Franchisia fuit eis,& eorum hæredib. & successorib. data pro eorum iurib.& possessionib.Ex hoc themate primò quæritur an cõe Spoleti possit eas collectas imponere. Secũdò, an dicta immunitas porrigatur ad bona quæsita.¶In quæ-
1 stione prædicta † videtur examinandum vtrum homines prædicti Castri sint ciues, vel incolæ ciuitatis Spoleti, & ob hoc dicantur habitare, & nati esse in territorio Spoleti,vel non:nam si ponimus dictum castrum esse de eius territorio, non est dubium quod homines ibi nati sunt ciues:& qui ibi constituerunt domicilium erant ciues,vt ff.ad muni.l.qui ex vico.& C.de epis.& cler.l.nulli. §.ꝙ si in vico. de nat.lib.l.3.cũ si.& quod dictum Castrum non sit de territorio ciuitatis Spoleti sic probatur.Primò, certum est qđ qñ aliquid datur, omne ius tale quale erat penes tradentem in accipientem transfertur, vt ff.de acq. rer.domi.l.traditio.de ℘h.emp.l.alienatio. & C.de distrac. pig.l.si debitor.cum si.Cùm ergo cõe Spoleti dedit homi nib.dicti Castri locum in quo ædificatum est dictum castrum,& vocatus Mons Franchus: ergo transtulit omne ius dñij & iurisdictionis qđ habebat in dicto loco: & sic non remanet de eius territorio.Præterea ea, quæ sunt religiosa, vel sacra, ꝙcessioni vnius totaliter accedunt. vt ff. de ℘h.emp.l.in modicis.& de acq.rer. do. l.quædam. ergo multò magis iurisdictio, quę est humilis videtur accedere tali concessioni.¶Præterea iurisdictio cohæret territorio. vt ff.de offi.præfec.vrb.l.1. §.cum vrbem. & C. vbi & apud quem.l.fi.ver.tñ hos.& de fun.li.l.quicunq;. lib.11. & ff.de iurisd.om.iud.l.fi.& si seruitus ven.l.2.in fi.& l.3.& qui prę-scripsit locum,vĩ præscribere oĩa iura loci, vt l.si aliena.§. 1.ff.de vsuc.ergo cõe Spoleti concedendo dictum Montẽ Francum vĩ concedere iurisd. quæ ipsi monti cohærebat: & sic non remanet in eius territorio: probatur,quia eius iurisdictio non venit in cõcessione nisi expresse dicatur: vt x.colla.de cap.qui curiam vendit. Præterea hñs iurisd. non potest eam à se abdicare, nisi in manib. superioris, à quo habuit,vt ff.de offi.eius.l.pe.ergo apud cõe Spoleti remansit iurisdictio,& de eius territorio. & sic oẽs qui venerant ad habitandum fuerunt incolę: & qui ibi nati sunt ciues ciuitatis Spoleti.Concludendo ergo in hoc puncto vĩ dicendum de iure, ꝙ dictum castrum Montis franchi sic remanserit in iurisd.cõis Spoleti per iura ꝓallegata:nõ tm̃ simpliciter,sed cum certis pactis & ꝙuentionib. est.n. data dictis hominib. immunitas in quibusdam: tpe quo ipsi venerunt:vt ex forma dictorũ pactorum apparet: quæ immunitas est eis seruanda vt l.2.in princ. de iure immu. quam l.adduco pro casu nostræ quæstionis.¶Quæ aũt im-
2 munitas † videaẽ cõcessa,dico,ꝙ cũ ipsi adstrinxerint se ad certas subiectiones.s.facere exercitum & parlamentum,& tenere amicum pro amico &c.Recipere ptãtem & soluere certam q̃titatem annuatim,vt dicto instr̃o apparet.alia dicti hoĩes non ꝓmiserunt.ad illa ergo cõi teneaẽ, vt d.l. hi qui.de iure immu.nam exprimendo certa ad q̃ volunt teneri,declaraẽ ꝙ in alijs noluerint teneri,vt ff.de fun.instru.l.q̃situm.§.idem rñdit domo. & l.cũ de lanionis §. cũ fundus.de condi. & dem.l.cum ita. circa fi. cum ergo non obligauerint se ad solutionem collectarum: ergo eis non põt imponi.Nec ob.qđ dictum cõe Spoleti rccepit eos & ꝓmisit eos tractare,vt ciues, & habitatores ciuitatis Spoleti,& ꝙcludunt:si ciuib.põt imponi collecta. ergo & istis &c.Qm̃ si bñ inspicitur tenor dicti facti.Primò continetur promissio,q̃ fecerunt hoĩes dicti castri Montis franchi, & in illis obligauerunt se limitatè ad quædam.vt dictum est. Scdò ꝙtinetur obligatio, q̃ cõe Spoleti fecit dictis hoĩb. cõis Montis franchi. & in illa obligatione fuerunt dicta illa verba:& illis dedit franchisiam, & libertatem eo mõ quo habẽt ciues & habitatores ꝙfinium ciuitatis Spoleti. cum ergo illa verba fuerunt apposita ad obligandum cõe Spoleti nõ inducũt argm̃ vt alij plus obligẽtur eis, vt l.cũ tale.§.fi.de leg.1.& l.legata inutiliter.de adi.leg.intelliguntẽ ergo illa verba,vt illi hoĩes sint in ea franchisia & libertate,in qua sunt ciues Spoleti hoc est liberi, licet vasalli dictorum dñorum de Arrono.non aũt propriè intelliguntẽ obligari ad collectas,& qđ sic debeat intelligi probatur ex vicinitate scripturæ p̃cedentis & sequentis. arg. de leg.1.l. si seruus plurium.in fi.& l.qui filiab.in prin.de leg.3.l.nummis.cũ si.¶Præterea si aliter intelligas,sequereẽ, qđ totus ille ℘ctus & oẽs ꝙdones essent inutiles.nam dissensus viciat stipulationẽ & ℘ctum,vt l.inter stipulantẽ.§.stichum. de ver.obl.& l.ꝙtinuus.§.1.& de act.& oblig.l.in oĩb. & de ℘h.emp.l.in vendi.sed cum hoĩes Montis franchi intellexerint se obligari tm̃ ad quædã seruitia nominatim, non aũt ad oĩa vt expresserunt,Si intelligeremus qđ cõe Spoleti intellexit de plenaria subiectione,ergo irritareẽ talis ℘ctus ꝓp dissensum, qđ dicere non debemus. l. quoties in diem.ff.de ver.obl.& l.quoties. de reb.dub. intelliganẽ ergo eo modo quo dictum est.ꝛ. vt sic ꝙsenserint. Præterea
3 † verba ambigua stipł̃onum in ℘ctu declaranẽ ex ꝙsuetudine,& modo vtendi.vt l.ſp in stipulationib.de re.iu. & d. l.si seruus plurium.de leg.1.& de leg.3.l.nummis.sed vt ꝓponitur, cõe Spoleti semper passum est dictos hoĩes vti dicta franchisia & libertate.facit.ff.de leg.1.l.nihil. Præterea hoc certum est,ꝙ homines dicti castri Montis frãchi credentes, & iusta ratione moti, se esse liberos ab onere soluendarũ collectarũ steterũt ꝓ 40.annos,& vltrà qđ præ dictas collectas nõ soluerunt,ergo erunt liberi nec eis poterit de cætero imponi, vt C.de præscr.30.anno. l.sicut. & l.oẽs & l.cũ notissimi.& est expressum in terminis nostræ qõ.C.de fun.patrim.l. fi.§.hoc ẽt adij ciendo. vbi alleganti ꝙcessionem sibi factã de collecta nõ soluenda cum cursu 40.anno.nulla nouitas põt ei imponi. ¶Secundò videndum
4 est,† & examinandum vĩ de illis verbis,quæ dñt,pro se & suis hæredib.& pro eorum iurib. & rebus perpetuam franchisiam &c.Ad quæ bona porrigantur, & vĩ ꝙ etiam ad futura vt l.peculium.in prin.de leg.2. & de lega.3.l.si ex toto.§.1.& de pecul.leg.l.deniq;.§.fi.cum si. Econtra vĩ,ꝙ intelligantur tantum res,quę tpe ℘ctus erant: vt l.fi.§.1.de leg.3.& de aur.& arg.leg.l.si ita.in prin.Concludendo dico in isto puncto,ꝙ omnes res & possessiones veniant tam illæ quæ erant eorum tempore celebrati cõtractus, quàm
a etiam post quæsita. [a] & hoc per casum ext.de priui. c.quia circa.& per dictam l.peculium.in prin.cum alijs ꝛ.allegat. nam illa verba appoĩta in contractu sunt non solum generalia sed vniuersalia. Dicit.n. cum omnib.iurib.eorum, & sic hoc verbum,iurib. complectitur peculia, hæreditates &c.nomina iuris,& vniuersitatis, quę augumentum, & diminutionem recipiunt. de quib. fit mentio in d. l.peculium.& no.in l.ꝙ dicitur.de impen.in reb.dota.fac.Præterea hoc euidentissima ratione ostenditur:nam in isto ℘ctu data ẽ frãchisia & libertas dictis hoĩb.& eorũ hęredib. in futurum, & sic complectitur hęredes, & hęredes hęredum in infinitum:vt C.de leg.l.in annalib.& de verb.sign. l.sciendum.cum si.sed collecta est onus, quod imponitur personæ principaliter pro rebus,vt l.scripto.§.fi.& ibi not. expresse.ff.de mune.& hono.& no.C.de mune.patrim. in rub.lib.x.& sic concluditur quod dicti homines sint exempti nisi in eo quod expresse se obligauerint. ergo apparet quòd onus quod imponitur personæ, eis & eorum successorib.non potest imponi. Ego Bart.

ADDITIO.

a Bern.Land.¶Quæsita.Vide Bal.consi.236.5.lib.

CONSILIVM. LX.

1 *In emphyteosi conceßa alicui pro se & suis filijs masculis & fęminis quod veniant fœminæ pariter cum masculis,nisi consuetudo aliter se habeat.*

Et nisi in loco esset statutum,quòd fęminæ non succedant extantibus masculis.

2 *Filia instituta in re certa & prohibita, quòd plus petere non possit, non excluditur à petitione portionis rei emphyteoticæ sibi ex stipulatione quæsitæ.*

3 *Ius patronatus reseruari potest filio etiam in re modica instituto.*

4 *Pater non soluendo canonem potest filium priuare iure emphyteotico.*

a 1 **Quæstio** Ista[a] hẽt dubia.Primò,vtrũ verba renouatiõis† seu ꝙcessionis ĩ emphyteosim quę

ADDITIO.

a Quæstio ista.Hoc consilium est connexum cum consilio superiori quod incipit dominus.sed errore scribentium positum est hic: ideò ibi posita videte & ibi vtrùm pater possit in emphyteosi præiudicare filio.

BIU Cujas

a quæ ꝓtinet illum Amatum [a] recepiſſe pro ſe & ſuis filijs maſculis & fœminis debeant intelligi pariter, an ordine
b ſucceſſiuo [b] .ſ. primo maſculis & his deficientib. fęminæ admittantᷠ demū deficientib.maſculis.vt x.coll. Abbatem vel epiſ.&c.c.1.§.1.de ſucce.feu.c.1.§.filia verò.Sed hoc ius ꝓſuetudinarium eſt ſingulare in feudo ꝙ iuris cōis regulas,vt no.1.colla.de eo,qui ſibi & filijs ſuis maſc. & fęmi. c.1.expreſsè per Iac.de Bel.in tit.prædicto,Abbatē vel eꝑm &c.c.1.& ideò non eſt trahendum ad ꝓſequentiam : vt l. quod verò.& l.ius ſingulare.ff.de leg.Puto igitur, ꝙ vigore dictorum verborum maſculi & fęminæ pariter admittuntur,ſicut pariter ab inteſtato ſuccedunt:vt l.maximum vitiū.C.de libe.præte.¶Prædicta vera,niſi ciuitatis, vel patriæ ꝓſuetudo circa ꝓceſſionem in emphyteuſim aliter ſe haberet.Item prædicta vera niſi in ciuitate eſſet ſtatutum, qđ illæ filiæ fęminę non ſuccedant extantib.maſculis,tūc enim dicta verba,licèt copulatiuè prolata,debent intelligi ordine ſucceſſiuo.ſ. qđ fęminæ demum maſculis deficientib.admittantur vt l.Gallus §.1.& ibi no.ff.de liber. & poſth.& quod no.per Cy.de ope.libert.l.liberti,libertęq;.
2 ¶Secundum dubiū eſt:an dictus Amatus qui filium † vniuerſalem hæredem inſtituit:filiā verò fœminā inſtituit in certa q̄titate,& iuſſit eam ꝓtentā eſſe &c.Ex hoc filia perdat ius petendi portionē ſibi ꝓtingentem de reb. emphyteuſis.hanc q.format Spe.in tit.de loc. §.nunc aliqua.ver. 78.& licet arguat pro, & ꝙ, non bene ſe firmat. veritas tñ eſt qđ dictæ filiæ remanet ius ſaluum petendi ſibi quæſitū ex vigore ſtipulationis paternæ in nullo diminutū ex vigore dictæ inſtitutionis, factæ in certa q̄titate & hoc eſt verum.primò ꝓp impotentiam patris.cum enim filia hoc non habeat vt hæres, diſpoſitio patris in hoc non valet, vt expreſsè habemus in feudis,de ſucceſ.feu.c.1.in prin.& hoc eſt ius cōe,& Spec.in d.ver.78. circa fi.dicit ſimilē eſſe emphyteoſim & feudum.Prætereà videmus in actione de dote,quæ quæritur filiæ ex diſpoſitione paterna,quod ius pater diminuere non poteſt niſi in eo, quod ſibi de bonis ſuis vltra reliquit.vt l.ſi cum dotem.§.pater. ff.ſolu.matri. ¶Prætereà poſito, ꝙ poſſet pater filiam ſua diſpoſitione priuare,tñ dicta verba hoc non important. debuiſſet.n.pr̄ hoc exprimere.ſ.qđ iura emphyteotica ſolida remaneant: quod patet in ſimili.Nam pater ꝓt vni ex filijs aſſignare libertum,tñ ſi vnum inſtituit in magna portione, alium in modica: ꝓp hoc quod inſtituit in modica non repellitur quin æqualiter admittatur cum alijs. vt l.vt iuriſiurandi.§.
3 ſi liberi.de ope.lib.¶Prætereà † ſufficit filium in modiciſſima re vel q̄titate inſtitutum eſſe ad hoc, vt iuſpatronatus ſibi reſeruetur:vt l.etiam ſi ex modica ff.de oper.liber. Prætereà ſi poneremus filium ſimpliciter exhæredatum, hoc non ſufficeret ad excludendum à iure patronatus,ſed eſt neceſſe quod ſit exhæredatus mala mente : & in dubio præſumitur non mala mente, vt l.ſi patronus.§.ſi quis nō mala mente.& §.ſi qui.ff.de bo. lib. igitur in propoſito cū filia ſit inſtituta in certa re, & iuſſa eſſe contenta,dicta verba debent intelligi,ꝙ plus petere non poſſit de bonis defuncti iure hæreditario:ſed per hoc non priuatur eo quod habet tanquam filia,non tanquam filia hæres, vt iure patronatus & iure emphyteotico.Nec obſtant iura & rōnes quæ allega.per Spe.primò nō ob.l.fœminæ. C.de ſec.nup. quia in iure non cogitur reſeruare filijs ex vigore alicuius conuentionis habitæ cum alio, ſed ex diſpoſitione illius.l.quæ ſic expreſsè diſponit,vt mater poſſit vnum ex filijs eligere,ſed in caſu noſtro eligendo vnum ex filijs ve-
4 niret ꝙ conuentionē cum alio habitā.Nec obſt.†qđ pater non ſoluendo canonem pōt priuare filium iure emphyteotico : quia hoc eſt ex natura ꝙctus celebrati cum ipſo concedente.vnde per hoc ꝓcedens, vel ꝓuentio in nullo offendit:Sed vnū eligendo offenditur ꝓuentio,q̄ voluit filios æqualiter admitti.non ob.quia pater pōt vni ex filijs aſſignare libertum,vt patet ex p̄dictis. ego Bar.ſic cōſulo.

ADDITIONES.

a ¶Amatum.Vide ſuprà conſi.54.vbi idem.& ibi vide,an pater poſſit in emphyteoſi præiudicare filio,& adde Alex.conſi.9.col.2.ver.in contrarium. in 2.vol.vbi ſequitur hanc deciſionem,& ponit concor.
b Ber.Land.¶Succeſſiuo.Vide Ro.conſi.21.

CONSILIVM. LXI.

1 *Clericus notarius in ſacris conſtitutus poteſt inſtrumenta conficere ſi ei non ſit interdictum à ſuperiore.*
2 *Clericus notarius & filiusfami. poteſt eſſe rogatus de teſtamento, in quo pater eſt inſtitutus hæres.*
Ordo ſacerdotalis an liberet quem à patria poteſtate.
3 *Acquiſitum à presbytero filiofa.ex cauſa aduentitia acquiritur ſibi pleno iure.*
4 *Teſtamentum rogatum à notario filiofa. in quo pater eſt inſtitutus, quòd tenet quò ad legata virtute clauſulæ codicillaris.*

a scilicet ꝙ per tale pactum non impeditur translatio[a] in alium. l. si quis. §. ea lege. ff. de verb. oblig. & C. de condi. ob causam. l. ea lege. sed videtur, ꝙ hoc non solum habet vim pacti, sed vim legis. & lex est facta ab his qui potestatem habuerunt legis condendæ. & voluerunt vim legis obtinere, & per legem potest demum impediri translatio dñij: vt C. de reb. alie. non alie. l. fi. & qđ ibi no. & qđ no. in d. l. ea lege. Præterea, si ponerẽ, ꝙ vim simplicis pactis haberet, tñ contrahentes vsi sunt cautela, quæ ponitur à doctorib. volentib. ꝙ non impediatur dicta translatio, s. ꝙ vnus cõstituit se precario nomine alterius possidere &c. Et secundum modum quem ponit Cy. in l. fi. C. de re. alie. non alie. Præterea posito, ꝙ esset contractus simplex, & dominij translatio non impediretur, tñ hæredes tenentur ad interesse. vt l. ea lege. verùm cum prædicta habeant vim legis
3 ad prædicta discutienda frustrà decurritur. ¶Restat† vt videamus, vtrum instrm diuisionis obstet prædictis, & videtur, ꝙ sic. quia in diuisione vnus concessit partem suam alteri ad habendum, & tenendum, & vendendum, & alienandum. Sed qũo est. qđ ille, cuius nõ interest, dat legitimam, & præiudicat sibi, vt C. de fideiuss. l. quotles. ff. de lega. 1. l. si mihi. §. omnib. de leg. 2. l. cũ pater. §. libertus. de aqua plu. arc. l. in concedendo. & l. seq. Secundò ex eo qđ in dicto instrumento diuisionis continetur de faciendo finẽ, & quitationem de omni, & toto eo, ꝙ alter ab altero petere posset, & sic istud ius quæsitum vigore prædictorum pactorũ vr remissum, ꝙ potest fieri. C. de pac. l. 1. Tertiò ex eo qđ in dicto instro continetur ꝙ alius alterum non molestabit, propter quod ius futurum videtur remissum fm opi. not. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat. Quartò ex eo quod prædicti diuidentes tenentur inuicem de euictio. tam de iure quàm etiam de facto, quia in diuisione est expressum. Si ergo vendicãt, quem de euictione tenet actio eundẽ agentẽ repellit exceptio. In ꝺriũ qđ dicta diuisio nõ noceat nec pacta in ea apposita probaꝝ per plures rationes, per quas apparebit responsum ad argum. Primò, quia prædictam diuisionem non fecerunt prædicti principales: sed quidam asserentes se eorum procuratores, de quorum mandato non constat quod habuerunt speciale mandatum ad prædicta, vnde non valet. Sed posito quod habuerunt speciale mandatum, vel ratihabitio sit secuta probatur sic. prima conuentio, quod fœminę non succedãt, sed masculi fuit lex: sed legi prohibenti non potest intelligi derogatum per sequentem dispositionem, nisi quãtum in secunda continetur expressum vt l. præcipimus. in fi. C. de appel. sed in secunda diuisionẽ hoc expresse non dicitur, qđ à prędictis recedatur: ergo, &c. Præterea pacto priuatorum non potest ꝺderogari legi vt l. ius publicum. ff. de pac. & de leg. 1. l. nemo potest. Sed diuisio illa fuit facta à prędictis tanquam priuatis: nec voluerunt vim legis obtinere: & si voluissent non potuissent, qm̃ in illa diui-
b sione nõ fuit dñs Neapolio,[b] qui fuerat tertius inter eos; & sic illi duo non potuerunt aliquid facere vel statuere illo nõ requisito. vt ff. de arb. l. sicuti. de reg. iur. l. duo ex trib. per illam ergo diuisionem nõ potest intelligi derogatum illi legi prędcedenti, quæ dicit qđ fœminæ non succedant, sed succedant masculi. ex quib. apparet qđ dicta verba apposita in diuisione ad vendendum, & alienandum, &c. Debent intelligi legitimè, fm qđ iura eorum propria proponunt. Prętereà ex d. l. primo facta, s. quod masculi succedãt qm̃ quęritur masculis filijs qui nascerentur postea in dicta domo ius succedendi ex persona eorum non ex persona parentum. quod est in omnib. iurib. succedendi quę tenerentur ex potestate legis. Nam patre excluso morte vel repudiatione venit filius, qui est sequens in gradu, si ad eum defertur in ver. iure proximitatis ex successorio edicto. vt ff. de suc. edic. per totum. & de suis & legi. l. 1. §. sciendum. & insti. de succes. cog. §. placebat. & vt dixi hoc competit filijs ex persona sua, etiam si nolint esse hęredes patris. vt C. vnde lib. l. qui se patris. & de inoffi. testa. l. si quis filium. ¶Hoc pręmisso qm̃ Frontibranta renuntiauit omni iuri qđ habebat, vel quod habere poterat in dictis bonis non ꝓiudicat huic Colę, qui est de descendentib. eius: qm̃ iste Cola venit ad ista bona ex persona sua, nõ ex persona aui vel patris: & cũ ista bona iste Cola habiturus sit à iure naturali, vel lege ẽt si non sit hęres patris. renuntiatio, vel factum patris ad istud non porrigitur: vt ff. de interdic. & re-

lega. l. cũ qui ciuitatem. Ex hoc apparet, ꝙ §. duo fratres. & ibi materia notata non faciunt ad propositum: quia ibi loquitur de iure fideicom. ꝙ debeat diuidi, in quo sunt opi. iuri verò succedẽdi ab intestato quod venit ex legis dispõne per illam diuisionẽ & per aliquod pactũ in ea appositũ non vr renunciatum: vt no. ff. de transa. l. qui cum tutorib. in solutione illa dũ dicit, quod non per fideicõmissum fuit hęres, sed directo, & ideo huic successioni quę venit ex dispositione legis nõ vr renuntiatũ. ¶Prętereà qm̃cunq; res emergit ab aliquo emergenti post ꝯctum contrahens nõ tenet. vt ff. de euic. l. Lucius. de peri. & com. rei vendi. l. 1. & hęc est vna regula. Item qm̃cũq; res euincitur ex facto emptoris autor eius non tenetur. vt ff. de euict. l. fundum. de do. præle. l. licet placeat. ad l. Fal. l. si auiæ. sed in proposito iste Cola euincit ex causa superuenienti, quia ille decessit sine filijs masculis. Item ex facto prioris: quia ipsa mulier est, vnde propter qualitatem personæ suæ. Item ex facto dicto Franciſci qui dictæ mulieri reliquit, cum non deberet. simile no. per Iac. de Are. in §. duo fratres. & sic concluditur quod dictus Cola de euictione non tenetur & dicta bona possit petere secundum formam dicti primi instrumenti: non obstante instrumento diuisionis, & his quæ in eo continentur. Bar.

ADDITIONES.

a ¶Translatio. Vide Bal. consi. 394. 2. lib. incip. tres marchiones.

b ¶Neapolio. Diuisio inter plures facta absente vno, an valeat, videte Pau. de Cast. consi. 94. incip. spectabiles.

CONSILIVM LXXIII.

1 *Procurator constitutus in absentia, certificatus de mandato per domẽ num, vel eius literas, vel per nuntiũ, an possit administrare. vel non.*

2 *Procurator ꝙ dicitur constitutus in præsentia quando ante constitutionem dominus dixit, ꝙ volebat eum constituere, & ipse respondit, quòd volebat esse procurator, & valent gesta per ipsum.*

3 *Ignorans mandatum, licet agat vt procurator, nihil agit.*

4 *Acceptatio præbendæ secundæ vacantis facta per procuratorem, an præiudicet acceptationi primæ præbendæ si fiat cum protestatione.*

5 *Dominus quando probet contra tertium aliquem fuisse suum procuratorem ex confessione procuratoris.*

Quæritur vtrũ ꝓcurator ꝯstitutus in absentia, & certificatus de ꝓcuratione possit officium procuratoris exercere ante scripturæ seu instri ꝓcuratio nis susceptionẽ. Scđò q̃ritur an acceptando aliquã præben dã per acceptationem alterius ex post facto in eadem ecclesia cũ protestatione si sibi debetur de iure facta, & subsecuta collatione à possessionis apprehensione præiudicetur quo ad primam præbendam acceptatam in primo casu quo secunda præbenda de iure sibi non debeatur. Tertiò quæritur an dñs possit probare contra tertium quem fuisse suum procuratorem si aliter non constat nisi ex confessione eius quem dicit procuratorem fuisse per
1 litetam sibi missam, aut à procuratore. ¶Et ad primum† videtur, ꝙ talis possit officium procuratoris exercere per ea quæ no. Io. And. in c. 1. de procu. in cle. super ver. receptis. & eo. tit. c. non potest. & idem tenet Comp. in c. 1. de elec. in 6. & Specu. in titu. de procu. quorum sententia esse vr ꝙ procurator constitutus in absentia non potest officium procurationis exercere nisi procuratorium per ꝓcuratorem sit receptum & officiũ sit susceptum. ¶Super primo puncto, & ad eius declarationem sciendum est qđ ꝯctus mandati qui celebratur inter dñm, & procuratorem solo ꝯsensu ꝯhitur. vt ff. eo. l. 1. in prin. & ideò põt ꝯhi inter absentes. In hoc tamen aduertendum est, qđ licet inter absentes dicatur ꝯhi: requiritur tñ procuratorem certificari per nuntium vel epistolam: nec sufficeret si per quendam extraneum certificaretur vt ff. de act. & obli. l. consensu. & ibi no. p gl. Nunc ad propositum si procurator cõstitutus in absentia certificetur, non tñ per literas dñi, vel per nuntium, licèt ꝯsentiat, non est perfectum mandatum, & per ꝯsequens non hẽt officium procurationis, nec exercitiũ. ita no. Cõpo. Spec. & Io. And. & Arch. in ꝛ. allegatis locis. sed si certificetur per dñm ore videlicet, vel literis, vel per nũtium, tunc esset mandatũ perfectũ & haberet exercitiũ ꝓcurationis si acceptaret. & hoc est qđ dñt doct. p dicti, qđ requiritur, ꝙ peruenerit ad eum mandatum. hoc est aliqđ organũ mediũ, quo mediante dictus ꝯctus mandati perficiatur. Et hic est sanus, & verus intellectus prędictorum.
2 ¶Sed in proposita qõne †dictus procurator, si bene aduertantur verba in themate proposita, fuit in p̃sentia ꝯstitutus. dixit. n. dñs, ꝙ ꝯtemplatione sui vellet esse ꝓcurator. q̃ verba sunt sufficiẽtia ad inducẽdũ mandatũ. vt ff. mand. l. 1. ibi sine dolo &c. Et ff. de leg. 3. l. Pamphi. §. ꝓpositũ, & ꝓcurator

BIU Cujas

rator ꝯstitutus dixit qđ volebat esse ꝓcurator suus, ꝙ verbum sibi est aptum ad susceptionem mandati,vt d.ll.vnde mandatum fuit in præsentia si de hoc, quod proponitur, ꝯstaret.& sic valent gesta per eum tanquam per procuratorem. Sed posito qđ de prædictis non constaret,videndū est an ꝯstō procuratoris posteà facta ꝑ publicū instrumentum ita sufficiat, ꝙ procurator possit administrare vigore notificationis sibi primò factæ ꝑ illa verba.s.ꝙ volebat eum facere procuratorem. Ad qđ dicēdū est,ꝙ si qdem ei notificasset primò ꝙ eum facturus erat ꝓcuratorem certo,& limitato die:posteà eum fecisset,qđ sufficit.tex.est in l.fi.§.si aūt duos.de uerb. obli. Sed in ꝓposito cum ponat ꝙ indeterminatè dixerat qđ eum uolebat facere ꝓcuratorem.posito, ꝙ dicta uerba intelligant de futura ꝯstōne,dictus ꝓcurator non est certus de tpe: & per ꝯsequens pōt dici dubius de mandato,& ideò non pōt administrare,cū sit dubius propter incertitudinem tpis, probatur ī l.aut q aliter.ff.qđ ui,aut clam.Quòd incertitudo impediat administrationem , probatur in l.sed si de sua.ff.de acqui. hær. & quia ignorans,& dubitans æquiparantur.vt l.fi.ff.de cō dict. indeb.& l.fi.§.sinautem nescius.C.de fur.Sed ignorās
3 † mandatum,licet gerat ut procurator nihil agit.[a] licèt in
a quibusdam consilijs reperiatur Dy. aliter tenuisse,& sensisse.facit ad prædicta quod no.Inno.extrà de offi.deleg. c.
4 cum super. ¶Super secundo † uidetur dicendum, ꝙ cum supradicta acceptatio præbendæ non debitè sit facta per procuratorem,nisi ad hoc haberet speciale mādatum, nō uideatur constitutus ad præbendam indebitè acceptandam,ut dicunt iura uulgaria.Præterea acceptauit sub conditione.s.si sibi de iure debetur: quæ cōditio cum deficiat de præsenti , acceptatio est nulla , ut.l.si cum ad præsens. ff.si cer.peta.& l.cum in secundo.ff.de iniu.testa.& l.circa. ff.de hære.institu.& sic perinde esset,ac si non acceptasset.
5 ¶†Super tertio uidetur, quòd ea quæ proponunt,non inducant sufficientem probationem contra tertium : uerūtamen si ille,qui dicit se [b] procuratorem constitutum ꝓbaret tunc se habuisse notitiam gratiæ factæ sic , fortè ex hoc præsumeretur procurator.per no.in capit. coram dilecto.extra,de offi.dele.Bar.

ADDITIONES.

a ¶Nihil agit.Hoc consi.allegant,& sequuntur domini de Ro.dec.145. in nouis.de procu.Et vide Rom.consi.253.& sequitur etiam Fran.de Are. consi.68.
b ¶Qui dicit se.Vide quod voluit Ro.consi.63.

CONSILIVM LXXIIII.

1 *Vltimus emptor quando præferatur priori, etiam quando in primum sit translata possessio per constitutum.*
2 *Venditio facta ad mensuram etiam de rebus immobilibus, quòd non dicitur perfecta nisi facta mensuratione.*

[a] In nomine Domini Amen.

¶Petrus uendidit Bertæ suæ sorori , & uxori Bartoli tria staria cuiusdā clausuræ iuxta domū dicti Petri positā,&c.à quocunque latere uoluerit certo ꝓtio:ad habendum,tenēdum,&c.de quo ꝓtio fecit finem & refutationem, &c. Et constituit se dictus uenditor noīe dicti emptoris possidere,donec de ipsis possessionem acceperit corporalem , q̄ accipiendi licentiam ꝯcessit,&c.Post prędicta dictus Bar. maritus dictæ Bertæ tanquam maritus & coniuncta persona dictæ Bertę vendidit dicto Petro fructum , & vsumfructum dictorum trium stariorum terræ à tempore celebrati ꝯctus per xxv.annos pro certo pretio,& dicto emptori fecit finem,& ꝙtionem. Quam clausuram.& tria staria terræ dictus Petrus habuit,& possedit per spaciū.xxv.ann. & plus , pacificè,& quietè: insuper dictus Petrus decessit remanente filio;& hærede Gentili:qui Gentilis vendidit dictam clausuram Pucio pro certo pretio : pro quo fecit quitationem,&c.Et dictus Pucius habuit tenutam,& possessionem dictæ clausurę pro tpe dictę venditionis, & tenuit pacificè, & quietè & nunc tenet , & possidet: modò hæres dictæ Bertæ , & dicti Bartoli dūt dictam clausuram prædictorum trium stariorum terræ ad se pertinere pleno iure.Quæritur mō quis istorum hēt potiora iura in dictis tribus starijs terræ , cum ex aduerso pro parte dicti Pucij negetur, & dicit ad se pertinere : & an si dicti hēdes agant ꝯ Pucium rei vendica.ad dicta tria staria terræ de iure de-
1 beant obtinere.Super † hoc dicendum vī,qđ vltimus prio
ri est potior:sicut de duob.emptorib. ille potior erit , cui
b primo possessio tradita est:[b] vt.C.de rei ven.l. quoties. & l.siue autem.§.si duob.ff. de ꝓbli. sed iste vltimus q̄ emit ab hærede primi venditoris , est ille , cui primò possessio tradita est.ergo,&c.Nec pōt dici qđ dictę Bertę fuerit possessio tradita verè vel fictè:nam dicta tria staria dictæ Bertæ vendita non fuerunt certa , sed posita fuerunt in electione ipsius Bertæ: nec electio facta apparet,& locus incertus non potest possideri vt l.3.§.sed incertam. & l.Locus. ff.de acq. pos. ergo ex quo constituit se ipsius nomine possidere,vel ex eo quòd emit dictus vēditor fructus, non pōt dici quòd ei sit quęsita possessio rei quæ possideri non pōt. Præterea † dicta vēditio primò fuit facta ad mē
2 suram, & sic antequàm mensuretur non est perfecta venditio.vt l.qđ sæpę §.in his de contrahen.empt.& licet ibi loquatur in rebus mobilibus,tamen idem est in fundo vēdito ad mensuram.vt l.si in venditione.§.vbi verò.de peri. & commod.rei vēdi.& de actio.empt.l.Iulianus.§. Titius.
c Cum ergo non fuerit perfecta venditio, cum non fuerit mensurata,& sic non extiterit cōditio apposita,apparet, qđ non fuerit translatum dominium in primum emptorem, sed in secundum emptorem sic. vnde secundus emptor erit potior.Bar.

ADDITIONES.

a ¶In nomine Domini.Addite consiliū Ang.nu.336. incipiēs Sempronius olim cal.
b ¶Tradita est.Vide quod voluit Ro.consi.270.& Bal.consi.394.4.lib.
c ¶Venditio.Vide quando venditio dicatur perfecta, & quod periculum pertineat ad emptorem.Pet.de Anch.consi.150.

CONSILIVM LXXV.

1 *Habens certas possessiones conductas cum conditione, quòd non possit illas relinquere si filij aut nepotes non fuerint, intelligitur si habuerit filios, vel nepotes tempore mortis.*
2 *Clausula,si decesserit sine filijs ex legitimo matrimonio natis, quòd non verificetur in legitimato ab Imperatore.*
3 *Legitimatus per principem,quòd admittatur ad ea quæ de iure communi etiam legitimo deferantur.*
4 *Imperator ꝙ possit legitimare in terris ecclesiæ immediatè subiectis.*

Viso Instrumēto locationis factæ Titio,& testō Titij,& facti narratione ꝑdicta. Prmo quæritī ex vigore ipsius clausulę existentis in dicta locatione,q̄ dicit: si verò filij aut nepotes dicto Titio minimè hēdes fuerit, ꝙ viuæ ēt existentes psonę seu possessores, cui voluerint, relinquendi habeant potestatē,& licentiam:an possit Ioāni filio suo , tanq̄ extraneæ personæ relinquere dictas res locatas sc̄dm formā dictæ clausulæ? Rndeo ipsum nō posse dictio Ioanni tanq̄ extraneæ psonæ relinquere: pro eo maximè: quia illud fuit permissum dicto Titio sub cōdi-
1 tione,si filij aut nepotes non fuerint.† intelligitur enim , si sibi filij non fuerint tempore mortis: vt ff.ad Treb.l. ex facto.§.si quis autem.sed dicto Titio fuerunt filij tempore mortis , igitur expirat potestas relinquendi extraneę personæ.Sc̄dò requit , ꝙ is,cui relinquit, sit legitimè natus.Si igit sit impeditus dictus Bal.dictas res, & aliàs relinquere dicto Ioanni , vel in eū transferre:quia ipse Ioānes illegitimè natus est:vt s̄.dictum est.si legitimaret ipse Ioā
a nes à Papa,vel à p̄senti Imperatore,[a] vel ab aliquo habente à dicto Imperatore potestatē legitimandi;posset dictas res vel bona p̄dictę hēditatis p̄nę ipsi Ioāni relinquere:& in ipsum transferre.Ad qđ respondet.si dictus Ioannes legitimaret ab Imperatore,vel hēnte potestatē ab eo,insurgit qō,an legitimatio hēat effectum in terris ecclesię, de qua,s̄.dicet.Sed si legitimaret à Papa in tpalib. sine dubio legitimatio valet in terris ecclesię,vt extrà.q̄ fil.sint legit. c.ꝑ venerabilem.& qđ ibi no.doct.An aut post dictā legitimationē posset dict' Bal. dictas res locatas, & alia bona hēditatis p̄næ ipsi Ioāni reliquere,vel in ipsum trāsferre de quo s̄.q̄rit,dubiū est.finaliter tn dico,ꝙ q̄dam p̄hibent transferri in istū filium ex ꝯctu locationis p̄dictæ.dicit.n. ꝙ deueniat ī filios,& nepotes ex legitimo mīmonio natos. & circa istud pactū p̄ legitimationē factā à Papa ī forma cōi non vī dispensatū.non.n.pacta ꝯhentium ꝑ rescriptū prīcipis rescindi dēnt,nisi hoc agat expressè p̄ principē.vt l. cās.C.de transac.& C. de erro. aduo.l. fina. & C. de rescind.vendi.l.ratas. Quædā p̄hibent trasferri in ipsū
2 filium illegitimè † natū ex testō p̄is,dicit Bal.qa bona subiacēt restitutioni p̄ hæc verba, si decesserit sine filijs natis ex legitimo mīmonio ,& in hoc ēt non vī dispensatū ꝑ dispensationem specialiter factam:nā princeps restituendo non facit videri quē ex legitimo matrimonio natum: maximè in hoc:qa natus fuit ex nupta alterius cū in possibile fuerit ipsam fuisse vxorem,dicit Bal. illo tpe: & sic

ADDITIO.

fictio

a ¶Imperatore.An Imperator possit legitimare in terris ecclesiæ , & Papa in terris Imperij.videte plenè per Ant.de But.& Panor.in c.per venerabilem.qui fil.sint legi.per Bar.in l.cunctos populos. de sum.Trini.& fide cath.per Paul.de Cast. consi. 201.& cōsi.227.ꝑ Ang.consi.300.incip.pro decisi.primi puncti.Pet.de Anch.cōsi.321.

BIU Cujas

fictio hæc non potest fingere: vt l. si pater, in fi. ff. de adop. & l. qui ad certum. ff. loca. sed per legitimationem hoc facit princeps, qa eum restituit natalibus antiquis, quo tempore sibi legitimè nascebatur: & subducit etiam in cõmercium legum per quod legitimi ab illegitimis differũt: vt in auth. qui. mo. na. effi. sui. §. natura si quidem. col. 7. Facit ergo legitimatio vt pro legitimo habeatur, non tamẽ qꝑ sit natus de legitimo mr̃imonio: vnde cum verba testi requirant expresse, qꝑ sit natus ex legitimo matrimonio, talis legitimatio huic non proficit: secus esset si testm̃ simpliciter diceret si decesserit sine filijs legitimis. Quædam
3 prohibẽtur† transferri in istum filium de iure cõi: ideò qa est sic illegitimè natus. prohibet. n. sibi relinquere, & donare, & ab intestato succedere, & simi. vt l. 2. C. de natura. li. lib. & de incest. nupt. authen. ex cõplexu. & in auth. qb. mod. natu. effi. sui. §. pen. ¶ Et circa ista per legitimationẽ vr̃ à principe dispensatum. nam legitimatio, quæ fit per rescriptum principis, facit, vt nihil à legitimis differant, vt in auth. quibus mo. natu. effi. sui. §. illud autem ibi, nihil à legitimis filijs differentes. ¶ Concludo ergo tali legitimatione facta per Imperatorem dicta bona legata in dictum filium, sicut in quemlibet extraneum, per alienationem transferri, eodem mõ de bonis paternis, aliter non.
4 ¶ Quintò† quæritur, si legitimatio quæ fieret ab imperatore, vel ab alio habente potestatem ab ipso, valeat in terris
a ecclesiæ [a] immediatè subiectis? Respon. qd̃ Innoc. videtur tenuisse, quòd non in capitu. peruenit, extrà, qui fil. sint legit. Iacob. de Belu. disputauit contrarium, & suam disputationem posuit in authen. quibus. mod. natu. effi. sui. & eius opin. videtur sequi Ioan. And. in c. peruenit in nouel. qui filij sint legitimi. Bar.

ADDITIO.

a ¶ Terris ecclesiæ. Latè vide Pau. de Ca. consi. 211. & 227. Pe. de Anch. consi. 321.

CONSILIVM LXXVI.

1 *Si pater donet filio suo emancipato omnia bona sua præsentia, & futura reseruatis vsusfructibus, & prouentibus inde venientibus, an liceat patri prædicto in vita sua disponere pro libito suæ voluntatis, & an valeat talis donatio, & hic concluditur, quòd non valuit donatio.*

In nomine Domini. Amẽ. Pater filio emancipato do
a nauit omnia bonæ sua præsentia, & futura [a] saluis, & reseruatis dicto patri omnibus fructibus & vsusfructibus, & ꝓuentibus, an liceat dicto patri in vita sua disponere pro libito suæ voluntatis: quæritur, an dicta donatio valeat.
1 ¶ Viso † puncto prædicto. Christi nomine inuocato, vr̃ de iure dicendum dictam donationem non valere. Et ad hoc dicendum me mouet: quia oĩs actus per quem infringit̃ libera testandi voluntas est nullus: & ipso iure non valet: vt C. de pact. l. pactum quod dotali. cum simili. Sed donãdo omnia bona præsentia, & futura, aufert sibi liberam testandi facultatem: quia non haberet, in quo posset sibi hæredem instituere: & iõ testari non posset: vt in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. ibi, vtputà nec domini rerum. ¶ Et si dicat̃ leges videntur velle, qd̃ quis de alieno testet̃: vt l. ꝓficiunt̃, de iure codic. Rn̄deo hoc verum in his, quæ sua futura possibilia sunt: aliàs de alieno non testat̃: vt in auth. ingressi. & in q. nostra. nam sicut monachus non hẽt vel habere põt bona, iõ non testatur: ita in quæstione nostra, qui donauit bona præsentia, & futura, non potest in futurũ habere bona, q̃ sint sub dn̄io suo, sed in instr̃o donationis est dictũ, qꝑ donator ex nunc dum donauit ea bo
b na pro donatario constituit se precario [b] nomine possidere: & sic mediante instanti acquisitione facta transfertur in donatarium dominium: & sic tempore mortis nunquam reperitur, quod donans in aliquo possit in articulo mortis hęredem instituere, quamuis etiam latè nunc pro tunc iuridicum videt̃, qꝑ in instrumento donationis non cõstituisset se etiam cętera bona pro donatario possidere, quod possit dici acquiri donanti, sed compelli postea ad tradendum eum, & hæredem suum, videtur etiam donationem non valere: quia hæres non est verisimile, quod velit adire hæreditatem, si eum omnia restituere oportet. Et sic in vtroque casu videtur impedire libera facultas testandi, quamuis primo casu dum cõstitutio possidendi facta est indubitanter videatur plus, quam in secundo casu. ¶ Prætereà ad hoc facit quod notant moderni. C. de pact. l. fi. quos & Cy. ibi refert. Et si dicatur, imò videtur qꝑ possit testari, & liberam factionem testamenti habere, donatione prędicta non obstante: cum reseruauerit vsumfructum, & dispositionem super eis in vita facere potuit, ergo videtur qd̃ libera sit testandi facultas in vsufructu huiusmodi, vigore dictæ reseruationis. ¶ Ad hoc. n. rn̄deo, & dico, qd̃ ista fanè intelligenti non obstãt ꝓ infrascripta. Me tn̄ ratio mouet ad hoc, quia quamuis dispõ testamenti dat̃ in vita, testatore viuente testm̃ non dr̃, nec dispõ: cum hæreditas, & hæredis institutio, quæ dr̃ esse fundamentum ipsius testamenti. vt l. proxi. de his quę in test. delen. capiant fundamentum post mortem testatoris, sed hæredis institutio, & hæreditas non potest dici viuentis, vt l. 1. ff. de hære. vel act. vendi. & l. 3. post princ. de vul. & pu. qd̃. n. dixit qd̃ posset in vita sua disponere, intellexit donãs de ꝯctu aliquo inter viuos, non autem de vlt. voluntate testamenti, aliàs enim si intelligeremus alr̃ scilicet quod testm̃ intelligeretur dispõ in vita, iam de necessitate sequeretur quod illa tota distinctio magistralis glo. & doct. scilicet quod quædam est dispõ inter viuos ex quo in vita fit, tolleretur: qd̃ tn̄ apud intelligentes ridiculum esse. fuit enim donãtis intentio qd̃ quamuis largè, & effusè donaret, nollet tamẽ donans in vita egere. & ideò voluit sibi reseruare fructus, de quibus posset viuere, & facere quicquid vellet viuendo, ita quod ipse donans nõ egeat, & post mortem apud donatarium remanere, & semper esse. Prætereà quod dispõ testamenti non dicatur fieri in uita, cùm effectum non habeat probatur in l. 1. cũ sua glo. C. de testa. tu. ¶ Ad hoc etiam facit, quia omnis dispõ iudicatur fm tps, in quod confertur effectus. vt C. de dona. ante nup. l. qd̃ sponsæ. & l. in fuga. C. ad l. Fla. de pla. cum si. sed effectus testamenti, licèt fiat à viuente testamentum, tn̄ confertur post mortem. vt d. l. 1. ergo tota dispõ non debet dici inter viuos. sed potiùs in vltima voluntate, & post mortem, nec obstant verba illa reseruationis dum dixit, qd̃ possit disponere in vita sua, quia de necessitate sunt intelligenda de dispositione, quæ inter viuos dicitur: nam verba debent aliquid operari in vita sua. & ego sic probaui quod nulla dispositio fit à mortuo, sed à viuente. Vnde intelligantur ista verba in uita sua, vt rectè & aliquid operentur, oportet intelligi de necessitate de dispõne, quæ dicitur inter viuos: aliàs illa verba nihil operarentur, sed sufficiebat solùm dicere, qꝑ possit de fructibus disponere. ideò vt rectus, & sanus sit intellectus illorum verborum, concludo, quòd de dispositione, quæ dicitur inter viuos fuit à donatore sentitum. Ego Bart.

ADDITIONES.

a ¶ Et futura. Vide Pau. de Cast. consi. 102. vbi dicit, quòd nec de fructibus testari potest. quia illi veniunt appellatione futurorum. Angel. consi. 111. & 179.

b Bernard. Land. ¶ Precario. Breuib. corroborando suprascripta, & concludendo. dicitur. suprà donationem omnium præsentium, & futurorum, cum constitutione precarij non valere, vt Imo. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obl. per Bal. in l. fi duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. & in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. petat. per Pau. de Cast. in d. l. stipulatio. & in l. fi. C. de precar. & cõsi. 102. & 66. vbi dicit qꝑ nec de fructibus testari potest, quia illi veniunt appellatione futurorum. & per Ang. consi. 315. inci. d. Vanna vxor Lucarni. & consi. 179. inci. in Die nomine, visis instrumentis. vbi autem constitutio precarij non interuenisset Ange. in proxi. allegato consilio tenet contra Bar. & in q. inc. in refulgenti palatio. & in d. l. stipulatio. & Sal. ambo. in d. l. fi. An autem valeat saltem in præsentibus. Bar. in d. l. fi. videtur inclinare in illam partem, qꝑ non valeat Ang. vero, quia nouissimus non refertur, sed fuit sibi ipsi contrarius. nam in allegatis consilijs. tenet donationem non valere. in consi. autem. 1. 11. inc. quædam mulier donauit. tenet apertè donationem valere in præsentibus

CONSILIVM LXXVII.

1 *Notariatus non est dignitas.*
2 *Infamis potest esse procurator tutor, vel curator.*
3 *Infamis non potest exercere officium tabellionatus habens in se dignitatem, puta principis, vel banchi.*
Infamis potest conficere instrumentum à partibus rogatus.
4 *Notarius existens in possessione notariatus, & bonæ famæ potest infamia non obstante gerere officium notariatus habens dignitatẽ.*

a Quæritur An notarius damnatus [a] ex aliqua causa extra munus officij, quæ eum facit infamem, possit conficere instrumenta. & videtur qꝑ non. nam notarius videtur quodammodo testis: vt l. Domitius. ff. de testa. & testis infamis non potest testificari: ergo, &c. vt l. 3. §. 1. ff. de testi. & pro hoc. ff. de his, qui no. infa. l. 4. §. miles. ibi glo. dicit quòd infamis repellitur ab omni dignitate, & officio. Prætereà dicit̃. C. de mand. prin.

ADDITIO.

a ¶ Damnatus. Vide Pau. de Cast. consi. 207. 223. & quid si est excommunicatus: vide Fed. consi. 146.

BIU Cujas

prin.l.1.quòd tabellionatus officium est dignitas,vt est gl. ibi:sed infamis repellitur ab omni dignitate. vt l.2.de dignitatibus lib.12.ergo,&c.In contrarium facit qđ † tabellionatus nō est dignitas, sed munus.C.de his q̃ mili.non
1 posl.1.1.lib.10. ¶Prętereà video q̃† infamis potest esse procurator,& arbiter.vt inst.de exce.§.fi.& ff.de arbit.l.Pedi°. Item potest esse tutor, vel curator.ff.de postu.l.1.§.sed est æquissimum. secundum Azo.in summa trium librorum. C.de infa.ergo eadem rōne potest esse tabellio.gl. & tex. in l.3.§.quæri pōt.ff.de suspec.tu.ibi gl.videtur velle,qđ qui est suspectus p̃ delictum commissum,possit remoueri à tutela.eadem rōne debet remoueri ab officio,seu munere propriè loquendo. ¶Ad solutionem qōnis debes scire, qđ tabellionatus officiū est munus. vt d.l.1.de manda.prī. & si assumptus quis est ad negotia principis:& tunc est di
2 gnitas q̃ assumatur ad officium principis.[a] Dico ergo qđ
3 infamis † non potest exercere officium tabellionatus, videlicet notariatus, q̃ habet in se dignitatem.ut l.2. de dignitatibus,vel quod esset notarius ad banchum.vt d.l.2.§. miles.Sed si ipse à partib.assumat,vt faciat publica instra, non video,quid repugnet, quia munus publicum est, qđ infami non interdicitur: sicut potest assumi arbiter à partibus nolentibus.sic potest assumi notarius: sicut infamis assumptus iudex à partibus non opponentibus. valet iudicium,vt dixi in l.quidam consulebant.ff. de re iudi. & no. Spe.in ti.de iudice dele.§.excipitur.ver.Item nunquid per
4 iurus & infamis. & ver.seq. Hoc autem puto † verum esse,qn̄ non obstante infamia ipse est in possessione notariatus.& bonæ famæ,& tunc p̃ multitudinem gestorum per eum debet valere, vt l.Barbarius de off. præto. & l.2. C.de sen.& interlo.om.iud.Nec obst.quod dicitur in testimonium non potest esse infamis. quia hoc verum parte inuita: in contractu secus. quia partibus volentibus. Bar.

ADDITIO.

a Principis. Idem tenet Ang. insti. de iure perso. §. sinautem. & q̃ sit vile officium tenet Old. consi.75.& Io.And.de instr.edi. Ang.consi.173. licet do.Iasin l.Barbarius.simpliciter dicat,quòd est dignitas.

CONSILIVM LXXVIII.

Super Puncto quæstionis vertentis inter dominū, Raynaldum,& Leonem, & Falconem quo quæritur.Istud consilium.vide.s̃.consi.64.

CONSILIVM LXXIX.

1 *Vendens porcum factori carnificis potest agere pro pretio contra carnificem.*

2 *Institor dicitur nedum qui instat ad negotia gerenda,vel taberna prę positus, sed etiam præpositus in tenendis agnis piscibus, & similibus.*

3 *Dominus tenetur pro cōtractu institoris etiā in fraudē contrahentis.*

1 Quidam † Vendidit vni institori carnificis, seu factori vnum porcum, nec fuit sibi de pretio satisfactum: q̃ porcus fuit macellatus ad apothecam ipsius dñi ipso pñte. Cum vendenti non sit de prętio satisfactum quęrit,quar & qūo,& aduersus quē sibi ꝯsulatur.Dico,qđ consulitur dño per actionē, institoriā q̃ quidē est introducta in fauorem illorum q̃ ꝯhunt cū institore, seu factoribus ne ꝯhentes decipiantur.vt l.1.de insti. Scdò dico q̃ sibi consuletur duplici via.s. aduersus institorem,& dñm vt probatur in l.si quis mancipij.§.ser-
2 uus.ff.de instito.& ne†æquiuocemus in institore dico, q̃ institor est ex eo, q̃ ad negotia gerenda insistat,vel taber
a næ sit præpositus,[a] vel alij negotiationi.vt l.institoris est. eod.tit. ¶Prætereà institor est ille qui comparandi, vel emendi gratia merces est præpositus. Exponit gl.1.in l.q̃cunq;.§.sed & si tabernarius.in verb. merces ꝯparandas. ff.de instito.i.agnos, vel pisces, & oīa ista talia. qui verò emit istum porcum hmōi est ergo, & rectè appellatur in
3 stitor, † & dñs tenetur ēt si institor in fraudem faceret, & ꝯheret: quia imputet sibi qui talē præposuit, vt de exer. l.1.§.vt.n.ff.de instit.l.sed & si pupillus.§.p̃scribere.nec pōt allegari per dñm,ego non prępos̃ueram eum ad emendū, vel contrahendum: q̃a eo ipso q̃ quis est p̃positus tabernæ,vel stationi vī velle dns qđ cum eo contrahatur,& tenetur.casus est instit.quod cum eo, q̃ in ali.po.§. exercitoria.& §.institutoria. cum si.nisi expresè prohibeat vt ibi. Prætereà,multùm facit pñtia dñi,qui videtur ratificare factum per institorem,vt si ipsemet illud fecisset.ff.de insti. l.1.§.magistrum.& poterat prohibere si volebat. sibi ergo imputet.arg.l.si eo.C.de remis.pig.& qđ not.in l.si rē alienam.ff.de ꝯhen.emp.& l.si autem.ff.ad Mace.Prætera illa ratione tenet, quia ille publicè tabernā administrabat pro dño, & præpositus publicè credebatur:tunc dico aut iste est inter rogatus à iudice qui debet interrogari,vt l.1° de interro.act.& l.vbi. Aut proposuisti eum aut non.si dicit sic,habeo propositum. & quod tenebitur per iura præalleg.si dicit non, & tunc præsumptio, & error communis facit contra,quia publicè credebatur istum esse talem præpositum ad quæstum.i.lucrum faciendum,& iste communis error facit ius.vt l.1. C. de testa. & l.Barbarius Philippus.de offi.p̃to.facit optimè. l.si quis ad Macedo. dicit enim ibi tex.sic agebat sic contrahebat sic publicis muneribus fungebatur.& C.eod.ti.l.nec Zenodorus. Consideratis rationibus crederem,saluo semper consilio saniori, quod ille dominus teneatur in solidum ad pretium, & ad
b interesse.potest ergo agere contra illum & formare petitionem,[b] &c.Barto.

ADDITIONES.

a Propositus. Vide late Alex.consi.42. quarto lib·Abb.consi.74.2.lib.

b ¶ Formare petitionem. In superiori speculatione quid sit probandum contra institorem. Vide plenè Ale. de Imo. consi.42.in nouissimo volu.incip. redemptoris,& consi.100.inci.viso,& discusso.

CONSILIVM LXXX.

1 *Præceptum continens nuntiationem noui operis esse debet alternatiuum, vt post nuntiationem non ædificet, vel veniat responsurus.*

2 *In nuntiatione noui operis datur libellus,lis contestatur,& de causa plenè cognosci debet.*

Præceptum factum in nuntiatione noui operis etiam cum clausula, & si senseris te grauatum, & secundum formam petitionis, quòd sit nullam, & non testificetur per illam clausulam.

Quæritur Quæ sententia sit ferenda per iudicem in causa appellationis vertente inter Leonem, & Falconem appellantes ex vtraq; parte, & Falconem appellatum ex altera. visis appellationibus & productis iu cā. Ad veritatē huius qōnis inuestigandā videndum est de iuribus præcepti facti per potestatem,& iudicem de non procedendo in opere,à quo extitit appel
1 latum:& tale†præceptum de iure videtur fieri duabus de causis,prima,vt contineat nuntiationem noui opis, quæ fit p̃ prætorem: & huius præcepti formam ponit glo.nostra ordinaria de ope.no.nun.l. de pupillo.§. meminisse. in gl.quæ dicit,vt si dico,&c.& forma ibi traditur alternatiuè,vt post nuntiationem præcipiat,vt non ædificet,vel veniat responsurus. Item hæc nuntiatio debet fieri in ipso opere,& hoc est de substantia:vt d.l.de pupillo.§.nuntiare.nec sufficit in foro,seu loco iudicij fieri.vt ead.l.§.si in foro.quod tenuit gl.eo.tit.l.1.§.1.& hoc tenent omnes docto. Si ergo dicere vellet hoc præceptū continere nuntiationem noui operis,manifestè apparet esse nullum,q̃a non est factum in re præsenti.Item non est factum alternatiuè;sed copulatiuè,& partem plus debito grauauit,q̃a ad vnū debebat arctare, & arctauit ad duo copulatiue. qđ est grauius:quia alternatiua leuior est. vt l. Græcè.§. pen. de fideiuss.Apparet,ergo q̃ tale præceptum caret omnib. substantialibus noui operis. Prætereà istud præceptū nō potest dici in veritate præceptum noui operis, vt statim
2 dicam.Secunda causa p̃ quam tale † præceptum consueuit fieri est proter iustitiam ex parte petentis:& iniustitiā ex parte ædificantis: & sic fit dato libello, & lit. ꝯtest. & plenè de causa cognito per diffinitiuam sententiam. vt.l. de pupillo.§. qui opus.& ibi not.de ope. no.nun. vel aget interdicto ne quid in locis publicis,vel quod vi,aut clam. & feretur diffinitiua snīa fm ordinem illorum iudiciorū per iura vulgaria.& ista via videtur fuisse intentata hîc in ista petitione,si bene aduertatur. Nam petitio fuit. quòd eleuarentur trabes positæ,& vlterius non procederet, vt apparet in petitione producta:& istud potuit peti ex verbis edicti de ope.no.nunc.prout continet causam prohibitoriam,quia ad id quod iam factum est,vt tollatur,non pertinet.vt l.1.§.1.de ope.nou. nunc. Aliter ergo non fuit petitum.vt d.§.1. ponitur in quibus iudicijs venit non solum,quod destruatur, quod factum est,sed ne in futurum fiat.vt d.l.harum.& l.egi.ff.si ser.vend. & de iti.actuq; pri. l.3.§.in hoc interdicto. & ibi not.& ff.vti poss.l. si duo. in fi. & ibi etiam no. sed in casu proposito præceptum fuit factum fm formam petitionis oblatæ, vt in ipso p̃cepto continetur,& expresse apparet:ergo illud qđ debuit fieri per diffinitiuam sententiam, fuit actum ex abrupto parte non monita,non conuicta,non confessa,nullo iure ordinis seruato.& sic tale præceptum est ipso iure nullum.vt l.prolatam.C.de sen.& interlocu.om.iud.& cō.vel epi.l. fi.Et illa clausula, quæ præcepto inseritur,compareat coram nobis,&c. non iustificat præceptum, cum hoc nullo iure remaneat. Prætereà,non dicit, quòd compareat ad allegan-

allegandum de ſuo grauamine: & ad reſpondendū petitioni oblatæ.præceptum ergo remanet factū ſimpliciter: & ſic nullū,& ꝯtra ius.vt ſ.ꝓbatum eſt .Apparet ergo,qđ ſiue dicas præceptum monitionem continere, ſiue nō p̄ceptum dictum fuit iniquum.Et ſic concludit qđ iudex debet ꝓnuntiare malè iudicatum, & bñ eſſe appellatum , & dictum p̄ceptum eſſe vel fuiſſe nullū . & ſic ſupuacuo appellatum ſm doctrinā cōmunem quatenus hoc p̄ceptum continet prohibitionem ne procedatur in opere. Bart.

CONSILIVM LXXXI.

1 *Stante ſtatuto, ꝙ poſſidens rem immobilem,debeat intra certum tēpus omnia eius iura denuntiare cōmuni,aliàs omne ius, quod haberet:in re ipſa ſit commune,ſi donatarius nomine cnius donator poſſedit per duos annos,& nō denuntiauit rem donatā incidit in pœnā.*

2 *Aſſerens quem non denuntiaſſe rem communi debet probare .*

3 *Quomodo probatur iſta negatiua .*

4 *Poſſidens ciuiliter agit interdicto vti poſſidetis, & accuſat de turbata poſſeſſione .*

5 *Agenti interdicto vti poſſidetis,vel de turbata poſſeſſione,ꝙ non obeſt exceptio dominij tertiæ perſonæ.*

6 *Extraneus non poteſt opponere de dominio tertij etiam ad ſe excuſandum , quando dominium perditur ob aliquod non obſeruatum, & in alium transfertur.*

7 *Dominiū,qđ trāſit ipſo iure in fiſcū ob aliqđ nō obſeruatū,requirit tamē incorporatio , & poſſeſſio modici tꝑis ad hoc vt de eo excipi poſſit.*

8 *Donatio nō præſumitur ſimulata licet donatarius remanſerit in poſſeſſione rei donatæ,& in inſtrumento ſit conſtitutum .*

Martinus Forniconis de Eugubio donauit Maſſarello certas res immobiles , quas ꝯſtituit eius noīe poſſidere,deinde viuente donatore donatarius poſſeſſionem non apprehendit : ſed poſt mortem eius ſtatim. Item hīs dicti donatoris dictarū rerū poſſeſſionem apprehendit.Contigit ēt qđ viuo donatore cōe Eugubij, quia multa bona ciuium alienabant in non ſubiectos ſtatuit,qđ quicunq; habēt , vel poſſident aliq̄ rē immobilē teneantur ipſam rem, & oīa iura , quæ in ipſis haberēt denunciare ſyndico cōis Eugubij.ſ.certa tꝑa:alias omne ius qđ haberent in re ſit ipſius cōis ipſo iure ; nūc dictus donatarius agit interdicto vti poſſidetis, ſeu accuſat de turbata poſſeſſione, vel damno dato in dictis rebus ꝓ hæredem dicti donatoris.opponit qđ donatarius perdi
1 dit ius ſuum: quia cōi nō denuntiauit.ſ.tꝑa ſtatuta.† ¶Itē opponitur,qđ dicta donatio præſumit fictitia:quia dictus donator bene poſt duos annos poſt dictam donationē res tenuit, & ex eis fructus p̄cepit: q̄rit an ſi doceat dictas res fuiſſe donatas,an donatarius per hoc à iure ſuo ceciderit. Secundò,an hæc exceptio poſſit per hunc hīdem in hoc iudicio opponi, ita ꝙ obſtet . Tertiò an p̄ſumat ficta dicta donatio ex cauſis ſupradictis.Reſcribatis. Famoſiſſime doctor,& chariſſime dñe Pet.viſis veſtris allegationib. ſubtiliter factis, & omnib.ego, in qōne iſta circa ptātem ſtatuentium nil ſcribere intendo ; quia facti obſeruantia ſe hēt,vt qđ ciuitates faciūt,obſeruet.Poſito itaq; pro cō-
2 ſtanti,ꝙ ſtatutum valeat,animaduertendum puto,† qđ licèt obijciatur , qđ dontarius non fecit denuntiationem cōi,q̄ eſt negatiua: tñ qa ad faciendam denuntiationē nō tenebat qs ipſi aduerſario opponenti,ſed cōi Eugubij,ille qui opponit debet hanc negatiuam ꝓbare , aliàs in ſua exceptione ſuccumberet. hoc tenet Inn. extra de accu. c. ſuper his.& Cy. de iure emph.l.2. in 5.q. iſtam aūt negatiuam probare pōt altero de duobus modis . Primò, ſi ſint certi libri, in quibus ꝯtinentur oēs denuntiationes factæ cōi,in quib. talis denuntiatio non reperit. & hoc proba-
a tum [a] eſt, ꝙ nō reperitur.vt l.fi.C.de iure emphy.vel quia fecit diligenter,explorari ab omnib.qui debent hoc ſcire, & ſcirent ſi talis denuntiatio facta eſſet , vt expreſsè dicit
3 tex.de verb.ob.l.hoc iure. Sed poſito,qđ† ꝓbatum ſit denū tiationem non eſſe factam. veniamus ad qōnem:an dicta
b exceptio obſtet.[b] & ſi quidem agatur interdicto vti poſſi . vel accuſetur de poſſeſſione turbata non eſt dubium qđ talis exceptio non obſtabit.nā eſto , qđ dñium eſſet tranſlatum in cōe Eugubij ipſo iure , poſſeſſio tñ ciuilis . quæ erat apud donatorem non.vt no. ff. pro ſo.l. cum duob.§. idem rñdi.& C.de ſacroſ.eccl.l.fi.in antep.gl.& arg.ff.de acquir.poſſ.l.quāuis. Apparet ergo,quod dictus donatarius poſſidet,& iuſtè quò ad eum quia p̄cario,& ſic debet vincere.vt.ff.vti.poſſi.l.1.in fi.cum ſeq.& C.vti.poſſi.l.1. ¶Præ
4 tereà† exceptio dñij [c] non pōt opponi agēti vti poſſi.ſeu
c de poſſeſſione turbata ſm veram opi. vt eſt expreſſum.C. ſi per vim,vel alio mo.l.1.ſm.intel ſm.gl.ſuper rub.& not. ff.de acq.poſ.l.ſi ideò.§.fi.licet Dy.videatur tenere ꝯrium de reg.iur.c.qui ad agendum.lib.6.& per eundem Dyn.de interd.l.2.§.quædam, tñ non bene dicit,quia contra dicta iura.Sed poſito,quòd verum diceret.ipſe tñ loqtur,qñ opponitur de dñio ipſius excipientis : & hîc opponitur de dñio tertij:ſine dubio:non ob.in q.de turbata poſſeſſione.
5 vt l.1.in fi.& l.ſi qui. vti poſ.Si verò†agatur,ſiue accuſetur hæres prædictus de damno dato,tunc habet plus dubij.q. quia talis actio datur dño.vt ff.ad leg.Aquil.l.item Mella.
d §.legis.& ſic vī,qđ exceptio dominij etiā tertiæ perſonæ [d] excludat agentem.vt C.de ſer.fug.l.cum ſeruum,& ibi gl. ſuper verbo.opp.hoc dicit expreſsè.Finaliter tñ eſt verū , vt in caſu noſtro,& in ſi.obiectionibus ꝙ vbi ꝓp aliquod non obſeruatum perditur dñium ,quod in alium transfertur: tunc hoc non poteſt opponere niſi ille dñs,in quem transfertur,non extraneus.hoc dicit expreſsè.gl.ff.ſi ager. vec. vel emph.pe.l.2.in illa glo. quę ibi ſola. eſt.ꝓ hoc eſt tex.& gl.in terminis nr̄ę qōnis.ff.fam.erciſ.l.his ꝙſequenter. §.1.vbi hoc expreſsè ponitur.Nec dicat aliquis , quòd ibi non transferunt bona in fiſcum ipſo iure,ſed per ſententiam , vt ibi dicit gl. quia debet intelligi de ſententia lata ſuper actione reali , ꝙa egit petitione hīditatis : ideo dominium , & ius hæreditatis directum tranſit in fiſcum ipſo iure.vt ff. de iu. fiſ.l.Imperator.C.de his qui.vt indig.
6 l.1.antè autem † quàm fiſcus agnoſcat non dicuntur eſ-
e ſe fiſci , [e] quia poſſet eſſe , quòd fiſcus nollet dicta bona agnoſcere. quaſi non idonea.vt l.1.§.an bona.& l.non poſſunt.de iure fiſci.& in his bonis , quantumcunque in fiſcum delatis ipſo iure , tamen ſi non ſunt incorporata in patrimonium fiſci , requiritur poſſeſsio modici temporis , vt l. 2. C. de vectiga. & commiſſ. & de diuer. & temp. prēſcrip.l.inter quatuor. & l.in omnib.licèt in aliis requiratur præſcrip.xxx.ann. vel xl.cum ergo iſtæ res non fuerunt adhuc iſti donatario ablatæ. & in fiſcum incorporatæ, non poteſt ei opponi exceptio de iure fiſ.vt d.l.his cō
7 ſequenter.§.1. ¶Super vltimo,† an dicta donatio p̄ſumat fictitia [f] ex cauſa prædicta,facit qđ ſic.l.ſicut.§.ſuperuacuū ff.quib.mod.pign.vel hypothe.ſol.& qđ no.Dyn.ff.de prī. cre.l.oēs.§.Lucius. Ad idem expreſſum vī de nat.li.l.iij.in fi.& C.de acquir.hære.l.ſi is . qui bonis.& qđ no.Cy.C.de repu.hær.l.1.& 2. tñ ſi ſtatuta municipalia ſuper hoc nihil diſponunt. contra puto de iure per l. quiſquis.C. de don. Item per l. Papi. ff. de donat.inter vir. & vxo. quæ dicunt donationem non firmari niſi deuentum ſit ad traditionem, vt ibi.tamen illud intelligitur niſi aliud interueniat quòd loco traditionis habeatur. vt no. C. de do. cau.not. num.l.quòd de ſuo.ita in propoſito cum loco traditionis interuenerit,quòd conſtituit ſe nomine donatarij poſſidere.imo per hoc acquiritur poſſeſſio,vt iura vulgaria dicūt, dico ſatisfactum eſſe legi , quæ vellet donatariū poſſidere:cum in veritate donator nunquam poſſederit poſt donationem.Præterea omnes illæ leges , quæ loquuntur quod contractus præſumatur fictitius hūt locum quando extranens hoc opponit. nam ipſe qui donauit hoc non poteſt opponere,quia ex eo, quod donatarius ab eo non petijt,ſenſit lucrum ergo &c.vt l. cum in fundo. §. quod ſi mulier.de iure do. Præterea, in donatione expreſſum eſt, quod parcendum eſt donatario , ſi eum non præcipitauit ad ſolutionem.vt l.extraneus.de iure dot.ex quib. conclu
g ditur donationem illam non præſumi [g] fictitiam.Bart.

ADDITIONES.

a ¶ Probatum eſt. Vide Pau.de Caſt. conſ. 50. & qui teneantur probare negatiuam,vide Anch.conſi.255.

b ¶ Obſtet.Vide Bal.conſi.121.4.lib.

c ¶ Dominij.Vide Pet.de Anch.conſi.145.

d ¶ Tertiæ perſonæ.Vide Pet.de Anch.conſi.118.

e ¶ Eſſe fiſci.Vide Bal.conſ. 308.3.li.& ibi quanto tꝑe præſcribatur ſtante prædicto ſtatuto.

f ¶ Fictitia.Vide Rom.conſi.246.

g ¶ Non præſumi. Inquantum Bar. concludit donationem non eſſe factam poſſe probari per libros. & ſic per ſcripturam, addite his ea quæ voluit Inn. & Ioan. And.in regula ſine poſſe.in Mercur. & per Inn. Anto. de But. Panor.in c. quomā contra.extra. de probation.& in c.in præſentia.extra de renunt. per Ioan. And.in addi. ad Spec.in tit. de ſententijs. §. vt autem in addi. quæ incipit ſupple per emptorem.Pau.de Caſt.conſi.150.cui autem incumbat onus probandi negatiuam, & qualiter probetur, videte per eundem in l.ſi quis conſortium.C.de fabri.lib.xj. in l.actor.C.De probat.& in l.1.C.de bo.poſ.ſecundum tab. per Spec.in tit.de pb. §.1.in prin.& Inno.in c. 3.de prob. bona eſt glo.7.q.5. actor. & per Pet. de Anch. conſi.250.An autem poſſit excipi de dominio tertij, videte per eundem in l.1.ff. de exc.rei iu.& in l.indebiti,§.ſed etſi numi.ff.de condic.indeb.& in l.3.§.cum extaret.ff.de Carb.& in l.ſeruus.§. bonæ.ff.de condictio. fur.& in l. ex duobus.ff.de duob.reis.& gl.in c.veniens. de conuer.coniu.& glo.in c. ad decimas.de reſti.ſpol. tex. in c. frequens eo.titu. Io. And.in c.mandatum.de reſcrip. vide etiam Petr.de Anch.in conſi.118.

CON-

BIU Cujas

CONSILIVM LXXXII.

1 *Negata potestate delegantis sufficit probare poßessionẽ, in qua erat tempore legationis.*

2 *Quomodo excipiatur contra aliquem ipsum non esse talem.*

3 *Verbum de facto in rescripto, vel ordinatione importat sine citatione, & sine probatione.*

4 *Fideiußor qui dicit se læsum propter principalem ex quibus causis dicere possit læsum.*

6 ¶Prætereà ɔdeſcendendo†dictis aduocatorū, poſito , qđ iſte Pet.non veniret puniendus niſi ꝓp dolū, oñdo ipſum turbatorē poſſeſſionis doloſum.Nā ad hoc,vt quis per iniuſtū titulū excuſeſ,oportet ſtatim cū ipſe cognoſcit iniuſtitiam tituli,& cāæ ſuæ eū deſiſtere.ff.de adult.l. ſi adulterium.§.ijdem Pollioni.Sed in propoſito non pōt negari, quin dictus.Pet.cognouerit iniuſtitiā ſuæ ſnīæ ſaltē ea die qua ɔfeſſus eſt dictum.V.poſſidere,qđ fuit die xiij. Ianuarij,oīs ergo ingreſſus in dictā poſſeſsionem ꝑoſt dictam xiij.diem Ianuarij.fuit turbare dictum Vannū in ſua poſſeſſione,& doloſè turbare,nunq̄ ergo perdidit Vānus dictā poſs.vt d.l.fi.ſi per vim,vel alio mō.nō.n.probaſ ꝙ expulſus,vel ſuſpicatus fuerit ſe repelli , ergo poſſeſſionē q̄ antè habuit adhuc retinet,& ꝙ dictus Vānus tutbauit eū poſt dictā diē 13.Ianuarij,apparet ꝙa d. Pet. confeſſus eſt ā die primi ingreſſus poſſediſſe & adhuc poſsidet. ¶Cōcludendo ergo dicendū eſt partes dicti capitanei & ſuę curię debere eſſe tales, & dictum Pet. ɔdemnandū eſſe ſm formam dictæ accuſationis vna ꝑna tm̄,quia amborum mē ſium accuſatione contentorum vna eſt accuſatio , eſt.n. vnus actus continuatus,vel vt dictum eſt ſm aliam opin. venit condemnandus tm̄ de eo quod factum eſt de mēſe Ianuarij poſt dictā.xiij.diē,& ſic pro vna turbatione tātū. ¶Ex p̄dictis apparet rñſum ad oīa in ɔrium allegata. Bar.

CONSILIVM XCII.

1 *Aetas probatur per eum,qui eam allegat.*
2 *Aetas quomodo probetur per teſtes.*
3 *Teſtis deponens ſuper ætate ex aſpectu non probat.*
4 *Mater in probanda ætate filij quòd admittatur.*
5 *Pater ſpiritualis poteſt eſſe teſtis pro filio ſpirituali.*
6 *Conſanguinei quòd ſint idonei teſtes in probanda ætate.*
7 *Teſtes non poſſunt ex officio iudicis examinari ſuper articulis directò contrarijs à parte productis.*
Et ſi examinati primò dixerunt ſe nihil ſcire, & poſteà depoſuerūt quando non ſunt contrarij,& probant.
8 *Tempus de neceſſitate quòd inſit in quolibet actu.*

In quæſtione Vertente inter dñm Simonē de Peruſio ex vna parte agentem,& dñm Vitalē de Aſsiſio ex alia defendentē ſuper canonicatu Aſsiſij,Primo videndū eſt cui incūbat onus probandi ætatē ipſius dñi Vitalis.ſ.an ipſi dño Simoni, qui dicit ipſum dñm Vitalē tpe confirmationis,& repñtationis factæ in eccleſia in petitione,& articulis ɔtentis nō fuiſſe nec attigiſſe ętatē xxv.an.an verò incumbat onus probandi ipſi dño Vitali qđ tūc fuerit ætatis legitimæ. ¶Ad

1 †quod dicendū eſt,qđ licet ſuper hoc ſint multę gl.in l.de ętate.ff.de minor.& per doc.C.de prob.l.cū te. Tñ veritas eſt ꝙ illi qui allegat ætatē alicuius ad fundandā ſuā intentionē agendo ſeu defendendo ſiue excipiendo incumbat

a onus probandi. [a] Vñ ſi rōne minoris ætatis quis peteret reſtōnem,ipſe dēt probare ſe minorē , ꝙa id eſt cā ſuæ intentionis:& ſi aduerſarius diceret eū exceſsiſſe ętatē quæ daſ ad petendum reſtōnem,vt ſic poſſet minorē excludere à petitione,excipienti huic incumberet onus probandi,vt dicit tex.expreſsè.C, de in integ.reſti.l.ſi minorē , & ſic diſputando declarauit Io.And.in nouel.in q.quam ponit in regula,infamibus.de reg,iu.lib,6.& ibi patet.ſoluendo tñ dico ꝙ vtrique incumbit onus p̄bandi,opponenti ergo &c. ¶Cum igitur in qōne propoſita dñs Simō ad fundandam ſuā intentionē dicat dñm Vitalem fuiſſe minorem.25.an.certo tpe,vel non fuiſſe maiorem, ſequit ꝙ ſibi incumbat onus probandi,qđ ſi nō probauit perdit inſtantiam,vt dicit Io.And.in q.ſ. allegata. ¶Videndum eſt

2 †ergo an dñs Simon probauerit intentioūē ſuā.ſ. dñm Vitalē tunc fuiſſe minorē.ex dictis teſtium manifeſtè appareret hoc non eſſe ꝓbatum.Nam ex teſtib. dñi Simonis illi qui plus dñt ſunt tres.ſ.Iacobutius Carbutij , Vanuntius Gammarachij & Blaſius Ioli. Iacobutius itaq; examinatus ſuper decimo & nono articulo dicit vera eſſe contēta in dictis articulis:quia Hiero.filius ipſius teſtis fuit natus tpe quo Bauarus fuit Tuderti,& qđ dictus dñs Vitalis fuit natus per ſex menſes poſt,vt audiuit dici. iſte teſtis nihil probat, ꝙa ipſe non deponit de aliquo qđ ipſe cognouerit per ſenſum corporis qđ facere debet,vt l.qui teſtō.in fi.ff. de teſta.& l.1.in prin.ff.de his,q̄,in teſtō delentur,& in l.teſtium. & in l.1.ff.de teſtib. ext.de teſti.c.cū cām,& deponit de auditu alieno quod non valet,vt no.in d.l.teſtium.& l. 1.§.Labeo.de aqua plu.arc. Vanuntius dixit ſuper eiſdem articulis quòd dictus Vitalis eſt ætatis xxv.an. & non vltra.Interrogatus de cā ſcīæ dixit qđ ſoror eius tradita fuit nuptui iā ſunt xxij.anni & quòd dictus Vitalis erat tunc duorum anno.cum dimidio,vel trium ad plus,& qđ erat, ita paruæ ętatis quòd ferè,non tenebat ſe in pedibus,vt vidit. & ſic teſtis iſte non probat,quia ɔdicit d. Iacobutio ꝙ dicit ꝙ natus fuit dictus Vitalis tpe quo Bauarus fuit Tuderti,& illud fuit iam ſunt vigintiocto anni, vt eſt notorium,ergo &c.¶Prætereà nec reddit ſufficientem cām qđ tunc dictus dñs Vitalis eſſet duorū an. quia nō tenebat ſe in pedibus,qm̄ multæ p̄nt eſſe cāę,quare non teneat ſe in pedibus q̄ ꝓp defectum ætatis.Prętereà non hēt conteſtē. Blaſius dixit ꝙ hēt vnum filium,qui non pōt eſſe vigintiduorum annorū.& ꝙ tunc qñ natus fuit dictus filius, dñs Vitalis poterat eſse duorum ann.vel circa . Sed non dicit ſe vidiſſe aliquid ꝓp ꝙ ſic debeat iudicari & ſic non deponit ꝑ aliquē ſenſum corporeū,ergo &c. Iō patet p̄dictos teſtes nō ꝓbare.¶Nūc videdū ē de alijs teſtib. & hos oēs ſequor ſingulariter.¶Quidā.n.eorū teſtificaſ de aſpectu.ſ.

3 ꝙ talis dñs Vitalis ex†aſpectu eſt minor xxv.annis.qđ teſtimoniū nō eſt validū:ꝙa ex aſpectu iudicare de ætate,ſolū iudici reperiſ eſſe permiſſum,& ꝓacto breui ſpatio tpis de facili pōt eē deceptio in aſpectu. Nā dicto dño Vitali ſufficiūt vigintiocto anni cū dimidio, & ipſi deponunt videri minorē vigintiocto annorū.& ſic in ſex menſib. vel in anno impoſe vī eſse iudiciū,vt l.j.§.de inſpiciendo. ff. de ventre inſpicien.& inane eſt,& fragile iudiciū ex aſpectu.qđ ēt iudicio iudicis non ſtaſ,ſed poſſet ꝓbari ɔ, vt l. minor xxv.ann.ex aſpectu.ff.de minor. ¶Præteteà eſt alia vrgens rō ꝓp q̄ teſti deponenti ex aſpectu non crediſ: ꝙa deponere de ætate alicuius eſt iudicare, & nō teſtimoniū perhibere de eo qđ vidit,vel ſenſu percepit. teſtis aūt nō adhibeſ ad iudicandū,vt no.ꝑ Inn.in d.c.cū cām. Quidam alij ex teſtib.dicti dñi Simonis deponunt de fama ɔ ætatē dicti dñi Vitalis,quos ɔſtat non ꝓbare:cū fama nō ꝓbet, ſed probationē factā coadiuuat.vt l.3.§.eiuſdē quoq; principis.ff.de teſti.maximè cū expreſsè ſit ꝓbatū ɔ , ꝑ partē aduerſam,vt j.patebit. Cōcludiſ ergo ꝙ dictus dñs Vitalis dēt abſolui à petitione dicti dñi Simonis ꝓp defectū ꝓbationis eius.Scdò dictus dñs Vitalis venit abſoluendus ꝓp defenſiōes ſuas ltīmè ꝓbatas s. ¶Primo.n.,ꝓbauit ſe eſſe vigintiocto annorū ꝑ vnū teſtē productū ꝑ dñm Simo. ſ.per dictā Amatellam matrē dicti Vitalis ,q̄ dicit ſe feciſſe rōnē,& bñ recordari ꝙ dñs Vitalis eſt vigintiocto annorū.de qua matre nō eſt dubiū qđ negotio interfuit.Nec

4 ob.†quòd ſit mater , quia in ætate admittitur teſtimoniū matris.vt l.etiam.de proba. & 4.q. 3.can. ſi teſtes.§. teſtis idoneus vbi d.l.etiam eſt canonizata. & ibi not. ¶Prætereà fuit ꝓducta teſtis à domino Simone actore, ergo eius perſo-

ADDITIO.

a Ber.Land.¶In q.Onus probandi.Cum d.conſulente ꝙ ille qui allegat ætaté ſiue agendo ſiue excipiendo dēt probare,tenet Bal.& Sal. in d.l. ſi minorem.& in l.neque natales.& in l.cū te minorem.C.de proba.gl.& Arch.78. diſ.c.presbyter.gl.& doc.in c.in pñtia.de proba.& in c.ſi eo.tpe.de reſcript.in 6. per Pau.de Caſ.conſ.140.& ſeq.Per quos aūt poſſit ætas probari,& quæ ſint legitimæ probationes videte eundē Bar.in l.2.§.ſi à pupillo.ff.pro emp.& gl.in l.2. in vetho legitimis.ff.de excu.tut.& in d.l.de tutela.ff.de in integ.reſti per Bal. in l. 1.C. de temp.in inte. reſt.& in d.l.neque natales,vbi dicit ꝙ liber patris facit ꝑſum, circa numerum annorum, & ꝙ inſtrumentum dotale probat ætatem ſi eſt confectum inter perſonas honeſtas.Circa verò id quod concludit Bar. ꝙ teſtimonium ex aſpectu non probat,& addite q̄ voluit Bal.in rub. C.de prob. addite ēt ꝙ ſnia lata ex aſpectu corporis non tranſit in rem iudi. nec ēt ex præſump. vel ſummaria cauſæ cognitione.Secundū Hoſt.in c. cū dilectus. ext. de elec. & ibi videte an mater indiſtinctè poſſit eſſe teſtis de ætate filij, dicite ex mente doct. in c.cum dilectus de accuſatio.ꝙ non ad commodum filij,& ēt ex mente glo.in l.ēt.de probatio.in caſu aūt huius conſilij fuit idonea teſtis per d.l. ſi quis teſtibus.Super eo quod dicitur ꝙ teſtis dicit ſcio,quia poſui curæ. Adde ꝙ idem tenuit Bal.in l.2.C.de tempo.appellatio.circa verò dictum teſtis dicentis ſcio,ꝙa affinis,an concludat.Bar.in l.de tutela,non firmat pedem.Bald. autem in l. teſtium.in fi.tenet cum Bar.hic,ſed in tractatu ſuo de teſtib.facit quandam diſtinctionem,de qua ibi per eum. Vltimò an ſit differentia in probanda ætate ponere verba affirmatiuè,vel negatiuè.Bal.ponit in d.l.cum te minorem.

perſonam reprobare non poteſt, vt l.ſi quis teſtib. C. de reſt.probatur ẽt per plures teſtes productos pro parte domini Vitalis. ¶Ad cuius euidentiam ſciendum eſt quòd pax inter cõe Peruſij,& cõe Aſſiſij facta fuit anno domini milleſimo tricenteſimo vigeſimo ſecundo menſis Aprilis & hoc conſtat per publicum inſtr̃m in cã productum, & loquitur de illa pace in qua cõe Aſſiſij ſe ſubmiſit cõi Peruſij,quę non poteſt eſſe niſi vna,ſicut res mea nõ poteſt amplius eſſe mea,vt l.proprias. C. de legi. & de acqr. poſſ.l.iij.§.ex plurib. ſed idem loquor de pace, quæ tranſiuit in notoriũ,vt patet in 2.arti.dicti domini Vitalis confeſſato per dominum Simo. ad quam pacem ſe retulerũt teſtes dicendo poſt dictam pacem & c. hoc ſic præmiſſo diſcutiantur primò teſtes qui videntur probare.Putius pater dicti domini Vitalis probat hoc clarè:quia dicit ſuper quarto articulo quòd habuit dominus Vitalis vſumfructum quinque annorum à die pacis factæ, & ſic facta cõputatione quòd de menſe Aprilis proximè præteriti compleuit vigintiocto annos. Item ſuper articulo ſexto,dicit quòd vidit dictum dominum Vitalem viuum & natum. ȷ̃. dictos qninque annos.¶Nec obſtat quòd eſt pater,qa teſtimonium patris admittitur,vt ſ̃.dictum eſt. Nuntius ꝓbat ſuper quarto articulo, & ſuper quinto, quòd dictus Vitalis fuit natus.ȷ̃.quinque annos à die pacis factę, & ꝙ
5 fuit baptizatus.Nec obſt.†quòd ipſe eſt ſanctolus, vel pater ſpiritualis dicti domini Vitalis, quia illa cauſa nõ reperitur quòd repellat teſtem in aliqua parte iuris, ideò ei deberet plus credi tanquam homini eum ſpiritualiter diligenti.Clantolus Ioannis hoc probat clariſſimè quia ſuper ſexto articulo dicit quòd iuxta. v.annos à die pacis factæ vidit dominum Vitalem viuum,& natum.Item ſuper octauo articulo dicit dominum Vitalem eſſe vigintiocto annorum.& reddit rationem ſufficientem, quia.ſ. ſic poſuit curæ. Nec alia poteſt reddi ratio de tempore niſi ponendo ſibi curæ,& reducendo ſibi ad memoriam curſum temporis. Centilis Cioli hoc probat. Nam ſuper quarto articulo dicit quòd ipſe teſtis duxerat vxorem iã ſunt vigintiquinque anni, & quòd dictus dominus Vitalis erat natus ante per vnum annum cum dimidio, & ſic concluditur dictum dominum Vitalem eſſe vigintiocto annorum.Item interrogatus quomodo ſcit quòd ſint vigintocto anni quòd vxorem duxit,reddit ſufficientem rõnem: quia conſtat per inſtr̃m quod apparet eſſe productum. Interrogatus iterum de natiuitate, reddit rõnem ſufficientem quòd ipſe eſt de domo.in fi.dicit quòd eſt patruus, & ſic debet ſcire etatem ſuam, vt l. de tutela. C.de in integ. reſt.Idem dicit ſuper octauo articulo Palinutius Ioannis probat, quia dicit ſuper ſexto articulo, quòd vidit dictum dominum Vitalem natum a dicta die pacis factę, & reddit ſufficientem rationem. quòd hẽt de hoc memoriã propter natiuitatem fratris ipſius teſtis,vt ex dictis in præcedentib.articulis apparet. Boza Ioannis probat quia dicit quòd vidit dictum dominum Vitalem per vigintiocto annos,& reddit ſufficientem cãm quia ſic videtur ſibi habito reſpectu ad tp̃s factæ pacis. Iſtud. n. verbum vr̃ eſt ſufficiens ad ea,quæ cõſiſtunt in memoria, & intellectu. vt l.qd̃ tñ.§.j.de arb.¶Nec obſt.qd̃ contra dictos teſtes obijci poſſet.Primò.n.qd̃ aliqui ex dictis teſtib. ſunt conſanguinei dicti dñi Vitalis, quæ oppoſitio non obſt. ¶Pri-
6 mò†qa in cauſa ætatis admittuntur conſanguinei, maximè in his ſpiritualib.vt xx.q.3.c.pręſentis.& no.4.q.3.§. teſtis idoneus.¶Præterea ſunt aliq omni exceptione maiores vt mater dicti dñi Vitalis ꝓducta per dñm Simonẽ.& ſic eſt eius perſona approbata. Item Miglius qui eſt ſanctolus.i. pater ſpiritualis dicti dñi Vitalis. Secundò obijcitur contra dictos teſtes quòd ſunt ſibi contrarij,qa examinati ex officio iudicis ſuper articulo dicti dñi Simonis dixerunt ſe nihil ſcire, ſed ſuper articulis dñi Vitalis ſunt teſtificati de ętate dñi Vitalis.Si ergo in uno dicũt ſe aliquid ſcire,& in alio aliquid neſcire,contradicunt ſibi ip-
7 ſis.¶Ad quod rñdetur multipliciter. Primò † quia dicti teſtes non potuerunt examinari ſup articulis ex officio iudicis directo ȝrijs articulis dñi Vitalis.Caſus eſt in l.producti.ff.de teſtib.ſm vnam lect.ibi poſitam, vnde etiã ſi ſibi contradicerent,non noceret talis cõtradictio ſecundũ Ber.extra. de teſti.c. cum cauſam.in glo. quæ incipit,hæc litera poteſt intelligi.Præterea,nulla eſt cõtradictio ſi diligenter aduertat̃. Nã articuli dñi Vitalis ſunt affirmatiuè ꝙcepti.ſ. ipſum eſſe. xxviij.anno.ſed articuli dñi Simonis ſunt negatiuè ꝙcepti.ſ.dictũ dñm Vitalẽ nõ eſſe xxv. anno.vel xxviij.anno. Teſtis ergo qa dicit ſe ſcire dictã affirmatiuã.ſ.quod eſt.xxviij.ann.rectè ponit ſe nihil ſcire de negatiua, q̃ eſt ei ȝria dicere de ea nihil ſcit,& ſic de eius ȝrio depoſuit.Dẽnt ergo teſtes ītelligi qd̃ nõ incidant in ȝrietatẽ,vt extrà,de teſti.c.cũ tu.Sed dẽnt cũ diſtinctione iuuari.vt in prima ꝙſtõne.C.§.qb.&c.Præterea teſtes ꝑdicti ſunt ſolũ quatuor.ſ.Cariſciolus, Vãnutius, Menerius, & Palmetius.Vnde manẽt ſex q clarè ꝓbant ętatẽ dñi Vitalis. Vnde manifeſtè ꝙcludit̃ dictũ dñm Vitalẽ eſſe abſoluendũ.Præterea una rõ ſubeſt ꝓ dicto dño Vitali, qa ſi bñ inſpiciat̃ examinator teſtiũ inuoluit eos inquantu potuit,& tñ cũ toto hoc bene ꝓbauerunt. Ex oĩb. igit̃ ꝑdictis ꝙcludit̃ dñm Vitalẽ eſſe abſoluẽdũ.¶Tertiò obijcit̃ ȝ dictos teſtes, qa cũ ipſi dicant ſe ignoraſſe tp̃s, quo facta fuit pax inter cõe Peruſij,& cõe Aſſiſij,non põt dictũ eorum concludere:quo cauet̃ ꝙ ille natus fuit.ȝ̃.quinque ann.à die factæ pacis, & qd̃ ex eo concludit̃ ꝙ non ſunt 28.anni.¶Ad qd̃ rñdet̃ ꝙ illud nõ ob. nã articulus primus dicit qd̃ pax fuit facta anno mileſimo tricenteſimo vigeſimo ſcdo,de menſe Aprilis.Vñ duo ſunt conſiderãda.ſ.tp̃s ſimplr ꝙſideratũ.Scdò denominatio,ſeu dinumeratio.Pri
8 mũ.ſ.tp̃s†de neceſſitate ẽ in quolibet actu: qa oẽ qd̃ fit, fit ī tpe,vt ī c.abbate.ſanè.ext.de re iu.& ff.de acc.l.libellorũ. Scdm.ſ.denominatio,ſeu dinumeratio tpis põt fieri multis modis.ſ.qa nominatur annus quotus ſit de natiuitate Chriſti:vel à natiuitate cuiuslibet hoĩs,vt l.3.§.minorẽ. ff. de minor.vel quotus ſit annus ab vrbe ꝙdita.C.de ferijs.l. oẽs.& ſic à quolibet actu eſt poſſibile in his quaſi ſemper ꝙtingens,ꝙ qs recordat̃ de tpe ſm vnam doctrinã,vel denominationẽ,ſm aliã non recordat̃, vt ego mõ recordor quotus ſit annus à creatione principis,vel magna mortalitate citra,ſed neſcio quotus eſt annus ab vrbe condita. ¶Hoc p̃miſſo teſtes, q dixerũt ſe recordari de pace facta, de neceſſitate cõcludunt ſe recordari de tpe, qd̃ ineſt ipſi actui de neceſsitate;& quot ſubſunt q non recordant̃ de tpe ſ.ſm cõputationẽ ꝙtẽtã in articulo. ſ. ꝙ ille fuerit annus milleſimus.322. & poſteà in articulo dictus dñs Vitalis natus fuit.ȝ̃.v.ann.à tpe pacis factæ, optimè p̃nt recordari de dinumeratione annorũ à tpe pacis factæ,& nõ de dinumeratione à tpe natiuitatis Chriſti,&c.¶Præterea inter p̃dictos ſunt plures q deponũt de ętate dñi Vitalis nõ dinumerando à tpe pacis,& ſunt illi. A. B. V.B.& iſti oẽs hoc ꝓbant,non ſe referendo ad tp̃s pacis iam dictę,ergo apparet liquidiſsimè ętatem domini Vitalis eſſe probatã.

CONSILIVM XCIII.

1 *Dominium ex ſimplici diuiſione quòd non transferatur, ita vt ſoluens poſsit repetere.*

2 *Soluens ex cauſa diuiſionis,& trãſactionis, non repetit, quia dominium transfertur.*

3 *Trebellianica ſoluta per iuris errorem non repetitur,nec vendicatur: quia licèt naturaliter indebita,tamen ciuiliter debita.*

Preſuppono qd̃ petitio ꝓcedat,& qd̃ lis debeat ꝙteſtari. ¶Veniam° ad tertiũ q̃ſitũ.ſ.nunqd ꝙtenta in inſtr̃o diuiſionis obſtẽt p̃dicto actori,poſito ꝙ aliàs ꝓbaret intentionẽ ſuã.Ad qd̃ examinandũ primò fundemus intentionẽ actoris, & vr̃ ꝙ eius intẽtio ſit fundata de iure.Nam diuiſio facta inter Lenutiũ,& tutricẽ pupillorũ fuit facta ex̃ iudiciũ,& ſic illarum poſſeſsionũ,q̃ remãſerunt apud illã tutricẽ illorũ pupillorũ,medietatẽ hẽt ab illo Lenucio.Alia.n.medietas remãſit apud eã tutricẽ dictorũ pupillorũ tanq̃ dictorũ pupil-
1 lorũ antè fuiſſet,& ſic†ex vigore dictæ diuiſionis ꝑ dictũ Lenucium non fuit tranſlatũ dñiũ in dictos pupillos illius medietatis q̃ remanſit apud eos tanq̃ ab initio eorũ fuiſſet,vt l.dedi.§.ſubtiliùs.ff.de ꝙdi.ob cau. Cũ igitur ſm formã dictæ petitionis medietas dictę medietatis ꝑtineat ad filios dicti Lenucij iure legitimæ,& Trebellianicę p̃nt illã quartã partẽ iure dñij vendicare.tex.eſt cũ gl.in l.cum putarem.in fi.primi.rñ.in gl.fi.ff.fam.erci.¶In ȝriũ,& illa eſt veritas,ꝙ vigorę dicti inſtr̃i diuiſionis ipſius verbis diligẽter inſpectis filij dicti Lenucij oĩno excludunt̃.Nã nõ fuit ſimplr facta diuiſio inter eos,quia tunc procederet.d.
2 l.cũ putarẽ,& qd̃ ibi no.ſed dictus ȝctus non ſolũ†fuit diuiſionis,ſed ẽt tranſactionis.nã vt patet in inſtr̃o diuiſionis per pactum,& tranſactionis noĩe vna pars alteri renũciauit oĩ iuri,& dedit & ꝙceſsit oẽ ius,oẽmq; actionẽ, ꝙ & q̃ hr̃et in dictis rebus quacũq; de cã. & ſic dictũ ius qd̃ dictus Lenucius hẽbat fuit expreſsè ꝙceſsũ & translatũ in ipſos pupillos.vt C.de trãſa.l.ſi ꝑ fundo.& expreſsè no. Ia.de Are.in l.1.ff.ꝑ emp.& ibi latius,& clarius ſcripſi, & in p̃di.l.cum putarem. q̃ loquit̃ qñ ex cã diuiſionis eſt datum alicui illud,ꝙ erat oĩ iure debitũ. ¶ Sed in propoſito

BIU Cujas

quòd Cola illius dicti Vannis poterat retinere, inter cætera erat Trebellianica, quæ secundum veram opi. nostrarum glos. est fideicommissarijs naturaliter indebita, licet ciuiliter debita, & soluta † per iuris errorem non potest repeti nec per rei uen. nec per condictionem sine causa, ut l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. l. error. C. eo. tit. Cum ergo dictus Lenucius soluerit iuris ignorantia ductus, ideo filijs Lenucij nulla competit repetio. ergo &c. Bar.

CONSILIVM XCIIII.

1 *Camerarius est officium publicum, & necessarium: aliàs dicebatur curator.*

2 *Administrator ciuitatis si accipit pecuniã nomine ciuitatis, si non probatur versam in eius utilitatẽ, ipse tenetur condictione ob causam, & aliter agendo administrator absoluitur. Negatiua quando est fundamentum intentionis alicuius illa debet probari.*

Viso Puncto qõnis nobis transmissæ per sapientem virum relictum Angeli iudicem maiorẽ terræ cãrum ciuilium ciuitatis Viterbij in causa vertente inter magistrum Ioannem magistri Ray. actorem. & Petrucium Angeli reum: quo quæritur an executio petita per dictum magistrum Ioannem contra dictum Petrucium in quantitate. ccc. flo. auri. vigore cuiusdam apodissæ scriptæ manu supradicti Petrucij sit fienda per suprascriptum iudicem in bona & personam dicti Petrucij secundum tenorem petitionis dicti magistri Ioannis necne, & quæ sint partes iudicis in dicta causa. ¶ Visis iuribus, & allegationibus vtiusque partis, videtur nobis consultoribus in scriptis considerandum quòd extenore schedulæ apparet quòd dictus Petrus dictam quantitatem flore. acceperit, & promiserit, ut camerarius cõmunis, & sic quãtum ad ipsam partem pro camerario est habendus, nisi ꝯrium probaretur, ut l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. docuit etiã dictus Petrucius de sua electiõe
1 ad dictum officium, vt patet ex actis. ¶ Item † aduertendum quòd dictum officium est officium publicum & necessarium. est hic enim ille curator, qui ad colligendum ciuitatis publicos redditus eligi solet, ut l. munerum. §. sed & curatores. ff. de mu. & ho. & §. defensores. His præmissis dicimus partes iudicis debere esse tales, quòd pronuntiet executionem petitam per dictum magistrum Ioãnem contra dictum Petrucium fiendam non esse secundum formam suæ petitionis, reseruato dicto magistro Ioanni iure petendi ordinariè, si qđ ius sibi appatet competere. & hoc probabimus his rationib. ſ. quando adminis
2 stratores † ciuitatis pro ipsa ciuitate accipiunt mutuum tenetur ciuitas, si in ipsius vtilitate versæ sunt pecuniæ.
a Si verò non sunt versæ [a] in utilitatem ciuitatis tenentur administratores, ut l. ciuitatis. ff. si cer. pet. sed in hoc iudicio non est liquidatum dictam pecuniam versam in vtilitatem ciuitatis. ergo apparet non esse liquidum an ipse Petrus teneatur. Sicut. n. non potest agi cõtra fideiussores, nisi quando apparet debitorem non esse soluendo: nec contra pignorũ possessores, nisi quãdo apparet principalem soluendo non esse: & ista debent facta executione per actorem ante omnia liquidari vt dicũt iura vulgaria: ita hoc liquidari debuit pecuniam in vtilitatem communis esse versam. ¶ Præterea, quando negatiua est causa intentionis alicuius agentis ille debet eam probare. vt ff. de verb. oblig. l. hoc iure. & no. per Inn. in c. super his, extrà de accu. sed posito quòd esset liquidum dictam pecuniam in utilitatem ciuitatis non esse conuersam, adhuc idem dicendum est executionem dictæ apodissæ non esse fiendam prout dictum est: quia licet tunc officialis, qui recipit pecuniam teneatur, tamen uidendum est qua actione. Et certum est quòd officialis non obligatur ex ꝯractu mutui celebrato in ipsa numeratione. Non. n. agebatur inter eos, vt ipsi officiali quererentur, sed vt ciuitati per eũ, ergo eius numeratione ipse non obligatur, vt l. non omnis. ff. si cert. pet. nec ex promissione, q̃ fecit dictus officialis tenetur: promisit enim vt camerarius, ꝯ officiũ est necessarium, vt dictum est, & sic proprio nomine non tenet finito officio. vt l. tutores, qui post. §. j. ff. de admi. tu. & l. post mortem. §. j. qñ ex facto. tut. sed ex hoc tenetur, quia pecunia ei datur vt in vtilitatem ciuitatis ꝯuertatur, qđ si nõ facit tenetur condictione ob causam quasi ob cãm datam, & eã non fuerit secuta, hoc declarat tex. de cõdi. ob cau. l. si procuratori. Nunc ad propositum executio schedulæ debet peti fm tenorẽ ipsius vt patet ex verbis statuti producti, sed condictio ob causam, qua iste tenetur, nõ est fm tenorem schedulæ, sed extra id, quod agitur, illa nascitur obligatio, vt l. si is qui. §. fi. ff. commo. non ergo peti
potest executio schedulæ, sed alio modo est agendum, si sibi ius putabit cõpetere, & prædicta dicimus visis actis, & actitatis in ipsa causa. Bar. de Saxoferrato.

ADDITIO.

a ¶ Ver fæ. Vide Pau. de Cast. consi. vlti.
¶ Ad corroborationem prædictorum, quia bonum est arg. de ciuitate ad ecclesiã recipientem mutuum, vt per doc. in d. l. ciuitas. & in c. quod quibusdam. de fideiuss. videte pulchrum consi. Ang. consi. 279. incip. omne bonum.

CONSILIVM XCV.

1 *Obligans omnia sua iura quòd videatur obligare officium iudicis sibi competens ad taxationem expensarum.*

2 *Creditor hypothecarius quòd possit petere taxationem expensarum debitarum debitori suo.*

3 *Sententia, in qua reseruatur taxatio expensarum, valet.*

4 *Talis sententia est conditionalis.*

5 *Chirographarius creditor, quòd possit petere taxationẽ expensarum debitarum suo debitori: licet in libello non faciat mentionem de hypotheca.*

6 *Libellus certificatur per scripturam, de qua in eo fit mentio.*

7 *Pendente rescissione sentẽtiæ expensarum creditor qui habet hypothecata omnia iura debitoris, non potest agere vt taxentur, sed assistere debitori ne colludat.*

Taxatio expensarum est quædam executio, quæ stat in suspenso, donec pendet quæstio præiudicialis.

In nomine Domini Amen.

Ex themate proposito proponuntur plures qõnes. ¶ Pri-
1 mò, † an sub gñali obligatione iurium veniat iudicis officium, quod præcipit taxationem expensarum. & puto qđ sic. Nam officium iudicis potest cedi, & obligari, de admini. tut. l. si minoris noĩe actum. ff. de mino. l. ꝙ si minor. §.
2 restitutio. Secundò † an creditor hypothecarius possit pro suo interesse petere declarationem dictarum expensarũ, vbi obstaret; & credo quòd sic. C. de non nu. pecu. l. sicuti. nam ius est ei quæsitum, ergo. &c. ff. quemadmo. ser. amit. l. si partem. in fi. ff. de bo. lib. l. liberto octuaginta. ff. de pac.
3 l. fi. ff. de contratab. l. si post mortem. §. fi. ¶ Tertiò, an † va-
a leat dicta sñia, in qua reseruat [a] sibi taxationem, & est planum quòd sic, vt l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. quod
4 no. in l. idem labeo. ff. fami. ercis. ¶ Quærò † an talis sñia sit pura, vel condõnalis, & vĩ pura. ff. de leg. 2. l. 1. In ꝯrium videtur. ff. de ver. ob. si quis arbitratu. ff. de ꝯh. emp. l. fi. ff. de rei vendi. l. Pomponius scribit. in fi. ¶ Quintò, quæ in casu nostro sint partes iudicis. Nam in themate prædicto non proponitur, nisi ꝙ agens in libello non fecit mẽtionem
5 obligationis iurium, ergo libellus ineptus. Nam † chirographarius creditor non admittitur ad dictam petitionẽ, licèt sua interfit. Nam interesse est deducibile in iudicio ꝙ viam agendi: sed debet esse tale, ex quo noua actio oriatur. Sed creditor chirographarius non hẽt nouam actionem, sed veterem solam personalem, vnde minus est eius interesse ex cã honesta, tñ non probabili, iõ non agit, vt no. in simi. C. de fur. l. manifestum. in prin. ff. ad exhib. l. pe. cum ergo libellus non contineat causam immediatã, ergo est ineptus, vt no. in l. 1. de eden. l. fi. C. de edic. di. adria. tol. & ff. de Fal. l. 1. §. Labeo. & l. edita. cum sua materia. C. de eden. Sed ad hoc posset rñderi quòd implicitè fecit mẽtionem de hypotheca cum se fundet ex instrõ seu apodissa, & ad eã se referat, ergo &c. Ex quo de scriptura, & eius serie constat, vt l. in summa ff. de re iudi. & l. hæc sñia. C. de
6 sen. quæ sin. cer. quan. & ꝙ † libellus certificetur per scri-
b pturam, de qua in eo fit mentio, [b] vt no. Inn. in c. 1. de proba. ff. vt lega. no. cau. l. postquàm. §. si dies. ¶ Præterea si per formam statuti talis apodissa hẽt paratam executionẽ, vt res iudicata, tunc creditor chirographarius potest petere talem declarationem, quia vltrà personalem actionẽ hẽt officium iudicis pro executione, seruando tñ ordinem. l. à diuo Pio. & l. commodis. ff. de re iudi. & hæc oĩa faciunt
7 pro creditore. ¶ Sed ꝯ eum facit, † quia ante obligationem pendebat lis super rescissione sñiæ expensarum, qua pendente cum sit præiudicialis, creditor non põt agere, sed bene potest assistere debitori ne colludat. Casus est. C. de litig. auth. nunc si hæres. & vĩ expressum. ff. fam. ercis. l. in hoc iudicio, & facit. ff. de pig. l. si superatis. §. fi. Et ꝙ hoc puto exceptionem lit. pendentis in vim dilatoriæ obstare. d. Sandræ, & suis procuratoribus pendente lite rescisoria expens. taxati. quæ taxatio est executio quædam, quæ stat in suspen-

ADDITIONES.

a Ber. Land. ¶ Reseruat. Quam reseruationem an possit iudex facere. Vide Pau. de Cast. consi. 377. & quando iudex possit mutare sententiam expensarum per Rom. consi. 361.

b Mentio. Vide Ro. consi. 21.

BIU Cujas

ſuſpenſo donec pendet quæſtio præiudicialis. vt ff. de admini.tut.l.chirographis.§.1.& no.Inn.ext.quod me.cau. c. ſuper e.& per eundem.extrà de app. c. ſæpè.in glo.ſuper. ver.expenſarum.circa fi.& facit.ff.de excep. l. fundum. & l.fundi.& C.de ſer.l.1.&c.Bart.

CONSILIVM XCVI.

1 *Monaſterium ſi eſt exemptum cum ſuis poſſeſſionibus,quòd poſſeſſio, quam precariò,vel iniuſtè poſſidet,non eſt exempta.*

2 *Licentia data in inſtrumento apprehendendi poſſeſſionem rei authoritate propria,ita quis poteſt uti contra hæredē,ſicut contra defunctū, & etiam contra eccleſiam.*

3 *Poſſeſſio quæ habetur precariò quòd ſit iniuſta,voluntate mutata per concedentem.*

Precarium quòd tranſeat ad hæredem,quando agitur, quòd ad hæredem tranſeat.

4 *Exempta eccleſia quòd non cenſentur exempti clerici,non incorporati ipſi eccleſiæ,& non oblati,ſed temporales.*

Chriſti nomine Inuocato. Dico partes iudicis eſſe tales, quòd pronuntiet per dictum dñm Thomam & eius procuratorem malè appellatum,& per dictum do. Dynum benè ꝓnunciatum. ¶ Ad hoc aũt dicendum me mouent infraſcriptæ rõnes.Si benè aduertaẽ, hæc qõ pendet ex duob. Primò cum ille prior accuſetur ex primo delicto commiſſo in turbando illum accuſatorem in ſua poſſeſſione,apparet ꝙ non agitur de obligatione,vel facto eccleſiæ,ſed de obligatione prioris,& ex ipſius facto deſcendente, vt l.neque interdicto.de re iudica.de Tab.exhi.l.pe. ꝙ vi aut
1 clàm.l.is qui in puteum.§.ſi tutor.¶Eſt† igitur videndum vtrum hoc delictum ſit commiſſum in loco exempto,vel non.ꝙ ſi locus non eſt exemptus apparet poſſeſſorẽ poſſe conueniri,vt c.1.de priuil.li.6. Quod aũt ille locus non ſit exẽptus oñdit̃. Nã verba priuilegij dñt ſic &c. Cũ oĩb. bonis quæ principaliter,& rõnabiliter põſſidet, aut in futurum iuſtis modis põſtante Dño potuerint adipiſci ab oĩ iuriſdõne &c.Sed illã rem in accuſatione ꝓtentã nõ poſſidet hoſpitale rationabiliter,nec iuſtis modis dictam poſſeſſionem acquiſiuit, ergo dicta poſſeſſio nõ eſt exempta, & ſic delictum commiſſum eſt in loco non exempto;hoc oſtenditur,quia† præceſſit inſtrumẽtum donationis factæ dicto Petro,quo dedit licentiã vt apprehenderet poſſeſſionem dictæ rei ſua authoritate, vt apparet in dicto inſtrumento:ſed conſtat quòd dicta licentia intrandi poteſt qs
2 vti contra hæredem, [a] ſicut cõtra defunctum.vt ff.de leg. 2.l.Titia.§.2.ſecundum tertiam lecturã. l. hæredes. & l.qđ ipſi.ff.de reg.iu.etiam contra eccleſiam poteſt quis vti dicta licentia,vt extrà,de dona.c.cum dilecti. per quam decretalem hoc tenet Hoſt.& Io.And.& ipſi no.hodie. ext. de foro compe.c.verum.licet Inn.ibi videatur tenuiſſe cõtrarium,cuius opi.reprobatur in hoc quod dixi,pro quo facit.C.de epiſ.& cle.l. ſi quis curialis. & quia legitima licentia excuſat à ſacrilegio vt.ff.de aqua plu. arcen. l. quãquã.cum ſimi. ſed ex inſtrumentis apparet ſer Petrum ex licentia ſibi conceſſa ingreſſum eſſe animo poſſidendi ipſam rem,vt apparet ex inſtrumentis productis,& ſic legitimè poſſidet,ergo dictum hoſpitale non poteſt rõnabiliter poſſidere,vt l.3.§.ex contrario.de acq.poſ.& l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.commo.ex hoc concluditur dictam poſſeſſionem non eſſe exemptam. ¶ Prætereà aut ponimus dictum Gellum in vita ſua rem poſſediſſe, qđ vĩ pars dicti prioris aſſerere,dum dicit in quadam poſitione: ꝙ dictam poſſeſſionem tenuit tãquàm de bonis dicti Gelli,quæ verba,de bonis,ſignificantia ſunt poſſeſſionis, vel detentationis,non dñij,vt no. ff.de vi bo. rap.l. 2.§.in hac.inſti.eo.tit.§.ſanè in hac actione.& maximè cum ipſe Gellus conſtituit in inſtr̃o ſe ſuo noĩe poſsidere precariò à dicto ſer Petro,vt l.2.C.de acq.poſ.& no.de rei ven.
3 l.quædam mulier.Sed poſſeſſio †quæ habetur precariò eſt iniuſta,mutata voluntate concedentis. vt l. Pomponius. §.ſi is,qui.ff.de acq.poſ.dixi pleniſſimè in l.1.ff.de acq.poſ. & C.de acq.poſ.l.vitia.per gl.Ergo apparet, quòd hoſpitale ſuccedit in locum Gelli vt hæres,& vĩ vitioſè poſſidere, vt l.cũ hæres.ff.de diuer.& tẽp. p̃ſcript.C. de p̃ſcr. lon. temp.l.1.& quod ibi no.Aut dicimus dictum Gellum nũquam poſſediſſe,ſed ipſum hoſpitale cœpiſſe poſſidere,& tunc idem,quia hoſpitale poſſidet precariò à dicto ſer Petro. Nam licèt dictum precarium ſimpliciter conceſſum non tranſeat ad hæredẽ.vt l.cum precario. in fi. ff.de acq. poſ.tñ bene tranſit qñ expreſsè agitur quòd ad dictum hęredem tranſeat,vt patet in d. l. cum p̃cario. ſicut dicimus in vſufructu.Nam tranſit ad hæredem,ſi exprimitur,vt C. de vſufru.l.antiquitas.de ver.ob.l.ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita.idem in legato annuo.C.de leg.l.in annalib.Sed in illo inſtr̃o tam ex prin.quàm ex fine apparet quòd ille Gellus omnia fecit,& promiſit pro ſe ſuisque hr̃dibus, ergo apparet quòd hoſpitale poſſidet precariò, ſed hæc poſſeſſio eſt iniuſta reuocato precario,vt dictum eſt,ergo patet dictum hoſpitale non poſſidere rationabiliter, & ſic res non eſt exempta.Præterea hoc non poteſt negari ꝙ dictũ inſtr̃m donationis facit rem dubiam,vtrum hoſpitale iuſtè & rõnabiliter poſſideat, vel non. & ſic eſt dubium an res ſit exempta vel nõ.ſed in dubio eꝑs eſt iudex competens.vt no.Inn.ext.de foro compe.c.cum ſit.arg.ff. de iudi.l.2.§.ſed ſi dubitetur.& l.ſi quis ex aliena.& no.in l.2.ff. ſi quis in ius voc. & ſic apparet dictum vicarium iuſtè ꝓ-
4 nunciaſſe.Sed dubium eſt,licèt†non ſit verũ, ꝙ dicta poſſeſſio ſit exempta,an ſit exempta perſona dicti dñi Thomæ prioris. & in hoc dico ꝙ non. nam exempta eccleſia vñr exempti eius clerici,vel canonici perpetuoq; oblati, non autem priores parochiarum curam habentes. vt c. exempti.de priui.lib. vj.ex qua decretali apparet ꝙ demũ illi qui illius eccleſiæ, & in ipſam eccleſiã ſunt incorporati ſunt exempti.ſecus ſi in ipſa eccleſia hñt quandã curam,ſeu præeminentiam, non tamen ipſe eſt oblatus vel aliter incorporatus eccleſiæ:Hoc etiam probatur iure ciuili:aliqs eſt tribunus militum, & ſic præeſt militi,gaudet
b ne priuilegio militum? certè ita: ſi ipſe eſt de numero. [b] aliàs ſecus.vt ff.de teſt.mili.l. ꝙ cõſtitutum. & ibi not. de relig.do.c.j.in cle.hoc autem non eſt probatũ ipſum prior̃ eſſe oblatum:vel aliàs ipſi hoſpitali eſſe incorporatũ: unde licet ſit poſſeſſor non gaudet priuilegio hoſpitalis: ſicut nec tribunus militum, qui non eſt de corpore, ſeu numero militum,ſic nec presbyter,de quo dicitur in.d.c. per exemptionem. ſi ergo ipſe eſſet exemptus ratione originis,cũ ipſe ſit de Eugubio,ipſe eſt iuriſdictionis epiſcopi.vt C.vbi de cri.agi opor.l.j.& ff.de interdictis & releg.l.relegatorum.§.interdum. Concluditur ergo dictum vicarium iuſtè pronunciaſſe.Bar.

ADITIONES.

a ¶ Contra hęredem. Vide quod pulchrè voluit Bald. conſ.2 14.iiij.lib.
b ¶ De numero. Vide eundem Bar.in d.l.quod conſtitutum.

CONSILIVM XCVII.

1 *Poteſtas iudicis in ſummarijs eſt in abbreuiando dilationes.&c.*
Lex fi.de ferijs.non habet locum in cauſa confeſſionati inſtrumenti.

2 *Dilatio in ſummarijs eſt arbitraria.*
In ordinarijs integra dilatio à lege ſtatuta dari debet.

3 *Licet ſit ſtatutus terminus pro prima dilatione, non denotatur ordo ad ſecundam,niſi dato impedimento in prima.*

4 *Secunda dilatio data ſine cauſę cognitione quòd ſit nulla ipſo iure.*
Verbum poteſt, quãdo habet negationẽ propoſitam quòd inducit neceſſitatem.

5 *Vt ſecunda dilatio data domino teneat propter impedimentum non ſufficit iuramentum procuratoris.*
Dilatio ſecunda vt detur procuratori, quòd non ſufficit eius iuramentum, & quid requiratur.

6 *Pars grauatur etiam per interlocutoriam nullam ipſo iure.*

In quæſtione Prædicta.Primò conſiderandũ eſt ꝙ dicta cã agitur ſuper cã inſtrumenti cõfeſſionati, & ſic dicta cã dẽt agi ſummariè,vt l.à diuo Pio.§.ſi ſup rebus ff.de re iud. & iõ põt dubitari,an l.fi.de ferijs hẽat locũ in dicta ca. vĩ. n. ꝙ nõ cũ iudici videtur eſſe conceſſa maior ptãs in cauſis ſummarijs, quã in cauſis ordinarijs,de qua ptãte d.l.fin.loquitur.
1 Contrà puto,†qa ptãs cõceſſa iudici in ſummarijs eſt in abbreuiando dilationes,vt in c.ſæpè.de verb. ſign. in cle. & hoc vult dicere tex.in d.l.fi.ibi,dum dicit in pecuniarijs cauſis oĩbus.& ex eo.n.ꝙ dicit oĩbus, cõcludit oẽm cãm ſiue ſummariam,ſiue ordinariam.¶Scđo eſt vidẽdũ cùm lex vĩ ſtatuere ꝙ detur dilatio ad probandum trium men
a ſium.[a]vt l.j.C.de dila.an ſi iudex ſtatuit minus tp̃s in dilatione poſſit dare ſecũdam quæ terminum trium menſiũ non excedat ſine cauſæ cognitione qđ vĩ tenere Inno. & Hoſt.& Io. And.in c. vltra tertiam. extra de teſti. qđ quidam fortè malè nõ ſequuntur.nam d.l.j.C.de dila. nõ ſtatuit dari tres menſes ſed ꝙ non dentur amplius, quã tres, & ſic minus poterit,vt l.ſiue pars.C.de dila. quod in multis locis conſuetudo admittit, vt dixi in l. ij. ff. de re iudi.
2 Sed quicquid † ſit,hoc verum in cauſis ordinarijs:in ſummarijs non eſt dubium:qa dilationes ſunt arbitrarię,cum totalis

ADDITIO.

a ¶ Trium menſium. Vide quę poſui in d.l.fi.ff.de ferijs.in apoſtillis ad Bar.

BIU Cujas

totalis causa debeat terminari. ꝯ. minus tempus trium mẽ sium, vt l. de submersis. C. de naufra. lib. 11. Quodcunq; igitur tempus datur à lege integra dilatio dari debet, facit. c. sæpe. de ver. sig. in cle. & sic dictum hoc non habet locum
a in summarijs.[a] ¶Tertiò occurrit dubium cùm iudex tem
3 pore quo dedit ptimam dilationem statuit terminũ † octo dierum pro prima dilatione. ex eo, n. ꝙ dicit pro prima, vi detur innuere se daturum secundam, cùm prima dicatur, & denotet ordinem ad secundam. vt ff. de iudi. l. 1. & ff. de hæ. inst. l. si quis hæredes ita, ibi Titius ex parte prima &c. ¶Contrarium puto. nam dicta verba hoc non important ꝙ iudex dabit secundam, nisi in prima impeditus sit, vt sic verba intelligantur secundum naturam negotij, super quo proferuntur, vt l. damni infecti quidam. ff. de dam. in fec. & de vsu. l. si stipulatus. cum si. pro quo facit quia iudex non potest si vellet facere ꝯ formã dictæ l. fi. ff. de fer.
4 vt statim dicam. ¶Quartò occurrit dubium. posito † ꝙ iudex non debuit dare secundam dilationem, si eam dedit an datio sit ipso iure nulla, an verò veniat rescindenda ꝑ ipsum, vel superiorem, & dico concessionem esse ipso iure nullam qñ fit sine causæ cognitione per d. l. fi. ibi dum dicit in pecuniarijs omnibus dilatio plus quàm semel tri bui non potest. nam verbum potest positum cum negatione necessitatem importat, vt ff. de furt. l. nõ potest. ext. de reg. iur. c. 1. lib. 6. & ibi no. Io. And. vī ergo factum prohibente. l. & sic est ipso iure nullum. vt l. non dubium. C. de leg. Sed huic vī obstare quod no. Inn. ext. de testi. in cap. in causis. sed nõ loquit̃ de tertia dilatione, sed de tertia, & quarta ꝓductione, q̃ põt fieri in eadẽ dilatione, vt dicit gl. in d. l. in pecuniarijs. Concludo ergo ꝙ datio secundæ dilationis facta sine causæ cognitione non valet. ¶Nec ob. iurm ꝓstitum à dicto procuratore, vt iudex sic potuerit dare secundam dilationem. Ad quod dicendum esset cui
5 fuit data dilatio prima, † quòd in puncto non exprimitur. Si. n. fuisset data principali, vel alteri procuratori, tũc sine dubio p̃statio dicti iuri non esset sufficiens probatio impedimenti; nam cum terminus datur dño deberet iurare dñs cuius nomine agitur fuisse impedimentum, non procurator. l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dam. infec. quia dñs potuit impediri per cãm obuenientem in personam sui, vel in personam procuratoris, vt l. cum à matribus. C. qui pet. tut. sed posito ꝙ terminus esset datus sibi procuratori ẽt dicti iuri præstatio non est sufficiens probatio propter plura, quia primò dictus procurator asseruit se impeditũ, nec asseruit quo impedimento. s. casu fortuito, vel facto tertij hominis vel qũo. potuit enim impediri facto tertiꝯ personæ, & sic non deberet sibi dari secunda dilatio, sed ꝯ illum qui impediuit deberet hr̃e regressum, vt ff. de eo, per quem factum erit. per totum. & maximè in l. fi. Item cum dicta petitio secundæ dilationis ex cã impedimenti contineat quandam restõnem, ille qui incoloratè, & sine expressione causæ hoc petit non dẽt audiri. vt ff. de min. l. mi nor autem magistratus. §. 1. Præterea licet casus fortuitus qñque possit probari per iurm, vt l. fi. C. de fi. instr. Tñ dẽt probari plenè. vt l. qui commeatus. in prin. ff. de re milit. debuit ergo in dicto iuro exprimi quis fuerit casus fortui tus per quem fuerit impeditus, qđ cum non fecerit appa ret non esse probatum. ¶Præterea iurm istud licet fuerit à dicto procuratore præstitum, non tñ fuit à iudice, vel à parte delatum, & sic non releuat eum qui iurauit, vt ff. de in lit. iur. l. videamus. §. deferre. & hoc vī voluisse. Io. And. in d. c. vltra tertiam ext. de testi. in verbo præstito. Apparet ergo dictam dationem secundæ dilationis esse ipso iure nullam. Ex hoc sequitur ꝙ pars aduersa quæ contradixit,
6 & reclamauit fuit grauata. † grauatur. n. quis per interlocu toriam quæ est nulla ipso iure, saltem de facto: ita ꝙ per appellationem ab hoc grauamine causa ad superiorẽ de uoluitur, vt ext. de app. c. dilecto. & ibi per Inn. & Io. And. & probatur in l. militaribus. C. de decurio. li. 10.

ADDITIO.

a ¶Summarijs. Vide Rom. consi. 225. & seq. & 497.

CONSILIVM XCVIII.

1 *Litis contestatio quòd non præsumatur, licet sit solennitas intrinseca. Vna præsumptio tollit aliam.*

2 *Si in sententia habetur mentio litis contestationis, an tunc præsumatur interuenisse.*

3 *Negatiua quòd litis contestatio non interceſſerit quòd probatur per ostensionem actorum.*

Apparet Snïa lata, nec constat de litis contestatione, tamen in snïa fit mentio litis cõ testationis &c. Quæritur, an litis contestatio interceſſiſſe præsumatur, cum non reperiatur in actis. ¶In isto dubio aduertenda sunt duo. Primò an litis contestatio præsuma tur. ¶Secundò, an pręsumatur lit. contest. si snïa simpliciter est lata, non facta mentione lit. contest. &c. ¶In quo
1 casu † vī posse dici lit. contest. præcessisse. Primò per rõnem satis efficacem sic. litis contesta. est de esse, seu intrin seca solennitate snïę, vt l. prolatam. C. de sent. & interl. om. iudicum. sed in quolibet actu qui geritur solemnitas
a intrinseca interuenisse præsumitur,[a] ẽt si de ea non appa ret, vt l. sciendum. ff. de verb. obl. cum sua materia. ergo lit. contesta. præsumitur, licet aliud non appareat. Sed contrà dicendum vī. s. ꝙ lit. contesta. interuenisse non præsumitur. per l. ne in arbitris. C. de arbi. per c. qm̃ contra falsam. extra. de proba. & pro rñsione rõnis in contrarium allegatæ, aduertendum est, quòd una præsumptio tollit aliã, vt l. Diuus. de in integ. rest. & l. j. C. qui & aduer. quos, in fi. vnde cũ lit. contest. in scriptis redigi debeat, & soleat, vt in prædictis iuribus, si in forma debita. s. in scriptis redacta non appareat, vt debet, non præsumitur interceſſisse, iõ ꝙ fortius est præsumitur non interceſſisse vt l. Titiæ textores. §. j. ff. de leg. j. & sic ista præsumptio resultans ex eo ꝙ non præsumitur facta lit. contesta. nisi appareat per d. l. Titiæ. tollit illam gñalem præsumptionẽ, per quã dicebatur ꝙ solennitas intrinseca &c. Et hanc credo esse rõnem illius cõstõnis. c. qm̃ ꝯ falsam. dum dr̃ nec pręsumatur pro processu &c. ¶Secundò est † videndum quid
2 iuris sit in nr̃o casu, si in snïa habita est illa mentio lit. cõ test. & c. an ex illa mentione lit. contest. præsumatur con test. & hunc pũctũ tãgit Guil. de Cu. in l. j. ff. de in ius vo. tã gunt doc. etiam plenè in l. procurator. de eden. & Guil. te net ꝙ nõ præsumatur, per rõnes quas ibi videbis. & in l. emancipatione C. de fid. instrumẽ. vī ſm In. sic distinguẽdum. Aut lit. ꝓtesta. factam non fuisse opponitur snïæ de recenti post ipsius snïæ prolationem, & tunc præsumitur non interceſſisse in scriptis, vel aliter ordinatè. Aut de re centi non opponitur, ꝙ tunc præsumitur per rõnem, quã ibi ponit; sed gl. ī d. c. qm̃ ꝯ falsam in prin. gl. fi. & c. in p̃sen tia. de renun. in gl. quę incipit expressè, dicit hic est argũ. quod indistinctè non p̃sumit. licet Inn. in fi. dictę gl. c. qm̃ contra falsam. videat̃ sentire aliud. Sed credo prædicta iu ra & docto. ita posse reduci ad cõcordiam distinguendo, an snïa fuit lata parte præsente, an absente. Si præsente & tunc indistinctè præsumitur per d. l. ne in arbitris. & c. qm̃ ꝯ falsam. & ita põt intelligi opi. suæ gl. cum alijs c. fi. Ita etiam intelligunt doct. in d. l. si procurator. maximè ꝙa ibi formatur qõ de iudice faciente literã, & sic parte ab sente quia litera absenti mittitur. aut parte absente, & tũc
b dubium est ſm doc. quare distingue, quia aut snïa fuit lata parte ꝯdicente expressè, aut tacitè. Primo casu idem ꝙ si ea absente, quia ex quo expressè ꝯdixit in nihilo præiudicauit. Secũdo casu, qñ ea tacente, aut tempus appella tionis. s. decem dierum nõ est lapsum, qñ snïa ex dicta cã dr̃ nulla. & in hoc idẽ per ea, quę ponũt docto. in d. l. eman cipatione, & posito ꝙ præsens fuit & tacuerit, nõ tñ snïę vī acquieuisse. per l. cum rem. ff. de trãsac. cum si. Aut est elapsum, & tunc quia vī iam approbasse snïam ꝑ l. ab eo. in fi. C. quo. & qñ iudex. sic vī etiam confestim litis ꝓtesta. præcessisse prout fit mẽtio in snïa, vt legitur, qñ quis præsens sit ipsius taciti cõsensus uigore & mentionis additæ in sententia, vī ꝙ lit. ꝓtesta. præsumatur. ar. l. publia. in fi. ff. depositi. ita intelligas distinctionem Io. quã s. posui. quam ponunt doc. in l. emancipatione. & idẽ intelligo qñ parte absente & sciente & tps decẽ dierũ est elapsum. Aut fuit lata parte p̃sente & expressè ꝓsentiẽte, & tũc nõ est dubium qđ præsumetur p̃cessisse, imo ex partis ꝓfessione ex suo expresso consensu voluntas ꝑbat̃ præcessisse ꝑ p̃alleg. l. publia. in fi. adeò ꝙ non audiet̃ mõ posteà volens ꝯdicere. & eo mõ intelligo dictũ. Inn. positũ in d. c. qm̃ ꝯ falsam. in vlt. gl. ibi, item aduerte. &c. Apparet ergo ex

ADDITIONES.

a ¶Præsumitur. Quando pro sententia præsumatur vide Io. And. in addit. ad Spe. in tit. de sententia. §. qualiter. ver. in summa. Pau. de Cast. consi. 318. Alex. con sil. 22. lib. 2.

b Ber. Land. ¶Quare distingue. Articulus superior est valde dubius, sed communi sententia videtur ꝙ lata sententia præsumuntur omnia solemniter acta, si non apparet ab ipsa appellatum. per tex. in c. bonæ. el 1. de ele. & Imo. ibi, & ꝑ tex. in c. cum inter. & in c. sicut. de re iu. per do. Anto. in c. quoniam contra falsam. ext. de prob. latè per Imo. & Ang. in l. 4. §. condemnatum. & in l. de vnó quoq; ff. de re. iu. reprobato Bar. in l. fi. ff. quando app. sit. & in l. 1. C. de rel. a. in l. si quis in aliquo. C. de eden. reliqua sunt viden. in d. l. sciendum. Et quòd pro sententia pręsumatur vide etiam Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de sententia. §. qualiter. ver. in sum. Pau. de Cast. consi. 318. Alex. consi. 22. lib. 2.

BIU Cujas

go ex prædictis in uno casu solo litem contest: præsumi. ſ.qñ ſnia est lata parte præsente, & tacente, & dr̃ elapsum tẽpus appellationis:idẽ in casu secundo, qñ parte expreſsè ꝙsentiente:quia tunc p̃sumit. ¶Scundò principaliter est videndũ qd operetur dicta p̃sumptio: & certum est ꝙ lata ſnĩa parte expreſsè ꝙsentiente vel tacente, qd̃ operat tunc p̃sumptio vel probatio.vt.s̃.dixi, alĩs verò, in casu in quo dixi locum habere,operatur, quia transfert onus ꝓbandi in aduersariũ,ex quo lit.ꝙtest.p̃sumitur, qa ꝺicẽs hẽbit probare q̃tuncunq; sit ꝓbatio negatiua. vt l.fi.ff. qd̃ met.cã.Sed aduerte† qa posito qd̃ hoc sit verũ qd̃ suã negatiuã hẽat ꝓbare,subuenitur sibi,qa eam probat ex eo solo,qd̃ ostendit in libris seu in libro in qbus, vel in quo actus scribi solent,non reperiri, & hoc per tex. ind.l. Titio.§.penul.& ita sentio in hoc puncto.Bart.

3

CONSILIVM XCIX.

Statuto Ciuitatis Assisij cauetur quòd oĩa, & singula &c.hoc consilium est superfluũ, qm̃ est examinatum plenè s̃.cons.36.

CONSILIVM C.

1 *Statutum quòd testes non possint reprobari ex causa, valet.*

2 *Stante statuto quòd testes non reprobentur, non poterit potestas contra eos de falso inquirere.*

3 *Quando lex iubet aliquid non reprobari,facit illud esse præsumptionem iuris & de iure,contra quam non admittitur probatio.*

4 *Si potestas vltra tempus à statuto præfixum inquirat de falso, inquisitio est ipso iure nulla.*

5 *Statutum generale quòd non deroget statuto specialiter loquenti.*

6 *Ex processu facto contra aliquem, contra quem non erat ius accusandi, quando sequi possit condemnatio, ibi circa finem notabiliter distinguit.nu.* 10. *Processus factus ab agente carente actione, tenet.*

7 *Confessio partis quando admittatur contra præsumptionem iuris & de iure.*

8 *Iudex etiam parte non opponente potest de eius defensione quærere.*

9 *Iudex ex officio perquirit veritatem contra absentem vbicunque diffinitiua potest in absentem ferri.*

11 *Excusator allegans legitimas causas in criminalibus, si non admittitur, accusati non comparentes non sunt contumaces, nec banniri possunt.*

1 *Nepos legiti mus ex filio spurio,quod posſit ab auo hæres instituti, & substitui sine detractione,vel diminutione.& num.4.*

2 *Patri spurio non debetur vsusfructus bonorum eius filio legitimo relictorum in testamento,in quo ipse,& filius sunt instituti.*

3 *Institutus contemplatione alterius, quando acquirat illi, cuius contemplatione fuit institutus.*

5 *Agnatus non admittitur ad reuocandum, & vendicandum hæreditatem spurio relictam.*

1 Oducius Corneti de Gualdo, habens filium spurium qui spurius ex vxore † habebat filium legitimum, & in eius filij potestate constitutum sine alia sobole legitima fecit testamentum, in quo prædictum filium spurium, & dictum eius nepotẽ ex spurio hæredes instituit pro æquali portione:hac adiecta cõditione, quòd si dicta institutio facta de dicto spurio, & eius testm̃ quo ad eius institutionem ex persona ipsius filij,vel defectu,siue vitio, siue alia quacunq; ratione, vel causa in totumvel in partem non valeret,aut quomodolibet infringeretur,vel infringi contingeret, vel annullari aliquo casu,vel iure: siue ipse donationem capere non posset,ex tunc ipse nepos ex filio spurio sit hæres insolidum sine aliqua diminutione,vel detractione. Quæritur
a modò,[a] cum veniat nepos quidam,qui dicit se proximiorem agnatum dicto Oducio, & petit omnia bona ab intestato,cum sint instituti non capaces, an de iure petat, vel non? Dubitatio pñtis quæstionis descendit ex opinione antiquorum doctorum. Nam istam quæstionem mouet glos.C.de natu.liber.l.fin.vbi quæritur, quid si ex filio spurio habens legitimum, &c. Et talis quæstio olim in glo. erat decisa, sed fuit facta posteà quædam additio per Franc.Accur.quæ hodie est glo.ordinaria, quæ determinat idem esse in filio legitimo, ex spurio,quod ibi in tex. dicitur de filio legitimo ex filio naturali. & secundũ hoc est certum, quòd proximus agnatus iure nõ peteret. alia est opinio,quæ reperitur quòd Cyn. in d.l. fina. dicit Odofr.tenuisse ꝯ:sed salua pace eius Odofred.hoc non dixit,imò in successione talis nepotis ex testamento dimisit sub dubio, sicut glo.antiqua dimittebat,vt apparet ex lectura ipsius Odofred. super ead. l.Alia opinio reperitur Roffredi,qui istam quæstionem determinauit distinguendo: aut ipsum nepotem instituit, contemplatione ipsius nepotis:fortè, quia ab eo recepit seruitium,& valet: aut aliàs eum instituit, & non valet,quia contemplatione filij videtur reliquisse ergo &c. vt C. de natura. liber.l.j. & nulla alia ratione istum nepotem notum habebat nisi ꝓpter filium, ergo &c. vt l. sed si plures. §. in arrogato. de vulg.& pup.& l.si fortè.de castren.pecu. Ista fuit sua determinatio,quæ est multum proxima veritati. Specula. hoc idem tangit in tit.de succeſſ.ab inteſt. verſ. quid ſi hñs filium.& versic. seq.Nos igitur quid iuris sit videamus. Et pro parte eorum qui dicunt talem nepotem non esse capacem bonorum aui, facit primò,quia qua ratione excluditur filius,eadem ratione nepos in eius potestate constitutus.vt l.iiij.de bo.lib.& de iu.patr.l. qui contra legẽ. Præterea ad spurium non potest peruenire aliquid de bonis paternis,nec directè,nec per mediam personam,vt ff. de do.causa mor.l.quod conditionis.& de vulga.& pupil. l.si is qui.& C.de na.li.l.j. & de ince. nup.l.si quis. Sed secundum hoc per mediam personam nepotis peruenire ad filium spurium, ergo &c. ad idem facit. l. hac edictali. C.de secu.nupt.circa medium.& C.de hære.insti. l.neque per se. cum simili. Preterea,quando relinquitur tam coniunctæ personæ sicut filio ipsius spurij, de facili præsumitur fraus,vt l.pen.§.j. ff.de bon.li.ibi faciliorque suspicio, &c. Præterea vitium patris porrigitur ad filios. vt l. quisquis.C.ad leg.Iul.maie.& C.de quæſt.l.diuus.ff.de quæstio. l.de minore.& de fal.si quis patris. & de ædi.edic. l. quod si nolit. §. si mancipia. ergo vitium filij spurij porrigitur ad nepotem. In contrarium videtur, & ista est veritas,ꝙ institutio facta de prædicto nepote teneat, & istam opinionem tenet Archid.quod sic probatur.vitium,& pœna patris nocet filio in his tm̃,quæ descendunt ex ꝑsona patris,secus in alijs,q̃ aliũde eueniũt, vt dicit tex. in l. iij. de interdic.& relega.ad idem facit.ff.de sena.l.emancipatum in fi.& qđ ibi not.sed iste nepos qui instituitur ab auo nõ capit à suo patre,ergo &c. Præterea sicut spurius non potest capere,ita nec etiam deportatus.vt C.de hær. insti.l.j. sed deportatio filij, non nocet nepoti,quin ipse possit capere,vt ff.de contra ta.l.j.§.filium.& de bon.libe.l.si necẽ. §.si deportatus.ergo idẽ in ꝓposito ꝑsona filij non nocebit nepoti quin ipse ex sua ꝑsona habeat q̃relam.l.iij.§. si emancipatus.de bon.pos.ꝯtab.& C.de inof.test.si quis filiũ,& qđ ibi no.ꝑ gl.& doct.& ꝑ Dyn. in c.non debet aliquis.de reg.iur. li.vj. ita in proposito filius non nocebit nepoti.Præterea ego video,ꝙ si filius est hr̃ticus, & infidelis nõ nocet nepoti,qn̄ succedat auo fideli.vt C.de hr̃. l.cognouimus.& auth.idẽ de Nestorianis.Preterea in his q̃ acquiruntur filio,& ꝑ filiũ, & non patri ꝑ filiũ, vitium, seu macula pr̃is filio non nocet, puta si filius est emancipatus,vel in ptãte,& tractatur de eo qđ pr̃i non quæritur. l. quæritur.de bo. libe. & l.diui fratres.de iure pat. & de ius vocan.l.adoptiuum.in fi.& no.gl.de iure pat.l.qui cõtra legem.sed in qõne proposita ex tali institutione facta de nepote,patri,in cuius ptãte est, nil potest quæri per illa verba sine aliqua diminutione, vel detractione ꝑ quæ voluit testator, qđ ad pr̃em ex persona filij spurij nil perueniret,nec in ꝓprietate,nec in vsufructu,vt C.de bon. q̃ lib.auth.excipitur.& in auth.vt li.ma.& auiæ.in prin.ergo
2 huic nepoti macula patris non nocet.Propterea posito,† qđ hoc nõ eẽt dictũ, instituẽdo æqualiter filiũ, & nepotẽ vr̃ testator voluisse ne ad pr̃em ꝑ ueniat vsusfructus ex ꝑsona nepotis,vt C.de bon.quę lib.auth.item hr̃ditas.in fi. ſm intellectum ibi no.in gl.licet an intellectus sit verus ꝑ aliquos doc.dubitetur. Præterea cum pr̃i spurio non possit acquiri vsusfructus ꝓꝑ defectum personæ suæ dẽt vsusfructus remanere proprietati, ſm regulam cõem Instit.de vsufruct. §. fina. &C.de vsufru. l.corruptionem. in fi.non enim quis potest dicere quòd ex persona filij spurij vadat ad alium,quia hoc est impossibile in vsufructu.vt l.si vsusfructus.de iure dot.Instit.de vsufru.§. finitur. Præterea, quando testator euidentissimè loquitur quòd iste nepos nullam patiatur diminutionem vel detractionem à patre non capace,non potest videri fraudem commisisse, & in fraudem eũ instituisse.vt l.si quis locuples. de manu. test. & ff.qui & à qui. l.cum hæreditas. in prin.Et ex his appareret responsio ad argumenta, quę in cõtrarium facta sunt.
3 ¶Præterea quando † aliquis instituitur contemplatione alterius vt sic per alium institutum tanquam per ministrum alteri quæratur, tunc si hoc modo facta esset institutio de hoc nepote non valeret, si testator voluisset quòd per eum quæreretur patri.& ita loquitur opin.Rof. per l.sed plures.§.in arrog.cum simil. Quandoq; quis instituit alium, propter alium occasionaliter: vt quia propter vnum hominem aliquis habuit notitiam Titij, & ex hoc ductus est in tantam amicitiam eius, quòd eum hæredem instituit propter seipsum,& non propter alium:& tunc isti alteri non q̃ritur,casus est expressus.ff.ꝑ so.l. sociũ q ex eo. Et hic est casus nr̃æ q. nã iste nepos est notus auo ꝓꝑ filiũ,tm̃ auus instituit eũ ꝓꝑ se, non ꝓꝑ patrẽ eius. Quod patet ex illis verbis sine aliqua diminutione, vt s. dictu est. ergo pr̃i nõ acquiritur,& sic valet institutio.Et si quis dicat.qũo hoc,cũ nulla merita istius nepotis præcesserint:cum sit infans? Rñdeo in institutione non requritur ꝙ præcedant merita, quia extraneũ ẽt penitus ignotũ ꝑt q̃s instituere.vt C.de hære instit. l.extraneum.ad qđ ergo hic de meritis tractatur. & ꝑ hoc est rñsum ad verba Rof. Præterea casus est expressus in l.fi.C.de natu.libe.quia iugũpaternũ solũ refrenãdum fuit in liberis primi gradus, non aũt nepotibus.Nec obst.si dicatur,qđ ibi loquitur in filijs naturalib. non in spurijs. quia eadẽ rõ est in spurijs quæ est in filijs naturalib.in ea parte, in qua cape nõ possunt. Præterea glo. ordina.est quæ hoc dicit expsse idẽ in spurijs qđ tex. dicit in naturalib. Concluditur ergo dictã instõnem factã de nepote legitimo ex filio sub dicta forma,de iure posse fieri,& validam esse insolidum. ¶Supest

† vi

ADDITIO.

a ¶Oducius.Quæritur modò. omissis multis authoritatibus,de quibus per noui,in l.Gallus.§.quod si is qui.de lib.& posthu.communis opin. est quòd auus nepotem ex spurio instituere potest,& ita consuluit Federic. de Senis consi.57. & compatriota noster dom. Signorellus de Homodeis consil.225. incip. Circa hoc an auus. Et ibi concludit etiam valere legatum factum agnatis, vt nepotem ex tali filio non molestent, & non poterunt habere legatum nisi præstiterint cautionem Mutianam de non mouendo controuersiam. l. Mutianæ. de cond. & dem. Item vide Bal. consi.131.iii.lib.

BIU Cujas

4 † videre de ſubſtitutione facta p illa verba, quòd ſi inſtitutio facta de filio ſpurio non valeret, quòd deueniat ad dictum nepotem, vt in themate proponitur, an valeat qđ totum nepoti debeatur. caſus eſt expreſſus, quod ſic. C. de hære. inſtitu. l. ij. & ibi gloſ. ponit iſtud exemplum. viſo ergo quod dicta inſtitutio, & ſubſtitutio ex perſona nepo-
5 tis inſtituti conſtat. † Nunc videamus de pſona dicti agnati petentis, & dico quòd ſi dicta inſtitutio eſſet facta purè de dicto ſpurio, dictus agnatus non poſſet admitti ad vendicandum, & reuocandum dictam hæreditatem, quia ad hoc non admittuntur niſi liberi teſtatoris, parentes: Item frater, & ſoror. ſed iſte agnatus non eſt de illis, ergo &c. hoc expreſsè dicitur. C. de nat. lib. l. j. & hoc in omnibus ſpurijs inſtitutis tenet Azo. in ſum. C. de natu. liber. Concluditur ergo de iure dictum agnatum audiendum non eſſe, tam virtute iuris competentis ipſi nepoti, quàm etiã ex defectu iuris ipſius auctoris. &c.

CONSILIVM CXIX.

1 *Sacerdos filiæ natæ, & in ſacerdotio procreatæ non poteſt aliquid etiam ratione dotis relinquere.*
2 *Dos quo ad mulierem dicitur titulus lucratiuus, & donatio.*
3 *Venientes ab inteſtato, & non fiſcus ſuccedunt quando indignus eſt inſtitutus, & ſi ſit indignus abſque culpa ſua. & nu. 8.*
Fiſcus etiam non ſuccedit quando indignus eſt inſtitutus palam.
4 *Malæfidei poſſeſſor, & errans in iure nullo tempore præſcribit.*
Error iuris quantum ad præſcriptionem habetur pro mala fide.
5 *Exceptio quòd hæres inſtitutus ſit indignus non poteſt opponi à priuato.*
6 *L. prima. C. de natu. lib. quòd non ſit correcta.*
7 *Relictum non capaci habetur pro non ſcripto.*
9 *Indignus culpa ſua quando dicitur fieri. & quando quis dicatur committere culpam.*

Dominus Dominicus magiſtri Thebaldi preſbyter ſeculari maritauit ſuam filiam in ſacerdotio procreatam, & eidem nomine dotis dedit vnam ſuam petiam terræ. Deinde in vltimis conſtitutus eidem legauit plures petias terræ, & Iacobũ ſuũ fratrem hæredem vniuerſalem inſtituit, & dicta filia poſſedit dictam petiam terræ nomine dotis ſibi datam paci ficè per xxx. an. & plus, & dictas petias terræ legatas poſſe
1 dit per ſpacium xxx. an. & vltrà. nunc dictus † Iacobus q̃rit an dictas petias terræ petere poſſit, an ſibi obſtat temporis curſus. Et dico qđ petere poteſt dictas petias terre à dicta filia. Nam cum nata ſit ex damnato coitu non
a ſuccedit patri, cui aliquid relinquere non poteſt:[a] vt in auth. quib. mod. natur. effi. ſui §. penult. col. vij. vbi expreſsè ponitur in gl. de filio ſacerdotis. & C. de inceſt. nup. l. qui contra. & l. ſi quis inceſt. & in auth. ex complexu. Nec poteſt pater aliquid eis dare, vel donare, & ſi quid dederit, legitimæ ſoboli, aut fratri, vel ſorori reddetur, vt l. j. C. de natu. lib. quia ſicut prohibita eſt donatio, & legatum, ita non poterit ei dotem dare. arg. C. ad l. Iul. maieſ. l. quiſ-
2 quis §. emancipatos. & dos † quò ad mulierem, pro qua datur dicitur donatio, & titulus lucratiuus. vt ff. quæ in frau. credi. l. fi. §. ſi à ſocero. circa fi. §. præterea. Aut dicimus dictã filiam omnino eſſe incapacem. & tunc cum legatum habeatur pro non ſcripto, venit ad ſucceſſorem
3 relinquentis. vt l. in metallum: ff. de iu. fiſ. Aut † dicimus dictam filiam indignam, tunc cùm ſit indigna abſque culpa ſua, ſimiliter veniunt venientes ab inteſtato. vt C. de hæred. inſtituen. l. ij. & l. nec apud. & not. plenius de iu. fiſ. l. aufertur. in princ. & dicam plenius j̃. & ſatis exprimit glo. in d. l. ij. de hæred. inſti. Ex prædictis patet quòd dictus Iacob. dicta bona petere poteſt. Sed certè imo videtur fiſco applicandum. vt ff. de iure fiſ. l. j. & ibi no. Sol. illud verum quando hæres, vel alius tacitam fidem accommodauit: & tunc auferetur ab eo tamquàm ab indigno; ſecus ſi teſtator tali incapaci legat palàm. vt d. l. j. de nat. lib. & de iu. fiſ. l. non intelligitur. §. ſi quis palam. & no. plenè. ff. de
4 leg. j. l. Lucius §. j. ¶ Nec obſt. ei curſus tẽporis: † quia aut iſta filia ſciebat ſe non poſſe capere, & ad illum Iacobum pertinere, & tũc tanquam malefidæi poſſeſſor non præſcribit vllo tempore. vt in c. poſſeſſor. de regu. iur. lib. vj. Aut credebat ſe poſſe capere, & apud eã iuſtè eſſe poſſeſſionem: & tunc errauit in iure, qui error iuris nunquam in vſucapione prodeſt. ff. de vſucap. l. nunquam. in prin. & l. ſi furem. §. j. cum ſeq. & quantum ad præſcriptionem habẽt error iuris pro mala fide, vt not. per Dyn. in d. c. poſſeſſor. lib. 6. ¶ Sed certe imò videtur excludi ſpatio duorum menſium: & fiſco videtur debere applicari, vt d. l. j. in fi. C. de natu. libe. Reſpondeo, & dico quòd verum eſt quòd repellitur à fiſco. & q̃ fiſcum ſe non poteſt tueri, ſi
5 fiſcus agat, ſed † in caſu noſtro iſta filia hoc non poteſt opponere: cum non poſſit hoc caſu de perſona tertij opponi. vt ff. de ſerui. verba. prædio. l. loci corpus §. competit. & de bon. poſ. contratab. l. q̃ ex liberis §. teſtator. & de hoc habemus gl. fami. ercif. l. his cõſequenter. quæ eſt no
6 tabilis ad hoc. ¶ Sed opp. † & videtur q̃ l. j. de natu. liber. hodie eſt correcta per auth. ibi poſitam. quæ incipit nouo iure. ſed reſpondeo quòd correcta eſt ſolùm quantùm ad hoc vt nuptias contrahere poſſint illæ mulieres cum illis poſitis in dignitatibus, ſed in eo caſu, in quo aliquis ſpurius naſcitur adhuc remanet illa lex, & ſi eſſet omnino ſublata adhuc ſuperſunt aliæ rõnes, propter quas manifeſtè concluditur d. Iacobum poſſe petere. Nam q̃ncun
7 que † aliquid relinquitur his, qui nullius portionis ſunt capaces, habetur pro non ſcripto, vt l. quidam ſunt. de pẽ. & de iur. fiſ. l. in metallum. & pro non ſcripta veniunt ad eos, à quib. ſunt relicta, vt l. j. §. pro non ſcripto. in prin. C. de cadu. tollen. ¶ Sed certum eſt iſtã ſpuriam nullius portionis eſſe capacem, ergo, &c. præterea videtur caſus. C. de hæred. inſtituen. l. nec apud peregrinos. & qđ no. eo. titu. l. ij. & l. ſi pater. & ff. de iure fiſ. l. aufertur. in princ. &
8 ibi gl. & licet verum † ſit aliàs quòd id quod aufertur ab indigno applicatur fiſco, tamen in caſu noſtro non poteſt illa filia dici indigna, cum alieno vitio laboret. vt C. de natu. liber. l. legem. vel ſi ponis eam indignam, non eſt indigna propter culpam ſuam, ſed propter culpam alienam. vt d. l. legem. ſed iura, quæ loquuntur de his, quæ relinquuntur indignis, vt applicentur fiſco, ſemper loquuntur q̃n quis eſt indignus propter culpam ſuam: quæ cul-
9 pa † q̃nq; committitur antequàm eis relinquatur. vt C. de bo. dam. l. ij. q̃nq; ipſo tẽpore, quo ſibi relinquitur, vt q̃n tacitam fidem accomodauit, & ſic loquitur. l. j. ff. de iur. fiſ. & de his quib. vt indig. l. hæres. cum ſi. Quandoque ex poſtfacto, & tunc quandoque ante mortem teſtatoris, vt quia prohibitus eſt teſtari, vt ſi quis aliquem teſtari prohi. vel quia teſtator ea intentione induxit teſtamentum, vt quia reputauit hæredes indignos. vt l. mater. in princ. ff. de his q̃ in teſta. delẽ. & C. de his qui. vt indig. l. hæreditas. & ibi plenè no. ad q̃ facit. C. de epiſ. & cle. auth. ſi captiui. & de epiſ. aud. l. liberi. Quandoque committitur in ipſo actu moriendi, vt quia quis interfecit teſtatorem, vt ff. de bo. dam. l. cum rem. §. fin. facit. ff. ſol. mat. l. ſi ab hoſtibus. in fi. Quandoque culpa committitur poſt mortem, fortè propter inultam mortẽ defuncti. vt C. de his quib. vt indig. l. per commune. cum ſi. vel quia teſtamentum dixit falſum & ſuccubuit, vt eod. ti. l. alia. & ff. de inof. teſt. l. Papi. §. meminiſſe. cum ſimi. ſed in caſu propoſito nulla culpa reperitur huius filiæ, ergo non debet fiſco applicari. Patet ergo ex prædictis q̃ aut nullo modo eſt capax, & non venit ad fiſcum, aut aliquo modo eſt capax, & eſt indignus, & tunc ſubdiſtingue, aut eſt indignus propter ſuam culpã & venit ad fiſcum, q̃ncunque culpa eſt commiſsa, vt in præallega. iur. aut abſque culpa, & tunc veniunt alij, ad quos ſpectat. vt d. l. nec apud. aut ergo dicitur ſpurium nullo modo capacem eſſe, & habeo propoſitum: aut dicitur ipſum eſſe capacem, ſed indignum, & tunc oportet quòd dicatur indignus abſque ſua culpa, & ſimiliter habeo propoſitum. & hanc opi. tenet Ricard. Malum. in conſi. ſuo quod incipit, ſpurio ſic inſtituto, licet parnm alleget, Aget ergo dictus Iaco. vel petit. hæred. vel condictione ex l. vt patet ex ſupradictis, &c.

ADDITIO.

a ¶ Dominus. Relinquere non poteſt. Addite tamen. quòd filia ſpuria poteſt capere tantum quantum ſufficiat ad alimenta debita, de iure canoni. vt in c. cum haberet. de eo qui dux. in matrimonium, quam po. & per Angel. in d. §. ſi à ſocero. in l. ignoti. C. de his, quæ in frau. cred. & per Bal. in d. aut. ex complexu. & vide Abb. conſil. 55. & conſi. 112. Bal. conſi. 237. iij. lib. Io. de Ana. conſi. 13. & 46.

CONSILIVM CXX.

1 *Filius uaturalis non admittitur ad emphyteuſim ſuſceptam vſque in tertiam generationem legitimam.*
2 *Filius naturalis quando, & quomodo efficiatur legitimus nominatione facta per patrem in teſtamento, noĩando ipſum filium. & nu. 4.*
3 *Contra præſumptionem iuris admittitur probatio in contrarium.*
5 *Legitimatio, quæ fit per noĩationem nõ admittitur in terris eccleſiæ.*

Verutius Coraducij de Captilia olim Caſtellanus S. Anathaliæ fecit teſtm̃, in quo Gellũ filiũ naturalem ſuũ in teſtõ noĩauit filiũ & ipſum hr̃dem ſuum vl̃m inſtituit, & mortuo d. Verucio q̃dã bo-

na emphytcutica possessa per eum, & hactenus sibi data per Abbatem,& capitulum monasterij S.Anathaliæ,& p dominum Abbatem fuerunt concessa in emphytheusim Matthæo Matthæi nomine suo, & nomine domini Lucæ,& magistri Acolnij, & fuit per eos capta possessio dictorum bonorum. Post hoc d. Gelius adijt hæreditatem d.Verucij cum beneficio inuentarij, & assumpsit hæreditatem dictorum bonorum emphyteuticorum dicens eũ succedere legitimè in dictis bonis, quia videtur legitimatus per patrem eo quod in testamento nominauit eum filiũ & ipsum hæredem instituit, & in testamento, & instrumento emphyteutico dicitur quòd fuit facta concessio d. Verucio vsque ad tertiam gnationem masculinam legitimam.Nunc quæritur nunquid d.Gellus possit legitimè succedere in dictis bonis emphyteu. per dictam nominationem in filium,& dictam institutionem in hæredem. ¶ In quæstione prædicta † videndum est vtrum per
1 dicta verba vsque ad tertiam generationem legitimam admittatur filius naturalis,& constat quod nõ, eo quòd dictum instrm dicit legitimam, filij enim naturales non
a sunt legitimi,[a] quia non ex iustis nuptijs procreati. vt l. Paul.ff.de sta.hom.& ff.de his qui sunt sui. vel alien.iur. l.ij. Instit. de patria potesta.in prin. Præterea etiam si dictum verbum non esset adiectum,filius naturalis nõ succe-
b deret.[b] vt tangit Spe. de loca.§.nunc aliqua.versi.xvij. quod est verissimum qñ ecclesia concedit in emphyteosim,propter ipsius ecclesiæ dignitatem. vt l.ex facto.§.si quis rogatus.ff.ad Treb. Item quia filij naturales nõ possunt baberi sine peccato mortali: ergo de his non sensit ecclesia. Præterea patre recipiente in emphyteusim pro se,& suis filijs nullam potuit quærere actionem filijs naturalibus,cum eos in potestate non haberet, nec habiturus esset. vt l.debitor.in fi.ff.ad Treb.nec ius aliquod reale voluit ipsis filijs naturalibus quærere. nam possessionem dictarum rerum emphyteoticarũ patri in vita sua, pro se,non pro filijs naturalibus voluit querere: & sic cũ primò nulla sit quæsita actio. ergo nec dñium vtile. vt s.
2 probatum est. ¶ Secundò videndum est † quid operatur nominatio prædicta, facta in testamento de dicto filio naturali. Ad quod dicendum est quòd licet auth. item si quis. C.de natu.li.dicat, quòd si quis dicat aliquem filiũ suum esse,nec adijciat naturalem, quòd si erat cum muliere cum qua nuptiæ contrahi possent,intelligitur legitimatus, quia illa verba, cum qua nuptiæ contrahi possunt, debent intelligi honestè secundu bonos mores ciuitatis. Vnde si talis esset mulier,cum qua esse posset matrimonium non tamen honestè: sed apparet nuptias cũ ea esse cũ verecũdia inspectis diuitijs,dignitate, seu nobilitate personæ, & alijs qualitatib. putà si aliquis nobilis, vel aliquis honorabilis ciuis contraheret cum ea,quę sibi, vel alteri famulabatur, tunc ex illis verbis filius non
c poterit se dicere legitimum,[c] quia nuptiæ cum illa muliere constare non possunt.s.honestè, non enim possumus de iure quòd honestè non possumus. vt l. filius. de cõdi. insti. cum sumi. pro hoc est casus.ff.de bon.poss.c̃tab.l.iiij.§.si emancipatus filius. de condi. & dem.l. cum ita legatum.§.videamus.C.de spon.l.fi. §. quæ ita.in glo. super verb.propter personam in auth.quib. mod. na. eff. sui.§.illud tñ. ibi, aut legitimo iure nõ digna.prædicti.n. filij sic nominati dicuntur legitimi quasi leges præsumãt matrimonium,vt d.§.ad hoc.in auth.vt li.ma.& auię.Sed hic non esset honestum secundum bonos mores, ergo matrimonium non præsumitur: sicut si nullo modo posset consistere:Nec vr̃ obstare prædictis. ff.de manu. vin.l. si rogatus.§.matrimonium. vbi gl.dicit,ꝙ indigna sumitur,quæ duci prohibetur, sed talis non potest duci de iure,ergo &c.Sol.dico, quòd hic duci prohibetur secundũ bonos mores. vel dic, ꝙ impedimentum de quo dixit, matrimonium quod constat contractum non vitiat, sed
3 in dubio facit,† vt præsumatur nõ cõtractum, vt dixi. facit optimè.ff.de cõcu.l.in ꝯcubinatu.de ritu nup.l. in libe ræ.& sic contra præsumptionem, q̃ inducitur per d. §. ad hoc.in auth.vt li.ma.& auiæ.admitti probatio in ꝯrium. facit extra.de præsumpt.c.illud. vñ qõne proposita si poneremus mulierẽ vnam esse,& ẽt turpis vitæ,non præsumeremus mrimoniũ:nec filij essent filij.sed si hoc cessaret remaneret adhuc dubiũ. Ad cuius declarationem vi-
4 denda † sunt aliqua,quæ statim dicã.nã si in tpe testamenti mulier ex qua natus erat dictus filius decesserat, dictus filius non põt dicere se legitimũ,& hoc est expressum in auth.quib.mod.nat.effi.sui.§.illud.col.viij.vbi dicitur, qđ matre mortua, vel si aliud impedimentum est quod no possit esse mrimonium,filius naturalis non potest legitimari, nisi per reseriptũ principis, sed si in casu nõ viueret mulier, & esset in tali statu in quo cum ea mrimoniũ non posset ꝯrahi,vel quia esset nupta, vel quia testator qui protulit dicta verba erat vxoratus, vel si quod aliud esset impedimentum, tunc p dicta verba nõ induceretur legitimatio.nam dicta auth.requirit, qđ tunc mrimoniũ esse possit cùm dicta verba proferuntur. hoc ẽt tenet Io. Andr. ext.qui fil.sint legi.ca. per tuas.in nouel. ¶ Præte-
5 reà † posito ꝙ in casu prẽmisso concurrerent omnia quę dicta auth. requirit.& ꝙ de iure ciuili præsumeretur mattimonium,& diceretur legitimus: tamen hoc de iure canonico non procedit: nec ex hoc præsumitur matrimonium,nisi probetur. ita tenet Host.in sum. in titu.qui fil. sint legi.§.significatum.Ex quib. concluditur ꝙ in terris ecclesiæ iste filius nullo modo potest dici legitimatus, nec ad dicta emphyteutica bona nullaten⁹ admittet, &c.

ADDITIONES:

a Ber.Land. ¶Legitimi. Appellatione legitimorum qui veniant. Vide Calde.consil.4.qui fil.sint legitimi.

b Ber.Land.¶Succederet.Vide Alex.consi. 87.& 128.j.lib. & quod no. voluit Bal. consi.70.j.lib.

c Bern. Land. ¶Dicere legitimum. Corroborando quod dominus consulens dicit, ꝙ quis nominando filium non facit eum legitimum si cum matre tempore prolatorum verborum secundum mores ciuitatis non poterat esse matrimonium. Addite Ang.idem tenentẽ in d.auth.matri & auiæ,& in auth.qui.mo.na. effi. leg. in §.sed aliud.vbi dicit,ꝙ non legitimantur p assertionẽ patris. & allegat ita consuluisse Bar.do.Fra.de Pisis.do.Ang.de Aemilia.& Hug. Peloli. Circa verò concluſionem quam facit, ꝙ ad hoc,ut filius per nominationem efficiatur legitimus requiritur, quòd tempore prolatorum verborum matrimonium adesse possit. Contrarium,quòd imò sufficiat tempore natiuitatis pueri potuisse adesse matrimonium tenuit Zochus Can. quem refert venerabilis prepositus S. Ambrosij episcopus Alexandrinus in c.per tuas.extra,qui fi.sint legit.& Pau. de Cast. consi.85.incip.præsuppositio,quòd iste pater,& testes.vbi respondet ad motiua, & rationes Bar. de.quibus suprà. tamen non audet firmare pedes propter authoritatem Hostien. & Ioan. Andr.allegans tamen do.Præpositum firmat pedes. quia opus charitatis est sumere vxorem indignam c. inter opera charitatis. extrà, de sponsi.item quia possit esse ꝙ matrem filiorum ante corrupisset. iniquum enim esset tales filios non fieri legitimos,quia esset dare materiam peccandi,scilicet ꝙ ille timens ne posset legitimare filios, perseueraret in concubinatu,quod est cõtra ius diuinum ac humanum. & ita tenet Iaco.de Beluis.in d.§.

CONSILIVM CXXI.

1 *Datio in solutum non habet effectum ante mensurationem.*
2 *Probans de antiquiori possessione cum titulo obtinet.*
3 *Datio rei propriæ insolutum non tenet.*
4 *Actio dotis non perimitur nisi soluatur aliquid mulieri pro dote, in qua solutione ipsa decipiatur.*

In quæstione Domini Cioli de Actiano inter cętera dubitabat de duob. Primò, an datio in solutũ facta de septẽ starijs habeat effectum anteq̃ mensurẽtur.Scdò cum illa domina, cui datio in solutum est facta, dicat illam rem in solutum datã esse suam,& nunquam fuisse in bonis viri sui,vel hęredis eius à quibus dicta datio in solutũ facta est dictæ dñę pro sua dote. & ad hoc probandum probat se possedisse per xviij.annos vsque in præsentem diem, & probat titulũ. hæredes verò mariti probant possessionẽ.xviij.annorum vsq; in diem pntem:an ex hoc dicta datio insolutũ possit irritari,& actio dotis firma remaneat. ¶Sup primo di-
1 co† qđ ante mensurationẽ factã d.ꝯctus pendet quasi sub
a cõditione donec mensuretur,[a] vt ff. de contrah. empt.l. qđ sæpè.§.in his.& licet ibi loquatur in reb.mobilib. venditis ad mensurã,tñ idẽ est in reb. stabilib.ad mensurã vẽditis. l.si in venditione.§.j. de peri.& commo. rei vendit. & ibi no.de act.emp.l.Iulian. §. Titius.& ibi ẽt no. Quòd aũt idẽ sit in venditione, qđ in donatione in solutum ꝓbãt leges gnales, l.iij.ꝓ emptore.quib. ex cau.in poss. ea-
2 tur.l.fi.cũ simil.¶Super Scdo † dicendũ vr̃ quòd cum ista probet de titulo,& de antiquiori possessione, qđ omnis possessio habita per illos.s.per virũ suum,& hęredes suos fuit clãdestina,& vitiosa, vt not.per Iacob.de Are.& Cy. C.de bon.poss.est casus expressus eẋ de prob.c.licet cãm. vel,vt verius loquar,nulla fuit eorum possessio.Sed vt ꝓsumitur,iure familiaritatis ingressi sunt.vt ff.de acq. pos. l.qui iure familiari.& ff.de ꝓca.l.& hẽt. §. hospites. Itẽ cũ titulus cũ possessione tanti tpis sufficiat ad probationem
3 dñij:vt dicunt iura vulgaria.apparet † rẽ propriam sibi datam in solutũ,& sic nihil valet,vt ff.de contrahen.emp.l. propriæ rei.& de reg.iur.l.pignus.cũ simi. & pro hoc spe-
4 cialiter.† quando aliquid soluitur mulieri pro dote, & in hoc ipsa decipitur, actio dotis non perimitur. imò rema-

ADDITIO.

a Bern.Land.¶Mensuretur. Vide quod idem voluit Rom.consi.74.

BIU Cujas

remanet.vt l.si cùm dotem.§.si mulier.solu.mat. Cùm ergo ista domina fuerit decepta concluditur, quòd dicta dotis actio remanet firma, &c.

CONSILIVM CXXII.

1 *Promissio facta pro dote Seiæ si contraxerit matrimonium cũ Caio debetur Seiæ,si Caius per eam fuerit requisitus,& cõtrahere noluerit.*

1 **Lator** † Præsentis Schedulæ fuit cõfessus se habuisse centũ florenos nomine dotis pro matrimonio contrahendo inter Titium & Bertam, quam pecuniã promisit restituere dictæ Bertæ, si matrimonium contraheretur, vel contrahi contingeret cum dicto Titio, Contigit quòd dicta Berta requisiuit Titium,vt secum contraheret,qui expressè dixit nolle contrahere. Nunc iste conuenitur ex illa stipulatione.dubitabatur,an extiterit cõditio dictæ stipulationis; Placeat vobis videre.l. quod Seruius.ff.de condic.ob causam.in gl.magna.& rescribere qđ sentitis.Andreas de Mõte Vbiano legũ doct.¶Istius quæstionis dubium vĩ originem trahere ex l. ita stipulatus.de verb.obl.quæ dicit ꝙ stipulatio concepta sub conditione de nõ dando,vel faciendo cõmittitur cum desijt posse dari,vel fieri.vt no.ff.si quis cau.l.& si post tres,sed hoc non est probatum,ꝙ desierit matrimonium posse contrahi.ergo &c.Et hoc vĩ velle gl.in l.quod Seruius ff. de cõdictione ob causam,alleg.per vos. Nam qñq; datur aliquid nomine dotis propter nuptias, quæ creduntur subesse,tunc cùm dos datur, & tunc statim misso repudio repetitur.vt d.l.quod Seruius in prin.qñq; datur aliquid nomine dotis pro matrimonio contrahendo,& tunc demũ potest repeti si spes nuptiarum defecerit. qđ est altero mortuo *a*, vel alias nuptias contrahente. vt ibi no.gl.mag.& ita intelligunt illam gl.ibi doct.s.glo.iiij.& vlt. Et tñ reperio quod dñs Cyn.doctor nostræ communitatis addebat ad illã gl. dum dicit alias contraxerit.s.vel repudium miserit. nil tñ allegat,videamus ergo quid iuris.& pro gl.quòd non sufficiat repudium mitti, sed requiratur ꝙ spes nuptiarũ deficiat.probatur ꝑ casum in auth.de nupt.§. quæ verò.vers. nisi tñ modus &c. C.de indi. vidui.auth.cui relictum : ibi nisi spes nuptiarum defecerit.¶Sed ego puto ꝙ ex hoc solo ꝙ talis Titius denegar cõtrahere matrimonium extite
b rit conditio stipulationis. *b* pro hoc vĩ tex. C.de insti.& substi.l.1.ibi,recusantes &c. ff.de condi. insti.l. vter ex fratrib.ibi, quia illa nubere noluerit : & ff.de condi. & dem. l.Titio §.ante nup.ibi,quòd si nolet eam vxorem ducere, &c. Et si tu diceres,illæ loquuntur in vltimis voluntatib. vbi nõ est ea.ratio.vt d.l.ita stipulatus.ver.Sabinus.& no. per gl.in l.& si post tres & l.seq. quæ dicunt ꝙ in contractib.sufficit diuortium sponsaliorũ fieri,vt l.si ego.in prin. de iure dot.& l.stipulationem.eo.tit.ibi,quærit si nuntius remittatur &c.Et l.seq.quæ incipit,& licèt,quæ tollit oẽm contrarietatem.nam illa conditio, si matrimonium non contraheretur,intelligitur ex præsentib.sponsalib.Si.n.ex nouis sponsalib.hoc cõtingeret nil ad factum,vt d.l.licet. Rñ.ego ad contraria.& primò non obst.l.ita stipulatus.qa hic desijt contrahi posse ex his sponsalib. vt dixi.vel fortè illa l.ita stipulatus. loquitur in eo, qui petit id, quod iam suum fuit.tamen in hac secunda solutione vos & ego cogitabimus. Item non ob.l.quod Seruius.quia facit pro, si text.simpliciter intelligeremus.nec ob.glo.vlt.ibi posita. qa debet ibi subaudiri,vt dixi,aliàs malè diceret. Nec ob. gl.q̃ est in l.si pecunia.eo.ti. in princ. circa principium gl. mag.quæ dicit ꝙ in illo casu nõ est locus pœnitentię, qa veru est si volumus pœnitere de eo,qđ dedit nomine dotis : volo tñ ꝙ sponsalia maneant.sed si repudio tunc omnino deficit spes,vt dixi suprà.nõ ob.§.quæro. & auth.cui relictum.quæ loquuntur qñ est conditio vt nubat simpliciter,& tunc non potest impleri nisi cum spes nuptiarum defecerit,vt ibi.qñque est conditio, si non nupserit ex talibus sponsalibus,tunc misso repudio extat cõditio, & ita loquitur hic,& ita vĩ mihi cum correctione vestra.Bar.

ADDITIONES.

a Bern.Land.¶Mortuo.Vide Rom.consi.487.

b Conditio stipulationis.Io.de Imo.in l.in testamento.ff.de condi. & demonst.tenet quòd conditio non sit impleta, nec Berta poterit petere ista centum, videte plenè per noui.in d.l.1. C. de cond. instit.

CONSILIVM CXXIII.

1 *Confessio facta in instrumento diuisionis inter fratres per alterum ipsorum se habuisse centum ab altero pro dote vxoris probat dotem pro vxore.*

2 *Verba enunciatiua pro dote inducunt saltem semiplenam probationem.*

3 *Iuramentum in supplementum in causa dotis defertur mulieri.*

4 *Vir qui recipit pecuniam æstimatam, & rem pro dote, tenetur reddere æstimationem.*

Factum Sic se habet.Titius,& Seius venerunt ad diuisionem certarum rerum communiũ &c.& sponte, & de eorum communi concordia venerũt ad tale pactum,videlicet quòd dictus Titius habeat & habere debeat vnam petiam terræ positã &c. pro restitutione dotis &c. d. Titij pro pretio 50. florenorum auri dotis prędictę.Item fuit confessus.d.Titius habuisse & recepisse à Seio prædicto centum flore.auri.pro restitutione dotis, & complemento ipsius dotis Brun. vxoris dicti Titij, de quibus fecit eidem quitationem &c. quæritur vtrũ ex vigore dicti instrumenti dicta domina possit petere dotem suam,posito ꝙ non habeat aliud instrumentum.Secundò quæritur, an cogatur recipere possessionem prędictam, an verò debeat habere pecuniam. viso instrumento diuisionis † inter Seium,& Titium, in quo inter cætera conti
1 netur ꝙ pro restitutione dotis & complemento habet à Seio suo fratre vnam petiã terræ iuxtà suos confines pro pretio quinquaginta floren. alios centum floren.auri, de quibus fecit eidem quitationem &c. Ad primum rñdetur quòd dicta domina possit petere dotem & probare se dedisse ex vigore dicti instrumenti.nam in dote hoc est priuilegium ꝙ quicunque etiam extraneus dat dotem viro pro muliere,ipsi mulieri quærit ius repetẽdi licet ipsa fuerit absens,vt l.1.§.accedit.C.de rei vxo.actio.l. vlt.in prin. C.de iure do.sed verbum pro restitutione,non minus importat, q̃ verbum dari,vt l.cùm quidam.de leg.ij.& l.verbum reddendi.de verb.signi.Ex quibus concluditur dictæ dominæ ex vigore dicti instrumenti ius esse quæsitũ.Præterea verba † enuntiatiua dotis,& pro dote inducunt ple
2 a nam probationem *a* vt l.2. C.de dot. promiss. & ibi not. per gl.ita in proposito.Præterea posito,ꝙ plenam probationem non inducerent,saltem inducerent semiplenam: sicut confessio facta extra iudicium,vt l.capite v.de adult.
3 & sic debet ipsi mulieri deferri iuramentũ, † vt C.de reb. cred.l.in bonæfidei.& ff.de iureiur.l.admonendi.Præterea ista diuisio facta inter fratres est quędam ratio composita inter eos, & sic ratio inducit contra conficientem probationẽ,vt l.quædã.§.nummularios.& ibi not.ff.de eden. sicut liber rationum confectus inter tutores probat contra eos,vt l.vlt.C.arbi.tut. ita ex hoc instrumento probat contra dictum Titium & eius successorem.saltem de hoc non est dubium ꝙ dictum instrm faciat fidẽ talem ꝙ ipsi mulieri debeat iuramentũ deferri in d.l.capite.v.de adult. d.l.in bonæfidei.& l.admonendi. Super secundo non est
4 dubium † ꝙ sicut recepit pecuniam & rẽ æstimatam: ita tenetur reddere ęstimationem, vt l.ęstimatę. ff.sol.mat.& l.si maritus. C.de iure dotium, &c. Ego Bart.de Saxoferrato, cui cõsilio se subscripsit dominus Fran.de Fabiano.

ADDITIO.

a ¶Factum, plenam probationem. Quòd verba enunciatiua fauore dotis probent tenuit Roman.notabilib.suis.498. plus dicit Bartol.in l. cum circa. C. de iure dot. quod etiam probatur per præsumptionem. Bart.autem in d.l.diem.dicit quòd per sol.gabellæ probabitur dos, & consequetur lucrum ex forma.statuti. Videte etiã Angel.consil.181.in stam. Papien.quod incipit A.fecit testamentum, vbi videtur velle contrarium.
Adde quod corruptè,d.coapostillator meus alleg. Rom.notabili, seu singulari suo 386.debuit enim eum allegare sing.suo.546.quod incipit, verba enunciatiua.

CONSILIVM CXXIIII.

1 *Pretium fundi dotalis venditi per uirum & vxorem,& per quemlibet ipsorum insolidum præsumitur pro dimidia ad vxorem peruenisse.*

2 *Et aliam dimidiam sol.matr.ab hæredibus viri repetit actione de dote.*

3 *Dos est quid vniuersale.*

4 *Pretium in vniuersalibus succedit loco rei,& sic in dote.*

5 *Bona viri sunt obligata vxori quæ dedit fundum in dotem viro à die dationis,non à die venditionis dicti fundi,& receptionis pretij.*

Punctus Quæstionis talis est, domina P. nupsit L.& dedit sibi in dotem quendam fundum inæstimatum. qui L. promisit dictæ dominæ dictam dotem restituere in euentum restituendæ dotis. constate matrimonio dicti coniuges in eo.instrumento venditionis dictum fundum dotalem vendiderunt quilibet insolidum,& confessi fuerunt pretium ab emptore habuisse, & recepisse. modò solutum est matrimonium per mortem dicti. L.& dicta domina P.repetit ab hærede dicti L. dotẽ prædictam.s.pretium redactum ex venditione prædicta; modò quæritur, vtrum illa domina vendicare potest, & vtrùm totum pretium dicti fundi debeat sibi restitui, & si non totum, quantũ debeat sibi restitui, & an per hoc bona viri sunt sibi obligata,vt pro dote.In quæstione ista primò

BIU Cujas

1 mò videndum † est vtrùm totum pretium videatur peruenisse ad vxorem ex eo ꝙ insolidum vendidit vnà cum viro. Ad quod respondendum est ꝙ licet vir & vxor insolidum vendiderint & sic insolidum tanquam duo rei sint obligati emptori, tñ ipsi inter se dicuntur quandam communionem habere. & quod ex illo contractu percipitur venit inter eos communicandum, vt not. in l. frater à fratre. in glo. magna in verb. à fratre. vers. quare ergo. de condict. indeb. & de leg. 2. l. si Titio aut Seio. & de solu. l. qui hominem. §. 1. & ibi not. inquantum ergo iste vir & vxor perceperunt pretium præsumendum est eos communiter, & æqualiter percepisse. ad qđ facit, quia in perceptione pretij non fuit dictum, ꝙ insolidum receperint: ergo intelligitur, ꝙ quilibet pro parte recepit, vt l. reos. §. in tabulis. ff. de duobus re. Concluditur ergo, ꝙ dicta domina solùm
a medietatem pretij, [a] quæ ad virum peruenisse præsumitur
2 potest repetere. ¶Secundò † examinandum est, qua actione dicta medietas dicti pretij petenda sit: & vr, ꝙ actione pro dote: quia pecunia redacta de re dotali dotalis est. vt l. si ex lapidicinis. ff. de iure do. In contrarium facit gl. l. ex pecunia. de iure dotium. quæ intelligit. d. l. si ex lapidicinis, qñ hoc agitur, ꝙ dotalis efficiatur, & mulieri est vtile: sed hic non apparet, ꝙ sit actum. ergo &c. Circa hoc dico, ꝙ ex eo, quòd est vtile mulieri, & sibi vtile esse asseritur: præsumitur hoc esse actum, vt illud pretium in causam dotis habeatur. quod probo primò per l. fi. ff. de iur. do. & ibi no. in vlt. glo. vbi dr, ꝙ quando est vtile mulieri, licèt expressè non dicatur, prę sumitur facta permutatio de vna re in aliã causa dotis. hoc etiam probatur per rationem: nam si hoc non præsumeretur, & mulier pateretur pecuniam suã esse apud virum sine aliqua causa, saltem esset donatio vsus ipsius pecuniæ: sed in muliere non debemus præsumere voluntatem donandi: cum mulierum genus auariſſimum sit, & maximè in virum, in quẽ donatio est prohibita, ex nulla autem alia causa gratuita potest dici esse apud virum, ni si ex dotis causa, ergo ex illa est præsumendum: vt l. pro hę rede. §. Papi. ff. de acqui. hær. pro hoc facit optimè. ff. solut. mat. l. pe. §. vxor. ¶Prętereà, illud quod est ex natura rei, prę sumitur tacitè actum. vt l. cum quid, in fi. ff. si cert. pet. Sed ex natura dotis est, vt pretium succedat in dote loco rei,
3 ergo istud vr tacitè actum. quod probo: † dos est nomen iuris, & cuiusdam vniuersitatis, sicut hæreditas, peculium, & similia. vt ff. de impen. l. quod dr. & ibi not. in gl. magna. Sed in vniuersitatibus pretium succedit loco rei: & si non exprimatur. l. si rem & pretium. ff. de pet. hære. ergo hoc tacitè vr actum: cum non sit ex natura rei contrarium. ¶Et ꝙ dos sit quid vniuersale, probatur per l. si maritus. in fi. ff. sol. mat. vbi dicitur, ꝙ dos augetur propter accessiones: qđ non esset, si esset iudicium particulare: vt ff. de pet. hære. l. item veniunt. §. fructus. Prætereà gl. ff. de verb. sig. l. Labeo. in gl. super verbo, abest. expressè dicit, ꝙ in dote pretium succedat loco rei, nec dicit, quòd requiratur, ꝙ agatur hoc si enim hoc esset necesse, nulla specialitas esset in dote: quia ex partium conuentione in quolibet contractu posset fieri, ꝙ vna res loco alterius debeatur. Sed in dicta glo. ponitur casus dotis tanquam casus specialis, ergo non requiritur, quòd hoc agatur. Concluditur ergo, ꝙ dictum pretium quod peruenit ad virum, petatur actione ex stipu
4 latu pro dote. & sic bona † viri sunt obligata à tempore contractus dotis celebratæ, non à tempore, quo dictum pretium peruenit ad eum: vt l. 1. qui po. in pig. hab. pro hoc etiam faciunt verba contractus suprà relata; quæ dicunt, promisit dictam dotem restituere. quod est not. dicit enim dotem, non ipsam rem dotalem: sed hæc appositio dotis, continet ipsum pretium, vt dictum est. ergo. &c.

ADDITIO.

a ¶Medietatem pretij. Circa primam conclusionem, factam per dominum consulentem, quòd mulier possit solùm repetere partem dotis ab hæredib. viri, per dictum §. cũ in tabulis. Econtra facere videtur. auth. si qua mulier. C. ad Vellei. vbi quando vir & vxor se obligauerunt in eodem instrumento, non tenetur mulier, nisi quatenus doceatur versum in vtilitatem mulieris: & pro ista parte decidit Spec. in tit. de sol. in §. ante omnia. vers. sed pone, vir. Io. de Imo. in c. cum contingat de iureiur. ver. iuxta prædicta, circa medium, vbi dicit, quòd ita de facto iudicatum fuit in ciuitate Bononiæ. Gem. in c. 2. de pac. & consuluit Pau. de Cast. consi. 228. Feder. de Se. consi. 17. mouentur principaliter, quia experientia docet, quòd maritus verè percipit pecuniam: sed pro cautela emptoris mulier se obligat: nec commodè potest mulier resistere voluntati viri: & ideò satis iustum est, quòd non teneatur. & hac de causa facta est d. auth. si qua mulier. non obst. modò. §. cùm in tabulis, quia loquitur in his, qui possunt se aliter obligare: sed mulier non potest regulariter se pro alijs obligare: nec pro viro, vt in d. auth.

CONSILIVM CXXV.

1 *Fructus rerum paraphernalium non debentur per hæredes viri vxori, quando sunt naturales.*
2 *Fructus industriales dicuntur segetes, & vinum.*
Oleum dicitur fructus industrialis.
3 *Operæ seruorum dotalium sunt viri, & per vxorem soluto matrimonio non repetuntur.*

Quæstio talis est, Titius habens vxorẽ habentem bona paraphernalia habuerat dotem, & ipsa bona paraphernalia coli fecit. quorum bonorum fructus in domum communis habitationis deferebantur. Mortuo Titio dicta vxor repetit dotem, & fructus prædictos ab hæredibus Titij: ac æstimationem dictorum fructuum: est in quæstione, an antedicti hæredes teneantur ad restitutionem dictorum fru-
1 ctuum, vel eorum æstimationem? videtur † quòd dicti hę redes ad restitutionem dictorum fructuum nullatenus teneantur; hoc verum esse ostẽdo sic. Aut dicti fructus sunt fructus naturales: & tunc non est dubium, ꝙ potuit vir in domo communi cum vxore sua consumere: vt de vsufru. dicitur. C. de pactis conuen. l. fi. §. cæterùm, ergo idem in fructibus industrialibus, cùm eadem sit ratio: vt ibi not.
2 per glossam, & Cynum. ¶† Fructus autem industriales appellò segetes, & vinum: & licèt de oleo posset dubitari, tamen idem dico, quòd inter industriales inuenitur, cum in eo qrendo hominis industria, & solicitudo requiratur. facit, quod not. ff. de rei vend. l. ex diuerso. in glo. magna, & per doc. C. de rei vendi. l. certum. Aut illi fuerunt fructus naturales, in quibus quærendis modica vertitur industria, tunc licèt glo. in d. l. fi. de pact. conuen. videatur dicere, ꝙ sint mulieris: tamen Mar. Sil. in publica disputatione determinauit contrarium. cuius opinionem puto veram, qđ
3 sic probatur. operæ † seruorum dicuntur fructus, vel saltem fructibus æquiparantur, vt ff. de ope. ser. l. 2. 3. & 4. de acqui. re. dom. l. quæsitũ. §. fi. & fructus seruorum æquiparantur fructib. naturalibus, cum in operis seruorum quęrendis non versetur industria, sed istas operas à viro perceptas mulier non repetit, vt ff. de don. inter virum & vxorem. l. j. & l. si id, quòd. §. si quas. ergo fructus naturales restituendi non erunt. [a] Nec obst. l. penul. in princ. ff. ad leg. Fal. quia intelligit de eo, quod remansit apud virum de ipsa sorte, hoc est substantia bonorum, non de vsuris, vel fructibus. & ita tenet ibi glo. &c. Bart.

ADDITIO.

a Non erunt. Limitat tamen Ang. in §. fuerat. Insti. de act. ver. debet etiam restitui. ꝙ fructus rerum paraphernalium non sunt restituendi, si sunt consumpti: secus si extant, vel maritus sit factus locupletior, vt hic probaret mulier, & vide Petr. de Anch. consi. 108.

CONSILIVM CXXVI.

1 *Pactum, quòd quomodocunque soluatur matrimonium, dos remaneat penès virum, non intelligitur, quando soluitur morte viri, aliàs non valeret.*
2 *Ex tali pacto hæredibus viri non causatur exceptio.*
3 *Iuramentum non extenditur ad ea, ad quæ non extenditur conuentio.*
4 *Pactum vnius non nocet alteri, nec iuramentum.*

Titius Maritauit suam sororem, & dedit sibi in dotem centum: & pepigit, siue pactum fecit cum viro dictæ sororis: vt quomodocunque solueretur matrimonium, dos deberet remanere penès virum, vel eius successorem: deinde contractum est matrimonium: & iste soluit partem dotis: & aliam partem promisit: deinde tractu tẽporis mortuus est vir huius sororis Titi. Vnde quæritur, nunquid iste Titius, qui iurauit non venire contra prædicta, possit repetere partem dotis solutam: & de alia habere exceptionem. Et si non potest; vtrùm ista nupta potest repetere dotem non obstante pacto, fa-
1 cto per Titium suum fratrem. ¶In qstione prędicta † Pri-
2 mò videndum est, vtrum † actio competat dictę dominę, non obstante pacto. Ad quod dico, ꝙ sic. quia dicta verba, ꝙ in omni casu dotis restituendæ &c. non referuntur ad casum quando soluitur matrimoniũ morte viri, superstite vxore, & si expressè ad illud referrentur, non valeret: vt ff. de pact. dot. l. 2. & de dote præleg. l. 1. in princ. & hoc habet locum, siue mulier ipsa det dotem, siue paciscatur, siue quis alius: vt dictis legibus: quę generaliter loquuntur: & hoc est expressum. C. de pact. dot. l. quàmuis. licet gl. ibi videatur aliquam limitationem dare: & Azo dicit in summa, quòd pactum generaliter est improbatum. hoc etiam tenet Iacob. de Aren. vt ibi dicit Cyn. hoc etiam te
3 net Odofre. ¶Item super alio puncto dico, † quòd dicto Titio non daretur exceptio: quia licèt hęredes viri teneantur restituere illud, quod exigitur, tamen debent restituere

ſtituere alij,non illi, à quo petitur.caſus eſt.ff. ſolut.matr. l.ſi ſocio.§. Lucius. dico tamen, ꝙ ſi mulier liberat hæredem dicti ſui viri: quòd tunc Titius poſſit opponere exceptionem ex liberatione facta à dicta muliere, ad quam finaliter debet venire, vt ff.de doli exceptio.l. apud Celſum §.mandaui.de pact.l.cum emptor.§.fi.nec ob. † quòd
3 in dicto inſtrumento fuit iuratum: quia iuꝝ non extenditur ad ea,ad quæ non extenditur conuentio,vt l.fi.C.de non num.pecu.& l.fi.ff.qui ſatiſd.cog.Præterea, poſito, ꝙ fuiſſet expreſſum,iſtud pactum non nocet dictæ dominæ:
4 quia pactum † vnius non nocet alteri: nec iuꝝ, vt ff.de pac.dotalib.l.1.& de iureiur.l.nam & poſteà.§.fin. & l.ſeq.

CONSILIVM CXXVII.

1 *Dos data à fratribus, qui ſtipulati fuerunt illam ſibi reſtitui in caſu ſoluti matrimonij, non repetit ab ipſis, ſi ſoror decedit relictis filijs.*

Quidam Fratres de cõmuni patrimonio quondam patris, & matris dederunt dotem pro ſorore, & ſtipulati ſunt dotem eis reddi, ſi morte viri matrimonium ſolueretur nullis exiſtentibus liberis, ſolutum eſt ſic matrimonium morte viri: modò reddita fuit dos fratribus & mulieri: eandem dotem fratres pro eadem ſorore dederunt ſecundo viro: & ſtipulati ſunt ſibi eandem reddi ſi matrimonium ſolueretur morte vxoris, filijs non exiſtentibus, infrà tamen legitimam ętatem decedentib. Accidit, ꝙ ſoror illa in vltimis cõſtituta de omnibus ſuis bonis fecit teſtamentum, & filium quem habebat ex hoc ſecundo viro hæredem inſtituit legitimum de omnibus bonis conſentientibus dictæ ſorori dictis fratribus: demum ea mortua dicti fratres petunt à viro dotem propter ſtipulationem quam fecerant de dote eis redden da, cum filius, licèt extet, non tamen habet ætatem legitimam. Allegat pater filij quondam vir, quòd vos conſenſiſtis ſorori veſtræ, vt teſtaretur de omnibus bonis ſuis: & per conſequens ſic in dote, & ſic ſtipulationi renũciaſtis. ar.ff.de ver.ſig.l.bonorum.§.1.& de au.& ac.lega.l.veſtem. & de libe.lega.l.1.in prin.& in authen.de æqua.do.§.illud. Item cum hanc ſtipulationem ſoror paſſa eſt à fratrib.interponi: poteſt contraria voluntate adimere, vt not.ff.de dot.præleg.l.Seia.cum ſi. Allegatur ex aduerſo, ꝙ fratres conſentiendo ſorori vt teſtaretur de bonis ſuis, non intel lexerunt de dote, cuius ipſa non habebat actionem, & ſic non erant bona ſua, & ſic nec teſtando ipſa potuit eis prę iudicare, arg.illius.l.1. cum ſi. Dico tamen in quæſtione præſenti, ſaluo ſemper ſaniori conſilio, ꝙ in omnẽ euentum nititur, ꝙ nullo modo dos ſit reſtituenda fratrib.mulieris: iſti tamen fratres dantes dotem fuerunt adiecti, ſi-
a ue appoſiti vt ſtipularentur, [a] & tunc dico ꝙ mulier potuit facere de dote quicquid voluit, non obſtante ꝙ ſtipu-
1 latio interpoſita eſt de reddendo dotem fratribus. † & ita loquitur.ff.de iure dotium.l.mulieri.in fi. Nec ob.iol.mat. l.poſt dotem. quia ibi illi qui fuerunt adhibiti, fuerunt appoſiti vt ſtipularentur dotem animo donandi. at cum in caſu iſto hoc non liqueat, præſumo contrà. cum genus mulierum auariſſimum ſit. vt ff.de don.inter vir.& vxo.l.ſi
b ſtipulata. Aut dos fuit verè fratrum dotantium ſororem, [b] & tunc ex quo conſenſerunt expreſsè fratres vxori inſtituenti filium in omnib. bonis ſuis, videntur renuntiare conditioni illius ſtipulationis. Ad hoc poteſt induci in arg.ff.de do.pręle.l.Seia.& ſic debet intelligi.C.de iure do. l.1.maximè in caſu iſto, vbi propter affectionem ſanguinis præſumo potius eſſe remiſſam conditionem ſtipulationis, vt ff.de prob.l.Procula.ff.de ſerui.leg.l.penult.ff.de do.inter vir. & vxor.l.ſi ſeruus communis. ad hoc poteſt optimè induci de caſtren.pec.l.dotem. in fi. &c. Bar.

ADDITIONES.

a Ber.Lan. Stipularentur. Vide Pet. de Anch. conſi.21.
b Ber.Lan. ¶Sororem. Vide in ſimilib.terminis Bal.conſi.107. incip.ſer Laurentius.

CONSILIVM CXXVIII.

1 *Vxor debet ali à viro, in cuius ſeruitio eſt.*
2 *Vxor ſol.mat.non poteſt petere ab hæredib.primi viri alimenta tanquàm vſuras dotis.*
Cap.ſalubriter, de vſuris. loquitur quando vir, qui ſuſtinet onera matrimonij, vult vſuras dotis.
3 *In materia vſurarum ſtatur canoniſtis.*

a Franciſcus [a] habuit in vxorem quandam D. Thomam, & habuit in dotem. cc. florenos: deceſſit iſte Franciſcus relictis quibuſdam filijs pupillis: cum quibus d. domina Thoma mater dictorum filiorum moram traxit bene per tres ann. deinde tranſiuit ad ſecunda vota, & iſta ſtetit cum illo viro bene tres ann. modò ille ſecundus vir petit ab illis hæredib. d.Franciſci, dotes d.dominæ, & alimenta. quæritur, vtrùm alimenta debeantur, & pro quo tempore. ¶In illa quæſtione eſt aduertendum, quare petuntur illa alimẽta, an petuntur pro parte matris tanquam ali debeat à filijs, & ſic officio iu-
1 dicis: & tunc non poteſt: quia debet † ali à viro, in cuius ſeruitio, & opera eſt: vt l.de rebus.§.poſſunt.ff. commo. C.de nego.geſt.l.quod in vxorem.ff. ſolu.mat.l.ſi cum do-
2 tem.§.ſinautem in ſæuiſſimo, & ibi per Dyn. Aut † petuntur iſta alimenta tanquam vſura dotis pro alimentis vxoris.per c.ſalubriter.extra, de vſuris.& hoc non poteſt fieri: qa illud c.loquitur qñ vir, qui ſuſtinet onera matrimonij vult vſuras dotis: ſecus ſi mulier ſol.mat.vellet vſuras dotis, ſeu alimenta, vt vulgares appellant, prout in ꝓpoſito, tunc eſſet vſura illicita. ita tenet Inn.in d.c. ſalubriter. & Io.An.ibidem. licet Cyn.de hoc dubitandum dixerit in
3 l.1.§.exactio.C.de rei vxo.act. ¶† Sed in hoc canoniſtis ſtãdum eſt. Et ideò ſi dos eſſet ꝓmiſſa marito huic per hẽdes primi viri, ipſi tenẽtur ad iſtas vſuras, quæ potiùs intereſſe vocanẽ. Sed ſi iſte vir petit tanq̃ procurator vxoris pro ea, ei nõ debenẽ. vt ex p̃dictis patet &c. Et hoc dico ego Bar.

ADDITIO.

a Franciſcus. Vltra loca vulgaria vbi habetur an mulier poſſit petere dotem cum vſuris, vide Petr. de Anch.conſi.143.incip.in qõ. quæ vertitur. & Paul.de Caſtr. conſi.386. vide latè Rom.conſi.517. & vide eundem Anch.conſi.112. & 199.

CONSILIVM CXXIX.

1 *Filio in poteſtate etiam viuo patre currit præſcriptio in iure adeundi.*
2 *Pater poſſidens dotem vxoris matris pupilli, videtur pro ipſo pupillo poſſidere.*
3 *Filia excluſa à iure adeundi præſcriptione, poteſt per ſucceſſorium edictum ſuccedere in legitima.*
4 *Præſcriptio xxx. annorum in iure adeundi currit poſt pupillarem ætatem.*
5 *Tempus petendæ reſtitutionis aduerſus præſcriptionem currit ſolùm poſt completam præſcriptionem.*

Quidam Habuit vxorem, à qua confeſſus eſt ſe habuiſſe dotẽ in anno Dñi Mcccxxv. obijt vxor, poſteà in anno Mcccxxv. moritur pater relicta filia ex eis. & lv.ann. hodie d.filia cui delata eſt hæreditas matris ſuæ adit hæreditatem matris ſuæ, & petit dotem ab hæredibus patris: obijcitur ſibi, ꝙ non poteſt, quia prę ſcriptum eſt additioni hæreditatis ſpatio xxx.ann. cui additioni præſcribitur prædicto tempore, vt not.C.de iure delibe.l.licèt. & l.fi. & ipſa adire poterat ignorante & etiam inuito & recuſante patre, vt l.1.C.qui admit.ad bo.poſſ. & quod ibi not.per Odof.& Cy.de bo.quæ lib.l.cùm non ſolùm.in prin. In contrarium dicitur, quia ei, qui nõ poteſt agere, non currit prę ſcriptio: vt l.1.in fi.de anna.exceptio. Sed iſta adire non potuit ſine iuſſu patris, vt ff.de acq.hære.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum. non obſt.d.l.1. quia ibi loquitur in bono.poſſ.quæ ſine iudicis authoritate, non ſic in additione hęreditatis. Non obſt.d.l. cùm non ſolùm, quia ibi loquitur quando pater recuſabat: hic autem nõ recuſabat. & ſic remanet incorrectus.d.§.iuſſum. cùm d.l. cum non ſolùm, loquatur ſolùm, qñ pater recuſabat. Mo-
1 dò quæritur, quid iuris. In quæſtione prædicta ſine † dubio eſt dicendum, ꝙ etiam viuo patre currit prę ſcriptio filio in iure adeundi ignorante patre: cum poſſit eo inuito, vt not.in d.l.1.qui admi.ad bon.poſ.poſſunt.& ff. quis ord.in bo.poſ.ſer.l.fin.in prin. Sed in quæſtione prędicta aduertenda ſunt multa, ꝓpter quę, vel alterum eorum filia de-
2 bet poſſe admitti ad petendum. Primò † vt dicamus, ꝙ filia non adit modò de nouo: ſed pater retrò adiuit ea volente. nam cum pater ipſam dotem tenuerit tanto tempore, & nemini eam reſtituerit, vī retinuiſſe pro ſe. quod non potuit facere, niſi per ſe vt legitimum adminiſtrato-
a rem filię, [a] & ex tanto curſu temporis, cum filia paſſa fuerit, prę ſumuntur omnia ſolenniter acta: vt expreſsè dicit tex.ff.de acqui.hæred.l.qui in aliena.in prin.in ver.ſed & ſi non

ADDITIO.

a ¶Adminiſtratorem filiæ. Quòd pater retinendo dotem maternam videatur retinere adminiſtratorio nomine filię. Addite Bar.in q.ſua incip.debitor in diem. Pau. de Caſt.conſi.227.& 310.vbi dicit, quòd Bal.in plurib.locis reprobat Bart.& contrarium etiam tenet Ang.conſi.ſuo.310.incip.an pater. Ad eam verò partem, vbi concludit, quòd licèt filia ſit excluſa præſcrip.xxx.an.ſecundum communem opi. de quo etiam per Pau.de Caſt.conſi.390.tenet, quòd habebit alios xxx. ex ſucceſſorio edicto.addite, quòd idem tenent Ang.& Paul.de Caſt. in l.licèt. de iure delibe.& in l.quandiu.ff.de acq hær. contrarium eius, quod ſ.conſultum eſt, videte j.conſi.152. vide nouiſ.in l.1. C. qui adm.

BIU Cujas

non adierit.& C.de pet.hered.l.si filius.Et si dicatur,q̃ hic pater nil retinuerit de bonis maternis, quia erat debitor in genere. Respon.q̃ eo ipso, q̃ cessat restituere debitum ei, cui debetur, nititur pro se retinere, vt ff.pec.l.si peculium.§.si autem,quod corroboratur ratione.nam si nollet retinere pater iure suo, post annũ esset in mora restituendi,vt l.1.§.exact.C.de rei vxo.act. mora autẽ est delictum: ergo in dubio præsumitur eo modò,quo potest legitimè,
3 vt l.meritò.ff.pro socio. Secundò est † aduertendum,posito q̃ d.filia excluderetur præscriptione xxx. ann, vt filia, cum ipsamet per edictum successoriũ succederet sibiipsi, admitteretur vt legitima: licèt sit exclusa vt filia,casus est
4 de succes.edi.l.1.§.sed videndum.Tertiò † considerandum est,quòd præscrip.xxx. ann.nõ currit, nisi post pupillarem ætatem: vt l.sicut.C.de præscrip.xxx.ann. Vnde aduertendum est, an deducto tempore pupillaris ætatis remanẽat xxx.ann.si non remanent, habemus propositum. Si verò cucurrerint,adhuc est aduertendum, si restat quadrienniũ post completam præscriptionem: tunc adhuc posset peti
5 restitutio: nam tempus † petendæ restitutionis currit solùm post præscriptionem completam, secundum opin. Gul.ff.ex quib.cau.maio.l.ab hostib.§.sed q̃ simpliciter.& ex his manifestè liquet, quid agendum sit dictæ dominæ.

CONSILIVM CXXX.

1 *Si pater est stipulatus dotem sibi reddi filia decedente sine filijs,quòd illa decedente cum filijs etiam est ei de iure reddenda talis dos.*

Pro intellectu l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pact.dota.

Pater Dedit dotem pro filia, & stipulatus est dotem sibi reddi sol.mat.morte viri sine filijs.Contigit,q̃ est solutum mr̃imonium morte viri cum filijs.† Mo
1 dò quæritur, an dos data cedat lucro viri: quia non fuit concepta stipulatio aliqua in casu prædicto,vel an debeatur filijs tanquam de hæreditate matris, adeò q̃ in casu omisso dos fuerit mulieri quæsita. & pro parte aduersa, q̃ debeat cedere lucro viri, dicitur esse casus in l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pac.do.Ad hoc respondetur, q̃ veritas est contrà: casus est in l.si cum dotem.in prin.& l.filiæ meæ.ff.solu.matr.& C.de rei vxo.actio.in prin.& §.videamus.& §.accedit.Non obst.§.cum inter.præalleg. quia ibi loquitur,qñ vir fuit expressè stipulatus in casum aliũ, & ita debet intelligi tex.dicti.§.cum inter. Sed contra prædicta vr̃ tenere Dy.in c.quod ob gratiam.de reg.iur.lib.6. & Cy.in l.quod fauore.C.de legi.sed respondeo,quicquid ibi dicatur r̃m Dyn.tamen Cy.consuluit,vt s̃.dixi.& quòd debeat intelligi dictus §.cum inter,vt s̃.dixi, tenet Odof. idem etiam tenet Iac.de Bel.qui disputauit hanc quæstionem ad literam.& ita respon.ad dictum.§. cum inter. Vel potest aliter responderi, q̃ vir retinet dotem pro filijs.s. tanquam pro hæreditate suæ matris,& dicta opi.dicti Iac. de Bel.probatur expressè.ff.de hær.insti.l. Lucius, qui patrem: cum sua gl.vbi si pater grauat filium,si decesserit sine filijs,in casu,in quo haberet filios,non vr̃ sibi prouidere: sed solùm filio suo,vt faciat,quod vult. Ita in proposito vr̃ prouidere filiæ,& non liberis: & hoc quia præsumptio est, q̃ pater diligat plùs filiam, quam tunc habebat, quàm filios nascituros ex ea, in quos nulla cadit affectio, vt no.in l.qui filiabus. de leg.1.ad idem l.Publius.§.pen.ff. de condi.& demon.& per hoc si filia esset iuris sui, posset de ista testari,nec cedit lucro viri: cum etiam dos dicatur proprium patrimonium mulieris. vt l.3.§. sed vtrum.ff.de mino.& ibi not.& quæ dixi s̃.credo verissima: & ea teneo in d.l.si cum dotem.in prin.vbi retuli, qualiter Cy.consuluit.Præterea,omnia,quæ s̃.dicta sunt, non sunt necessaria in causa simili: nec facit aliquid dictus.§. cum inter. nam si bene inspiciantur verba instrumenti dotalis, & stipulationis interpositæ super dote, de qua est quæstio, Saulus prædictus fuit expressè sibi stipulatus in omnem casum, quo dos restitui deberet: & sic cum verba sint clara, non debemus &c.l,ille,aut ille §.cùm in verbis,de lega.3. & sic posito pro constanti, q̃ non esset verum, quod s̃.dictum est,sed potiùs quod alleg.est in contrarium: tamen nihil facit ad propositum. & sic non obstantib. allegationibus factis in contrarium, siue habeat locum stipulatio, siue non: siue remanserit illa dos filijs mulieris, siue in hæreditate mulieris: dicta dos data de iure spectat ad dictum
a patrem, vt pleniùs in allegatione est dictum[a] &c.

ADDITIO.

a ¶Est dictum. Quia superior consultatio est difficilis propter intellectum d.§.cum inter.qui fecit docto. vsque ad hæc tempora ambulare super glacie, tamen licèt Bal.Ang.& Imo.in d.l.si cum dotem.teneant contra Bart.Pau.de Cast.tamen ibi, &Bald.in auth.sed si quis. C.de hære.actio.& in l.quoniam nouella. C. de inoff. test.& Bal.in l.si extrancus.ff.de condict.ob cauſ.& in l.quod scitis. C. de bon.quæ liber.tenent, quòd dos spectet ad hæredes mulieris, quando pater stipulatus est sibiipsi: secus si filiæ.videte plenè not.in dict.l. si cum dotem. & quæ ibi posui in apo.ad Bart.

CONSILIVM CXXXI.

1 *Legatum factum nepti pro dote per auum,quòd videatur factum contemplatione filij,& non neptis, quando non erat nata.*

2 *Cautela, vt probetur, neptem non natam tempore legati facti.*

3 *Legitima debetur deducto ære alieno,& funeris impensa.*

In legitima debita filiæ computatur dos legata per auum.

In Dei nomine amen. Primò arguitur,quòd dicta domina Mignutia licitè petat dotem sibi ab auo relictam: quia hoc non vr̃ sibi relictum contemplatione sui
1 patris.vt ff.de iure dot.l.auus.Si igitur pr̃ dotauit † filiam, vr̃ dotasse de suo: & filiæ remanet actio ad petendum relictum sibi factum ab auo.vt l.fi.C.de dot.promis. In contrarium vr̃,quòd relictum q̃d fecit auus dictæ filiæ pro do
a te,fecit & fecisse præsumit in dubio cõtemplatione filij.[a] & pp istum filium non pp neptem, vt l.dedit dotem.ff.de col.bo.& ibi est casus, & ibi etiam expressè tenet Iaco. de Are.Et hoc est verissimum,maximè in casu proposito,vbi proponitur q̃ neptis non erat nata tpe mortis aui. & sic non potest dici, quòd pp affectionem, q̃ auus habebat ad eam,sibi reliquisset: sed solùm ꝓtemplatione filij dictam dispositionem fecerit: vt fideicomissum,quo dictus filius erat grauatus,diminueret in illa q̃titate, q̃ dictæ filię erat post mortem ipsius filij relicta.perinde est ergo,ac si filius grauatus de dando dotem post mortem suã, dotem dedit in vita. quod sufficit ad liberandum ipsum & successores suos,vt l.Lucius.la piccola.de leg.2.& ad l.Fal.l.cum quo. §.fi.ff.de bo.li.l.1.§.si debitam.ver. sed & si non mortis. & C.de fideicom.l.post mortem,& hoc, quia ipse filius erat grauatus de dando ipsam dotem tanq̃ à se profectam, & sui causa: quia erat obligatus ad ipsam dandã,vt s̃.probatum est.Ex quib.concluditur,quòd dicta d.Mignutia,quæ fuit dotata à patre, non potest petere relictũ sibi factum
2 ab auo. Consulo † tamen quòd in processu fiat articulus, quòd dicta Mignutia fuit concepta & nata post mortem aui. Super eo verò, q̃d per dictã Mignutiam petitur supplementum legitimæ: Sciendum est, quòd in legitima debent computari dos, & legata, vt l.quoniam nouella.
3 C.de inoffi.testa. † Item quòd legitima intelligitur tertia eius, q̃d habitura erat ab intestato deducto ære alieno, & funeris impensa: vt l. Papi.§.4.de inof.testa. & in auth.de trien.& semis.in prin.C.de inof.test.authen.nouissima. & ideò in ista q̃ne fiant positiones, & articuli ad probandum. Et probentur res alienatæ per dictum Conium, & debita contracta per eum, & inter alia assignetur pro debito fideicõmissum, quo dictus Conius tenebatur dicto Mattheo,q̃d venit detrahendum,antequàm fiat computatio dictæ legitimæ:vt l.in imponenda.& l.irritũ.C.ad legẽ Fal.quo facto clarè apparebit,q̃ nil sibi debeat pro supplemento legitimæ, &c. Ego Bar.de Saxoferrato consulo.

ADDITIO.

a ¶Contemplatione filij. Quòd auus dotando neptem,dotet contemplatione filij, addite, q̃ idem tenet Pau.de Castr.consil.337.& Ang.consi.75.inci. salubriter & optimè.& in alleg.ibi, ante prædictum consilium cuiusdam domini. Io.de Ritijs.

CONSILIVM CXXXII.

1 *Statutum, quòd vir lucretur tertiam partem de dote, quam accepit, habet locum etiam in dote promissa.*

2 *Cursus diei appositæ in obligatione constituit obligatum in mora.*

3 *Nomina debitorum possunt in dotem dari.*

Statuto Ciuitatis Eug.cauetur sic, q̃d si mulier nupta decesserit sine filijs relictis ex ea,& viro suo: vel etiam non relictis fœminis,suo tñ viro viuente,q̃ dictus eius vir liberè habeat, & lucret sibi tertiã partem dotis,q̃ recepit in reb.mobilib.& immobilib. æstimatis,vel inæstimatis &c.Cõtigit, q̃ Rigotius & fratres eius fuerunt q̃fessi se habuisse. M.lib.pro dotib. dñæ Paulellæ vxoris diciti Rigotij: q̃ dotem promisit restituere vxori,vel eius hr̃dib. &c.vt constat manu talis &c. Demum eadem die, & anno prædictus Bal. pater dictæ Paulellæ promisit dare dicto Rigotio & fratrib. de dicta summa 300. lib. ac expeditum residuũ dare ix.die mensis Iunij. Q̃cto matrimonio solutæ fuerunt Rigotio,& fratrib.dictæ 300.lib.matrimonium tanto tpe durauit, q̃d elapsum est tps dictæ solutionis,s.ix. die Iunij. demum matrimonium solutum est
1 morte Paulellæ sine filijs. Quæritur, † an maritus habeat tertiã partem dotis sibi solutæ tñ,an tertiã integrę dotis? Verbis statuti diligenter inspectis: Dubium huius q̃nis pendet ex hoc,q̃ statutum dicit, q̃ lucretur de eo, q̃d percepit:

BIU Cujas

cepit: sed non percepit, licèt fuerit promissum: ergo non
2 debet lucrari [a]: qa verba statuti debent strictè intelligi: & ad alium casum non expressum non porrigi, vt l.si verò.§. de viro.solu.matr.ff.de legib.l.in his.& l.qđ verò.& l.quic quid.de verb.obli. Præterea, qui habet actionem ad petendum, non dr̃ percepisse naturaliter rem propriè, sed fictè & interpretatiuè: vt l.qui actionem.de reg.iur. & no.in l. minus.eo.tit. Præterea, ꝙ de dote promissa non lucretur, vr̃ casus in corpore in auth. de non eligendo secundò nubentes.§.penult.¶In contrarium est veritas, ꝙ vir lucrari debet tertiam partem dotis ꝓmissæ: & probatur. Certum
2 est, † ꝙ per cursum diei appositæ fuerit in mora soluendi dictus Bal.& sic per eum stetit, quominùs solueret: perinde debet ergo haberi, ac si dicta dos esset percepta: & conditio statuti impleta: vt l. Labeo scribit, si mihi bibliothecam.de contrah.empt.& in l.in executione.§.fi.ff. de ver. ob.& de ꝓd.& demon.l.iurę ciuili.& per Dy.in c.imputari.& in c.cum non stat ꝓ eum.de reg.iur.lib.6. Prętereà, pro hoc casus est expressus in terminis nostris in authen. vt exac.instā.do.§.fin.& not.in auth. de non eligen.secundò nubentes.§.pen.in gl.magna.nam ille, per quem stat, quominùs dotis solutio fiat, q̃tùm ad ista lucra hr̃ solutio pro perfecta: etiam vbi verè solutio requiritur: aliàs sequeretur, ꝙ esset melioris conditionis debitor morosus, quàm qui fuisset diligens, & soluendo. contra l.non solùm.de noxalib.& l.seruus. qđ vi, aut clàm. Præterea, hoc probatur ꝓ
3 aliam rationem, certum † est, ꝙ nomina debitorum pnt dari in dotem, & dos esse, vt l.qui se debere de condic.ob causam.& l.donatarius.& de iure dot.l. si debitor.sol.mat. l.si prior.de re iudic.l. Nesennius.istud ergo non potest negari quin hoc nomẽ debitoris, s.obligatio istius partis sit in dote: & ex hac dote istam obligationem verè percepit. vt l.2.§.peruenisse de hære. vel actio.vend.l.si prior.de pet. hære.§.bonæ fidei. ergo istius iuris, seu obligationis iste vir debet lucrari tertiam. Et ex his patet responsum ad omnia contraria. Præterea, confitendo sibi solutionem, sustulit oblig.& nouauit eam in secundam: & sic sibi solutum vr̃. vt l.dotem. de iure doti. & l.vir ab eo. & facit. ff. solut. matrimo.l.penult.§.si vir. Item hoc lac.de Aren. tenet ibi. Concluditur ergo ipsum debere lucrari illam tertiam &c.

ADDITIO.

a Lucrari. Statutum loquens in dote data habet locum in promissa: vt etiam plenissimè consuluerunt Paul.de Castr.consi.173.& Ang.consil.180.incip.in nomine Dei, pro euidentia præmitto. An statutum loquens in dote data, habeat locum in promissa tantùm, vide per Ozascum detis. Pedemon.20.

CONSILIVM CXXXIII.

1 *Nepos quando veniat appellatione filiorum.*
2 *Neptis quòd non veniat appellatione filiorum masculorum.*
3 *Statutum, quòd vir lucretur dotem non extantibus filijs, quòd illam lucretur etiam extante nepte ex filia.*
4 *Dictio, ex, denotat causam proximam, & immediatam.*

In Dei nomine amen. Licèt in quę stione prædicta sit multum prudenter allegatum, tñ ad veritatem huius quæstionis sciendum est, ꝙ in illa controuersia, q̃ est, vtrùm appellatione filij contineatur nepos: Exemplum:
1 lex facit mentionem de filio militis: † vtrùm appellatione talis filij contineatur nepos non miles? certum est, ꝙ non. vt ff.de testa.l.cum filius.de testam.tute.l.2.de admin. tut.l.impuberi. Item si lex appellat spurium, hæc appellatio nõ porrigitur ad nepotem ex eo, si est legitimus. & sic ad eum non transit illa qualitas. vt C. de natur.li.l.fi. & ibi
2 no. Sed si lex † appellat filium masculum, non continetur neptis ex eo, vt fœmina, quia illa qualitas. s.masculus, non reperitur in tali nepte, vt patet in omnib.causis feudorũ, quæ dicunt fœminam in feudum non succedere. Nunc ad
3 † propositum, statutum, de quo loquimur, loquitur, ꝙ maritus lucrifaciat dotem vxoris suæ præmortuæ, si filij, vel filiæ non extant ex eis ex eo.matrimonio, vt apertè dicunt verba: ibi, & ex prædictis habens neptem ex filia. ꝙ non reperitur, ꝙ sit ex eis, vel eod.matrimonio. ideò non continetur appellatione filij, vel filiæ indubitatiuè: ꝙ non sit
4 ex eis apparet, quia † hæc dictio, ex, denotat causam proximam & immediatam, vt C.de legib.l.non dubium. & l. eo tempore.de pecu.l.1.§.ex incendio. de incen.ruin.nau. Prærereà, quòd non fuit ex eodem matrimonio, apparet expressum. Insti.de pa.po.in fin. Nepos enim ex filia non dicitur natus ex matris nuptijs: sed ex nuptijs patris sic. fortè aliud dici posset in nepote ex filio, vt ibi patet. ff. de his, q̃ sunt sui, vel alie.iur.l. item in potestate. & l.seq. &c.

¶ Ibi erat vnum consilium superfluum numero tali. 132. ex quo correspondet lecturæ præcedentis consil.

CONSILIVM CXXXIIII.

1 *Scholaris, qui minùs quinquennio stetit absens à studio, non dicitur priuatus matricula.*
2 *Scholaris priuatus matricula propter absentiam, si rediit non tenetur iterum soluere matriculam.*

Vniuersitatis Nostræ statuto cauet̃, vt quilibet scholaris ꝓ introitu matriculæ.20.solidos soluere teneat̃. Contigit, ꝙ qdam scholaris semel soluit, & matriculam intrauit: deinde fuit absens à studio per plures annos, nunc de nouo reuersus est ad studium: Quærit̃, an pro introitu matriculæ iterum soluere teneatur. Hæc qõ habet duo puncta. Primum, an per absentiam desijt esse de matricula. Secundum est si desijt,
1 an iterum teneatur soluere. Super primo vr̃ † ꝙ sic, ex eo, qđ deposuit consuetudinem reuertendi ad studium. arg.ff. de acq.re.do.l.naturalem §.pauo.& §.seq.& Insti. eo.§. in his. & §.pauonum. finaliter tñ dico, ꝙ si per quinquenniũ stetit absens à studio, priuatus est matricula: si minori tpe, retinet matriculam. vt C. de primice.l.fi. circa medium.li. 12.& de dom.l.3.eo.lib. vbi est expressum. Super secundo
2 puncto, † posito, ꝙ esset priuatus matricula, soluere nõ debet iterum, q̃ semel soluit: casus est. C.de cõsuli.l.pen.circa finẽ.lib.12.facit arg.ff.pro socio l.sociũ pro filia.cum si.

CONSILIVM CXXXV.

1 *Si statuto cauetur, quòd occupans plateam corio alicuius animalis, soluat tantum: tunc, an tenens in manibus debeat soluere.*

1 **Statuto** † Castri plebis cauetur, ꝙ quicunq; occupauerit plateam cum aliquo corio bestiæ grossæ, vel minutæ soluat tot denarios gabellæ. Nam sunt quidam, qui tenent coria ad vendendum in dicta platea in manibus: quæritur, an teneantur soluere gabellam. Ad quod sic dico, ꝙ qñque quis tenet in dicta platea corium occasione sui vsus, vt pro fulcimento guarnatiæ, vel alio suo corporis cooperimento: tunc soluere non tenetur. vt ff.de verb.signi.l.in lege censoria.& C.de vectig.l.vniuersi. Quidam tenent causa vendendi, vel ob aliam causam ad nullum suum vsum, & tunc non licet sine solutione gabellæ. Licèt.n.ipse teneat in manibus, tñ non licet tenere in illo loco, & occupare dictam plateã. arg.de seruit.rust.prędio.l.qui sella.§.quidam.nec ob. si bene inspiciat̃ &c. Bar.

CONSILIVM CXXXVI.

1 *Gubernator ciuitatis non potest statuere, nec tollere consuetudinem specialem, quam habet Castrum.*
2 *Consuetudo est, cum ex tacito consensu populi, & cursu temporis inducitur aliquod ius, quod populus expreßè facere potuisset.*
3 *Quòd quis habeat ius eligẽdi potestatem, est magis præscriptio, quàm consuetudo:*
Differentia inter consuetudinem, & præscriptionem.

Capitaneus Patrimonij fecit vnam suam ꝓstitutionem, ꝙ nulla ciuitas, Castrum, vel villa eligeret in ptātem aliquem ciuitatensem sub certa pœna: deinde cõe & homines Castri Piceni, qui erant in possessione sibi eligendi potestatem, quem vellent à tpe, cuius non extitit memoria, elegit in potestatẽ commune Perusi. propter qđ Capitaneus condemnauit eos in dicta pœna. Quæritur, an dicta constitutio valeat? & posito pro constanti, prout est de cõsuetudine obseruatum, ꝙ † Capitaneus patrimonij, & certi præsides prouinciarum, qui ab ecclesia in Italiam destinãtur, posset facere
a constitutionem, [a] sicut posset quilibet eps, & apostolicę sedis legatus: vt extrà, de maio.& obed.c.2.de consti.c. vt animarum.li.6. de of.leg.c.fi. & sicut alij maiores iudices, vt ff.de leg.l.non ambigitur. C.de of.prefec.pret. Ori.l.formam. hoc solum vr̃ quęrere, vtrùm dicta constitutio valeat. & vr̃, ꝙ sic per iura prędicta. Item pro hoc extra.de lo. c.1. vbi licèt quis habeat liberam potestatem locandi, & conducendi, tñ potest limitari per ꝓstitutionem legati: & pœna imponitur. ad idem facit, qđ not.de maior.& obed. c.2. Prętereà cuilibet magistratui licitum est defendere iurisdictionem suam pœnali iudicio. ff. si quis iusdicen. non obtem. l.1. Sed per hanc constitutionem defenditur iurisdictio

ADDITIO.

a Ber.Lan. ¶Constitutionem. Vide Pau.de Cast.consi.149. & Alexan.in apostil.in L. omnes populi. dicit, ꝙ Pet.de Anch.in c.canonũ statutum. sequitur hoc consilium.

BIU Cujas

dictio Capitanei, & Romanæ ecclesiæ; ergo &c. Nam si ciuitas Perusij, quæ est tantæ potentiæ, recepit potestariã vnius Castri, Capitaneus non potest ibi liberè suam iurisdictionem exercere: sicut decet. arg. ad hoc. de restitut. spol. Pisanis. circa finem. Prætercà hoc video in dño, qui potest prohibere rem emphyteoticam alienari in potentiorem personam, per q̃ ipsius ius deterioretur, & ex ea non possit ita liberè vti: vt extrà, de loca. cap. pont. & ibi no. facit qđ no. de ver. ob. l. si ita quis. §. ea lege. & 10. colla. de alie. feu. c. 1. & sic concluditur, ꝙ illa constitutio valeat. Nec obst. si dicatur, ꝙ illa constitutio generalis non tollit consuetudinem specialem, q̃ habebat dictum Castrum, vt extrà, de constit. c. licèt. lib. 6. quia dicta consuetudo non est propriè ꝯsuetudo, sed magis præscriptio: nam consue
2 tudo est, †cùm ex tacito consensu populi, & cursu tpis inducitur aliquod ius, qđ populus expressè consentiendo facere potuisset: & ita loquitur l. de quib. ff. de legi. & C.
3 quæ sit long. consue. l. 1. sed † qñ ego præscribo ꝯ alium, quod si vellem statuendo, non possem inducere: vt ꝙ habeam ius eligendi potestatem, tunc est præscriptio: & ita loquitur totus tractatus præscriptionis. Modò in proposito, consuetudo, q̃ dictum Castrum allegat, vt posset Potestatem eligere, magis est quędam præscriptio cuiusdam iuris. Sed posito, qđ istud ius verè competeret, posset limitari: vt s̃. probatum est, ergo &c. & prædicta est vera differentia inter consuetudinem, & prȩscriptionem: licèt quidam ponant aliam, extrà, de ꝯsue. c. fi. C. quę sit lon. ꝯsue. l. 2. &c.

CONSILIVM CXXXVII.

1 *Cursus anni non inducit priuationem hæreditatis, stante statuto, quòd non implens voluntatem defuncti infrà annum, incurrat pœnas legales, & cursus anni habeatur pro legitima monitione.*

2 *Vnum & idem tempus non operatur duos effectus, quando vnus successiuè venit ad alium.*

3 *Hæres non incidit in pœnam, si non implet voluntatem defuncti, quando in testamento sunt dati executores.*

4 *Qui agit ad priuationem hæredis ob non impletam voluntatem defuncti, debet cauere de illam implendo, vt obtineat.*

5 *Agens ad priuationem hæredis ob legatum non solutum, non sufficit ostendere legatum factum.*

Asserere aliquod negatiuum, ad quod quis non est obligatus, debet id probare, quando ex tali negatione delictum alicuius arguitur.

6 *Hæres quòd excusatur à pœna ob non solutionem legatorum: quando in testamento sunt dati executores coniuncti legatarijs.*

Fraus ex coniunctione quòd præsumatur.

Statuto Communis Gualdæ cauetur, ꝙ qui non impleuerit voluntatem defuncti infrà annum, incurrat pœnas legales: & cursus anni habeatur pro legitima monitione, nec alia monitio expectetur. Contigit, ꝙ quidam in testamento fecit plura legata, ad quæ legata exequenda dedit quosdam executores patruos dictorum legatariorum: quæ legata non fuerunt soluta infra annum. Nunc dicti legatarij petunt emolumentum hæreditatis ex vigore auth. hoc amplius. C. de fideicom. & in cor. vnde sumitur, coniuncto statuto: nec præstiterunt aliquam cautionem de implenda voluntate defuncti. Ex isto themate multa dubia oriunt̃. Primò, an cursus vnius anni priuet hæredem non implentem voluntatem defuncti, hȩreditate. Secundò, an hæredes prædicti excusentur, propter alios executores ad hoc à testatore deputatos. Tertiò, an dicti actores excludantur, q̃a non præstiterunt cautionem de implenda voluntate defuncti. Quartò an eo ipso, ꝙ ostenditur legatum factum, & solutum nõ esse, sit probata intentio ipsorum agentium. Quintò, an releuet in aliquo dictum hæredem conuentum, quia dicti fideicommissarij & executores electi à testatore erant sic con
1 iuncti dictis actorib. ¶ Super † primo puncto vr̃ de iure fore dicendum, ꝙ inspectis verbis dicti statuti cursus primi anni operetur tãtùm vnum effectum, ꝙ habeatur pro legitima monitione, & iussu iudicis: & expectabitur cursus secundi anni, vt quis hæreditate priuetur. hoc clarè apparet ex verbis ipsius statuti. hoc etiam persuadetur legibus, sic. Si quis bene verba legis inspiciat in corpore de hære. & Fal. §. si quis autem non implens. & C. de fideicõ. auth. hoc amplius. duo successiuè requiruntur, vt quis hæreditate priuetur, s. iussus, seu monitio iudicis. Secundò,
2 successiuè cursus temporis, s. anni: sed † de iure hoc est, ꝙ vnum, & idem tempus non potest operari effectus circa duos actus, quorum vnus successiuè venit ad alium, vt C. qui admit. ad bon. poss. l. fi. in fi. & de inoffi. testam. l. eum, qui. & probatur in simili: tempus, quo completur læsio cœpta in absentia, & sic operatur vnum effectum, non cõputatur in tpe petendæ restit. & sic non operatur alium effectum successiuum. Ad primum no. ff. ex quib. caus. ma. l. ab hostib. §. sed qđ simpliciter. per gl. ad hoc etiam facit, quod no. per Dyn. in c. sine possessione. de reg. iur. circa finem, lib. 6. ꝙ primò requirit cursus vnius temporis ad inducendam obligationem. Secundò, aliunde incipit currere aliud tempus ad præscriptionem. facit, qđ no. C. de ser. fugi. l. 1. in fi. glo. mag. ita in proposito primum tps operatur, vt habeat legitimam monitionem: ab inde incipit currere annus ad priuandum quem hæreditate: & sic re-
a quiritur biennium. ergo illi non sunt hȩreditate priuati.[a]
3 ¶ Super secundo puncto dico † ꝙ hæredes prædicti excusantur propter alios executores à testatore deputatos à pœna prędictæ legis: maximè si non apparet ipsos hæredes non fore certificatos, ꝙ dicti executores nolebãt implere. pro hoc induco casum expressum. ff. de condi. & demon. l. mulcta. & expressè in auth. de eccl. ti. §. si quis autẽ, qui hoc facere. vnde sumitur auth. licèt. posita super l. nulli. C. de episc. & cleri. vbi dicitur, ꝙ quando sunt appositi executores in testamento, ipsi debent implere, aliàs ipsis imponitur pœna, quòd priuentur omni commodo, ꝙ percipiebant ex testamento: & sic hoc casu videtur, ꝙ pœna non imponatur hȩredibus. Pro hoc facit; q̃a testator ponendo certos executores ad hæc legata exequenda, vr̃ ipsos hæredes prohibuisse, ne se impediant de ipsa executione. vt ff. de au. tu. ex plurib. & ibi no. per glo. hoc etiam probatur. ff. de ali. & cib. leg. l. 3. nec ob. iura, quæ dicunt, ꝙ licèt datus sit executor, nihilominùs hȩres tenetur. vt ff. de leg. 1. l. si à plurib. quia verum est, ꝙ legatarij possunt petere: non autem quod hȩredes, non implendo sine monitione, incidant in pœnam: vt expressè probatur in d. l.
4 mulcta. de condi. & dem. ¶ Super tertio † an dicti executores excludantur propter non prȩstitam cautionem: & dico, ꝙ sic: quia hoc est expressum in corpore de hȩr. & Falc. §. si verò nullus. ibi, cautione priùs ab ipso facta &c. Si ergo priùs cautionem non p̃stitit, debet succumbere, vt C. de vsufr. l. 1. simile in cõtumacib. & alijs in quib. iura dicunt, non audiri, nisi prȩstita cautione. posset etiam iudex facere sententiam sub conditione. s. si oĩa, quę dicta constitutione cauentur, fuerint obseruata, vt ff. de fideicõ. li. l. 4. §. illud videndum. sed illud puto verum, qñ lex simpliciter loquitur: sed in casu nostro lege exprimitur. s. ꝙ priùs caueat: si ergo de hoc non fecit fidem actor, debet
5 succumbere. ¶ Super quarto puncto vr̃ dicendum † quòd ipsi actores debent probare illud legatum non solutum per ꝯfessionẽm hæredis, vel alio modo, nec sufficit solùm legatum relictum esse: hoc probat̃ ex his, quæ not. p̃ Inn. in c. super his. de accu. & Cyn. C. de iure emph. l. 2. ꝙ corroboratur per l. hoc iure. de ver. ob. ibi, q̃ exploratum sit, &c. Ille. n. qui aliquod negatiuum asserit, ad qđ aduersarius non est obligatus, debet id p̃bare. ꝙ maximè arbitor esse verum, cum ex tali negatione alicuius delictum arguitur, vbi est præsumptio pro ꝙuento. s. ne delinquat, vt C. ad l. Iul. repe. l. pen. & per regulam gñalem ꝙ quilibet præsumitur bonus, & non peccasse. pro hoc quia cum agit̃ de tutore remouendo à tutela p̃ aliquod omissum, istud debet p̃bari, videlicet qđ sui copiam non fecit ad prȩstanda alimenta, vel ꝙ est negligens, vel iners, vel similia, quę priuationem & negatiuam ꝯtinent. vt l. 3. §. tutor, q̃a ad alimen-
6 ta. §. fin. cum l. se. de suspec. tut. ¶ † Super quinto satis puto hæc dictis hæredib. ꝙuentis prodesse: vt opposita doli exceptione dicti actores repellant̃, quasi executores p̃ coniunctionẽ eorum, ad quos sperabant dictam hæreditatem deuenire, hoc omiserint: p̃ hoc, quòd tali fraude factum præsumatur ex coniunctione sanguinis, induco. ff. de bo. li. l. pen. post prin. ibi, faciliorq; præsumptio &c. Et expressiùs extrà, de testib. c. constitutis in prȩsentia nostra archiepiscopo. Facit ad hoc: quia ex coniunctione præsumitur vnus scire de facto alterius. vt ff. vnde cogna. l. octaui. & C. de in inte. rest. l. de tutela. pro hac præsumptione fraudis ratione coniunctionis facit optimè in auth. de ali. & emph. §. œconomus. vnde sumitur auth. quibusc unq; posita super l. iubemus. C. de epis. & cler. Item pro hac fraude præsu-

ADDITIO.

a Ber. Lan. ¶ Priuati. Vide Ro. consi. 218. vbi allegat hoc consilium: & concludit ꝙ licet executor, vel hæres non priuetur hæreditate, tamen priuatur officio exequendi per consuetudinem, quæ est valida.

BIU Cujas

præsumenda facit expresse in aut.vt hi, qui ob.res habere.§.si quis.& ex his apparet,quòd si tales agant, petendo dictam hæreditatem, possunt exceptionem doli opponere: qui dolus probatur ex coniunctione, & propinquitate temporis: vt suprà dictum est.Ex quolibet ergo prædictorum concluditur dictum hæredem esse absoluendum &c. Ego Bar. de Saxoferrato ita consulo.

CONSILIVM CXXXVIII.

1 *Pupillus an dicatur decedere intestatus: & comprehendatur in statuto loquente de intestato.*

Intell.l.1.de suis & leg.l.intestatus.ff.de verb.sig. & instit. de hæred. quæ abintestato. in principio.

2 *Communis vsus loquendi non est propria significatio.*

Statuta intelliguntur secundum communem vsum loquendi.

Communis vsus loquendi prævalet omni significationi.

Hæc est Copia cuiusdam statuti sancti Seuerini. Item statuimus,& ordinamus, ꝙ si quis, vel si qua de terra sancti Seuerini,& eius districtu decedat intestatus,vel intestata sine filijs legitimis,ꝙ bona omnia & iura sic ab intestato morientis deueniant,& deuoluantur,& sint apud descendentes ab intestato propinquiores consanguineos ex paterna,vel materna linea descendentes, cum satis sit conueniẽs rationi, ꝙ talia bona reuertantur ad pristinum statum, vnde principium habuisse noscuntur: & prædicta locum habeant &c.Quæstio talis est, quædam puella de dicta terra minor.xij.an. suæ ætatis decessit nullo condito testamento, quia erat pupilla, superstitib.sibi propinquiorib.matre sua,& fratre carnali ipsius pupillæ,nato ex eodem patre,& eadem matre: modo quęritur,vtrùm dicta mater succedat in aliqua parte,vel non, propter verba dicti statuti. In ista q.facit dubium text.qui 1 est de suis & legi.l.1.in prin.vbi innuitur, † ꝙ ille,qui non potest facere testm̃, vt pupillus, non dicitur propriè intestatus.[a] Cum igitur verba statuti debeant intelligi fm propriam significationem: & illud verbum, intestatus, non cadat in pupillo: ergo relinquitur determinationi iuris communis, & sic mater succedat: & ex hoc iam motus est animus quorundam ad consulendum,ꝙ mater admittatur. Contrarium tñ est veritas. Pro cuius intelligentia videndum est de intellectu trium legum, quæ ponunt significationem huius verbi,intestatus. Primò de intellectu.d.l.1.in prin.de suis & legi.Secundò, de intellectu.l.intellectus.ff.de verb.sign.Tertiò,de intellectu inst.de hære. ab intest.in prin.quæ leges videntur sibi contrariari.Nam duæ vltimæ dicunt eum simpliciter intestatum, qui testm̃ non fecit.sed d.l.1.de suis & legit.dicit,ꝙ pupillus non est propriè intestatus: posteà dicit, sed hos pro intestatis accipimus.Pro cuius intelligentia sciendum est, ꝙ non potest esse priuatio,vbi non potest esse habitus; vñ non rectè diceretur equus est mutus: quia habitus loquendi nõ cadit in eo: nec lapis dr̃ rectè cæcus. & similia. & isto respectu pupillus non potest facere testm̃: & sic in eum nõ cadit habitus: nec propriè dr̃ intèstatus: & ita loquitur d.l.1.de suis & legit. Item sciendum est, ꝙ habitus potest considerari dupliciter: vno modo strictè fm naturã vnius indiuidui: alio modo largè fm natura speciei,sub qua est illud indiuiduum: vt in hoc exemplo: aliquis est mutus à natiuitate, certè licèt in eo nunquam fuerit habitus loquendi: tñ dicitur mutus respectu speciei humanæ, cui competit habitus loquendi, vt C.qui test.fac.poss.l.discretis. idem in eo, qui natus est sine oculis, rectè dr̃ cæcus, hoc est priuatus lumine eo respectu: quia speciei humanæ congruit videre,vt in euangelio de Cæco nato. & hic est communis modus loquendi: & hoc est, qđ vult dicere.d.l.1.dum dicit, Sed pro intestatis accipimus.q.d.in eis cadit istud verbum, intestatus, respectu speciei humanæ, cui competit ius testandi. & hoc est, ꝙ voluit imperator inst.de hære.quæ ab intest.in prin.vbi dicit, intestatus est omnino,qui testm̃ non fecit &c.No.quod dicit omnino, quasi dicat,siue quia noluit: siue quia non potuit.idem in d.l.intestatus.de ver.sig.nam verba legis debent intelligi, prout loquũtur generaliter de omni homine: non singulariter de hoc, vel de illo.ff.de legib.l.iura nõ in singulas. Sed respectu speciei humanæ,in qua cadit habitus,pupillus rectè dr̃ intestatus: ergo &c.Nunc ad propositum dicimus pupillum intestatum propriè, quia est priuatus eo habitu,qui congruit suæ speciei,vt homini: quia fm propriam significationem dicetur intestatus: & sic statutum in eo locum habebit. Aut dicimus ipsum intestatum impropriè:& tunc remanet,ꝙ est intestatus fm communem 2 vsum loquendi.vt dictis ll.probatur,†qm̃ communis vsus non est propria significatio.l.Labeo.§.idem.de sup.leg.& statuta debent intelligi fm communem vsum loquendi, qui prævalet omni significationi propriæ,vt d.l.Labeo,& de leg.3.l.librorũ.§.ꝙ tñ Cassius.& ibi no.& sic statutũ habebit locum in pupillo.& hæc mẽs fuit statuti,vt patet in ratione, q̃ redditur in statuti§. & sic mr̃ oĩno excludet̃ &c.

ADDITIO.

a Ber.Lan. ¶Propriè intestatus. Colligendo mentem doct.ea videtur cõmunis opi. quòd pupillus possit dici intestatus decedere, non ex vi verborum,sed ex communi vsu loquendi.ideò petens aliquam hæreditatem,haberet necesse probare illum communem vsum,vt colligitur ex mente Ang.cons.incip. statuto cõmunis Burgi. & cons.95.inc.Pet.de vrbe.Pau. Cast.cons.176.& ibi refert, ꝙ aliqui consuluerunt contrarium.Angel.tamen.cons.25.inci.iudex nomine &c.vers.statutum excludens matrem.dicit,ꝙ ipse, & Bal.pluries consuluerunt pro hac parte, & ita tenet Bal.in l.si arrogator.ff.de adop. videte latè Imo.iuniorem in l. generaliter.C. de hæred.insti.& videte infinitas concordantias in l.1.ff.de suis & legitim.hæred.in apostil.per me,& Rom.cons.4.& 22.

CONSILIVM CXXXIX.

1 *Habens potestatem prouidendi,& ordinandi,& executioni mãdandi certum quid,potest pluries ordinare,& prouidere, donec exequatur.*

Statuto Communis Perusij cauetur, qđ singulis annis detur, & fiat eleemosyna de cẽtum libris percipiendis ex venditione bladi cõis Perusij, qđ venditur & vendi consueuit annuatim in platea cõis Perusij. Item per adunantiam generalem artificum ciuitatis super quadam petitione,oblata communi Perusij per prę fatum capitulum sancti Fran. fratrum Minorum Perusij, continente, ꝙ aliqua eleemosyna ipsis fratrib. sufficiens pro reparatione dictæ ecclesiæ fiat, super qua petitione per adunantiam super dando dictis fratrib. dictã eleemosynam ecclesiæ prædictæ fuit reformatum, ꝙ liberè remaneret in dños priores,& camerarios artium,q tunc erant: qui priores & camerarij possent,& in eis liceret omnia & singula prouidere, & executioni mandare, quæ viderint conuenire satisfactioni, & coplemento petito dictorum fratrum: & possent concedere de quacunq; pecunia, vel bonis cõis Perusij, & solui facere, & expendi, & conuerti in actionem, & reparationem dictæ ecclesiæ, prout in ordinamento,qđ præmittitur,pleniùs continet̃. Postmodum dicti priores & camerarij ex arbitrio p̃dicto prouiderũt, ꝙ certam partem dictarum.c.librarum officiales campionis bladi cõis Perusij tenerentur,& deberent dare & soluere pro dicto opere, prout in ordinamento per dictos priores & camerarios facto,qđ præmittitur, pleniùs continetur.Post qđ ordinamentum dicti dñi priores & camerarij fecerunt aliam prouisionem,videlicet qđ officiales cõis bladi Perusij dare deberent pro dicto opere dictæ ecclesiæ sancti Fran.bladum,prout in dicto ordinamento pleniùs continetur.Modo quæritur,vtrum dicti dñi priores,& camerarij potuerunt facere vltimum dictum ordinamentum,vel non, cum dicatur, qđ in prouidẽdo semel non potuerunt secundo.Item si & inquantum fm ordinamentum facere non potuerunt,quæritur,vtrum sit aliqua via,propter q̃ dicti priores & camerarij possunt habere dictam pecuniam. In nomine Domini amen. Viso puncto 1 † prædicto,& reformationib.de quib.in eo fit mentio, dicendum est,ꝙ dicti dñi priores & camerarij potuerunt facere edictum vltimum ordinamentum: nam ipsi habuerunt potestatem prouidendi, & executioni mandandi, & faciendi solui, & conuerti ad dictas causas, vt s̃.narratum est.vñ constat de iure,ꝙ sicut aliud est sn̄iare, aliud sententiam executioni mandare: ita aliud est prouidere, & ordinare,& aliud ꝓuisa,& ordinata executioni mandare: vt l. executorem.C.de exe.rei iud.Si igitur dicta ordinamenta bñ aduertãtur, primum ordinamentu factum per priores & camerarios respicit primã partem,s.ꝙ prouiderunt, ꝙ tanta pecunia expendatur in dictas causas. Itẽ in dicta reformatione tetigerũt quędam, q̃ respiciunt executionẽ.s. ꝙ officiales campionis dare teneantur &c. fm verò ordinamentum circa executionem tm̃ loquitur.s.ꝙ illa pecunia det̃ in frumẽto, cum frumentũ vendi nõ possit. Nunc ad propositum licèt ꝺ sn̄iam, seu ordinamentum, qui semel iudicat,sit functus officio suo,non tñ sic circa executionem: nam ille, cui executio cõmissa est, si executionẽ incipit vnò modo, & illo non põt de facili excutionẽ perficere,recedit ab illo modo cœpto, & assumit alium modum,& in alia re.nec.n.functus est officio suo,nisi cu executio est perfecta:ꝙ patet,qa si cępit in executione vnam rem,& in illa non potest fieri executio sine ꝓtroversia, dimittit illã, & aliam assumit: vt ff.de re iu.l.à diuo Pio.§.si super reb.ibi, sed illud debet. Item si incipit vendere, & emptorem non inuenit, posteà dat insolutum, vt ea.l.§.si

pignora.

BIU Cujas

pignora. Ita in proposito, si frumentum non posset vendi, dat ipsum frumētum insolutum in dictam causam. Item si executio incipit à mobilib. si illa non reperiant̃ sufficientia, licitum est deuenire ad immobilia: & posteà ad noīa, vt d.l. à diuo §. in venditione. rō est, quia non sunt functi officio suo, donec de facto ꝫexequentur. Concluditur ergo dictos priores semel, & pluries, & quoties opus fuisset, facere potuisse dicta ordinamenta, donec executio fuerit perfecta, &c. Ego Bar. Fran. de Pisis. & Io. de Amelia.

CONSILIVM CXL.

1 *Statutum quòd quarta pars condemnationis debeatur proximiori occisi, an debeatur proximiori forensi.*

a Quidam [a] De Narnia fuit occisus in Castro plebis, & occisor fuit ꝯdēnatus, & soluit
1 ꝯdemnationem: quæriť cum† ex forma statuti quarta pars ꝯdemnationis debeaṫ proximiori consanguineo occisit an si proximior ꝯsanguineus sit forensis, debeaṫ ei quarta prædicta. Viso statuto ꝙ dicit idem ius seruet̃ forensi ꝙ fit in terris eorum nostris castellanis. Ad ꝙ sciendū est ꝙ dictum statutum est factum ꝫ forenses non in eorum fauorem, ꝙ patet ex sequentib. verbis statuti: & probaṫ in l. 1. ff. ꝙ quisq; iuris. in simili; aut ergo in terra vñ est talis forensis, est tale statutum: ꝙ si ei seruaret̃, esset magis fauorabile q̃ sit istud. & tunc illud seruaret̃. Nunc ad ꝓpositum si quidem in terra illa vñ est forensis imponitur ꝓ homicidio facto in forēsem pœna iuris cōis: vel alia corporalis: & tunc statutum magis est fauorabile illi ꝓximiori ꝯsanguineo interfecti: quia maior vindicta & maior satisfactio sibi fit pro homicidio, cum q̃libet pœna corporalis sit maior q̃ pecuniaria, vt l. in seruorum. ff. de pœ. & ideo tūc illa non est seruanda ꝓ potestatem castri plebis: sed seruabitur pœna statuti ipsius castri, quę minor est: & hoc casu ꝯsanguineus habebit quartam ꝯdemnationis prædictæ: si verò in dicta terra vnde est forensis imponitur pro homicidio facto in forensem pœna pecuniaria sicut hic: tunc forensi proximiori ꝯsanguineo ita debetur quarta sicut si esset in terra sua deberetur forensi: aliàs non. Si verò nihil constat de statuto: tunc statuta cùm sint stricti iuris, non præsumuntur, nisi probentur, vt in c. licet Romanus. de consti. lib. 6. & sic præsumetur qd̃ ibi seruetur ius cōe, & deberet proximior habere quartam condemnationis &c.

ADDITIO.

a Quidam. Videte quæ ſ. ad fi. consi. 133. posita sunt, quia idem tenet quod hic.

CONSILIVM CXLI.

1 *Pupillus quod dicatur intestatus decedere ex communi vsu loquendi etiam in statutis.*
Communis vsus loquendi præfertur omni propriæ significationi.
2 *Duo adiectiua neutraliter posita per se principaliter, in quolibet per se verificantur.*

Statuto Vrbis veteris cauetur ꝙ si quis decesserit sine liberis, proximiores ex parte patris succedant in patrimonio: proximiores ex parte mris succedant in matrimonio. Modo qdam pupillus decessit viua matre, quæriť quis præferatur in bonis paternis. vel maternis, vel proximiores ex parte patris vel matris. In qōne
1 ista primò facit † dubium: qa pupillus non est intestatus. [a]
a vt ff. de suis & le. l. 1. in prin. & insti. de hæred. quæ ab intest. defe. in prin. & sic statutum non vendicat sibi locum, quia debet intelligi fm propriam significationem. Rñ. ꝙ cōis vsus loquendi & cōis intellectus hos pro intestatis accipit: vt d. l. 1. de suis & legit. & īst. de hær. q̃ ab intestato. defe. in prin. qui cōis vsus loquendi, & intellectus p̃ualet omni ꝓpriæ significationis. vt l. librorum. §. qd̃ tñ Cassius. ff. de leg. 3. & ibi no. & l. cum de lanionis. §. asinam. de fun. instr. & de supel. leg. l. labeo. Secundò dubitaṫ, quia statutum videtur requirere, ꝙ ille qui decedit habeat p̃imonium & matrimonium: sed viua matre non dicitur habere matrimonium prima facie, ergo &c. vnde respondetur ꝙ viua matre potest habere matrimonium: vt ꝯ. dicetur. Sed hoc
2 posito respon. ꝙ vnum sufficit: † quia duo substantiua vel adiectiua neutraliter posita sunt in quolibet per se principaliter: ergo in quolibet per se verificāt̃ur. vt l. ea tamen. de leg. 3. & l. qui concubinam. in prin. e. tit. & l. Falsa. §. fi. de cond. & dem. nec ob. l. si hæredi plures. de condi. insti. quia ibi copulantur accessoriè hic principaliter. ergo. &c.

ADDITIO.

a Ber. Land. ¶Intestatus. Vide Ro. consi. 3. & 32.

CONSILIVM CXLII.

1 *Executor est qui voluntatē certam & declaratā ad effectū perducit.*
2 *Fratres minores licèt non possint esse executores testamentorum, possunt tamen dare consilium, & declarare voluntatem.*
Executor, qui datur ad declarandam voluntatem defuncti, potest illam post annum declarare.
3 *Canonica portio non debetur de his, quæ relinquuntur pro fabrica, vel ornamentis ecclesiæ.*
4 *Constitutio episcopi non ligat ignorantes.*
5 *Potestas declarandi super legato, concessa à testatore, de iure communi an perdatur post annum.*

Constitutione Camerin. episcopi cauet̃, ꝙ quilibet fideicommissarius ad pias causas ordinatus studeat voluntatem defunctorū, & procuret executioni mandare. ꝯ. annum à morte testatoris: alioquin anno transacto executoris officium ꝓp ipsorum negligentiam ad ipsos nolumus pertinere, nec à dicto tēpore in anno sequenti in ipsa executione se nullatenus intromittāt: & ad nos ipsa executio deuoluatur: caueant tñ fideicommissarij executores vltimarum voluntatum, & hæredes defunctorū ꝙ canonicam portionē nobis debitā de relictis, & relicta nobis facta alicui nō ꝓsoluant, & dent nisi nobis, vel nuntijs nostris per nos ad hoc specialiter deputatis, & p̃dicta mandamus obseruari ab ipsis fideicommissarijs & executorib. & hære. defunct. sub pœna excommunicationis. & si secus fecerint, nihilominus volumus nobis de eorū ꝓprio ad p̃dicta teneri &c. Demum accidit, ꝙ Cechus Dioteſalue de villa Collēnæ districtus Saxoferrati Camerin. diœcesis condidit testm̃: & Boñ. Iac. de Saxofe. Nucerinæ diœcesis suum hr̃dem fecit & fideicommissarium &c. & inter alia sic disposuit. Itē voluit & iussit, ꝙ per suum fideicommissarium distribuāt̃ur de suis bonis pro ipsius anima, & etiam aīab. suorum parentum defunctorum. c. li. Rau. & ibi, vbi melius & vtiliùs videbiť ipsi suo fideicommissario ad ipsius arbitrium & voluntatem. computatis in ipsis. c. li. relictis in dicto testamento declaratis: vt in d. testamento pleniùs cōtinetur. demum accidit, ꝙ d. Bo. post annum à morte testatoris declarauit suum arbitrium & voluntatem esse ꝙ lxxv. li. de supradicta summa dentur pro aīa dicti testatoris & suorum parentum fratrib. minorib. de Saxoferrato, ꝓ ornamentis, & paramētis & ꝯtinuatione loci dictorum fratrum, & dictam q̃titatem syndico dicti loci soluit ex causa p̃dicta, vt hoc constat publicis instr̃is. Nunc Lupinus hæres p̃dicti Bo. molestatur à vicario dñi epi Came. dicentis, qd̃ vigore dictæ ꝯstitutionis post annum dictus Bo. non potuit declarare, nec soluere: & si soluit, iteratò teneatur soluere dño epo. Modò qęritur quid iuris. Et dico saluo saniori ꝯsilio dictum Bo. potuisse post annum suam voluntatem, & arbi
a trium declarare. [a] & ꝙ si soluit, iterato Cameri. epo soluere non teneatur. hoc esse verum, ostendo iurib. ꝓ multis. Ad p̃dictam veritatem inuestigandam primò oportet videre qs sit ille, q̃ de iure vocaṫ executor. Ad hoc rñdetur,
1 ꝙ executor † est ille, qui voluntatē certam & declaratam ad effectum ꝓducit: casus est. C. de exe. rei iu. l. executorē. ergo ex dicta diffinitione patet, ꝙ alius est actus exequendi alius est actus declarandi. sicut. n. alius est actus sententiandi, & alius est actus sn̄iam exequendi, vt d. l. executorē. & ff. de re iu. l. à diuo Pio, in prin. ita est diuersus actus declarandi cui & qualiter debeaṫ legatum, de quo actu loquitur. ff. de leg. 2. l. 1. & l. cum q̃dam. in prin. de leg. 3. l. fideicōmissa. §. q̃q̃ cum si. ab actu exequēdi de quo loquitur p̃sens ꝯstitutio dñi episcopi Came. Pręterea, hoc manifestè colligitur ex
2 c. exiui de paradiso de ver. sig. in cle. in qua licèt fratres minores ꝓhibeantur esse excutores vltimarum voluntatum, tñ eis permittiť dare ꝯsilium, & suam voluntatem declarare cui & qualiter persoluant̃. Cum ergo ex prędicta ꝯstitutione solummodo actus exequendi post annū sit interdictus, actus declarandi voluntatem defuncti remanet sub dispositione iure cōis. vt ff. sol. mat. l. si cum dotem.

ADDITIO.

Titius Promisit[a] Sempronio eum indemnem conseruare à quadam promissione. quam idem Sempronius fecerat apud Mæuium creditorem in cẽtum ex causa mutui, & idem Titius fuit confessus dictum Sempronium dictam promissionem & obligationem fecisse, ipsius Titij precibus & mandato : post hoc idem Mæuius finem fecit & refutationem dicto Sempronio de dicta quantitate centum librarum:eo, quia dictus Mæuius creditor fuit confessus sibi à dicto Sempronio fuisse satisfactum : & de propria eius pecunia esse integrè satisfactum. nunc quæritur an dictus Sempronius ex vigore dictarum promissionum conseruationis indemnitatis & refutationis sibi factæ à creditore possit dictam pecuniæ quantitatem repetere à dicto Titio, vel non. Et primò videtur † ꝙ non,quia non constat per prædicta ꝙ dictus Sempronius soluerit dictam quantitatem, sed solum apparet ꝙ creditor cõfessus fuit, [b] sed confessio non probat,nec præiudicat nisi inter confitentes:ad quod facit glo.ff.de iureiur. l.duob.§.1.vbi dicitur, ꝙ si creditor deferat iusiurandum debitori,id est fideiussori,ꝙ prodest reo, & principali debitori, sed non propter hoc fideiussor agit mandati contra reum:licèt iuramentum obtineat vicem solutionis : quia hoc verum est inter creditorem & fideiussorem : non autem quantum ad reum principalem. ¶In contrarium arguitur & probatur sic:vera solutio, confessio, seu apocha de soluto post xx. dies æquiparant. vt C. de non nu.pec. l.in ꝯctib.§.sed quoniã.circa fi. imo apocha non valet nisi pecunia soluta sit.vt ff.de acceptila.l.acceptilatio.§.fi.ꝙ intelligendum est verè, seu interpretatiuè: scilicet taciturnitate creditoris xxx.dieb.vt in d.§.sed quoniam.igitur idem Sempronius promissor ita poterit agere vtili actione, vel stipulatione prædicta contra dictum Titium, ac si verè soluisset.Secundò sic : certum est quòd dicta solutio non est vera,sed interpretatiua,vt dictum est: sed ita est de iure quòd pecunia censetur abesse fideiussori si interpretatiuè soluat,ac si verè soluisset.ff.manda. l.inter causas. §. abesse.& de fideiuss.l.qui debitorem. hoc est quod dicit glo. in d.l. inter causas. §. præterea.super verbo, soluitur. dicit ibi gl.s.verè,vel interpretatiuè. Hinc si fideiussor non soluat creditori:sed debitorem sibi deleget, & creditor à dicto debitore delegato nihil consequatur, vtpotè quia est non soluendo:nihilominùs tamen fideiussor agit mandati,ac si debitum verè soluisset.vt dictis iurib.quib. non credo ad rem aliàs esse necesse, sed ad gloss.respõdere.Tertiò sic,aut creditor fuit sic confessus.vt s̃.dictum est, eò ꝙ fuit sibi à dicto fideiussore verè solutum : aut spe futuræ numerationis: aut quia voluit dicto fideiussori donare remunerandi causa.Aut simpliciter & gratis, non remunerandi animo. Primo casu nulla est dubitatio : quia competit sibi actio mandati, ex quo verè satisfecit. Secundo casu idem dicendum, cum sit interpretatiua solutio, quæ post xxx.dies habet effectum sicut si verè foret solutio facta. vt s̃.est probatum.ad quod optimè facit tex.in d.§.quoniam. super versi.precatus.circa fin.glo.in d.l.in ꝯctib.C.de non nume.pec.dicit gl.ꝙ is qui confitetur sibi solutum non remittit gratis.Vel aliter potest probari.aut creditor fuit cõquestus.ȷ̃. xxx. dies pecuniam sibi non fuisse numeratam: aut non:si constat † ꝙ non fuit conquestus, ergo præsumitur quòd fuerit sibi solutum,quæ præsumptio transfert onus probandi in aduersarium : vt Institu. de lit. obl.circa med.& l.generaliter.C.de non nume.pecu.not. Mod.in l. si ex cautione.eo.titu.stabimus ergo hoc casu dictæ præsumptioni, nisi contrarium probetur. Tertio verò casu si voluit creditor intercessori donare numerationis causa, & tunc adhuc huic intercessori competit actio mandati ad solidam pecuniam consequendam:vt ff.man. l.idemq;. §.fin. Quarto casu, quando gratis, non remunerandi animo, tunc non competit mandati actio. vt d. l. si verò non remunerandi. circa princip.sed isto casu non præsupponitur in dubio:quia simpliciter donare est perdere: & nemo præsupponitur iactare suas pecunias : vt l.cum de indebito.ff.de proba.cum simi. Et sic ex præmissis euidenter concludo dictum Sempronium intercessorem efficaciter agere,& consequi debere à dicto conseruatore quantitatem in dictis instrumentis contentam : non obstante oppositione prædicta.& ita consulo.Ad gl. † quæ est in d.l.duob. §.1.ff.de iureiur.respondeo, ꝙ licet iuramentum obtineat vicem solutionis,non tamen est solutio.vt ff.depo.l.quòd Nerua. nec est solutionis probatio. Ad prædicta solutio & confessio creditoris probat solutionem veram,vel saltem interpretatiuam elapsis.30.diebus,vt est probatum:nisi contrarium probaretur,vt s̃.dixi. Præterea si diceremus, ꝙ prædicta confessio non noceret reo, pro fideiussore: igitur nec prodesset : quia qua ratione non nocet res inter alios acta,eadem ratione nec prodest vt C.quib.res iudic. non nocet.l.1.& ibi no.in gl.igitur non obstante dicta refutatione posset creditor agere contra reum, ꝙ est ridiculum dicere. Igitur concludendo consulo,vt suprà dixi,dictum Sempronium agere,& consequi posse,& debere, & ita consulo ego Bar.

ADDITIONES.

a ¶Titius promisit. Addite consilium Pau.de Cast.cons. 396. & Alexan.de Imola consil. 93. idem consulentes. vt suprà licet Bartol. in d. l. duobus. teneat contrarium.

b ¶Confessus fuit. Vide Paul. de Castr. consilio 396. Alexand. consilio 90. libro 3.

CONTRARIETAS, ET CONCORDIA.

¶Pro Concordia aduerte, quòd dominus Alexand. in l. duobus. §. à fideiussore. ff.de iureiurando.vbi Bartol.tenet quòd creditor principalis, qui fecit confessionem fi-

nẽ fideiussori,ex ea non potest agere contra principalem debitorem: licet ibi dicat Bar.si bi contrariari in hoc consi.160.Non tamen meretur allegari cõtrarius. nam in d.§.à fideiussore.Bar non firmat pedem,quia vtitur verbo fortè. Adde his, quæ habentur secundum Ang.& nouissimos in l.à diuo Pio.§.si emptor.ff.de re iudi.in l.2.§.creditum,ff.si cer.pet.cum simi.

CONSILIVM CLXI.

1 *Emphyteosis potest concedi cum pactis fidelitatis, & feudalib.etiam ex interuallo factis,& erit contractus emphyteoticus.*

2 *Res ecclesiæ non possunt infeudari,nec de nouo in emphyteosim concedi,nisi prout solitæ sunt concedi.*

3 *Pactum appositum in contractu emphyteosis quòd propter canonem non solutum res non reuertatur ad ecclesiam, sed liceat moram purgare per quinquennium,valet.*

4 *Causæ,propter quas quis priuatur iure sibi concesso.*

5 *Beneficium dicitur,quando res magni valoris pro modico conceditur.*

In nomine Domini. amen.

Propnit,ꝙ syndicus monasterij Sancti Laurẽtij in cãpo re nouauit & firmauit ī emphyteosim, & iure emphyteosis Octauiano de Biunforte pro se,& filijs suis,& filiab. & ne potib.legitimis masculis,& fœminis,si extabunt:alioquin ille gradus,ꝙ defecerit,possit suppleri in duab. alijs ꝑsonis liberis & extraneis &c.castrum Castellion. cum curti, cũ quadam alia annua pensione:pacto appositio,ꝙ nec ꝓp canonem nõ solutum res prædictæ in ecclesiam Sancti Laurentij reuertantur,sed liceat ei,& suis hęredib.ꝑ.quinquennium moram canonis non soluti purgare & pro 5. ann. aduenientib.semper soluere valeat pẽsionem: vt in instro inde confecto plenius continetur.demum eadem die, loco,& testib.dictus Octauianus ꝓmisit dicto syndico multa pertinentia ad fidelitatem, & iurauit fidelitatem dicto monasterio,& Abbati,vt in instro manifestè apparet.Cõtigit,ꝙ dictus Octauianus tpe vitæ suæ cessauit in solutione Canonis per multos annos.Item venit ꝯ promissum factum multis modis,specialiter aggrediendo Castrum,in quo erat Abbas dicti monasterij,percutiendo homines dictorum locorum,& occidendo: demũ mortuus est dictus Octauianus relictis aliquib.filiab.fœminis,& quibusdam alijs extraneis vniuersalib.hæredib.institutis. Nuc quæritˌ vtrùm dictæ res iure aliquo redeant in dictum monasterium.Ponitur ẽt,ꝙ anteceſſorib.dicti Octauiani fuerint dictæ res concessæ sub debito fidelitatis per eos factæ: vt patet in publicis instrumentis.In quæstione prædicta videndum est Primò,† quis ꝯctus sit prædictus:& si primæ concessionis instrumentum inspiciamus, est merè ꝯctus emphyteoticus,vt patet ex tenore instrumenti. C.de iure emphy.l.1. Si verò inspiciamus tenorem pactorum secundò initorum,in quibus promittitur fidelitas,videtur feudum. nam feudum à fidelitate,vel fide dictum est. x.collatio.per quos fiat inuestitura.c.fi.Sed de iure dicendum vr̃, ꝙ est ꝯctus emphyteosis habens in se pacta fidelitatis, & iura feudalia.vt dicit tex.in simili.ff.deposi.l.1.§.ꝙ si rem.sicut est emptio habens in se pacta locationis,& conductionis. vt ff.de ꝯhen.emp.l.fundi partem.Sed diceres hoc verum,qñ pacta essent apposita incontinenti, vt dictis legib. Sed in proposito licet pacta dicta fuerint facta eodem die, loco, & testib.non sequitur ꝙ incontinenti.Respondeo,supponitur ꝙ sub dictis pactis erat consuetum concedi: & sine hoc infertur quòd res† monasterij non possunt infeudari, nec de nouo concedi in emphyteosim, nisi prout solitæ sunt infeudari,vel concedi:extrà de feu.c.2. & de dona.per tuas. & x.col.episcopum vel Abbatem & Abbatissam. c.1. cum igitur præcedit ꝯctus concessionis in emphyteosim, intelligitur actum, ꝙ talia solita promittantur,cum aliàs concedi non possent.vt ff.de aqua pluuia arcen. l. si priùs. §.1.ff.si certum petatur.l.cum quid.de ædil. edict. ꝙ si nolit.§.qui assidua. licèt ergo posteà ex interuallo promittatur,tamen incontinenti videtur promissum.vt l.Modestinus.de solutio.si tamen posset probari per testes dicta pacta fuisse incontinenti apposita, securius esset. ¶ Item contra pacta dices, in dictis pactis fidelitatis exprimitur quòd dictus Octauianus fecit ideò, quia dom. Abb.etiam sibi promisit aliqua, scilicet non receptare inimicos ipsius. Respondeo per hoc solum quando prædicta seu pacta feudalia:quia dominus versa vice debet vasallo, licet non iuret, sed tenetur iurare & defendere vasallum. vt x. col.de inuesti.c.1.in fi.& si de feu.fuer. controuer. c.domino committente.& not.in titu.hic finitur lex.c.1.in pe.gl. Hoc præmisso † ad quæstionem propositam si consideramus nomen propriũ contractus emphyt. habemus vires illius pacti,ꝙ non reuertatur ad monasterium propter canonem non solutum: sed liceat per quinquennium moram purgare,& dicendum dictum pactum valere. [a] C. de iure emphy.l.ij.cum antè solutio sit facta.Quid aũt impediret tale pactum: dico ꝙ illa verba generalia, ꝙ non reuertatur ꝓp canonem non solutum,restringentur per sequentia.s.qd̃ liceat moram purgare &c. Vt est expressum in l.si cum fundum.de verb.sig. dicta autem limitatio operatur, vt vsque ad quinquennium liceat purgare morã, pòst nõ: nã permissum ad tps vr̃ vltrà tps prohibitũ.vt l. statulib.§. Stichum.de le.2.& de postul.l.Imperator.hoc etiam corroboratur iure.qa pactum simpliciter factum de non expellendo conductorem, intelligit̃ nisi diu cessauerit in solutione,hoc est per biennium. [b] vt l quęro.§. inter locatorẽ. ff.loca.& id qd̃ sequitur in dicto instrumẽnto,ꝙ ei liceat ꝑ 5.ann.aduenientes soluere pensionem,de eodem quinquẽnio loquitur,& causa deliberationis est positum.s.qualiter purgatur mora,scilicet soluendo pensionem. q. d. nullum aliud interesse debeat soluere,qd̃ releuat, quia de iure cõmuni non admittitur purgatio more,nisi soluat promissũ cum toto interesse vt.ff.de verb.ob.l.si ita quis.§.Seia.& ff. de arbit.l.si cum dies.§.fi & ibi no. per gl. Si ergo cessatum est in solutione canonis per quinquennium, & per duos annos qui dantur de iure communi,dictum monasterium potest dictas res repetere ex vigore instrumẽti emphyteosis.extrà,de loca.c.potuit.Sed restat † videre, si consideremus dictum contractum emphyteosis, prout habet pacta feudalia, & promissionem, & iuramentum fidelitatis: & in hoc dicendum est,ꝙ si assaliuerit Castrum in quo dictũ Abbatem esse sciebat, iustam esse causam propter quã res dicta ad monasterium reuertatur: vt.x.col.quib. mod.feu. amit.idem si aliquam grauem iniuriam intulerit, vel quomodocunque nondum quinquennio elapso contra iuramentum fidelitatis venerit.vt x.col.quę sit prima causa benef.amit.c.1.& no.in d.c.1.quib.mo. feu. amit. Dicendum est̃ etiam ꝙ de iure communi absque aliquo pacto, si Abbatem vel aliquem clericum Abbatis occiderit, vel vulnerauerit, eo ipso omne beneficium ꝙ habebat à dicto monasterio perdit. [c] extrà,de pœnis.cap.in quibusdam. Istud autem potest & debet dici † beneficium, eo ꝙ res magni valoris fuit concessa pro modico: & sic, videtur causa lucratiua,vel quasi.vt ff.de do.exce.l.apud Celsum.§. authoris.ibi,ex quacunque alia causa, quę propè lucratiuam causam habet: vt ibi no.ex diffinitione beneficij posita.x.col. ex quib.caus.feu.amit.c.1.§.fi. In istis quidem causis dicendum est, qd̃ si propter aliquam ex dictis causis à dicto suo iure ceciderit,filię ipsius Octauiani non admittuntur.Casus est expressus.x.col.si vasal.feu.pri.c.1.Nec ob. prædictis quòd in dictis pactis fidelitatis fuit addita pactio conuentionalis, quia per hoc non videtur recessum à pœna legis.vt not.per glo.de iure emphyt. l.2. Bartol. de Saxofer. Ang.de Amelia. Fran. Abbas monasterij Saxini, & Thomas de Eugubio.

ADDITIONES.

a Valere.Idem consuluit Pau.de Cast. consi.138.

b ¶Biennium.Vide Ale.latè consi.85 & 122.lib.1.

c ¶Perdit.Vide in consi.Bal.6.j lib.do.Chhistopho.Castellio.vbi dicit Odo.dicere ꝙ etiam ob iniuriam verbalem vasallus potest feudo priuari.

CONSILIVM CLXII.

1 *Quitatio facta à minore super re prohibita alienari sine decreto, non valet.*

2 *Generalis quitatio non porrigitur ad facta dolo, nisi expressè exprimatur.*

3 *Iuramentum factum per minorem iurantem se maiorem,non roborat contractum.*

[a] In nomine Domini[a]. amen.

In q. prædicta sup primo puncto de prescriptione quinquẽnij sufficientissimè fuit dictum.& alleg.nam d.l. vult ꝙ nõ habeat locum in re vendita ignorante pupillo.nec in hoc arti. video rectius, vel melius posse responderi, vel dici. ¶Super secundo arti.de quitatione facta, dico, ꝙ si bene inspiciatur dicta quitatio nullius est momenti, quia non est secuta specialis confirmatio.vt C.si maior fac.l.2.& s. alle.est sufficienter.Secundò quia ratificatio sequens ęqui paratur mandato, vt iura vulgaria dicunt, sed in generali mandato non venit alienatio bonorum immobilium. vt ff.de ꝓcu.l. ꝓcurator rerum.ergo nec in gñali quitatione.

Tertiò

ADDITIO.

a ¶In nomine Domini.Huic consi.addite quod plenè voluit Ang. consi. suo 154.incip.do.Catharina.vbi multa pulchra dicit.& consi.incip.do.Tullius.

BIU Cujas

1 Tertiò ꝓqa dicta ꝙtatio fuit facta à minore 25. an. vt ex tenore ipsius apparet: sed minor nō ꝓt alienare rē immobilē, nec aliquem actū facere per quē res alienetur sine decreto, vt.C.de prēd.mi.l. si ad resoluendam. vbi est casus: maximè cum hic non appareat iuſm: vt j. dicetur. Itē quartò, quia dicta quitatio fuit facta occasione administrationis: sed dicta venditio facta per illos tutores non fuit administratio, sed dilapidatio, vel rapina, vnde cum non appareat causa quare, & sic non bona fide, per ꝑns non est administrator tutelę: vt l.filium.§.j.de ma.test. & pro emptore.l.qui fundum.§.si tutor. cum si. Ex hoc etiam insurgit quinta rō, ꝓ ꝙ gnalis quitatio non porrigitur ad ea quę
2 a sunt facta dolo, nisi specialiter exprimat. vt.C.de transl.sub ꝓtextu. & ff.de pac. l.tres fratres.& ibi no.nec pōt dici ꝙ fuerit iuratum per illum, vbi ponitur quietatio iuran
3 tis, &c. ¶ Quia ꝓ illa verba innuunt qđ iurauit se maiorem. xiiij.an.nec nunc negatur, non tamen per hoc roboratur contractus: quia iurari debet super ꝯctibus non retractandis: vt in auth. sacra: si adu. uend. ꝙ hic factum non fuit. Præterea posito ꝙ expresè iurasset non venire ꝯ comprehensa in dicto instro, non releuaret: nam ibi non dr̄ aliqd de ista alienatione: nec est ibi aliquod verbum, ꝓp ꝙ ad istud estēdi debeat, ergo nec iuramentū ad istud extendit. vt extrà, de iureiur.c.quintauallis. & c.veniens. & sic non ob.quod allegari posset.ff.de re.eo.l.illicitæ, quia ibi loquitur quando expresè nomine dictæ venditionis illicitæ retractatio facta fuit contra tutorem, & pupillo satisfactum: hic nihil de hoc tempore dictæ venditionis proponitur. Ex quibus concluditur dictam quitationem dicto emptori in nihilo opitulari. Et sic dico ego Bar.

ADDITIO.

a ¶Dolo. Vide Pau.de Cast.consi.308.

CONSILIVM CLXIII.

1 *Instrumentum, vel scriptura sumptum vel sumpta habens intitulationem libri de quo dicitur sumptum, licet non habeat subscriptionem, probat: si librum et intitulationem appareat eadem manu confectū.*

2 *Obscuritas imbreuiaturæ declaratur ex sequentibus, & præcedentibus, & sic sumitur instrumentum.*

3 *Quando notarius in protocollo, dicit, lectum & publicatum, præsumitur quod fuit rogatus.*

1 **Quæritur** si aliqua scriptura, ꝓt vel instrumentum, vel testamentum habeat intitulationem libri, de quo dicitur sumptum, non subscriptio-
a nem [a] notarij, an credat sibi? Dico ꝙ si liber ille est publicus ea publicatione, quę requirit in protocollo notariorum mortuorum ſm formam traditam extra, de fi.instr.in
b c.cum p.tabellio. [b] sufficit.n.ꝙ illa instrumenta ꝑ notariū tradita fuerunt ignota. vt ibi patet: sed in proposito est huiusmodi, ergo, &c. Præterea hoc est scriptum manu illius notarij, vt apparet ex intitulatione illius, qui dicit, hoc esse libri sui quaternum rogationum protocollorum, & cę terarum scripturarum peruentarum ad manus eius notarij, &c. Quid.n.est aliud dicere, liber rogationum, quàm liber eorum de quibus rogatus sum? certè non pōt perpendi: idem in eo quod dicit protocollorum, qđ idem importat. & illud qđ sequit, ꝙuentarum ad manus mei notarij, sunt verba iuxtà vulgare ꝑlata: quia ad manus notarij dicuntur ꝙuenire ea, de quibus rogat vt scribat: ea.n.quæ tractamus, & gerimus licet in corporalia sint, dr̄ ad manus nr̄as peruenire, vt l.quod per manus.ff.de iur. cod. hoc ēt verificatur ex sequentibus quia scripta sunt manu eiusdē, qui intitulationem scripserat: ista.n.verba debent intelligi vt scriptura ista congruat his, quæ j. dr̄.ff.de leg.2.l.cū
2 pr̄.§. cū imperfecta.nec.n.intelligi potest quòd sit manus alterius cum apparet manu eiusdem. Spec.ꝓetiā in tit.de instru.edi.§.ostenso.vers. quid si imbreuiatura. dicit quòd si inueniatur obscuritas imbreuiaturæ, declarat ex p̄ceden tibus & sequentibus: & sic potest sumi instr̄m. Item hoc
3 est publicum, qđ apparet ex verbis notarij ꝓ positis in fine dicti testamenti, dum dicit, lectum, & publicatum sic dictū testr̄m, &c. hoc.n.quòd dicit, publicatū, importat de necessitate quòd notarius fuit rogatus scribere: aliter.n.non dr̄ publicatum. C.de testam.l.publicati. & sicut verbum stipulationis de necessitate importat interrogationem & rn̄sionem, ita verbum publicatum dictum per notarium importat ipsum fuisse rogatum, vt dictum est. Cōcluditur quòd dicto testamento sicut instrumento sumpto ex protocollo notarij mortui est adhibenda fides sicut publico: & habetur in Spec.in d.tit.de instru.edi.§.ostenso.ver.illud quoque prætermittendum non est. & vers.si is. aliàs sequen. Bar. ita consuluit Assisij.

ADDITIONES.

a ¶Subscriptionem. Vide Ang. cons. 220. & 384. Pau.de Cast.consi.220. Bal.cōsi. 62.lib.5.

b B.L. ¶C.cum p.tabel. Addite vltrà ea quæ ponuntur per Cano.in.c. cum p.tabel. de fi.instru. consi. Ang. incip. pater stipulatus est dotem. nu.180. in stāpa. Pap. & aliud consi.Pau.de Cast.consi.330. & aliud consi.Ang.331. incip. requiritur inter cætera.

CONSILIVM CLXIIII.

1 *Commissio citationis necesse non sit iudice sedente. Et sic si fit extrà iudicium processus non vitiatur.*

2 *Dilatio finitur finita causa dilationis.*

1 **Processus** Et sententia ꝓ videntur legitimè facti non obstante quòd, citatio non fuit
a commissa à iudice sedente pro tribunali: [a] quia hoc non requiritur, cum nulla causæ cognitio requiratur: imo sic necesse hēt facere iudex, vt patet ex forma statuti, ergo &c. vt.ff.de in diem addict.l.voluit.hoc ēt est de iure cōi. vt ff. di arbi.l.diem proferre. in prin. & l.sed si interpellatur, §.j. Item non ob.quòd pronuntiatio facta de patre nō admit-
2 tendo, fuit facta dilatione pendente, quia ꝓ ex eo qđ pr̄ dixerat se non reperire filium, fuit finita causa dilationis: ꝑ ꝑns dilatio: sicut si ille, qui haberet ad comparendum, terminum viij.dierum, comparet in primo die.ff.de acq. hęr. l.si quis hæres.ita in proposito.ff.ad Treb.l.à filia.§.j. in ꝙbus est expressum. & illud quod pater dicit se non reperire eum, non releuat: quia qn̄ terminus datur vni ad denuntiandum alteri, ille debet venire, vel mittere, aliàs iudex debet procedere. vt.C.vbi de cri.agi opor.auth.qua in prouincia. Ita facit iudex hic, & optimè. Non ob.ꝓparitio patris: quia ex iustis causis allegatis per iudicem, iudex non admittebat eum. Item pro processu facit illud expressum statutum, qđ loquitur quod exbanniti propter ꝓtumaciā intelligantur ritè exbanniti, & condemnati. ꝙ statutum tollit omne dubium. & ita de iure videtur mihi Bar.

ADDITIO.

a ¶Pro tribunali. Vide Ro.consi.398.

CONSILIVM CLXV.

1 *Condemnatus de falsa moneta quomodo possit appellare.*

2 *Dans consilium vel mandans ei qui aliàs erat facturus, quòd non puniatur.*

3 *In delictis quæ sola animi corruptione committuntur, consulens ei qui omnino erat facturus, punitur.*

In quæstione, Qua quæritur an ser Leonus possit appellare à sententia contra se lata. Secundò si appellat, quę sint partes iudicis
1 appellōnis. Circa primū, viso ꝓt processu ꝯ eum, & eius tenore, vr̄ de iure dicendum ꝙ dictus ser Leonus appellare possit: & hoc ostenditur sic. Certum est, ꝙ de iure cōi habemus regulam gn̄alem ꝙ à qualibet sn̄ia pōt appellari, nisi reperiatur expresè prohibitum. l. & in maioribus. & l.à ꝑ consulibus. C. de appel. sed in casu nostro non est prohibita appellatio nec de iure cōi, nec de iure speciali, ergo &c. de iure cōi ꝙstat, quia non pro omni falso prohibetur appellatio, sed solum pro falsa moneta: in alijs verò supponentibus vnam monetam pro alia, hoc non reperitur prohibitum: ergo, &c. Item nec de iure municipali ciuitatis Tuderti hoc reperitur prohibitum, quia statuto ciuitatis Tuderti prohibetur appellatio, si quis condemnatus fuit ꝑ falsitate: sed iste ser Leonus nō fuit sic condēnatus: imo ꝑ delicto nullo, & non punibili condēnatus est: & non ex
2 aliqua iusta cā: nā si rectè inspiciunt verba ꝓ statuti ciuitatis Tuderti: & inspiciant verba ꝙdēnationis, dictus ser Leon[a] dr̄ mandasse, & ꝙsilium dedisse postq̄ p̄dicta oīa iam deliberauerat: & sic dedit ꝙsiliū ei, qui aliàs erat facturus, ꝙ est factū non punibile: vt optimè ꝑbat Insti.de obli.q̄ ex deli. nas.in prin. & l.sæpe.in fi.de verb.sig. & l.1.§.persuadere.de ser.cor. & ibi no. Non obst. si dicatur, ꝙ hic fecit plus, quia mandauit: nā hoc casu mādatum factū ei, q deliberauerat,
a idē est qđ ꝙsiliū: [a] vt l.2.in fi.ff.man. & ibi gl.no. & tūc si bn̄ ꝓ
3 aduertatur, nō ob.no.per Dy.in c.nullus ex cōsilio.de reg. iur.lib.vj. qa illud dēt intelligi in delictis, quæ sola animi corruptione ꝙmittunt, vt serui corrupti, vt d.l.j.§.psuadere no.ff.de iniu.l.non solū.§.Proculus. ꝑput est in litera volenti, &c. Quia ista litera vr̄ approbari ꝑ gl.in d.l.sæpe. sed posito ꝙ esset vera illa lectio.§. ille habere locū circa rē furtiuā: ut ibi expresè dicit gl. &c. Nō ob.si dicat, hic fecit plus, qa dedit auxiliū, ut ī qōne ꝙtinet: nā quātū ad dictū ser Leonū nil releuat: nā in inquisitione nō declarat ꝙ auxiliū dederit: nisi ꝙ dederit auxilium p̄dicto modo, s. mandando, & ꝙsulendo, & sic vr̄ incertū in inquisitione deductū. Bar.

ADDITIO.

a ¶Consilium. Vide Ang.con.22.Bal.consi.220.lib.3

CON-

BIU Cujas

CONSILIVM CLXVI.

1 *Laudum latum ab arbitratore debent arbitrari pretium rei absente parte,& exbannita non tenet.*
2 *Verbum placuerit,importat arbitrium boni viri.*
3 *Arbitrator infrà quantum tempus arbitrari posit.Et arbitramentum latum post tempus non tenet.*
4 *Declaratio pretij rei venditæ collati in tertium facta post publicationem bonorum venditoris non tenet.*
5 *Fiscus quando habetur loco hæredis.*

Calamanus De Spoleto vendidit cuidã vnã suam possessionem pro pretio ꝙ arbitrabitur dominus Ray. qui arbitratus est absente venditore,& post quadriennium venditore exbannito,& bonis eius publicatis.Ex hoc sequitur dubium,an arbitramentum latum absente, & irrequisito venditore valeat.
a secundò an valeat, [a] quia latum post quadriennium. Tertio,an valeat ex eo,quia latum post publicationem bono
1 rum.¶†Super primo dico ꝙ Pe.aliàs Iac.de Bel. ff.de verb. oblig.l.si quis arbitratu.dicit, ꝙ non valeat, per ipsam l. q̃ alleg.pro casu.quia si posset fieri absente stipulatore, non esset in mora:ita tenet Cy.in d.l.1.C.de contrah.emp. Quidam vero aduocati consuluerunt contrarium, his rationibus.Primo,quia arbitrator non debet iudicialiter cognoscere,sed extraiudicialiter se de negotio informare debet, vt no.Innoc.in c.quintauallis.extrà,de iureiur. facit quod not.ff.eo.l.1.& de arbi. l.sed & si in seruum. §. si quis iudex. & quod ibi no.& in authen. vt diffe. iudi.§.1.cum gl.sed ea quæ fiunt sine causę cognitione non requirunt partis prę sentiam:vt l.diem proferre.ff.de arb.& l.sed & si interpellatur.§.1.eo.tit.Prętereà videmus quando aliquis actus fit per iudicem, non in forma iudicij, non requiritur partis
b præsentia.[b] ff.de bon.pos.l.seruus.Prętereà talis arbiter habet nudum ministerium facti:sicut executor,qui potest expedire sibi commissa etiam parte non citata, & causa non cognita:vt C.de exec. rei iud.l.si vt proponis.& ꝙ not.per Inno.in c.dudum.de præsump. Prætereà tpe arbitramenti non debet requiri præsentia partis:sicut in euentum cuiuslibet alterius conditionis,vt puta si nauis venerit ex Asia: nonne esset ridiculum ꝙ naue veniente ex Asia requiratur partis præsentia? Illæ sunt rationes illius iurisc̃ōsulti. Ad l.si quis arbitratu.Respondetur vt ibi not. vel potest dici ꝙ ibi adhibuit,aliàs euenit aliud impedimẽtum mortis,vel simile:& sic arbitrari non posset.vel potest dici, ꝙ ibi fuit actum de prorogando compromissum, quod non potest fieri parte absente,vt in l.si cum dies.§.fi.de arb.hęc sunt verba illius consultoris,& licet prædicta subtiliter dicta sint,ego à sententia Pet.& Cyn. non recedo, sed dico eos indubitanter dicere veritatem: primò per d.l.si quis arbitratu.vbi verè est casus.Nam si potest fieri absente parte non diceretur fieri mora per stipulationem.l.diem. §. si qs litigatorũ.ff.de arb.Nec obst. dictę responsiones, quia oẽs sunt diuinatiões.Prætereà de hoc ẽ casus exp̃ssus.ff. de ędil.edic.l.quod si nolit.§.si quidem ita.circa fi.vbi dicitur, quod ille qui emit rem, & nisi placuerit inempta sit, vel fiat,non potest ad placitum suum, & voluntatem exprimere parte absente. Et est aduertendum † quod illud ver-
2 bum,placuerit;idem importat,ꝙ si arbitratus fuerit, s. arbit.boni viri.vt l.Thais.§.sorore. ff.de fideicom.lib. Prętereà est etiam casus. C.de secun.nup.l. hac edictali.§.his illud.vbi dicitur, quod tales arbitratores positi à partibus ad finiendum,seu pretium conficiendum coguntur iurare, & ab eis iuramentum exigitur, ergo patet quod pars debet esse pręsens,vt iuramentum exigatur. arg.l.si quando.C.de test. Prętereà hoc videmus expressum in iudice, qui licet non in forma iudicij cognoscit,vt quando decernit modum alimentis pręstandis pupillo,debet cognitionem adhibere, & partes interrogare, & explicare ea, quę circa prędicta expediunt. ff.vbi pup.edu. deb. l.ius alimentorum. §. sed si non constat. ita debuit facere hic arbitrator: & quia non fecit, non valet arbitramentum. Prętereà hoc dicit text. expressè in arbitratore qui debuit discutere partes, & eas interrogare quid velint, quantũ æstimãt:ista enim est amicabilis compositio.vt in l.si de meis.§.recepisse.in fin.ff.de arb. Prætereà expressum vī in l.legatũ.ff.de vsufruc.lega. vbi quando fit arbitramẽtum illud de transmutando legato de vna re in aliam,debent oẽs quorum interest adhiberi.pro hoc facit ratio nãlis,& iuris positiui,quę est quod debent requiri hi qui lędrẽtur,possent enim per præsentiam eius trahere illum arbitratorẽ in aliam sn̄iam.Non obst.l.alle.in contra.de bo. pos.quia loquitur in his, in quib.parti absenti nullũ parat præiudicium,vt ibi patet.Non obst. exemplũ de executore: quia habet locũ qn̄ præcessit cognitio plena: aliàs secus.vt l.& si non cognitio.C.si ꝯ ius vel vtil.publ.¶Super
3 alio puncto, † an valeat arbitramentum factũ post: dico ꝙ Spe.ī ti.de arbit.§.differt.versi. item qd̄ infra terminũ videtur dicere qd̄ arbitramentũ non finiatur tempore trien nij,sed nec aliquid boni allegat,nec bene intellexit: ideó est sciendum qd̄ talis cõditio,si talis arbitratus fuerit,deficit illo nolente arbitrari.vt l.si merces.in princ. ff. loc.C. de contrah.emp.l.fin.insti.eo. §. pretium. Quomodo autẽ quis dicatur nolle arbitrari, variant iura, & ideo dico qd̄ qn̄que arbitramentum confertur in aliquem ex contrahẽtibus,loquor in casu permisso: tunc si tale arbitramentũ consistit circa ea,quæ sunt de substantialibus ꝯctus,vt circa ipsam rem:arbitrabitur in lx.dies, nisi aliud tps sit exp̃ssum,vt l.qd̄ si nolit.§.si quis ita.de ædil.edi. si verò arbitramentum consistit circa aliam rem extrinsecam,& tunc arbitrari debet statim cum potest,aliàs dī nolle,vt l.hęc venditio.ff.de contrahen.emp.in prin.facit de conditio. & demon.l. hæc conditio. Aliquando arbitramentum conferī in tertiũ,vt in casu nostro,& tunc potest hoc duobus modis contingere. Primò ꝙ arbitramentũ sit circa personam cui debeat acquirere existente certa, tunc enim non dicit nolle arbitrari,nisi cum fuit in iudicio interpellatus,antè enim posset moram purgare.vt l. cum quidam. de leg.2.& ibi no.si verò persona est certa,sed rei declaratio, vel pretij committitur arbitrio tertij,vt in casu quæst.nostræ: tũc
c dicitur nolle arbitrari elapso anno. [c] Casus est expressus. C.communia de leg.l.fi.§.sed si quis,nec dicat aliquis,qd̄ est speciale fauore vltimę voluntatis: quia est in eo speciale,quòd illo non arbitrante transit arbitrium in legatarium,quod non est in ꝯctibus, quia ꝯctus annullantur:sed si per cursum anni defuit arbitrator,posset arbitrari, quia vī nolle, & sic deficit conditio, hoc est commune tam in contractibus quàm vltimis voluntatibus,& hoc sentit gl. in d.§.sed si quis.si bene inspiciatur: quòd per cursum anni quis dicatur pfectè nolle probatur.ff.ad Trebellia.l.fi.§.
4 primo.Super tertio verò dico † quòd dictum arbitramentum non valet bonis publicatis; contrarium ille cõsultor consulit,qd̄ tenet,& vsus est his verbis: licet compromissum soluatur morte, & per ꝙn̄s publicatione bonorum. vt l.actione.§.publicatione.ff.pro socio.tñ hoc est quoddã pactum.vel transactio,qd̄ transit ad hæredem, vt ff.de proba.l.pactum.& not.in Spe.de arbit. ver. finitur, & ver.sed nunquid.Parcat mihi ille cõsultor,hoc est ꝯ tex.l.quoties §.fi.ff.de noua.vbi dicitur quòd condõ,& contractus pendentes ex instrumentis post publicationem bonorũ non valent,& sufficit obligationem non oriri nec ciuilem nec nãlem: qd̄ patet, quia si ibi naturalis obligatio oriretur, fieret nouatio,vt l.1.§.1.eo.tit.sed ista venditio, de qua loquitur est conditionalis, si ille arbitraretur.vt l.fi.C.de cõ
5 trahen.empt.ergo &c.Nec ob.† quod diciturquòd transit
d in hæredem, [d] quia posito ꝙ hoc sit verum; tamen fiscus
e hoc casu non habetur loco hęredis, [e] vt dicit gl.expressè in terminis nostris,in l.nouatio.ff.de noua. & tangitur.ff. de fideiussorib.l.inter eos.§.bonis.& ibi per glo. & expressius per Iac.de Aren.ibi.Concluditur ergo dictum arbitramẽtum esse nullum triplici ratione. Et hoc dico ego Bar.

ADDITONES.

a Ber.Land.¶Valeat.Circa primam partem ꝙ arbitrator non possit arbitrari partibus absentib.contrarium tenuit Bal.in l.episcopale. C.de episc.& cler. & Ant. de But.Pau.& Io.de Imo.in d.c.quintauallis. ext.de iureiur.videte per noui. in d.l.si quis arbitratu.& adde Fed.de Sen.consi.265.
b ¶Præsentia.Vide Ro.consi.61.& Pet.de Anch.consi.310.
c ¶Anno.Idem tenet Bal.consi.135.lib.3. licet aliter loquatur consi. 262. lib.3. de quo in d.l.si quis arbitratu.
d ¶Hæredem.Vide Pau.de Cast.consi. 30.
e ¶Hæredis.Vide Ro.consi.3.

CONSILIVM CLXVII.

1 *Statutum quòd carceratus pro delicto habita pace ab offenso, possit per ministrum fratrum de pœnitentia à carcerib. liberari, comprehendit blasphemantem carceratum.*

1 **Quòd** † minister fratrum de pœnitentia teneatur, & debeat extrahere & liberare quinque captiuos de carceribus ciuitatis Perusij in die veneris sancti: & duos in festo natiuitatis Domini &c. Nullus tñ de dicto

BIU Cujas

dicto carcere relaxetur ex quacunque causa condemnatus, nisi prius habuerit pacem ab offenso, vel eius hęrede. ista sunt verba statuti. Nunc quidam condemnatus, quia blasphemauit Deum, detinetur in carceribus, an possit per dictum ministrum relaxari? nam obstare videtur, quia nō habet pacem cum offenso. Super quo puncto dico talem posse à carceribus liberari: nam habet pacem ab offenso: nam blasphemando Deus principaliter offenditur, sed nos videmus quòd Imperator ei qui blasphemauit, facit pacem & remissionem de iure, ergo idem in statuto scripto. vt C. si quis Imper. maledi. l. 1. ergo multò magis dominus misericors cui est proprium misereri semper, & parcere: & hoc est quod dicitur alibi: ecclesia nunquam claudit gremium redeuntibus. vt. C. de sum. Trin. & fid. catho. epistola, victos, aliter, inter claras. circa fi. & alibi veniam pœnitentibus damus. C. de hære. auth. Gazaros. in fi. vnde sine dubio sola confessione, & remissione simplicis sacerdotis dicitur habere pacem ab offenso. Vel si dicetur non reperiri offensum, qui posset facere pacem, tunc dico quòd illa clausula, nullus tamen &c. non potest referti ad crimina, vbi nullus offenditur, sed ideo quis punitur, quia contra bonos mores facit. ff. de postula. l. 1. §. deinde & ibi no. scilicet quod clausula vltimò posita refertur ad ea, ad quæ commodè potest referri. & secundum hoc remanet iste condemnatus de hoc crimine sub prędēti distinctione absque hac vltima limitatione: & sic poterit meritò à carceribus relaxari. Bart. de Saxoferato.

CONSILIVM CLXVIII.

1 *Pupillus iussus à testatore stare, & morari communiter cum Titio, quòd non poterit repetere quod fuit plus expensum in familia Titij.*
Clausula morari communiter apposita in testamento, vel contractu quid importet.
2 *Si testator mandat restitui malè ablata, de quibus stetur dicto consocij, & prout sibi placuerit, quid hoc importet.*
3 *Verbum placuerit, intelligitur arbitrio boni viri.*
4 *Pactum appositum in contractu, quòd stetur simplici dicto partis, non valet.*

Quidam Habens bona communia cum Titio suo fratre communiter viuens fecit testamentum, in quo filium suum pupillum hęredem suum instituit, & dictum Titium eidem tutorem dedit, & inter cętera disposuit per hæc verba. Item iubeo per Titium fratrem meum restitui omne id, & quicquid ego, vel dictus Titius, vel alter nostrum recepissemus illicitè à quocunque de bonis communibus meis & suis, secundum quod ipsi Titio placuerit, & de hoc stetur dicto ipsius Titij, &c. Prætereà disposuit in codicillis quòd debeat stare, & morari cum dicto Titio fratre suo communiter vsque ad ętatem. xxv. anno. completam: modo cum dictus Titius tempore testamenti, & codicillorum, & posteà habuerit magnam familiam, pupillus verò paruam, & quasi nullam, & dictus pupillus steterit cum dicto Titio nulla facta diuisione, quæritur an dictus pupillus debeat aliquid rehabere à dicto Titio, quia plus fuit expensum in familia dicti Titij, & quid importent dicta verba quòd debeant stare communiter. Secundò, cum dictus Titius asserat cum suo iuramento se multa soluisse pro malè ablatis, nec dicat, quid, vel cui, an suo dicto sit standum. ¶Circa primum
1 videtur † quòd dicta verba nil importent, [a] nisi quatenus
a dicto pupillo sit vtile. vt. ff. vbi pu. edu. de l. j. §. 1. vbi si testator statuit vbi pupillus debet morari, vel educari, statur eius voluntati, dum tamen pupillo sit vtile. Prætereà illa verba, debeat morari cū dicto Titio ad ætatem. xxv. ann. videntur adiecta in fauorem pupilli, & dicto Titio nullū commodum debent afferre. ff. ad Treb. l. Seius. §. si Seius. & quod ibi no. & de vsur. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. Econtrà videtur quod dicta verba importent quod omnia bona sint inuicem communia: dixit autem testator quod debeat morari cum dicto Titio communiter, ex quo communionem omnium bonorum videtur importare, vt. ff. de leg. 2. l. fin. §. Lucius. cum ibi alleg. in glo. & ff. ad Trebel. l. Lucius. in princip. His sic allegatis præmissis in quæst. nostra, dico quod verba significantia communionē referuntur quandoque ad res, seu bona, & tunc sine dubio significant vt bona ipsa sint communia ęqualiter, vt dictis ll. Quandoque non refertur uerbum commune, ad res, sed ad alium actum, ut in quæstio. proposita, ubi uerbum communiter, refertur ad stare & morari, & tunc verba sunt dubia. possent. enim intelligi quod solum expensæ victus fierent cōiter. i æqualiter, & æqualiter quilibet conferat, vt. ff. de colla. l. 1. circa princip. & l. 3. in fine & hoc crederem ego esse verum in dubio in pluribus habentibus patrimonium indiuisum, vt dicimus in pluribus scholaribus, qui stant, & morantur communiter. id est ęqualiter victum conferunt, vt d. l. Sed quando ista verba sunt relata ad plures habentes patrimonium commune, vt fuit in quæstio. proposita, tunc credo quod ista verba debeant intelligi quod omnes fructus communiter, & æqualiter percipiantur, & expendantur, vt ille Titius ratione maioris familiæ plus ponere non cogatur, & hoc probatur. Primò ex verbo communiter, quod debet exponi. id est æqualiter. vt d. l. fi. § Lucius. de leg. 2. vbi videtur casus. & collat. x. de duobus fra. de nouo bene. inuesti. c. duo fratres. facit optimè. ff. pro socio, l. cum duobus §. Papi. aliàs incipit. l. si fratres. Hoc etiam fortificatur, quia dicere, viuere communiter, importat quòd ratione maioris familiæ nō exigat plus, per l. fi. §. fi. ff. de do. excep. vbi testator grauauit vnum, vt parem rationem cum suis cohæredibus faceret, quòd gloss. exponit. id est pro sua parte eos non conueniat, cum communiter viuere dicantur. quod exponitur æqualiter, seu pariter. Exponatur ergo quod dictus pupillus dictum Titium pro dictis fratribus vsque ad dictum tempus non conueniat, & istam interpretationem adiuuat mens testatoris, quæ colligitur ex eo quod ipse in sua vita fecit cum suo fratre, ex quo uerba dubia declarantur, vt l. damnas. ff. de vsufruc. leg. §. fin. & de adimen. lega. l. 1. ff. de leg.
2 1. l. si seruus plurium. cum sim. ¶Super secundo † puncto videtur quod dicto ipsius Titij sit standum secundum qđ testator voluit, vt. l. Theopompus ff. de do. præleg. vbi videtur casus etiam de hoc, extra, de testa. cap. cum tibi. Econtra videtur quòd ista voluntas ad secretum alienæ voluntatis conferatur, & sic à iure reprobatur, vt l. captatorias. C. de hære. institu. & de leg. 1. l. captatoriæ. ¶Breuiter super isto puncto de viribus duorum verborum examinare debemus, quid importent illa verba, & secundum quod ipsi Titio placuerit. Secundò quid importent illa verba, & de hoc dicto Titij stetur. ¶De primo
3 dico † quòd verbum placuerit, [b] intelligitur arbitrio bo
b ni viri. vt ff. de fideicommiss. lib. l. thais. §. sorore. vbi expressum est probatur eodem, titu. l. Lucius. & hoc attento apparet quod de administratione, aliàs assertione, dicto Titij non est standum, nisi inquantum vt vir bonus arbitrabit, ideſt, iudex; qui dicitur vir bonus. l. vir bonus ff. iudic. sol. & l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligat. & de iniur. l. sed si vnus. §. ait prætor. & not. in l. si societatem. §. arbitrorum, pro socio sed vir bonus non arbitraretur nisi quatenus cōstaret, & probaretur legitimè ab aliquo extortū esse, vt l. illicitas. §. veritas. ff. de of. præs. ergo &c. ¶De secundo cum dicitur quòd stetur eius dicto, &c.
* Dico quod dictum testamentum * dicitur id, quod nuda assertione profertur, vt l. sciendum. §. dictum. de ædili. edic. & de mera voluntate videtur conferri magis quàm in boni viri arbitrium. vt arg. l. Thais. §. Lucius. de fideic. lib. sed hic apparet, an debeatur, & cui debeatur conferri in voluntatem dicti Titij, & sic talis dispositio est ipso iure nulla vt d. l. captatorias. & l. captatoriæ. in quibus est casus. Non ob. l. Theopompus. quia loquitur in dote, cuius fauore valet legatum etiam incertum; vt l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. Prætereà testator posuit ita limitatè in potestate alterius, quòd ille decipere non posset, vt ibi patet. Non ob. ca. cum tibi. quia illa decretalis debet intelligi secundum distinctionem iuris ciuilis. vel ibi loquitur tantum in relictis ad pias causas, secundum Innocen. sed hoc non est. relictum ad pias causas, sed magis
4 est relinquere alterius debitum. † Prætereà pro hoc facit illud quod quidam docto. dicunt, quod si in contractibus promitto stare simplici dicto tuo, hoc pactum non valet, vt tenet Cyn. C. de episcop. & cleric. l. si quis in conscribendo, & tangitur in Spec. de prob. §. nunc videndum restat. versic. quid si ibi dicitur; sed si malè arbitraretur, reducitur ad arbitrium boni viri, vt ipse not. ibi.

Ego

ADDITIONES.

a ¶Nil importent. vide latè Alexand. consi. lxxvij.
b ¶Placuerit. vide Abb. consil. iii.
* Videbatur detrahendum verbum illud, testamentum.

BIU Cujas

Ego tamen dico in proposito talem dispositionem nullius esse momenti, & assertioni dicti Titij stándum non
a esse. [a] Bartol.de Saxoferrato.

ADDITIO.

a ¶Non esse. Vide latè Alex.consi.47.lib.1.Ang.consi.101.

CONSILIVM CLXIX.

1 *Statutum quòd citatus pro maleficio non possit capi pro aliquo debito, quòd non poterit capi pro debito maleficij.*

2 *Debitor ex maleficio non dicitur propriè debitor: sed largè. & numero 3.*

Statutum Ciuitatis Tuderti dicit, ꝙ si quis fuerit citatus ad se excusandum ab accusatione, vel inquisitione, & comparuit: illa die & sequenti capi non posset pro aliquo debito [aliàs delicto] &c. Contigit ꝙ quidam Andreolus erat pro quibusdam debitis exbannitus, & condemnatus in pecunia, qui citatus comparuit ad excusandum se, & post excusationem eadē die fuit captus pro dicta condemnatione: quæritur an po
1 tuerit capi de iure? Et videtur quod sic † quia talis securitas data à statuto quòd non possit pro aliquo debito capi, debet intelligi præter quam de maleficio. hoc probatur. C.de his qui ad eccl.confu.l.2. cum sua glo. in authen. de man.prin.§.neque autem.& ibi not.in glo. vbi dicitur, ꝙ fiducia data de confugientibus non habet locum in maleficijs ibidem exceptuatis: & idem dicit gloss. in omni maleficio. Prætereà quandoque à lege datur securitas, ne quis capiatur intra domum: tamen hoc intelligitur præter quam in causa criminali. ff. de in ius vo. l. plerique. & ibi no. & de reg. iur. l. nemo de domo. Prætereà securitas data non debet intelligi de bonis publicis: vt in auth. de mand.prin.§.publicarum. sic ergo prædictum statutum limitatur, & restringitur ſm dispositionem iuris cōmunis, vt l.vt gradatim.§. sed & si lege. ff. de mu. & hono. Prætereà † statutum debet intelligi secundum propriam signi
2 ficationem.vt l.non aliter.ff.de leg.3.ā exerci. l. 1. §.si is qui nauem.sed debitor,& creditor propriè est, quando alienā fidem quis sequitur ꝯhendo,vt expresse dr.ff.si cer.pet.l.j. sed ex maleficio est quis obligatus non ex eo ꝙ quis eius fidem sit secutus: & sic non est propriè debitor. verbum ergo statuti quod hic dicit, pro debito &c.non habet locū in casu nostro.Econtrà vr quòd iste Andreolus erat exbānitus, & condēnatus: sed facta condemnatione si aliquis conuenitur ad pœnam, non dicitur conueniri ex maleficio: sed ex quasi contractu, qui contrahitur & celebratur sententia: vt l.3.§.idem scribit.ff.de pecul. & hoc etiam dicit lex, ꝙ quando agitur de crimine ad aliquem condemnandum, debet agi coram præside, & ista dicitur causa criminalis: sed condemnatione facta tunc agitur coram procuratore Cesaris, qui est iudex inter fiscum & priuatum: & sic est casus ciuilis, non criminalis: vt C. vbi cau. fis.l.1. & per hoc patet responsum ad primam & secundam rationem allegatam in contrarium, quia verū quando quis capitur pro ipso maleficio inuestigando & puniendo: vn de maleficium est causa proxima captionis. sed hic causa proxima est ille quasi contractus, qui sentētia celebratur. vnde sicut sententia lata pro quodam priuato non posset exequi capiendo eius personam: ita nec etiam pro communi. Præterea ciuitas Tudertina in suis debitis de iure communi vtitur iure priuati, nec habet priuilegia fisci: vt.ff.ad munici.l.simile.C.de iure. reipub. l. 2. lib. xj. sed ad petitionem vnius priuati non posset vetante statuto, ergo &c. Per hoc respondetur ad tertiam rationem factam in contrarium: quia ibi loquitur in debito publico, hoc est in fiscali: sed ciuitas Tudertina non habet priuilegia fisci: ergo &c. Prætereà appellatio generalis debiti est, siue ex contractu, siue ex delicto: vt l.græcè. §. sed & si ex delicto.de fideiussor.&l.si cui.de verb.signifi.licet statutum dicat ꝙ non possit capi pro aliquo delicto: [aliàs debito] ergo &c. Et per hoc apparet responsum ad quartam rationem: quia in d.l.1.ponitur allusio, siue deriuatio vocabuli, cui non debemus stare, si habemus per legem aliter declaratum: sicut testamentum dicitur quasi testatio mentis, & tamen non omnis testatio mentis est testamētum: & idem in multis similibus. Ex hoc apparet responsum ad ea quæ dicuntur, quòd istud statutum est positum inter alia statuta, quæ tractant de ciuilibus: quia fateor ꝙ ista captura, quæ fit pro condemnatione fit pro ciuili cā: vt probatum est. Concludo ergo & dico consulendū præfatum Andreolum ex prædictis causis non potuisse capi de iure: hoc probo potissimè per l.2.§.legatis. de iudi.con iuncta l.hos accusare. circa princ. de accu. vbi videtur casus. Nam in §. legatis. dicitur. pro his qui antè contraxerunt: istam eandem securitatem dedit eis lex pro his delictis, quæ antè commiserunt: vt d.l.hos accusare. Respō deo argumentis supradictis, quia causa istius securitatis erat necessaria: sed in iuribus contrarijs causa securitatis erat voluntaria. nam libera voluntate quis fugit ad ecclesias, vel stat in domo: sed in quæstione proposita causa securitatis similiter est necessaria: quia ad iudicium trahitur quis inuitus, ergo talis securitas data suprà, trahitur ad criminales condemnationes. Bar.de Saxoferrato.

CONSILIVM CLXX.

1 *Vxore relicta domina, & vsufructuaria, filia instituta in re certa; & pauperes Christi sint vniuersaliter instituti, quid habere debeat dicta vxor.*

Petrus Maioli de Perusio in testamento filiam suā instituit hæredem ex certa parte: & pauperes Christi hęredes vniuersales instituit ex residuo, & suā vxorem reliquit dominam, & vsufructuariam omnium
a suorum bonorū &c. Quæritur quid debeat habere [a] vxor
1 ista. ¶In quęst. pròposita dubium facit, † quia secundum propriam verborum significationem intelligitur legatū alternatiuè dominium, vel vsusfructus: vt l.si Titio fundus.ff.de vsufru.leg.& no.per Dy.ff.de leg. 2. l. Titia.§.fi.& per Cy. C.si mu.secun.nu.l.1. in fi. tamen de consuetudine ista verba interpretata sunt, ꝙ habeat alimenta sicut habebat in vita viri: & hoc est verum liberis institutis: secus in extraneis: vt no.per glo.in d.l.1.C.si mu.secun.nup.Cū ergo in q.nostra liberi sint instituti pro parte, & pro parte extranei: quęritur quid iuris? Mihi videtur ex eo ꝙ dixit dominam, non videatur ei reliquisse dñium, sed magis permanentiam [aliàs præeminentiā] in domo sicut tempore vitę defuncti habebat: vt l.1.ff.rerum amo.& sic non dicatur propriè domina, vt ff.de pub.l.cum si exhibuissent.§.ꝙ ait.& ibi per Iac.de Are.& de verb.sign.l.nepos.§. pater.& ista vr mens testatoris, quæ debet prævalere, vt l. in conditionibus in prin.de condi.& demon. sed ex eo ꝙ dicit vsufructuaria, videtur tenere Odof. ꝙ habeat plenum vsumfructum. vt recitat.aliàs refert Spec.in tit. qui filij sint legitimi.§.j.ver.quid si quis ita dixerit. Sed ergo dico in q.proposita, standum consuetudini scriptę.d.l. 1. C.si mu.secun. nup. pro ea parte, in qua instituta est filia ab ea percipere dēt fructus tanquā ex alimentis ꝓ illa parte: pro ea verò parte, qua sunt instituti hęredes extranei, hoc est pauperes Christi, dico ꝙ si ꝓprietas est tantæ æstimationis ꝙ sufficiat ad faciēdā debitā satisfactionē pauperibus institutis, dicta mulier debet habere integrum vsumfructū. vt l.omnium.ff.de vsu & vsufruc.leg. l. vxori meæ. & ibi not. Neç ob.quod consuetudo interpretatur quod liberis institutis habeat alimenta: nam ex illa interpre.oriuntur dubia. Primò, an interpretationi standum? quod concedo. cum.n. dicta interpretatio sit ꝯ ius commune fauore. filiorum, ea tenus standum est dictæ interpretationi, quatenus fauor filiorum hoc requirit, & non vltrà: & sic ad extraneos nō porrigitur. probatur de ma.te.l.si ita scriptum.ibi, eatenus quatenus respicit fanorem libertatis stamus illi interpretationi, & non vltrà. probatur optimè. C.de test.l.hac consultissima.§.ex imperfecto, & C.com.vtriusiu.l.fi. & ita de facto obtentum est. Bar.de Saxoferrato.

ADDITO.

a Habere. Vidè.s.consi.viij.& Rom.consi.153.

CONSILIVM CLXXI.

a **Nicolaus** [a] Ser Amati instituit hęredem posthumū nasciturum ex domina M.eius vxore, & eidē posthumo extraneū pupillariter substituit, & ipsam dñam M.reliquit vsufrustuariā omniū bonorum suorum, donec vitam vidualem seruauerit. Contingit. quòd

ADDITIO.

a Ber.Land.¶Nicolaus. Oꝝ hæc trita sunt, non est insistendum, tamen si vultis videre videte eundem Bar.s.consi. ix. & consi.lv. Pau.de Cast.consi.cx. & consil. 260. Ang.consi.xciij. incip. Viuianus de Monte Pultiano. & Ang. consi.cv. incip. quidam patronus.

BIU Cujas

quòd posthumus natus fuit, & adita patris hæreditate decessit, & substitutus ex secundis tabulis hæreditatem adiuit: quęritur an dicta domina debeat habere aliquid ex vir
3 vel reli.l. fi. His præmissis in quæst. † proposita dicendum videtur dictos clericos non debere soluere dictas gabellas,seu collectas,nisi in fraudem collectarum facerent possessiones in eos transferri.hoc ostendo,nullum munus extraordinarium clerico potest imponi.vt C.de epi. & cle.l. j.sed collecta est munus extraordinarium:vt s̃.probaui. ergo, &c. Præterea licet de iure communi clerici teneantur ad ordinaria tributa pro possessionib. quas possident. vt C.de episc.& cle.l.de his.tamen per constit. Federici hodie ad nulla tenentur.eo.tit.auth. Item nulla communitas. & ita tenet.d.gl.fi.in d.l.de his. Præterea collecta est munus, quod imponitur personis ꝓ patrimonio: sed tale munus non potest imponi nisi subiectis tantum,hoc est ciuibus, & incolis,vt ff.de mune.& hono.l.rescripto.§.fi. in tex. & gl.quæ expresse ponit exemplum in collecta.& idem no. C.de anno.& trib.lib.10.super rubric. sed certum est clericos non esse subiectos,ergo eis collecta imponi non põt. Præterea in aliquib.ciuitatib. est hoc speciale,vt talia munera non exigantur à possessionibus,non subiectis.l.fin.ff. de mune.& hono.Præterea illud est ius singulare: ergo in contrarium est ius commune.vt ff.ad muni.l.1.in fin.& de leg.l.ius singulare.Præterea posito,℘ nulla l. hoc diceret, hoc osten.per rationem:certum est ad solutionem alieni debiti neminem posse vrgeri.vt C. ne vxor pro mar.l.fin. & per totum tit.ne fil. pro pat.sed si diceres clericos debere soluere collectas,iam poneres eos cogi ad solutionem alieni debiti.nam ciuitates non possunt imponere collectas,nisi pro earum necessitatibus,vt suprà dixi nõ est dubium ℘ ipsa necessitas non obligat nisi subiectos. ergo ꝯcludit manifestè nõ subiectos non dr̃e cogi ad solonẽ nisi sic coganẽ ad solonẽ alieni debiti.Pręterea hñti honorẽ collecta imponi non potest.vt de mun. & ho.l.honorẽ.
b & ibi no. sed certum est clericum, aliàs clericatum, [b] esse maiorem alio seculari honore: ergo, &c. Illud autẽ quod dixi in fraudem collectarum fecerint, probatur. C. de sacrosc.eccl.l.sacrosc.& l.qui sub prætextu.& de epis. & cleric. l.de his clericis. Ad illud quod posset dici in contrarium,
4 & primo †ad id,quod dicitur res debere transire cum onere suo:ergo,&c.Respondeo illud onus soluendarum collectarum,non inhæret rei ratione ipsius rei,sed ratione ipsius personæ.vt d.l.rescripto.§.fina. & suprà est ostensum. quando ergo res non est talis personæ, quæ ad collectam teneatur,ipsa res non tenebitur,nec obligabitur.l.1.C.sine cen.vel reli. quia illa loquitur in prædijs prouincialib. tributarijs,ad cuius tributionem tenetur ratione personæ, vt dixi.& sic separata persona, remanerent libera prædia. Nam quandocunque aliquid statuitur ratione personæ ea separata,cessat statutum:vt ff.de lega. 2. l.Titia Seia.§.vsuras.& sol.mat.l.maritum.& l.seq.facit ext.de reg.iur. priuilegium personale. lib. 6. & probatur hoc ad literam. ff.de aqua quo.& æsti.l.1.§.permittitur.Præterea cum personalis obligatio non fit propter personam clerici,vt s̃. ostendi,quomodo potest manere res obligata? non video.vt ff. qui.mod.pign.vel hypo.sol.l.item liberatur.in princip.Ex prædictis patet responsio ad omnia, quæ possent dici in contrarium:nam omnia loquuntur in prædijs tributarijs, & honoribus[aliàs, oneribus]merè realibus, & sic loquitur.C.de mun.pa.l.2.lib.10.ita loquit̃.l.fi.§. patrimoniorũ. ℘ glo.ibi posita.ff.de mun. & hono. & ita loquitur ext. de cen.c.1.in gl.lib.6. Bar.

ADDITIONES.

a Ber.Land.¶Si aliqua possessio.Contrarium eius quod hic consuluit Bar. consuluit Ang.apertè reprehendens quosdam qui consuluerunt contrarium, consi. 244.inci.inter ordinamenta. Et addite ad præsentem consultationem aliud, eius cons.10.inci.an ecclesiæ.

b ¶Clericatum.Vide Pet.de Anch.cons.128.

CONSILIVM CLXXXI.

1 *Si arbiter mandauit, Titio quòd locaret fundum mihi certo modo,& fecit,& postea vendidit:tunc si emptor non vult stare illi locationi, non committit primus locator pœnam compromissi.*

a **Præcepit** Arbiter, [a] vt vnus alteri fundum loca-
1 ret †certa mercede, & instrumẽtum locationis faceret secundum cõsuetudinem Perusinam, qd factum fuit.Deinde locator fundum vendidit, & emptor non vult stare colono.quæritur an ꝯ locatorem committatur pœna inserta in compromisso,quæ est magna,an pœna in instr̃o locationis,quæ parua est.Dico pœnam compromissi non committi,quia locando, & instr̃m locationis faciendo,obligatio,quæ descendebat ex compromisso,& eius snĩa fuit sublata,& noua obꝛo ex ꝯctu locationis nata:vt ff.de sol.l.in numeratio.in fin. vbi est casus.& de statulib.l.satis.§.hær.& est gl.expressa.C.de pac.l.1.in fi. gl.magnæ.Vbi vr̃,℘ ꝙuentum de promittendo, sola promissione impletur,vbi ibi not. In ꝯrium facit.l.fundi partem.in prin.de ꝯh.emp.vbi dr̃, ℘ actio ex primo ꝯctu duret.Sed rñdeo ibi verba ꝯctus fuerunt,℘ certo tpe conductum hr̃ent: quæ verba non põt vno momento expediri: sed requirunt perseuerantiam in ꝙductione: sed hic fuit conuentum solum de locando & instr̃m faciendo, qđ est iam plenè impletum,vt colligitur.ex gl.d.l.1.de pac.Item facit ꝯ. ff.de arb.l.inter castellanum.Solu. dic ℘ ibi fuit assumptus arbiter ad diuidendum,& diuisit. vnde ex vigore compromissi quis est obligatus stare diuisioni,℘ non expeditur vno momento,sed requiritur perseuerantia in diuisione:hic vno momento fuit impletum, quòd debebatur.Barto.

ADDITIO.

a Ber. Land. ¶ Præcepit arbiter. Adde his Bald.in l. si quis ita.C.de pac. inter emp. Ang.in l.si quis hæredem.ff.de condi.insti.Spe.in tit.de arbi.ver. sed pone arbiter.per Bal.in l.1.C.de his quę pę.no.& per Bar.in l.si fideiussor.ff.de leg. 1.

CONSILIVM CLXXXII.

Titius Condidit testamentum, in quo filium sibi hæredem instituit,&c.Et vide.s̃.consi.3.vbi de verbo ad verbum.

CONSILIVM CLXXXIII.

Quæstio Ista habet duo dubia. Primum, vtrum verba dationis,seu concessionis in emphyteusim, quibus continetur illum Amatum recepisse pro se,& suis masculis,&c.vide consi.60.

CONSILIVM CLXXXIIII.

1 *Titia substituta pupillo pupillariter si monasterium intraret,æueniente pupillari substitutione Titia ipsa habebit hæreditatem, etiam si monasterium non intrat.*

2 *Cõditio,seu modus in virgine inducens viduitatẽ totaliter respuitur.*

1 **Domina** Nuta Pauli †fuit substituta pupillæ cuidã pupillariter,cũ hoc,qđ teneret̃ ītrare monasteriũ S. Iacobi: extitit ꝙdõ pupillaris substõnis. Nũc d.dña Nuta non vult monasteriũ intrare, an possit dicta pupilla hr̃ditatẽ obtinere licitè,cũ ꝓponat̃,℘ d.dña Nuta nunq̃ habuit virũ.Et dicendũ est,℘ dictã hr̃ditatem põt
2 licitè obtinere.Nã †in virgine modus, siue ꝙdõ q̃ viduitatem

BIU Cujas

a tem inducit totaliter reſpuitur : [a] vt ff.de cond.& dem. l. cum ita.& l.hoc modo.cum ſi.& no.C.de in dic. vi.auth. cui relictum. & ibi hoc tangit gl. & hoc tenet Azo ibi in ſum.& ibidem Cy. Sed per hanc conditionem viduitas inducitur, & nuptiæ prohibent. ergo , &c. Prætereà modus,ſeu conditio de morando in certo loco, ſi adijciatur homini ingenuo non valet , quaſi ſpecie ſeruitutis contineat, vt l.Titio.§.j.de condi.& dem. ſed talis modus de ingrediendo monaſterium adiectus dictæ dominæ eſt huiuſmodi. ergo &c.quia dominæ monaſterij aliàs moniales debent ſub perpetua clauſura manere, vt extrà,de ſtat. regu.c.j.lib.6.Prætereà modus,ſeu conditio; vt quis alterius ptāti ſubijciatur totaliter reſpuitur , vt ff. de leg. 3. l. vxor.§.hæres.Sed ingrediendo monaſterium alterius poteſtati ſubijcitur.ergo apparet,q̄ modus,ſeu conditio iſta reſpuitur. Prætereà ſi talis modus appoſitus valeret , ſequeretur,quod tota diſpoſitio eſſet ſimonia : vt ext. de ſſmo.c.non ſatis.&c.Mattheus,cum ſi.& cum quis debeat intrare monaſterium libera volūtate,nō ſpe lucri vel metu pœnæ debet intrare.pro hoc habemus in ſimili glo. in l.illæ autem.in fi. ff. de hær.inſti. ne ergo dicta diſpoſitio contineat ſimoniam,dicendum eſt dominam Nutā prædictam legitimè capere ſiue ingrediatur monaſterium , ſiue non.Et ita dico ego Bart.

ADDITIO.

a ¶Bert.Lan. Reſpuitur.Contrarium videtur tenere Ang.conſi.34.inci.Conſtantinus nullam.in fi.cui conſilio,vt ipſe refert ſe ſubſcripſit do.Bal.& do.Phi.de Curſinis quando teſtator non ſenſit de certo monaſterio, vt in ſuperiori conſultatio.& per hoc videtur tolli fundamentum Bar.de ſimonia,quod poſſet habere locum quando teſtator eam arctaſſet ad aliquod certum monaſterium , & ita videtur tenere Imo.in l.illæ autem. ff. de hær.inſti.& vide eūdem.Ang. conſi.193.

CONSILIVM CLXXXV.

1 *Litis conſtatio non impeditur,licet ex duobus ſyndicis agentibus , vnus tantum producit mandatum.*

2 *Exceptiones quæ examinātur ante litē conteſt.q̄ ſint , & quæ poſt.*

3 *Quando inquirendum ſit primò de perſonis.*

Deodauit Ioan.ſyndicus Caſtri S. Viti agit ꝯ Franciſchinum Februarij nomine dicti Caſtri,dicens contra eum , q̄ dictus Franciſchinus fuit confeſſus ſe habuiſſe in depoſito,& recepiſſe ab Ant. ſyndico dicti Caſtri nomine Caſtri.60.lib.quas dictus Frā ciſchinus in ſuis exceptionibus negauit , & dictum Deodauitem : & Anto. fuiſſe ſyndicos. dictus verò Deodauit ante lit.conteſt. produxit ſuum ſyndicatum. dictus verò Ant.non produxit.quæritur an per hoc retardetur lit.cō
1 teſta.In hac quæſt.†videtur dicendum,lit.conteſt.non eſſe propter hoc retardandam:hoc oſtendo , & reſpondeo ad id quòd poteſt in contrarium alleg.verum eſt quod iure cauetur,q̄ ante omnia de perſona debet quæri.vt C.de procura.l.licet.& l.non ignorat.in fi.qui accuſa.non poſſ. tamen hoc eſt intelligendum de perſonis , in quibus fundatur iudicium,ſ.de actore. reo & iudice , non de perſonis quæ incidenter veniunt in iudicio ad fundandam in-
2 tentionem alicuius partis.Hoc enim probatur primò † p̄ rationem exceptionis,quæ reſpicit inhabilitatem perſonarū, in quibus fundatur iudicium , quæ exceptio debet ante lit.conteſt. examinari. vt ff. de procurat.l. Pomponius.§.rati.& ff.ſi quis in ius voca. non ie.l. 2. in princip. ſed exceptiones quæ reſpiciunt merita negotij principalis, ille debent examinari poſt lit. conteſt.vt extrà de li. conteſt.c. 2.lib.6.& no.in l.eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de cond.inde.ſed iſta exceptio q̄ Anto.non fuit ſyndicus reſpicit merita principalis cauſę.ergo, &c.Prætereà hoc p̄batur per gl.ordi.in ſimili caſu.C.de edic.diui Adri. tol.l. 2.in gl.pen.in fol.contrarij.l.ſi res. C. de ord. cog. vbi diſtinguitur.aut opponitur perſonæ agentis , aut perſonæ teſtantis.Primò caſu quia opponitur illi perſonæ,in qua debet fundari iudicium,impedit.Secundò caſu , quia opponitur de perſona eius,ex qua fundatur ius agentis, nō
3 impedit.Sed contra prædicta oppo.†ff.de teſta.l.ſi quæramus.C.de pet.hær.l liber.vbi dicitur q̄ ante omnia debet inquiri de perſona eius,ex qua intentio actoris fundatur, ſcilicet de teſtatore,vtrum potuerit teſtari. Ad quod reſpondeo:aut enim quærimus vtrum quis debeat ingredi iudicium,& ſic litem conteſtari , & habet locum quod s̄. dixi.aut quærimus vtrum quis potuerit teſtari , & habet locum l.ſi quæramus.Quando autem potuerit inquiri de perſona teſtantis,hoc non dicitur ibi. certè debet quæri poſt lit.conteſta. per rationes ſupradictas. Item contra prædicta facit tex.in §. contrahentes.in ca. Romana. de ſo.comp.lib.6. vbi dicitur, q̄ quando aliquis conuenitur ratione contractus in aliquo loco.q̄ non cogitur reſpondere libello , niſi prius videatur vtrum ibi fuerit contractum,& ſi iudex ſit competens , & pronunciet ſe iudicē competentem.Bart.

CONSILIVM CLXXXVI.

1 *Diuiſio inter fratres habentes boues communes , & vnus ipſorum habeat duos filios laboratores,quomodo fiat.*

a **Cucciarellus,** [a] Et Venancius † de Belugio
1 fratres ſimul habitabant , & habebant quoſdā boues cōes & dictus Cucciarellus habebat duos filios laboratores,& dicti fratres, & filij Cucciarelli laborauerunt cum dictis bobus cōibus quandam poſſeſſionem aliorum,& ab eis de dicto laboritio medietatem fructuum receperunt. Nunc quæritur qualiter iſti fructus diuidantur.Ad iſtam q.examinandam debet conſiderari,q̄ iſti fructus debent diuidi tripliciter. Primò ratione operarum exhibitarum. Secundò ex perſonis dictorum fratrum.Tertiò ratione expenſarū; ſ. in ſemine , & in alijs opportunis. Cum ergo de diuiſione dictorum fratrum tractetur,hic erit ordo,vt primò detrahantur de dictis fructibus oēs expenſæ ab eis factæ,& ſi ſic expenſa fuit facta pro æquali portione à dicto Cucciarello & Venancio,ita in cōi pro æquali portione reuertantur. nullus enim caſus eſt in quo talis deductio non fiat. vt ff.fa. hær.l.ſi fundū.in princ. De reſiduis fructib. debet detrahi illud,quod tangeret pro operib.& pro bobus:& ſi boues ſunt coes æqualib.portionib.ita illud cōicetur:nam illud quod res cōis quærit dñis , pro ea portione ſunt cōia talia acquiſita, qua dñi ſunt: vt ff. de acqui.re.do.l. cōis ſeruus. in fi. De reſiduis fructibus debet fieri diuiſio in capita, ſ.vt quilibet homo,ſ.dicti fratres & dicti filij Cuccia.tm̄ habeant , quantum quis lucretur ex opera ſua : & debet habere præcipuum,non ponere in communi. vt ff. pro ſoc.l.cū duob.§.ſi fratres,aliàs tibi.& l.ſi fratres. Bar.

ADDITIO.

a Ber.Land.¶Cucciarellus Addite quæ voluerunt plenè Bar. & Bal. in tractatibus ſuis de duobus fratribus.

CONSILIVM CLXXXVII.

1 *Vniuerſitas laicorum,quod non poſſit ſtatuere,quòd liberè liceat cōductorib.pro futuro renuntiare conductioni bonorum etiam ab eccleſia factæ.*

2 *Statutū cōtra priuilegiū eccleſiæ dicitur eſſe cōtra eccleſiæ liberates.*

3 *Conſuetudo bona laicorum quando liget bona eccleſiarum.*

4 *Vniuerſitas poteſt inhiberene iudices eius de aliqua cauſa cognoſcāt, etiam ſi intereſſet eccleſiæ.*

5 *Prouiſio requirenda per agentes nomine eccleſiæ, vt vniuerſitas laicorum prouideat ſibi de iudice*

6 *Iudices eccleſiæ ſuccedentes loco laicorum ijſdem legibus iudicant quib.iudicaturi erant laici.*

Domini Priores artiū ciuitatis Peruſij authoritatem hñtes ab adunantia gñali ſtatuerunt,q̄ quilibet conductor poſſet renunciare emptionib. & cōductionib. pro futuro tp̄e factis à collegijs , vel vniuerſitatib.quibuſcunq; ēt ab eccleſijs. & q̄ nullus officialis cōis Peruſij poſſit de hoc cognoſcere , vel iuriſdictionem hr̄e contra dictos conductores ſic renunciantes. Et ex p̄dictis quæritur primò,an prædicta ordinamenta potuerunt eccleſijs p̄iudicare in earum iure. Scd̄o , an iudices cōis Peruſij poſſint de hoc cognoſcere.Tertiò ſi hoc non p̄nt,quid debeant facere eccleſia, monaſteria eccle-
1 ſiaſticæq; perſonæ.Super primo†vr̄ dicendū indubitanter, q̄ tale ſtatutū non pōt priuare monaſteria, vel eccleſias , & ea obligare q̄ hñt obligatas perſonas priuatas.Primò, qa eſt laicis interdict a oīs ptās ſtatuendi in rebus eccleſia
a ſticis: [a] vt extrà,de cōſti.c.quæ in eccleſiarū , vbi eſt caſus noſtræ qōnis , &c.Eccleſia Sanctæ Mariæ. Prætereà qs nō pōt ſtatuere de rebus ſuæ iuriſdōni non ſubiectis. vt l. extra territoriū. de iuriſ.om.iudi.de bon. auth. iud.poſſ.l. cū vnus.§.fi. ſed res eccleſiaſticæ , & eorū iura non ſubſunt
2 iuriſdictione ſeculari.vt dictis.c.ergo.Prætereà†tale ſtatutum eſt ꝯ priuilegiū eccleſiæ , & ſic cōtra eccleſiaſticā libertatē,vt p̄babo: ergo non valet.vt C.de ſacroſ.eccl. authen.caſſa.& ibi no.p̄ Cyn. & de ſen. excō.c. nouerint. & ibi per Inn. Quod aut ſit contra priuilegium eccleſiarū patet : qa ſtatutū ē q̄ nulla vniuerſitas,vel priuata p̄ſona, res,aut bona eccleſiæ p̄ſumant inuadere, vt C.de epiſc.& cle.auth.itē nulla cōitas.ſed hic iſta cōitas īuadit bona eccleſiæ,& obligatos ſibi ab obl̄one diſſoluit.ergo &c.Nec
3 ob.†qd̄ poſſit dici,q̄ tales cāę dēant determinari ſm̄ bonā conſue-

ADDITIO.

a ¶E eccleſiaſticis.Vide quæ poſui in l.cunctos populos.vbi latè.

consuetudinem.vt extra,de eo qui mitti. in pos. causa rei seru.ca.cum venissent.quia illud potest esse verum,quando consuetudo præcessit acquisitionem factam ecclesiæ: & sic res cum sua causa transiuit ad possessorem.sed quomodo tolleret acquisitionem factam ecclesiæ postquàm res est acquisita ecclesiæ? quia omne statutum, & omnis consuetudo,per quam ecclesia suo iure priuatur, dicitur mala,& inhonesta,& dicitur contra libertatem ecclesiæ. vt dictum est in c.nouit.de sent. excommu. & de sentẽ. & re iud.c.cum causam.& c.quæ in ecclesiarum.de constitu.

4 ¶Super secundo,†an iudices communis Perusij possint super hoc de lite cognoscere:dico, quòd licet ipsum ius sit in obligatione ecclesiæ,tamen iurisdictio,quam habẽt dicti officiales,habent à communi Perusij, & dictum ius cognoscẽdi hoc,est de communi Perusij,meritò sup hoc potuerunt facere statutum,& eos dicta iurisdictione priuare,vt l.iudicium soluitur.ff.de iud.& l.cum prætor. Vnde dicti iudices hoc non possunt cognoscere: nec potest dici quòd istud sit contra libertatem ecclesiæ:quia si dicti iudices non habent cognitionem, tamen commune po-

5 terit alios iudices dare.¶Super tertio, †quid dicta monasteria habent facere.Respondeo quòd habent interpellare priores, vt eis super dictis iuris prouideant de iudice competenti:ꝛ.aliquod spatium congruum, & si commune,vel priores hoc facere neglexissent,tunc succedit iudicium ecclesiæ:quia episcopus,vel Papa erit iudex competens,etiam inter laicos,ecclesiæ Romanæ in temporalibus non subiectos.casus est extra,de foro compet. c.licet

6 ex suscepto.& c.ex tenore.Sed iuxtà †prædicta posset dubitari,cum iudices Perusij hic iudicantes facerent summariè,& ab eis non appellaretur,an idem sit hoc casu in iudice ecclesiastico cognoscente? Respondeo sic, cum ijsdem legibus debeat iudicare, & loco secularis iudicis cognoscit,eo.modo ab eo non potest appellari,sicut à secu lari si cognosceret.vt extrà,de maio.& obed. c. solitæ. ibi no.per Ber.& Inn.Bar.

ADDITIO.

a Ecclesiasticis.Vide quæ posui in l.cunctos populos.vbi latè.

CONSILIVM CLXXXVIII.

1 *Statutum permittens quem offendi, permittit occidi.*
2 *Maleficium personale quale dicatur.*
Furtum,quòd dicatur maleficium personale.
3 *Statutum permittens aliquem offendi,quòd dicatur fauorabile.*

Statuto Castri plebis cauetur quòd quicunque reperitur ex bannitus,& condemnatus pro aliquo maleficio personali à 50. lib. suprà,possit impunè offendi.Contigit,quòd Angelus occidit quendam bãnitum pro furto in c.lib.quęritur an ex dicto homicidio veniat puniendus &c.Ista quæst.habet 2.dubia. Primò, an

1 eo ꝙ statutum permittit † aliquem offendi, videatur permittere illum occidi. Ad quod dico ꝙ sic. Nam offensio dicitur omnis actus,ex quo pœna resultat. vt l.in testamẽto.ff.de manu.testam.sed ex homicidio regulariter resultat pœna:ergo homicidium est offensa;cum igitur per statutum permittatur offendi simpliciter, ergo & occidi pmittitur:cum occidi sit offendi,vt dictum est. pœna verò quæ aliàs ex dicto homicidio resultaret per statutum adimitur,cum permittitur impunè offendi.q.d. omnis actus ex quo quis ad iracundiam prouocatur,dicitur offensa.vt C.de inoffi.testam.l.filia in orbitate,& l. si maritus. & de verbo.signifi.c.ex parte in Christo.& c.seq.sed per actum homicidij quis ad iniuriam prouocatur; ergo homicidiũ est offensa : ergo cum per statutum permittatur impunè offendi,permittitur homicidium.casus est,de homicidio.

2 c.fin.lib.6.¶Secundò est videndum pro †intellectu illorũ verborũ,pro maleficio personali, circa quod dico, quòd dicta verba possunt tripliciter intelligi.Primò quòd intelligatur maleficium personale,id est,quod committitur in personam, nam & secundum hoc furtum non esset maleficium personale.vt no.ff.de fur.l.itaque fullo.in fi.glo. ibi dum dicit,ex delicto in se,non extra se facto, &c. q. d. furtum non committitur in personam,sed in rem: est em furtum contrectatio rei alienæ inuito domino,&c.Ad id facit.ff.de iniu.l.1.§.1.sed iste non est sanus intellectus.qd enim si aliquis esset bannitus propter tractatum proditionis alicuius terræ,vel propter aliquam falsitatem,quę maleficia in personam non sunt:certè iste non posset impunè offendi secundum dictum modum intelligẽdi. sed ex bannitus pro modica alapa posset occidi, quod esset absurdum: ergo sic non debemus intelligere, si aliquo alio modo possumus.vt l.scire oportet.§.aliud.de excu.tuto.l. quoties idem sermo.de reg.iur.& l.in ambigua. de leg. & senatusco.Secundo modo possunt intelligi dicta verba, vt dicatur maleficium personale illud, ex quo resultat pœna personalis:sicut crimina capitalia dicuntur,non illa q̃ committuntur in caput:sed illa ex quibus capitalis pœna resultat, vt ff.de pub.iud. l. 2. & idem si possibile est resultare:vt quando in defectum pœnæ pecuniariæ imponitur pœna corporalis.vt no.per Dy.in d.l.2. probatur in l. fin.C.de iniur.& ff.eod.l.fin. isto modo sumendo furtum est maleficium personale:quia ex eo potest imponi pœna personalis.vt l.fin.ff.de furt. Sed posset aliquis dicere, istum intellectum verba statuti non patiuntur.dicunt.n. exbannitus pro aliquo maleficio personali à quinquaginta lib. suprà &c.Ex quo videtur,& apparet quòd non intellexit de maleficio, ex quo corporalis pęna imponitur.Ad quod respondeo,ꝙ licet pœna pecuniaria inferatur,sufficit,ꝙ corporalis potuerit imponi, vt dictum est suprà.vnde verba statuti punientis furtum sunt diligentius attendenda:si quidem de illo furto, quo ille occisus erat,potuerit à principio imponi pœna corporalis, sine dubio dictum furtum fuit maleficium personale.Si verò secundum formam dicti statuti pœna personalis nõ potuit imponi,tunc in dubio remanet.Nam furtum in personam non committitur:nec ex eo imponitur pœna psonalis secundum formam dicti statuti, & sic remaneremus in absurditate prædicta, quia condemnatus exbannitus pro furto,vel falsitate quacunque magna pœna pecuniaria non posset offendi:sed exbannitus pro qualibet leui offensa facta in persona in quinquaginta libris posset offendi,quod est iniquum: cum vtroque comparente pœna maiori puniatur vnus quàm alter,& vtroque remanente contumace plus grauetur ille,qui minus punitur, secundum dictum modum intelligendi, quod est absurdum.& ideo dicto modo intelligere non debemus,vt dictum est.Tertio modo possunt intelligi dicta verba,vt dicatur maleficium personale omne illud,ex quo status, & fama alicuius personæ læditur.vt l.cognitionem.§.fin. ff. de var.& extraord.cog.secundum istum modum non est dubium ꝙ furtum est maleficium personale. Infamia em̃ insurgit in personam condemnati de furto.vt l.1.de his q̃ no.infam.& l.non potest. ff. de fur. Quarto modo potest intelligi maleficium à persona commissum, ad differentiam maleficij quod nõ committitur à persona, sed à rebus:vt puta,ab animalibus suis.vt l.1.ff.si quadru.pau.fe. di.ff.de damno infec.l.prætor.§.hoc edictum. & hoc modo etiam intelligendo furtum est maleficium personale.

3 Vidẽdũ † est ergo,quomodo ex dictis modis verba statuti sunt intelligenda.Pro cuius euidentia est sciendũ ꝙ quãdo per statutum permittitur aliquem impunè offendi,[a]

a b est introductũ principaliter in fauorem Reipublicæ,[b] & pro quiete communi.vt C. quando licet sine iu. se vin. l. ij.licet secũdariò resultet in odium exbanniti. apparet ergo ꝙ dictum statutum deberet intelligi quòd in persona dicti occisoris pœna cesset:ne ipsius statuti authoritate decipiatur:cum tempore maleficij perpetrati illum impunè posse occidere credebat.vt l.de ætate. §. ex causa. ff. de inter.act.facit.ff.de pęn.l.si pses.& l.si ex interpretatione.

ADDITIONES.

a Ber.Land.¶Impunè offendi. An bannitus possit impunè occidi stante statuto de quo s. vltrà supradicta,alleg.per noui.quoddam consi.Angel.230.sed ego non inueni o quòd hoc dicat,nec eo nume.sed inueni aliud cõsi.198.in ci.in Dei nomine &c.viso themate.& in fi. illius consilij postquàm multa locutus fuit de bannitis,dicit quòd passus est subtilis & dubius:cum statu tum nullam interpretationem vel gl.accipiat.& indecisum reliquit propter festinationem expectantis cõsilium.vos addite gl.in l.j.C.nemi.licer.sig.sal.& in c. fi.de ho.in vj.& Pau.de Ca.plenè consi.193.& 34.Io.And.in addi.Spe.in tit.de consti.

b ¶ Reipublicæ.Idem dicit Ioan.And.in addi.ad Spe.in tit.de consti.& vide Pau. de Castro consi.34.& 193.Ang.in consi.188.

CONSILIVM CXXXIX.

1 *Vniuersitas triplex, vna prouinciarum,alia ciuitatum, & alia castrorum.& quam iurisdictionem habeant.*
2 *Iurisdictionem in suo territorio quatuor modis dicitur quis habere.*
3 *Priuilegium in dubio videtur concessum personæ.*
4 *Probatio iurisdictionis admittitur probãdo vsum, vel consuetudinẽ.*
5 *Vsus tanti temporis,cuius contrarij memoria non existit, habet vim constitutionis iuris,per rescriptum.*
6 *Iurisdictio præscripta quòd cohæreat territorio.*
7 *Iurisdictio quòd sit indiuisibilis,licet eius exercitium, & commoditas sit diuisibilis.*

Iurisdi-

BIU Cujas

8 *Iurisdictio quòd possit vendi consorti cum fundo.*
9 *Affrancatio facta de vasallis non priuat affrãcantẽ iurisdictione, & imperio.*
Submissio facta per affrancatos alicui communitati, non priuat dominum sua iurisdictione.
10 *Iurisdictio ex non vsu quanto tempore perdatur.*
Iurisdictio quòd non retineatur per consortem exercentem in alieno castro, quando exercitium fuit diuisum.
11 *Qui non potest expressè habere iurisdictionem, illam non potest prescribere.*
Contra ecclesiam Romanam prescribitur spatio centum annorum.
12 *Existens in quasi possess. iurisdictionis non debet in ea molestari donec legitimè conueniatur.*
13 *Emptor iurisdictionis certi loci, quòd potest illam exercere extra locum venditum.*

Primò Quæritur, vtrum iurisdictio, & Imperium attribuatur Castro, an personis comitatuũ, alias comitum, & dominorum dicti Castri. Ad quod sic dico. quòd primò sciendum est vtrum de iure communi domini, seu comites plurium castrorum habeant aliquã
1 iurisdictionem, & constat † ꝙ nos habemus triplicẽ vniuersitatem habitationum, & prædiorum: vnam largã quæ facit prouinciam, & hæc vniuersitas habet iurisdictionẽ, & merum, & mixtum imperium de iure communi. vt ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas. & eod. titu. l. 4. & de off. rec. pro. l. j. & per totum. Secũda vniuersitas minus larga, quæ constituit ciuitatem, & huic vniuersitati cohæret iurisdictio tantùm vsque ad certam quantitatem in leuioribus criminibus, sed merum & mixtum imperiũ nõ habet. vt C. de defenso. ciui. l. j. & in auth. de defen. ciui. §. iudicare. & §. audient, & §. iusiurandum in fi. §. fallit in quibusdam ciuitatibus in quibus est hoc specialiter concessum à iure, vt Romæ. vt l. 1. §. cum vrbẽ. ff. de off. pręf. vrb. & in alijs ciuitatibus, quæ hoc habent ex consuetudine, vel priuilegio. vt not. in d. §. iusiurand. in fi. mag. gl. Ex his causis iurisdictio dicitur cohærere loco, seu territorio. vt l. j. §. cum vrbem. ff. de off. præf. vrb. vbi per docto. C. vbi & apud quem l. fina. in fi. Tertia vniuersitas est minima, vt castrum, [a] villa, vicus & si. & huic vniuersitati nulla cohæret iurisdictio, sed alterius ciuitatis iurisdictioni subesse dicitur. vt C. de nat. lib. l. 3. vbi dicitur quòd vicus, seu possessio alteri subest. pro hoc. C. de episco. & cleri. l. nulli. §. quod si in vico. & in auth. quib. mod. na. effi. leg. §. si quis igitur ex æqualibus. & ff. ad municip. l. qui ex vico. cum simi. ibi no. Nec obst. prædictis. l. j. C. de mag. muni. vbi dicitur, ꝙ illa municipia, Castra, & simil. habent suos magistratus: nam cum ibi in tit. præcedenti dixerat de defen. ciuita. restat: ꝙ in illo titulo tractatur de defensore castrorum, villarum, & burgorum. Ad quod respondeo ꝙ teneo secundam lec. quam tenet ibi Azo in summa. & sic facit pro me. sed si teneres primam lec. dicas ꝙ loquuntur de castris, quæ hoc habent ex speciali principis concessione, vel ex consuetudine, non de iure communi, per
2 iura prædicta. ¶ In casu† igitur nostro castris prædictis nulla cohæret iurisdictio: debet ergo dici quòd oportet dictos comites alio iure speciali se fundare. Aut ergo se allegant habere iurisdictionem, & imperium ex rescripto, seu priuilegio quod ostendunt. Aut allegant priuilegium, quod probatur per consuetudinem & vsum. Primo casu, si quidem verba priuilegij sunt clara ꝙ princeps cõcedit personæ, loco, seu personis, stamus certo. Si verò
3 verba† sunt dubia, interpretor, vt videatur esse concessum personis: cum per eorum fidem & industriam hoc princeps concesserit. vt l. j. ff. de offic. præf. præto. & sic persona fuit causa priuilegij: ergo personis videtur concessum. vt l. in omnib. ff. de regu. iur. pro hoc induco specialiter. l. pater filiæ. ff. de pe. leg. vbi ius quod potest concedi rei & personę in dubio videtur esse concessum personę. sic. ff. de leg. j. l. apud Iu. §. si quis alicui. licet gl. videatur hoc di-
b cere verum si agatur à cõcedente ꝙ sit personale: [b] quasi
c dicat præsumitur beneficium reale. [c] vt l. forma. §. quanquam. & quod ibi no. ff. de censi. sed debet intelligi ꝙ concedens videtur hoc in dubio agere: & ita intelligebat ibi Oldr. per l. in omnibus. ff. de regu. iur. idem teneo ego per prædicta iura. & sic in dubio videtur concessum personæ.
4 Secundo casu, † quando allegant priuilegium, quod ostendunt se pròbare per consuetudinem, & vsum; & tunc dicit quidam doctor Modernus non posse fieri: quia talis modus probandi fit contra facientem aliquid, vt contra soluentem aliquid annuum, vt in l. cum de in rem verso. de vsur. sed contra tacentem, seu non facientem non potest tali modo probari, vt no. per Cyn. C. de pac. l. si certis annis. in 7. & 8. q. cum ergo hoc allegetur contra imperiũ, & ecclesiã Romanã, quæ hẽt oẽm iurisdõnẽ in prouincia ducatus de qua loquitur, qui solùm passi sunt, nec aliquid fecerunt, ergo &c. glo. tamen nostræ contra facientẽ admittunt hunc modum probandi. vt ff. de serui. l. seruitutes. & de aqua plu. arcen. l. j. in fi. hoc etiam tenet Dy. quẽ ego sequor, per l. si filius. C. de peti. hære. ff. de acqui. hær. l. qui in aliena. in princ. ver. si verò adierit. vbi videtur casus pro hac opin. Prætereà † in hoc casu est dubium, cum
5 allegetur vsus tanti temporis, cuius contrarij memoria non existat, qui habet vim constitutionis iuris per rescriptum. vt in l. j. in fi. de aqua plu. arcen. contra l. hoc iure. §. ducatus. ff. de aqua quot. & æsti. Siue ergo allegat iurisdictionem, & imperium concessum loco, & per talẽ vsum probatur: quia iura realia hoc modo probantur inducta, vt dictis legibus siue alleg. hoc concessum personæ, & ꝑ talem vsum probabitur concessum personis. quia iura ꝑsonalia tali modo probantur, vt d. l. cum de in rem verso. siue dubitetur, & tunc in dubio videtur concessum personis, vt suprà dixi. Et prædicta intelligo ꝙ rescriptum hoc dicat, vel aliter vt hoc concedat generi, & transeat ad posteros. vt l. j. in fi. de iur. immu. & per Dyn. in c. priuilegiũ personale. extra, de reg. iur. lib. 6. Sit igitur cautus aduocatus partis in fundando suam intentionem. Tertio casu, quo allegat simplicem consuetudinem, & vsum, tunc licet sit dubium vtrum merum imperium possit præscri-
d bi, [d] vt infrà tangetur: tamen posito ꝙ præscribatur, qđ est certum secundum omnes, per tempus, cuius non existat memoria: tunc de necessitate habemus dicere quòd
6 † iurisdictio, & imperium cohæreat loco, & sic castris: ꝙa iura realia, vt seruitus, & simi. bene possunt induci ex tempore: sed iura merè personalia non inducuntur ex tempore, vt l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig. Se-
7 cundò oportet videre vtrum † quilibet comes per se habeat iurisdictionem in toto castro communiter, & diuisim; an quilibet per se in sua parte tantùm. & ad hoc dico ꝙ duo sunt cognoscenda, s. ipsa iurisdictio, & imperium. Item ipsius iurisdictionis & imperij exercitium, seu administratio. Si primum consideras, cum omnia dicta castra fuerũt vnius comitatus, & vnius comitis, vt patet ex themate: ergo tale ius est indiuiduum. vt 10. coll. de prohi. feu. alie. per Fe. c. imperialem. §. prætereà. Item ius qđ quis habet in vasallos est similiter indiuiduum sicut iura libertorum, vt no. 10. colla. si de feu. fue. contro. c. omnes. ergo competit omnibus dictis comitibus hæredibus dicti primi comitis insolidum: sicut alia iura realia. vt ff. de verbo. obl. l. 2. §. ex his. versi. ex quo quidem. & C: fami. ercis. l. hæredes. §. antepen. cum simi. Si verò consideras iurisdictionis exercitium, tunc dico quòd quilibet potest diuisim exercere in parte sua: & hoc operatur diuisio facta inter eos, sicut dicimus in tutoribus, vt licet ius ipsum sit indiuiduum, ipsa tamen administratio potest diuidi, vt ff. de admin. tut. l. inter tutores. simile in seruitute aquæductus, quæ licet sit indiuidua, tamen eius exercitium, seu commoditas diuiditur. vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. Lucio. §. fi. & seq. & no. per glo. ff. de ser. ru. præd. l. si partẽ. & sic quotidie ciuitates diuidunt exercitium iurisdictionis, vt vnus iudex cognoscat de causis vnius quarterij, quod proce-
8 dit de iure, per l. 2. §. 1. ff. de or. iu. Tertiò, an iurisdictio † pos-
e sit diuidi, & similiter vendi [e] cum feudo, videtur dubium: nam quædam lex dicit etiam quando quis vendidit allodium suum, hoc est podere proprium, non potest vendere iurisdictionem, quam habet à principe. vt 10. coll. de pa. iur. fir. l. hac edictali. §. ad hæc. sed istud credo sic debere intelligi, quòd iurisdictio nõ potest alienari in extraneũ: sed in consortem seu collegam bene potest trãsferri exercitium totius. vt l. 1. ff. de offic. consu. & simile videmus in tuto-

ADDITIONES.

a Ber. Land. ¶ Castrum. Vide Paul. de Cast. consi. 134.
b Ber. Land. ¶ An sit personale. An in dubio si sit concessa iurisdictio per priuilegiũ intelligatur concessa personis, addite Bal. in rub. C. de priui. do. & in l. liberti, liberteque de ope. liber. & in l. si non speciali. C. de testa. Quod autem concessio in dubio intelligatur realis, tenet gl. 25. q. 2. in summa. & in l. sordidorum. C. de excu. mun. lib. 10. contra tamen alleg. glo. est alia in c. cum venissent. de institit. quam sequitur Io. And. in regula priuilegium in mercu. & circa hoc est videndum per Bal. in l. fi. de consti. pecu. & in l. fi. §. sed si quis toto. C. com. de leg. & in l. 1. §. libertatib. C. de cad. tol. vbi dicit quòd si Baro legat ius colligendi passagium, est ius reale.
c Ber. Lan. ¶ Reale. Vide Ang. consi. 110. inci. concessio facta.
d Ber. Lan. ¶ Præscribi. Vide Pet. de Anch. consi. 141.
e Ber. Lan. ¶ Vendi. Vide Rom. consi. 454. & 368.

BIU Cujas

tutoribus, quia vnus totam administrationem potest trãs ferre in alium, licet tutela sit quid indiuiduum, vt dixi. probatur ff. de admin. tuto. l. 3. §. fin. & etiam postquam fuerit diuisa à principio, poterit vnus concedere alteri administrationem in parte sua. ff. de sol. l. quæro. in fi. pro hoc, qa si res esset prohibita alienari, potest tamen alienari in cõsortem. vt C. de fideicom. l. voluntas. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. quindecim. Prætereà hoc esse verum apparet: qa ille ꝓsors, seu collega hẽt iurisdõnẽ in totũ, & insolidũ in dicto comitatu iure suo, licet exercitiũ sit diuisum: meritò poterit in eũ illud exercitiũ transferri. Cũ ergo in casu ꝓposito ista venditio sit facta in ꝓsortẽ, & exꝑsè actũ ꝙ in illo trãseat exercitiũ, trãsibit. Itẽ credo ꝙ illa. l. hac edictali. §. ad hæc. loquit qñ iurisdõ erit ꝓcessa loco: tũc iurisdõ nõ posset ꝑ se vẽdi, nisi cũ castro vẽdito cũ vniuersitate: secus si vnus fundus vẽderet in territorio, ar. ff. de ꝓh. emp. l. in modicis. & ꝙ no. in iure patronatus ecclesię. ff. de ope
9 ris lib. l si operarum. in glo. mag. ¶ †Quartò an per submissionem factam per homines affrancatos à prædecessoribus dicti vendentis, & per exercitium iurisdictionis habitæ modo prædicto per commune dictæ terræ propinquæ sit acquisitum ius omnium, & iurisdictio dicto communi dictæ ciuitatis. Ad hoc sciẽdum est ꝙ affrancatio facta de dictis vasallis operatur liberationem, & remissionem seruitiorum, & tributorum & aliorum obsequiorũ, ad quæ dicti vasalli tenebantur: sicut patronus remittit liberto ius patronatus. vt C. de bono. lib. l. fin. non autem ꝑ hæc videntur dicti comites remittere imperium & iurisdictiones: quinimo & si expresè voluissent, nec potuissent: qa solum in manibus superioris potest huic iuri renuntiari, vt l. pen. ff. de off. præsid. & l. 2. §. cum placuisset. de orig. iur. cum ergo etiam post dictam affrancationem iurisdictio remaneat apud dictos comites, vt patet, quia per submissionem factam à dictis hominib. affrancatis dicto communi non est acquisita iurisdictio, quia apud comites resi debat. vt ff. de acq. rer. do. l. traditio. ¶ Ad aliud quod quæritur, an per exercitium iurisdictionis habitæ modo præ-
10 dicto ciuitas sibi quæsierit; præmittendum est †ꝙ dicti comites non vtendo dicta iurisdictione, cum casus euenerit, tanto tempore perdiderint prædictum ius, siue dicamus istud priuilegium iurisdictionis respicere quandam facultatem, & sic perditur. 10. annis. vt l. 1. ff. de nundi. siue dicamus respicere aliud ius acquisitionis, & tunc perditur 30. ann. & hoc tenet Gul. de Cu. in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iudi. Nec potest dici ꝙ per consortem qui in vicino castro vsus est iurisdictione, & imperio, retineatur ius in alijs: quasi facta diuisione dicti exercitij, quia quantum ad ius perdendi, perinde est ac si ab initio fuissent iurisdictiones concessæ separatim. vt ff. quem. ser. amit. l. nãsatis. §. j. Sed an dicta ciuitas per dictum vsum sibi quæsie-
11 rit, est insistendum: †nam si quidem dicta ciuitas vult dicere se præscripsisse contra dictos comites, & hoc nõ potest, nam cum dicti comites non potuissent transferre dictam iurisdictionem in dictam ciuitatem tanquam in extraneam personam expresè concedendo. vt d. l. hac edictali. §. ad hæc. 10. colum. de pac. tenen. ergo nec potuerũt amittere patiendo contra se præscribi. vt ff. de verbo. sign. l. alienationis. & no. ff. de vsuca. l. vbi. Oportet ergo quod dicat se præscripsisse contra eum, qui habet vniuersalem iurisdictionem, ad quam reuertitur dictis comitibus perdentibus, sed constat quod in dicta prouincia ducatus ecclesia Romana habet omnem imperialem iurisdictionem ex donatione Constantini ab alijs Imperatorib. confirmatam: contra quam ecclesiam non præscribitur nisi
a spatio centum annorum, [a] vt C. de sacrosan. eccle. authẽ. quas actiones. in fi. & in cor. vt eccle. Romana &c. Quia præscriptio tanti temporis non currit, vt ex themate pa-
12 tet. ergo †dicta ciuitas non sibi quæsiuit. verum quia dicta ciuitas, vt ponitur, est in quasi possessione iurisdictionis, non debet in ea molestari, donec legitimè conueniatur. vt ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. & no. de itin. actuq; priua. l.
13 j. §. j. in glo. mag. Quintò, an †emptor ille possit vti iurisdictione illa vendita extra dictum fundũ in castro suo, vbi aliàs habet iurisdictionem, & merum, & mixtum imperium. Ad ꝙ dico quod ista quæstio procedit in casu, in quo dictus venditor non perdidisset dictum ius per non vsum, quia non transisset in emptorem, vt supra dictum est: quo casu dico quod cum ista non sit noua, & separata iurisdictio à iurisdictione istius emptoris, sed est vna & eadem vt supra dixi, quod dictus emptor suum modum, & locum antiquum debet seruare. vt ff. de iust. & iur. l. pen. nec ẽt iudicium debet agitari in fundo. vt C. vti pos. l. j. in gl. clam à me, &c. Et ita dico ego Barto.

ADDITIO.

a Ber. Lan. ¶ Centum annorum. Vide Pet. de Anch. consi. 241. ꝫ. alleg.

CONSILIVM CXC.

1 *Nepotes instituti in certa re ab auo materno computant sibi dotem matris in legitimam.*

2 *Filius familiàs in bonis profectitijs, & aduentitijs non habet hæredem ab intestato.*

3 *Dos filiæ etiam relictis liberis, quòd de iure reuertatur ad patrem: licet de consuetudine ad filios.*

Gisbertus Dedit dotem pro filia, quę filia mortua est viuo patre, filijs superstitib. ad quos dos matris pertinet secundum consuetudinem no. in l. dos à patre. C. sol. mat. Nunc decessit dictus Gisbertus institutis nepotibus prædictis ex dicta filia incerta quantitate. dicti nepotes agunt nunc ad supplemen-
1 tum. Quæritur an dos †matris eorum quæ ad eos puenit,
a computetur in legitimam. [a] Et multi doc. & aduocati dicunt quod non computetur in legitimam. Nã legitima, seu supplementum debet fieri de substantia eius, de cuius substantia agitur. vt l. scimus. §. repletionẽ. C. de inof. testa. sed ista dos non est de bonis aui: nam bona aui exiuerunt. vt l. pater. in prin. ff. ad l. Fal. & ad Treb. l. mulier. §. cum proponeretur. & l. à filia. & ff. de colla. do. l. fi. ergo, &c. Prætereà ad istos nepotes non peruenit ista dos ex ꝑsona aui, sed ex persona matris dos est effecta eorum, ergo, &c. vt d. §. repletionem. Ex hoc apparet rñsum ad l. qñ nouella. C. de inoff. test. Contrarium dico quod ista dos computetur in legitimam, & sic probatur. Dos eo modo computatur in legitimam, quo venit in collationem, vt l. qñ nouella. in duo b. locis. dum dicit, eodemq; mõ. C. de inof. test. sed talis dos data à patre debet à nepotib. istis conferri. vt C. de col. l. illam. ergo concluditur quod est casus. d. l. illam. coniũcta. l. quoniam. Secundò probatur sic. certum est quod aduentitia non veniunt in collationem, sed solum profectitia ex bonis aui profecta. aliàs non venirent in colla. Sed dos est ex bonis patris profecta: ergo computatur in legitimam. & sic non ob. §. repletionem. quia ibi loquitur in his, qui capiunt quodam ad
2 uentitio iure. Tertiò probatur sic. certum est †quòd de iure antiquo filius fa. non habebat hęredem ab intestato, vt ff. de castr. pec. l. j. & ij. cum si. Et ibi no. expresè per gl. & ff. sol. mat. l. nupta. §. j. & l. filiæ meæ. per Azo in sum. §. fi. in rub. sol. mat. circa fi. sed de iure hodierno est correctũ in castrensi, vel quasi, & in aduentitio peculio: in profectitio remanent iura antiqua incorrecta. vt in auth. de hæ re. quę ab intest. §. si igitur defunctus. & ibi no. in gl. mag.
3 Illa verò filia, † quæ fuit dotata non transmittit illam dotem profectitiam ad suos filios iure hæreditario; cum hæredem habere non possit de iure communi. Sed illa dos quæ de iure secundum veram opi. debet reuerti ad patrẽ, vt no. in l. dos à patre. per consuetudinem aufertur patri & datur illis nepotib. non ergo ab eorum matre filij habent, sed ex vigore consuetudinis. meritò ergo tanquam de bonis patris profecta eis computatur in legitimam. Quartò probatur in l. oĩmodo. §. fi. C. de inoffi. test. vbi nõ requiritur quod ei qui petijt supplementum à patre sit datum, sed sufficit quod eius occasione ille qui petit supplementum acqrat. Ex prædictis apparet rñsum ad l. sancimus. quia loquitur de alijs quæ non processerunt directò à defuncto. vt ibi apparet. & sic respondetur ad alia.

ADDITIO.

a Legitimam. Vide Pet. de Ancha. consi. incip. visis diligenter. & consi. 303. incipiẽ. domi. Bar. Pau. de Cast. consi. 62. & 205.

Ber. Lan. ¶ Et concluditur quòd sic. Bal. in l. illam. C. de coll. & vbiq; videtur tenere contra superiorem consultationem, sed non est contrarius: quia concludit quòd quando filius habet dotem, vt hæres matris, quòd non tenetur conferre per rationes ibi positas per eum, quod non est in superiori consultatione, quia filij habent ex persona aui. & quod filij non teneantur conferre dotẽ maternam quando habent vt hæredes matris, tenuit Pet. de Anch. consi. 17. incip. visis diligenter verbis testamenti. & consi. 303. inci. do. Bar. Pau. de Cast. consi. 62. & 250. & seq. in quibus consilijs plenè hanc materiam discutit.

CONSILIVM CXCI.

1 *Fama cum dicto syndici deputati ad denunciandum maleficia quod faciat indicium ad torturam.*

Fama per se sola quando faciat indicium.

a Domino Paci [a] de burgo Sancti Sepulchri legũ doctori, defensori ciuitatis Tuderti. Su-

per

ADDITIO.

a Ber. Land. ¶ Domino paci. Addite Bal. item tenentem quòd fama vehemens facit indicium ad torturam in c. j. de pa. iur. firm. Vide Alex. consi. 5. & 143. lib.

BIU Cujas

1 per eo quod quærit veſtra prudentia,† an fama cum dicto ſyndici poſiti ad maleficia denuntiandum & referendū, qui ſuo iuramento deponit ita verum eſſe &c. Faciāt ſuf-
a ficientia indicia ad torturam.[a] ¶Viſis veſtris alleg. ſubtiliter factis, omiſſis gl. quæ dicunt q̄ fama facit ſemiplenā pbationē q̄ forſan vſquequaq; veræ non ſunt, & omiſſis q̄ doc. dicunt circa hoc, præcipuè Cy. in l. fi. C. de quæſtio. dico quòd fama per ſe ſola poteſt eſſe ita vehemēs quòd faceret indicium ſufficiens. vt l. ij. §. Labeo. ff. de aqua plu. ar. quandoque. n. fama per ſe ſola ſufficiat ad plenam probationem. vt de iure do. l. vbi. ff. ſol. ma. l. ſi conſtante. & ibi per Dynū. melius. ff. de flumi. l. j. §. j. & C. ſol. mat. l. ſi quidem. & ibi not. poſſet. eſſe fama ita debilis quòd non faceret indicium, ſed ſolum probaret ad coadiuuandum alias probationēs. vt l. iij. §. eiuſdem quoque principis ff. de teſtib. & tunc non ſufficeret, & cum hac diſtinc. debet intelligi. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. quæ dicit famam debere inſpici. hoc autem an fama ſit ita vehemens, vel non, facti eſt. & hoc eſt quod dicunt doct. eſſe in arbitrio iudicis, vt dicit Cy. in d. l. fi. in caſu tamen propoſito vbi eſt fama cum dicto illius officialis, qui hoc cū iuramento depoſuit, dico ex his duobus fieri ſufficiēs indiciū: caſus eſt, ſi bene inſpiciatur. C. de diuor. aut hodie & in cor. vnde ſumitur. Bar.

ADDITIO.

a ¶ Ad torturam. Vide latè Alex. conſi. 5. & 13. & 26. 1. lib. & conſi. 13. 3. lib.

CONSILIVM CXCII.

1 *Si vnus eſt ſtiplulatus nomine meo ſibi centum dari antequam cedantur mihi actiones poſſum debitorem liberare.*

1 **Stipulatus** Eſt aliquis nomine meo ſic, cētum ſibi dari† ex aliqua cauſa. ego illum debitorem liberaui ab illo ſtipulatore. Quæro an potuerim, ita quòd ille ſit ſecurus. quid vobis videtur. Ioannes aduocatus de caſtello. Videtur mihi quòd ſi quidem ille eſt ſtipulatus nomine veſtro in illis caſibus in quibus alteri acquiritur actio ſine ceſſione, quod tunc ſine dubio potuiſtis liberare: ille enim qui habet vtiles, liberat. vt l. ſi cum emptore. in princ. ff. de pac. & quia non poteſt agere ſine veſtri voluntate. vt ff. de procu. l. ſi procutor meus. Si verò fuerit de caſibus, in quibus vobis ſine ceſſione non acquiritur: tunc idem puto: quia potueritis liberare, ita q̄ debitori nata eſt exceptio doli ſaltem. vt d. l. ſi cum empto re. ſecundum vnam lec. & ff. de doli. excep. l. apud Celſum. §. mandauit. in gl. ſuper verbo; excipiendum, vbi dicit: vel dic quòd aut ego feci pactum &c. Pro hoc eſt caſus expreſſus in l. mulier bona. §. fin. ff. de iur. dot. pro hoc, quia vos poteſtis agere contra illum, vt debitorem liberet, vel aliud faciat prout vobis videtur. vt l. idemq́ue. §. ſi cui mā dauero. ff. mand. Et ita videtur mihi Bart. de Saxoferrato, ſaluo ſemper meliori iudicio.

CONSILIVM CXCIII.

1
2 *Libelli concluſio quando petitur remiſſio mercedis.*
Colonus quando teneatur purgare foſſatum fundi conducti, vel commune cum fundo.
3 *Culpa, vel negligentia vt probetur, debet certa probari.*
4 *Conductor petens remiſſionem ex duabus cauſis, ſi vnam probat, obtinet.*

Commune Lucignani locauit quoddam pratum, quod vulgariter dicitur Padule, ex quo facto ex his quę poſteà ſecuta ſunt omiſſo ordine conſilij ibi dati: & ait breuiter inferendo quod ibi erat vtile. ¶Ex hoc themate, plura dubia oriuntur. Primò qualiter debeat concludi in libello, dum petitur remiſſio mercedis. Secundò, an conductor teneatur mundare, & purgare foſſata, quæ ſunt in fundo cōducto, vel quæ ſunt communia vicino, vel alia quorum repletio fundo nocet. Tertio, ſi locator ponit fundum damnificatum eſſe culpa, vel negligentia conductoris, & teſtes hoc dicunt nulla facta expreſſione in quo fuit cōmiſſa culpa, vel negligentia, an culpa, vel negligentia ſit probata. Quartò, ſi conductor petit remiſſionem ex duab. cauſis, quārū quę libet per ſe ſufficeret, & vnam tantum probat, an debeat
1 obtinere. ¶Super primo† dubio, & in hoc cōſiſtit an dēat peti quòd iudex ipſe remittat, vel vt condemnet partem ad remittendum. vt no. ff. locati. l. ex conducto. §. ſi vis. & l. ſi vno. §. fi. & C. eo. l. licet. & l. emptor. & extra. e. c. pe. vbi dicitur remiſſionem faciendam, non tamen à quo, vel qualiter ibi dicitur. Puto autem altero de duob. modis poſſe concludi, vel quòd petat locatorem ad remiſſionē faciendam. hoc probatur. ff. locati l. ſi quis domum. §. fi. cū l. ſeq. & l. ſi in lege. §. fin. facit ff. de lib. leg. l. quod mihi. Secundus modus eſt, vt petat pronunciari ipſum non teneri ad mercedem præſtandam, ſeu vt locatori ſilentiū imponatur, hoc probatur. ff. de vſufruct. lega. l. quoties. §. colono. ibi, conſequenter, vt mercedes præſtent &c. Ex quo tex. ſatis colligitur illa concluſio, me non teneri ad præſtandas mercedes, de ſilentio imponendo facit. ff. de liber. lega. l. Aurelius, §. centum. cum ſua gl. & iſtos modos concludendi tangit gl. in l. licet. C. loca. in gl. parua ſuper
2 verſi. cui ſi bene inſpiciatur. ¶Super ſecundo, †videtur q̄ colonus non tenetur mundare niſi ſit actum, ſicut nec facere. vt ff. de loca. l. ſi in lege §. ſi domus. in glo. ſuper verſi. efficeretur. econtra videtur, vt teneatur. vt l. prædia maritima. §. fin. de fundo. inſtructo. vbi dicitur quòd talia legata, aliàs foſſata cedunt vēditioni: ergo eodem modo locationi: quia eiſdem regulis fulciuntur, vt l. ij. ff. loca. ſed cōcludendo dico quòd primò debet inſpici conſuetudo regionis: an conductores hoc conſueuerunt facere, vel nō. ea enim quæ ſunt in conſuetudine videntē deducta in conuentionem. vt C. loca. l. circa. de ædil. edic. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. de aqua plu. arcen. l. ſi prius. §. j. vnde conſulo quòd aduocatus actoris, vt rei, pro quo talis vſus facit, & conſuetudo, de hoc faciat ſuam poſitionem. Si verò hoc non apperet, dicerem, animaduertendum tunc, an purgatio ipſius foſſati pertineat ad perpetuam vtilitatē rei, quia rarò mundantur, & tunc non ſpectat ad colonū: quia eſt impenſa neceſſaria, quā etiam vir repetit ab vxore ff. de impen. l. impenſę. ibi aggeres, &c. Quia aggeres in rebus dotalib. ſunt, idem eſt dicere quod foſſata. vt d. l. p̄dia. §. ſi ita legatum. Si verò illa purgatio fieret ad præſentis temporis vtilitatem, & omni anno forrè debeat fieri, & pertinet ad colonum: quia talis impenſa debet cum fructibus compenſari. vt l. iij. §. j. ff. de impen. Præterea ad colonos pertinet cultura prædij. vt ff. loca. l. ſi merces. §. conductor. ſed hoc pertinet ad fundi culturam. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. de eo opere. ergo, &c. Et prædicta intelligo ſiue foſſatum ſit fundi locati, ſiue ſit ſibi commune cū alio, vel ſit omnino alterius, eo caſu quo habet ius purgandi, vt colligitur. ff. de aqua pluuia arc. l. ij. §. j. & ij. ¶Super ter-
3 tio dico† quòd talis poſitio ſit incerta, & dicta teſtium ſimiliter ſunt incerta: & ſic tanquàm incerta non concludunt, quia quando culpa obijcitur alicui ſine agendo ſiue excipiendo ſiue denuntiando debet obijci certa, & limitata agendo, vt patet. ff. de iniur. l. prætor. in princip. & ff. de accuſ. l. libellorum, in prin. cum ſimilib. excipiendo expreſſum eſt extra, de elect. c. vt circa. lib. 6. de teſt. c. præſentium. eodem lib. circa denunciationem. ff. de adul. l. denuntiaſſe. §. quid ergo ſi tm̄. & quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. j. Item confeſſio, vel poſitio incerta nullius eſt effectus. vt l. certum. in princ. ff. de confeſſ. & de interro. actio. l. de ætate. §. nihil. ¶Super quarto † dico quòd
4 debet obtinere. pro hoc expreſsè tex. cum gl. extrà, de teſtib. c. ij. & hoc eſt propter quod vtilis cumulatio[a] eſt, qa ſi ex vna cauſa ſuccūbat quis, poteſt obtinere ex alia. vt no. in l. edita. C. de eden. & per Dy. in c. nullus pluribus. extrà, de re. iur. lib. 6. nec ob. quod poſſet dici, quòd videtur ſe aſtringere, vt extra, de prob. c. licet cauſam: quia illud valet quando in vna eademque oratione ponit vnū qualificatiuum ipſius, vt in exemplo ipſius c. ſecus ſi ponuntur plures orationes per ſe, vt in caſu noſtro. Et ita dico ego Barto.

ADDITIO.

a ¶ Cumulatio. Vide Rom. conſi. 483.

CONSILIVM CXCIIII.

1 *Vxor quæ fuit hęres inſtituta, & rogata à viro de reſtituendo pro anima cui voluerit, ſi reſtituit ſpurio, an præſumatur ſic fuiſſe rogata. quod non.*
2 *An præſumatur rogata eo quia omnia ſpurio reſtituit, quod non.*
3 *Poſitioni an fuerit hæres rogatus reſtituere hæreditatem ſpurio, quis tenetur reſpondere.*
4 *Fiſcus propter incapacitatem ſpurij, cui erat fidei commiſſum reſtituendum detecto fideicommiſſo poſt mortem ſpurij quando habeat bona.*

Cechus De Spoleto habens vnum filium ſpuriū condidit teſtamentum, in quo vxorē ſuā
1 inſtituit ſibi hæredem, eamq; rogauit† quod poſt mortē ſuam daret pro anima ſua illis perſonis, quib. ſibi videbitur. Qui teſtator deceſſit nullis alijs relictis, niſi dicto fi-

lio

lio ſpurio: & vxor eius hæreditatem adijt. deinde dicta vxor teſtatoris condidit teſtamentum in quo quaſi omnia bona viri ſui reliquit dicto ſpurio teſtatoris. deinde dictus filius ſpurius mortuus eſt ante dictam vxorem. dicitur modo dictam vxorem fuiſſe tacitè rogatam de reſtituendo ſpurio. ¶ Ex iſto themate quæritur primò an præſumatur tacitè dictam vxorem fuiſſe rogatam de reſtituēdo illi ſpurio ex eo ꝙ ſic coniuncta erat defuncto, quia vxor. Secundò an preſumatur tacitè rogata ex eo ꝙ quaſi omnia bona dicti viri reliquit dicto ſpurio. Tertiò ſi prædictæ præſumptiones nō ſufficiunt, an dicta domina poſſit cogi reſpondere poſitionibus factis ſuper hoc, ſcilicet an ſit rogata, vel nō. Quartò poſito quòd probetur quòd ſit rogata, an ex eo quod dictus ſpurius deceſſit ante vxorem, prohibeantur bona in fiſcum deferri. Iſta dubia colligo ex themate prædicto. ¶ Super primo puncto dico ꝙ licet propter coniunctionem perſonæ facilius fraus præſumatur: tamen hoc ſolum quo ad præſumptionem non
a ſufficit. [a] ff. de his qui. vt indig. l. 1. in princ. ¶ Super ſecun-
2 do puncto plus† dubij eſt: primò videtur hoc ſufficere ad fraudis præſumptionem: quia reliquit omnia bona. vt l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraud. credi. & l. qui teſtamentum. cum ſua glo. ff. de probatio. Prætereà ſpurio bona patris reperto poſſidere præſumitur fraus, quod ei pater per interpoſitam perſonam reliquerit. vt C. de natu. lib. l. 1. vbi videtur tex. & ibi de hoc ponit Iaco. de Belu. vnam ſuam diſputationem, probatur. C. eod. titu. l. 3. §. fina. Sed certè licet prædictæ præſumptiones multum vrgeant: tamē ex hoc nō credo probari ipſam tacitè fuiſſe rogatam, quod maximè ex eo percipitur, quòd in teſtamento expreſsè fuit rogata poſt mortem ſuā reſtituere illis perſonis, quibus ſibi videbitur: cum ergo expreſsè rogetur, licet perſona cui debet fieri reſtitutio non nominetur, tamen non dicitur tacitè rogata. vt l. non intelligitur. in princip. & §. 1. de iure fiſ. & ibi no. Prætereà cum dicta domina teneatur ex cauſa fideicommiſſi eligere perſonas, & eis reſtituere, non poterit eligere ſpurium: quia illi qui capiunt ex iudicio iſtius vxoris rogatæ videntur capere à defuncto. vt l. vnum ex fa. §. 1. de leg. 2. ſed ille ſpurius non poteſt capere ex voluntate patris, vt iura vulgaria dīt, ergo, &c. Ad quod facit. C. de dona. cauſa mor. l. quòd conditio & de vulg. & pup. l. ſi is qui. vnde teſtator nō videtur eam rogaſſe de reſtituendo illi ſpurio. Prætereà cum fuerit ſibi commiſſum quod eligat, vt ſibi videbitur, intelligitur ad arbitrium boni viri. vt l. fideicommiſſaria libertas. ff. de fideicommiſ. lib. ſed bonus vir non daret ſpurio, ergo, &c. Nec obſt. de leg. 1. l. Lucius. vt ibi no. in gl. Prætereà ibi teſtator ſenſit de certo nomine, hic non: & ideo non fuit ſibi data fides de reſtituendo non capaci. ſed ſi hęres eligeret indignum malè faceret. vt l. cum quidam. ff. de lega. 2.
3 ¶ Super tertio an† poſſit cogi reſpondere. dubium facit, quia iura canonica dicunt, ꝙ quis non deberet ſe prodere. vt infrà allegabo. Item dicunt glo. noſtræ, ꝙ iſtis interb rogationibus, per quas alicuius turpitudo detegitur [b] nō debet cogi reſpondere. vt no. ff. de iureiur. l. qui iuraſſe. §. ſi pater. de except. rei iudi. l. ſi à te. in princi. Sed contra dico ꝙ reſpondere tenetur. Hoc probatur per iura ciuilia. Primò, vbi quis cogitur per ſacramentum reſpondere an deliquerit, vel non. vt ff. rer. amota. l. Marcellus. §. 1. & de iniur. l. lex Corne. §. hac lege. & de re iud. l. 4. §. 1. & ꝙ ibi not. hoc habemus expreſſum in caſu noſtræ q. ff. de iure fiſc. l. non intelligitur. §. tacita. in glo. parua, quæ dicit per cōfeſſionem &c. Vnus ergo modus probandi tacitè fideicommiſſum eſt per confeſſionem. & ſic ſatis innuit de hoc fieri debere interrogationem. Prętereà hoc videtur expreſſum in l. vbi quis tenetur reſpondere per iuramentum an poſſideat, vel dolo deſijt poſſidere. vt ff. de noxal. l. prętor. §. quoties. de rei ven. l. qui petitorio. in princ. facit ad hoc optimè glo. ff. de offic. aſſe. l. 1. ſuper verſi. poſtulationibus. vbi aliquis interrogatur de ſua turpitudine, & cogitur reſpondere. Nec obſt. quod canonicę dicunt: quia verum eſt etiam ſecundum eos: quia in his criminibus, quę impediunt retentionem beneficij, tenetur quis reſpondere: ita tenet Specu. in titu. de poſiti. §. 7. ver. 59. & Innoc. de elect. c. dudum. de accu. c. inquiſitionib. ſed in propoſito tale crimen impedit retentionem beneficij, quia iſta domina ſi hoc commiſit, eſt indigna tenere hęreditatem & poſſidere mala fide, & teneretur de fructib. C. de his quib. vt indig. l. fin. ff. eo. l. eum qui tacitum. ergo manifeſtè concluditur eam cogi huic poſitioni reſpondere. Nec ob. ꝙ not. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. & l. ſi à te. ff. de except. rei iudica. quia illud ideo; quia per illas interrogationes examinaretur ꝙ deciſum eſt ſententia, vel iuramento, ꝙ iudex pati non debet. vt l. ſi duo patroni. §. idem Iulia. ff. de iurciuran.
4 ¶ Super quarto† puncto dico ꝙ eſt conſiderandum diligēter an dicta domina aſſumpſerit in ſe tacitam fidem de reſtituendo fideicommiſſum ſtatim, an de reſtituendo poſt mortem ipſius dominę. Primo caſu, licet ille ſpurius ſit defunctus antequam ipſa domina reſtitueret, nihilominus habet locum ius deferendi in fiſcum, vt expreſsè colligitur. ff. de iure fiſ. l. edicto §. reſtat. Si verò fuit rogata reſtituere poſt mortem ipſius dominę, & tunc quia dictus ſpurius deceſſit ante diem legati cedentem, non poteſt deferri in fiſcum vt l. fina. ff. de his quib. vt indig. quia tempus in quo cedit, inſpicitur. vt l. non intelligitur. §. quando autem. ff. de iure fiſc. Bar. de Saxofer.

ADDITIONES.

a Ber. Land. ¶ Non ſufficit. Vide Bal. conſi. 75. 1. lib. vbi alleg. hoc conſilium.
b ¶ Detegitur. Vide Old. conſi. 329.

CONSILIVM CXCV.

1 *Emens à duobus cum pacto reuendendi non tenetur vni ſoli reuendere.*
2 *Obligatio rem tradi dicitur indiuidua.*

Angelotus, Et Andreolus dederunt dominę Margaritę in ſolutum medietatem vnius molendini pro certa quantitate pecunię, hoc pacto ꝙ dicta domina teneatur eis reuēdere. inf. duos annos, ſi voluerint reemere. Nūc vnus vult reemere partem ſuam; alter non; quęritur an illa teneatur reuēdere? Super
1 hoc puncto† videtur de iure dicēdum ꝙ dicta domina re-
a uendere [a] non teneatur, cum datio in ſolutum fuit facta pro vna quantitate, ſeu vno pretio. vt l. quod autem. §. fin. & l. ſeq. & l. quòd ſi vno. ff. de in diem addict. vbi eſt caſus noſtrę. q. nam veriſimile eſt contrahentes voluiſſe, uel totam reemere, uel totam retinere, quod non pars remaneret apud eam. vt d. l. quòd ſi vno. in prin. & de ſol. l. ſi quis aliam. Prætereà quando in perſona duorum ponitur conditio, ſeu facultas aliqua, quæ conſiſtit in faciēdo, vel miſtim dando, vel faciendo, tunc nō poteſt impleri per vnū pro parte. vt ff. de man. teſta. l. ſi fuerit. in princ. & §. quæſtio hæc. & quod no. C. de condit. inſer. l. ſi plures. ſed in iſta q. in perſona duorum eſt appoſita conditio, ſeu facultas quædam ſi voluerit reemere, & maximè conſiſtens in dando. & faciendo. vt l. conſilio. de cur. fu. & ibi no. ff. ſi cer. pet. l. certi condictio. in 4. glo. ergo non poteſt diuidi, & per vnum pro parte impleri. ¶ Non ob. l. ſi quis legata. §. fi. de condi. & demon. & l. fi. eo. titu. quia ibi loquitur in conditionib. quæ conſiſtunt in merè dando: hic ſecus, vt dictum eſt: & quia ibi loquitur in legatis vbi fauorabilis fit interpretatio pro legatario contra hæredem ſcriptum qui certat de lucro, vt regulariter fit in teſtamentis. hic verò loquitur in contractibus in quibus intereſt contrahētis ne pars tantum remaneat. hęres verò ſiue totum, ſiue pars apud eum remaneat. ſemper lucratur. argu. pro illa ratione. ff. de cōtrah. emp. l. fundus ille. & quod ibi no. nec ob. ff. de verb. ob. l. eadem. §. Cato. vbi dicitur, quòd factum diuiduum poteſt pro parte impleri: quia poſſumus dicere, quod ſit factum indiuiduum. Nam in contractu vē
2 ditionis† venit in obligationem rem tradi. l. ex empto. in prin. de act. empt. ſed rem tradi dicitur factum indiuiduū. vt l. ſtipulationes non diuiduntur. ibi, fundum tradi, &c. ff. de ver. ob. Prætereà ibi loquitur quando factum eſt in obligatione. hic verò non eſt in obligatione, ſed in conditione, vel facultate quadam ex parte Angeloti, & Andreoli: ergo conditio non debet ſcindi, ſeu diuidi. vt l. cui fundus. de condi. & demon. vt ſuprà probatum eſt. Concluditur ergo dictam dominam non poſſe cogi reuendere partem illius rei ſibi datæ in ſolutum. Bar.

ADDITIO.

a Ber. Land. ¶ Reuendere. Quid ſi vnus vendit rem duorum, & vnus ratificet alter non quid fiendum. vide Bal. conſi. 198.

CONSILIVM CXCVI.

1 *Rector prouinciæ quòd non poſſit iuriſdictionem competentem vni ciuitati alij concedere.*
2 *Papa poteſt confirmare geſta per ipſum antè papatum: & facta per eum, vt gubernatorem, vel rectorem alicuius prouinciæ.*
3 *Clauſula, ex certa ſcientia, appoſita in confirmatione, confirmat quod eſt inualidum, & remouet omne obſtaculum.*
4 *Rector prouinciæ poteſt dici legatus.*

Confir-

BIU Cujas

5 *Confirmatio conceſsionis quòd intelligatur facta de ea quæ apparet.*
6 *Comitatenſes, quòd veniant appellatione ciuium, niſi ponerentur, vt ſpecies ſeparatæ.*
7 *Poſſeſſio quid releuet in conceſſione iuriſdictionis.*
8 *Ciuitas Camerini quod non ſit prouinciæ ducatus Spoleti.*
9 *Ciuitas poſſidens, & non ij qui poſſidentur, debet conueniri.*

Ciuitati Camarin. Prouincię Marchiæ conceſſa fuit per dñm Simbaldum tituli ſancti Laurentij in Lucina diaconum Cardinalem plenaria iuriſdictio quibuſdam caſtris, & villis, inter quæ ſunt quædam caſtra, quæ dicuntur eſſe in ducatu Spoleti, & hoc conceſſit vt rector Marchiæ, Anchonæ, qui dominus Simbaldus poſteà factus Papa, & vocatus Innocentius tertius, dictam donationem, & conceſſionem confirmauit per hæc verba. Conceſſiones omnes & ſingulas quas fecimus ciuitati Cameri. Prouinciæ Marchiæ Anchonę, dū in ea legationis officio fungebamur auth oritate apoſtolica confirmamus. & dictum commune fuit in poſſeſſione dictæ iuriſdictionis. lxxx. annis, & vltrà. Dictus Dux Spoleti facit requiri aliquas ex dictis vniuerſitatibus, quas dicit in ducatus eſſe, & ab eis petit quòd in ſua curia reſpondeant in ciuilibus, & criminalibus: & quod faciant exercitium, & alia quæ faciunt ſubditi, quæritur quid iuris. Ex hoc puncto plura dubia oriuntur. Primò an conceſſio facta per dictum dominum Simbaldum Rectorem Marchię valuerit. Secundò poſito quod non valuerit, an confirmatio poſteà facta per eundem Papam poſteà factum roboret. Tertiò, quia in conceſſione dicit, vt rector, in cōfirmatione, vt legatus dicit, dum legationis officio fungebamur, an hoc vitiet. Quartò, ꝙa dicta ꝯfirmatio nō refert ſe ad certam conceſſionem, ſed dicit ſimpliciter ꝯceſſiones, quas fecimus &c. An hoc impediat. Quintò, quia in confirmatione dr̄ cās ciuium noſtrorum, vtrum referatur ad cās comitatenſium. Sextò, an poſſeſsio quam habet cōe Camerin. releuet dictas vniuerſitates poſſeſſas. Septimò, an prefatus Dux debeat agere contra dicta caſtra, vel
1 contra Ciuitatem Camerini. ¶Super primo† an conceſſio facta per dictum dominum Simbaldum rectorē Marchiæ valeat. dico quod non: quia rectores prouinciarum tales conceſsiones facere non poſſunt. Caſus eſt. ff. quod vi aut clam. l. prohibere. §. planè facit C. de tranſactio. l. preſes. de pact. l. pactum curatoris. cum ſi. in Regib. tamen qui ſunt hodie per mundum per conſuetudinem iuriſdictionis eorum aliud puto: vt vī caſus extra, de re iudi. c. Abbate ſanè. ver. ſed ad hęc. ergo idem in preſidib. prouinciarum, qui non hñt tantam iuriſdictionem. Pro hoc facit, quia præſes abdicare à ſe non pōt iuriſdictionem, niſi in manib. ſuperioris, vt l. pen. s̄. de offi. præſid. ¶ ſuper ſecundo. ſ. †
2 an per confirmationem poſteà factam roboretur? dico quod ſic. vt d. l. prohibere. §. ſanè. ver. ſed ſi à principe. & quia non eſt dubium principem poſſe quib. vult ordinariam iuriſdictionem concedere, ſiue priuatis homi nib. ſiue ciuitatib. vt ff. de iuriſ. om. iud. l. more. & l. & quia. & quod ibi no. facit quod not. in cor. de defen. ciuit. §. iuſiur. & quod ibi no. in fi. magnę gl. vbi no. de priuilegijs ꝯceſsis ab Imperatore Federico Lombardis ad idem. ff. de cenſi. l. j. & l. fin. vbi ponuntur quædam ciuitates, quib. ſimi lia priuilegia ſunt conceſſa, & de eius poteſtate diſputare ſacrilegium eſt. C. de ſacr. l. ij. Nec ob. ſi dicatur quod dicta confirmatio fuit facta in forma cōi, & ſic non valet, vt extra, de confirm. vti. vel inuti. c. examinata. quia non eſt verum ꝙ fuit facta in forma cōi. non enim fuit dictum, ſicut
3 prouidè factum, &c. Sed †confirmatio fuit facta ſimpliciter, & ex certa ſcientia. [a] & ſic quod eſt inualidum confirmat. extra de confirma. vti. vel inutil. c. 2. & no. de conſti. c. cum acceſsiſſent. & per Abb. & Ioan. And. & Archi. eo. ti. c. 1. lib. 6. Præterea cum dicta conceſſio fuerit facta per ipſum Papam, tunc rectorem Marchiæ, debet dici factam fuiſſe ex certa ſcientia, cum de ſuo facto faciat mentionē, in quo ignorantia non præſumitur. ff. ad Velleia. l. quanquam. & de acq. hære. l. cum falſum. facit quod no. de noua. l. ſi quis delegauerit. & de leg. 1. l. ſi res obligata. cum ſi. & cum Papa aliquid ex certa ſcientiam diſponit, videtur obſtaculum tollere. vt ff. de excu. tut. l. idem Vlpi. & de re iudi. l. quidam conſulebant. ad idem facit quod not. C. de appellatio. l. eos. in gl. quæ incipit, nam antè, &c. C. q admit. ad bono. poſ. l. bonorum. ibi ſciens &c. facit quod no. per glo. & doctores. C. ſi contra ius, vel vtili. publi. l. fina. ¶Super tertio, quia in conceſſione dicit, vt rector, in confirmatione dicitur cum legationis officio fungeremur, an hoc vitiet? & videtur quòd ſic, quia non videtur loqui de
4 ea conceſsione, quam fecit, vt rector; ſed dico† quòd non ob. quia ille qui eſt rector prouinciæ, poteſt dici legatus, vt l. pen. ff. de offic. præſi. & ſic fungitur legationis officio. caſus ergo videtur in præalle. l. pe. Præterea nomen rectoris, ſeu præſidis eſt generale, vt comprehendat oēs alios rectores legatos quocunque nomine cenſeantur. vt ff. de offi. præſi. l. 1. cum igitur de alia conceſsione nō appareat, ad illam debet referri, vt ſtatim dicam, cum verba confir-
5 mationis† hoc patiantur, vt dictum eſt. ¶Super quarto: ꝙa dicta confirmatio non fuit facta per relationem ad certā conceſsionem, nunquid hoc vitiet; & fortè poſſet dici ꝙ ſic, quia fortè Papa ſenſit de alia confirmatione, quàm ſit iſta, quæ producitur. Contrarium dico, quòd cum nulla alia appareat, de iſta debet intelligi Papam eſſe locutum. ff. de iure fiſ. l. non intelligitur. in princip. & §. 1. Secundum veram opi. ibi teſtator dixit, rogo ꝙ detis ea quæ petijt. intelligitur loqui clarè de his, quę apparent in teſtō, nec intelligitur loqui de eo, quod non apparet. Ad hoc facit qđ nota. ff. de excep. rei iudi. l. ſi quis ad exhibendum. pro hoc facit quia in confirmatione dixit, conceſsiones omnes & ſingulas. Vnde poſito ꝙ alia conceſsio appareret, & illa intelligitur confirmata ex vigore illorum verborum generalium, vt l. ſi ſeruitus. ff. de ſerui. vrb. prædi. & C. de præſcrip. xxx. annorum. l. omnes. de lega. 3. l. ſi chorus. cum ſi-
6 milib. ¶Super quinto, †quia in conceſsione dr̄ cās ciuiū, an trahatur ad cauſas comitatenſium. ad quod dico quòd ſic. Primò, quia ſi quis verba conceſsionis inſpexerit, ibi hoc dicitur expreſsè. hæc enim ſunt verba conceſsionis circa finem. In quo diſtrictu, & dictis villis, & caſtris, & hominibus, & etiam omnibus quæ ad communium cauſam pertinent plenariam iuriſdictionem concedimus ſicut aliqua ciuitas plenius habet. Apparet ergo quòd iuriſdictio, quam habet in ſuos ciues, conceſſit in ſuos comitatenſes. Præterea, poſito ꝙ hoc non dicitur, tamen idem eſt, & probatur quòd appellatione ciuium continentur comitatenſes, vt ff. ad munici. l. qui ex vico. coniuncta. l. ciues. C. de incol. lib. 10. Præterea idem eſt dicere ciues Camerini, & Camarinenſes, vt probatur ff. ad municipa. l. 1. ſed ille qui eſt de comitatu, dicitur Camerinenſis, vt d. l. ꝙ ex vico. vbi glo. dicit de Virgilio, ergo comitatenſes ſunt ciues. Præterea quando aliquid relinquitur ciuibus, non debetur tantum illis, qui ſunt intra muros, ſed omnibus ideo adminiſtratores Reipub. capiunt. vt ff. de reb. dub. l. ciuibus. & ff. de leg. 2. l. Lucius. §. ciuibus. & ſic patet quod comitatenſes continentur. Præterea ciuitas ponitur aliquando pro loco muris circundato, & muro finitur, vt l. 2. de verbo. ſigni. & l. Alphenus. eod. titu. ext. de ſenten. excommun. c. ſi ciuitas. lib. 6. Quandoque ciuitas ponit pro coadunatione hominum: & tunc continentur etiam ruſtici. Caſus eſt in l. fin. ff. de nundi. ita in propoſito. nec ob. ext. de reſcrip. c. Rodulphus. quia fateor quòd appellatione eorum, qui ſunt in diœceſi, non continentur ciues illi, qui ſunt de ciuitate. arg. C. ne ruſti. ad vllum obſe. deuo. l. 1. lib. 11. Sed appellatione ciuium bene continentur comitatenſes, niſi ciuis poneretur ad differentiam comitatenſis, quia tunc ponerentur vt ſeparatæ ſpecies. ¶Super ſex
7 tò, †an poſſeſſio quam habet commune Camerin. eum releuet in aliquo? dico quòd ſic. primò, quia cōceſſio, ſeu priuilegium in aliquo deficeret, curſus tanti temporis habet roborare. vt C. de fun. patri. l. fin. lib. 11. Item in alio, ꝙa cum ciuitas Camerin. ſit de Prouincia Marchiæ, & à rectore Marchiæ imponantur onera perſonalia: & etiā alia quæ imponuntur perſonis pro reb. illa onera potuerunt imponi etiam pro rebus quas habet extra Marchiam: ꝙa ſicut Camerī. poteſt in Marchia pro illis rebus conueniri, vt l. fina. de præſcrip. long. temp. C. & vbi in rem act. l. fi. ita poterit etiam his oneribus, quę imponuntur perſonis
8 pro rebus grauari, cum† dicta ciuitas Camerin. in hoc à dicto Duce Ducatus grauari non poſsit cum nō ſit prouinciæ ſuæ. vt ff. de mun. & honorib. l. reſcripto. §. fina. & no. C. de mu. pa. ſuper rub. Nec obſt. quòd no. C. de muli. & in quo lo. l. 1. lib. 10. immo facit pro, ſi bene aduertatur: nam pro poſſeſsionibus, quas officio poſsideo, nō imponitur mihi onus. ratio, quia alibi teneor ſoluere cōtributiones & tributa, vt ibi no. ſed pro prædijs Italicis non ſoluuntur dicta tributa, cum ſint libera. vt C. ſine cen. vel reli. l. fin. & ibi no. ergo patet quòd illa ratio ceſſat, & ſic in loco domicilij imponetur perſonæ, & rebus alibi poſitis. ¶Super ſepti-

ADDITIO.

[a] ¶Certa ſcientia. Vide Abb. conſi. 61. 2. lib. Rom. conſi. 98.

9 septimo,† dico cum dictæ vniuersitates quasi possideantur à communi Camerin.& illi communi faciant omnem subiectionem, vt in themate proponitur. d. Dux ducatus non potest conuenire illas vniuersitates, vel molestare; sed contra commune Camerin.debet agere coram iudice competenti.non enim ille qui possidetur,sed ille qui possidet,debet conueniri.vt ff.de lib.hom.exhi.l.1. §. per hanc. facit.ff.ad muni.l.de iure.extrà,de maio.& obe.c.inter quatuor.facit de reseri.c.auditis.& de proba.c.licet causam.& de resti.spo.c.pisanis. cum ergo ciuitas Camerin. sit conuenienda,quæ non est de prouincia ducatus, ergo pro dictis præstationibus Dux ducatus nō est iudex competens. Bar.de Saxoferrato.

CONSILIVM CXCVII.

1 *Instrumentum,in quo notarius non posuit diem quòd non sit nullum, nisi sit de his,quæ necessariò fieri debent in scriptis.*

2 *Notarius qui omisit ponere diem, vel annum, an possit postea illud addere, remittit.*

1 **Reperitur** Instrumentum publicum†manu notarij, in quo dies non fuit apposita, an valebit? & videtur quòd non; quia dies est de substantia,siue de solemnitate instrumenti. vnde si deest, dicitur non valere.arg.in auth.vt præpo.no.impe.coll.5. & in authen.quib.mod.natu.effi.leg.col. 7.§.ad hoc.C. de apo.pu. l.1.lib.10.C.de diuer.rescrip.l.3.& de contrahen.& commi. stipu.l.optimam.Econtra videtur quòd valeat,vt in 1. consti.C.§.quibus.ver.& si qua earum.& C.de iust.codice confirman.§.fina.versi.nullaque dubitatione.& ei si quid deficiat de solennitatibus, non tamen vitiatur negotium. vt ff.de ventre inspic.l.1.in fi.C.de testamen.milit.l.milites. ff.de in integr.restitut.l.diuus. Distingue, an sit tale negotium quòd debeat fieri in scriptis omnino:aut nō. Primo casu,si erat tale quòd omninò scripturæ solennitatem exigebat,& dies defit, dico quòd res non valeret. C. de fide instrum.l.contractus. sinautem scripturæ solennitates nō exigebat, sed ad hoc fuit facta charta, vt id quod factum erat,probabilius probaretur,& tunc videtur dicendum q̄ charta valeat.ff.de fide instrum.l.1.& l.pen. & ff. de pigno.
2 l.contrahitur.Sed quid†si tabellio fecit instrumentum, &
a omisit aliquid de solennitatibus errore lapsus,[a] & posteà per diem, vel per annum ille, cui facta est charta non habet illam diem,vel solennitatem;dicit tabellio,ego recordor illa die qua fuit factum instrumētum,paratus sum ponere,nūquid potest? videtur quòd sic,quia veritas scripturæ potest probari per ipsum authorem,qui fecit.vt C.ad l. Cor.de fal.l.si quis decurio.Circa hoc vide Iac.But.& Cy. in l.Imperator.de statu.ho.& in Spec.in tit.de instr. edi. §. instrumentum ergo publicum.ver.quid ergo & versi.seq. vbi plenius.Bar.de Saxoferrato.

ADDITIO.

a Ber.Land.¶Lapsus.Vide Ang.consi.291.

CONSILIVM CXCVIII.

1 *Institutio filij facta à patre sub conditione potestatiua valet. Conditio si filia nascatur,& intrauerit monasterium,aut se maritauerit,quòd reijciatur.*

2 *Ratio quòd magis attendi debeat,quàm dictum. Intellectus l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.test.*

3 *L.iam dubitari.ff.de hære.insti.in quo dicatur correcta.*

In nomine Domini Nostri Iesu Christi. eiusque matris gloriosæ Virginis Mariæ, totiusque curiæ cœlestis.
1 amen.In quæstione†prædicta omissa narratione facti gratia breuitatis iuxtà morem legistarum secundum ea, quæ proponerentur.Videtur modò de iure dicendum testamē tum dicti Hug.tenere debere:ratio,quia ipse instituit ventrem vxoris sub conditione duplici, scilicet si filia fœmina nascatur, & si ingrediatur monasterium, aut se maritaret,quæ conditio est potestatiua: vt d. l.1. C.de institu. vel substi.l.in testamento.la 2.ff.de condi. & demon. & sic istis conditionib.à iure reiectis, remanet substitutio tanquàm pura.vt l.quoniam in priorib.C.de inofficioso testamen.quæ loquitur in potestatiua conditione, non in casuali,vel mixta:probo per principium d.l.quæ loquitur in testamento valido,olim per querelam rumpendo. & hoc
2 probat ratio in princ.ibi posita,† quæ magis debet attendi,quàm dictum.vt l.cum pater.§.dulcissimis. de lega. 2. & dē calum.l.hæc actio.de acquiten.possess.l. si id quod. & de iure patrona.l.adigere.§.quamuis.cum igitur in princip.d. l.in tali testamento rumpendo olim per querelam, loquàtur.ergo & sequens principium dictæ.l. in eo debet intelligi:quia à primordio tituli,&c.vt ff. de iur. & fact.ignoran. l.2.§.licet. C. de imponend. luc. descrip.l.1. libro 10.& hoc probat apertè totus tenor. dicta l. quoniam in prioribus. si bene aduertantur eius verba:hoc etiam probatur, quia d.l.refertur ad l.omnimodo.præcedentem, quæ in tali testamento loquitur.igitur ista sic debet intelligi.arg. in authen.de filijs ante dota.instrumen.nat.§.fina.colla.6. Item hoc probat dicta l.omnimodo.vnde si non præterit, quia iura nullitatis testamentorum in sua firmitate conseruat. nec auth. corrigit iura vetera in conditione casuali, vel mixta,vbi olim testamentum erat nullum, ergo & hodie: vt C.de institu.& substitu.l.si pater. ff. de hæredi. institu. l. suus quoque.& cum hac distinctione potest saluari quod no.in dicta.l.licet Cyn. de hoc faciat dubitando magnam
3 filateriam in d.l.si pater.Nec obstat†opin.meæ.l.iam dubitari.ff.de hæredi.institu.quia dico quòd in conditione potestatiua,quæ pendet ex sola filiæ voluntate, non corrigitur dicta l. in ea quæ non respicit factum extrinsecum, vt hic.Item non obstat.ff.si quis omis.causa testamen.l.1.§. q sub conditione.quia dico quòd talis institutio dicitur pura quo ad hoc,vt valeat.verè autem conditionalis est quo ad moram & onus.& conditiones. quod apparet apertè. quia tollitur per dictam.l.quoniam in prioribus. & sic remanet institutio tanquam pura.hoc sentit Guliel.in dicta l. quoniam in prioribus.Et ita consului in ciuitate Veronæ postquàm Paduam accessi.& pet hoc cessat.l. commodissimè.& l.cum sub conditione.& l.posthuma. ff.de liberis & posthum.Raynutius de Forli.in eodem facto,& contra Barto.

CONSILIVM CXCIX.

1 *Falsitas quid sit,& quòd requirat dolum.*

2 *Si vnus fecit fieri falsam relationem notario, licet non dicatur fecisse fieri falsum instrumentum,punitur tamen de falso.*

3 *Statutum quòd pro maleficio commisso in palatio pœna duplicetur, intelligitur de maleficio quod indifferenter committi potest in palatio,& extra.*

a **Tudertinus** [a] Quidam veniens coram iudice dixit notario, scribe. talis nūtius retulit se citasse prout in hac schedula continetur, præsente nuntio,& confitente,schedula non perlecta, & notarius nullius malignitatis conscius ita scripsit. nuntius etiam caruit dolo,& ob hoc ille Tuderti. consecutus est à iudice pronūciationem,quam optabat. deinde repertum est,& confessatum per eum,quòd vnus de contentis in dicta schedula non fuit citatus. Ex hoc insurgunt duo dubia.Primò,an veniat puniendus tanquàm fieri faciens falsum instrumentum,vel tanquàm fieri faciens falsam relationem,vel non.Secundò,si veniat puniendus, an veniat duplicanda pœna statuti loquentis quòd pro maleficijs
1 commissis in palatio pœna duplicetur. ¶† Circa primum est sciendum quid sit falsitas. & licet lex dicat quòd falsitas nihil aliud est quàm immutatio veritatis in authē. de instr.fide & cau.in princ. & etiam dialectici dicunt, quòd omne non verum est falsum; tamē fm legistas, hoc non est verū,qa oē nō verū nō est falsum,sed requirit dolus in committente,vt C.de fal.l.nec exemplum.Item non omnis non dicens verum etiam dolosè dicitur committere falsum,vt l.quid sit falsum.ff.de fal.tex.in dicta authen. debet intelligi si fiat dolo,& adsint alię qualitates,quę requiruntur à lege.vt probatur in d.l.quid sit falsum. Hoc præmisso,dico hunc non posse puniri tanquàm fieri facientem instrumentum falsum : quia falsum instrumentum
2 †non est factum, cum notarius caruerit dolo. [b] Item nec
b tanquàm fieri faciens falsam relationem,cū nuntius non commisit falsum,cum dolo caruerit. Cum igitur principalis non commiserit falsum, nec iste potest teneri tanquàm fieri faciens.vt l.si is. §. si tu Titium. ff. de fur. Non obst.l.si quis id quod.§.doli.ff.de iurisdic.omn. iudic. quia ibi principalis album corrupit,licet dolo caruerit: hic verò principalis non commisit falsum ex eo q̄ dolo caruit, vt ibi

ADDITIONES.

a Ber.Land.¶Tudertinus.Addite huic consultationi,quæ sunt ad calcem superius consilij.13.

b Dolo. Vide Alex.consi.62.3.lib.& consi.77.4.lib.& 73.in fi. 1.lib.

BIU Cujas

vt ibi no. Nec ob. ff. ad l. Corne. de sica. l. nihil. cum glo. in exemplo quod ponit de furioso, quia & tunc etiam homicidium potest committi sine dolo, licet non puniatur, qa homicidium est hominis exanimatio. vt l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. Nec ob. C. plus va. ꝙ agitur, quàm quod simu. concl. l. fin. vbi text. ponit in terminis hanc falsitatem, & tamen vocat ibi illud instrumentum falsum, quia dato ꝙ illa schedula, quam ipse scripserat erat falsa, nec hoc inquiritur, nec de hoc quæritur, sed an fecit fieri falsum instrumentum, ex eo ꝙ fecit notarium scribere: & ideo lex alibi istum actum deceptionis non vocat falsum instrumentum, vt C. de reb. alie. non alien. l. 2. Concluditur ergo ꝙ tanquàm fieri faciens falsum instrumentum, vel falsam relationem non veniat puniendus de falso: verùm quia iudici obrepserit non veras citationes ostendendo, & sic per obreptionem sententiam pro se cõsecutus est, ideo tenetur pœna falsi, vt ff. de fal. l. si quis. vbi casus singularis. & quia huius falsitatis pœna non est adiecta in statuto; ideo imponatur pœna, vt in alio statuto cauetur, procedendo de similib. ad similia, vt ad similitudinem facientis fieri falsam relationem, vel alio modo, vt sibi videbitur.

3 ¶Super secundo dico † ꝙ talis pœna non venit duplicanda. Ad quod ostendendum sciendum est quod tale maleficium, s. per obreptionem aliquid obtinere contra aduersarium, non potest committi nisi in palatio, vbi ius redditur secundum morem maiorum, vt l. pe. de iustitia & iure. cum sit contentioſę iurisdictionis vt l. à procedente. C. de dila. & l. 2. §. dies. quis ordo in bonorum possessione ser. de bon. pos. l. ij. §. si cã cognita. sed alibi qui per obreptionem aliquid obtineret, non valeret, vt dictis iurib. & sic non esset punibile, vt l. si quis legatum. ff. de fal. Hoc præmisso, dicimus ꝙ statutum quod loquitur de pœna duplicanda in maleficijs, quæ committuntur in palatio, debet intelligi de maleficijs quæ indifferenter possunt committi in palatio & extra, sed si in palatio tantùm, vt in casu proposito, tunc non debet duplicari vigore illius statuti, quod ostenditur. Primò, quia ex natura generalitatis est, ꝙ ad casus in quib. specialiter prouisum est, non porrigitur. vt l. sanctio legum. de pœn. & de verb. ob. l. doli clausula cum si. Cum ergo huic maleficio, quod de necessitate fit in palatio, sit imposita pœna specialis statuti loquentis de his generaliter, quæ in palatio committuntur, ad hoc se non extendit dicti statuti dispositio. Secundò probatur sic: aut dicis ex hoc statuto de pœnis duplicandis induci nouam accusationem prima remanente. vt l. quoties. de actio. & obli. & tunc inquisitione seu accusatione simpliciter formata dicit electa illa via, ex qua minor pęna imponitur. vt l. si præses. & l. si de interpretatione. ff. de pęnis. & sic statuto, quo imponitur pœna simplex punitur. Aut dicis non introductam nouam accusationem, seu nouum modum agendi, sed pœnam qua puniebatur ex prima accusatione ratione cuiusdam qualitatis augeri, sicut dicimus in l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. & hoc est verius non tamen curo hoc examinare; & tunc in isto maleficio ista augmentatio non potest habere locum, quia sic cessat ibi qualitas, quæ potest adesse, & abesse. vt probatur. ff. de contrah. empt. l. pacta conuenta. & quod ibi no. de verbo. signi. si quis aliud. Ad istum ergo casum statutum non porrigitur. Tertiò probatur sic. de eodē crimine nō dēt quis sæpius puniri vt l. senatus. de accu. l. pe. in fin. nau. cau. stabu. cum similibus. sic eiusdem qualitatis non debet sępius respectus haberi. vt l. habebat. in princ. de instit. & de in rem ver. l. filius. in fin. Sed in proposito primum statutum in quo imponitur pęna simpla, habita consideratione loci, s. palatij: quia impossibile est committi alibi. Sed si ex uigore secundi statuti, & propter locum duplicaretur, iam hic haberetur respectus eius qualitatis, quòd erit absurdum. d. ll. ergo statutum non debet sic intelligi. vt l. scire. §. aliud de excu. tut. Quarto sicut agri limitati non recipiunt augmentum alluuionis. vt l. in agris. de acqui. rer. do. sic delictum limitatum loco certo, ratione loci amplius non recipit augmentum. Bart.

CONSILIVM CC.

1 *An legatum pro dote factum filiæ vel alteri potest peti statim, id est ante nuptias, vel post. & concluditur quòd sic.*

Quæritur De legatis filiarum eis factis pro dotib. vtrum debeantur & peti possint
1 incontinenti, an debeat expectari ætas † nubilis. ¶ Ista quæstio pendet multum ex forma statuti ciuitatum, quæ consueuerunt disponere ꝙ filiæ sint contētæ dotibus, & ideo nisi dicta statuta videantur, rectum responsum dari non potest. De iure communi loquendo constat quòd inquātum dicta dos relicta est vsque ad legitimam portionem debitam iure naturæ ipsis filiabus, dos peti potest incontinenti absque aliqua dilatione. vt l. quoniã in prioribus. de inoffic. testamē. in eo verò quod esset vltrà legitimam, est aduertendum: quia aliud est secundum propriam significationem vocabuli de iure communi scripto, aliud secundum communem vsum loquendi, qui in ciuitate esse consueuit: nam de iure scripto cum dos non possit esse sine matrimonio, vt de dona. ante nup. l. fi. in princip. legatum pro dotibus habet conditionem, seu diem nuptiarū. vt C. de nup. l. sancimus. ff. de iure dot. l. ex stipulatione. & sic debet intelligi. l. Titio genero. ff. de condi. & demon. & idem, licet quidam illum tex. aliter intelligant, & hoc probatur expresse. C. ad Trebel. auth. nisi rogati. & in cor. vnde sumitur. vbi expresse patet ꝙ relictum nomine dotis habet in se conditionem nuptiarum. veruntamen communis vsus loquendi aliter se habet in quibusdam partib. quod cum in facto consistat, in iudicio debet probari: in quibusdam enim partib. dicitur dos patrimonium mulieris, etiam non nuptæ, vt cum dicimus talis mulier habet dotem bonam, licet sit puela virgo, vel vidua. & etiam cum dicimus de ingrediente monasterium, talis mulier dedit monasterio bonam dotem & si. secundum quem communem vsum loquendi debemus verba testantium intelligere. vt l. librorum. §. quod tamen Cassius. & quod ibi no. ff. de leg. 3. & l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fundo instru. l. Labeo. de suppel. leg. de verbo. significa. l. vt Alphenus & l. in vulgari. cum igitur appareat talem modum loquendi esse in ciuitate Tuderti, dicimus legata ꝙ dotibus non esse conditionalia, & posse peti incontinenti. Et ita dico [a] ego. Bar.

a

ADDITIO.

a Bern. Land. ¶Et ita dico. Omisso an extet statutum disponens circa dotes filiarum, concluditur cum d. consulente, vt per Pau. de Cast. consi. 232. & 237. & 78.

CONSILIVM CCI.

1 *Digitus non est membrum, sed pars membri.*
Item an digitus debilis dicatur digitus, vel dicatur abesse, hoc dicunt ista duo consilia.

Quæritur Nunquid digitus vocetur membrũ:
1 † arguitur quòd nõ, sed potius pars, siue officium membri. vt l. non sunt liberi. ff. de statu hominum. ibi dum dicit, membrorum humanorum amplia-uit officia &c. Prætereà sic, certum est quod copulatiua oratio tantùm habet copulare diuersa: vt no. glo. ff. de iur. & facti igno. super rub. sed l. cauetur quod si cuius digitus abscissus sit, quod videtur quid membri diminutum. ff. de ædil. edic. l. item Offilius. in prin. siue ergo ponatur in vim copulæ, & habeo propositum: quia necessariò concludit diuersa membrum, & digitum; siue in vim disiunctiuæ. & idem erit: quia ea, quæ ponuntur, vt species separatæ, nunquam sunt eadem, sed diuersa, vt probatur in l. 1. ff. de præto. stipu. insti. de rerum diui. §. literæ. & ex hoc concludit, ꝙ digitus non sit membrum, & ita tenet Mar. Sil. in d. l. non sunt liberi. & Old. ibidem. Bart.

CONSILIVM CCII.

Sed Quæritur, si digitus remaneat inutilis ex percussione, cuius digiti forma mutata sit, an digitus ille dicatur perditus, vel inutilis, vel abesse. & videtur quòd dicatur abesse postquàm forma mutata est, & probatur: quia forma est quæ dat esse rei. vt l. Iulian. §. si quis rem. ff. ad exhib. & arg. l. qui quadraginta. §. quædam. ff. ad l. Falci. ergo. &c. Prætereà probatur expresse quòd illud, cuius forma est mutata, dicatur abesse. l. mulieris. §. res abesse. ff. de verbo. signifi. tamen hoc debet intelligi impropriè, & nõ propriè ex quo sibi remanet corpus, quod probo, quia in d. §. res abesse. ponitur verbum videre, quod denotat improprietatem. vt l. naturaliter. ff. de acquiren. possess. in glo. Prætereà ex modico defectu non dicitur vitium, ex quo corpus dicatur vitiosum. vt l. cui dens abest. ff. ædil. edic. ergo &c. Et quòd illud officium membri non dicatur deperditum esse, potest dici. ff. de petitio. hęredi. & quod no.

Iacob.

BIU Cujas

Iacob. de Aret.in dicta l.mulieris. §. desinere. de verborũ significatio. ibi, ex quo in rerum natura corpus esse non desinit. & pro hoc facit ex quo modicum detrimentum suæ personæ recepit.ergo &c.facit ad hoc extrà.de cor.vitia.c.exposuisti.Bar.

CONSILIVM CCIII.

1 *Si testator instituit duos hæredes,& eis substituit ecclesiam, & posteà in codicillis cassauit vnum de illis,& alium instituit: ad quem debet venire hæreditas illius exhæredati.*

In Christi nomine Amen.

1 Testator dixit in testamento.instituo †Bertam, & Marti. hæredes. & quandocunque decesserint sine filijs ex eorũ corpore descendentibus,substituo ecclesiam sancti Ioannis in ciuitate,& ecclesiam sancti Petri extrà. Posteà fecit codicillos,in quibus dixit. hæreditatẽ relictam Bertæ cassso,irrito,& annullo,& Martinum hæredem instituo.dein de decessit Berta,deinde decessit testator. Quæritur, quis debet habere partem Bertæ,an ecclesia, an Martinus institutus in codicillis,vel an habeant inuicem. Solutio.cõstat quòd hæreditas in codicillis non potest dari, nec adimi.vt l.hereditas.C.de codicillis.cum simili.Item constat quòd dictus Martinus non potuit institui in codicillis,vt dictis iuribus,sed perinde est,ac si dicta Berta esset rogata fideicommissum restituere dicto Martino purè qa verba prolata in codicillis trahuntur ad fideicommissum, vt l.Scæuola.ad Trebellianum,& l.verbis ciuilibus. de vulgari & pupillari.Item constat quòd per illam ademptionem hæreditatis nõ videtur adimere onus fideicommissi, quo tenebatur restituere illis ecclesijs, vt l. si adimendo. ff. de adimen.lega.¶Ex hoc concludo quòd illa Berta erit grauata purè de restituendo Martino, & sub conditione ecclesijs,& ista hereditas remansit cũ onere suo apud Martinum cohæredem Bertæ,& coniunctum Bertæ. Cum ergo nunc sit purificata conditio,apparet quòd Martinus & ecclesia sunt re coniuncti,& sic æqualiter admittuntur ad dictam hereditatem.Bar.de Saxoferrato.

CONSILIVM CCIIII.

1 *Legata in testamento,in quo posthumus ignoranter fuit præteritus quòd non debeantnr per auth.ex causa.*

2 *Clausula codicillaris quòd conseruat legata facta in testamento, in quo posthumus fuit præteritus.*

3 *Legata ab vno nominatim in codicillis relicta quando debeantur à venientibus ab intestato.*

4 *Legata ad pias causas quòd debeantur etiam ex testamento imperfecto.*

Factum est tale. [a]Cechus condidit testamentum,& B. filiam suã hæredem instituit, & centum reliquit pauperibus Christi,& dixit quòd si testamentum non valeret iure testamẽti,valeat iure codicillorum.post mortem testatoris natus est posthumus,& sic testamentum ruptum est eius agnatione,& tota hæreditas peruenit ad eum ab intestato: qa filia decesserat ante testatorem:modò quæritur an valeat dictum relictum.Super quo puncto duo examinanda vi-
1 dentur.Primò † an dictum legatum debeatur per authen. ex causa.C.de liber.præte.& licet circa hoc variæ sint opiniones doctorum.tamen multæ glo. sunt quæ tenent legata eo casu deberi.vt no.in l.generaliter.§.penul.ff.de fideicommiss. lib. & l.si pater. in princip. eodem titu. & de cap.& postli.reu.l.bona.§.fina.de testamen.tute.l.1.de legatis 2.l.facto testamento. C. de codicil. l. 1.quas glo.multi docto.sequuntur,quas puto esse veras, si poneremus defunctum tempore testamenti editi de posthumo cogitasse,aliàs secus. C.de testamen.milit.l.sicut certi.& l. si cum vel in vtero,quæ leges hoc optimè probant. Sed posito quòd hic casus in proposito non esset,& sic vigore dictæ authen. hæc legata non deberentur: tunc venit secunda consideratio facienda, an dicta legata debeantur vigore
2 dictæ clausulæ,si non valet,vel valebit. ¶Super quo † dubio glo. quæ est in dicta authen. videtur tenere quòd ad hunc casum dicta verba non porriguntur,sed ad eum solum casum, cum testamentum solùm ratione solennitatis deficit:tamen omnes doctores tenent contra, verbis ita conceptis,si non valet,vel valebit:etiam ad casum præ-
teritionis posthumi porrigi,per l.si ita scripsisset. de legatis secundo.de verborum obligatio.l.si ita stipulatus fuerim.§.1.& argum.C.de testamen.milit.l.ex verbis. quod tenent Cyn.& Dyn.in authen.ex causa. & quasi omnes do-
3 ctores.Sed†ex hoc insurgit vnum dubium: nam si verba dicti testamenti bene inspiciãtur, dicta legata nominatim relicta fuerunt à dicta domina Berta instituta hærede,præstanda.Sed quando legata ab vno nominatim relinquuntur in codicillis,ab alijs ab intestato non debentur, vt l.1. §.fina.de leg.3.Sed ad hoc respondeo multipliciter. Primò,quia illud est verum,quando in codicillis relinquuntur à certa persona nominatim:sed illa verba, si nõ valet, vel valebit &c.Non referuntur tantùm ad hæredem institutum,sed ad omnes venientes ab intestato,qui similiter grauari videntur.vt not. per glo.in l.testamento. C. de fideicommiss.cum similibus ibi nota. Secundò, quia dicta l. penultima.§.fina.de legatis tertio. locum habet quando hæreditas deuenit ad sequentes in gradu. sed quando deuenit ad eum qui est in pari gradu cum grauato vadũt bona cum onere suo sibi iniuncto. argum. de legatis secundo.l.si Titio & Mæuio.§.Iulian.& quod ibi no. Dyn.facit quod ipse idem notat in l.cum pater.§. cum æstimare. eo.
4 titu.Tertiò†quia prædicta non videntur habere locum in legato ad pias causas,quæ videntur etiam deberi ex testamento,quod non perfectum est.argumen. l. in testamento.ff.de fideicommiss.liber.cum pij filij debeant piam defuncti voluntatem implere,vt ibi dicitur. si enim ibi fauor libertatis hoc inducit, multò magis debet inducere hoc fauor animæ,quæ cæteris rebus est præferenda. C. de sacrosan.eccle.l.sancimus.quod intellige verum, quando est verisimile testatorem hoc fecisse,si de posthumo cogitasset,aliàs secus.argum.ff.de codicillis.l.pen.in fi. sed hic si grauauit filiam ad quam solam hæreditatem pertinere putabat:eadem ratione hunc posthumum grauasset, si ad eum solum pertinere putasset; sicut euenit: cum ratio diuersitatis reddi non possit,aliàs secus.Bar.

ADDITIO.

a Ber.Lan.¶Factum est tale.Materia huius consilij melius explicatur, infrà consil. incip.quidam nomine Lapus. ideo ibi erit videndum. sed quia ibi non dicitur an rupto testamento ex causa præteritionis posthumi legata ad pias eãs debeãtur.ideo omissis varietatibus omnes docto.videntur concludere q; quando aliquem filium instituit & grauauit de aliquo legato ad pias causas, q; si nascatur posthumus præteritus quòd tamen legatum debeatur: quia si cogitasset de posthumo similiter grauasset, & vide in dicta auth.ex causa. per me in apostillis ad Barto.

CONSILIVM CCV.

1 *Mater,quæ ex forma statuti existentibus fratribus, vel filijs fratrũ defuncti non succedit ab intestato,si est præterita à filio,& instituti extranei,non reddit testamentum nullum.*

2 *Querela inofficiosi tollitur quinquennio.*

3 *Legata facta filio spurio quòd remanere debent penes hęredes institutos.*

4 *Sententia lata cum legitimo defensore in omnibus prodest illi, pro quo lata fuit.*

5 *Verba sententiæ reseruantis omne ius competens in rebus in sententia nominatis,debent intelligi ne repugnantiam contineant.*

6 *Clausula codicillaris operatur, vt legata debeantur à venientibus ab intestato.*

Viso testamento Minimi de Sãcto Quirico habentis matrem legitimam,& filios fratris carnalis. Primò quæritur nunquid dictum testamentum sit nullum per præteritionem
1 matris.Viso†statuto communis Senarum, quo cauetur q; ab intestato mater non succedat,si filius habet fratres, vel filios fratris.Ad quod respondendum est,quòd testamentum non est nullum:quia matris præteritio illius filij testamentum non rumpit,cum non possit ab intestato succedere,sed qui succedere prohibetur præteritus non rum
a pit, [a] vt ff.de contratab.l.1.§. pen. & de bonis libertorum. l.si necesse.§.si deportatus.Sed in proposito mater ab intestato non succederet:ergo præterita non rumpit.Sed hoc facit dubium.Nam quòd mater non succedat videtur introductum fauore fratris,vel filij fratris. sed in proposito filij fratris non succedunt:quia extranei instituti sunt, ergo

ADDITIO.

a Ber.Land.¶Non rumpit.Vide Pau.de Cast.consi.348.

BIU Cujas

go videtur qđ mater debeat admitti ac si filij fratris non extarent. Nam exhæredati, vel aliter excluſi habentur pro mortuis, vt ff. de coniung. cum emancipa. libe. l. 1. §. emancipatus. Ad qđ reſpondetur quòd etiam tunc filij fratris perfectè à ſucceſſione excludũtur, cum hæreditas ex teſtamento aditur per inſtitutos extraneos, tunc enim confirmatur eorum excluſio, ſicut dicimus de inſtitutione, quæ ex aditione hæreditatis ſumit effectum, vt l. filium. §. ſi exhæredatus. de leg. præſtan. vnde tempore mortis non potuerunt dici excluſi, & ſic tunc mater non ſuccedebat, & per conſequens tunc præterita non rumpebat, & hoc verũ eſſe apparet in nepote filio exhæredato, nam talis nepos non dicit teſtamentum nullum, ſed venit ad querelam, vt l. ſi quis filium C. de inoffi. teſta. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bonorum poſſeſſio. contra tab. Ratio, quia ante aditam hæreditatem dictus nepos non poterat dici obtinere primum locum. Ita in propoſito mater non poterat dicere nullum teſtamentum, & ſi diceretur quòd poſſet venire per † querelam à dicto beneficio eſt excluſa per lapſum quinquennij, vt dicta l. ſi quis filium. in fine. C. de inofficioſo teſtam. Sed prædictis ob. d. l. 1. §. ſi pater emancipatus. ff. de coniung. cum emancip. libe. vbi nepotes admittuntur patre exhæredato, ac ſi pater nunquam fuiſſet. Solu. ibi pater erat emancipatus, & nepotes erant in poteſtate. vnde de rigore iuris nepotes tenebant primum locum, cum emancipatus eſſet incognitus: ſed de æquitate prætoria pater coniungebatur, non autem anteponebatur: hic autem filij fratris præcedunt matrem defuncti ex forma ſtatuti. Præterea quando non eſt neceſſaria exhæredatio, ſi per teſtatorem poteſt illud quod ad alterum pertinet alteri aſſignari, ille qui per talem aſſignationem admittitur, ita impedit alios venire volentes, ſicut ſi ipſe ſuccederet, vt ff. de aſsignatio. libe. l. 1. §. fin. ſic in propoſito, licet filij fratris ſint excluſi per inſtitutionem factam de extraneis, ita impediunt matrem ſicut ſi ipſi ſuccederent, pro hoc optimè facit. C. de naturalibus liber. authen. licet. prout loquitur de vxore, quæ licet non ſuccedat, excludit
3 naturales. ¶ † Secundò eſt videndum de legato facto ſpurio, apud quem debeat remanere de iure communi. Ad qđ dicendum eſt quòd gloſſæ in hoc variare videntur. Nam quandoq; videntur velle quòd dicta legata poſsint peti à liberis, & parentibus, & fratre, & ſorore tantùm teſtatoris, aliàs locus ſit fiſco, vt C. de naturalibus liber. l. 1. vbi videtur caſus, & ita videtur ſentirè glo. in l. hæreditas. C. de his quibus vt indig. Alibi videtur ſentire quòd quando relinquitur filio ſpurio, quòd illud relictum remanere
a debet apud hæredes inſtitutos; per l. non intelligitur. §. ſi quis palam. ff. de iure fiſci. & ita intelligitur. ff. de lega. 1. l. Lucius. §. fin. & iſtud videtur verius, cum lex prima. C. de naturalibus liber. loquatur ſpecialiter in quibuſdam natis ex aliqua coniunctione illicita habita cum quibuſdam no bilib. ibi nominatis. Et ita reperi conſuluiſſe Oldr. & ego
4 aliàs ſic docui, ſcripſi, & conſului. ¶ Item videndum † eſt de viribus ſententiæ latæ inter hæredes ſcriptos, & Cyonem filium fratris teſtatoris: in qua ſententia dicti hæredes ſcripti fuerunt approbati, & iudicati hæredes per acta facta cum dicto filio fratris. Ad quod dicendum eſt quòd dicta ſententia prodeſt hæredibus ſcriptis in omnib. legatis eiuſdem teſtamenti, vt l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. ff. de inofficioſo teſtamen. & l. qui repudiauit. eo. tit. Ratio quia ſententia eſt lata cum legitimo defenſore, hoc eſt cum eo ad quem principaliter ſpectabat, vt notatur per Guliel. &
Lege municipali habetur q̃ præstans auxilium ad delictum committendum puniatur in mille libris. Et plures simul in personam Titij homicidium commiserunt, Sempronius eis præstitit auxilium ad prædicta.
1 Quæritur † an dictus Sempronius puniatur in mille pro qualibet percussione, nam ad pluralitatem delictorũ seq̃ dẽt pœna plurificata. vt l. nunq̃ plura. ff. de priua. deli. & l. relegati. de pœnis. & l. si adulterium cum incestu. de adul. l. 1. §. antep. ff. ad Turpi. In contrarium dico quod vna pœna solùm veniat puniendus ac si vnum tantum solum fauorem præstitisset: nam quod operatur multipliciter connexitas in eadem persona operatur concursus ad idem tẽpus, in idem delictum in diuersis personis, quæ communicato consilio & communiter ad delinquendum processerunt. vt no. colligitur in l. Sempronius. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam. Sed connexitas plurium actuum ad eundem finem tendentium operatur quod vna pœna sit tantum imposita, vt l. illud. in fi. ff. ad legẽ Aqui. & sic vna pœna pro omnibus imponatur. pro hoc facit l. 2. ff. de his qui deie. vel effu. & l. 1. §. omnibus coactis. ff. vi bono. rap. & l. item apud Labeonem. §. si curauerint. ff. de iniu. & de hoc in l. si in rixa. ff. ad legem Corn. de sica. Et ita consulo ego Bart.

CONSILIVM CCXXXIIII.

1 *Omissio inuentarij priuat hæredem Trebellianica sicut Falcidia.*

Actio-

BIU Cujas

2 *Actiones & obligationes non sunt mobilia nec immobilia, sed species de per se.*
3 *Hæres non conficiens inuentarium non detrahit ęs alienum.*

Lena Mactarelli fecit testamentum, & instituit hæredes suos duos filios ser Andream, & Antonium, & eis substituit vt in instrumento eius cõtinetur scripto manu ser Andreæ notarij. & in ipso testamento talem vltimam voluntatem fecit, quòd si prædicti filij ambo decederent sine liberis voluit quòd eius hæreditas & bona omnia deuenirent ad Petrum suum fratrem. modò Andreas in vita sua de bonis & hæreditatibus istius Lenę vendidit vltra dimidiam. & demum posteà mortuo Antonio in pupilla. ætate iste Andreas fecit testamentum, & in suo testamento onerauit suam hæreditatem debitis & legatis, & Petrum prædictum suum fratrem fecit hæredẽ pro parte, & nihil vltrà reliquit in sua hæreditate, quàm bona sua quæ fuerunt Lenæ. quæ debebãt deuenire in Petrum, quæ non sunt dimidia hæreditatis dictæ Lenæ & fecit etiam dictus Andreas codicillos, in quibus etiam reliquit tertiam partem suorum bonorum mobilium & immobilium cuidam Pipo. demum post prædicta d. Petrus intrauit tenutam & possessionem dictorum bonorum dictæ Lenæ. post adiuit hæreditatem dicti Andreæ cum beneficio inuentarij, & non constat de inuentario. Quæritur modò si dictus Petrus debet habere ista bona iure verborum scriptorum in testamento dictæ Lenæ, cum nõ sit ibi tantum ꝙ sit dimidia pars propter venditiones factas per dictum Andream? Viso testamento dictæ Lenæ. & si habere debeat partem de dictis bonis, nunquid dare debeat tertiam partem dicto Pipo. visis codicillis dicti Andreæ, cum in bonis & hæreditate dicti Andreæ nihil aliud sit quàm dicta bona, quæ debebant esse Petri vigore testamenti dictæ Lenę, &c. Viso puncto prædicto, & comprehensis in eo examinatis, † videtur dicendũ nullam deductionem fiendam debitorum, vel alicuius Trebellianicæ per dictum Petrum debitorem: nam Trebellianicæ tunc potest fieri deductio, vbi hęres fecisset inuentarium, si autem inuentarium non fecit, tenetur de suo complere. §. si verò non fecit. ibi, complebit legatarius. in aut. de hęre. & Falcid. & not. in l. si pecunia. de legatis secundo: quę solemnitas omissa inuentarij priuat Trebellianica sicut Falcidia: nam Falcidia est nomen comprehendens Trebellianicam. vt no. in auth. vnde si parens. C. de inoffic. testamẽ. sed lex priuat Falcidia propter omissionem inuentarij. vt l. scimus. §. & si prędatam. C. de iure deli. & in aut. de hære. & Falc. §. scimus. ergo & Tre. Prætereà ratio inducens inuentarium & eius beneficium fuit, vt videatur ratio eorum quæ testator dimisit in patrimonio suo tẽpore mortis suæ, vt hæres fraudari non possit. vt prælleg. §. scimus. & §. si verò absunt. de hæred. & Falc. sed rogatus hæres de restituendo ita tenet ad istam rationem fideicommissarijs vniuersalibus, sicut & legatarijs particularibus & creditoribus. vt bene nota. in l. tale. §. Titius. de conditio. & demonstr. & no. tenetur per Moder. in authen. sed cum testator. C. ad leg. Falc. & in addi. Specul. noua. refert Cy. secundum Richard. Malum. & tenet dominus Iac. de Bel. in lectu. in authen. de hæred. & Falc. §. si verò absunt. & Goffr. in libellis in titu. de legi. & senatusconsul. & ideò posito quòd iste Petrus possit dici rogatus de restituendo vniuersõ, quòd exigitur, vt Trebellianica retineri possit. vt l. nam quod. in fin. & l. cogi. in princip. ff. ad Trebellia. & §. generaliter. nec ob. quòd dicitur fecisse inuentarium, quia idem sunt non esse, & non apparere. vt l. in lege. ff. de contrahen. emptio. sed si consideremus relictũ factum Pipo. tertiæ partis bonorum mobilium & immobilium, istud fuit legatum tertiæ partis dictarum rerum, nec fuit commodum actionum, nec commodum immo-
2 bilium: † quia actiones & obligationes sunt species per se, nec est mobile, vel immobile. vt l. quam tuberonis. ff. de pec. & de re iudica. l. à diuo pio. §. in venditione. & Spe. hoc tenet in titulo. de fruc. §. primo, versic. sed pone quòd
3 prælatus. † quòd autem hoc casu non debeat fieri detractio æris alieni, est casus. ff. de vsufru. leg. l. fi. prout loquitur de legato certarum rerum, prout est hic, ex eò quòd dixit mobilium & immobilium. Prætereà dictum fideicõmissum erat debitum ipsi hæredi, à quo relictum est ipsi Pipo. & sic non potest deducere quòd testator potest legare rem hæredis pro parte, siue in totum: vt l. vnum ex familia. §. si vnum. & §. si duos. de lega. 2. Prætereà cum inuentarium non confecerit, tenetur pręstare solida legata etiam si vires hæreditatis excedant, vt C. ad legem Falci. auth. sed cum testator. Bar. dẽ Saxofer.

CONSILIVM CCXXXV.

1 *Clausula codicillaris non conseruat substitutionem pupillarem factam de extraneo in testamento, in quo posthumus ignoranter est præteritus.*
Nec conseruat legata in dicto testamento facta.
2 *Coniectura quòd testator superuixit post natiuitatem posthumi, & non mutauit testamentum quando operetur eius validitatem.*
3 *Auth. ex causa quòd non conseruat legata facta in testamento, in quo posthumus est ignoranter præteritus.*

a Lapus fecit a testamentum, in quo sibi suos filios instituit hæredes, quos habebat, demũ morientibus istis filijs & matre eorum idem Lapus accepit aliam vxorem, ex qua habuit filios. moritur Lapus nullo alio condito testamento, nisi dicto primo testamento, in quo de posthumis nulla est habita mentio nisi ꝙ substituerat dictis primis quendam suum agnatum. Modò q̃ritur, an mortuis dictis filijs posthumis dictus agnatus hæres scriptus hæreditatem petere possit, vt ex fideicommisso à venientibus ab intestato, propter clausulam codicillarem, si non valeret iure testamenti, &c. Secundò an legata descripta in testamento debeantur. & videtur quòd ex vigore dictorum verborum si non valet, vel
1 valebit, &c. † scriptus hæres non possit petere fideicommis. nec legata debeantur in casu prędicto. quod probo rationibus & legibus. Sicut per testatorem inseritur clausula si non valet, vel valebit, &c. Ita in testamento militis est de iure clausula si non valet, vel valebit, &c. iure cõmuni, valeat iure militari. vt ff. de testa. mil. l. 3. sed in testamento militari hęc clausula non extenditur ad casum quando nascitur posthumus, de quo non cogitauit. vt C. de test. milita. l. si cum vel in vtero. ergo eodem modo in proposito. Secundò per rationem. l. si vnquam. C. de reuo. dona. sicut filij natiuitate reuocatur donatio iam facta, multò magis legata & fideicommissa. Tertiò, per text. de vulg. & pupil. l. ex facto. versi. igitur etiam. vbi expressè dicitur quod non est verisimile testatorem, vel principem de hoc casu cogitasse vt voluerit filios nascituros ex se hæreditate priuare, ergo, &c. Item per tex. de iur. codicil. l. fin. vbi dicitur quòd non est verisimile prædicta reliquisse si de filijs cogitasset. non obst. l. siquis cum testamentum. ff. de iure codi. quia ibi testator expressè voluit legata deberi A. quia aliàs ab eo, qui sibi futurus esset hæres absque alia conditione, vnde eius posthumum benè videtur substituisse tacitè, vt ibi dicitur in tex. ꝙ hic nõ est. imò posthumus est præteritus, & vt præteritus rumpit. & sic videtur eum fideicommisso grauasse. hoc probatur, quia sicut dicta verba si non valet vel valebit, &c. hoc important seu operantur, vt in causa intestati illo testamento, seu codicillis ius prioris testamenti rũpatur. vt ff. de testa. mili. l. quærebatur. in prin. vbi text. expressè dicit qd̃ verba hoc important, vt quibuscunq; modis vel conditionibus testator voluit hæredes & legatarios habere ex testamento, solum hoc immutat ꝙ prius debebatur iure directo, nũc debeatur iure fideicommissi. & nil aliud per dicta verba additur: sed non est dubium ꝙ vigore testamenti testator voluit instituere hæredem, si posthumus, de quo non cogitauit nasceretur. vt ẽ. probatum est in milite. illa enim verba: si non valet, &c. hoc important, vt eo casu, quo testator voluit eum habere iure institutionis, qd̃ est si posthumus non nasceretur, quo casu habeat, si testamentum contigerit nõ valere, vel ex defectu solemnitatis, vel ob hæreditatem non aditã. Ex hoc etiam apparet quòd aliud est facere codicillos simpliciter aliud est dicere si non valet iure testamenti, &c. Et ꝑ hoc
2 non obstat dic. l. si quis cum testamentum. ¶ † Nec obstat ꝙ dr̃ ꝙ post natiuitatẽ posthumi testator supuixit tanto tẽpore quòd potuisset mutare testamentum si voluisset. nã hęc allegatio tollitur ꝑ l. 3. C. de inoffi. testa. nam illa coniectura tunc assumitur qñ alij filij sunt instituti, secus qñ extranei, vt ibi patet in fi. & etiam per rationem, quia posito

ADDITIO.

a Ber. La. ¶ Lapus fecit. Breuibus, quia hæc in locis vulgaribus & plenissimè examinãtur, vltra ea quæ ibi habentur. addite Paul. de Ca. contrarium tenentem plenè & respondentem omnibus suprà alle. consi. 58. & sequen. Ange. consi. 96. incip. Pet. de vibe veteri, tenet opi. Bar. de qua suprà, & in consi. 104. inci. in Dei nomine. Hæc quæstio habet duo dubia, in quibus consilijs dicit quòd cum hæc quæstio esset de facto Perusij, quòd omnes doctores ciues, & forenses consuluerunt, vt ẽ. & in consil. etiam superioribus. 200. & 226.

BIU Cujas

sito q̃ testator hoc voluisset in illo medio tempore, tamen ista voluntas non fuit legitima nec facta coram solenni numero testium, & sic nullius valoris. & prædicta quantũ ad illud quòd quæritur, s. de viribus illius clausulæ; si non
3 valet vel valebit &c. Superest videre † an legata debeantur vigore auth. ex causa. C. de libe. præte. Circa q̃ omissis disputationibus breuiter scribo q̃ sentio, s. quòd legata non debeantur dicto casu, cum testator de posthumo non cogitauit, quia sicut hodie conseruantur legata per auth. non ob. præteritione, ita olim in testamento obseruabantur testamenta: sed tunc non porrigebantur ad prædictum casum qñ præterijt posthumũ de quo non cogitauit. vt d. l. si cum vel in vtero. de testa. milit. ergo &c. Item per rationem. d. l. si unquam. C. de reuo. donat. quia si reuocatur donatio per natiuitatem posthumi, multò magis legata. Præterea est textus in corpore, vt cum de appella. cogno. §. sinautem hæc obseruata non fuerint. ex ratione tex. dicit. n. nullum exhæredatis liberis generari p̃iudiciũ. & sequitur, ne filij falsis accusationibus ꝑdemnentur, hoc refertur ad exhæredatos inserta causa, non tamen vera. & sic falsò accusantur, & sequitur vel aliã circunscriptionẽ in parentũ substantijs patiantur, hoc refertur ad eos quos testator p̃terijt scienter: nam circũscribere est per dolum aliquem decipere: vt ff. de in integ. resti. l. 1. & ibi nota. sed in eo quem testator ignorabat, non potest committi dolus, vel circunscriptio: vnde verba auth. ad hoc non referuntur. concluditur ergo quòd legata non debeãtur hoc casu. Bar. de Saxoferrato.

CONSILIVM CCXXXVI.

1 *An promittens sub certa pœna quod Berta contrahet matrimonium cum aliquo, teneatur ad pœnam; si hoc non potuit facere.*

a **Martinus** promisit se facturũ, & curaturũ [a] qd̃ Berta contraheret matrimonium cũ
1 P. cum adhuc esset in pupillari ætate, & † hoc sub certa pœna. Adueniente tempore pubertatis Martinus fecit quicquid potuit qd̃ Berta nuberet dicto. P. sed non potuit hoc facere. Quæritur an Martinus incidat in pœnam ad quam sit obligatus ex tali promissione? Et facit dubium, quia si tantùm iurasset Martinus hoc facere, excusaretur à sacramento, faciendo qd̃ poterat. extrà. de sponsa. c. sicut. & c. ex literis. Item quia solet dici qd̃ difficultas præstationis non liberat quem à pœna conuentionali, vt l. continuus, §. cum illud. ff. de verb. ob. Dico q̃ licet difficultas non impediat commissionem stipulationis, quo ad illud q̃ in stipulatione principaliter deducitur. vt d. §. illud. tamen difficultas impedit commissionem pœnalem stipulationis, secundum verum intellectum, qd̃ probatur. ff. ad l. Rho. de iactu. l. si vehenda. §. pen. & fi. & est casus in l. 2. ff. si quis cau. licet glo. dicat qd̃ in iudicijs est speciale, sed malè dicit, & quæ sit ratio quòd difficultas impedit commissionem pœnalem stipulationis, non autem principalem, colligitur per l. cum res. §. pe. de leg. 1. & l. apud Iulianum. §. ipsius quoque. & hoc puto verum: & sic intelligit Dyn. §. cũ illud. sed si benè inspiciatur, est casus in præal. l. si vehenda. §. pe. in fi. Barto. de Saxoferrato.

ADDITIO.

a ¶Curaturum. Vide consi. 122. & 194. & 279.

CONSILIVM CCXXXVII.

1 *Si mater dotans filiam stipulatur sibi dotem restitui soluto matrimonio morte viri cum filijs & sine filijs, an mortua filia cum filijs debet habere eandem dotem, vel cedat lucro viri: quia fuit iste casus omissus in stipulatione.*

1 **Mater** dedit dotem † pro filia, quæ stipulata est sibi dotem reddi soluto matrimonio morte viri cum filijs, vel sine eis. contigit quòd solutum est matrimonium morte mulieris &c. vide s. consi. 130.

CONSILIVM CCXXXVIII.

1 *Testamentum occulti excommunicati valet, publici non. & hic quid de testamento vsurarij.*

a **Existens** [a] Petrus publicè excommunicatus, & denuntiatus per ecclesias ciuitatis Perusij, & pœna aggrauata dicta excommunicationem per præceptum factum ex parte ordinarij multis personis de ipsius parochia & contrata, vt eidẽ nullatenus participare debeant in commestione, potu, loquela, & alijs. Condidit testamentum, & quæsitum fuit, & reuocatum in dubiũ
1 † an eius testamentum valeret, [b] vel non. vetus est quæ-
b la an testamentũ excommunicati valeat: & hincinde variæ sunt opin. quas recitat Archidia. extrà. de exceptio. c. pia. lib. 6. no. Innoc. extrà. de senten. excommu. c. cum voluntate, & Pet. de Sam. tenet qd̃ testamentum excommunicati valeat. Host. in d. c. pia. & Gratia. in c. canonum magistros. sub hac diuisione & distinctione ad consonantiã reducunt: videlicet qd̃ prima opi. affirmatiua procedat in occulto excommunicato: secunda verò opin. procedat in publico excommunicato. Et huius distinctionis multæ rationes assignantur. Prima ratio est: quia si rectè inspiciãtur rationes & iura quæ pro prima opi. inducuntur, communiter procedunt & respiciunt personam excommunicati occulti: rationes & iura pro secunda respiciunt & procedunt contra publicè excommunicatum: & non ꝫ occultum: & huius distinctionis euidens ratio est, quia licet excommunicatus sit extrà ecclesiam, tamen si est occultus non propriè censetur extrà ecclesiam eo q̃ nõ euitatur ab ecclesia, & secum participandum est, & peccat q̃ eum in publico vitat, & prodit socio: ideò non est mirũ si eius testamentum valeat. Publice excommunicatus est omninò vitandus: & quantum ad se, & alios extrà ecclesiam est censendus, ideò omne beneficium ex l. proueniens & descendens est sibi denegandum. præmissa probantur. 7. q. 2. si tu. extrà. de senten. excom. c. cũ non ab homine. in auth. de priui. do. §. quia enim dedimus. colla. 8. Præterea in multis similiter hæc distinctio probãt. constat enim quòd rescriptum impetratum à publico excommunicato non valet: secus si ab occulto. Item prælatus publicè excommunicatus non confert beneficia, & si confert non tenet collatio, secus si occultè: & multa alia possunt reperiri similia. prædicta probantur. extrà. de rescrip. c. 1. lib. 6. & qd̃ ibi no. per Archi. extrà. de re iud. c. ad probandum. & per id qd̃ no. Inno. extrà, de do. & contu. c. veritatis. & Ioan. An. extrà. de senten. excom. c. decernimus. & c. licet. eo. ti. lib. 6. q̃ c. optimè facit. nam ibi dicit q̃ excommunicati per denuntiationem à legitimis actibus repelluntur, & hæc videtur opi. Archi. in d. c. pia. ibi dum dicit q̃ iura non plus arctant excommunicatum, nisi q̃ eui tetur & repellatur, ita qd̃ eius testamentũ non valeat. Sed quid de vsurario manifesto, an eius testamentum valeat? dic q̃ non. nisi de vsuris satisfaciat, vel de satisfaciendo cautionem exponat, secundum formam illius. cap. quamquàm. de vsur. lib. 6. & Host. no. in cap. pia. de quo in aut. credentes. C. de hære. Bar.

ADDITIONES.

a ¶Existens. Addite istis plenè Ang. consi. 10. inci. in Dei nomine, in causa prædicta, & vide Fede. consi. 67.

b ¶Valeret. Vide Feder. consi. 67.

CONSILIVM CCXXXIX.

1 *An teneatur reddendo rationem tutor consignare pupillo res descriptas in inuentario.*

Proponitur quòd Archolus Goffredi de Tuderto assumpsit tutelam Simonis, & Matthei volenter pupillorum, qui Archolus inuentarium fecit, & in inuentario posuit certas domos positas in comitatu vrbis veteris, & etiam turrim quæ olim fuerat domini Grispondi cum omnibus adiacentibus. ꝓponitur etiam qd̃ sic dictus tutor dictas domos positas in ciuitate Perusij possedit; tamen dictorum bonorum possessio fuit occupata per quosdam nobiles de Tuderto ẽt ciues Perusinos tempore guerræ ciuitatis Tuderti, quo tẽpore dictus Archolus non patiebatur pariter venire ad ciuitatem Perusij: proponitur etiam q̃ aliarum possessionum suprascriptarum dictus Archolus nunquam habuit possessionem, nunc tempore reddendæ rationis petitur ab ipso Archolo per dictos pupillos q̃ reponantur in possessionem dictorum bonorum cum ea in inuentario po-
1 suit. quæritur quid iuris? Ad prædicta respondeo † q̃ licet dicatur in l. fi. in prin. C. arbi. tute. q̃ ea quæ scripta sunt in inuentario faciant fidem contra tutorem, adeò qd̃ nõ admittitur probatio in contrarium: tamen illud debet intelligi quatenus significatio verborum necessitatem importet: & non aliter: nec enim debet à significatione verborum recedi. vt l. non aliter. de lega. 3. & §. si is qui nauem. l. 1. ff. d̃ exer. sed si benè dicti inuentarij verba inspiciant̃, dictus Archolus non asseruit se dictas res inuenisse: nec ad eius manus peruenisse, sed solùm asseruit illas in hæreditate esse, q̃ potest esse sine possessione. vt l. rem in bonis. de acqui. rerum do. & ipsi qui dicta bona in inuentario posuit

posuit licet dictaverba interp̃tari. vt l. si quis intentione. de iudi. sufficit. ergo dicto Archolo ꝙ ipse tempore reddendæ rationis ostẽdat instrumenta & iura per quæ appareat dicta bona esse in dicta hæreditate iure dominij, vel quasi: licet non iure possessionis teneatur reassignare possessionem ex vigore dicti inuentarij, cum eas ad se peruenisse, vel inuenisse in bonis inuentarij non asseritur. Quantum verò ad dictas domos positas in ciuitate Perusij, quæ occupatæ dicuntur, videtur sufficere dicto tutori si dictas domos reassignet: & de occupatione fidem faciat: non enim tenetur tutor de casu fortuito. vt l. quicquid. C. arbi. tute. sed dicta occupatio, vt proponitur, est casus fortuitus cum nulla possit ei culpa imputari, vt l. contractus. de reg. iu. ad quod facit quod præsupponitur quòd propter guerras & insidias ad ciuitatem Perusij accedere non poterat: & propter id ab omni culpa videtur excusari. vt l. ij. §. sed & si quis. & §. seq. ff. si quis cautionibus. Bar.

CONSILIVM CCXL.

1 *Ad hoc vt hæres incidat in pœnam propter non soluta legata requiritur quòd fuerit interpellatus.*

1 **Proponitur** quòd viso † testamento Francisconi, in quo continetur, &c. Vide s̃. consi. 29.

CONSILIVM CCXLI.

1 *Substitutio facta pupillo si sine filijs deceßerit per verbum deueniat, ꝙ sit fideicommißaria, pupillo in pupillari ætate decedente. & nu. 2.*
3 *Verbum deueniat, & perueniat, quòd sint communia, & trahuntur ad fideicommißum.*

Pater filio impuberi hæredem substituit hoc modo: si filius meus decesserit sine filijs, vno vel pluribus talem substituo: & ad ipsum volo quòd deueniant bona mea: decessit testator, eo mortuo decessit dictus eius
1 filius in pupillari ætate. Quæritur vtrum † substitutus directò succedat dicto impuberi tanquam pupillariter substitutus: an verò dicta substitutio sit fideicommissaria? & dico prædictam substitutionem fideicommissariam esse. vt no. Accur. C. de impube. & alijs substit. l. precibus. in glo. quæ inci. secus dicerem. & ff. de vulg. & pup. l. Centurio. in glo. mag. versi. si autem dixisset. & insti. de pupil. sub. §. extraneo. in glo. ꝙ semper. idem tenet Iac. de Are. in d. l. precibus. in addi. sua. ver. si verò vtatur verbo communi. idem Cy. ibidem. & Iac. Bu. do. Azo. in summa eo. tit. idem no. extrà. de testa. c. Rayn. & hoc tenet Dy. in distinctione substitutionis quam ponit in l. Lucius. ff. de vulg. & pup. & Odoffre. & multi alij docto. est verum ꝙ aliqui tenent contrarium, & allegant glo. quæ est insti. de pupilla. substitutio. §. qua ratione. in fi. mag. glo. sed illa intelligitur quãdo testator vtitur distributione temporum. vt no. in d. l. p̃cibus. vel illa glos. hoc non dicit, quia non dicit quòd in pupillari ætate facta per verbum substituo, sit directa: sed
2 per verbum † hæres sit, quia est merè directum. & prædicta sunt vera maximè vbi mater est in medio, quia fauore matris dubia substitutio interpretatur contra hæredẽ. vt no. de insti. & substi. l. vlti. in d. l. precibus. & d. l. Centurio. & d. §. qua ratione. & C. de testa. mili. l. in testamento. in gl. expressè tex. in cap. 1. extrà. de testamen. lib. 6. quia ibi substitutio facta fuit per verbum merè directũ: scilicet per verbum morietur. prima enim substitutio ibi facta, & secunda etiam substitutio ibidem facta fuit per verbum instituo, vt ibi patet: verbum enim instituo est merè directũ. vt ff. de hæredi. instit. l. 1. §. si ex fundo. & §. sequitur. ff. de testa. mili. l. quærebatur. ff. de vulg. & pupil. l. 2. & Dyn. in d. distin. Et si dicatur quòd substitutio dubia interpretanda est fore directa, vt d. c. si pater. & no. de vulg. & pupil. substitu. l. verbis ciuilibus. ibi respondetur qđ illud verum duobus concurrenribus: videlicet qđ conueniat verbis substitutionis, & personis, hoc est, qđ sit facta per verba, q̃ prius adaptantur ad directam substitutionem, quàm ad fideicõmissariam, vt ibi patet. & ita intelligitur glo. d. l. verbis ciuilibus. nam in l. fina. C. de hæredi. insti. per quam legem glossa se fundat: erat verbum merè directum, scilicet hæres esto: ideò trahitur ad directam substitutionem. nõ obstat l. Cẽturio. nec l. verbis ciuilibus: quia in qualibet earum fuit facta substitutio per verba merè directa. vt ibi patet sub ver. directo. & in gl. parua posita super illo ver. in d. l. verbis ciuilibus. in 1. gl. quia ita facta fuit per verba, ille sit hæres. licet gl. in l. precibus. super hoc dicat contrariũ: sed in hoc ab omnibus reprobatur: quia est contra. d. l. Cẽturio, secundum Dyn. & alios. Et prædicta etiam tenet do. Ray. de Forli. Guil. de Cun. in dicta materia substitutionis.
3 Illud autem qđ dixi de verbo substituo, idem dico† de verbo deueniat, seu perueniat, & his similibus: quia communia sunt, vt patet; quia in eorum proprio significato stant æquè in significatione directæ, ergo verba ipsa sunt communia. vnde iudicandum est de eis secundum subiectam materiam & ratione adiuncti, sicut de verbo substituo. nec etiam aliter est dicendum de verbo deueniat: qđ est compositum ex de, & veniat: quã de verbo perueniat: qđ est compositum ex per & veniat, de quo verbo perueniat, est lex expressa quæ adaptatur ad fideicommissum. vt ff. de lega. 3. l. fideicommissa §. hæc verba. ff. ad Trebel. l. hæredes mei. §. cum ita. & C. de fideicom. l. cum virum. vbi restitutiones continentur appellatione verbi perueniat: ergo fideicommissum continetur sub isto verbo. idem probatur in authen. de restit. fideicom. §. manifestum, in prin. col. 9. Præterea lex dicit qđ hæreditas dicitur aduenire qñ ex testamento defertur hæreditas directè, vel per fideicõmissum: vt ff. ad Trebel. l. 1. post princ. & ff. de fideicommis. hære. per totum. Præterea expressum est qđ verbum deueniat, aptatur ad fideicommissum, extrà. de testa. c. Raynal. Præterea magis est directum verbum substituo, quàm verbum deueniat, quod patet. nam substituo propriè exponitur, id est sub conditione instituo, vt ff. de vulgari, & pupillari substit. l. 1. ff. ad legem Falci. l. in ratione. §. qđ vulgo. & §. si filio. & tamen in casu prædicto trahitur ad fideicõmissum, & exponitur substitutio: id est secundi hæredis statuitio. vt ff. ad Trebel. per totum. & C. eo. per totum. ff. de lega. 2. l. vt hæredibus & l. cum patronus. cum simil. Ex qb. euidenter concluditur substitutionem prædictam esse fideicommissariam. & fideicommiss. non possunt vti actione nata hæreditatis, sed hæreditaria tantùm facta restitutione, vel habita profacta: vt ff. ad Trebel. l. cum hæreditas ex fideicommisso. Non obstat qđ no. per Innocen. in ca. Raynaldus. vbi dicit qđ verbum deueniat, est directum, qa verum est quando forma instituendi hoc importat. vt qa dixit testator si decesserit in pupillari ætate, tunc enim ratione adiuncti, hoc importat, aliàs accipitur verbum directum, id est deprecatiuum. vt. C. commu. de lega. l. 2. sed nõ facit ad propositum, & eo modo loquitur. C. de testa. l. omnium. cum si. Prædicta confirmo, maximè in eo casu vbi testator pro anima sua substituit, quia causa substituendi est determinata ad certa bona, scilicet ad bona testatoris tantùm, quia sibi soli testator voluit prouidere, quia animæ suæ tantùm considerationem habuit. nec enim pro anima sua potuit de alieno largiri. prima. q. prima. c. non est putanda. & 14. quæstion. 5. immolans. & quia causa legandi restringit significatum verbi. vt C. de conditio. & demonstratio. l. cum talis. §. legato. cui accedit totum illud generale. ratio restringit dictum: hoc est Brocardum. si quis non credit prædictis verbis, credat rationibus, quia vnam substitutionem fecit vnum substituẽdo, & certum: & iterum vnus conceptus colligitur secundum vnicum loquendi modum substituendi: & etiam si pluribus casibus testator loqueretur, nisi differrent ipsi casus naturali specie, vt verbi gratia, si testator diceret siue dormiens, siue non, talem substituo, vnica tantùm esset substitutio. vt ff. de verborum obligatio. l. quod dicitur. item. ff. de legatis 1. l. planè. in princ. & qđ legitur, & nota. ff. de probatio. l. quinquaginta. facit. ff. de libe. & posth. l. commodissimè. & C. de posthu. hære. insti. l. vlt. in fine.

CONSILIVM CCXLII.

1 *Auia, quòd matre non existente, in tutela præferatur alijs legitimis.*

Prout suprà scriptum est, & consultum in primo, in cæteris alijs dubijs, idem dico, & cosulo ego Bartolus de Saxoferrato, per easdem rationes. attamen super tertio puncto fuerunt multæ opi. quando sunt alij legitimi præter auiam, sed quando post matrem venit
1 auia, † tunc sine dubio ipsa volens, & non negligens debet esse tutrix, omnibus alijs legitimis, & datiuis exclusis. soli enim testamentarij ipsi auiæ præferuntur. vt in auth. matri, & auiæ. quando. mu. tute. offi. fungi potest. & in corpo. vnde sumitur. vnde istam auiam dico præferendam. & etiam si esset locus datiuo, ipsa auia debet omnibus præferri. ¶ Hic erat duplicatum consilium numero tali, videlicet ccxliij.

CONSILIVM CCXLIII.

1 *Substitutio facta pupillo, si deceßerit in pupillari ætate, vel posteà, quan-*

BIU Cujas

quandocunque sine filijs, tunc & eo casu fiat de domibus suis vnum hospitale, matre existente in medio quòd sit directa.

2 *Substitutio directa admittitur contra matrem fauore piæ causæ.*

3 *Vxor si est relicta domina, massaria, & vsufructuaria, quòd existentibus filijs debeat habere alimenta.*

4 *Vxor relicta vsufructuaria sicut existentibus filijs non debet habere nisi alimenta, ita quando bona deueniunt ad substitutum mortuo filio.*

Fuit quidam de Assisio instituens suum hæredem vniuersalem filium suum, & vxorem suam reliquit dominam, & vsufructuariam. & si filius prædictus decesserit in pupillari ætate, vel posteà quandocunque sine filijs voluit, iussit, & mandauit, quòd tunc in dicto casu fiat de domibus suis vnum hospitale, & vna capella per suos fideicommissarios, quæ capella sic facta habeatur pro data, & assignata fratribus B. Antonij, & sub eorum protectione. & reliquit filiæ suæ vltra dotē sex florenos: cætera verò bona sint dictorum capellę, & hospitalis conuertenda ad perpetuum Dei, & pauperum commodum. Quæritur,
1 † quæ substitutio sit ista facta dicto filio pupillo, qui pupillus in ætate pupillari decessit: mater petit legitimam, id est debitam iure naturæ, & etiam quartam. Item quis sit intellectus illorum verborum dominam, & vsufructuariam.† Ad primum, quæ substitutio sit illa. & vtrum ma-
2 ter totaliter excludatur, necne. Primò videndum est an dicta substitutio sit censenda fideicommissaria. & videtur qđ sic. & hoc probatur. Ista substitutio facta verbis directis ab eo qui poterat substituere directò fauore matris existētis in medio obliquatur. C. de impube. & alijs substitu. l. precibus. in fine. coniuncta. l. centurio. ff. de vulg. & pup. & C. de testa. mil. l. in testamento. in fine. ita ergo fit hic. Præterea tantus est fauor iuris qđ nedum verba directa facit obliqua: sed aliquando substitutum excludit totaliter, qui non excluderetur, si mater in medio non esset. C. de impube. & alijs substitu. l. precibus & C. de instit. & substi. l. fi. Præterea si dicta substitutio censeretur esse directa, iam omnia bona impuberis deuenirent ad substitutum, quasi ex impuberis testamento. ff. de vul. & pup. l. qđ si plures. §. ad substitutos. & sic mater repelleretur à luctuosa hæreditate sui filij, quod est iniquum. C. de inoff. testa. l. nam & si parentibus. & validum arg. ad hoc colligitur. C. de impu. & alijs substitu. l. humanitatis. in ratione legis. Præterea probo qđ etiam si mater non esset in medio ista substitutio debeat censeri fideicommissaria. præmitto autem qꝑ substitutio fideicommissaria potest fieri intra tempora pupillaris ætatis. & sic directa. ff. de de leg. 1. l. fideicommissum. ff. ad Treb. l. Sceuola. Præterea præmitto qđ in substitutione fideicommissaria veniunt duntaxat bona testatoris, & non filij. ff. de vul. & pu. l. cohæredi. §. cum filiæ. Et ex his sic infero, testator voluit & potuit solùm substituere in reliquis bonis suis, vt apparet ibi. cætera verò bona testatoris, &c. ergo non directò, sed per fideicommissum substituit: quia si directè, non substituisset testator ad bona sua tantùm. sed s̄. & latius substituisset. Et quòd illa verba significent bona duntaxat testatoris: patet. ff. de reli. l. 2. §. in locum. & patet. ff. de leg. 1. l. Stichū, qui meus erit. de aur. & arg. leg. l. si ita. de leg. 3. l. nuper. & l. qui suos. & arg. ff. de pign. l. Paulus. & pro hoc est argumentum magnum ex quo mater extitit in medio. nam præmissa verba testatoris bona impuberis complecti non possunt, nisi per interpretationem extensiuam: sed interpretatio extēsiua non admittitur contra matrem, vt præallegatum est s̄. & c. Et confirmatur, quia in præfatione continetur vt assolet, timens ne de suis suum post obitum, &c. Per quę verba videtur patere quòd testator tantùm de suis bonis voluit testamentum ordinare, nec fuit in eius mente ordinare de bonis impuberis, qđ vtrunque fecisset si voluisset pupillariter substituere. præfationes namque faciunt nos scire & intelligere posteriora. ff. de hær. instit. l. fi. ff. de orig. iur. l. 1. ff. de eden. l. fi. §. si quis. & §. si initium. iuxta illud à primo ad vltimum. posterior formatus euentus. C. de imponen. lu. de l. j. in prin. lib. 11. Sed in contrarium ex aduerso quòd substitutio in tempore pubertatis sit directa pupillaris, patet primò, quia quando testator ita dicit, si filius meus in pupillari ætate decesserit talem substituo: vel talis succedat. ista substitutio est pupillaris expressa. vt instit. de pupi. substit, in princip. & no. in prædicta. l. precibus. & in hoc nemo contradicit. imò omnes doctores, & glos. concor. quia est facta in forma pupillaris substitutionis, cui competit, &c. Sed vbi competit forma verbis incertis non certis est coniecturæ locus. l. continuus §. cum ita. ff. de verbor. obliga. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. 3. & de exerc. l. 1. §. si is qui nauem. l. Labeo. §. si verò. de suppel. leg. & idem si testator sic dicat, si filius meus in pupillari ætate decesserit, vel moriatur bona mea ad talem deueniāt. vt c. si pater. de testa. lib. 6. & extrà. de test. c. Raynaldus. & idem videtur si dicat, & si decesserit, &c. bona sint talis: quia non quilibet scit dicere hæres esto. vt no. in l. quoties. C. fami. erci. sed sufficiunt qualiacunq; verba, apta tamen. quia leges non formæ verborum impositæ sunt: nec parant laqueum, maximè testationibus C. de testa. l. quoniam indignum. & C. commu. de leg. l. 1. in prin. & arg. ff. de contrah. & commit. stip. l. scrupulosam. & l. omnes. illud enim nullam haberet dubitationem, si testator dixisset, hæres esto, vel sua sint bona, vel similia. ff. de hæred. insti. l. his verbis. nam vbi de dominio loquimur, de directo intelligimus maximè in casu fauorabili, & in testamentis, vbi verba amplissimè accipimus. vt ff. si ager vectiga. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. de vsufruct. l. proculus. & ff. de reg. iu. l. in testamentis. cum si. Secundò patet, quia illa substitutio est directa, quando nullo medio defert bona & ius diuersum, ex qua tunc existit, & ratione eius potest hæreditas adiri nudo animo, & bonorum possessio peti; & illa est fideicommissaria quando fides alterius est onerata: sicut cum hæres scriptus est de restituendo grauatus. & vnde hoc nomen acceperit, patet insti. de fideicom. hæredi. in princ. & hic substitutus non capit nomen à seipso, sed per restitutionem: & sic substitutus non habet ius adeundi: sed potest petere quòd hæres, si non vult adire, cogatur adire, & restituere, & si adiuit & non restituit habet pro restitutione sibi facienda actionem ex testamento. ff. ad Treb. l. quia poterat. & no. in l. 1. & 2. de fideicom. hæredi. C. ad Tre. l. non istam. ff. ad Tre. l. legatus. in fi. & restituta sibi hæreditate non est hæres: quia qui restituit non desinit esse hæres. ff. de vulg. & pup. l. ex testamēto. §. vl. de mino. l. & si fine. §. sed qđ Papinianus. & duo insolidum non possunt hæredes existere. l. qđ contra. §. vni duo. ff. de regu. iur. sed effectu quodam non est hæres. ff. ꝑ cū eo. l. si filius. & quia iste per additionem quam fecit hæres sentit commodum: quia firmatur in fideicommisso: vt C. de fideic. l. eam quam. nec potest conqueri si hæres Trebellianicam detrahit: quia ex illa hæreditate extrahitur regulariter, ex qua Falcid. & facit insti. ad l. Fal. in prin. fit quoque substitutio directa verbis directis, vt si in pupillari ætate decesserit Titius sit hæres l. 1. ff. de vul. & pu. in princ. fideicom. fit verbis fideicom. vbi idem testator vult qđ fideicomm. substitutus capiat de manu hæredis. vt in instit. de fideic. hær. per totum. per verba verò communia quandoq; fit directa substitutio. vt l. iam hoc iure. de vul. substi. vbi verbum substituo, adaptatur ad directam substitutionem. ff. de vulg. substi. l. Lucius. sed in fideicommissaria adaptatur ad fideicommissum. vnde dicimus substitutionum alia directa, alia fideicommissaria: cum autem simpliciter dicimus substitutionem, directam intelligimus: quia verba sunt intelligenda per prius, non per posterius. ff. de vul. & pup. l. qui cum plures. de lib. & posthu. l. Gallus §. 1. & argu. d. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. Et q̄libet substitutio potest esse directa, quæ directam continet prouisionem, fideicommissaria verò onus: vt C. de inof. testa. l. ex tribus. sed pater videtur potius in dubio filiæ prouidere quàm eam grauare: quia pater consilium capit pro filijs suis. ff. de vulg. substi. l. scripto. de libe. & posthu. l. nulla. ff. de vul. & pup. l. cum filio. C. de cura. furio. l. fi. in prin. de salute ipsorum est solicitus de lega. 2. l. cum pater. §. mando. quod metus causa. l. isti quidem. & omnia ex voto pater parat filio. ff. de bo. lib. l. vl. §. 1. & ideò rectius dicitur qđ substitutio dubia recipit cum potest valere interpretatur directa: vt no. de vul. substi. l. verbis ciuilibus. & est expressum in c. si pater. de test. lib. 6. Concluditur ex his dictam substitutionem de qua quęritur, esse directam censendam. & ita mihi videtur: nec habet mater conqueri de filio, quia nihil filius matri fecit, aut de patre, qui nec in aliquo ei tenetur. ff. de inof. testa. l. Papi. §. sed nec impuberis. & d. c. si pater in fin. Non obstat. l. humanitatis. quia ibi in exemplaria loquitur, quæ in hoc, & in multis à pupillari differt. Non obst. fauor matris in medio existentis quia isto casu non fauetur matri, quia fauor duplex, scilicet patris, & impuberis vincit fauorem solius matris. Et ad l. precibus respondeo, aut tu arguis ex prin. l. & tunc non obst. quia fateor ꝑ quando mater est in medio substitutio vniuersaliter facta impuberi non continet pupilla-

pupillarem aliàs præsumptam. vt l.iam hoc iure.quia tacita præsumpta non admittitur contra matrem. l.fi.C.de instit.& substit.Sed in casu nostro non est substitutio præsumpta,imo† vera,& certa,& ideo admittitur cõtra matrẽ, & maximè ad pias causas.vt est hic,& d.c.si pater. & d.§. sed nec impuberis.Aut tu arguis ex fine.l. precibus.vbi dicit, quòd obliquatur substitutio fauore matris.& non ob. qa loquitur post tempora pupillaris ætatis. si enim impubes filius decesserit,mater excluderetur, vt in secundo casu illius legis.Ratio differentiæ est,quia intra pupillarem ætatem iure communi valet substitutio directa: pòst verò ex priuilegio militis valet iure directo, si mater non esset in medio.vt l.Centurio.ff.de vulg.& pup.sed quia mater est in medio,priuilegium militis non excludit matrem directò,vt faceret ius commune: sed eligitur quædam media via,vt substitutio obliquetur post tempora pubertatis. & sic non obst. Ad l. intestamẽto. in fi. respondeo qꝑ ibi ius cõmune facit pro matre, quia substitutio reciproca facta personis disparibus non cõtinet substitutiones dispares, sed pares: aliàs esset pro parte reciproca facta, & pro parte non reciproca,qđ est contra vim nominis, & naturam correlationis.vt de acceptila.l.fi.& hoc considerauit. l. iã hoc iure §. si alter. licet ergo miles qui fratrem, & filiam instituerit hæredes, & inuicem substituit,possit fratri iure vulgari,& filiæ impuberi in potestate positæ iure communi directò substituere:tamen quia diuerso iure potest,non videtur sensisse nisi probetur, quia nõ poterat pari ratione substituere;nec enim sunt vulgaris,& pupillaris eiusdẽ generis,& conditionis: nam in pupillari venirent etiã bona impuberis;in vulgari non.vt l.Centurio,& secundum hoc.d.l.in testamento.non faueret iuri materno, seu speciali; sed iuri communi.vel si faueret,quia mater est contra priuilegium,non contra ius commune,& sic non ob. Et ad id quod dicitur,quòd substitutio trahitur ad vniuersum.vt ff.de hæredi.instituen.l.1.§.si ex fundo. & l.cohæredi.§.fina.ff.de vulg.& pupi.& est directa substitutio,quando testamentum potest incipere à substituto.ff. de hær.instit.l.si quis ita hæres instituatur.Respon. qđ expressio bonorum testatoris non in restitutione, sed in modum demonstrationis facta venit.ff.de secun.tab.l. fin. Et si dicatur,hoc non fuit in mente testatoris ordinare testamentum alij quàm sibi: vt patet ex præfationibus testamenti. Respondeo,imo fuit de mente à iure præsumpta: quia ꝑsumitur scire iura quæ hoc dicunt, quæ iura possent sciri consulendo peritiores.præsumitur namque quòd consultè fuit testatus, & peritè,ex quo solemnitates adhibuit.& cum tabellione.C.de vsufru.l.1.ff.de leg.2.l.codicillis.§.vl. Item ex verbis constat de mente.ff.de supel.lega.l.Labeo. §.iterum.de leg.3 ille aut ille.§. cum in verbis. & ita videt
3 mihi super primo puncto quæ dixi, &c.† Super secundo puncto: an vxor debeat habere alimenta,an plenũ vsumfructum;dicunt doct.aut consideramus interpretationem vulgi, aut naturam verborum prolatorum. nam secundũ naturam verborum prolatorum loquitur. l. si Titio fundum.ff.de vsufru.leg.& de leg.2.l.Titio.§.primo.in fi.Si verò loquimur secundum quòd interpretatur consuetudo, & tunc aut filius extat in medio, & debet habere mater alimenta.vt no.in l.1.C.si mulier.secun.nupse. & in Spec. qui filij sint legi.§.1.ver. si quis. nam honoris causa dominam testator videtur vocasse, non eam cohæredem liberè fecisse,vt habeat totum.vt l.voluit,ff.de vulga. substi.l. verbis. sic. ff. manda.l.creditor. in fin.cum per simile verbum vbi non extant filij cõsuetudo cessat.¶ † Quid ergo, si filius extitit ab initio,sed pater mortuus est,& factus est locus substituto? vtrum mulier ad ius commune reuertatur? & videtur quòd sic.quia filiorum priuilegium ad hæredes aliter non transit tanquam personale.l.in omnib.ff. de re.iur.l.1.de priuil.doti. de ritu nupt. l. non solùm. §. si puellæ. cum sim. In contrarium facit, qꝑ verba testatoris ceperunt certo modo interpretari.ergo ista interpretatio vitiari non debet, sicut in simili no. in l. verbis ciuilib.& in l.precib.quia substituti representant institutum, vt est ad hoc arg.l.si eum §.qui iniuriarum.ff.si quis cau. & qꝑ testator non senserit de iure dñij,vel effectu, sed de facto potius.ff.de cap.dimin.l.legatum.facit ẽt qđ dicit massariam, qꝑ est nomen facti administrationis,nõ dñij, vel iuris.Nõ ob.l.vxori.de vsufru.leg.quia ibi reliquit vsumfr.simpliciter,& præcisè.hic non. Pretereà sic consuetudo interpretasse videtur,& vsus loquendi plus attenditur quàm proprietas modi significandi.vt no.ff.de le.3.l. librorum.§.qđ tamen Cassius. Non obstat. l. Titio fundum. quia ibi fuit legatum alternatiuum certæ rei, hic incertæ. Non obst.l. creditor.in fi.quia ibi legatum certam formam, & dominium continebat,hic incertam,& implicitam,&c.

CONSILIVM CCXLIIII.

1 *Substitutio facta pluribus: si aliquis ipsorum decederet sine liberis, quòd non expirat vno decedente sine liberis.*
Dictio quisquis,si quis,& si aliquis: licet in singulari numero prolata sit, ad omnes tamen refertur.
2 *Ordo mentis, quòd attendatur magis, quàm ordo scripturæ in vltimis voluntatibus.*

Dominus Cato instituit.I.M. & N. filios suos hæredes,& eos substituit ĩ hũc modum,quòd si contingeret aliquem dictorum filiorum mori sine liberis,eo casu substituit alios filios tunc viuentes, an mortuo vno filio sine liberis,& sic existente causa substitutionis in personis aliorum dicta substitutio expirauerit,quòd videtur. Propterea qa vsus est testator verbo sin-
1 gularis numeri. † in contrarium quòd in personis aliorũ substitutio nõ expirauerit, imo in persona omnium locũ habeat,qđ sic probatur: nam natura istorum distributiuorum,quisquis,si quis,& si aliquis,est, vt licet sint singularis numeri,ad omnes referuntur,vt l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulga.& pupil.& expressum est de leg.1.l. qui filiabus.§.1. vnde licet substitutioni sit locus i persona primi, potest etiam esse in persona secundi;sed in testamento dicti Catonis reperitur institutio prædictorum.I. & M.suorum filiorum,& substitutione facta contigit qđ primò extitit casus mortis sine liberis ĩ persona dicti.M. & sic pars bonorum venit ad dictu.l. & M.postea euenit casus mortis in persona dicti.I.sine liberis,qui decessit superstite dicto.N.qui extraneum instituit.Quæritur quid dictus.N.habere debeat de bonis dicti.I.à patre, & à dicto.M.suo fratre peruentis? ad quæ respõdetur qꝑ de bonis quæ dictus I.habuit à patre dẽt deduci legitima,& Trebellianica:residuum debetur dicto.N.vt l.cohæredi.§.cũ filiæ.ff. de vulg. & pup.extra,de testa.t.Raynal. de bonis verò quæ dictus I.habuit à dicto.M.eius fratre primò defuncto, dico qđ est aduertẽdum:nam in dictis bonis partem habuit iure successionis ab intestato sibi contingentem de legitima, & Trebellianica dicti. M. & de istis nil debet habere dictus N.nisi quatenus sibi. l. reliquisset: quia cum habeat iure suo,non ex substitutione,non venit in fideicommisso, vt l.qui fundum.§.qui filios.ad l.Falc.aliam partem habuit iure fideicommissi sibi debiti ex substitutione paterna; & de hac est videndum an veniat in fideicommisso.& dubiũ facit,quia glo.in l.cum virum.C. de fideicommiss. & ff. ad Trebellia.l.Marcellus.§. quidam. distinguit an primò grauet,secundò roget.an ècontra. sed hic neutrum facit primò, imo vno contextu verborum grauat, & prouidet.in eo enim quòd alteri superuiuenti substituit, prouidit su
2 peruiuentibus, & grauat morientem. † Circa hoc tamẽ dico quòd ordo mentis potius attenditur,quàm ordo scripturæ.vt l.cum pater.§.fideicommissum.ff. de lega.2.l.nec enim.& ibi per Dynum.de sol. Sed non est dubium quòd in voluntate testantis hic ordo fuit,vt premorientem grauaret, superuiuentibus prouidit,& filium morientẽ grauauit de restituendo superuiuenti. & sic apparet, quòd in persona huius secundi, primò reliquit sibi,secundò grauauit in ordine intellectus,& volũtatis testãtis & sic totũ qđ habuit ex fideicõmisso à primo,venit in fideicõmissum,qꝑ debeẽ huic superuiuenti. & pro hoc vĩ casus .ff.ad Trebel. l.hæredes mei.§.cum ita.& l.Lucius.§.tres hæredes.in fin. huic autẽ opin. contradicitur de leg.tertio.l.pater.§.quindecim.ibi enim in eo, qđ habetur ab hærede non videtur fideicommisisse. secundò ibi testator de parte rogauit,hic verò simpliciter. Item obstat de legatis tertio.l. si Titius ex parte, sed ibi rogauit de parte hæreditatis, hic simpliciter.vt not.ꝑ gl.in l.Marcellus.§.quidam.ff. ad Trebellianum.& ibi etiam probat tex.&c.

Finis libri primi Consiliorum Bartoli à Saxoferrato,quorum numerus est,ccxliiij.

BIU Cujas

SECVNDVM VOLVMEN
Consiliorum Domini Bartoli à Saxoferrato.

CONSILIVM PRIMVM.

1 *An vigore diuisionis videatur renunciatum iuri fideicommissi, quãdo fuit promissum non contrauenire.*
2 *Stãte promissione de defendẽdo, an ius fideicõmissi uideat̃ esse sublatũ.*
3 *Fraternitas substituta an possit aliquid petere de bonis emphyteuticis vigore substitutionis.*
4 *Donatio facta rebelli, & per notarium rebellem rogata, an valeat.*
5 *Pater an obligetur ad restitutionem bonorum filij, si per patrem, tanquàm ministrum sunt quæsita filio.*



3 quando illud quod diſponitur, facit relationem, † & ordinatur ad aliud, tanquam à ſui forma informatur ab illo, & ſecundum illud operatur,& non aliter, l.ait prætor.§.ſi iudex.& l.in ſumma.de re iud.& l.vbi autem non apparet. §.illud dubitationem.ff.de verbor.obli. & l. hæc ſententia omnem. C. de ſen. quæ ſine cer. quan. Sed hic denunciatio facit telationem ad laudum, & eius formam, ergo ſecundum id debet diſponere.Prætereà admonitio,& diſpoſitio aut nihil operantur, aut vrbanitatem inducunt, aut aggrauant eum cui fit, non autem denuntiationem, vel de iure denunciationis diminuunt. l. quidam Iberus.ff.de ſer.vrb.præd. & l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. quæ in frau.cre. & in toto titu. de no. oper. nunc. & ff. de regul. iur.l.non ſolet. Sic in propoſito, admonitio, & denunciatio non nocebit: ſed aut preſumetur vrbanitas, aut aggrauabitur ille cui fit. Ad contraria reſponde ſic. Aut concurrunt duæ diſpōnes ſecundum idem tempus, aut de iure communi, aut vna ex propria prouiſione, altera ex priuilegio. Si ambo ex cōmuni iure, vna non impedit aliam, vt iurib.s.alle.Si vna ex priuilegio, alia ex prouiſione hoīs, illa hōis impedit legis priuilegiū, l.cum anteà.C. de arbi.& d.l.vlt. C.de pac.ꝙuen. Aut vna ſuperuenit alterī, & ſi fuerint ꝫriæ, & ſe non ꝙpatientes, tunc ꝑ vltimā vī receſſum à prima, ſi ſcđa pōt tollere primā, prima tollit vltimā, l. pacta nouiſſima. C. de pact. & l. ſancimus. C. teſt. & l. poſt diē. de lege ꝙmiſſo. Item informatur ſequens à prima,& diſponit ſm ipſam, ſi ordinat̄ ad illā,& facit relationē ad ipſam.l.ſi quis priore.ff.ad Treb.Inſti.quib.mod. teſt.infir.§.ſed & ſi quis priore. Aut ſe ꝙpatiuntur, & vna non impedit alteram niſi hoc agatur, vt d.l.vl.C. de noua. Inſt.ꝙb.modis tollitur obl.§.prętereà.& d.l.non rectè.Bar.

ADDITONES.

a ¶Ex eo qđ.Hic no ꝙ dicit Bar.ꝙ dictio hinc,& ab hinc, intelligitur à tpe contractus, vel laudi,& non trahitur ad tps præteritum. de qua dictione vide Spec. in tit. de dila.§.1.ver.quid ſi iudex.& de hoc conſilio, vt dixi, meminit Brix. in ſuo reper. in verbo, hinc.in vltimo verſi.

b ¶Secundo.Super ſecundo dubio uī uelle Bar.ꝙ terminus trium menſium datus in laudo ad ſoluendum, incipit currere à die laudi, & non a die notificationis.In contrarium facit,ꝙ no.Bal.in l.eos.§.apoſtolus.C.de app.uer.ſed à quo tpe currūt. cum concor.de quib.per Ale.in conſi.87.inci.nos doc. utriuſque iu.in 7. uol. ubi infert Ale.& conſuluit ꝙ inſtantia compromiſſi non currit partibus niſi à die ſcientiæ,& notificationis, quia aliàs partibus non poſſet imputari negligentia, per not. per Bar.in l.genero per illum tex. uerſi. ulterius iſta lex. ff. de his qui not.infa. per Bald.in l.quandiu. C.qui admit.cum concor.traditis ibi per do.Alex.in fi. tamen ad uerte quòd eſt neceſſe dicere, ꝙ partes habebant ſcientiam de laudo, & licet poſteà fuerit facta declaratio, & notificatio currit tempus à die ſcientiæ, ideo dubitatur ſi debet attēdi dies notificationis, uel dies laudi, quæ no. & adde ad Alex.& Iaſ.in d.l.quandiu.

CONSILIVM XIII.

1 *Argumentum à ſeparatis non valet.*

2 *Gradus indeterminatè prolatus à ſtatuto vtrum referatur ad ius canonicum, vel ciuile.*

3 *Communis vſus loquendi in graduum materia, conuenit cum iure canonico.*

a Quæritur[a] Vtrū gradus indeterminatè ꝑlatus à ſtatuto referat̄ ad ius ciuile vel canonicū, & dīnt quidam referri ad ius ciuile. Primò quia in multis partib.cū iure ciuili ꝙuenit. Itē, quia in ſtatuto eſt
1 facta mentio agnationis, ꝙ eſt nomen iuris ciuilis. † Et certè iſta argumenta non concludunt, quia in ſeparatis ſeparata eſt rō, nec eſt bona argumentatio, vt in §. nihil cōe. l. nāliter. ff. de acq.po.cū ſi. Itē dīnt, ꝙ nō licet arguere in ſucceſſione de gradibus iuris canonici ad ciuile, cū vnū reſpi-
2 ciat ſucceſſionē, & alterū conſanguinitatem. † Sed parcāt mihi allegantes: quia ius ciuile, & in ſucceſſionib. & in mīmonijs dinumerat gradus,& ſm ſuam dinumerationē dinumerātur ſucceſſiones,& mīmonia, vt probatur Inſt. de nup.per totū.& C.de ince.nup.l.fratris.& l.vl. Sic ēt cre-
b do, ꝙ ius canonicū,& ſucceſſionē,& mīmonium[b] reſpiciat, licet qñque vnum ius recipiat obſeruationē, & aliud nō. Sed hoc nihil ad nos: quia non tractamus de ſucceſſione, q̄ veniat de iure ciuili Ro. nec de iu.canonico, ſed de ſucceſſione ſtatutorum Lucanę ciuitatis,& eorū intellectu. Item dicunt, non eſt ſumendum argumentum, vbi lex deficit, ſed certè hoc nō eſt verum ſemper, imo ex mēte,& rōne legis arguimus. Sed certè hoc nihil ad nos, nō n.hic deficiūt verba legis, imò adſunt, ſed de eorum ſignificatu dubitatur. Itē allegatur ius, ꝙ non eſt in præcepto, nec in obſeruantia, & ſtatutarijs erat incognitum, non poteſt induci in argumentum ad dictorum deciſionem.& alle.l.1.C.de ſum.Tri.& fi.cath. Sed reſpon. ꝙ non inducū tur vt decidāt, ſed īducunt vt exinde ſumat̄ modus ſtatuētiū & ſignificatus verborū ꝑ relationē ad mētē, q̄ vī adſcripta

ADDITIONES.

a Th.D.¶Quæritur. Adde ꝙ iſtud conſiliū eſt ſm ordinē Peruſinū, in 1.par.iudiciorū, nu.25.tñ iudicio meo iſtud conſiliū nō eſt Bar. nec ab ipſo copilatū, ſed eſt do.Frā. Tig.& d.Ale.de Peru.& Bar.ſe ſubſcripſit,& ita refert iſtud conſiliū Bar.in l.iuriſ.in §.fi.ff.de grad.vbi dicit, ꝙ ita conſuluimus hoc anno d.Fran. Tig.& d.Ale.& ego,& ꝙ ita ſeruatur in practica. tamen d.Ale.de Imo in l.ſi auiæ.C.de ſuc.edic. alle. pro cōſi. Bar.& idē dicit Fely.in rub.Decretal.& d.And.Sicu.in conſi.83. in 1.vol.inci.lapienter dicit,& vide Bapt.Seuer.in l.omnes popu.ff.de iuſt. & iur.

b ¶Ad matrimonium. Adde ꝙ idē dicit Bar.in l.iuriſc.in §.fi.in fi.ff. de grad. & in conſi. 224.ꝙ incipit an fratres in 2.vol.& idē Iac.Bu.in l.fi.C.de ſuc.edic. & ibi Bal. & Sal. concludentes attendi debere ius ciuile ꝑ plures rōnes,& uide Pau.de Ca.i cōſi.246. ꝙ dicta ſubſtō. Limitat tñ prædicta ſingulariter Io.An.in addi. Spe.in ti.de ſuc.ab inteſt.in addi.mag.ver.& quia.ti. de grad. niſi ſtatutū loquēs de gradib. eſſet cōditū in materia mīmoniali, vel niſi eēt cōditū ſtatutū in foro ep̄i, in materia indifferēti, quia tūc attenderet̄ ius canonicū, de quo ēt uide Pet.de Anc. in c.canonū ſtatuta. de cōſt. Et an prędicta dēant ſeruari in terris eccleſiæ,& ēt i materia emphiteutica, vide Sal. in d.l.fi.C.de ſuc.edi.& ibi Ale.in fi.cui adde Ang.de Are.in §.fi. Inſt. de grad.vbi ſequitur ēt opi.Bal.ut s.& adde, ꝙ dicit d.Honof.de Bar.in conſi.ſuo, qđ inci.uiſa quadam inquiſitione.in ver.ſed poſito ꝙ eſſet dubium.vbi conſuluit, ꝙ ſtatutum loquēs de gradib. intelligitur ſecundum ius can.per do.Bar.vbi s.

BIU Cujas

pta apud ſtatutarios tã ex iure canonico, & eius obſeruantia,quã ex vſu loquendi.Vñ nõ quęritur de ſucceſſione,& deciſione ex iure canoni.vel ciui. ſed verbis huius ſtatuti, & eorum ſignificatu,qui ſumitur ex iure canonico,vel cõmuni vſu.Item non obſt.l.lege.& l.meminimus.C.de leg. hęre.quia nõ loquitur de gradus mutatione, vel alteratione,ſed de trãsferendo gradus de iure cognationis in agnationem , quia hic non tractat de graduu mutatione , ſed
3 de numerõne , quo iure ſit facienda.† Pro alia parte arguunt quòd de iure canonico intelligatur.Primò ex communi vſu loquendi,qui conuenit cum iure canonico per l.Labeo.ver.nec mirum. ff. de ſupel.le. Et ſi verum eſſet ꝙ vſus loquendi in ciuitate Lucana eſſet hic , non eſſet abſurdum fortè reducere ſtatutum ad intellectum vſus , & conſuetudinis,ſed hæc ſunt in facto, nec notoria,& ideo probanda.l.1.in prin.C.quæ ſit longa conſuetudo , & l.an in totum.C.de ædifi.priua. Et ſi fortè in ſtatutis Lucanis, vt moris eſt , quandoque continetur quòd ſtatuta intelligãtur ſecundum proprium ſignificatum,poſſet dici,quòd intellectus, qui aſſumitur à commuui vſu , ſit magis figuratus quàm proprius ſicut in acceptilatione,& ſolutione, & ita probat d.l.Labeo.cum glo.de ſupel.leg. Mihi autem
a videtur[a] de iure, ꝙ ſtatutum referatur ad cõmunem vſum loquendi.l.Labeo.de ſupel.le. Sed hoc non probato,vñ ſic pręmittendum, ꝙ eſt conſiderare gradus naturaliter,& eſt conſiderare ſecundum ius ciuile,& ſecundum demonſtrationem iuris canonici. Et vt incipiam ab vltimo , certum eſt ꝙ fratres patrueles inuicem non hñt gradum,imo hnt ſaltum.Si.n.duæ ſcalæ ſunt,per quas aſcenditur ad idem,ſi ex vna velit quis tranſire ad aliam non aſcendendo non erit gradatim , vel per gradus procedere , ſed ſalire.Modo iungamus cum iſto denumerationem naturalem.Nemo, enim dicet, ꝙ iſte ſit gradus, naturaliter loquendo , in eo qui ſalit de ſcala , ad ſcalam , ſed in eo , qui deſcendit per vnam,& aſcendit per aliam.Modo ita eſt , quòd ius ciuile hoc naturaliter proſpexit, vt aſcendatur ab vna parte vſq; ad primam,& deſcendatur ab alia.Sed quòd frater patruelis ad fratrem per modum gradus ſit in gradu ſecundo, ſecundum propriam & naturalem graduum dinumerationem,hoc eſt impoſſibile dicere , videlicet quòd per duos gradus frater patruelis fratri patrueli iungatur.Aut.n.iungitur per ſeipſum,& facit primum gradum. Aut per alios, & oportebit tunc numerare gradus fratrum præcedentiũ intra ſe.Sed quid ad nos computare gradus illorũ de quibus non quærimus,vt not.glo.in l. ſi auiæ.in ver.petijt.C. de ſucc.edi. Repugnat igitur diſpoſitio iuris canonici naturali,& rationabili computationi,quæ immutari no poteſt,vt probat tex.ad literam , in l. 2.ff.de vſufructu earum rerum,quæ vſu conſu.vel minuuntur.ibi,nec.n.naturalis, &c.Poſſet forſan etiam intelligi illud, quod dicunt Canoniſtæ,qui dicunt ftatres patrueles eſſe in ſecundo gradu.i. in linea ſecundi gradus,non inuicem,ſed ad auum.Modò igitur ex hoc concludamus , quòd vbi poteſt operari lex ſecundum proprium intellectum non debet trahi ad abuſiuum, & improprium , vt l.verbis. & in l. in pupillari. de vul.& pup.l.librorum.§. quod tamen Caſſius.ff.de le.3.Sed hic poteſt operari,& intelligi ſecundum proprium,& naturalem intellectum iuris ciuilis, ergo non debet trahi ad improprium, & abuſiuum iuris canonici. Item probatur, ea quæ non corriguntur,remanent,adeo quòd vñ mirabile,quòd ad correctionem antecedentis non ſequatur correctio ſequentis.l.meminimus.§.cum igitur. C. de legitimis hæredib.ff.de dona.cau.mor.l.tam is.§.fi. & l.eius qui. §.1.ff.de teſta.Sed ſi poneremus,quòd ius municipale non eſſet in ciuitate Lucana,& eius territorio, ſeruarem ius ciuile in duobus,vt amitam ponerem in tertio gradu.Secũdò,vt fratres patrueles ponerem in quarto. Sic ergo habe rem duo ex iure ciuili.Primò prærogatiuam ſucceſſionis. Secũdò,graduum dinumerationem , & computationem, & eius formam.Eſto igitur,ꝙ ius municipale circa ius ſucceſſionis aliquid diſponat circa gradus, & eorum dinumerationem,& eius formam, nihilominus remanebit ius ciuile,& eius obſeruantia. vt ſic ſucceſſio ſit ex iure municipali,dinumeratio verò graduum ex iure ciuili, quod aliàs obſeruandum,in hoc correctionem non recipit, nec mutationem. Tertiò probant ſequentia verba , dum dicunt, & prædictis non obſtantibus ſuccedant alię perſonæ,quæ de iure communi poſſunt , quòd refertur ad ius ciuile , & hæc nemo negabit.Dant ergo ſequentia intelligere præcedentia.ff.de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. Bart.à Saxofer. ſubſcripſit,ſed non fuit eius compilatio .

ADDITIO.

a ¶Mihi autem videtur. Nota ꝙ dicit Bar. ꝙ ſi in computatione graduum inoleuit certus modus computandi, ille prævalet computationi Iuriſconſultorũ , de quò per Bal.in l.2.C.de ſuc.edi.vide plenè per Fel. in rub.Decre.in verſi. ſimiliter dixit Bal.in l. peremptorias.

CONSILIVM XIIII.

1 *Pertinere verbum , in iure accuſandi in damno dato non ſufficit niſi dicat iure dominij,vel quaſi,vel iure poſſeſſionis.*

2 *Mandatum,& iuſſus ſuperioris an excuſet accuſantem à pœna.*

3 *Credendum eſt maioribus magiſtratibus ad excuſandum à dolo , & pœna .*

a Viſa Accuſatione porrecta[a] per Ioannem Martini de Aſſiſio,& proceſſo habito ſuper ea,vñ de iure ddm dictos accuſatores abſoluendos à dicta accuſatione pluribus rationibus . Prima ex defectu dictæ accuſationis, nam in ipſa accuſatione non ponitur aliquid , per ꝙ appa
1 reat accuſatorem habere ius accuſandi. Non.n.† dñ ad ſe pertinere iure dominij,vel quaſi,nec iure poſſeſſionis,ſed ſolùm dicit dictam rem ad ſe pertinere , ꝙ verbum latiſſimè patet . Comprehendit.n.eum cui res debetur actione perſonali , vt ff.de verb.ſign. l. verbum illud pertinere.ſed ei ad quem res pertinet illo iure competit ius accuſandi, vel agendi pro damno dato,vel actione legis Aquiliæ,vel interdicto ꝙ vi aut clam,vel ſimili, vt ff.ad l. Aquiliam. l. item Mela. §. legis autem. & ꝙ vi aut clam. l. is qui in puteum.§.ſi poſteà.& §.ſeq.Sed hic non conſtat, quo iure ad
2 eum pertineat , & ſic non conſtat ꝙ ius agendi habeat.† Et ſic non poteſt ſequi condemnatio ; & ſic debent abſolui ex vigore defenſionis factæ p dictos accuſatos,quia cõ-
b ſtat dictis accuſatis fuiſſe mandatũ & permiſſum à[b] prioribus communis Aſſiſij, ſi de hoc habẽt authoritatem,vt patet ex ſtatuto de hoc loquente. ergo per eorum iuſſum excuſantur,l.ꝙꝙ.in fi.prin.ff.de aqua plu. arc. & de iu. om. iud.l.ſi quis id ꝙ.§.doli.cũ ſi.Prætereà poſito ꝙ dicti prio-
c res non habuiſſent authoritatem , [c]tamen in dubio ipſi
3 accuſati debuerunt credere ipſis prioribus . † Credẽdum n.eſt eos,cum ſint maiores magiſtratus in ciuitate Aſſiſij, iuſtè feciſſe,cum hoc fecerunt ex vigore eorum officij,vt patet forma reformationis communis Aſſiſij, vt notatur. ff.de re.iu.l.non vñr data §.qui iuſſu.& per Dyn. de reg.iu. c.quod quis mandato.li.6. Tertiò hoc probatur ex vigore ratificationis & approbationis factæ per dictum accuſato rem : nam conſtat per inſtrumenta producta ꝙ dictus accuſator recepit æſtimationem pro parte dictarum perticarum, ſed ſolutione partis , vñ quis approbare totum.C.de non nu.pe.l. cum fidem. Item ex tali approbatione ceſſat delictũ,vt C. de fur. l. 1. ergo apparet dictos accuſatos eſſe abſoluendos.Prætereà,poſito ꝙ ex receptione partis non approbaretur,niſi inciſio ſeptem perticarum, ſeu arborũ, adhuc tamen debet ſequi liberatio : Nam non conſtat de quibus perticis fecerit approbationem,& de quib.non.Et ſic remanet accuſatio incerta, quia neſcitur in quibus fuerit delictum,& in quibus non fuerit, ergo debet ſequi abſolutio,l.nõ ſolum.§.ſed vt probari.ff.de no.ope.nun. nõ. in l.eum actum.ff.de neg.geſt. Ex quibus concluditur manifeſtè dictos accuſatos eſſe abſoluendos.Bar.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶Viſa accuſatione porrecta. Conſilium hoc ſecuudum ordinem Peru. eſt in i.parte iudi.nu.28.

b ¶Mandatum,& permiſſum.Adde ꝙ mandatum, & iuſſus præfatorum priorum Aſſiſij excuſat prædictos accuſatos,quia iuſſus iudicis excuſat à dolo,d.l.ſi quis id ꝙ.cũ concor.de quibus ibi per Iaſ. in 6. nõ. ff. de iur.om.iu.imo generaliter in his in quib. mandatum poteſt eſſe licitum,& non licitum mandatum ſuperioris excuſat,ſm Bal. & Flo.in l.liber.la.2.in prin.ff.ad l.Aqui.& Bal.in l.2.§. ꝙ ſi actor. C. de iura.cal.& in l.certi cõdictio. in prin.ff.ſi cer.pet.& in l. admonendi. ff. de iureiu. Et adde Spe. in tit. de accuſatione.ver.4. & Ang.in l.liberorum.§.ſi.ff.de in fa. inferentes de quodam Florentino qui erat miles poteſtatis,dũ accuſaretur in ſyndicatu. ꝙ de mandato domini poteſtatis aliquem indebitè poſuerat ad torturam , & ꝙ fuit laceratus libellus , cum mandatum ſuperioris eum excuſaret.Facit tex.in c.miles.23.q.5. vbi etiam not.glo. ꝙ ratione mandati excuſatur quis etiam ſi contra conſcientiam faciat,ſequitur Iaſ.in l.3.§.ſi procurator.ver.no. hic videri. ff. quod quiſque iu.& adde quod mandatum,& iuſſus ſuperioris excuſat à iuramento , vt per plures authoritates proſequitur Iaſ.in l.ſi.ff.qui ſati.cog.& per Fel.in c. conſtitutus.de reſcr.6.col.& ſeq.

c ¶Authoritatem. Adde ad no.per Bar.hic quæ no.Bar.in l. iuſtè poſſidet. ver. Quæro fiunt.ff.de acq.poſſ.& l.1.§.non autem.ff.ſi quis teſt. li. eſſe iuſ.fue. & conſi. 91. quod incipit.in quæſtione vertente in curia Capitanei.& in conſi.inci. miſſus, cum concor. de quibus per eundem.Ale.in d.l.iuſtè poſſidet.vbi videas Ia.& Bar.Soci.& vide Ang. de Are.in §.quia tamen.in ſi inſt. vi.bo.rap. & ibi ꝙ ſufficit quælibet credulitas ad excuſandum ipſum à pœna.Vide etiam glo.& Bar.in l.rem.§.tignum.in fi. ff. de rei ven. qui ponit de laboratore,qui facit mandato conducentis,quod excuſatur. de quo plenè per Imo.& Lud.Ro.in l.de pupillo.§.nuntiationem.ff.de ope.no.nun. & ibi Ale.& vide Bald.in l.qui ſe putat.C.de ſepul.viola.& dicit Bald. in conſi. 167. in 3. volu.incip.locata. quòd non dicitur damnum dare qui vtitur iure ſuo ſine fraude, & bona fide.Et an ſi quis inferat damnum non ex propoſito, nec lata culpa tenetur reſarcire damnum in foro pœnitentiæ,vide Fel.in c.i.de conſti. & iſti priores tenerentur,ſi paſſi fuiſſent accuſati damnum iniuſtè propter illos,vide Iaſ.in l.4.§. item ſi in facto. in vltim.col.ff.de verbor.oblig.

CON-

BIU Cujas

CONSILIVM XV.

1 *Occidendi animus præsumitur, si quis insurgit cum cultello contra aliquem.*
2 *Percusso licitum est, repercutere, & non tenetur de homicidio.*
3 *Repercussio vt excusset ab homicidio, & à pœna capitis, est necesse quod fiat incontinenti, hoc est ipso actu quando percutiebatur.*
4 *Dictio, tunc, extremitatem instantis temporis significat.*
5 *Homines æqualis conditionis æqualiter incedere præsumuntur à iure.*
6 *Testes deponentes de crudelitate ad probandum defensionē probant.*

Vannutius Petri, [a] vnus de dictis testibus ad defensam productis ꝓbat plenè. Nam super primo articulo interrogatus probat perfectè, & dicit ꝙ ille Petrus q̄ fuit occisus, fuit inceptor rixæ. Itē interrogatus super secundo articulo probat ꝙ dictus Petrus, & socij fecerunt dictum Masolum cadere in terram. Item interrogatus super. 3. articulo probat ꝙ per dictū Petrum, & socios non stetit, quo minus occiderent dictum M. & ꝙ voluerunt eum occidere. Et de prędictis reddit suf
1 ficientem rationem. Tertiò per ea quæ vidit. † Nam eo ipso ꝙ quis insurgit cum telo ꝯ alium, lex præsumit ꝙ velit eum occidere, vt C. ad legem Corn. de sica. l. is qui cum telo. & ff. eo. tit. l. 1. §. diuus. ibi, Nam si gladium strinxerit, & in eum percussit, indubitatè occidendi animo, &c. Item interrogatus super 4. artic. probat ꝙ dictus Masolus hoc fecit ad sui defensionem & super hoc reddidit sufficientē rationem. Nam dicere ꝙ dictus Petrus occisus primò percussit dictum Masolum. & ꝙ volebat iterum percutere eū, & ꝙ tunc dictus Masolus ad sui defensionem percussit dictum Petrum, vt ex eius dicto apparet, ista ratio est sufficientissima, per casum l. si q̄s percussorem. C. ad legē Cor.
2 de sicarijs. vbi ponuntur hæc verba, † si quis percussorem ad se venientem gladio repulerit non tenetur vt homicida. quia defensor propriæ salutis, &c. ita fuit in proposito quia volendo eum iterum percutere, tunc dictus Masolus ipsum percutiendo repulit, vñ non tenetur de homicidio. Item apparet dictam rationem esse veram, quia vt q̄s dicatur fecisse ad sui defensionem, sufficit ꝙ probetur, ꝙ occidens erat in periculo vitæ, vt C. ad leg. Cor. de sicar. l. is qui aggressorem. Et sic non est necesse, ꝙ dictus testis ꝓcludat ꝙ occisor si hoc omisisset statim fuisset mortuus: sed sufficit, ꝙ concludat ꝙ erat tunc in periculo vitæ. Sed manifestum est, quòd dictus Masolus erat tunc in periculo vitæ, cum prædicti aduersarij eum aggressi fuerant, & ꝓcusserant, & iterum volebant eum percutere. Item dictus Petrus occisus fuit aggressor, vnde potuit occidi à prædicto Masolo, vt d. l. is qui aggressorem. Concluditur ergo, ꝙ pro dicto Masolo, & eius defensione probatum est. Casus est in dictis legib. l. is qui aggressorem. & l. si quis per-
3 cussorem. ¶ † Item est probatum, quòd ea, quæ fecit dictus Masolus, fecit incontinenti, hoc est in ipso actu, cum percutiebatur: quia articulus dicit, & testis probat fuisse præ
4 dicta, loco, & tempore in inquisitione contentis. Si. n. † p̄dicta tunc non fuissent, non fuissent in illo loco, & tempo
b re, Hoc etiam apparet ex dictione, tunc, [b] posita in dicto articulo, quæ instantis temporis extremitatem significat, vt iura vulgata dicunt. Ex prædictis apparet responsum ad ea, quæ obijciuntur per aduersarios, ꝙ fortè dictus Masolus potuisset fugere, nec habebat necesse percutere dictū Petrum. Nam cum dictus Petrus prius percuteret dictum Masolum, & vellet eum occidere, si dictus Masolus fugisset, posuisset se in discrimine, & periculo vitæ. Nam ille prius percusserat eum, vnde erat ita propinquus quòd gla-
c dio [c] eum tangebat: & sic quantum processisset in fugiēdo tm̄ ille ꝓcessisset ī sequēdo, & ꝓcutiēdo, cū ñ sit rō quare debeamus dicere ꝙ ille Masolus plus fugisset, quā ille
5 sequutus fuisset. † Homines. n. æqualis conditionis ęqualiter incedere præsumuntur. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. ob. imò pręsumendum erat ꝙ dictus Masolus primò percussus, & sic iam debilitatus, minus posset fugere, quā ille sequi, vt ff. de eo ꝙ cert. lo. l. centum Capuæ. secundū tertiam lecturam. Prætereà, saltem de hoc erat dubium, & sic dictus Masolus erat in discrimine vitæ, vnde licuit ei talem occidere, vt dictum est. Cæcus Vannis alter testis, probat contenta in sexto articulo. s. quòd dictus Petrus fuit aggressor. Item probat ſm articulum. s. ꝙ vidit eum iacere in terra. Item probat tertium. s. ꝙ dictus Petrus & so-
6 cij volebant eum interficere. † Nec ob. ꝙ super tertio arti
d culo dixit se credere. [d] Nā in prædictis per verbū, credere, testis deponit. Nam vtrum illi voluerint occidere, vel nō, non potest videri per testem, sed ex actibus visis per testē potest dicere rectè hoc credo, vt ff. de vent. inspic. l. 1. & extra, de testibus c. quoties. iuncta glo. fi. Sed in prædictis ex his quæ testis vidisse se dixit, rectè potuit comprehendere ꝙ volebat eum interficere. Dixerat. n. testis, se vidisse dictū Bartholomeum, seu Masolum insultatū primò percussum in capite cultello, & in terram proiectum, ex quib. præsumit lex indubitanter quòd volebat eum interficere, vt s̄. probatum est circa dictum alterius, rectè. n. potuit dicere, ꝙ lex pro indubitato habuit. Itē interrogatus super quarto articulo. s. ꝙ dictus Masolus prædicta fecit ad sui defensionem: hoc optimè probat, licet se credere hoc dicat. tñ per hoc dictum eius non vitiatur. Nam ꝙ dictus Masolus fecerat ad sui defensionem, hoc stabat in intellectu ipsius M. vnde testis non potuit de hoc deponere, nisi per credulitatem. Videndum est ergo, an ea, quæ dictus testis vidit, fuerint sufficientia, ad inducendum dictum testem ad hoc credendum. Et certè indubitanter dicendum est ꝙ sic. Nā cum viderit dictum M. primò percussum, & in terram deiectum, ex hoc apparet quòd erat in vitæ discrimine constitutus & sic illud quod fecerit, fecit ad sui defensionem, itaque debet esse impunitus, vt d. l. is qui aggressorem. & suprà probatū est. Cola Pucij alius testis probat idem eo. modo. Alij testes probant de fama, & adminiculantur ad causam. Ex prædictis omnibus concluditur dictum Masolum esse absoluendum Barto. à Saxoferrato.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Vannutius Petri. Adde ꝙ istud consilium secundum ordinem Perusi. est in 1. parte iud. num. 18 alias inci. Raynu. Petri, & ita allegat Alex. in consi. 76. in 1. vol. inci. visa. & adde, ꝙ istud consilium pro consi. Bar. allegat etiam d. Ale. in l. is cui. §. item Labeo. in vlt. apost. ad Bar. ff. de aqua plu. arcen. & in l. 1. in fi. C. vnde vi. & in rub. ff. de iureiu. & in consi. 109. in 1. volu. incip. visis, & vt oportet, considera tis, d Ias. in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. & Fel. in c. quoties. de testi. Et de materia istius consi. vide per Bar. in consi. 110. in 1. vo. incip. quidam Masolus, & ibi scripsi in addi. Et nō quod no. Bart. hic, quòd lex præsumit qđ ille, qui insurgit cum cultello contra aliquem, ꝙ velit eum occidere. & hoc pro notabili sequitur Ale. in d. consi. 109. ine. visis & ponderatis, & c. in 1. vo. & ideo dicit idem Ale. & infert, qđ si testis dicat Titium esse insultatum ab altero cum armis, seu percussum, ex hoc apparet quòd erat in discrimine vitæ constitutus, per l. 2. & 3. C. de sic. ergo præsumitur, qđ ad sui defensionem fecerit, per leges alle. per Bar. hic in consi.

b ¶ Ex dictione tunc. No. quòd dictio tunc. instantis tpis extremitatem significat. Ad de Bald. in auth. contra rogatus C. ad Treb. vbi dicit quod nunc, est aduerbium p̄sentis temporis, sed dictio tunc, est aduerbium tpis adiectiui, enuntiatiui, & est in voce, & non in substanria temporis. & dicit Bal. in l. lecta. ver. no. in fi. hæc verba. ff. si. cer. pe. quòd transfert hanc extremitatem tpis in aliud tempus, & refert Pau. de Ca. in consi. 247. incip. scriptus egregius. ꝙ dictio tunc significat qualitatem adesse illo tempore. Et ponit exemplum, vt ibi per eum. Et de dictione ex tunc, vide vltrà repertoria per Barth. Soc. in l. 3. §. 1. ff. de cond. & dem. post Ale. ibi in apost. & Ale. in l. in substitutione. post prin. ff. de vul & pup. & in l. huiusmodi. ff. de ver. ob. & adde plures concord. per do. Ias. in l. fi. C. de cond. & ibi plenius post Ale. & vide Fulg. in consi. 50. inci. quidam Raymundinus. Et an includat dictio, ex tunc, vel excludat. vide per Old. in consi. 49. inci. consueuit. in fi. & Cardinalem Alexandrinum in c. ego Ludouicus. 63. distin. vbi de verb. ex tunc, ꝙ dilationem non recipit. de dictione ex tunc, vide Bal. in c. 1. de milite vasa. qui contu. est in vsib. feud. & in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de libe. & posth. & in l. ex illo. C. de appella. & vide Bal. etiā in d. l. ex illo tempore. C. eodem, quòd dictio ex, posita super tempore significato immediatum cursum facit, vt dicimus ex tunc, vt ibi per eum. & dicit Bal. in l. præposteri. C. de test. quòd extremitas temporis importata per dictionem, ex tunc, non vitiat actum. Et no. etiam quòd dictio ex tunc, significat prout ex retrò, vide do. Ias. in dict. l. 1. in fin. C. de codi. & est tex. in l. si ita stipulatus fuero. in prin ff. de verb. ob. iuncta doctrina Bar. ibi in fi. quòd per verbum ex hoc, existente conditione retrotrahatur. & Bar. idem dicit per illa verba, ex tunc. Quæ no. pro statutis, quòd instrumenta possunt registrari q̄cūque, nō obstāte cursu temporis, vt ex tunc plenā obtineant firmitatem, qđ si instrumenta fuerint registrata retrotrahatur, ac si à principio fuissent registrata. & ita obtinuit in causa ardua Pisauri in statuto ibi, &c.

c ¶ Quod gladio. Vide Ias. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure in versi. 2. in hac materia.

d ¶ Se credere No. quòd licet testes deponentes de credulitate nihil probēt. l. testium. C. de testibus glo. Bart. & doct. in l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua plu. arcen. cum concordan. de quibus per Ias. in l. 1. in princip. ff. de iust. & iur. plenius per Feli. in cap. quoties. de testibus. Tamen Barto. vult hic in hoc consilio, quòd ad probandum defensionem admittantur testes deponentes per verbum, credo. & plenè probant, quia cognoscitur præsumptiuè, & sequitur Fel. in d. cap. quoties. vbi dicit, ad hoc facit tex. in cap. firmiter. in primis verbis, extra de summ tri. & fide catholi. & quod ibi not. Abb. in princip. adde quòd not. Cyn. in l. testium. versi. 5. quæro. C. de testibus. & Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de teste. §. 1. super. versic item quòd deposuit de credulitate, & Ant. de But. in d. cap. quoties. videlicet quòd quoties credulitas testis est munita rationibus concludentibus ad veritatem dicti testis, tunc probat, per capi. literas. de præsum. & l. 1. §. 1. ff. de ven. inspici. Adde etiam ad Fel. quòd ita sequitur istud consilium Alexand. in consi. 76. visa inquisitione. in 1. volum. & consil. 119. visis. in eod. volum. & Ias. plenè in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. vbi dicit hoc dictum Bar. hic esse singulare, & infert ex hoc dicto regulam. ꝙ ad probandum defensionem admittuntur probationes dubiæ, & à personis suspectis. & ad dictum Bar. hic vide etiā Bar. s̄. in consi. 111. incip. quæritur. & vide Alex in l. is cui. §. item. Labeo. in apost. in versi. sufficit. ff. de aqua plu. arcen. & in rub. ff. de iust. & iur.

CONSILIVM XVI.

1 *Iudæi possunt esse arbitri.*
2 *Iudæi possunt esse arbitratores & amicabiles compositores.*
3 *Deportati possunt esse arbitratores.*

Viso

a Viso quodam [a] Compromisso facto per P. ex vna parte, & B. ex alia in Io. Guidonis, & Maschetum Mattagæ Iudeum, & viso quodam laudo seu sententia lata per. istos, quęritur vtrum dictum laudum seu sententia, vel arbitramentum valeat, vel non, & sic sit executioni mandandum, necne. Circa prædicta vī facere dubium solùm quia vnus ex arbitris est Hebræus, siue Iudæus. Sed hoc non obstante, credo compromissum valere, & sententiam mandandam esse execu-
b tioni. Nam Iudæi possunt [b] esse arbitri. l. Iudęi. C. de Iu-
1 dęis. † Sed dato, quòd non possent esse arbitri, tamen non est dubium quin possint esse arbitratores, & amicabiles cō positores. Nam arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum.
2 l. arbitri. §. 1. ff. de arb. † Et ideo multi sunt, qui non possūt esse arbitri, possunt tamen esse arbitratores. Ecce enim iudex non potest esse arbiter, & tamen potest esse arbitrator, vt no. glo. in l. sed si in seruum. §. si quis iudex. ff. de arbitris. Item infames non possunt esse iudices, vt no. glo. in l. cum prętor. §. fi. ff. de iudicis. & tamen possunt esse arbitra-
3 tores. l. Pedius ff. de arb. † Prætereà video quòd deportati amittunt omnia, quæ sunt iuris ciuilis. l. ij. §. 1. ff. de pœnis. & l. amissione. ff. de capitis diminut. & tamen possunt esse
c arbitratores, [c] vt est tex. ff. ad Treb. l. ex facto. §. ex facto. & ī l. cum pr̄. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. Multò magis Iudęi, qui retinent ea quæ sunt iuris ciuilis. Nam licet eis interdicantur publica officia: non tamen ea, quæ sunt facti, vt sunt arbitramenta, vt no. in d. §. si quis iudex. & in dicto §. ex facto. Cum ergo fiunt compromissa in ipsos de iure, & de facto, tanquam in arbitratores, videtur quòd dictum cōpromissum valeat, & dicta sententia sit executioni mandanda, vt iuribus suprà allegatis. Bart. à Saxoferrato.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶Viso quodam. Istud consil. Bartol. secundum ordinem Perusi. est in 1. parte iud. num. 41.

b ¶Iudæi possunt Inquantum Bart. vult. ꝙ Iudæus possit esse arbiter, addę ꝙ inter ipsos Iudæos Iudæus non solùm potest esse arbiter, sed etiam iudex, tex. est in l. si qua inter. C. de Iudæ. à contrario sensu. & ita per illum tex. consuluit Flori. de sancto Petro, prout refert Io. de Ana. in ca. cum sit. extra. de Iudæ. cum concordantijs, de quibus ibi per Fel. & plenius per Iaſ. in rub. ff. de Iusti. & iu. vide apost. in rub. Digestorū, in 3. apost. quibus adde Bar. hic. Tamen Bar. hic sentit, ꝙ ét inter Christianos licet Iudæus non possit esse arbiter, potest nihilominus esse arbitrator. ꝙ est notandum, sed de veritate huius articuli, vide quæ not. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. inquantum examinat, an excommunicatus possit esse arbitrator, plenius per Iasonem in l. si quis arbitratu. ff. de verb. obl.

c Arbitratores. Vide Bar. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Treb. cum concor. de quibus ibi per Alex. & per Iaſ. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. ob.

CONSILIVM XVII.

1 *Episcopus in omni crimine, in quo potest dispensare, potest infamiam tollere.*
2 *Episcopus quæ potest dispensare, potest etiam legatus.*
3 *Mandato in generali venit potestas dispensandi.*
4 *Laicus in terris ecclesiæ potest restitui ad famam in pristinum statū per summum Pontificem, vel per eius authoritatem habentes.*
5 *Episcopus æquiparatur Senatui.*

a Reuerendissimus [a] In Christo pr̄, & dominus AEgidius miserat ione diuina tituli sancti Clemētis præsbyter Cardinalis, & apostolicæ sedis, Dei gratia legatus restituit pristinæ famæ Franciscum Angeli, & Andreā Iacobi de Assisio prout patet in literis eiusdē domini legati. Quæritur, an potuerit, & an dicta restitutio de iure procedat; Ad de-
1 terminationem dubij, & quęstionis pręmitto quędam. †
b Primò, quòd episcopus in omni crimine, [b] in quo potest dispensare, potest infamiam tollere, & famæ restituere, vt clarè no. glo. in verb. necesse. l. distin. c. domino sancto. & in 2. q. 3. in can. Euphemium. §. hic colligitur. in gl. in verb. infamiam. & idem Gul. in Spec. de sen. prola. §. vt autem.
2 versi. item not. quòd Papa. † Secundò, quòd quicquid potest episcopus dispensando, potest & legatus de latere in prouincia sibi decreta, ideo quia ipse est etiam ordinarius, vt extra, de offic. le. cap. 1. lib. 6. & de hoc in Spec. de leg. §. ꝓnter in prin. Item quia gerit vicem Papæ, & Apostolicæ sedis, extra. de consue. cap. cum venerabilibus. & de elec. cap. si Abbatem. lib. 6. & de præsum. cap. si mandata. cum si. Item, quia maiorem omnibus post principem potestatem obtinet in sua prouincia ff. de offic. procon. & leg. l. & ideo. & ff. de offic. præsi. l. 4. Tertiò præmitto, ꝙ dispensatio est iuris communis relaxatio 1. quęstio. 7. can.
3 requiritis §. nisi rigor. & seq. ¶Quartò, ꝙ in generali † le-
c gationis mandato, [c] venit potestas dispensandi in casibus specialiter non reformatis, vt not. 2. q. 7. can. quæ de causa Maximi. & facit extra. de transa. cap. vltim. de bigam. cap. quoniam. Quintò, ꝙ legatus de latere, exceptis casibus reseruatis omnia alia potest, vt extrà de of. leg. c. nisi. & c. qđ translationem. de senten. excomm. cap. nuper. de offic. vica. cap. pen. lib. 6. & de excessib. præla. c. sicut venire. in
4 glo. 1. in fin. † Prætereà etiam ꝙ in terris ecclesiæ per summum Pontificem, vel ipsius authoritate, laicus infamia iuris notatus, potest pristinæ famę restitui. extra qui filij sint legiti. cap. per venerabilem. extrà de sent. & re iu. c. cū tecum. i. no. per Inno. & Host. & Io. Andream post eos in nouella. Ex prędictis ergo pręmissis concludo, prędictū prędictos famę restituere potuisse, quia in tali crimine potuisset dispensare episcopus: ergo & legatus potuisset, qa episcopus dispensat in adulterio, ꝙ est grauius, quia in ipso polluuntur duæ animæ: hic autem vnica. Item quia ex adulterio grauior pœna imponitur, quàm pro crimine falsi, quia pro adulterio imponitur pœna mortis, vt Inst. de pub. iud. §. item lex Cornelia. Sed pro crimine falsi est deportatio, & bonorum publicatio, vt ff. ad leg. Corn. de Fal. l. 1. §. fi. Igitur, crimen falsi est minus adulterio, facit ꝙ no. ff. ad le. Iul. de adul. super rubr. & de statu monacho. c. ea quæ. de cle. excom. cap. latores. extra. de iudi. cap. at si clerici. §. de adulteris, & alijs. Per dispensationē enim ignoscitur culpæ, multò ergo fortius famæ restitui potest, quæ est accessoria, extra. de ele. & ele. pot. c. venerabilib. in fi. de
5 reg. iur. c. accessorium. lib. 6. † Prætereà, si se natus potest, ergo episcopus, qui æquiparatur Senatui. 16. quæstio. 1. can. ecclesia, fortius ergo & legatus. Prætereà, in crimine prædicto videtur dispensatio permissa legato, ex eo quia non est de casibus summo Pontifici specialiter reseruatis, & sibi interdictis, qui certi & determinati sunt, vt notatur in d. c. ꝙ translationem. & plenius in Specula. de le. §. nūc ostendendum. Transeat ergo dispensatio super dicto crimine in generali legatione, sic igitur potest dispensare, & infamiam tollere: per ea quæ dicta sunt suprà. Nec obst. quod dicitur, quòd solus princeps & senatus possunt infamiam tollere, & famæ restituere, quia verum est in criminibus, in quibus inferioribus non est commissa dispensatio: in quibus autem est commissa potestas dispensandi, per consequens, & restituendi famæ, cum authoritate principis videatur hoc facere. Igitur nihil obst. vt clarè not. Ioan. 15. quæstio. 4. can. hi, qui. in glo. in verb. in potestate. & inci. si intelligas, in fi. facit extrà. de offic. delegati, capit. Prętereà. Et isto modo intelligantur, & saluentur opi. Innocen. & Hostien. not. in d. cap. cum te. de re iudi. & quod not. Archid. in d. §. hinc colligitur. 2. quęstio. 3. & Gul. in Spec. de le. §. vltimo. versi. hoc etiam not. Ex eo. n. potuit facere legatus, quia ciuitas Assisij est de terris ecclesię, in quibus vice Papę potest cognoscere de casibus laicorum, non autem posset, si non esset certa ecclesia, vt not. Specu. de le. §. nunc ostendendum, versic. legatus igitur. Bartol. à Saxoferrato.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶Reuerendissimus in Christo pr̄. Adde ꝙ huiusmodi consi. ſm ordinem Perusinum est in i. parte iudiciorum, nu. 47. & est Bart. tamen aduertendum puto, ꝙ ex stilo ipsius non apparet ꝙ sit Bar. & ita Firmanus in suo reperto. in ver. legatus in versi. 18. alle. istud consilium pro consilio Angel. de Aemelia. Et adde, ꝙ de isto do. AEgidio Sabinensi Cardinali meminit Bald. in l. conuenticula. C. de epis. & cl. vbi ex verbis Baldi apparet ꝙ erat doctissimus in iure & Io. de Ligna. in suo trac. de bello, in proœ. & in fi. dicti tracta. vbi dicit, ꝙ anno domini 1350. dictus AEgidius de Albano, de ciuitate Cocensi miseratione diuina episcopus Sabinensis Cardinalis, in partibus Italiæ fuit pro sacrosan. Romana ecclesia vicarius generalis, & intrauit dicto anno in ciuitate Bonon. & composuit constitutiones in Marchia Anconitana, & in multis locis, & ciuitatibus ecclesię.

b ¶Eps in oī crimine. Eps potest dispensare super infamia. ꝙ an sit verum vide plenè per Fel. in c. cum te. extra. de re iud. & Car. Ale. in can. Euphemium. §. hinc colligitur. 2. q. 3. vbi plenè. vide Bal. in consi. 300. in 3. vol.

c ¶In generali legationis mandato. Adde in quātum Bar. hic vult ꝙ legatus de latere potest restituere famæ, nō vt Cardinalis, sed vt legatus de latere. Adde, ꝙ disputat Io. de Imo. ī cle. 2. in 3. q. de ele. An cetus Cardinalium possit restituere famæ. & in l. infamē. ff. de pub. iud. & plenè per Fel. in c. cū te. de re iud. & per Card. Ale. in can. Euphemium. §. hinc colligitur. 2. q. 3. an autem vicarij imperatoris, vel Papæ possint restituere famæ, vide Bald. in l. 2. C. de pe. iud. Petr. de Anc. in consi. 332. visis diligenter actis. & plenè per Fel. in d c. cum te. de re iud. & in c. cum nobis. de præscrip. & in c. quæ in ecclesiarum, de consti.

CONSILIVM XVIII.

1 *Numerando pecuniam alicui pro se recipienti, siue alteri eo præsente & volente, rectè dicitur fieri numeratio.*
2 *Oculis & aspectu dicitur quem recipere solutionem, licet corpore non tangat.*
3 *Testis si dicit numeratam fuisse alicui pecuniam, & alius dicat numeratam extitisse vxori eo præsente, huiusmodi testes probant.*
4 *Testi deponenti de facto proprio, quòd ipse fecit, creditur.*

In

CONSILIVM XIX.

1 *Libellus in materia pignoris, & vſurariæ prauitatis, quomodo debeat fundari in iure.*
2 *Teſtis productus per partem eſt omni exceptione maior, & per partem ipſum producentem non poteſt opponi.*
3 *Teſtes ad probandam vſurariam prauitatem, quomodo debeant deponere.*
4 *Coniecturæ & præſumptiones ad probandum contractum fictitium, & ſimulatum, quę ſint.*

a **Viſo libello** [a] Exhibito per Collam Pucciarelli, ſiue eius procuratorem ꝯ Collam Falabarchæ, in curia Reuerendiſſimi patris, & dñi Epiſcopi Cluſinenſis, in quo inter cętera petitur quoddam inſtrumētum venditionis, & locationis caſſari & annullari, tanquàm factum in fraudem vſurarum. Et viſis oīb. actitatis in cā p̄dicta, & dictis teſtiū ab vtraq, p̄te productorū, vī indubitanter dicendū per dcm̄ dñm ep̄m, vel eius vicariū pronunciandum eſſe ſecundum formam dictæ petitionis. Ad ꝙ examinādū videnda ſunt duo. Primò an petitio ſit fundata de iure. Secundò, an ſit probata. ¶ Ad primū, ꝙ dicta petitio ſit fundata de iure probatur exp̄ſsè per casū l. emptionem. C. plus valere ꝙ agitur. & per textū extrà de emp. & vend. c. ad noſtrā. de pig. c. illo uos. in quib. dī manifeſtè, † ꝙ per iſtos vſurarios quandoque, licet in veritate agatur ꝙ ſit pignus, tñ ꝯctus emp. & vendi. eſt qui celebratur, quo caſu per iudicem debet iudicari ſm id ꝙ in veritate agitur: & in d. l. emptionem. ſic no. & ita tenet Iac. de Are. ¶ Ad ſm an dicta petitio ſit probata. ſ. ꝙ dictus ꝯctus fuit fictitius, & ſimulatus, dicendum eſt ꝙ ſic indubitanter, claris, & lucidis probationibus. Primò, hoc probāt teſtes expreſsè producti pro parte Colæ Falabarchę, videlicet Cicarellus, & Cichus, qui examinati ſuper 2. articulo
2 hoc clarè & apertè dixerunt. † qui teſtes ſunt omni exceptione maiores, ꝯ quos nihil poteſt opponi, qm̄ ipſa pars, ꝯ quam agitur eos produxit, vt C. de teſtib. l. ſi quis teſtib. Secundò eſt probata dicta intentio, ex teſtibus productis pro parte dicti Colæ. Nā iſti vſurarij ſuos ꝯctus ita clam &
b malitioſè faciunt, quòd vix poſſunt [b] de vſuraria prauitate conuinci vt c. 1. de vſur. in cle. † & ideo iſtis quæ nō poſſunt ita liquidè probari, ſufficit probatio per coniecturas, l. non oēs. §. à barbaris. ff. de re. mili. & eſt expreſsè in c. cū in diœceſi. extra, de vſuris. Sed iſtę legitimæ coniecturę sūt
4 probatæ. vt j. oſtenditur. † Prima cōiectura eſt, ꝙ dictæ poſſeſſiones valent multum vltrà pretium in dicta venditio-
c ne appoſitum. ſ. vltrà dimidiam [c] illius pretij conuenti, vt probatum eſt per teſtes, qui deponuut maximè ſuper tertio, & quarto capitulo: & eſt vna de præſumptionib. qđ ſit factum in fraudem vſurarum, vt d. c. illo vos. & c. ad noſtrā. Secūda præſumptio eſt ad probandū, ꝙ ſit factum in frau-
d dem vſurarum, promiſſio facta de reuendendo, [d] quia dictus Cola Falabarchæ dixit Collæ Pucciarelli prædicto p̄ſenti, & intelligenti ꝙ redderet ſibi dictū podere, ſi ille redderet ſibi dictam pecuniam, & hoc probatum eſt per multos teſtes. Tertia præſumptio eſt confeſſio dicti Colę Falabarchæ facta abſente parte, vt ff. de edil. edic. l. quę rō. in fi. de adul. l. capite quinto. & ibi no. C. de confeſſis. l. vnica. quod aut iſte Cola fuit confeſſus, probatur per teſtes &c. Quarta præſumptio, quòd contractus ſit fictitius, & ſimulatus eſt publica fama quæ facit ſemiplenam probationē, ſecundum glo. iuris Canonici, & ciuilis, & no. ff. de teſtib. l. 3. §. idem diuus. & extra, de appella. c. 1. cum ſi. ibi notatis, ſed fama eſt per multos teſtes probata, ergo &c. Ange. de Amelia decreto. doct. Bar. à Saxoferrato legum doctor. Frā ciſcus Tigri. de Piſis. I. V. D.

ADDITIONES.

a Tho. ¶ Viſo libello. Huiuſmodi conſilium ſecundum ordinem Peruſi. eſt in 1. parte iudiciorum. num. 49. & conſi. Bar. allegat Alexand. in l. poſt contractum. in verſi. 1. præſum. ff. de do. & dicit eſſe nume. 121. & adde ad not. per Barto. hic, & eundē Bart. in conſi. 65. factum tale eſt. in conſi. 63. proponitur. & per Bart. Vero. in trac. de ſimula. contra. per totum, Vitalem Neapoli. in ſuo trac. clauſularum, in clauſula ſimulationis contractus, vide Bal. in l. fi. C. man.

b ¶ Vix poſſunt. ¶ Adde plures concord. per Iaſo. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. ff. de edend. & Pet. Cor. in conſil. 242. in prę ſent. cauſa. in 3. not. & conſil. 137. licet multas. in vltim. colum. in eod. volum. quibus adde Bartol. in hoc conſi. quod non allegant ipſi.

c ¶ Vltrà dimidiam. Vide per Bartol. Vero. in ſuo tract. de ſimu. contrac. in 2. præſump.

d Promiſſio facta de reuendendo. Iſtud conſilium ſequitur Alexand. in l. contractū. ff. de don. in addi. ad Bar. Vero. in d. trac. ſuo, in 6. præſum.

a 1 **In quæſtione** Propoſita [a] ſolùm ad hoc allegare, & ꝙſulere intendo, an † teſtes examinati in dicta cā probent inſpectis dictis eorū. ad ꝙ præmitto, ꝙ ſi ego numerem pecuniam alicui pro ſe recipienti, ſiue alteri, eo p̄nte, & volente, rectè & ꝑpriè ei dicor numerare. vt ff. đ fur. l. falſus. §. falſus ꝑcurator. vbi dī contrectare, & furtum facere, ſi eo p̄nte & volente alteri numeratur, & certū eſt, ꝙ furtū feciſſe requirit ꝙtrectationē verā. l. 1. ff. de fur. cū ſi. ibi notatis in gl. in verb. intercipiendi. Pro hoc, quia non refert, in manu tua ponam, an
2 te volente ponam in ſcāno, vel in alio loco. † Oſculis. n. & aſpectu dicimus recipere ſolutionem ſeu numerōnem licet corpore non tangamus, vt ff. de acq. po. l. 1. §. ſi iuſſerī. Item præmitto, quòd dicta teſtium dēnt intelligi, ita ꝙ nō ſint ſibi contraria, ſi poſſunt aliqua diſtinctione iuuari, vt extrà de teſt. in c. cum tu. & in j. conſt. Cod. §. quib. Nunc ad propoſitum Angelutius Matthei primus teſtis examinatus plenè probat ꝙtenta in articulo. Videndū eſt ſi hēt conteſtē. Secundus teſtis eſt Iacobus Petrucij, qui dicit ꝙ
b numeratio [b] & depoſitio fuit facta dñæ Catherinæ, vt plenè patet. Iſtud dictum poteſt habere contrarium intellectum primo dicto. ſ. eius, qui dicit depoſitum & numeratū Franciſco, p̄nte iſto Iacobo. Sed qm̄ vt dictum eſt, dicta te
3 ſtium † dēnt intelligi, vt non ꝯdicant, eſt intellectus hic, ꝙ numerauit dicto Franciſco cum apud eum depoſuerit, deponendo, & numerando vxori, eo p̄nte & vidente. Sibi. n. verè numeratur, oculis, & aſpectu recipiendo, licet manu non tangat. vt ſupra probatum eſt: ſicut in eo volente numeraretur, aut poneretur in bancha, nemine accipiente, ſibi diceretur numeratum. vt d. §. ſi iuſſerim. Tertius teſtis eſt Cichinus Nalducij, qui clarè & apertè probat prædicta. ſ. ꝙ illi Franciſco depoſuit in quodam ſacheto, & quòd dicta pecunia fuit numerata per vxorem, & per ipſam recondita de mandato dicti Franciſci. Certè iſte teſtis optimè probat, ꝙ depoſitum fuit ipſi Franciſco, & numeratio fuit facta eidem per dictum modum, ſcilicet vxori ꝯnumeranti eo præſente, & mandante, & ſic articuli ſunt verè probati, & in teſtibus nulla eſt contradictio, quæ ad veram concordiam non reducatur. Sed dicto Cichino obſtat, quòd ipſe videtur teſtis in cauſa propria, & ad eum p̄tinet de prædictis commodum, & incommodum, eo ꝙ tenetur dicto Bertulo actione negotiorum geſtorum. Ad
4 ꝙ reſpondeō, primò † quia de facto proprio interrogaretur. ſcilicet de depoſito facto per eum: & ſi eſſet ſeruus
c poteſt interrogari: [c] vt C. de quæſtio l. interrogari. vbi eſt caſus expreſſus in his terminis. & hoc caſu. videlicet, quā dò aliorum teſtium dcā præcedunt, faciunt plenam probationem, vel ſaltem indicia, vt no. in d. l. interrogari. Secūdo reſpondetur ſic, per præcedentes teſtes probatum eſt ꝙ domina Catharina accepit dictam pecuniam: ſed per primum fuit dictum, ꝙ hoc fuit de mandato dicti Franciſci: per ſecundum fuit dictum, dicto Franciſco p̄nte & vidente, non tñ mandante, vñ de hoc remanet dubium, an mandato dicti Franciſci vxor acceperit. Per alios apparet clarè, ꝙ dicta pecunia non remanſit dicto Cichino. Si igitur dictum dicti Cichini non faceret fidem quo ad numerationem; quia per hoc ſe exemit ab obligatione: tñ facit fidem ſuper hoc, ꝙ vxor accepit de mandato dicti Franciſci. De hoc. n. nullum ad eū pertinet cōmodum, vel incōmodum. Quid. n. ad eum, vtrum Franciſcus, vel vxor tenea tur? Certè nihil, vtroque. n. modo eſt ab obligatione exēptus. Remanet ergo legitimus teſtis. Et ſic per primū, & tertiū eſt probatum, ꝙ Franciſco mandante, & p̄nte, vxor accepit & ſic verè ipſi Franciſco fuit facta depoſitio, vnde debet condemnatio ſequi. Prætereà, an ſit locus delationi iuramenti, non videtur dubium. l. admonendi. ff. de iureiur. & C. eo. l. in bonę fidei. vnde & ſic eſt delatum, & legitimè ei ſtandum eſt. Bar. à Saxoferrato.

ADDITIONES.

a T. D. ¶ In q. propoſita. Adde ꝙ iſtud conſiliū ſm ordinē Peruſinū eſt in 1. parte iudiciorū nu. 48. & pro conſi. Bar. allegat Alex. in l. falſus. §. ſed ſi is. ff. de fur.

b ¶ Quod numeratio. No. iſtud conſilium Bar. pro concordia teſtium, quorum vnus dixit numeratum fuiſſe Ioanni, alius vxori, eo p̄nte, & Ale. in d. l. ſi falſus. §. ſed ſi is. ff. de fur. dicit, ꝙ ſi vnus teſtis deponat Titium mutuaſſe Sempronio, alius verò deponat, ꝙ dictus Titius mandato Sempronij numerauit alteri, ꝙ iſti teſtes ſunt cōteſtes ad probandum, eſſe numeratum Sempronio, & allegat Bar. in hoc conſi. facit qđ no. Pau. de Ca. in cōſi. 214. in cā quæ vertitur, q̄ no. ad ea quæ ponit Fel. in c. cū tu. ext. de teſt. & per Ale. in l. inter ſtipulantem. §. Stichus. ff. de verb. ob.

c ¶ Seruus pōt interrogari. Vide no. p Pau. de Ca. in l. q̄cunq;. C. de ſer. fu. & l. ſeruos. C. đ teſt. & cōſ. 329. viſa petitione prædicta. in conſ. 348. viſis actis, & actitatis. ad fi. De cuius ueritate, uide per Ale. & Iaſ. in l. 2. §. ſi abſens. ff. ſi ex nox. ca. aga. & p Iaſ. in l. 1. C. de ſum. tri. & fid. cath. in repeti. Padu. vbi concordantiæ. &c.

BIU Cujas

CONSILIVM XX.

1 *Mutuum naturale,& ciuile quid sit, & qua actione possit agi.*
2 *Sententia refertur ad acta.*
3 *Idem numerus quantitatis, quando reperitur in duabus diuersis dispositionibus factis,& inter easdem personas, intelligitur de diuersis quantitatibus, & non de vna & eadem.*
4 *Duæ causæ quando apponuntur, vt respiciant vnum finalem effectum requiritur vtriusque causæ concursus, & si deficit vnum,totum deficere videtur.*
5 *Dictio quocunque,vel omni meliori modo, &c. quomodo intelligitur.*

a **Visa prima** [a] Et secunda petitione, & forma fideiussiõis Cioli,& omnibus alijs actitatis in causa pertinentibus ad hoc, credo quòd contra dictum Ciolum fideiussorem non possit fieri executio sententiæ latæ super secunda petitione. Ad hoc autem ꝑfectè inuestigandum, sciendum est qđ de iure communi fideiussor iudicatum solui, non tenetur facta mutatione causæ,vel rei petitæ,vt ff.iudi.solui.l. cum quærebatur.§.fi. sed in casu nostro est facta mutatio causæ. Item est mutatio rei,vt probabo, ergo fideiussor non tenetur. Quòd sit facta in secunda petitione mutatio causæ, ostẽdo sic.Certum † est quòd quoddam est mutuum naturale, qđ con-
1 trahitur numeratione, & ex eo agitur certi cõdictione ex mutuo,& tunc causa actionis est ipsa numeratio, vt ff.de fideiuss.l.si quis pro eo.§.si nũmos. Et de hoc loquitur totus tit.si cer.pet.& no.eo.tit.l.si à furioso.in prin.primę gl. Quoddam est mutuum ciuile, cui fauet quandoque naturale,vt si stipulor à te centum ex causa mutui, & numeratio sequitur, vel præcedit: quandoque huic mutuo ciuili non fauet naturale, vt quia numeratio non sequitur nec præcedit, & his duobus casibus cã obligatiõis & actionis est ipsa stipulatio,& ex ea agitur, non ex numeratione,vt ff.de nouatio.l.cum.n.plenè not.per gl.in verb.credimus. ff.si cer.pet.l.2.§.fi.& eo.tit.l.certi. cond. §. qm̃. Sed in casu nostro in prima cã,vbi fideiussor interfuit, egit certi ꝯdictione ex stipulatiõe. Proposuit.n.mutuũ ciuile coadiuuatum à naturali, & sic cã stipulationis, seu obligationis est
b ipsa stipulatio.In secunda petitione [b] egit cõdictione certi ex mutuo naturali.Nam ista recognitio,& confessio ꝓponitur ad probationẽ mutui naturalis, non ad obligationem:cum ex tali confectione non nascatur obligatio, sed iam natæ probatio,vt ff.depositi.l.publiã. in fi.no.per Cy. de non nu.pe. l. generaliter. Cum igitur in primo iudicio causa fuit ista stipulatio,in secundo iudicio causa fuit ipsa numeratio, ergo causa mutata, & sic fideiussor iudicatũ solui de iure non tenetur,vt suprà probatum est, & l.non
2 idcirco.§.fi.ff.de iudic. Secũdò † ad idem probatur sic. Certum,qđ sententia refertur ad acta.l.ait prætor.§. 1. ff. de re iudi.& C. de sent. quę sine certa quantitate. l. hæc sententia.sed in actis causæ,s.in consilio d.Petri,& in replicatione partis continetur, qđ cã est diuersa à prima, ergo snĩa vr̃ lata ex cã diuersa.Tertiò,quia posito sine prę iudicio qđ esset eadem cã, tamen hoc talis actor nõ potest allegare. Cum.n.per d. Petrum pronuntiatũ sit pro ipso actore, qđ cã sit diuersa, non potest modò dicere hoc non esse verũ, vt ff.de leg.1.l. si seruus plurium §. 1. Quòd autem sit facta
3 mutatio rei,sic probo,† qm̃ quando idem numerus quantitatis reperitur in duabus diuersis dispositionib. factis in ter easdem personas,de diuersis quãtitatibus intelligitur, non de vna & eadem.Casus est.ff.de proba.l.quinquaginta no.ff.de leg.1.l.planè.la.1.§.sed si non corpus.Sed in primo lib.fit mentio de centum quinque florenis mutuatis, per stipulationẽ promissis & hæc est vna dispositio. In secundo fit mentio de centum quinque florenis mutuatis atque recognitis,& confessatis, & hæc est alia dispositio, ergo diuersæ fuerunt quantitates, & sic diuersæ res, ideo fideiussor de iure communi non tenetur. Nunc restat videre vtrum per formam promissionis sit in dictis casib. à iure communi in aliquo recessum; vt per hoc ipse fideiussor teneatur. Nam promisit omnem qnantitatẽ,ex qua esset condemnatus ex causis. s̃. dictis &c. sed in libello erat insertum mutuum naturale.Item sequens stipulatio,& in sequenti petitione fuit condemnatus reus ex mutuo naturali,vt prædixi,ergo verba non obstant. Nam debet intelligi ex prædictis causis coniunctis, & simul concurrentib,hoc est,& ex stipulatione impleta per numerationem. Hoc sic oñdo, quia quando duę causæ apponuntur vt respiciant vnum finalem effectum,requiritur vtriusque causæ concursus,& si vnum deficit,totum deficere vr̃,l.si hæredi plures.ff.de condi.insti.& de reb.dubijs.l.si is,qui du-
4 centa.§.vtrum.C.de impuber.& alijs substit.l.pen.† Sed in proposito,istæ duæ causę ponuntur, vt vnam obligationẽ respiciant,ergo,&c. Sed in secunda petitione deficit vnũ, s.stipulatio,ergo totum vr̃ deficere. Prætereà verba istius stipulationis quæ dicunt ex causis ꝑdictis, sunt dubia,vtrũ intelligantur diuisim,an coniunctim, & sic debent declarari ex sequenti libello, super quo stipulatio est interposita,vt C.de diuersis rescrip.l.1.de leg.1.l. si seruus plurium. §.fi.& C.de transl. si de certa. Sed non est dubium qđ illæ duæ causæ.s.mutuum, & stipulatio in libello ponuntur ꝯiunctim pro vna causa.s.stipulatione impleta per numerationem.d. l.cum.n.& alijs s̃.allegatis.ergo in promissione debet intelligi coniunctim;sed in prima petitione fuit ꝓposita vna cã separata: ergo non vna cum prima. Nec obstant illa verba posita in stipulatione, petendorum coram dño Angelo,suisque successoribus, quocũque tempore,
5 & modo. † Nam ista verba, quocunque modo, [c] non pñt
c intelligi, quocunque modo.i.quacunque causa.longa.n. dr̃ia est inter modum & causam, cum cã semper sit de ꝑterito.l.damus.ff.de ꝯd.inde.modus verò est đ futuro, vt no. ff.de condi.& dem. in gl. rub. Sed in hac stipulatione modus aliter accipitur. Nam ista verba quocunque tempore & modo,veniunt ad determinationem illius participij,petendorum. Voluit ergo dicere siue petentur per modum ordinarij iudicij,offerendo libellum: siue petendo instr̃m executioni mandari ex forma statuti: siue faciendo eũ ꝯdemnari ex prima confessione. Modũ ergo petendi voluerunt ꝯhentes denotare,non diuersitatem causarum,quod patet ex dicto participio petendarũ,qđ determinatur. Itẽ qđ modus est futuri temporis, & causa est de præterito,vt dixi. Circa verò diuersitatem rei petitæ nihil est innouatũ per stipulationem. Nam omnia verba stipulationis referunt se ad qnantitatem in petitione contentam, sed in secunda petitione fuit diuersa quãtitas, ergo &c. vt dixi.Nõ obst.illa verba, & secundò promisit soluere omnem pecuniæ quantitatem,in qua ipse Ciolus fuisset condemnatus ex causis.supradictis, quia dicta verba generalia, omnem
d pecuniæ quantitatem, [d] &c.debent intelligi, si ex vigore petitæ quantitatis in primo libello descendit: vt occasione expensarum,vel interesse, vt probatur in l.si ex plurib. in princi.ff.de solu.& de fideiuss.l.si quis pro eo. §. si nummos. Cum igitur in secunda petitione sit diuersa causa,& diuersa quantitas,non procedẽs ex prima, pãtet ꝙ in hac causa fideiussor non fuit acceptus, & sic contra eum executio non potest fieri.Bart.à Saxoferrato.

ADDITIONES.

a Th.D. Visa prima. Adde quòd hoc consi.Bart. secundum ordinem Perusij. est in 1. parte iud.nu.50.

b ¶In secunda petitione.Adde ad no.per Bar.in l.2.§.fi. ff. si cer.pet. & in l. si debitorẽ. ff.de noua.& in l.non abstulit.C.de noua. cum concor.de quib.per Ale.in d.l.si debitorem.& in d.§.fi.& ibi plenius per Ias. Adde ẽt not.per Bar. & do.in l.certi condi.§. si nũmos.ff.si cer.pet.cum concor.de quib.per Alex. & plenius per Ias.in l. si quis ita stipulatus.§.Chrysogonus.in 7.no.ff.de verb.obl.

c ¶Quocunquẽ modo.No.qđ humõi clausula, quocunque modo, vel oĩ meliori mõ non intelligitur quacunque cã,vel omni meliori cã.Ita Bar.hic,qđ no.& ideo cauti aduocati dicunt,quocunque modo,& cã,&c.quæ no.ad dicta per Fel.in c. cum super de offi.deleg.& Alex.in consi.121.in 6.vol.Quomõ aut intelligitur cl'a, quocunq;, & qualitercunque,uide Gemi.in c.2.de præb.in 6.& ibi Pet.de Anc. Phil.de Fran.in c.ad hæc.de ap.Quomõ verò intellgatur clausula,quoties,& quandocũq;,vide plures concor.per Ias.in l.petentes.C.de pact. & plenius per Fel. in c. cum accessissent. de consti.quibus adde d.Fabia.de Monte,in trac.de em.& vend. in 3.q.4. partis prin. & Bal.in consi.253.in 3.vol.inci.ad euidentiam.in fi.

d ¶Omnem pecu.quanti. Adde,qđ dicit Bar.hic,ꝙ verba omnem pecuniæ quantitatem,restringuntur ad petita ꝑambula in 1.libello,& non in 2.adde no. per Bar.in d. l.si quis pro eo.§.nummos ff.de fideiuss.& Mod.in l.si à furioso.in prin. ff. si cer. pet. & Bal.in l.fi.in fi.C.ad Macedo.Et adde,ꝙ verbum,omne, recipit modificationem. Old.in consi. 278. Item verbum,omne,comprehendit ea quæ possunt comprehendi ex natura sermonis.uide Bar.in l.qui habebat.ff.de leg.3.Bal. in l.à procuratore. ver.in contrarium.C.mand.Item verbum omne,restringitur ad præsentia, præterita,& futura,& vide plenè per Fran.Cur.in con.69.uisis duob.& Spe.in tit. de positionibus.§.decimò sequitur uidere.versi.sed pone ꝙ procurator.& Alex.in l. inter omnes.in fi.qui satisd.cog. & ibi vide apost.

CONSILIVM XXI.

Tutor qui est datus existentibus legitimis, nulliter est datus,& ideo si non administrauit tutelam non tenetur, & potest ab administratione desistere.

1 *Tutor habenti tutorem non potest dari,& tutela esset ipso iure nulla.*
2 *Tutor nulliter datus si non administrauit tutelam,non tenetur.*

a **In quæstione** Qua dicitur [a] fuisse datum tutorem per iudicem, & postea ad

ADDITIO.

a Th.D. ¶In q.qua dicitur. Adde quòd hoc consilium secundum ordinem Perusij,est in 1.parte iudi.nume.51.

BIU Cujas

ad petitionem cuiusdam fuit reuocatus. visis † quæ viden
da fuerunt, vr̃ de iure dicendum, qd̃ datio tutoris facta de
dicto Cicolo, sit ipso iure nulla, qd̃ patet, quia datus est
tutor habenti tutores legitimos. s. auunculos, qui hodie
in tutela præferuntur agnatis remotioribus in gradu, vt
in auth. de hære. ab intest. §. ex his. posita. C. de legi. tut. aut.
sicut hæreditas. & sic patet q̃ in datione fuit erratū, ergo
a datio fuit nulla.[a] ff. de tut. & cur. da. ab his. l. tutor si petitus.
2 Ex † hoc sequitur, qd̃ si non administrauit tutelam dictus
Cicolus non tenetur. casus est. C. qui da. tu. pos. l. sororis.
nec ei nocet si cœpit administrare. Præterea, sponte sui
compulsus non potest ab administratione desistere. vt ff.
de eo qui pro tu. l. 1. §. fi. Nec ob. decretum factum, & quia
vnus ex d. auunculis fuit extraneus, quia remanet alius
auunculus, qui excludit dictum Cicolum. Barto.

ADDITIO.

a ¶Datio fuit nulla. Adde no. per Bar. in l. tutor si petitus. ff. de tuto. & cur. da. ab his. & in auth. mat. & auię. & ibi scripsi. C. quando mul. tute. of. & ibi Alb. ponit de Itimo qui se intromitteret in tutela, & administratione existente matre, per eandem rationem. Et an tutor possit propria authoritate se exonerare, & dare tertio ad hoc vt non teneatur, vide Pau. de Ca. in consi. 140. inci. ad bene examinā. in 4. dub. & ad de no. per Bar. & que ibi scripsi, in consi. 145. factum sic se habet, quidam &c.

CONSILIVM XXII.

1 *Appellatio quælibet est permissa, nisi videatur prohibita.*
2 *Appellari à sententia condemnationis in materia falsitatis, an possit.*

In quæstione, Qua quærit̃, [a] an ser Leonus
possit appellare à sententia ꝯ se lata. Secundò, an si potest appellare, quæ sententia sit
per iudicem app. ferenda. Circa primum, viso processu ꝯ
dictum Leonum, & socios facto, eius tenore diligēter in-
specto. vr̃ indubitanter de iure dicendū, qd̃ dictus ser Leo
1 nus appellare possit. † Hoc autem ostenditur sic. Certum
est, qd̃ de iure communi hēmus regulam generalem, qd̃ à
qualibet snīa possit appellari, nisi reperiatur expresse pro
hibitū. l. à proconsulib. & l. & in maiorib. C. de app. sed in
casu nostro non est prohibita appellatio de iure commu
ni, vel speciali, ergo &c. De iure communi, quia non pro
b omni falso prohibetur appellatio,[b] sed solū pro falsa mo
neta, & in alijs supponentibus vnam monetam pro alia,
non reperitur prohibitum, ergo &c. Item nec de iure mu
nicipali ciuitatis Tuderti, prohibetur appellatio si quis ꝯ-
demnatus fuerit pro falsitate; sed iste ser Leonus non fuit
pro falsitate ꝯdemnatus, imo pro delicto nullo, & non pu
2 nibili ꝯdemnatus est, & non pro aliqua iusta cā. † Nā si re
ctè inspiciantur verba statuti ciuitatis Tuderti, & inspiciā
tur verba ꝯdemnationis, dictus ser Leonus dr̃ mandasse,
& consilium dedisse postquàm prędicti omnia deliberaue
c rant, & sic dedit cōsilium [c] ei qui aliàs erat facturus, qd̃ fa-
ctum non est punibile de iure, vt optimè probatur Inst. de
obl. quæ ex deli. nas. §. ope. & l. sæpè. in fi. de ver. sig. & l. 1. §.
persuadere. ff. de ser. cor. & ibi no. Nō ob. si dicatur, qd̃ hic
fecit plus, quia mandauit. Nam hoc casu mandatum factū
ei, qui deliberauerat, idem est qd̃ consiliū. l. 2. in fi. ff. mand.
& ibi glo. no. in verb. sibi consilium. & tunc si bene aduer
tas non obstant no. per Dy. in c. nullus ex consilio. extrà,
de re. iur. li. 6. idem debet intelligi in delictis, quæ sola ani-
mi corruptione committuntur, vt serui corrupti. vt d. l. 1.
§. persuadere. no. ff. de iniur. l. non solùm. §. Proculus. prout
est in litera volēti, sed quia illa litera vr̃ approbari per gl.
in d. l. sæpè. posito, qd̃ esset vera illa litera. §. ille ēt haberet
locum in iniurijs, quæ deferuntur seu inferuntur circa ꝑ-
sonā, non in delicto commisso circa rem vt furtum, vt ex
presse dr̃ in gl. in d. l. sæpè. in verb. condici potest. Non ob.
si dicatur, hic fecit plus, quia dedit auxilium, &c. vt in in-
quisitione continetur. Nam quantum ad dictum ser Leo-
num nil releuat, quia in inquisitione nullatenus declara-
tur, qd̃ auxilium dedit, nisi qd̃ dedit auxilium prędicto mo
do. s. mandando, & consulendo, & sic videtur incertum in
inquisitione deductum. Barto.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶In q. qua quæritur. Adde quòd istud cosil. secundum ordinem Perusi. est in 1. parte iud. nu. 52.

b ¶Prohibetur appellatio. Inquantum Bart. vult, qd̃ pro falsa moneta condēnatus non potest appellare, adde tex. in l. 1. in prin. C. de fal. mo. & ibi gl. in ver. priuato, & Sal. & Spec. in tit. de appe. §. in quib. casib. ver. 19. non valet. tamen no. limitationē, quā dat Bar. hic, ad illam legem, non hīe locum in supponentib. vnam monetam pro alia, q̃ si condemnati sunt, possunt appellare. Et no. Bar. hic, quæ adde ad no. in d. l. 1. & adde, qd̃ consuluit Raph. Cu. in consi. 139. inci. hoc maximè propositum, vbi facit differentiam de pœna falsificantis monetam, & in supponentib. vnam monetam pro alia, & plura vtilia scripsi, in d. l. in maioribus.

c ¶Dedit consilium. Adde inquantum Barto. vult qd̃ si quis dedit consilium vt quis faceret monetam, si aliàs erat facturus, non debet puniri de falsa moneta, quæ adde ad not. per Bartol. in l. is qui opem. ff. de fur. & ibi scripsi. vide Ange. de Are. in §. interdum. insti. de obl. quæ ex del. nas. & Imo. & Franc. de Are. in l. si stipulatus fuerit. ff. de verbor. obli.

CONSILIVM XXIII.

1 *Inquisiti plures cum clausula de auxilio, & fauore, an referatur ad omnes, vel ad quem eorum.*
2 *Fauorem, vel opem præstans percussori, non est, nec potest dici percussor.*
3 *Inquisiti singulariter insultando, & percutiendo, si deliquerunt an debeant puniri, ex quo principaliter, vel in consequentiā deliquerūt.*

a Ex facto Proponitur, [a] qd̃ 12. hoīes officio iudicis
inquirantur, qd̃ ipsi & quilibet ipsorum
cum armis offendibilib. fecerunt insultum cōtra Mar. Io.
Philip, & Fran. & qd̃ quatuor ex dictis insultantib. percusse
runt dictum Fran. cum hasta, & vnus ex ijsdem percussori
bus percussit eundem vna alia percussione, & qd̃ oēs in-
quisiti prædicti, & quilibet ipsorum exceptis duob. ex pri-
mis percussoribus percusserunt dictum Mar. Io. Philip. &
Fran. & ad prædicta omnia & singula committenda, vnus
alteri dederunt, & præstiterunt auxilium, consilium, & fa-
1 uorem, opem, & operam efficacem. ¶ † Modò dubitatur,
vtrum dicta clausula de auxilio, & fauore, complectatur in
quolibet dictorum inquisitorū præstitisse auxilium, & fa-
uorem quibuscunq; alijs inquisitis ad supradicta per se, &
quemlibet ipsorum ꝓmissa: & qualiter ipsa cla ꝓsiderari
debeat, & ad quas, & ad quid referatur. In qōne p̄dicta sine
dubio dicemus cla̅m referendam esse singulis, & ad quem
libet ex inquisitis. Nā cum proponatur reciprocā. i. vicariā
præstationem auxilij, & ꝓsilij interceſſisse inter inquisitos
prædictos: nec sit rō, quare magis ad vnum quàm ad aliū
referatur, ad quemlibet eorum est referenda præstatio au-
xilij. s̄. dicta. vt ff. de vulg. & pup. l. iam hoc iure. & l. 2. §. q̄-
uis. C. eo. & de leg. 1. l. talis scriptura. in fi. & de iur. om. iud.
l. si idē cum eodem. & ibi no. hunc ēt intellectum inducūt
illa verba in inquisitione apposita, videlicet, vnus alteri,
& alter alteri. Nam quilibet ex dictis inquisitis vr̃ auxiliū,
& opem præstitisse, vt ff. de leg. 1. l. qui concubinam. §. ita. &
de leg. 2. l. si ita legatum. in prin. & ibi no. Mō restat videre,
quid in proposito themate præmissa cla dēat operari: &
an prædicti inquisiti debeant, & possint de auxilio, & fauo
re puniri. Vr̃ probabiliter dicendum, puniri non posse. Nā
licet plures rei debendi, & insolidum obligati videantur
ambo fideiubere inuicem, tñ hmōi tacita fideiussio nō ꝓ-
ducit inter eos officiū obligationis, qd̃ patet, quia si vnus
soluit insolidum non repetit à correo per actionē manda
ti, vt ff. ad Velle. l. vir vxori. §. fi. & solet notari. C. de duob.
reis. l. 1. Sic & in proposito, cū oēs, & singuli inquisiti fue-
rint principaliter delinquētes, & qualisqualis fauoris, auxi
lijque præstatio præcesserit, non producit obl̃onē ex prin-
cipali debito, & ꝓñr punitionē ipsius auxilij, vel fauoris,
cū solummō principale delictum, & principalis obligatio
sit attendenda, & nō quæ ex ꝓñtia procedit, vt ff. de aur. &
arg. leg. l. si & non sint. §. perueniamus. & accedit in hoc. ff.
de iureiu. l. p̄tor edixit. §. si dicatur. vbi dr̃ expresse qd̃ prin-
2 cipalis cā attenditur, non alia. † Secundò, quia is qui p̄bet
fauorē, vel opē percussori, non est percussor, nec pōt dici
percussor, vt ff. de fur. l. is, qui opē. & ff. de iniurijs. l. non so
lùm. §. si mandato. & §. Proculus. Cū ergo singulariter di-
cti inquisiti percusserint, non p̄nt dici percussorib. auxiliū
præbuisse eo ipso qd̃ percusserint, quia idem factū non p̄t
parere duos effectus, seu eadē percussio facta per quemli-
bet non p̄t censeri diuerso iure, videlicet iure percussoris,
& iure fauorem præbentis. vt ff. de vsuca. l. eum, qui ædes.
3 in prin. de ꝓdi. & dem. l. Titiæ si non nusperit. † Præterea,
qō p̄ns satis vr̃ terminari ff. de furtis. l. qui seruo. §. si duo.
vbi vr̃, qd̃ si duo serui diuersorum dn̄orum sibi inuicem p-
suaserint, & ambo simul fugerint, alter alterius fur nō est.
Sic & in ꝓposito cū oēs inquisiti fuerint principaliter de
linquentes, & ex facto pluriū ꝓsumat̃ delictū, q̃ quidē delic-
tū per alterū solū ꝓsumari nō poterat, iura dn̄t qd̃ oēs in-
solidū principaliter tenent̄, & nō accessoriè. ff. ad l. Aq. l. ita
vulneratus. §. cū plures. & ff. de fur. l. vulgaris. §. si duo. & ac-
cedit. ff. arbo. fur. cę. l. si plures. Cū ergo prædicti inquisiti
singulariter insultando, & percutiendo deliquerint, debēt
de

ADDITIO.

a Th. D. ¶Ex facto ꝓponitur. Adde q̃ hmōi consi. fm ordinem Perusi. est in 1. parte iud. nu. 53. & est in 10. vol. consi. Ad dicta per Bar. hic, vide eundem Bar. in l. qui seruo. §. si duo. ff. de fur. & Alex. in consi. 15. in 1. vol. viso processu.

BIU Cujas

de eo qđ principaliter deliquerunt puniri, nõ attenta ꝑñtia, quę ex facto principali posset insurgere. Nam illa ꝑña effectũ non producit, vt superius est expressum, & facit. ff. de sol. l. si duo. §. & quasi gñale. Et ad prẽmissum intellectũ facit generalitas inquisitionis, & omissio ipsa auxilij & fauoris, vt possit cõcipi an fauor fuerit ꝑstitus aliter, vel alio modo, quàm principaliter in delinquẽdo. Auxiliũ. n. multifariè præstatur, & armis, & manu, clamoribus & obiectu corporis, vt ff. ad Silla. l. cum dominus, cum sim. & sic cũ inquisitor fuerit vagatus circa vltimam partem inquisitionis, aliàs alteram partem inquisitorum, non pergit inquisitio ad vigorem iudicij. vt ff. de iniur. l. prætor edixit. in prin. & §. ꝙ autem prætor ait. cum simi.

CONSILIVM XXIIII.

1 *Adhærentes qui dicantur.*
2 *Sequaces, participes, & corporales qui dicantur.*

a **In dubium** Reuocatur, [a] quaꝛr intelligañ adhærentes, ideo vide tex. in corpo. de hæredibus & Fal. ibi, quam nunc. † Ex hoc no. significatum huius verbi adhærentes. Illi enim propriè dicuntur adhærentes, qui sunt eiusdem velle sponte, cuius est principalis. De hoc est tex. in c. apostolicæ. de re iu. lib. 6. & vide bonum tex. in auth. de alie. & emph. §. œconomos. & hoc est vtile pro capitulis pacis, quę quotidie inter ciuitates vertuntur. Nam vna alteri, & altera alteri promittit nõ offendere ciuitatem, nec suos adhærentes. Intelliguntur
b autem adhærentes, subditi, [b] & illi qui sponte sunt eiusdẽ velle, cuius est ipsa ciuitas. Quid autem importet verbum,
2 sequaces, vide tex. in c. conquesti. extra, de sen. exc. † Qui autem dicantur participes, aut se ꝙtinentes, vide tex. in l. vnica. C. si rec. puin. Caporales aũt illi dñr, qui caput, seu principiũ alicuius facti siue rei tenẽt. Pro quo viđ tex. ĩ l. 2. §. siqs hoĩes. vbi hoc notaui. ff. vi bo. ra. q̃ faciũt ad multa. B.

ADDITIONES.

a T.D. ¶In dubium reuocatur. Adde quòd istud consilium secundum ordinem Perusinum est in 1. parte iudicio rum, nu. 54.
b ¶Adhærentes subditi. Vide Bar. in l. non dubito. ff. de capt. & And. Bar. in consi. 11. in 2. vol. inci. istud afferam in medium. & Lud. Ro. in consi. 417. in proposito casu.

CONSILIVM XXV.

1 *Procurator producens testes an debeat puniri ex forma statuti, vt principalis.*
2 *Statutum imponens pœnã, an & quando sufficit ad annullandũ actũ.*

a **Statuto** Ciuitatis [a] Senarum cauetur, ꝙ nullus ꝑter principalem producat testes sub pœna 25. li. † Quidam procurator produxit testes in quadam
1 causa procuratorio nomine, quæritur an talis productio valeat? Rñ indubitanter, ꝙ non, quia factum lege vetante, vt l. non dubium. C. de legib. Et si dicatur statutum vltrà procedit pœnam imponendo, & sic valet ꝙ fit, per l. fina. ff. de diuor. & ibi no. in gl. in verb. concubinam. per Rich. Mal. & ꝙ no. per Cyn. in d. l. non dubium. in fi. Ad id dico,
b ꝙ vbi lex [b] vltrà procedit pœnam imponendo † actus est
2 nullus firmiori ratione, ex quo pœna imponitur, quia illud sufficit ad annullandum actum. ff. de his quæ pro non scrip. haben. l. 1. vbi est casus expressus. Nõ ob. l. fi. de diuor. quia ex impositione pœnę, apparet ꝙ lex voluit valere diuortium factum: ex hoc patet ꝙ ẽt sit ꝙ diuortium valebat, aliàs de iure communi cum secundo viro, si primum matrimonium durabat, aliud matrimonium non valuisset. & istam rationem ponit ibi tex. expres. Et distinctio q̃ dicti doctores faciunt, videlicet aut pœna imponitur actui prohibito de iure cõi, aut ꝓhibito de iure spãli, nil valet, quia est ꝺ tex. & gl. in verb. expressum. in l. prætor. ait. §. 1. de ope. nou. nunc. super verbo, expressum. Nã eo ipso ꝙ imponitur pœna destructionis, vĩ vetare ne fiat, & annullatur factum, & constat ꝙ interdictum de nou. ope. nunc. est de iure speciali extraordinario. l. in prouinciali. eo. tit. Præterea, illa distinctio lege nõ probatur, quia d. l. fi. de diuortijs. nil facit, vt dixi. Hoc ẽt in proposito. s. ꝙ productio testium non valeat, probatur alia ratione inequitabili, quia procurator non habet mandatum ad hoc. Nã in gñali mã
c dato non venit aliquid, ꝙ sit pœnale, [c] l. si procurator. de cond. inde. cũ si. & sic hæc productio quæ est pœnalis non valet, & si mandatum rectè inspiciatur, dictus procurator
d non habuit mandatum speciale [d] ad producẽdum testes, sed ad videndum iurare testes. Concluditur ergo, ꝙ dicta productio tanquam facta contra statutum à nõ hñte mandatum, est ipso iure nulla. Bar.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶Statuto ciuitatis. Adde ꝙ istud consi. ſm ordinem Perusi. est in 1. parte iudi. nume. 55.
b ¶Quod vbi lex. Adde ꝙ Bar. in l. prætor ait. §. fi. ff. de no. ope. nun. uĩ sentire contrarium, ubi dicit, ꝙ qñ uullitas actus respicit alterius præiudicium, quàm eius cui imponitur pena, actus non est nullus. l. siliosa. §. fi. ff. de fal. & de reg. iu. l. non uĩ dolo facere. & ideo si tibi contingat in facto aduertas ad dictum Bar. hic. Et an, & quando lex, uel statutum prohibet actum fieri, deinde vltrà procedit imponendo pœnã facienti talem actum, an per impõnem pœnæ uideatur uelle, quòd actus remaneat ualidus, uel inualidus, examinãt Bar. & doct. in d. l. prætor ait. cum cõcord. traditis ibi per Ale. & ibi etiam per d. meum, et præceptorem, d. Ias. in 3. no. quib. adde Bar. in hoc consi. de quo non faciunt mentionem.
c ¶Qđ sit pęnale. Aduerte, ꝙ hoc non est pœnale domino, sed procuratori, et ideo hoc dictum Bar. hic, est singulariter notandum.
d Mandatum sit speciale. Contra hoc dictum Bar. facit l. ad rem mobilem. et l. ad legatum. ff. de proc. ideo no. hoc dictum Bar.

CONSILIVM XXVI.

1 *Si pars fecit iurare testes in dilatione, nunquid post dilationem possint examinari.*
2 *Testis qui iurauit ad instantiam partis potest examinari inuita ipsa, & absente parte, ad instantiam partis aduersæ.*
3 *Probatio per iuramentum non fit.*

a **Quæritur** [a] Si dilatio est assignata per iudicem intra q̃ actor, & reus debeant probare quicquid volũt, Si actor fecit iurare testes in dilatione,
1 & non deponere, nunquid post dilationem † possint deponere. Et primò vĩ, qđ sic: quia ex quo coram iudice iurauerunt, non est in ptãte producentis, sed iudicis examinare, ꝙa eos examinat ĩ secreto partib. absentib. ĩtẽ ꝙa post iuramentum iudex debet testes examinare ad instantiam partis aduersæ, etiam si is qui produxit resistat, vel absens sit, ergo hĩ pro recepto post iuramentum, aliàs non exami
2 naret † eum iudex producente inuito, vel absente. Et hoc probatur. C. de test. l. si quando. & ibi no. vnde fecit producens qđ potuit, faciendo eos iurare, & ideo dilatio ei non præiudicat, cum per iudicem, non per eum stetisse videatur, qui examinare distulit, ar. ff. ex quib. cau. maio. l. sed & si per prætorem. in prin. & §. ait prætor. & in auth. vt spon. lar. §. hoc quoque. Item probationum facultas non est angustãda. C. de hær. l. quoniam. Item cum testes produxerit in iudicio, & iurare fecerit, procedere debet examinatio sine temporali damno. ff. de iud. l. 2. §. in omnib. Econtrà vĩ, primò, quia dilatio amplius quàm semel non est concedenda, nisi ex causa. ff. de fer. l. 1. & ibi no. Vnde, cum sine noua dilatione non possint testes deponere, meritò non est petendum, arg. d. l. 1. Secundò, quia quis vltrà terminũ nõ audiẽ. ff. ex qui. cau. ma. l. sed & si per prętorem. §. sed & si dum decreto. & C. de accu. l. si ea. & C. de remis. pign. l si eo tempore. Tertiò, quia imputatur ei qui se arctauit. ff. si quis ca. l. 2. §. si quis tamen. & de seipso q̃ri dẽt, quia à nullo alio deceptus est. ff. de rei vend. l. nã si actor. de act. emp. l. 1. in fi. Item, si est actor, ei est magis imputandum: quia ꝓ bõnes dẽt secum afferre. C. de ꝓhi. se. pec. l. 1. Itẽ, si reus non dẽt [aliàs, habet] in sua potestate ꝙferre, vt differat quantũ vult, vt ff. de iurisd. om. iud. l. si idẽ. §. 1. Vltimò vĩ determinari, per l. si qñ. C. de test. vbi dr̃, ꝙ vltrà 15. dies non dñt testes obseruari. Ex quo colligitur ꝙ ex tũc sit actor in summa negligentia, adeo ẽt ꝙ si per iudicẽ staret non audiẽt, vt d. l. fi. in fi. Item, iudex non dẽt se in cã intromittere, vtra que parte silente. ff. de iud. l. inter litigatores. & C. de iud. l. properandum. §. & si quidem pars. in gl. in verb. licentia. quæ inci. iure isto. in fin. & no. C. de test. l. si quandõ. in gl.
3 in verb. introducit. quę inci. siue sit ille. ¶ † Non ob. si obijciatur qđ iurauerunt intra terminum, quia nil operatur. Datus. n. fuit terminus ad probandum, qđ non intelligit de iuro testium solummodo, sed de effectu probõnis. Cõstat. n. qđ per iurm non fit probatio, vnde vĩ de depositione cogitatũ, arg. C. de leg. & const. l. non dubium. Itẽ iurm testium, & depõnes exiguntur. Non enim sufficit vnum sine altero. Et ideo dr̃ in l. ꝙ testes iurati deponant. C. de testa. l. fi. in fin. & l. hac ꝙsultissima. §. pe. per qđ dom. Io. Fasio lus de Pisis hanc quæstionem determinauit, de facto ꝙsultus. Sunt igitur inseparabilia, & in diuidua iuramentum, & depositio. & non sufficit partem feciſſe, arg. ff. fa. erc. l. here des. §. an ea. Per qđ concluditur, ꝙ nec ẽt iurasse vĩ, ex quo in dilatione iurauerunt tantùm, & non deposuerunt. arg. d. l. & C. ad Syll. l. cum Syllanianum. in fi. ff. de eden. l. 1. §. edenda. Hĩ ergo totum pro omisso, cum vnum omittitur. ff. de transl. l. cum ij. §. si prętor. vbi no. in vlt. gl. & Inst. quib. mod.

ADDITIO.

a Th.D. ¶Quæritur. Adde quòd istud consi. secundum ordinem Perusi. est in 1. parte iu. nume. 56.

BIU Cujas

a mod.test.infir.§. ex eo autem. & ibi no. In quæstione ista [a] do. Ray. de Forli. determinauit testes debere examinari, non ob.dilatione,quia actor fecit,q̃ potuit, testes inducẽ do, & faciendo iurare.Id autem quòd posteà debet sequi, s.examen est faciendum motu iudicis,& eius officio,cum testes citati,& iurati debẽt reddere secretum iudicium, & in secreto examinari,vt in Daniele. & etiam. C. de testib. l.nullum.Ad illud verò qđ dr̃.C.de test.l.si qñ.potest respõderi,qđ dicta lex non intelligitur in dilatione data à iudice.Sed cum testes interdum de longinquo proferuntur, seu producuntur,& vellent recedere, ne vagentur curæ familiari,& proprijs negotijs, tunc.n.lex dat dilationem in fauorem testium.15.dierum,intra quos iudex tenetur facere examinari, qđ si non facit,tenetur, vt ibi no. Io. de Senis consuluit contrarium per iura superius allegata, in 2. parte. quæstio.do. Dyn. de Mugello, determinauit quòd recipi possunt, argum. ff. de bon. poss. ex testa. mil. l. ij. vbi dicitur, quòd qui est receptus ad iuramentum, ad totum videtur receptus.Dyn.

ADDITIO.

a ¶In q.ista. Adde do.de Rota,in decis.78.inci.licet.& plenius,in deci.465.extra Rotam, & per Fel. in c. licet cãm. de proba. ubi plenissimè ponit materiam, cui adde Bar.hic,& Phili.Fran.in c.pia.§.si quis igitur.de excep. lib.6.

CONSILIVM XXVII.

1 *An prior hospitalis laicus sit exemptus, posito quòd hospitale sit exemptum.*

2 *Intrandi propria authoritate in possessionem licentia, potest vti contra hæredem,& contra ecclesiam,sic vt contra defunctum.*

3 *Verbum de bonis, est significatiuum possessionis, vel detentionis, & non dominij.*

4 *Verbum reuocato præcario, quis dicatur rationabiliter possidere, vel non.*

5 *Exempta,vel non,an sit res in dubio, Episcopus est iudex competens.*

6 *Ecclesia si est exempta, an sit exemptus prælatus.*

[a] Reuerendo [a] Viro domino Buctio de Petralõga Spoleti ducatus in spiritualibus vicario,& locum tenenti d.Iaco. de Prato iudicis dctæ curię.Bar.à Saxoferrato,legum doctor licet minimus, nunc actu legens Perusij salutem. Ad vota literas vestras recepi, & acta causæ appellationis vertentis inter dominum Thomam benedicti priorem Hospitalis S.Mariæ de Charitate,& eius procuratorem ex parte vna appellantẽ, & ser Petrum Succij, & eius procuratorem ex altera parte, quam mihi de partium voluntate vestra commisit prudẽtia,& puncto scripto, videlicet, quæ sint partes iudicis. Visis constitutionibus,& consuetudinibus ducalis curię, & actis,& actitatis in ipsa causa,& iuribus, & allegationibus vtriusque partis, quam commissionem vestri accepta ui,& visis omnibus actis, & iuribus mihi transmissis,& allegationibus quas aduocati partiũ prædictarum personaliter coram me facere voluerunt.¶Christi nomine inuocato, dico & consulo,quòd partes iudicis debent esse tales, videlicet qđ inter dictas partes pronuncietur, per dictum dominum Tho.& eius procuratorem, malè,& iniustè appellatum,& per dictum dominum iudicem esse bene,& iustè pronunciatum,& iudicatum.Ad hoc aũt dicẽdum me mouent rationes infrascriptæ,sed vt bene adducantur,dubietas hr̃, & pẽdet de duob.Primò cũ ille prior accusetur ex proprio delicto commisso, & accusando illũ accusatorẽ in sua inscriptione, apparet qđ nõ agit̃ de obligationibus vel facto ecclesiæ, sed de obligatione ipsius prioris,& ex ipsius facto orta.l. neque in interdicto. ff. de reg iur.& de tab.exhib.l.pe. & quod vi aut clàm. l. is, qui in puteum.§.si tutoris. Est ergo videndum,vtrum istud delictum sit commissum in loco exempto, vel non,qđ si locus non est exemptus, apparet primò posse conueniri,vt
b in c.1.de priuileg.li.6.Quòd autem ille locus non sit [b] exẽptus ostenditur.Nam verba priuilegij dñt sic, dicto hospitali,&c.cũ illis bonis quæ in pñtiarum rationabiliter possidet, & quæ in posterum rationabiliter dante Domino
1 poterit adipisci,ab omni iuris.&c. † Sed dictam possessionem rationabiliter nõ acquisiuit, ergo dicta possessio nõ est exempta, & sic delictum commissum non est in loco exempto.hoc ostenditur,præcessit instrumentum donationis factæ dicto ser Petro Succij,ab illo cuius dictum hospitale dicit se hæredem,in quo instr̃o concessit dicto ser Petro licentiam ingrediendi possessionem dictæ rei suaauthoritate,vt in dicto instr̃o apparet. † Sed constat qđ data
2 licentia intrãdi quis vtitur q̃ hæredẽ, [c] sicut q̃ defunctum ff.de leg.2.in l.Titia cum testõ.§.1. fin 3.lec.& l.hæredẽ.& l. qđ ipsis.de reg.iur. & ẽt q̃ ecclesiam [d] potest quis vti dicta licentia,vt probatur extra.de don.c.cum dilecti.per quam decretalem hoc tenet Hostien. & Io.An. vt ipsi notant in c.verum.de fo.compe. licet Inn.ibi videatur sentire q̃riũ, cuius op.reprobatur p̃ d.c.Pro hoc facit.C. de epis. & cler. l.si quis curialis. Et quia legitima licentia excusat quem à sacrilegio: vt ff.de aqua plu.arc. l. quanquam. in prin. sed ex instrumentis apparet dictum ser Petrũ licentia sibi cõcessa ingressum esse animo possidendi dictam rem, vt apparet ex instrumentis productis, & sic legitimè possidere, ergo dictum hospitale nõ potest rationabiliter possidere; vt l.si vt certo.§.si duob.vehiculum ff.cõmo.l.3. §. ex q̃rio. de acqui.pos. Et ex hoc concluditur q̃ dicta possessio non est exempta.Præterea, aut ponimus dictum Gellum in vita sua dictam rem possedisse,aut non: si ponimus possedisse,qđ videtur pars dicti prioris asserere, dũ dicit in quadã põne dictam possessionem intrauit tanquam de bonis di-
3 cti Gelli,quæ † verba,de bonis, sunt significatiua possessionis,vel detentationis,nõ dominij.ff.vi.bon.ra.l.2.§. in hac actione.& Insti.eo.tit.§.in hac. Et maximè cum ipse Gellus hoc asseruerit, qđ hæredes eius negare non possunt, quia mendacium defuncti redargueretur. ff. de pig. act. l. rem alienam. in fin. & ideo ostenditur quòd talis possessio est iniusta, quia cum ipse Gellus constituerit se suo nomine præcariò possidere,& sic qualitatem seu tit.possidendi habuit à dicto ser Petro donatario.l.interdum. in prin. & ibi no.ff.de acquir.poss. ex contrario concluditur, qđ omnis possessio quam Gellus posteà habuit, præsumitur pabere ex titulo præcedenti.s.præcario à dicto ser Petro.l. 2. C.de
4 acqui.pos.& no.in l. quædam mulier. ff. de rei vend. † Sed possessio quæ hr̃ præcariò, est iniusta mutata voluntate q̃cedentis,vt l.Pompo.§.cum quis.de acqui.pos.& vti possi. l.1.in prin.& no.de acq.po.l.vitia.p̃ gl.& Cy.ergo apparet, qđ Hospitale,qđ succedit ĩ locũ Gelli,vitiosè possidet.l.cũ hæres.de temp.præscr. & C.de præsc.long. temp.l.1. & qđ ibi no. Aut dicimus ipsum Gellum nunquam possedisse, sed ipsum Hospitale cœpisse possidere,& tunc idem, quia Hospitale possidet præcariò à dicto ser Petro. Nam licet p̃carium simplr̃ concessum, non transeat in hæredem, vt ff.de p̃ca.l.cum p̃cario.in fi. tñ quãdo hoc expressè agitur, non est dubium q̃ ad hæredem transit, vt patet in d.l.cum p̃cario. sicut dicimus in vsufr. Nam transit ad hæredem si exprimitur,vt C.de vsufr. l. antiquitas. & ff.de verb.obli.l. stipulatio. §. si quis ita. Idem in legato dominio, vt C.de leg. l. in annalib. Sed in illo instrumento tam ex principio quàm ex fine apparet quod ille Gellus omnia fecit,& promisit pro se,suisque hæredibus,ergo patet,q̃ Hospitale possidet præcariò: sed hæc possessio est iniusta,præcario reuocato, vt dictum est, ergo patet, qđ dictum Hospitale non possidet rationabiliter,& sic res non est exempta.Præterea,hoc non potest negari, quin dictum instr̃m donationis faciat rem dubiam,vtrum Hospitale iustè,& rationabiliter possideat,vel non; & sic est dubiũ, an res sit exempta,
5 vel non. † Sed in dubio episcopus est iudex [e] competẽs,
e vt no.per Inn.in c.cum sit.extrà de fo. comp. & argu.ff.de iud.l. 2.§. sed & si dubitetur. & l. si quis ex aliena. & quod no.in l.2.ff.si quis in ius voc. non ier.& sic patet dictum vicarium iustè pronunciasse. Secundum dubium est,posito, licet non sit verũ,q̃ dicta possessio sit exempta, an sit exẽ-
6 pta persona dicti prioris? Et hic dico,qđ non. † Nam exẽpta ecclesia,vñr exempti ipsius monachi,vel canonici,cle-
f rici,perpetuoque dedicati, [f] non autem prior, qui parrochianorum curam habet,vt extra,de priuileg.c.per exemptionem. li. 6. ex qua decretali apparet qđ demum illi qui sunt ipsius ecclesiæ, & ĩ ipsa ecclesia incorporati,sunt exẽpti.Sed si in ipsa ecclesia habet quandam curam seu p̃eminentiam,ipse est obligatus, nõ aũt incorporatus ecclesię,

hoc

ADDITIONES.

a Th.D.¶Reuerendo.. Adde qđ huiusmodi consilium secundum ordinem Perusinũ est in 1.pnrte iudiciorum.nu.56.

b ¶Non sit.An & quando hospitalia sint exempta, & multa de hospitalib.ponit Fel. in c.de quarta.de præscr.& ibi dixi in addi.vbi videas.

c ¶Contra hæredem.Adde Bal.in c.1.§.si qs verò.de pa.iu.fir. & no. qa. istud ius põt cedi,fm Bar.in l.1.§.vsufructuarius,ver.sed quæro,sum.ff.de nou. ope. nun.

d ¶Contra ecclesiam.Adde Bar.in l.si quis curialis.& ibi doc.C. de epis.& cler. & vide eundem Bar.in l.2.C.de pig.& Barb.in c.verum.de for.comp.

e ¶Eps est iudex.Vide de intellectu.d.c.cum sit gñale.per Fel.& ibi per Barto.Soc.in l.rem quæ nobis.ff.de acq.pos.& Ale. in l.2.in fi.ff.si quis in ius voc.non ier.

f ¶Perpetuo dedicati.Phil.Franc.in c.per exemptionem.de priuil. lib.6.& vide Spc. in tit.de stat.mona.in §.1.ver.35,quæro.in fi.& ibi Bald.in addi.quæ inci.qd de rusticis.& Bal.ibi,in addi.in uer.an rusticus.vbi voluit,qđ rusticus q̃ custodit Hospitale, & portat aliquod signum,censetur persona ecclesiastica.

BIU Cujas

hoc etiam probatur de iure ciuili, aliquem esset tribunũ militum, si sic p̃est militib. habet ne priuilegia militum? Certè sic, si est de militib. alijs descriptis. aliàs secus, vt ff. de tes. mil. l. qđ constitutũ. & ibi no. sed in proposito prior Hospitalis potest esse quidam laicus, vt in c. 2. §. vt autem hæc. & ibi no. de relig. do. mi. in cle. hic autem non est probatum istum priorem esse oblatum, vel aliàs ipsi Hospitali incorporatum. Vnde licet prior nõ gaudeat priuilegio
a Hospitalis, sicut non tribunus militum, [a] qui non est de corpore, seu numero militum, si nec pro rebus, de quib. dicitur in d. c. per exemptionem. Sic ergo ipse non est exemptus, posito qđ locus esset exemptus ratione originis, tñ ipse fiet de iurisd. episcopi, vt C. vbi de cri. agi. opor. l. 1. & de inrerd. & rele. l. relegatorum. §. interdicere. Cõcluditur ergo dictum vicarium bene pronnnciasse. Bart.

ADDITIO.

a ¶Sicut non tribunus militum. Adde, ꝙ l. qđ constitutum. ff. de test. mil. superius alleg. uidetur probare contrarium, nam ibi loquitur de tribunatu finito

CONSILIVM XXVIII.

1 *Statuto stante, quòd causæ inter consanguineos compromittantur, consanguineus venditoris comparet, & agit contra emptorem, venditor præsentat se in iudicio, & petit compromissum fieri ex forma statuti.*

2 *Compromittere quis an cogi possit.*

a 1 Consilium Pisanæ [a] ciuitatis † decreuit ꝙ de omnib. litib. vertentibus inter cõiunctos vsque in tertium gradum, teneatur iudex ad petitionem vnius partis hoc petentis cogere aliam partẽ de prędictis compromittere in eorũ arbitros, & amicos cõmunes, qui possint de plano, & oib. dilationibus resecatis cogere, & diffinire, & obseruare laudum, & non possit dici de nullitate, nec reduci ad arbitrium boni viri. Modò accidit, qđ Titius vẽdidit fundum cuidam extraneo, à quo extraneo Germanus d. Titij vendicat dictum fundum. Titius ab emptore requisitus defensioni se obtulit, & iudicium in se suscepit, nũc Titius petit Germanũ suum cogi ad compromittendum, ſm formam statuti. Et qđ non de-
b beat cogi, [b] probant rationes infrascriptę. Primò ratione actionis propositæ. s. in rem actio, quæ aduersus possidentem datur: & ex persona auctoris ipsius possidentis fundum, forum nõ declinatur, vt l. vnica. C. de alie. iu. mu. cau. fac. & l. 1. C. vbi in rem act. & l. officium. ff. de rei vend. Sed ex persona auctoris nõ mutatur forũ, probatur. ff. de iud. l. venditor. & d. l. 1. C. vbi in rem actio. sed in casu nostro emptor conuenitur tanquam possessor, ideo ex sui persona non potest declinare iurisdictionem primi iudicis, & petere ꝓmitti, quia extraneus. ergo nec ex persona auctoris posset forum mutari de iudice in arbitrum, & sic non debet cogi ad compromittendum, & si inspicias in dictis duab. legib. vr̃ casus nostræ qnæstionis. Secundò ꝓbatur proximè nõ facta expressio, sed antequã istud argm̃ fundem, præmitto qđ ideo potissimè iste defensor dẽt cõpromittere, quasi causa videatur sua, cum ad eum spectet commodum, & incommodum, cum de euictione teneat, vt ĵ. dicetur. Ar. pro alia parte, quicunque allegat arguendo, siue excipiendo debet illud probare, aliàs ab eo qđ petit excluditur, vt l. 1. C. de prob. & l. ab ea parte. ff. eo. tit. &
2 l. 1. de exce. † Sed Titius qui petit cogi ad compromissum,
c ideo petit, [c] quia ad eum, spectat commodum, & incommodũ, certũ est qđ si res euinceretur ex causa q̃ cã est vitio ipsius emptoris, qđ venditor de euic. non tenetur, vt ff. de euic. l. si rem q̃. & l. si mancipium. in prin. & l. si seruum. & l. fi. istud certum est qđ in vendicatione licitum est nõ exprimere cãm proximam, quare ad eum dicat dominium pertinere, vt ff. de exce. rei iud. l. & an eadẽ. §. actiones. sed sic fuit in casu nostro, quia vendicauit eam causa non expressa, & sic non apparet vtrum dicat dominium suum, ex facto emptionis, vel non. & sic ad venditorem spectat periculum, vel non, ergo, & intentio non est probata, & sic excluditur ab eo quod petit. Bar.

ADDITIONES.

a 2 Th. D. ¶Consilium Pisanæ. Adde, ꝙ hoc consilium est in 1. parte iud. nu. 64. & pro consi. Bar. alleg. Ale. in l. si post diuortium. in fi. ff. sol. mat. & And. Barb. in c. qm̃. §. in alijs. vt lit. non contest. & dominus meus in iure cano. d. Ant. Corse. in suo trac. de potestate regia in q. 12. in 29. priuilegio pacis.

b ¶Debebat cogi. Adde Bar. in sua dispu. quæ inci. Pisanæ ciuitatis. & ibi dixi in addi. cum concor. de quibus per do. And in c. quoniam. §. in alijs. extra, ut lit. non conte. vbi examinat dicta per Bar. hic, & Alex. in l. si post diuortium. in fi. ff. sol. mat. & in consil. 66. in 7. volum. incip. in causa & lite. quibus adde Ange. de Aret. in §. actionum. in versi. quæro denunciaui. Instit. de actio. & vide etiam Barto. in consi. 219. incipiens. agitur in 1. vol. & ibi scripsi.

c ¶Ideo petit. No. qđ dicit Bar. hic, vtrum quis possit in libello petere à iudice aduersarium compelli ad transigendum, & ad hoc no. d. Ant. Corsi. in suo tractatu, de potestate regia, in 41. q. 29. priuilegio pacis.

CONSILIVM XXIX.

1 *Ciuis quomodo cognosci potest.*

2 *Probandi onus quem esse ciuem, incumbit ei qui dicit illum fore ciuem. & numero 3.*

a Quæritur, [a] Iudex maleficiorum cõmunis Eugubij ad denuntiationẽ Petri Herculani inquisiuit ꝰ Azolum, & inquisitio super his. Hec est inquisitio q̃ facit d. B. ex officio, nec non ad denuntiationem Petri Herculani oriundi, & habitatoris ciuitatis Eugubij, ꝰ, & aduersus Azolum de Aretio; eo qđ percussit eum sine sanguine, qui Azolus excusans se confessus fuit, loco, & tempore in inquisitione contentis percussisse d. Petrum semel: alia de quib. inquiritur ꝰ eum negauit vera esse. Testes aliqui dicunt ipsum Petr. aliqui dictũ Pętrũ. Modò sunt tria statuta, quorum primum est, ꝙ si quis ciuis percuteret ciuem, vel comitatensem, & de isto nihil ad præsens. Aliud est, qđ si aliquis ciuis percuteret forensem, &c. & de hoc nihil ad pñs. Alio etiam statuto cauet, qđ si forensis percuteret ciuem, puniatur in quadruplo, ergo, &c. condemnaretur ciuis si ciuem percuteret. Post responsionem ẽt inquisiti, iudex fecit quosdam testes examinari, & ꝓdemnauit d. Azolũ in quadruplo, tanq̃ si percussisset ciuẽ. Ego dico, & consulo, qđ Azolus ꝓfitendo qđ loco, & tpe, &c. si de vno maleficio, & percussione ibi q̃ritur, ꝓfitetur de percussione vna, & alia de quib. inquiritur ꝓtra
1 eum negauit, dicerem. qđ nõ vr̃ ꝓfiteri illum ciuẽ. † Duæ n. requiruntur demonstrationes ad recognitionem Petri prædicti, vna per proprium nomen, alia per gentẽ, de qua natus est. s. quia oriundus, & hæc secunda dat aliam formam delicto, & aliam inducit pœnam, vt. ff. de cond. & de mon. l. nominatim. & de ædilitio edicto. l. qđ si nolit. §. qui mancipia vendunt. & ad demõstrationem respondisse vr̃, alia verò negauit. vnde vr̃ negasse formam datam delicto, & sic vr̃ dicendum quòd ista negatio aliquid operetur, & non sit superflua, vt ff. de vsu. l. si stipulatus. & ff. de le. 1. l. si quando. ff. de capti. & postli reuer. l. 4. in fi. ad municip. l. 1. nihil. n. aliud potest operari illa negatio, nisi vt neget ipsum esse oriundum de ciuitate Eugubij, & ciuem facit. C.
2 de incol. l. cum neque. & l. ciues. lib. 10. † hoc casu incumbit onus probandi ipsum Petrum esse ciuem ei qui ipsum ciuem esse dixit, & si non probauit, non potuit nec debuit condemnari tanquam offendisset ciuem, sed potius absolui, quia secundum formam statuti diuersitas personarum inducit diuersitatem delictorum, & diuersitas pœnarum inducit diuersitatem iudicij, vnde hac qualitate adiecta in inquisitione, seu denunciatione deficiente, non potest sequi cõdemnatio, licet aliàs percussio sit probata, vt ff. de nox. l. ĩ delictis. §. si detracta. & ff. de instito. l. habebat, & ff. vi bon. rap. l. ait prætor. §. hæc autem actio. versi. docere. & l. denunciasse. §. quid tñ. ff. de adul. & ff. de pœn. l. aut facta. §. qualitatis. Si verò fiunt plura delicta in inquisitione, tunc dico confitendo semel percussisse do. Petrum in inquisitione, alia negando, vr̃ per hoc demonstratum ipsum referre cum omni sua demonstratione. Sic cum testator legat fundum instructum libertis cum instrumenro, postea in codicillis petijt, vt morientes partes suas fundi restituerent superstitibus, nec mentionem habuit instrumenti, nihilominus videntur esse repetita instrumenta, & ꝙ talis fundus in causa fideicõmissi venit, quale fuit legatum, vt ff. de fund. instru. & instr̃o leg. l. 3. vnde per ꝓfessionem partis satis est probatum ipsum esse oriũdum de
3 ciuitate Eugubij. † Ad id autem, qđ dr̃, de dicto testium dicentium, dictum Petr. vel ipsum Petrum, dico qđ testes nõ probant oriundum de ciuitate. Qui. n. dicit aliquem de aliqua gente, debet hoc probare. ff. de proba. l. 1. & l. de iure. ff. ad muni. Sed testes super inquisitione examinati referunt se ad locum, & tempus appositum in denunciatione, & inquisitione, & testificantur de eo quod tunc, & eo loco viderunt, & ideo non probant de origine, quæ antè fuit diu, & ĩ alio loco, posito qđ hoc verbũ, dictũ, vel ipsum, referãt ipsum originaliter Eugubinũ: tñ rõ reddita per testes, & tempus, & locus, eorum dicta restringunt, vt non probent, nisi ea ad quæ ratio temporis, & loci, se extẽdere potest, vt ff. de cal. l. hæc actio. & de pen. leg. l. nam qđ liquidæ.

ADDITIO.

a ¶Tho. D. Quæritur. Adde quòd istud consi. secundum ord. Perusi. est in prima parte iudi. num. 16.

BIU Cujas

liquidæ.§.fi.& accedat.ff. de lega.3.l. prædijs.§.Titio.& C. de iure delibe.l.cum aliquis. ¶Ad quæstionem autem de eo,qđ confitetur derobasse mantellum,& alia negat, nun quid videatur per hoc confiteri æstimationem ? Respon. Distingue vt s.Bart.

CONSILIVM XXX.

1 *Statutum factum à laicis contra libertatem ecclesiæ non valet.*
2 *Monasteria quid habeant facere,vt conseruent libertatem suam contra statuta laicorum contra ipsa disponentia.*

Domini Priores habentes authoritatem ab adunantia gñali statuerunt quod quilibet conductor,&c.vide.s.vol.1.consi. 188.

CONSILIVM XXXI.

1 *Blasphemans Deum de nocte, qua & quotuplici pœna puniri debeat vigore statuti eam imponentis.*
2 *Existentibus duobus statutis in ciuitate de eademmet materia loquentibus,an,& quando vnum tollatur per alterum.*
3 *Blasphemare,& maledicere idem est.*

a Factum Tale est, [a] Quidam Pellinus dixit noctis tempore,maledetto sia Dio, de quo cauetur Perusij, in qua, ciuitate est statutum factum ab adunãtia gñali qđ imponit pęnam 300. lib.1.loco factum, & reformatio est secundo loco facta per priores tantùm, quæ imponit pœnam.c.lib.Modò qritur:inquantum † dictus Pellinus debeat condemnari, & an dicta pœna duplicetur tpe noctis, secundum aliud statutum ciuitatis prædictæ. Et dico, quod debet condemnari in centum, nam in dicta accusatione continetur quod petit ipsum puniri secundum formam statutorum, & ordinamentorum communis Perusij, & sic cum plures pœnæ sunt intentatæ puniatur ex mitiori.l.si præses.& l.interpretatione. ff. de pœn.Sed huic dicto obijciuntur plura.Primò, quod dictum vltimum ordinamentum non valet cum non potuerit tollere statutum factum in adunantia generali.† Ad quod rñdetur, quòd primum non tolitur per secundum, Vñ ex quolibet potuit accusari. l. cum ex vno. & l.plura delicta. ff. de ac. & ob. & vbi non exprimitur, mitior lex intentata vr,vt dictum est. Scđò obijcitur, quòd priores non potuerunt facere dictum ordinamentum, quia hoc non videtur pertinere ad pacificũ statum ciuitatis,vel vt pecunia veniat in communi, ad quod rñdetur quòd pertinet [b] ad pacificum statum ciuitatis. Nam qñque ad salutem Reipublicæ spectat pęnas minuere, maximè in delictis,quæ à plurib.committuntur, vt ff. de pœn.l. aut facta §. fin. quia propter exaggerationem pœnæ, homines,& ciuitates minuuntur, & interest Reipublicæ plures homines hre.ff.de bon. dam. l. fi. §. si plures liberos. Præterea, potest interesse Reipublicæ pœnas pecuniarias minui, vt pecunia veniat in communi, quia facilius pœna minor soluitur. ff.de offi.presi.l.illicitas. §. fin. & sic concluditur quòd Priores habuerunt argñm faciendi. d.l. Tertiò opp.& vr quod dictum statutum primum loquatur de maledicentibus Deum, secundus ordo vr loqui de blasphemantibus : & sic loquuntur de diuersis casibus.Ad qđ respondetur,qđ idem est maledicere, & blasphemare,vt ꝓbatur extrà.de maledic.c.fi.vbi apparet,qđ ille,qui blasphemat dr maledicere,ad idem facit.C.si quis Impe.maledic. l.1.Item dubitatur, an ratione noctis in dicto casu, pœna debeat duplicari, ad qđ rñdetur, qđ non, quia statutum [c] qđ loquitur de duplicatione pœnarum, loquit per verba,qđ pœnæ maleficiorum,&c. & sic loquitur de his quę committuntur malefaciendo, sed dictum maleficium de quo loquimur est commissum maledicendo, & sic istæ sunt species distinctæ:quia delictorum quædam committuntur faciendo,quędam dicendo,vt ff.de pęn.l.aut facta. in prin.& sic statutũ de duplicatione pęnarũ rõne noctis nõ vẽdicat sibi locũ hoc casu. Et ita dico,& ꝓsulo ego Bar.

ADDITIONES.

a T.D. ¶Factum tale est. Istud con.secundũ ordinẽ Perusi. est in prima parte iud.in cons.71.& idem consuluit Bar.hic.Fran.Tig.in cons.seq.inci.super ꝑdicta.q.& ita ẽt cõsuluerunt do. And.de Monte Vbia. & Bal. vt apparet j.in consi.34.inci.super ꝑmissis.& de hoc consi.Bar. meminit.Bal.in l.ignorantia.C.de crimi.stellio.

b ¶Qđ ptinet. Vide de materia per Bal. in l.ambitiosa.ff.de decre. ab ord.faeien.

c ¶Statutum qđ loquit. Addẽ Bar. in l.aut facta.in prin.ff.de pœ. & licet Bald in l.fi. in fi.C.de cri. stellio.dicat Bar. hic malè consuluisse.quia statutũ duplicat authoritatem delicti, tamen mirandum est de Bal. cum ipse subscripserit consil. Bar. & Fran. Tigr. vt apparet. j. in con. 34. super præmissis. & in.fi. vide Ang. de Areti. in trac.malefi. in uer. verba iniuriosa. in ver.quid si statuto dicatur, & ibi adde do. Ang.de Are.& Ale.in d.l.aut facta.in prin.in add.Bar.quæ inci.verbis iniuriosis.& in consi.62.in 3.uol.inci.in causa accusationis.

CONSILIVM XXXII.

a Quidam Ser Martinus a Bonauenturæ de Combiate,ciuis Floren. in ſuo teſtamento diſpoſuit,& iuſſit ꝓstrui vnum monaſterium,in quo mandauit includi certum numerum monialium, & dicto monaſterio conſtruendo legauit multa bona,per hæc verba, & legauit dicto monaſterio cõſtruendo talia poderia,&c. Et deinde ſibi hæredem inſtituit dictam Hermelinam, & quẽdam alium,quo teſtatore mortuo,dicta domina Hermelina conſtituta poſſedit bona hæreditaria, & percepit fructus bonorum legatorum dicto monaſterio conſtruẽdo,per tres annos,vel plures:& iſto medio tempore impetrauit à Diœceſano terminum vltra tempus anni datum à Synodali conſtitutione,vel iure,ad exequendã vltimam voluntatem, videlicet terminum dictorum trium annorum;mandauit tamẽ quòd inchoaretur dictum monaſterium,ad 15.menſes:demum dicta dilatio adhuc prorogata fuit:& demum Diœceſanus,ſeu eius vicarius,ꝑ.terminum vltimò prorogatum canonicè elegit,& nominauit abbatiſſam dicti monaſterij conſtruendi, & eidem abbatiſſæ & monaſterio conſtruendo aſſignauit poſſeſſiones,& bona legata dicto monaſterio,& elegit 12. puellas futuras moniales.Et demum acceſſit conſenſus hæredis, & executorum ad hæc,& inuentus eſt,& deputatus authoritate Diœceſani,& per hæredem & per executorem locus alterius monaſterij iam conſtructi, cum in loco per teſtatorem deſtinato conſtrui tunc non poſſet, & extitit dictæ abbatiſſæ, & conuentui dictus alius locus deputatus.Modò eſt quæſtio de fructibus bonorum legatorum dicto monaſterio,quod repræſentatur in teſtamento, videlicet de perceptis per dominam Hermelinam hęredem à tempore mortis teſtatoris ante deputationem loci huius,& ante electionem abbatiſſæ,& monialium prædictarum,ad quem videlicet debeant pertinere, 1 ſ vtrùm ad monaſterium:an verò ad hæredem, qui percepit, antequàm monaſterium,& conuentus eſſet creatus, & antequã hic locus eſſet huic conuentui,& vſui deputatus.¶In quęſtione prędicta conſtat valere legatum factum monaſterio conſtruendo.l.ſeruus.ff.de ali.& cib.leg.& ff.de lib. cau.l. ſeruos.ſed de fructib.rerum legatarũ perceptis, antequã monaſterium conſtruatur, eſt dubitatio præcedens, an pertineant ad monaſterium poſt conſtructionem, an verò ad hæredem? Et quòd ad hæredem non pertineant eſt caſus in d.l.ſeruos.ff.de liber.cau. prout eſt ibi litera negatiua,quæ eſt communis litera,& hoc tenet glo.C.de fur.l. ſi nondum.licèt Petr. ibi, contradicat, vt Cyn.refert,ſed communis litera eſt negatiua.Poſito tamen, quòd ibi eſſet litera affirmatiua, & dominium bonorum legatorum eſſet hæredis: tamen fructus debent eſſe monaſterij pòſt conſtructi,nam omnis caſus eueniens, licèt abſque culpa hęredis,per quem monaſterij conſtructio impediatur, non impedit,quin poſteà monaſterio conſtructo fructus omnes medij temporis debeantur: caſus eſt expreſſus in ſimil.C.de his quibus vt indig.l.cum Syllanianum.Prætereà in iſtis relictis ad pias cauſas,re ipſa abſque aliqua interpellatione, per hæredem non implentem mora contrahitur.l.cum verò.§.apparet. de fideicommiſ. lib. ſtatim ergo hęres cum potuit, fuit in mora, & per conſequens tenetur ad fructus.Prętereà hoc videtur expreſſum eadem l.cum verò §.idem Imperator.vbi dicitur, quòd nulla dilatio quantumcunque fortuita huic relicto ad pias cauſas debet nocere,quò minus habeat omnia,ac ſi ſtatim volũtas teſtatoris fuiſſet impleta.Prætereà,hoc eſt expreſſum, in auth.de eccle.tit.§.ſi quis ædificationem,vbi dicitur,ꝙ ſi venerabilis domus intra annum non ſit ædificata, nec poſſit ita de facili ædificari:tamen debet emi,vel conduci aliqua domus,vt interim voluntas teſtatoris ſeruetur.Ita hic hæres qui non poterat monaſterium conſtruere, debuit interim in aliqua domo empta,vel conducta dominas tenere,vel fructus ibi conſeruare ad vtilitatem monaſterij conſtruendi.Et per hoc apparet,quòd dilatio quæcũque data eſt ab epiſcopo,non debet prodeſſe hæredi, vt faciat fructus ſuos.Nam dilatio illa eſt circa conſtructionẽ monaſterij tantùm,non circa alia,quæ hæres interim debebat facere,vt voluntatem defuncti impleret.Item quia ſ.dictum eſt, quocunque modo dicta dilatio intelligatur etiam ſi eſſet data à lege,non intelligitur per eam præiudicari monaſterio pòſt conſtructo,quin interim non percipiat omnes commoditates medij temporis, vt ſuperius eſt probatum.Bar.

ADDITIO.

a Th.D.¶Quidam ſer Martinus. Adde ꝙ hmõi conſi. ſecundum ordinem Peru. eſt in 3.par.ult.uol.in conſi.20.& aliàs inci.caſus ſuper quo conſilium petitur, talis eſt, quidam ſer Martinus.& aliàs incip.in quæſt.prædicta.

CONSILIVM LVIII.

a Ex parte a hæredis dicitur fructus nõ deberi monaſterio,quia percepti ſunt antequàm mona-

ADDITIO.

a Th.D.¶Ex parte. Adde quòd hmõi conſiliũ eſt.d.Fran.de Albe.de Are. qui conſuluit ſuper eodem caſu, ſuper quo conſuluit Bar.in conſi.præceden.& vide ibi.

BIU Cujas

monasterium esset in rerum natura, ergo antequàm dies legati veniret, vel cesserit, ergo hæredi cedunt vt l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de leg. 2. & quod no. Mod. in l. fina. §. fina. C. com. de leg. hoc etiam cõuincitur ratione. Nam fructus non pertinent legatario, nisi aut dispositione testatoris, aut ex consequentia dominij rei legatæ. l. Herennius. ff. de vsur. aut ratione moræ. l. fina. C. de vsu. & fruct. leg. cum simi. sed neutrum est in casu proposito. Nam dominum habere non potuit res, quæ nondum erat in rerum natura. de eccle. ædifi. c. 1. Item nec hæres fuit in mora, cum non haberet cui daret, vel solueret. ff. de lege commis. l. si fundus. §. fina. & ff. de vsur. l. pecuniæ. ad fin. nec in construendo monasterio propter dilationem iuris, & ꝓpter prorogationem factam à Diœcesano. Ex aduerso dubitatur, fructus deberi à tempore mortis testatoris: quia legatum est purum, nec constructio monasterij, quæ est de futuro, facit conditionem considerata persona repræsentata in hoc legato, quia videtur legatum Deo, qui fuit causa legati, & qui repræsentatur in pijs legatis, & in pijs actibus. & quia quod relinquitur Deo, videtur relinqui ecclesiæ, & ècontra, in auth. de eccle. tit. §. si quis in nomine magni Dei. no. per Dyn. Institu. de actio. §. sic itaque in fi. & donec non subest determinata persona legatarij, debet percipere Episcopus pro his qui futuri sunt legatarij, arg. l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cleric. Nam si relinqueretur in redemptionem captiuorum, etiam si nullus esset tunc captiuus, perciperet episcopus pro futuris captiuis, tanquam persona repræsentans legatarios. Præterea licèt istud legatum non videretur esse purum, & præsens. & intereà non sit cui quæritur, tamen hęres dẽt seruare fructus interim perceptos monastario construendo, & ei dare: cum erit constructum. Nam dies constructionis non expectatur, nec inest fauore hæredis, sed ex necessitate & gratia rei gerendæ: quia requiritur tempus ad probationem sui, & tẽpus quod interponitur, gratia ipsius rei interponitur, scilicet, vt fiat. ergo fructus medij temporis non debent cedere lucro hæredis, argum. l. si ita relictum. §. Pegasus 2. respon. ff. de leg. 2. & eodem titu. l. cum pater. §. curatoris. Præterea licet hæres habeat dilationem ad cõstruendum monasterium, non tamen ex consequẽtia habet dilationem ad prestandum legatum. Nam interim potest creari rector monasterij, seu conuentus, vel interim potest creari œconomus, vt gubernet bona legata ꝓ monasterio futuro, vel interim potest dari episcopo ratione pro futuro conuentu. Nam rebus fortunæ prouideri potest in pręparatione. l. si seruitus imposita fuerit. §. futuro. ff. de serui. vrba. prędio. & prępparatio valde conueniebat rei gerendę. Nam cum curandum esset collegium monialium, expectabatur res, quę statim quòd est producta, exigit vnde viuat ex perceptis fructibus. Nam percipiendos expectare non posset. Nam vt sic loquar, istud corpus nascitur cum dentibus, & statim quęrit cibum. Ergo prouisio est apta negotio & fructuum conseruatio procedere videtur ex mente illius, qui hoc monasterium fieri mandauit. Sic etiam damus curatorem ventri, vt prouideamus futuro partui. Sic ẽt damus curatorẽ hr̃ditati interdũ, vt ꝓuideamus futuro hr̃di: ergo nõ incõueniẽter hoc casu œconomus potuit dari vt perciperet, &c. Pręterea, hæres fuit in mora post annum, vt in authen. de eccl. tit. §. si autem hæres. ergo fructus debet habere à die mortis defuncti, vt eod. titu. §. sin autem legatum ab aliquo relinquitur ad pias causas &c. Non obst. prorogatio termini facta per Diœcesanum à lege sine ministerio hominis. Præterea, hæc prorogatio licet excusaret hæredem à pœna, non tamen debet sibi cedere ad lucrum percipiendum cum aliena lactura. arg. l. 2. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publi. Gratia enim ei facta non debet monasterio esse damnosa. Et ideo, quo ad fructus ex tunc saltem percipiendos debet habere monasterio procreato, & indultum temporis propter calamitatem hæredis factam ad eius postulationem, licet tueatur eum à pœna iuris: tamen non debet monasterium lædere in quantitate debita. arg. C. qui bon. ced. pos. l. fina. in fi. C. de preci. impe. offe. l. quoties. Ex quibus videtur inferri, quòd aut hæres debet fructus perceptos ex tempore mortis testatoris hucusque, aut saltem perceptos ab illo anno citra, quo per eum stetit quo minus construeret, licet non fuerit in mora propter dilationem indultam à Diœcesano. nam licet tale indultum prodesset ad euitandum pœnam, vel vsuras quæ sunt pœna, non tamen debet prodesse in acquisitione fructuum: quia non est par ratio damni vitandi, & lucri captandi. Et sic respondetur ad id quod ex ordine no. in d. l. quoties. maximè quia hoc lucrum capitur contra naturalem æquitatem vnde cum aliena iactura. Prætereà, videtur quòd episcopus, vel vicarius episcopi, non potuerit dare dilationem hæredi ad soluendum legatum: quia non est sibi concessum legem condere, vel huiusmodi facere, nisi maiori magistratui, de quibus secundum Iacob. de Are. & Gul. dẽ Cug. non est episcopus, vt solet tractari in l. 1. ff. de offi. præto. Nec etiam ipse maior magistratus posset dare dilationem debitori ad soluẽdum, quia hoc soli principi est reseruatum, vt no. Gul. in l. 1. ff. quod quisque iuris. licet glo. ibi, velit sentire contrarium. in hoc vltimo dicto bene facio vim inter prorogare dilationem temporis statuti simplici executori, & hoc de facto, & de iure fortè faciunt & facere possunt episcopi. & dare dilationem ipsi debitori, quod non videtur posse facere in illis legatis maximè, q̃ haberent diem adiectum à testatore, vel à iure, prout est in legato fabricæ monasterij, ac etiam in legato facto ipsi monasterio, per dicta iura. Et hoc casu non dicitur posse Diœcesanus istud tempus prorogare, maxime, ita vt dilatio afferat monasterio damnum fructuum rei legatæ. Dominus Franciscus de Albergotis.

CONSILIVM LIX.

a Videtur [a] quòd dictum relictum sit in diem tacitum, id est, cum constructum fuerit. Nã ante constructionem non est legatarius in rerum natura, vt ff. de verbo. oblig. l. vbi autem. §. illud dubitationem. Sed interim ante constructionem res legata, est hæredis. l. seruos. ff. de libe. causa. Si igitur res legata est hæredis, & fructus interim percepti, vt l. Hærennius. ff. de vsur. In contrarium videtur quòd quamquam hæc dies insit ex rei natura, quia ante constructionem non est legatarius in rerũ natura, vt suprà dictum est. Tamen hoc tempus seu dilatio est in fauorem legatarij, vt ipsa res interim videatur in esse, id est constructum. Nam & si impuberi legatum sit cũ erit pubes, intelligitur fauore legatarij tempus adiectum: ergo multò fortius quando ipsa substantia deducẽdi rem in esse, & producendi causat dilatare legatum, vt videatur dictum tempus eius fauore adiectum, & quotiescunque dies adijcitur fauore legatarij, fructus medio tempore percepti debent restitui legatario, licet facti sint hæredis. Nã hæres capit eos medio tempore, & medium est in fauorem legatarij, & ideo eos restituere debet, licet ex regula iuris sint facti eius. l. si ita relictum. §. Pegaseus. de leg. 2. Prętereà, impedimentum quod à natura, vel à lege inducitur, non debet præiudicare legatario. Nam quando testator est occisus non debet adiri hæreditas antequàm vindicetur mors defuncti, si tempus interim intercedat & fructus interim capiantur, vindicata morte testatoris res legata cum fructibus medio tempore perceptis dantur legatario. l. cum Syllanianum. C. de his quibus vt indig. hæredi. auf. & ad Sylla. sic intercedente lapsu temporis propter constructionem ex rei natura: nam hoc tempus non debet procedere ad vtilitatem hæredis, & damnum legatarij, igitur fructus restituat. Prætereà, si stipuler domum mihi construi, ista stipulatio est pura: tamen ex re ipsa dilationem capit, vt agere non possim ante tempus quo cõstrui poterit, sic hoc legatum purum videtur, licet differatur petitio vsque ad constructionem. vt ff. de verborum obligat. in l. interdum pura. Nicolaus Lapi de Florentia prædicta subscripsit, &c.

ADDITIO.

a Th.D. ¶ Videtur. Hoc consi. est do. Nic. Lap. de Floren. qui consuluit prout Bart. in consi. præced. 58. & ponit opi. suam super dictis fructibus.

CONSILIVM LX.

a De fructibus [a] prædictis per hæredem perceptis credo, quòd percepti non solùm à tempore aditionis hæreditatis, sed per ipsum percepti de bonis legatis à tempore mortis testatoris monasterio constructo dari, siue reddi debent. Videtur enim mihi, quòd huiusmodi legatum non sit propriè conditionale, vel modale, quod tamen videtur trahi retro,

ADDITIO.

a Th.D. ¶ De fructibus. Istud consi. est d. Ioan. Calde. de Bon. super fructibus, qui consuluit vnà cum Barto. in eodemmet casu, vt suprà in consilio 58. & ponit opinio. suam.

BIU Cujas

tro,secundùm quòd innuit glo.ff.quemadmo. ſerui.amit. l.is,cui.§.fina.licèt multùm contradicat.ff. ad Syllan.l.1.§. ſerui.nec videtur dictum legatum propriè in diem, quòd ante diei euentum non tranſit ad legatarium.ff.de vſufru. leg.l.Sempronius Attalus. Sed inſpecta intentione teſtatoris fauore eccleſiæ poteſt dici purũ, ideo ſequitur quòd dixi,vt benè probatur.ff.de leg.1.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.& de fur.l.à Titio.& quod ibi no.& per Cy.C. de vſuf. leg.l.fi. Nec obſtat monaſteriũ cõſtruendũ,nondum forè conſtructũ,& ſic is,qui nõ errat, non põt dici legatarius, extrà de conſti.c.cum acceſſiſſent.cum ſimi. Et quia legatum ſub conditione caret effectu ante purificatam conditionẽ ff.de ver.ſig.l.cedere diem.& in cle.cum ei quidem. de conceſ.præb.Et interim dominium eſſet hæredis.Nam omiſſis pluribus, quæ dici poſſent, & diffusè, etiam hoc caſu ſi diceretur hoc legatum conditionale, ſ.ſi monaſterium conſtruatur,quæ tamen propriè non eſt conditio,ſ. conſiſtens in inſidijs fortunæ,imò monaſterium neceſſariò eſt fiendum,ſi adeſt poſſibilitas, & per epiſcopum licẽtia concedenda de illo conſtruendo.Credo tamen tale,& adita hæreditate debere cenſeri monaſterium conſtructũ fore,& hoc propter teſtatoris intentionem. Pro modò ſufficient iam dicta,licèt in hoc articulo,ſuper quo maiores conſul.nihil didici,multa poſſent ſubtilizari.Io. Cald. Bono decretorum doctor.

CONSILIVM LXI.

1 *Teſtamentum ſi eſt confectum per publicum notarium, etiam ſi teſtes ſunt mortui,facit fidem.*

2 *Teſtamentum inter liberos valet,ſi appareat quodcunqne voluntatis iudicium.*

a Viſo teſtamento[a] prędicto,& his quæ geſta ſunt, cũ filiæ fœminæ inſtitutæ in dicto teſtamento dicant teſtamentum auiæ valere, Benedictus verò Petrucij nepos,qui Benedictus fuit natus tẽpore Manucij ſui aui, dicit teſtamentum nõ valere.Quæritur quid iuris.Ad quæ reſpondetur,quòd licèt quando teſtamentum fit in ſcriptis,& tempore quo teſtamentum aperitur, teſtes non ſu
1 perſint,poſſit forſitan teſtamentum dici nullum eſſe: † tamen in propoſito dicendum eſt, indubitanter teſtamentũ valere duabus rationibus. Prima, quia dictũ teſtamentum ſic ſignatum,fuit ſcriptum manu publici notarij, &
b ſic valet,licèt teſtes non ſuperſint.Ita determinat glo.[b] ff. quemadmo.teſtam.aper.l.2.in princip.glo.in verbo publicum.ibi dum dicit,niſi ſit per manum publicam ſcriptũ,
2 &c.vbi eſt expreſſum,& omnes tenent illam glo.†Secunda ratio eſt,quia iſtud teſtamentum eſt factum inter liberos,inter quos valet, ſi appareat quodcunque voluntatis iudicium,etiam ſi non ſit voluntas perfecta,vt C.fam.erc. l.fi.& C.de teſta.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.Cum igitur nunc inter liberos ſit contentio,quantùm ad eos teſtamentum eſt validum ſine dubio.Bar.

ADDITIONES.

a Th.D.¶Viſo teſtamento.Iſtud conſi.ſecundùm ordinem Peru.eſt in 3.parte vlt.volum.in conſi.34.& pro conſi.Bar.alle.And.Barb.in l.2.in prin.in addi.Bart. incip. quondam.ff.quemadm.teſta.aper.

b ¶Determinat glo.Adde,quòd illam glo.alleg.Barto.in l.1.C.de teſt.& ibi Ange. & Sal.dicunt illam glo.eſſe ſingu. ſed adde ſimilem, in l.fina. in verb. oſtenditur, quæ incipit,id eſt oſtendere.

CONSILIVM LXII.

Ex facto proponitur, Salimbertus. Vide ſuprà cõſil.52.quòd hic duplabatur.

CONSILIVM LXIII.

1 *Relictum filio ad arbitrium talis,an ſit purum.*
2 *Verbum,placuerit,quomodo intelligatur.*
3 *Relatiuum iunctum verbo futuri temporis, quando faciat conditionem,& quando non.*
4 *Filius hæreditatem matris non adiens,an tranſmittat.*
5 *Mater negligens petere tutorem filio,& curatorem ventri, an priuetur hæreditate.*
6 *Auth.ex cauſa,an conſeruet pupillarem ſubſtitutionem.*
7 *Verba ſine aliqua diminutione,appoſita in ſubſtitutione, important directam ſubſtitutionem.*
8 *Verbum,quandoque,quando faciat ſubſtitutionem directam.*
9 *Verbum ſuccedat,& verbum,ad alia poſſe peruenire,an faciant directam ſubſtitutionem.*
10 *Subſtitutio compendioſa continet directam pupillarem.*

a In qõne[a] propoſita viſo puncto ipſius, & diligẽter inſpecto,oriuntur multa dubia. Primò,an teſtamẽtum valeat.Secundò,poſitò quòd valeat, quis ſuccedat in bonis & hęreditate prædicta.Ad primum dr̃,& allegat̃ quòd teſtamentum non valeat,quia filiæ fęminæ,S.C. & I. non fuerunt inſtitutę in aliquo, cum illi qui debuerunt declara-
1 rare dotes earum,non declarauerunt;† & ad hoc probandum,arguitur ſic.Qñ aliquid confertur in arbitrium alterius conditionaliter,illo non arbitrante, relictum non valet,vt l.1.in prin.ff.de leg.2.Sed hic eſt huiuſmodi, qd̃ probatur:quia relatiuum iunctum verbo futuri temporis eſt in hoc teſtamento,ſ.dicent:ergo eſt conditionale. In contrarium, quando dos relinquitur filiæ ad arbitrium alterius,illud legatum intelligitur purum,nec habet aliquam conditionem, vt d.l.1.2.reſpõ.ff.de leg.2.Sed ita eſt in propoſito;dixit.n.teſtator,item reliquit C.filię ipſius teſtato-
2 ris illam quantitatem dotis,quam dicent,† & declarabunt prædicti,& quæ eis placuerit.Nota,quòd dicit, placuerit, quod intelligitur in arbitrium boni viri.l.Thais.§.ſorore. ff.de fideic. lib. Concluditur ergo, quòd dictum relictum
b fuit purum.Ad primum reſpondetur[b] primò, ꝙ tunc eſt verum, quòd relatiuum iunctum verbo futuri temporis
3 †facit conditionem, quando refertur ad ſubſtantiam legati:ſecus ſi ſubſtantia legati à teſtatore ponitur pro forma: qualitas autem in alterius arbitrio committitur,vt l. 2. de hære.inſti.ibi,ex partibus quas adſcripſero,licèt enim partes non adſcribantur,tamen inſtitutio valet.Ita in propoſito,poſito ꝙ teſtator dixerit,relinquo tali filię meę dotẽ, nec adiecerit quantitatem,ſine dubio valeret.l. cum poſt. §.gener.ff.de iu. do. & quod ibi no.ff. de lega.3.l. ſi filię. & ff.de iu.do.l.quęro.Prętereà hoc debet dici de neceſſitate iu caſu iſto:quoniam in eo qd̃ relinquitur filię vſque ad legitimam,nulla poteſt apponi cõditio.Vnde poſito, ꝙ verba ſonarent in conditionem:tñ poteſt illa condõ amoueri,per l.qñ in priorib.C.de inof.teſt.Concluditur ergo, ꝙ dictum relictum pro dote,& inſtõ fuerit facta pura, & ſic teſtm̃ ſit validum.¶Secundò dubitatur,poſito, ꝙ teſtamẽtum valeret,quis ſuccederet.Ad qd̃ reſpondetur ꝙ ſuccederet d.Ioanna,quod probatur ſic, hæreditas patris non adita non tranſmittitur,ſm op.gl.in l.ſi infanti. C.de iure delib. ſecundùm quam opinionem aliàs conſuluit colle-
4 gium ciuitatis Florentię,in ciuitate Aſſiſij. † Sed ex dicta narratione facti non proponitur,qd̃ dicti filij,qui antè deceſſerint,hęreditatem adiuerint: ergo ipſi hæreditatem paternam non tranſmiſerunt ad matrem. Remanet ergo ꝙ dicta d.Ioanna tanquàm ſola ſuccedens ab inteſtato, ſuccedit patri ſuo.Nec poteſt dici aliud in matre, per l. apud hoſtes.C.de ſuis & leg.quia tenendo illã opin. quã tenuit collegium Florentinum,illud eſt verum ibi ideo, quia pater deceſſit apud hoſtes,& ſic videtur deceſſiſſe prima hora captiuitatis:ſecus ſi deceſſit apud nos,& filius non adiuerit.Ita dicit Iaco.de Bel.in quæſtione diſputata per eũ,
5 quam ponit in auth. de trien.& ſemiſ.in prin. † Prętereà, ex facti narratione non proponitur matrem dictorum filiorum ſuſcepiſſe tutelam, inuentarium feciſſe, & legitimè adminiſtraſſe.Et ſic poſito quòd alias fuiſſet ad eã deuoluta, tamen per iſtam negligentiam petendi tutorem legitimè, debet eſſe hæreditate priuata,vt ff. ad Tert.l.ij.§. ſi mater. & ibi no.in gl. ſuper verbo,nec legitima. Prętereà dictæ filię poſthumæ dicta mater curatorem ventri dare non petijt,propter quod eſt ab hæreditate dictæ poſthumę repellenda,vt d.l.2.§.ſi mater.ver. quid ſi cum prę gnans.ad Tertul.Concluditur ergo,poſito, ꝙ d. M. deceſſerit inteſtatus,dictæ ſuę vxori de bonis ſuorum filiorum præmortuorum nil debetur, ſed eis in totum ſuccedit. d. Ioanna filia dicti M. & hoc ſi ponatur,qd̃ d. M. & dictis eius filijs debeat ſuccedere ab inteſtato. Poſito ẽt quòd dictum teſtamẽtum eſſet ruptum ex cauſa prætéritionis, adhuc inſurgit dubium,vtrum ſubſtitutio pupillaris, quã teſtator fecit in dicto teſtamento d.ſuis filijs, remaneat firma,

ADDITIONES.

a Th.D.¶In quæſtione.Adde quòd iſtud conſi.ſecundùm ordinem Peru. eſt in 3.parte vlt.volum.in conſi.41.& iſtud pro conſi.Barto.alleg.Alexan.in l.1.& in l.centurio.in fi.ff.de vulg.& pup.& And.Barb.in l.1.in 1.addi.Barto. C. de impub. & alijs ſubſti.

b ¶Ad primum reſpondetur.Adde Bar.in l. Stichum. in princip. & ibi vide apo. ff.de lega.1.& vide per Alexand.in l.prima, ff. de vulgar. & pupilla. & in l.centurio. eod.titu.

BIU Cujas

6 firma†per auth.ex causa.C. de libe. præt. quæ dicit, quòd rupto testō ex causa prēteritionis, cętera firma manent Et gl.ff.de vul.& pup. l. j. §. substituere.dicit, quòd hodie substitutio firma remanet. per d. auth.ex causa.Dy.ibi dicit contrarium: dicens: quòd ibi loquitur tantum in his quæ sine institutione valere possunt, vt legata, & fidei commissa, quæ possunt relinqui ab intestato, & sic illa auth. secundum eum, non loquitur in pupillari substitutione.Alij tenent d.gl. contra Dy. quia etiam tutelæ confirmantur per d.auth.ex causa.hoc dicitur expressè in corpore vnde sumitur:vbi dicitur, quòd tutelarum dationes firmæ remanent,& istud est fauore filij, ita etiam conseruantur substitutiones pupillares cum fauor sit filij, vt decedat testatus. Præterea probatur sic. Hodie conseruantur legata per d.auth. ex causa. ita olim conseruabantur per edictum,si quis omis.cau. testa. sed substitutiones pupillares conseruabantur,vt l.ij.§.planè.ff.de vul.& pup.ergo eodem modo conseruabantur tabulæ pupillares per d.auth.ex causa.Præterea,in d.auth. ex cā, dr̄ cætera firma permanent, sed sub ista appellatione veniunt tabulæ pupillares.l.qui plures liberos. §. fi. de vul. & pup. & l. nam quòd.§.qui compulsus.ff.ad Treb.& in ista opin.est lac.de Are.in d.l.j.§.substituere.de vul.& pup.& do. Old. & omnes Mod.vnde posito, quod dictum testm̄ non valeat, tamen valet substitutio pupillaris, & habet eundem effectum,quem haberet, si testm̄ esset validum. Tertiò videndum est, posito quòd dictum testm̄ valeat, & quòd matri non obest,quòd non petijt tutorem,vel ꝙ hæreditas non fuerit adita, videndum quis succedat. Considerato puncto prædicto, & substitutione facta filijs in dicto testamento paterno. Ad quod inuestigandum sciendum est, quòd substitutio domini Ioannis est in tempore pupillaris,
7 quod apparet† quia testato substituit per hæc verba, & eos inuicem substituit,ita quòd tota hæreditas ipsius sine aliqua diminutione deueniat in alium superuiuentē, &c. Ex eo enim,quòd dixit, eos inuicem substituit, apparet, quòd continetur pupillaris directa. l. iam hoc iure & l. Lucius.ff. de vul.& pu.Item,ex eo qd̄ dicit,tota hr̄ditas,& ex eo,qd̄ dicit,sine aliqua diminutione, apparet,qd̄ voluit substituere pupillariter:quia ꝑ nullam aliā substitutionē,q̄ ꝑ pupillarē potest hoc fieri, ergo apparet, quòd voluntas sua fuit substituere directò: est ergo voluntas testatoris probata legitimis cōiecturis, quæ matrem excludunt, vt C. de mili. test. l. in testamento. in fi. & ibi no. & C. de impu.& ali.subst.l.precibus.& ibi no.in glos.super verbo.
8 omnimō.& incip.imò ex tacita pupillari. † Item substitutio facta filijs masculis si omnes decederent sine filijs qñcunque, mō succedat quælibet filia fęmina etiam si posthuma fuerit vna cum do.Ioan.sua filia ęqualibus portionibus, & quòd de dicta hæreditate nihil possit peruenire inaliquam personam, nisi in dictas filias fœminas similr fuit directa pupillaris:quod apparet,primò per eadem verba,dum dixit,quòd nihil aliud possit peruenire.Propterea
9 Io.An.in c.si pater.de testa.lib.vj.in nouella. tenet † quòd verbum,succedat, etiam si esset simpliciter positū, trahatur ad directam pupillarem intra tempora pupillaris ætatis.per d.c.si pater.vbi tex.dixit expressè,quòd verba obliqua trahuntur ad directam pupillarem, etiam si mr̄ est in medio,per quod c.omnis dubietas,& omnis contrarietas nostrorum est sublata, saltem in terris ecclesiæ: sed ciuitas Assisij est in terris ecclię: ergo, &c. dicta ergo C. scilicet posthuma, & C. & l.successissent ex substitutione do. Io.instituto;sed do.S. posthuma fuit exclusa añ Ioan. quia ante Ioan. hæredem institutum. Item dicta C. fuit exclusa à successione d.Io. quia mortua antequàm ipsa hæreditatem adiret.Restat ergo,quòd d.Ioan.ex vigore dictæ substitutionis in totum succedit d.Ioan.cum portiones aliorum sibi accrescant.l.sed si plures.in prin.ff.de vul. & pup. & sic mr̄ omnino excluditur.Sed posito,ꝙ d.C.& D. l. succęssissent d.Ioan.ex vigore dictæ substitutionis, cum d.C. sit mortua, videndum est quid iuris de hæreditate d.C.Ad ꝙ dicendum est,quòd substitutio facta ipsi C. debet intelligi directa pupillaris similiter ex pręsumpta voluntate defuncti: quia ei substituit sororem suam dicti testatoris filiam, quam verisimiliter voluit præferri matri ipsius C.vt no.per gl.in di.l.precibus. in vlti. gl. & per doc. videlicet, per Cyn.in l.fi.C.de insti.& substitu. ergo ex hac præsumpta voluntate excluditur mater, secundum omnes,quod
10 tenet Io.And. in d. c. si pater. in nouella, & probatur per tex. d. c. sine dubio,† hæc enim compendiosa indistinctè continet directam pupillarem, & sic hic mater excludi-

tur,& succedit d.C.pro dimidia d. Io. pro alia dimidia filij Colę secundum formam testamenti. Sed posito, ꝙ dicta substitutio fuerit fidei commissaria, quod in veritate non est, vt dictum est:videndum est in quo succedat dicta mater d.C. nam de substitutione facta Io. nullo modo potest dubitari,quin fuerit directa pupillaris, vnde solùm de hæreditate d.C.videndum est. Et cōstat d. C. habuisse in bonis suis, primò dotem sibi relictam à patre,& in dicta dote succedat mater vsque ad legitimam do. C.& residuum veniret in fideicommissum. Item, si diceretur d.C.successisse d.Ioan. quæ bona cum fuerint ablata per eam etiam dicto testatori venirent in fideicommissum, & totum debetur d.Ioan.& filijs d. Colæ.l. qui fundum.§. qui filios.ff. ad l.Fal.Concluditur ergo,quòd dicta mater à successione bonorum,& filiorum dicti Matthæi omnino excludatur, & quòd concedendo quicquid concedi posset,non posset succedere d.C.nisi sumendo de relicto dotis,&c.Bar.

CONSILIVM LXIIII.

Quidam Nomine Lapus Vannis,&c.In nomine domini. Amen. In q̄stione prædicta illud,quod aliàs in simili, & quod auditores meos docui,& quod in scriptis meis,quæ literis redegi,hoc modo scribo,& consulo,videlicet, quòd ex vigore dictorum verborum,si non valet,&c.Reliqua subiunge ex consil. 235.ī. vol.j.nam hic duplabatur ad verbum.

CONSILIVM LXV.

1 *Hæreditas matris non adita per infantem, an trasmittatur ad amitā paternam,& an tanquam non adita pertineat ad auunculum.*

a In quæstione[a] prædicta dubium est, cum hæreditas materna non sit adita per dictum infantem, nec per alium ex persona eius,vtrum debeatur auiæ paternæ, aut
1 †verò auunculo fratri matris,qui hoc petit tanquàm hęres matris,hoc est examinandum: quoniam glo. in l.j. C. de his,qui ante aper.tabu.dicit, quod sicut hæreditas parentis transmittitur ad liberos,& ita ad parentes, per l. apud hostes. C. de suis,& legitimis. cuius contrarium tenent docto.quia casus est in l.2.C.ad Orfi.& ad Tertul. l. 2. §. si quis ex liberis.in quibus contrarium est expressum. Non obst.d.l.apud hostes.quia ibi loquitur in filia,quæ patri remansit sua, vt ibi dicitur. Sed mater non habet hæredem suum,& in hac.opi.semper fui:quia cum leges hoc expressè dicant, nec reperiatur correctu specialiter,& expressè hoc dicere non debemus.vt C.de appel.l.præcipimus,infin.Et ita videtur mihi de iure.Bar.à Saxoferrato.

ADDITIO.

a Th.D. ¶In quæstione.Adde, quod hoc consi. Bar.secundùm ordinem Peru. est in 3.par. vlt.vol.in consi.48.& in 10. vol.consi.& de materia huiusmodi consilij. vide plenè per doct.in l.si infanti.C.de iure delib.& ibi do.Ias.

CONSILIVM LXVI.

1 *Relictum omnium bonorum habet vim institutionis hæredis, nullo alio instituto.*

2 *Fidei commissarij executores, nullo alio instituto hærede, obtinent locum hæredis.*

a Nicolaus [a] fecit testamentum, in quo plura legata reliquit, vltimò sic disposuit, omnia verò eius bona voluit dari, & distribui per suos fideicommissarios illis hospitalibus, & alijs miserabilibus personis, quibus eisdem placuerit, ita, quòd debeant dare, & conuertere in opus cuiusdam capellæ, &c. & facit suos fideicommissarios P.M. Quæritur, cum in dicto testamento non reperiatur aliqua hæredis institutio, nisi vt s̄.dicitur, an dictum testamentum sit validum? Ad qd̄ respon. qd̄ testamentum valet, & illa verba, omnia eius
1 bona,&c. habentur pro hæredis institutione. † Nam relictum omnium bonorum,est institutio hęredis,si alius in testamento non est institutus, vt no.ff. de hęr. inst. l. his verbis.&ī auth.de hęr.& Fal.§.si verò nulla,in gl.sup verb.
b relictis. Prętereà,ea assignatio [b] portionis bonorum facit insti-

ADDITIONES.

a Th.D. ¶Nicolaus. Adde quòd istud consi. secundùm ordinem Peru. est in 3 par. vlt.vol.in consi.50.& pro consi.Barto.alle.Alex.in l.centurio.ff. de vulg. & pup & in consi.51 in 7.vol.cuius initium est,in causa præsenti.& in l.alio. in pri.in 2.additione Barto.ff.de alim.& cib.lega.

b Th.D. ¶Assignatio portionis. Adde Bar.in l.centurio.ff.de vulg. & pupil.in l. si qs ff.de leg.2.& in dispu. sua inci.filium adultum,& plenè per Alex.in d.l.centurio. & in consi.51.in 6.vol.in casu præsenti,& vide apost. in l. his verbis.ff.de hęre. insti.

BIU Cujas

institutionem hæredis, licet non exprimatur institutio.l. 1.in fi.de hære.insti.ergò eadē ratione, assignatio omniū bonorum. Præterea de hoc est tex. expressus,extrà.de testa. ca. cum tibi. vbi dicitur, quòd non videtur decedere intestatus, qui bonorum suorum dispositionem alieno
2 commisit arbitrio,si non est intestatus;† & sic videtur institutio, quæ est caput testamenti, & illi fideicommissa-
a rij, [a] & executores locum hæredum obtinent, vt ibi no. per Inn.& probatur.C.de epi. & cler.l. nulli.C.de pact. & l.si quis ad declinandam. Pro hoc facit l.licet. Ego Bar. à Saxoferrato legum doctor.

ADDITIO.

a Tho.Dip. ¶Fideicommissa. Adde Bar. in l.alio.ff.de alim.& cib.leg.cum concor.de quibus per Alex. ibi in addi.incip.no.ad notata, & ibi scripsi,& per Alex.in d.l.centurio.& in d.consi.51.in 7.vol.

CONSILIVM LXVII.

1 *Legatarius potest propria authoritate ingredi, & cum iudicis licentia in possessionem rei legatæ, si à nemine possidetur.*
2 *Vi codicillorū, an quis possit immitti in possessionem beneficio.l. fi. C.de ædic.diui. Adr.toll.*
3 *Intellectus ad l.fi.C.de codicill.*

a Quidam fecit [a] testamentum, & posteà codicillos, & cum testamentum haberi non possit, nec sciri quis fuerit institutus hæres, vigore codicillorum fuit petitum se immitti in tenutam,& corporalem possessionem rei contentæ in dictis codicillis per syndicum monasterij S.Luciæ nondum adita hērditate.Posteà pendente litigio fuit adita hæreditas per dictum monasterium, impugnat dictum monasterium non posse aliquid consequi ex codicillis. Secundò impugnatur, & dicitur qđ videtur renuntiatum testamento & hæreditati, & legatis sibi relictis in testamento ex petitione facta super codicillis.Tertiò vtrum dicta possessio terreni spectet ad monasterium, vel ad fratres minores, vel ad sororem testatoris, vel ad quem. Quartò posito qđ dicta petitio non procederet ante aditam hæreditatem, nunquid dictum monasterium teneatur reficere expensas dictę dñæ, posito qđ dicta petitio non dirigatur ꝯ aliquam personā, licet in iudicio dicta domina fuerit citata ad petitionem partis, & iudicis.Et primò viso testamento, & codicillis, quid debeat ex prædictis percipere monasterium, & quid dicta domina Agnes,ꝙ debeat fieri immissio in possessionem secundum formam petitam apparet,quia legatarius
1 potest ingredi † in possessionem rei legatæ, si à nemine possideatur sua authoritate, multò magis debet iudex licentiam concedere.Non obst.ꝙ dicta dña Agnes dicat se possidere,quia dicit se possidere tanquàm legataria ex testamento,vt apparet ex testamento per eā producto. Sed in dicto testamento solùm fructus possessionis sunt relicti,& sic esset vsufructuaria, posito,qđ dictum legatū non esset reuocatum.Sed vsufructuarius non possidet, nisi naturaliter tantùm l.naturaliter.ff. de acquir.poss. igitur ciuilis possessio durat, & sic illius ciuilis vacantis, & à nemine possessæ, sine dubio debet dari possessio hæredi, nec ratione naturalis quam ipsa posset asserere se habere,poterit fructus percipere, quia non præstitit cautionem de vtendo fruendo arbitrio boni viri, & sic non potest vti
2 frui,nec facere fructus suos,&c.† Præterea dictum monasteriū est hīs scriptus in re certa,& nullus alius est vniuersaliter institutus, & sic habeē loco vniuersalis hæredis, vnde ex authoritate.l.fi.C.de edic.diui.Adr.tol.debet mitti in possessionem. Nec obst.si dicatur, illa loquitur,quando producitur testamentum, non quando producuntur codicilli, quia illud est verum, si esset institutus hæres quidam homo natus, qui non potest institui, nisi in testamento. Sed quando instituitur pius locus, tunc sufficiunt duo testes secundùm iura canonica, vt in ca.relatum.1.extrà,de testa.sicut de iure ciuili sufficiunt duo testes in testamento militis.l.diuus.ff.de mil.testa. & sic apparet, quòd in codicillis, in quibus sunt quinque testes, locus pius potest institui, vt l. militis codicillis. in princ. ff.de testam milita.si in codicillis potest institui,ergo in codicillis potest dari bonorum possess. facit extrà. de succes.ab intest.cap. fi. cum sim. Præterea apparet dictum testamentum non abolitum in præsentia sex testium confectum, ergo ex vigore dicti testamēti debet fieri missio, vt d.l.fina. Nec ob. si dicatur, quòd dictum testamentum non fuit ab initio productum. Nam in codicillis productis fiebat mentio de dicto testamento, vnde modo potest produci ad declarationem prædictorum,& primæ petionis, & etiam ista causa, scilicet testamenti potest cumulari prędictæ causæ codicillorum, vt l. edita actio. & ibi not.C.de eden.Nec potest dici,quòd actor debeat cōdemnari in expensis, vel quòd debeat dari noua dilatio: Nam ex vigore primæ petitionis reus poterat esse instructus, quia in eo fiebat mentio de dicto testamento ergo.&c.vt no.glo.in d.l.edita. & quia ipse debitor erat instructus; habebat enim dictum testamentum,quòd apparet, quia producit eum. Cum igitur habuerit sibi non debuit edi.l. 2. ff. de eden. ¶Super secundo, quo quæritur, an petendo ex codicillis videatur renunciatum ex testamento,indubitanter dicendum est quod non, vt ff.de pet. hæred.l.Lucius.ff.de inof.testa.l.mater. nec posset monasterij syndicus renuntiare iure competenti ipsi monaste-
3 sterio.† Nec.ob.l.fin.C.de codicil. quia ibi loquitur, quando quis diceret eandem scripturam valere iure testamenti, & codicillorum, quòd esse non potest, sed hic sunt diuersæ scripturæ, ergo, &c. vt ibi no. per doct. ¶Super tertio dicendum est, quod dicta verba non faciunt hæreditatem conditionalem.l.Mæuia.ff.de manumis.testa. Sed posito,quòd esset conditionalis institutio, huic hæredi instituto debet dari bonorum possessio, vt l. 2. §. si sub conditione. ff. de bonor. possess. secundum tab. ¶Super quarto non est,dubium, quin legatum datum in testamento possit adimi in codicillis: quia legata possunt adimi nuda voluntate l.3.in fi.cum l.seq.ff.de adim.leg.& de condi.in deb. l.2.§.j.& super ver.sed & si post.vtrum dicta possessio spectet ad monasterium: dicendum est, quòd dicta possessio spectat ad monasterium,& monasterium debet de sua manu assignare fructus legatarijs: vt verba codicillorum dicunt. l. fundi Trebatiani. ff. de vsufru. leg. & no. in l. si ita. ff. de vsufru.Bar.

ADDITIO.

2 Th.D. ¶Quidam fecit. Adde quòd huiusmodi consi. Bar. secundum ordinem Perus.est in 3.par.vlt.vol. in consi.51. & pro consi.Bar.alleg.And. Bar. in c. cum esses. de testa.& in l.1.in 5.q.in addi.Bar.ff.de iure codi.

CONSILIVM LXVIII.

1 *Filia prohibita per statutum succedere ab intestato,prohibetur,& nepos.*

a Quæritur [a] An nepos ex filia dotata præteritus ab auo materno possit expugnare testamentum, & ab intestato succedere, non obstante statuto prohibente filiam dotatam succedere patri ab intestato. In Christ. nomine amen,dico,quòd cum fuerit præteritus nepos sine causa ab auo materno, & sic potest expugnare testamentum, quòd de iure communi admitti debet. vt in auth. non licet. & in auth. ex causa. C.de lib. præt.per ea, quæ ibi not.& in corpore,vnde sumitur. Præterea in §. exhæredatos. in auth. de hær. & Falci. Sed cum de iure municipali filia testatoris dotata prohibeatur succedere ab intestato patri suo,dico quòd ex mente istius sta
1 tuti intelligitur prohibitus etiam nepos † iste filius filiæ dotatæ, quod probo. Ex hoc concludam magnam copiā allegationum,quæ fieri possent in contrarium. Nam quoties prior in gradu excluditur non propter mortem,vel repudiationem, vel propter delictum, vel ingratitudinem, quæ non progatur in descendentem, sed excluditur fauore eius, cui succeditur, vel alterius, tunc excluduntur descendentes, exemplum in vsibus feudorum sub rub.qui da. feu.possunt.c.1. §. hoc autem notandum,vbi filia excluſa excludit ēt filius, ppter dictam rationem.Sed mens statuti videtur esse præponendi masculos filiabus dotatis ne patrimonium, & diuitiæ deueniant ad extraneos, sed potius familiarum dignitas salua sit, & in diuitiarum honestate seruetur, qđ Reip. interest, vt l.1.§.pe.ff.de ven.inspic.& bene facit ille tex.cum exponi debeat,familiarum, idest agnationum, vt ibi not. glo. & probatur in l. pronuntiatio.§. communi iure. ff.de verb. signific. Pro qua ratione ne ad extraneos deueniat, bene facit l.libertus,qui soluendo.ff. de bon. liber. qđ magis potest in filio, quàm in ipsa filia, quia eadem est ratio, & maior,& ita per dictam rationem consulo ego Bar.Et idem ego Fran.Tig. de Pisis.

CON-

ADDITIO.

2 Th.D. ¶Quæritur. Adde, quòd istud consilium Bar. est.in 3.par. de vltimis volun. secundum ordinem Perus. in conf.60. & pro consi.Bar.alle.& ponit totum cons.de verb.ad verbum do. Vita.de Gambaris Neapo. in suo trac.clausularum in rub. qñ filia repellitur à successione statutorum.ver.item Bar.in alio consi.

BIU Cujas

CONSILIVM LXIX.

1 *Verba directa, & obliqua, & communia, quæ dicantur.*
2 *Coniuncti verbis qui dicantur.*

a Pater fecit[a] testamentum, in quo inter cætera posuit hæc verba, videlicet in omnibus autem bonis suis mobilibus, & immobilibus iuribus, & actionibus tam presentibus, quàm futuris. suprà d. Bar. & Matth. eius filios, sibi æquis portionib. vniuersales hæredes instituit. Et si contigerit ipsum ex dicta domina Simona, aut ex aliqua vxore sua legitima filios habere peruenientes ad lucem posthumos, aut medio tempore natos, si masculus, aut masculi fuerint, ipsum, vel ipsos cum prædictis Bar. & Matthæo, vel altero, qui superuiueret sibi æqualibus portionibus hæredes instituit. Si autem fœmina vna, vel plures, ipsam, & quamlibet earum in florenis aureis quingentis sibi hęredes instituit. iubens ipsam, vel ipsas esse contentam, vel contentas, & si quis filiorum suorum masculorum tam natorum, quàm nasciturorum, vel posthumorum in ann. xxx. suæ ætatis decesserit sine liberis, vel si decesserit in pupillari ætate, substituit ei pupillariter, vulgariter, & per fideicommissum superstites masculos, vel eorum in stirpes, & non in capita, quòd si omnes filij sui masculi, nō existentibus aliquibus ex eis filijs decesserint, in eo casu voluit totam hæreditatem suam deuenire, & deuolui in dominam Simonam vxorem suam prædictā pro vna parte, si, & donec vidua erit. Philippam eius testatoris filiam pro vna secunda portione, & Lapam alteram suam filiam pro vna tertia portione, & in alijs filias suas nascituras singulas pro singulis portionibus. Et in dominam Soram eius sororem pro vna alia parte, & dominam Ioannam alteram eius sororem pro reliqua portione diuidenda inter prædictas æquis portionibus. Contigit autem, quòd postea testator decessit relictis dictis Bar. & Matthæo pupillis filijs suis ac relicta domina Ioanna sorore dicti testatoris. Deinde moritur dictus Bar. factus pubes ante tamen 25. ann. suæ ætatis facto per ipsum testamento, in quo sibi hæredem instituit dictum Matthæum eius fratrem. demum decessit dict⁹ Matthæus in pupillari ætate, adita hæreditate patris, ac etiam fraterna remanente dicta domina Ioanna amita sua, & remanente auo suo materno. Auus prædictus vult venire ad successionem dicti Matthæi ab intestato: dicta Ioanna vult venire ad successionem eiusdem, ex testamento, veluti substituta. Quæritur quis ipsorum in successione prædicta sit potior: Item quæritur, posito quòd dicta Amita non possit venire, nisi ex fideicommissaria substitutione, an partes substitutorum defectæ ex iure accrescendi, vel alio iure deueniant ad dicta Ioannam. Item quæritur, cum ex forma statuti excludatur mater, & auia à successione filiorum, & nepotum eo modo excludatur auus maternus? Rogamus igitur quatenus prædictis omnibus in consideratione reductis, & plenè deliberatis, respondere placeat quid sentitis, &c. ¶ In nomine Domini Iesu Christi, amen. In quæstione prædicta secundum ea, de quibus quæritur. Primò videndum est, an substitutio illa facta secundo loco, scilicet qđ omnes filij, sit directa pupillaris, vel fideicommissaria. Circa quòd primo videndum est, an sit pupillaris ex vigore cuiusdam repetitionis, quæ induceretur ex eo, quia in præcedenti capite dictum est. s. substituit vulgariter, pupillariter, &c. Ad quod respon. ꝙ non, quia prædicta verba sunt annexa præcedenti capiti substitutionis, & iuxta ipsum caput posita sunt, non autem sunt, verba per se posita inter duo capita. Hoc probatur. ff. de liber. & posthu. & not. C. de liber. præter. l. j. Præterea cum aliç personæ sint substitutæ in secundo capite, aliæ in primo, non debet intelligi facta repetitio, vt ff. de condi. & demonv. l. quæ condō. 2. respon. & quod not. de leg. 3. l. in repetendis. Videndum est ergo, vtrum ex significatione verborum debeat dici pupillaris directa, vel fideicommissaria. Ad quod sciendum est, quòd doctrina communis se habet, ꝙ ista substitutio compendiosa, si quidem fiat per verba merè directa, vt hæres esto, dicitur directa pupillaris infra tempora pubertatis: si per verba obliqua, vt restituatur, & sic tunc est verè fideicommissaria: si per verbum commune, vt per verbum, substituo, tunc sunt opin. glo. in l. precibus. C. de impub. & alijs subst. Azo. in sum. eo. tit. Dy. & multi alij Canonistę tenent quòd omni tempore sit fideicommissaria. Iac. de Are. & Cyn. aliter dicunt in dicta l. precibus. quod hic examinare non requirit magnitudo eorum, de quibus scribitur, tamen quia in proposito casu testator non est vsus aliquo dictorum verborum sed verbo, deuenire, & verbo, deuolui, videndum est vtrum ista verba sint directa, & obliqua, vel communia.

1 Dico† in proposito, ꝙ illa dicuntur verba directa, quæ diriguntur ad ipsum substitutum ita, vt de manu sua capiat, vt C. de fideicom. l. eam, quam. & ibi gloss. super verbo, Filiæ moreretur, sed illa dicuntur obliqua verba, quę non diriguntur ad substitutum, sed ad alium, ita quòd substitutus debet ab alio petere, & de manu alterius capere, vt probatur in dicta. l. eam quam. vbi ponitur vterque casus: quoniam verba sunt adeò impersonaliter prolata, quæ possunt verificari, siue substitutus capiat de manu sua directò, siue ab alio. Exemplum ponit glo. in dicta l. precibus. in versi. fideicommissa. & tunc dicuntut verba communia. Nunc ad propositum verba deuenire, & peruenire, & similia sunt apta, siue quis capiat directò, siue per fideicommissum. vt C. de hære. insti. l. hæreditatem. & ff. de hæred. vel act. vend. l. 1. §. peruenisse. & de leg. 3. l. fideicommissa. §. hæc verba, facit de leg. 2. l. Lucius Titius testō ita cauit. §. filiam. Idem videtur dicendum de verbo, deuolui, quòd sit verbum commune, & qđ habeat eandem significationem sicut deuenire: sed quoniam reperitur in dicta significatione. l. emancipatus. in prin. ff. de legi. hæred. insti. ibi, successio deuoluitur, &c. & de iure delib. l. si infanti. §. si verò. ibi hæreditates ad eum deuolutas, &c. tamen quia dicta verba sunt impersonaliter prolata, arbitror dicta verba esse communia per ea, quæ dixi. Remaneamus ergo præcedenti opin. qualiter intelligi debeat, sed quæ opinio sit vera, posito tamen, ꝙ verior sit opin. glo. & communis, quòd talis compendiosa facta per verbum commune sine distinctione temporis sit fideicommissaria omni tempore, tamen illud debet intelligi, nisi de mente testatoris aliud appareat aliquibus legitimis coniecturis, quòd voluerit facere substitutionem directā intra tempora pubertatis, vt dicitur. C. de testa. mil. l. in testō. in fin. & ibi not. sed in proposito apparet legitimis coniecturis testatorem voluisse substituere directò intra tempora pubertatis: ergo, &c. Istæ autem coniecturæ apparent ex eo, quia testator dixit, volo totam hæreditatem suam deuenire, & deuolui, &c. Not. quòd dicit, totam hæreditatem, hoc. n. non poterit fieri per fideicommissariam substitutionem, quoniam tunc filius deduceret legitimā iure naturæ, & fortè Trebellianicam, vnde non haberēt substituti totam. Videtur ergo voluisse directè pupillariter substituere, cum citra ius pupillaris substitutionis tota hæreditas non veniret. facit. C. de test. l. non codicillum. de acqui. hær. l. pro hærede. §. Papin. de rebus dub. l. quoties. cum si. Alia coniectura est vicinitas præcedentis scripturæ, in qua est verbum commune, substituit, &c. fuit declaratum vulgariter, pupillariter, &c. eodem modo in seq. ista verba communia intelliguntur declarata, & hoc non erit ex vi repetitionis, vt dixi in prin. sed magis ex vi declarationis verbi ambigui. l. qui filiabus, in prin. de leg. 1. & l. si seruus plurium. §. fin. eo. tit. Nec obst. quòd in quibusdam legibus reperitur, & istud verbum, totam, simile, & tamen est fideicommissaria: quia illud quando testator vsus est verbo merè obliquo, vel substituit maiori, vel extraneo, in quo nō cadit directa pupillaris. Super eo verò, quod secundo loco quæritur, posito sine præiudicio, ꝙ d. Amita non possit venire nisi per fideicommissum, an partes cęterorum accrescant ei, vel non, tanquàm nec re, nec verbis coniunctæ. Circa quod dico manifestum esse ipsam non esse re coniunctam propter separationem portionis. l. re coniuncti. de leg. 3. & l. triplici. de verbo. sign. Sed dico absque dubio eam cæteris fore coniunctam verbis propter copulam, & quæ cæteris coniungitur. l. si ita quis hæres. de hære. insti. & d. l. re coniuncti. & l. triplici. & licet multi ex dictis substitutis ponantur solutè, tamen non impedit coniunctionem, vt l. triplici. sed copula vltimo loco posita in omnib. præcedentib. videtur apposita l. cū in test. §. hæc verba. ff. de hīd. insti. Præterea, vt magis

2 intelligēter loquamur, illi† sunt ꝯiuncti verbis q in eadē oōne ponuntur, & sic vno sermone ꝯiungunt. sic etiā illi dicun-

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Pater fecit. Adde ꝙ hoc consi. secundum ordinem Peru. est in 3. par. ulti. vol. in consi. 62. & de ista quæstione. vide per Bar in l. 2. §. videndum. ff. ad Tertul. Bal. Pau. de Ca. & omnes. doc. in l. illam. C. de colla. & ibi dns meus d. Pet. Cor. & Pet. Cor. in l. maximum vitium. C. de lib. præt. & in consi. 234. in 4. vol. pro decisione.

BIU Cujas

dicuntur disiuncti verbis, qui diuersis orationibus ponũtur,& diuersis sermonibus seperantur. Istud ꝓbat tex. ad literam.C.de cad.tol.l.vnica.§.his ita.ver.hæc ita tã variè. sed in testamento,de quo agitur omnes substituti coniũguntur vno sermone, & vna oratione. Omnia enim illa nomina substitutorum determinant illa verba infinita, deuenire, & deuolui: & sic patet eos esse coniunctos verbis,& sic ius accrescendi habet locum. ¶Super eo verò, qđ tertio loco quæritur, an sicut excluditur mater, ita excludatur auus maternus. Ista quæstio est multũ dubia. Nam si quis verba d. statuti diligenter consideret, illud statutum videtur habere virtutem solùm exclusiuam, scilicet,ꝙ mater excludatur extantibus personis nominatis in statuto: nec videtur habere inductiuam, scilicet,ꝙ illæ personæ nominatæ in statuto, quibus extantibus mater excluditur,admittantur: non enim hoc statuto disponit. Ex hoc videtur, ꝙ matre exclusa,veniant alij de iure communi,sed de illo de iure auus maternus prefert: ergo,&c. pro hoc videtur casus.ff.ad Tertul.l.2.§.fi. Præterea videtur, ꝙ statutum non recipiat interpretationem extensiuã ad alias personas quæ ibi nominatæ sunt, etiam ex identitate rationis.l.si verò.§.de viro.sol.mat.cum hoc statutũ sit ℈ ius commune: ergo,&c.l.quod verò,& l.ius singulare.ff.de legi.licet aliter videatur dicere glo. in l. quæ propter necessitatem.de reg.iu.Finaliter tamen in quæstione prædicta puto auum maternum excludi, & personas nominatas à statuto ad successionem vocari. Ad hoc autẽ ostendendum dico, quòd d.statutum non habet solùm virtutem exclusiuã matris, & auiæ, vt verba expressè dicunt, sed habet etiam virtutem inductiuam, vt personæ agnatorum in statuto nominatę admittantur ad successionem contemplatione agnatorum nominatorum in d.statuto;sed quando aliqua dispositio fit contemplatione alicuius, licet in eum verba dispositiua non dirigantur, tamen ex illa dispositione competit ius agendi.l. seruo legato.§.si testator.& l.si filius.§.diui.de leg.1.& l.fideicommissa.§.interdum.de leg.3.& qđ not.C.de fideic.l. quoties ab omnibus.Ita in proposito ex vigore istius statuti videtur dispositum, qđ illi quorum contemplatione mater, & auia excluduntur, admittantur. Et sic gradus eorum est in successione potior materno, & vigore huius statuti habent actionem. Ex hoc concluditur, ꝙ si gradus eorum est potior gradu materno, per ꝯns est potior gradu auito. Et per hoc respondetur ad contraria.qđ dicebatur, matre exclusa, vocantur alij, qui veniebant de iure communi.Nego: imò admittuntur alij,quorum gradus factus est potior, & admittuntur ex forma statuti sic disponentis,vt dictum est. Si dicatur ergo, statutum extenditur ad alias personas,&c. Respon. ꝙ statutum recipit extensionem ad id,sine quo, quod disponitur per statutum, non potest habere effectum.l.si ita stipulatus fuero, per te nõ fieri quominus illa domo vti liceat.de ver.obl. vbi stipulatio extenditur ad personas non nominatas,sine quibus non potest commodè habitari, facit l.cui iurisdictio.ff.de iurisd.om.iud.cum si.ita in proposito cum in statuto sit dispositum matrem, & auum excludi, & illos agnatos admitti, vt dictum est,illi agnati non possunt admitti vigore statuti, nisi auus maternus excludatur, cum duo non possint esse hæredes insolidum: ergo,&c.facit ad prædicta,vbi videtur tex.C.de leg.l.pen.in fin.vbi tutore exclusso à legato admittitur pupillus, cuius contemplatione testator fecit, & melius facit.l.2.§. pen.ff. de coll. bono. vbi est casus. Sed in contrarium facit. Insti. ad Tertul.§. sed si fuerant. Item facit contra prædicta.l.Lucius. de hær.inst. in vlt.glo.& l.ex facto etiam agitatum.eod.tit.Sed ex prędictis potes colligere solutionem. Item non obst. quòd factum matris nõ debet obesse auo quominus auus possit venire ex persona sua: quia non factum matris nocet ei,sed dispositio statuti facta cõtẽplatione agnatorum,& ipsorum ad hæreditatem, & successionem prædictam admissio,exclusa matre prædicta. Item prædicta opposita,& iura ad ea facientia locum habent, vbi mater excluderetur delicto,vel culpa sua, vel ex casu in persona eius contingente, vt per mortem, quibus casibus, & eorum quolibet auus posset ex sua propria persona venire: secus, si mater excludatur priuilegio filiorum, vt in casu nostro, quo casu, sicut excluditur mater ita excluditur auus, argum.l.qui iure militari.de testa.mil.& l.æquissimum.C.ad tertul.secundùm do.Fran.de Pisis.quod not.& sic ipse cõsuluit in simili quæstio. de facto,& ita de iure dico, & cõsulo ego Bar.

CONSILIVM LXX.

1 *Institutio facta hæredi à patre sub conditione casuali, vel mista, & persona eius venit certificanda,conditio non reijcitur.*

a Pater [a] in suo testamento legauit,& iure institutionis instituit ventrem vxoris, & si fœminam pareret, & monasterium intraret in centum, & si nuptui tradiderit in ccc.lib. In quæstione prædicta videndũ prius an testamentum sit ruptum præteritione dictæ posthu-
b mæ? ad qđ dico [b] qđ ipsa videtur præterita: nam testator requirit in suo testamento illam posthumam hæredem, vt s. quæ ingrederetur monasterium, vel se tradiderit nuptui: illa ergo,quæ monasterium non ingreditur, vel nuptui se non tradit, reperitur præterita omninò,nec instituta purè nec sub conditione. casus est in l.commodissimè.ff.de lib.& posthu.Ex hoc sequitur,qđ testamentũ est nullum quo ad hæredis institutionem, sed legata,& fidei commissa remanent firma.Nec ob.l. suus quoque, & qđ ibi not. in glo.in verb.quæ sententia.de hær.inst.vbi dicitur, ꝙ filio instituto sub conditione casuali, vel mista,qđ testamentum hodie non rumpitur, cum grauamen institutionis hic de medio subducatur,per l.quoniam in prioribus.C.de inoff.test.quia illa glo.& similes reprobantur. Sed posito, ꝙ illæ glo.sint veræ, loquunt in filio nato instituto sub conditione mista:sed hic posthuma in casu omisso non est instituta purè, nec sub conditione, vt dicit tex. expressè. in d.l. commodissimè.illa enim videtur solùm instituta,in qua aliqua dictarum conditionum extitit.ergo non est instituta. Nec ob.statutum communis. Assi sij quo cauetur,&c.quia vt dictum est dicta filia in cuius persona neuter dictorum comprehensorum in testamento venit,non est dotata,nec instituta: imò de ea nulla mentio est facta. Ex hoc sequitur ; ꝙ d. filia succedat ab intestato, in 5.par. bonorum patris sui. cum quinque remanserunt filij inter masculos,& fœminas. Et ita consulendo videtur mihi Bar.

ADDITIONES.

a Tho.D. ¶Pater. Adde ꝙ istud consi. secundum ordinem Peru.est in 3.par.vlti. vol. in consi.73.

b ¶Ad quod dico. Adde Bar.in l.si pater.C. de insti.& substi. & in l.commodissimè; versi.& per hoc dicebam. ff.de lib.& post. vbi dicit se consuluisse, & ꝙ Rayn.consuluit contrarium. & consi. Rayn.est in consi.seq. & post in consi.117. & vide Alex.in d.l.commodissimè.& Ias.in d.l.si pater.vbi plenè.

CONSILIVM LXXI.

a Super [a] Ipso facto omissa facti narratione causa brevitatis secundum morem subtilissimi Scęuolæ, secundum ea quæ proponerentur, mihi videtur de iure dicendum testamentum prædictum tenere debere, & valere. De hoc consi.vide suprà. in 1.vol. in consi.198.

ADDITIO.

a Tho.Diplo. ¶Super ipso. Adde ꝙ huiusmodi consi.secundum ordinem Peru.est in 3.par. vlti. volu.in consi.74. & est consi.Ray. qui consuluit de directo contra Bar. vt suprà, & vide Barto in consi. 198.in 1.vol.in nomine. & idcircò hoc consi.est duplicatum,& vide ibi, & Ias.in l.si pater.C.de insti.& substi.

CONSILIVM LXXII.

1 *Rupto testamento ex causa præteritionis, an valeant legata.*
2 *Hæreditas aui materni non adita non transmittitur.*
3 *Infans vtrùm transmittat hæreditatem non aditam.*

a Factum [a] tale est, Cecolus Faccoli de Gualdo suum condidit testamentum, in quo iure legati reliquit Nicolucio filio Iacobellæ filię ipsius Ceco. idest testatoris quædam legata,& adiecit, ꝙ si d.Nicolucius moreretur sine hæredibus ex suo corpore natis. voluit dictus testator quòd omnia dicta bona legata vendantur, & erogentur pijs locis, vbicunque videbit suis commissarijs. In omnibus alijs suis bonis, Lellum eius fratrem hæredem instituit: filia autem dicti testatoris erat præmortua tempore dicti testamenti, & in fine dicti testa-

ADDITIO.

a Tho. Diplo. ¶Factum. Adde ꝙ huiusmodi consi. secundùm ordinem Peru. est in consi.66.in 3.par.de vltimis volunta. & ad no.per Bart.hic adde Alber. de Rosa.in l.si infanti.C. de iure delib. & ibi vide plenè Ias. in 1.col. in versi. nunquid autem ista lex.

BIU Cujas

testamenti erat clausula codicillaris. Mortuo testatore, decessit d. Nicolucius eius nepos in infantili ætate: postea decessit d.Lellus hæres institutus adita hæreditate dicti testatoris,superuiuentibus sibi duobus filijs: dicitur d.testamentum nullum: quia in eo non fuit institutus d. Nicolucius eius nepos: quæritur quid iuris,& quid de dictis legatis,super quibus dicendum est,q̃ si d.Nicolucius,&c. Et ita ego Hugolinus de Monte Catino legũ doctor, mitto vobis do.Bar.à Saxof.patri meo,vt sup hoc placeat ꝙ sulere. ¶Viso puncto prædicto, dico ego Bar.à Saxoferrato,q̃ licèt d.Nicolucius decesserit, & dictum testamentum nullũ non dixerit, testamentum non est confirmatum,quia decessit in pupillari ætate, vt C.de posthu.hæred. insti.l.vxoris. versi. posthumo verò,vbi est casus. & ibi no.per doct. & non est dubium q̃ præteritione aui materni facta sine causa testamentum est nullum, vt in auth.de hære.& Falc. §.exhæredatos, & ibi no.glo. in verbo, noluit.Posito ergo q̃ sit nullum,dubitatur ,an legata facta ipsi nepoti valeant. & de hoc est opin. in l. maximum vitium . C. de lib. præt.
1 Nam quidam dicunt,† q̃ rupto testamento ex causa prę teritionis valent legata facta alteri,sed quia ipsi nepoti præterito, ex cuius persona rumpitur testamentum legata facta sunt,dubium est,& de hoc per Cyn. in auth. ex causa.in 5.q.C.de libe.præte.sed quicquid sit, saltem dicta legata valent per illam clausulam positam in testamento, si non valet iure testamenti valeat iure codicillorum, videlicet, istud grauamen iniunctum d. Nicolucio si decesserit sine liberis,dicta legata erogentur in pijs locis, secundum veram opin.Dy.& aliorum,& Cyn.refert.in d.auth. ex causa in vj. q. Hoc præmisso,in quæstione proposita dico si quidem non apparet q̃ per d.Nicolucium fuisset adita hæreditas aui materni ab intestato ,tunc dictus eius auunculus, qui modò dicit dictum testamentum nullum, nihil potest petere de bonis d.testatoris aui materni.d.Nicolucij,quia
2 hæreditas aui materni non adita non transmittitur,† vt C.de iure delibe.l.si infanti.§. sin verò . Vnde habetur pro tanto, ac si do. Nicolucius non fuisset in medio,& sic d. auunculus nihil potest petere.Si verò fuisset adita hæreditas, tunc succederet d.auunculus †
3 in medietate legitimæ in qua non consistit grauamen . Aliàs medietas esset patrui,qui est institutus à testatore . In hoc iura sunt clara,& ita consulendo videtur mihi Bar.à Saxofer.

CONSILIVM LXXIII.

1 *Vulgarem ob vsum loquendi à propria significatione recedimus, & accipitur singularis numerus pro plurali.*
2 *Substitutio compendiosa instituto, vel aliquo eorum ante aditam hæreditatem decedente continet vulgarem.*
3 *Compendiosa aliquo de institutis decedente post aditam hæreditatem continet substitutionem fideicommissariam .*
4 *Dictiones aliquis ,si quis, & quisquis, sunt distributiuæ.*

a In nomine Domini Amen.[a]

Minarellus quondam Cechi de Castro plebis.S.Vitiani,filiam suam, & Cechum quondam ser Putij Aldouanutio Angeli sibi hæredes instituit, & eos substituit per hæc verba:& si ullus dictorum hæredum decesserit sine liberis ex se descendentibus ex legitimo matrimonio ,succedat ei hospitale communis, & monasteriũ sanctæ Mariæ Floris Maij æquis portionibus . Contigit quòd d. Cechus vnus dictis institutis decessit viuente testatore sine filijs , deinde decessit testator superuiuente dicta sua filia, & d.Aldouannutio instituta : postea decessit dicta filia sine filijs superstite do.Aldouannutio.Modò quæritur, vtrum monasterium admittatur vigore substitutionis prædictæ. Ad quam quęstionem examinandam, primò oportet videre qualiter debent intelligi hæc verba, si vllus decesserit sine filijs. Nam, secundum verborum conceptionem videtur, q̃ aliquo ex institutis decedente sine liberis , substitutio euanescat . Tamen ad huius declarationem est sciendum
b q̃ in vulgari vsu loquendi sæpe à pro pria significatione re cedimus, & quandoque plurale[b] pro singulari accipimus, & singulare pro plurali.l.non est sine liberis.& l. in vsu iuris. ff. de ver. signi. Item interdum vniuersale accipimus pro particulari,& distributiuo,vt ff.de iu.fis.l. Moschis.in fi.prin.ibi,omnem,id est inquit ibi glo. quemlibet . & de statu homin.l.3.& ibi in glo. vbi exponitur omnes , id est
1 omnis,vt sic verificetur in quolibet particulari.† Hoc præ misso ,sciendum est,quòd in vulgari vsu loquendi , si quis vulgariter dixerit,se niuno morirà senza figliuoli, &c. intelligitur,se alcuno:Vnde notarius qui prædicta verba scripsit , & transtulit in Latinum ruditer , & materialiter secundum quòd fuerant à testatore prolata, debent intelli-
c gi , si nullus , [c] hoc est si aliquis , secundum communem vsum loquendi , qui præualet omni propriæ significationi,vt d.ll.& l.librorum.§. quod tamen Cassius. de leg.3.& l.cum de lanionis. §.asinam.de fun.instruct.& l.Labeo. de
2 supel.lega.cum si.† Hoc præmisso,posito quòd verba substitutionis dicerent, & si aliquis dictorum hæredum, &c. videndum est de viribus d. substitutionis. Circa quod dicendum est, q̃d d. substitutio compendiosa instituto, vel aliquo eorum decedente ante aditam hæreditatem, continet vulgarem directam . casus est in l.Gallus.§.1.de lib. & posthu.secundùm vnam lect. quam omnes tenẽt: hoc tenet Iac.de Are.& Cy.refert in l. precibus.C. de impub.& alijs substi.q̃d apparet esse verum in casu proposito : quia verba ista,si quis decesserit,&c.intelliguntur siue decesserint post mortem ipsius,siue viuo testatore, vt l.1.in prin. de adim.leg. prout ergo d. verba se referunt ad eum , qui viuo testatore decesserit, absque dubio continet vulgarem . sic apparet q̃d monasterium substitutum pro parte sua succedit illi in portione illius, qui viuo testatore de-
3 cessit.† Item sciendum est,q̃d d.substituto compendiosa, aliquo de institutis decedente post aditam hæreditatem, in persona eius continet substitutionem fideicommissariam.in casu proposito, cum substitutio fuit facta filiæ sit cum duobus extraneis , non potest continere pupillarẽ : sed debet intelligi in ea,in qua potest omnibus vniformiter substituere,vt in fideicõmissaria,arg.l. iam hoc iure.cũ si.de vul.& pupil. Vnde puto,q̃d pro parte sua debet portio,in qua fuit instituta filia d.testatoris , & debẽt ei iure fideicommissi deducta legitima , quæ non cadit in fideicõmissum; Trebellianica verò deduci non debet,quia est fi-
4 deicom. ad pias causas. † Item sciendum est , q̃d aliquis , si quis , & quisquis , & similia sunt distributiua, licet sint plurium , tamen effectum dispositionis attribuunt in quolibet particulari.Vnde si dico,si quis mihi hæres erit, vel quisquis,vel aliquis,ista verba verificant si vnus tantũ hæres extiterit,siue omnes; hoc etiam probatur pluribus legibus.vt l. qui liberis.§. hæc verba. de vulg.& pup.& l.si necessarias.§.si annua,bima.de pig.act.de leg.1.l.si quis in fundi vocabulo.§.1.& l.qui filiabus.§.1.eod.tit.Concluditur ergo , q̃ licet d. Aldouannutius superuixerit , tamen in persona aliorum habet locum substitutio . Et ita consulendo videtur mihi Bar.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶In nomine Domini, Amen . Adde q̃ istud consilium secundum ordinem Peru.est in 3.par.vlt.volun.in consi 72.
b ¶Plurale. Facit q̃d in duabus not.quæstio.decidit Bal.in l.1.per illum tex.C.de cõdit.inser.q̃ si statuto cauetur q̃ decedente patre cum liberis masculis, fœminæ non succedant , habet locum etiam si decedat cum vno filio , & etiam si statutum dicit q̃d decedente vxore sine liberis maritus succedat:quamuis loquatur in plurali,verificatur nihilominus etiam in singulari , si haberet vnum filium. Vide plenè Ias. in auth.si qua mulier.C.de sacrosanct.eccl.
c ¶Si nullus.No.de veritate substitutionis.& si nullus decesserit q̃ verificatur si vnus decessit,vt sit locus substitutioni,vide Alex.in l.centurio.ff.de vul.& pup.& pondera,si hoc consi.Bar. alleg.

CONSILIVM LXXIIII.

1 *Oblatus,qui posteà acquisiuit alia bona , an acquirat monasterio,vel hospitali .*
2 *Donans, vel vendens bona , intelligitur de præsentibus , & non de futuris .*

a Quidam [a] obtulit se,& omnia bona sua hospitali,& conuentui . Posteà de voluntate d.capituli, & conuentus est adeptus quandam capellam secularem , & quàm plura alia bona postea quæsita . Mo-
1 dò quæritur † an possit de bonis postea quæsitis disponere pro libito & voluntate? Et videtur dicendum quòd bona posteà quæsita quærit sibi, & non hospitali , & de eis potest disponere,& facere prout placet. Ratio est,quia illud quod dicitur in auth.ingressi.C.de sacros.eccl. intelligitur ,quando quis se dedicat alicui monasterio sæculari,
b non autem cum dedicat se vni capellæ,vel alij loco [b] non regulari, nisi expressè renũciet sæculo, vel tacitè,vt in authen. de sanc. Episc.§. presbyteros. & C. de epis. & cler.

ADDITIONES. I.sa-

a Th.D. ¶Quidam.Adde q̃ istud consiliũ secundum ordinem Peru. est in 3.par.ult. vol.in consi.73.& pro consi.Bar.alleg.Ias in auth. ingressi.C.de sacr.eccle.
b ¶Alij loco.No.mirabilẽ limitationẽ ad auth.ingressi.C.de sacr.eccl.q̃ adde ad doc.

BIU Cujas

l. sacrosanctæ.& no.in auth.ingressi. Sed certum est, quòd isti continentes non sunt rłares, licet sit quidam modus viuendi, vt not. extrà de reła.c.1.in cle.ergo dedicatio personæ nihil operatur,vt bona posteà quæsita quærat hospitali.Et sit ratio huius dicti,quia cum se dedicat alicui loco, vel vouet, si non exprimatur intelligitur illo modo se dedicare,& illam vouisse rłam de qua sunt illi fratres, vel viri, in quorum manus se dedicat vel vouet,vt no.per Innoc.in cap. quod Dei timorem. de statu mo.& ibi per Io. And.circa prin. Sed certum est,q̄ isti continentes,vt dixi, emunt, & vendunt, & quærunt eis: ergo ita faciet ille qui eis se dedicat, nisi seculo renunciet,vt dixi. Prætereà non solùm iste, qui adeptus est capellam de voluntate dicti capituli, & Episcopi est absolutus ab Abbate;sed etiam monachus,qui adeptus est capellam secularem de voluntate dicti capituli, & ep̄i est absolutus ab Abbate, & capitulo, & est solùm sub Episcopo,vt d.c.quod Dei timorem.& ibi not.per.Io.And.super glo.vtrum.in verbo,ecclesiarum parochialium discrimen. quæ inci.&c. & secundū Host.Hug. Ber.& Gos. Concludo ergo ex prædictis, quòd dedicatio personæ nil nocet, q̄n posteà bona quæsita q̄rat sibi.Ratio est,quia cum quis dedicat bona sua, vel donat,vendit,vel
2 alienat,intelliguntur solùm bona præsentia, † non veniūt
a futura, [a] nisi expresse dicatur.ff.de au.& arg.leg.l.si ita.& l. Plautius.ff.mand.l.si mādauero.§.is cuius. de neg. gest.l.nā & Seruius.§.si viuo. ¶ Nec obst. l.fin. C.quæ res obli.pos. quia agitur de modico præiudicio debitoris, quia si veniunt bona futura, non est propterea vniuersorum.ff.pro socio.l.; l.si seruus.ff.de ser. vrb.præd.quia in societate est modicum præiudicium si venirent futura, & ideò non veniunt futura,vt dixi.Restat igitur videre de bonis d.capellæ an quærat sibi, vel d.hospitali? Et certum est, quòd sibi. vt no.extrà de offi.ordi. c.p̄nti.lib.6.ex quo.n.habet capellam,habet administrationem bonorum ipsius, vt not. in d.c.& ex̄.de iudi.c.cum deputati.& ibi de hoc per Inno. & Host. maximè, vt dixi ex eo,quia capellam est adeptus de voluntate capituli,quia non solùm quęrit sibi dicta bona, sed etiam absoluitur à d.capitulo.& est effectus sub episcopo,vt alij clerici, de quibus bonis quæsitis ex dicta capella, vtrùm possit testari, vel disponere, dicendum est prout expressum est,de Epis.& cle.auth.licētia.& authen.presbyteros. & in c.quia nos, extrà,de testa. & eo.tit.c.relatum. cum si.& ita consulo ego Bar. à Saxofer.

ADDITIO.

a Futura. Adde Sali. in auth.ingressi.C. de sacros.eccl. Lud.Ro.in l.si marito.in prin. ff.sol.mat.& in cosi.292. cum concor.de quibus per Ias. in d.authen.ingressi.

CONSILIVM LXXV.

1 *Ius deliberandi & adeundi hæreditatem maternam, an trasmittatur ad hæredes infantis.*

2 *Sufficit scientia tutoris p̄ pupillo,ad hoc,vt hæreditas trāsmittatur.*

a **In quæstione.** [a] vertente inter Paganucium ser Belli domus misericordię de monte Pulciano, primò videndum est, an substitutio facta per magistrum Io. filio suo R. fuerit directa, pupillaris,vel fideicommissaria, quia dixit sine filijs, vt not.in l.præcibus in gl.C. de impub. & alijs subst. sed hæc alleg. non est vera,quia ꝯ casum.l.centurio.de vul.& pup.secundum opi.omnium Mod. Secundò potest allegari pro parte Pagani,quòd sit fideicommissaria, quia est facta sine tē poris distributione,seu diffinitione,vt no.gl.in d.l.precib. & l.Centurio. & Azo in sum.de impub.& alijs sub.§.compendiosa. ver.sinautem testator. Sed licet de hoc sint multæ,& variæ opi. tamen in casu proposito dictam substitutionem dicendum est fore directam pupillarem ex præsumpta voluntate defuncti,& ex cōiectura dictorum verborum, quia dixit in omnibus autem alijs suis bonis, & rebus mobilibus & immobilibus, iuribus & actionibus substituit d.R.&c non possunt omnia transire in substitutum, nisi ex vigore directæ pupillaris,arg.ad hoc in l.non aliter de leg.3. vnde ex præsumpta voluntate defuncti, & ex coniectura dictorum verborum dicenda est pupillaris directa,vt l.in testamento.in fi.de testa.mi. Secundò est videndum an hæreditate matris d. Ranaldi nō adita per do. Ran.pertineat ad dictam domum misericordiæ ex vigore aditionis factæ per eam, seu per eius administratorem. Et certum est,quòd hr̄ditas mr̄is non adita non trasmittitur. Videndum est ergo,an transmittat ad d. domū misericordiæ ius deliberandi, & adeundi d. hr̄ditatē maternam, ita q̄ eam potuerit adire. & allegatur pro parte Pagani q̄ non. quia hæred. matris non adiuit. Sed contrarium huiusmodi apparet ex instrumento aditionis mihi trasmisso, scripto manu ser Blasij notarij, vbi adiuit hæred. d. Ia.& d. Ran.& patris eius. Secundò alle.quòd d.aditio nō fuit facta intra annū, sed ꝯrium apparet mihi ex instrumē tis mihi transmissis: nam testamentum magistri Io.fui factum Mcccclix. indictione ij.&c.eo. anno fuit facta aditio
1 hæred. ergo intra annum.† Tertiò alle. pro parte dicti Pagani, quod ius deliberandi non transmittitur ad hæredes infantis, quia dictus infans non potuit adire hæred.sibi delatam,quod requirit̄ ad transmissionem dicti iuris, vt l.cū antiquioribus.C.de iur.delib.circa q̄ est aduertendum,q̄
b licēt infans ignoret,tamen scientia [b] tutoris sufficeret.† l.
2 sequitur.§. si pupilli.ff.de vsucap. & dico si est tutor, cui non est decreta administratio,& qui inuentarium non fecit,& non satisfecit,eius scientia sufficit, quia in his,quæ habent commodum,& nullum incommodum,sufficit tutor cum satisfa.& inuentarij confectione.l.vlti.C.de tut. & cur. qui satis non de, sed quòd infans ius deliberandi habeat,& illud trāsmittat,hoc habet commodum, & nullum incommodum:potest enim adire & repudiare quando vult: ergo,&c.in his, quæ fiunt pro dicto tempore, vt anno,vel c.diebus,vt bon. poss. sufficit tutor etiā ante inuentarij confectionem, vt l.tutor qui repertoriū in prin. de admin.tut. Ex hoc ergo dico,quòd si quidem d.R.habebat tutorem testamentarium vel legitimum, quem legitimum videtur habere d. Paganum, qui se dicit proximiorem consangui. si tamen d. Pag. est maior nisi impeditus aliquo impedimento, quod eum à tutela remoueat ipso iure,tunc dicta hæreditas matris d.Ra. pertinet ad dictam domum misericordiæ ex vigore iuris deliberandi ad eam transmissi, & aditionis secutæ. Si verò nullum tutorem habuit testamentarium,legitimum, vel datiuum;tunc qa hæreditas matris non adita non transmittitur, pertinet d.hæreditas ad d.Pag. proximiorem consang. Sed prædictis videtur ob.l.si infanti. §.si verò.C. de iure deliber. vbi dicit, quòd hæreditas non adita perinde est ac si non esset delata; sed si non esset delata, non haberet ius deliberandi locum, de quo loquitur. d.l.cum antiquioribus. Ad quod resp.quòd d.l.si infanti. loquitur secundùm tēpora antiqua, secundum quę non erat introductum ius deliber. & illius iuris trasmissio,q̄ apparet, quia d.l. si infanti. non fuit facta per Iustinianum.ideò de l. cum antiquioribus non cogitauit. hodie autem est ius quod s. dixi,& ita consultum est pluries in hac ciuitate Perusij. Et ita consulo ego Bar.à Saxofer.

ADDITIONES.

a Tho.D. ¶In quæstione.Adde quòd huiusmodi consi.Bar.est in 3.par.vltr.volun. secundum ordinem Peru.in consi.78.

b Scientia.Adde Bar.in consi.9.s.eo.vol.quidam Perusinus. & in l.cum antiquioribus. C.de iure delib.& ibi vide plenè per domi. Ias.

CONSILIVM LXXVI.

1 *Testamentum secundum non tollit primum: nisi de clausula inserta in primo testamento fiat mentio specialis.*

2 *Extranei, quando in primo testamento sunt instituti, in secundo qui sunt venturi ab intestato, vltimum tollit primum, nō obstante clausula derogatoria in primo.*

3 *Actus duo cum cursu biennij habēt vim expressæ renuntiationis.*

a **Factum** [a] super quo, pro parte Guidonis infrascripti,quæritur quid iuris. Quidā Mar. Pici de Burgo sancti Sepulchri,an.360. suū condidit testm̄, in quo fraternitatem sancti Bartho.vniuersalē hæredem instituit sibi, adijciens in ipso testamento verba derogatoria, vt in trāsmissa copia continetur: subsequenter anno 1361.die pen.Maij,aliud condidit testamentum,in quo præfatum Nerium hæredem instituit, & adiecit clausulam generalē, & hanc suam voluntatem vltimam esse voluit,&c. vt mos communitatis est.Item post annum aliud fecit testamentum,in quo prædictum Nerium heredem instituit, & adiecit clausulam prædictam, vt in copia continetur, deinde mortuus est d. Marti.quæritur,&c. Placet bonitati vestræ,& sapientiæ clarum exhibere consilium. Re. domine, super themate proposito sunt opi.doct.contrariæ, & vos bene nostis, nam glo.Io. And. & Dy.extra, de reg.
1 iur.c.q̄ semel.lib.6.tenēt q̄ primum derogatoriū † testm̄ teneat, nisi in reuocatione de eo fiat mētio specialis.hoc etiam disputando tenuit Odofred.& multi Moder.& ego idem

ADDITIO.

a Th.D. ¶Factum.Adde quòd istud cons. secundum ordinem Peru. est in 3. par.vltr. volun.in cons.75.& vltimo.

BIU Cujas

idem legendo consueui tenere, sed d.Iac.tenet contrariũ per l.diui.§.licet in confirmatione.de iure cod.hoc etiam probat per rationem, quia testandi solemnitas est iuris publici:vt l.3. de testa. quæ non potest mutari pactis priuatorum. Præterea certi sunt modi quibus quis efficitur intestabilis,vt no.de testa.l.4.in glo.in verb.factionem.inter quos hic modus non reperitur,ergo,&c. Præterea nõ potest quis sibi auferre liberam testandi facultatem, vt l. stipulatio hoc mõ ff.de ver. ob.C.de transac.l.cum donationis.in fi. & hanc opi. tangit Cyn. licèt non firmet.C. de testa.l.sancimus,hoc firmat & tenet Andr. de Pi.in l. si quis in prin.ff.de leg.3.quia ibi loquitur in legato,quod totum dependet ex voluntate defuncti: secus in solemnitate testandi, quæ est iuris publici.Ita dicunt ipsi, quicquid sit in veritate. In qõne prædicta ꝙsidetato facto scdum qđ narratur,putarem de iure d.Nerium vltimò institutum debere succedere,& primum testamentum esse ruptum:hoc etiam fundo ex duobus,quæ in facti narratione ponunt. Primò quia d.Nerius erat frater patruelis testatoris,& sic erat de venturis ab intes.ex quo sic arguo. Quando in primo testõ instituti sunt extranei,in scdo sunt†instituti illi, a qui sunt de venientibus ab intestato [a], primum tollitur p secundum,licet fm sit minus solemniter factum. vt C. de testa.l.hac consultissima.§.si quis autem.& ff.de iniu. test. l.2. Licèt ergo hic in secundo testamento non fuerit seruata solemnitas debita,quia non fuerunt verba derogatiua,& aliter non sufficeret; tamen isto casu dẽt sufficere, 3 cum iste Nerius sit de venientibus ab intestato.†Secundò hoc probo alia ratione.Duo actus cum concursu biennij hñt vim expressæ renuntiationis.l.si mulier perfectè.C.ad Velleia.vbi si mulier bis promiserit,& post biennium, pinde est ac si esset certificata, & renuntiasset Velleiano. Modò in proposito, rumpitur primum testamentum, qa post primum facta sunt duo testamenta post magnũ tempus,& perinde est ac si expressè primum testamentum reuocasset. & de eo pœnituisset. Ad hoc facit.C. de testam. l.sancimus.& hoc puto verum, & ita consulerem. tamen propter varias opiniones consulo, si potest haberi bona concordia,quòd assumere videatur.Bar. à Saxofer.

ADDITIO.

a ¶De venientibus ab intestato.Not.hoc consi.Bar.qđ adde ad no. per Lud.Rom.in consi.189. incip.amplissime doct. & per Ias.in l.non dubium.in fi. & in l. sancimus. in 6.limita.C.de testa.

CONSILIVM LXXVII.

1 *Emphyteosis ecclesiæ quando intelligitur durare.*
2 *Dictio vsque,quando ponatur exclusiuè.*
3 *Appellatione nepotis venit pronepos.*

a Proponitur [a] qđ decessit M.& filij,& nepotes, supersunt pronepotes duo,quæritur an emphyteosis sit finita. In qõne prædicta dubium facit tex.in auth.de non alien.§.emphyteosim.vbi dicitur 1 †emphyteosim ecclesiæ durare in persona recipientis, & duos alios,& sic in persona filiorum, & nepotum dicitur finita, sed illud verum, nisi aliter actum sit,nam etiam emphyteosis ecclesiæ potest ꝙcedi in perpetuum,vt in auth. de non alien.& emph.§.licẽtia.C.de sacros.eccl.auth.perpetua.& no.in auth.si quas ruinas.C.eod.titu.& in Spec. de emph.§.nunc aliqua.ver.septimò quæritur.sed in proposito locauit d.M.& suis filijs,& nepotibus,vsque in tertiam hŕditatem finitam.Ista verba non pñt intelligi, nisi porrigantur ad pronepotes. primò,quia dicendo, vsque in secundam,intelligũtur nepotes,vt extra.de hęret.lib.6. c.statutum.& ibi hoc declarauit Papa dicẽdo declaramus, & licet in casu speciali ibi dicat aliud in matre, tamen illud est ex expresso statuto Papæ,dum dicit volumus.propterea hic sunt verba clara. si enim diceret, vsque in tertiam hæreditatem simpliciter, & non adijceret finitam, 2 posset esse dubium†vtrum dictio, vsque,poneretur exclusiuè,& sic non comprehendat nepotes, & tunc intelligitur vsque in tertiam hæreditatem, scilicet incipientem: sed dum dicit tertiam hæreditatem finitam,de necessitate comprehendit pronepotes,qui sunt tertij hæredes adhuc durantes.Nec obstat,quòd in pluribus partibus instrumẽ 3 ti dixit vsque in tertiam hæreditatem.†Nam appellatione nepotis pronepos ꝙtinet.Nam ꝓnepos nepos est,solùm adijcitur præpõ, pro, vt ff.de postulan.l. cui eorum.§. sic Pomp.concluditur ergo emphyteosim durare in pronepotibus.Et ita dico,& consulo ego Bar. à Saxofer.& ad fidem me subscripsi,& meum sigillum apponi feci.

ADDITIO.

a Th. D. ¶Proponitur. De materia huius consi. vide doct. & maximè Philip. Fran. in c.statutum.de hæreti.lib.6.& Bar.in l.liberorum.ff.de verb.sig. * ibique Alcia.

CONSILIVM LXXVIII.

1 *Mater an ex tacita pupillari comprehensa in compendiosa excludatur per coniecturas.*

a Viso testamento [a] Baldi Raualdi, proponitur, quòd ex ventre vxoris suę nemo natus est,& V. filia dicti testatoris decessit in pupillari ætate, quæritur,an mr d.Vannæ ei succedat in legitima & Trebellianica,an verò dicti substituti succedant in totum ex pupillari directa? Et dubium fit an talis substitutio compendiosa per verbum commune facta omni tempore sit fideicõmissaria, quod videtur tenere glo. iuris ciuilis,& aliqui Moderni: an non fit directa intra tempora pubertatis,qđ tenẽt multi Moderni iuris ciuilis, maximè Ia. de Are.& Cy.& hodie Io.An.in c.1.de testa.lib.6.in nouellá.tamen prædictæ opiniones locum hñt, nisi aliquibus coniecturis de mẽte testatoris appareat, tũc enim dicimus fm mẽtem eius. C.de testa.mil.l.in testamento. in fi. & no. in l.precibus. in glo.super verbo,omnimodo.C.de impuber.Sed in proposito de mente testatoris apparet, quòd voluit dictam substitutionem esse directam intra tempora pubertatis: ergo sine dubio mr excluderetur. Ista autem coniectura ex duobus comprehendi dr, quia dictæ filiæ primo gra- 1 du†substituit filium,& si filius non esset,substituit fratres suos. Sed in priori gradu non est dubium,ꝙ dicta compẽdiosa comprehendat pupiliarem directam,quia verisimile est suos filios prætulisse matri, vt no. in l. precibus.in vlti.glo.ergo & in secũdo gradu,quod loco primi posuit. Secunda cõiectura est ex eo, ꝙ in prædicta substitutione dicit,bona eorum deueniant,&c.No.qđ dicit bona eorũ, sed in bonis ipsarum filiarũ sic gñaliter, & indefinitè nõ potest substituere, nisi per pupillarẽ directam, in qua ista bona veniunt,vt l.si plures.§.ad substitutos.de vul.& pupil.quæ bona nõ veniunt in substitutione fideicommissaria,nisi quatenus habuisset à defuncto:ergo præsumitur de directa sensisse,l.quoties. de rebus dub. Ex quib.coniecturis concludo dictam substitutionem esse pupillarem directam, & matrem excludi.Ita dico, & cõsulo ego Bar. à Saxoferr.legum doctor,& ad fidem me subscripsi,& meum sigillum apponi feci.

ADDITIO.

a Tho.D. ¶Viso testamento. Adde quòd istud consi.inueni.in 10.volu.consi. & vide And.Barb.in l.1.in 5.q.ĩ 3.col.ff.de vulg.& pupil.in addi. Bar. & vide de alijs coniecturis,ex quibus mater excluditur per Ias.in l. precibus.C.de impub.

CONSILIVM LXXIX.

1 *Verbũ substituit,est verbum cõmune,& adaptari potest ad obliquũ.*
2 *Per scientiam tutoris,vel patris bona transeunt ad substitutum,vel saltem ius deliberandi, vel facultas adeundi.*

a In negotio [a] testamenti Salonis,quamuis super illo pũcto diuersi diuersa scripserĩt, tamen cum debeamus substitutionem interpretari directam potiùs, quàm obliquam,vt conueniat personis, quibus substituit, & verba directæ substitutioni pñt adaptari inspectis verbis dictæ substitutionis quæ pñt adaptari ad directam substitutionem pupillarem,quia testator vsus est hoc verbo, substi- 1 tuit.† quamuis ipsum verbum sit commune, & adaptari possit etiam ad obliquam, & considerato qđ filius Salonis (prout asserit) decesserit in pupillari ætate, dicendum est dictam substitutionem esse directam pupillarem, & sic bona paterna deuenire debent ad filiũ iure substitutionis. Prædicta probantur extra.de testa. cap. si pater.lib. 6. & ibi not. maximè in nouella. De bonis autem maternis, videlicet quæ fuerunt dominæ Donatiæ matris olim Baldi filij dicti Salonis dicendum est, quòd si quidem fuit adita hæreditas dictæ dominæ per d. Bald. vel per Salonem patrem eius, vel sciuerint ipsi, vel alter eorum dictam dominam mortuam,& eius hæreditatem si- 2 bi delatam, tunc transeunt eius dicta bona materna † ad substitutum, vel saltem ius deliberandi, & facultas adeundi, & acquirendi hæreditatem maternam, vt C.de iure delib.l. cum antiquiorib. vnde in substitutione pupillari veniunt etiam bona pupilli,quæ non fuerunt bona pŕna, vt ff.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶In negotio. Adde, quòd istud consi. inueni in 10.lib.consi. & istud consi. non est Bar.sed d.Franc.Maffei. & vide Bar.in hoc 2. vol. de materia istius consi. in consi.8. quidam Peru. & in consi.77. in q.& Ias.in d. l.cum antiquioribus.circa fin. C.de iure delibe.

BIU Cujas

vt ff.de vul.& pup.l. sed si plures.§.ad substitutos. cum si. Et secundum prædicta nihil pertinet de dictis bonis dñæ Amitæ,& auiæ maternæ domini Bal. Et ita videtur mihi Francisco Maffei Eugubin.saluo semper iudicio veriori.

CONSILIVM LXXX.

1 *Filia vnius ex fratribus, an debeat maritari de communi patrimonio,& communi impensa,& an tempore diuisionis debeat de parte sua restaurari alteri fratri.*

a Quæstio est[a] huiusmodi. Duo fratres de bonis eorum communibus dederunt dotẽ pro filia vnius ex fratribus, & à marito stipulati sunt dotem sibi reddi pro se,suisque hr̃dibus,si matrimoniũ solueretur morte, vel diuortio sine filijs. Nunc quæritur,nũ quid in diuisione bonorum debeat, cuius filia dotata fuit de bonis cõibus restaurare de parte sua alteri fratri,ac sibi restituere dimidiam dotis prædictę, vel si aliquo iure sibi subueniatur? Videtur primò quòd non,quia donasse videtur.C.de rei vxo.act.l.1.§.accedit.de pac.conuen.l.ex morte.vel si dicamus in casu non existentium liberorum non censeatur donasse cum sibi per stipulationem prouideat
r per l.si cum dotem.in prin.ff.sol.mat.† adhuc videtur necesse dicere,ꝙ licet eo casu adueniente posset dimidiã dotis à marito repetere,à fratre tamen non repetit, vel sibi imputet,cùm suum proprium in hoc non fratris negotiũ gesserit.ff. de neg. gest.l. si pupilli. §. sed si quis ita simp'r. Prętereà iniquissimum esset dicere, quòd ab vtroque repeteret,videlicet à fratre per actionem neg.gest.& à marito propter interpositam stipulationem,quia bona fides,&c. vt in reg.iuris,bona fides. In oppositum videtur ꝙ sic. Nã certum est ꝙ onus dotandi pertineat ad fratrem, vt.ff.de collа.bon.l. dotem dedit.C.de do.promiss.l.fi. ibi, neque enim, &c. Si ergo ambo fratres de communibus bonis eandẽ dotauerunt, is ad quem tale onus non pertinebat, alterius fratris negotium gessit,vt ff.de neg.gest.l.quæ vtiliter.in prĩ.ꝙ.§.fi.& per ꝙns repetere, vel imputare fratri poterit tempore diuisionis. facit etiam ad hoc e. tit.l. ex duobus fratribus.à ꝺrio sensu.Prętereà huius quæst.videtur casus.ff.de leg.3.l.vxorem.§.pater naturalis.vbi, pater naturalis dando dotem pro filia, & stipulando sibi in casu non existentium liberorum restitui,non censetur donasse filiæ, & sic fit debitor ex aliqua causa, Bar. à Saxoferrato.

ADDITIO.

a Th.D. ¶Quæstio est.Istud consi.est in 10.vol.consi.& no.hoc consi Bar.ad no. per Iasi.in auh.quod locum.C.de coll.vbi examinat quæst.istam,fratribus in cõi existẽtibus, an filia vnius fratris dẽat maritari de cõi patrimonio, & cõi expensa, taliter qd̃ si postea ad diuisionem veniant, nihil imputetur in partem patris filiæ maritatæ,& ibi ponit plenè Iasi.licèt non alleg. Barto. hic.de qua quæst. vide etiam ꝓ do. Pet.de Vbal.in suo tract.de societate,in v.parte.in q.9.& 10.in 3.par.in 2.q. & vide per Bal.in consi.453 in 2.vol.ver.iste quærit. Pet.Cor.in consi.52.in 3.vol.& Gemi.in consi.30.materia,de qua quæritur.in fine.

CONSILIVM LXXXI.

1 *Institutus in re certa,& quòd plus petere non possit,non habetur loco hær edis vniuersalis.*

2 *Testator potest prohibere ius accrescendi.*

3 *Repugaantia, vel perplexitas si colligitur in testamentis, testamentum est nullum.*

4 *Testator an possit disponere aliud quàm leges disponunt.*

a Iacoputius[a] Maniecte de Pulchano frater Arnulforum co ndidit testm̃,in quo inter cætera reliquit Ciucio nepoti suo vnam petiam terræ,& in ipsa ipsum sibi hæredem fecit, & voluit, & iussit ꝙ de bonis suis plus petere,vel habere nõ posset,& si plus peteret, cadat à dicto legato, siue relicto.Et iudicauit, & reliquit ꝙ si Meliorutiam vxorem suam contigerit esse prægnantem,& pareret filium,vel filiam,eos sibi hęredes instituit, & fecit in omnibus alijs suis bonis si peruenirent ad lucem, & hæc est vltima sua voluntas,quam valere voluit iure testamenti, & si iure testamenti non valeret, valeat saltem iure codicillorum, &c. Contigit quòd mortuus est d.testator, & ex ventre vxoris suæ nemo natus est, nunc d. Ciucius institutus ex re certa dicit totam hæreditatem ad se pertinere ex testamento prędicto. Meliorucia soror d. Ciucij, & neptis ex fratre dicti testatoris dicit testamentum non valere,& se hæredem vnà cum d. Ciucio suo fratre, quæritur qd̃ iuris? Et videtur pro parte d.Ciucij ꝙ ipse sit hæres vniuersalis, quia hæres in-
1 stitutus ex re certa habetur loco † vniuersalis hęredis, si non reperitur alius institutus.l.1. §. si ex fundo.ff. de hęr. insti.l.ex facto.eod.tit.& not.eod.tit.l.quoties. In ꝺrium videtur, & ista est veritas,ꝙ institutio illa non valeat per
b illa verba, & plus[b] de bonis suis petere non possit, & si plus peteret, &c. Nam id, quod dicitur, quòd institutus ex re certa habetur loco hæredis vniuersalis, est verum, nisi voluntas testatoris manifestè refragetur l. quoties §.
c si duo[c] ff.de hęr. insti.sed.h.d. expressè quòd plus de suis bonis petere non possit. Apparet ergo quòd non est loco vłis hæredis, sed legatarij, & sic est testamentum qd̃ non habet hæredem,& sic nullum.l.proximè.ff.de his quę in testa.delen. & instit.de leg.§.ante hæredis.Posteà ꝙ te-
2 stator posset prohibere ius accrescendi.& †prohibere[d] ne
d portio vacans accrescat instituto in certa re,seu portione,est tex.secundum vnam opinionem.ff.de vsufr.l.domi nus.§.1.& ibi no.Dy.1.q.est casus expressus rectè intelligẽdo.ff.de iniusto rupto,& irrito testamento. l. pen.de libe. & posthu. l.si posthumus. ver.nam & cum duobus, ꝙ sic declaro.Si duo alij sunt instituti, à quib. posthumus est ex hæredatus, & duo alij sunt instituti,à quibus posthumus est præteritus, certum est, quòd testator dando substitutum, prohibet ius accrescendi: quia substitutus præfertur coniuncto,vt C.de fideic.auth.hoc amplius,& ibi no. ff.de acq. hær. l.qui patri. Si ergo portio vnius ex institutis deficit, non potest deuenire ad alium coniunctum, quia testator dando substitutum prohibuit, & sic ad substitutum non potuit deuenire,quia gradus ille non valuit, & sic ne decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, totum testamentum reducitur ad causam intestati,& sic expressè debet intelligi glo.in d.ver.nam & cũ duobus. & hic est intel'r.l.pen. de iniusto test. Ita ergo in proposito,cum testator prohibuit, ne in totum accederet instituto in re certa, totum testamentum est irritum. Secundus casus,qui ponitur in d.l. pen.ideò non obstat, quia ibi fuerunt instituti, & inuicem substituti, vnde eos inuicem substituendo noluit testator inter eos ius accrescendi minuere, sed augere,& sic posset venire, vel iure institutionis,vel iure accrescendi.casus est.C.de impube. & alijs substit.l. testamento.& ff.de acq.hær.l.si quis hæres. & no.per Spec.& Dy. eod.tit.l.nec is.§.hæres. Prætereà,
3 quando ex verbis testatoris†colligit perplexitas,& repugnantia, tunc testamentum est ipso iure nullum l. si Titius.ff.de condi.insti.sed hoc est huiusmodi:ergo,&c. Dixit etiam,& plus petere non possit, & si plus peteret, cadat à dicto legato. Aut ergo illud tantùm petit, & testamentum est nullum, quia decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus.Si verò totum peteret,à toto caderet. Concluditur ergo; quòd institutio nuda est,non obstantibus prędictis.ff. de hær.insti.l.si ita quis hæres institutus fuerit excepto fundo, & etiam quia verba, excepto fundo,hoc important. idest in fundo te non instituo.nõ enim prohibet eius potestatem, siue in re tacitè accedere.Sed si expressè diceret ꝙ fundum tacitè expressè petere,vel habere non posset,& sic voluntas testatoris manifestè contradiceret, tunc non valeret. vt d.l.quoties.§. si duo,& dictis iuribus. Non ob. si dicatur,nemo potest fa-
4 cere ꝙ leges non habeant locum in suo testamento,† qa quædam sunt leges,quæ aliquid de necessitate disponunt, vt quòd testamentum habeat septem testes & similia,tũc testator contrarium non posset, imo testamentum esset ipso iure nullum l.nemo potest.ff.de leg.1.Quædam sunt leges quæ disponunt circa disponendo defectum voluntatis defuncti: vt in casu proposito, si testator non fecit hæredem vniuersalem,lex præsumit, quòd voluerit eum, quem ex parte instituit,totum habere,totum sibi dat.sed si appareat testatorem voluisse contrarium manifestè,tũc cessat legis præsumptio. imò totum testm̃ irritatur, quia non põt pro parte testatus, & ꝓ parte intestat⁹ decedere

vt.s̃.

ADDITIONES.

a Ber.Land. ¶Iacoputius. Istud consi.inueni in 10.vol.consi.& adde ꝙ idem consuluit Bar. in consi.155.Titius. vbi ipse consuluit prout hic, sed illud consilium non est completum,nec perfectum,ideò inserui hic, cum sit etiam subscriptum per do. Fran.Tigri.& maximè quia in d.lib.10.consi.post præsens consilium,sequitur consi. collegij Pisani super ista materia, & de isto consi.meminit And. Barb. in l.1.in 6. q.ff.de iure codi. in additio.

b T.D. ¶Et Plus.Vide Bar.in l.quoties.§.si duo,de hære.inst.& in consi.48.inci.Gallus Falopi.in 1.vol.& ibi scripsi, & in consi.177. incip.Mathiolus. vbi etiam scripsi

c ¶§ si duo.Vide Pe.de Anc.in c.1.de testa.& plenè scripsi in apost. mea.in d. §. fin.

d Tho.D. ¶Prohibere No. quod dicit Bar. hic. quòd testator potest prohibere ius accrescendi, adde eundem Bar. in l. vnica.in 10.q.C. quando non pe. partes.cum concordan. quas dedi, in l.si ego.ff. de iniusto rupto, & irrito testam.in addi.Bar. post And.Bar.

BIU Cujas

vt s.dictum est. Simile lex introducit qđ in conditionib. quę consistunt in non faciendo, cautio Mutiana hr̃ pro implemento conditionis, vt l.Mutianæ.ff.de condi.& de mon.Sed si appareat testatorem aliud sensisse, tunc cessat cautio Mutiana, posito ꝙ hic irritetur dispositio libertatis, quæ est ita fauorabilis, vt ff.de manumiss.test.l.fi.Simile lex disponit, ꝙ conditio, quæ tacitè inest non suspendit, hoc verum, nisi appareat testatorem voluisse aliud, vt in l.conditionibus.§.1.ff.de condi.& dem.Concluditur ergo dictum testamentum non valere iure testamenti,& sic ab intestato dictus Ciucius. & do.Meliurutia æqualiter succedunt. Dico tñ qđ propter clam adiectam in fine testamenti dicta vltima voluntas valet iure codicillorum, & sic legata relicta valent: caueat tñ d.Ciucius, quòd si legatum sibi relictum peteret, caderet fortè à successione, siue à petitione hæreditatis pp illa verba, & plùs petere non possit,& si plus peteret,&c.Et ita dico, & cõsulo ego Bar.à Saxofer.legũ doc. & ad fidem me subscripsi, meoq; annulo sigillari feci.¶Ego Franc.Tigrini de Pisis, vt s.consultum est consulo.In cuius rei testimonium me subscripsi,& meum consuetum sigillum apponi feci.

CONSILIVM LXXXII.

[a] Quæstio commissa collegio iudicum ciuitatis Pisarum per sapientem, & discretum virum d.Petrum de Gallis vicarium generalem Arnulfiorum, quæ vertitur coram eo inter Meliorutiã ex vna parte,& Ciucium ex altera die xviij. Augusti fuit cõmissa in collegium Pisarũ p prouidos,& sapientes viros do.Franciscum, dñm Iacobum de Familia, Petrum dñi Abisij, & Ioannem Gaiettanũ legum doctorem, qui sup ista qõne deberent videre,& prout eis videretur cõsulere.die xxiiij. Augusti, quorum iudicum allegationes, & consilia trãsmittuntur per.S.interclusæ.Datum Pisis in collegio.s.dicto die xiij.mensis Septembris viij. Indictione,&c. Factũ proponitur tale.Iacoputius Mayneti de Brunzano condidit testamentum in quo reliquit Ciucio certam petiam terræ,& in ipsa eum hæredem sibi fecit,& voluit & iussit, quòd plus de bonis eius habere vel petere non possit, & si plus peteret, cadat à dicto legato, vel relicto: prætereà in eodem testamento sic dr̃. Item iudicauit & reliquit qđ si Meliorutiam eius vxorem contigerit esse prægnantem & parere filium, vel filiam, sibi hæredem instituit, & fecit in omnib. suis alijs bonis, si peruenerit ad lucẽ,& hęc est vltima sua voluntas, quam voluit valere iure testamẽti, si iure testamenti non valeat, valeat saltem iure codicillorũ,&c.Mortuo d. testõre,& ex ventre vxoris suæ nemine nato, Meliorutia neptis d.testõris ex fratre, dicit se hæredem eius pro dimidia ab intestato. & à iudice petijt, ꝙ mitteretur in possessionem medietatis bonorum.s. dicti Iacoputij,& à iudice missa est: comparet dictus Ciucius & petit dictam missionem reuocari, & se dicit hæredem insolidum ex testõ d.testatoris.quęritur, quid iuris,&c.In hac qõne prædicta duo sunt principaliter videnda.Primũ est, si dicta pronuntiatio,& missio facta pro dicta Meliorutia processit de iure,& vr̃ qđ non. Aut dicimus ꝙ petierit ex vigore.l.fi.C.de edi.diui. Adria.tol. & hæc non petijt, quia illud etiam auxilium non competit venientibus ab intestato, sed solùm institutis in testõ non abolito, &c. ut in d.l.fi.patet.& ibi Dy.in ver.3.iuxta præmissa quærit. Pro quo facit glo.ibi posita super verbo, depositionibus, hoc expressè tenet Spe.in tit. de testa.§.sequitur.ver.quid de succedente ab intestato. & est verum, quicquid not.in tit.de edic. diui. Adr. tol. & sic in casu nostro supposito, quòd Meliorutia succederet ab intestato, per auxilium d. l.fi.non potest venire. Aut dicimus qđ petierit per interdictum quorum bonorum,& non videtur qđ illud potuerit dari: quia licet illud interdictum vtile cõpeteret succedenti ab intestato de iure ciuili, tantùm datur ꝯ possessorem pro hærede, vel pro possessore possidentem.l.1.ff.quorum bono. qđ hic cessauit. Prætereà possessio quæ dat̃ ex illo interdicto tribuit ius quia facit possessorem: est.n.adipiscendæ possessionis, vt d.l.1.in fi.& no.in d.l.fi.in gl.magna.in fi.& sic debuit dari causa cognita,& libello porrecto, & lite contestata, vt l.2.§.dies.cum ibi no.ff.quis ord. in bonis poss.ser.q̃ defuerunt in casu nr̃o: ergo, &c. Actio enim in factum, quæ loco illius interdicti dat̃, dẽt more iudiciario intentari. Prætereà, illa qualis qualis petitio quæ fuit porrecta per d.M.non concordat pronuntiationi iudicis ꝯ l.vt fundus.ff.commu. diuid.& ibi no. petijt.n. qđ daret sibi baiulus qui mitteret eam in possessionẽ, vel licentiam intrandi daret.non ergo potuit super alio pronũciari, nec talis petitio de iure procedit & sunt iura vulgaria. Aut dicemus ꝙ cum in casu nostro non appareat qđ aliquis possideret bona hr̃ditatis prædictæ, vt sic supposito, qđ.M. esset hęres ab intestato p dimidia potuisset sine iudice apprehendere possessionem, vt l. cum hæredes in prin.ff.de acq.poss.& sic potuit ex seipsa adire iudicem,& cum eius authoritate apprehendere, vt l.creditores.C.de pign.& sic fecerunt in casu nostro, & tunc vr̃ qđ non req̃ratur alicuius citatio.arg.Insti. de liber.§. multis.cum gl. tñ ista debuerunt iudici ꝯstare, q̃ ex actis constitisse non apparet. Quare potest concludi, qđ pronuntiatio facta.M. & d. missio secuta de iure non processerunt. Restat ergo examinare fm, s.quòd si dicta hæreditas Ciucio insolidũ ex testamento deferatur vt sit legitimus ꝯdictor,& sibi dici non posset, quantum ad te liberas ædes habeo,&c.& in hoc sunt inducta duo. Primò, si Ciucius institutus ex re certa excludi posset à successione ex eo solo, ꝙ testator instituit posthumum si peruenerit ad lucem, dato ꝙ nullus natus fuerit.Et breuiter vr̃ dicãdum de iure, ꝙ non: ꝙa institutio facta de posthumo non nato, postea hr̃ pro nõ scripta. Hinc est ꝙ si alius cohæres esset ei datus, haberet totum iure suo, nec sibi fecisset partem talis posthumus nunquam natus.l.vtrum.§.1.de reb.dub.& l.qui quartam. in fi.de leg.1.plenè.per gl.in verbo, pars, in l.huiusmodi.§. si Titio.eo.tit.In casu ergo nostro perinde habebitur, ac si nunquam fuisset posthumus institutus.& sic insolidum hæres.Fuit etiam institutio in casu nostro facta sub conditione, si peruenerit ad lucem, &c. quæ defecit, & ideo pro nulla est talis institutio.l.necessario. in prin. & §.1. cũ si.ff.de peric.& commo. rei vend. ergo, &c. Secundò est videndum, si d.Ciucius excluditur à succession ex testamento insolidum per uerba apposita à testatore, qui voluit,& iussit, ꝙ plus de bonis suis habere, vel petere non posset, &c. videtur de iure dicendum, ꝙ excludatur. pro hoc videtur casus in l.quoties.§.si duo.ff.de hær.inst.in fi. vbi habetur qđ si testator noluit hæredem institutum ex re certa habere insolidum, non trahit instõ rei certæ ad se totum, si voluntas testatoris refragetur, & hoc siue in eo quod noluit in casu illius.§.hęredes institutos in re certa, quo casu æqualibus portionibus non habet locum qđ dicitur in prin.illius.§. scilicet, quòd institutio rei certæ trahat ad se totum: ideo lex disponit institutum in re certa, alio non instituto, habere totum: quia præsumitur testatorem hoc voluisse si est miles, ex eo, ꝙ ex quo de alio non fecit mentionem instituendo, videtur eum totum habere velle.Pro hoc.l.cogi.§.sed & si miles, cum gl.sua in verb.instituere potest.ff.ad Treb. & l. si miles vnũ ex fundo.cum ibi no.ff.de test.mil.si est Paganus idem præsumit lex eadem ratione.Item alia, quià præsumitur testatorem voluisse, quòd eius voluntas valeat, & sic lex præsumit, ꝙ voluerit, ꝙ institus ex re certa habeat totum: aliàs enim non valet eius uoluntas, ne decedat pro parte testatus: nam illud non præsumitur uoluisse. Et ita intelligi debet Insti. de hære. insti.§. non autem. ubi constaret uoluntas eius, quòd uoluerit institutum in re certa alia bona non habere,& sic in illis decederet testatus, tunc institutus in re certa non habet totum, imo eius institutito non ualet in re repugnante uoluntati testatoris, ut ff.de reg. iur. l.ius nostrum. quod testator non potest tollere. l.nemo potest.ff.de leg.1. Voluntas enim testatoris, quæ continet perplexitatem, non ualet, ut l.si Titius.de condi.insti. & ubi continet populare, quod de iure ad impopulare reduci non posset, nisi offendatur testantis uoluntas perplexa, & secundum uoluntatem testatoris in compatibilia de iure continens.& sic in casu nostro, in quo testator decedere uoluit pro parte testatus, & pro parte intestatus, in totum nil ualebit uoluntas, nec causa testati causam intestati ad se traheret, sed èconuerso. Simile de iniusto testamento.l. penul.& l.si posthumus, uer. nam & cum duobus.cum glo. de lib.& posth. Nec ob.si dicatur, quòd ualet institutio de Ciucio facta, ut totum accipiat. ueruntamen residuũ à re ideò qua fuit institutus, restituat p fideicõmissum uenientib. ab intestato, & sic. M. p ea parte,

ADDITIO.

a Th.D.¶Quęstio. Adde quòd collegium doctorum Pisanorum consuluit, prout s. consuluerunt Bar.& Fran.Tigri.in consi.præcedenti, & ibi videas.

BIU Cujas

parte,pro qua ab inteſtato ſuccedit, vt l.peto.ver.idem dicemus.de le.2.& qđ ibi no.per doc. vbi ſi teſtõr ab inteſtato hŕdes inſtitutos ꝓtentos voluit eſſe certa re,reliqua venientibus ab inteſtato tenentur per fideicommiſſum reſtituere.Ita dicit Cy.dñt doct. hoc in dubio præſumi, per legẽ Titia.§.1.in fi.eo.tit. quicquid no.glo.in l. peto.Nec ob.ad hoc.l.cum pater filios.in prin.eo.tit.quia ibi inſtituti iuſſi eſſe contenti in re certa erãt ipſi ijdem venientes ab inteſtato;quia rñdeo duobus modis:vno in caſu d. l.peto.teſtator primò inſtituit,ſubſequenter iuſſit eſſe ꝓtẽtos re certa,quib.verbis vĩ per fideicõmiſſum grauare hę redes iam inſtitutos. At in caſu noſtro ipſa inſtitutio eſt vitioſa propter perplexitatẽ, & repugnantiam, quam voluntas teſtatoris continet: & ideo non eſt locus fideicõmiſſo. Prætereà in caſu noſtro fuerunt appoſita alia verba quam ibi,per verba appoſita in caſu noſtro teſtatorem videri voluiſſe , quod Ciucius non ſit hŕs aliquo mõ, & eo mõ,quo habuit,alij reſtituere propter verbũ hŕe.qđ ꝓprehendit etiam id, qđ habet alij reſtituere , vt l.ſtipło,& ibi no.in glo.ff.de ver.ob.à ſimili, de eo ꝙ lex dicit,de verbo accipere,quodlibet in facto, & reſtõne alteri,vbi in codicillis facta ſit l.cum quis decedens.§. Seium, & Męuium. de leg.3.illud autẽ dici non poteſt,qđ gĩa poſthumi hŕdis inſtituti dicta verba à teſtatore dicta fuerunt,quia in casũ ſucceſſionis poſthumi hŕdis inſtituti Ciucius loco legitimi hẽretur, & ſic ſine appłone illorum verborũ vltra rẽ, in qua fuit inſtitutus legitimus cenſeretur, non haberet in bonis teſtatoris,cum nec eo caſu ab inteſtato ſuccederet,& ſic quo ad caſum ſucceſſionis illa verba inutilia sũt ei.nõ ergo eius gĩa vñr appoſita,& ſic põt tolli oppoſitio de l. pæto.1.rñ.palle. ſi in ꝓrium fuerit allegata. Item nõ obſtat lex,ſi quis ita hæres inſtitutus excepto fundo.quia ibi teſtator nil vltra fecit,niſi qđ in fundo non inſtituit , & iõ ſuccedit diſpõ dictæ legis, q̃ vult inſtitutum in partem habere totum,alio nõ inſtituto,quem teſtator inſtituere noluit,ſed ſic in caſu noſtro.Aliud eſt.n. dicere nõ inſtituo,& aliud eſt dicere , nolo ꝙ aliquo mõ habeat.ſicut aĺs aliud eſt dicere,non adeo hæreditatem,& aliud repudio hŕditatem, vt no.in l.1.C.de iur.& fac.ign.Ex omnibus videtur de iure concludendum , ꝙ d. Ciucius non ex teſtamento hęres,ſed ab inteſtato cum Meliorutia germana ſua ſuccedere poſſet in bonis dicti Iacoputij, &c.

CONSILIVM LXXXIII.

1 *Verba derogatoria in teſtamento appoſita,cuius generis poßunt eße.*
2 *Verba derogatoria in teſtamento appoſita quomodo habeant impedire diſpoſitionem poſteà factam.*
3 *Verba in ſecundo teſtamento appoſita,an & quę habeant tollere verba derogatoria.*

a **Et dixit,** [a] & aſſeruit,& voluit dictum teſtamẽtũ prævalere omnibus alijs teſtamentis factis per eum: necnon dixit & voluit,& aſſeruit ſe dictum teſtamentum nolle reuocare , ſeu aliud condere, vel aliã dltimam voluntatem per eum facere,vel codicillos convere, vel aliquid aliud,propter quod dictum teſtamẽtum non v̊aleret:& promiſit etiam & voluit aliud non facere, & ſi fieret,voluit non valere, nec tenere roboris firmitatem. Et ſi apparet contrarium , dixit non eſſe factum de ſua voluntate,ſed tanquam per eum non ſanę mentis,niſi in teſtamento fiendo per eum diceret de verbo ad verbum,Pater noſter.Aue Maria.non obſtantibus ꝙ in dicto teſtamento (ſi appareret contrarium huic teſtamento) reperiretur quibuſcunque verbis derogatorijs,&c.& hæc eſt particula primi teſtamenti.Et hanc ſuam vltimam voluntatem aſſeruit eſſe velle,quam valere voluit iure teſtamenti,& ꝙ ſi iure teſtĩ non valeret,ualeat ſaltem iure codicillorum, vel cuiuſlibet alterius vltimæ voluntatis,caſſans,irritans omne aliud teſtamentum per eum conditũ non obſtantibus aliquibus verbis derogatorijs inſertis, & appoſitis ſub quocunque modo verborum : & voluit hoc teſtamentum, ſiue vltimam voluntatem omnib.alijs teſtamentis,& vltimis voluntatibus prędualere,&c.& hęc eſt particula ſecundi teſtamenti,&c. Modò quęritur,nunquid ſecundum teſtamentum valeat non obſtantibus verbis derogatorijs appoſitis in primo teſtamento,vel qualibet alia particula appoſita.ſcilicet in parte primi teſtamẽti? Ad prædictam quæſtionem examinandam ſunt videnda duo. Primò videndum de viribus verborum derogatoriorum appoſitorum in primo teſtamento,qualiter verba derogatoria in eo addita impedire habeant teſtamentum poſteà conditum. Secundò eſt videndum de viribus verborum additorum in ſecundo teſtamento,an iſta verba ſint ſufficientia ad tollendum verba derogatoria in primo teſtamento addita , quibus viſis huius veritas quæ-
1 ſtionis apparebit. Circa primum dico,quòd † verba derogatoria in teſtamento addita poſſunt eſſe triplicis generis. Nam quædam ſunt verba derogatoria actus teſtandi, quædam ſunt verba derogatoria ſolemnitatis,quędã ſunt verba derogatoria voluntatis,quæ verba derogatoria tam actus teſtandi,quam ſolemnitatis, quàm etiam voluntatis fuerunt appoſita in primo teſtamento prædicto. Nam dum teſtator in primo teſtamento dixit hæc verba,& aſſeruit ſe nolle aliud teſtamentum,vel aliam vltimam volũtatem condere,hæc ſunt verba derogatoria actus teſtandi,in eo vero quòd dixit hæc verba,qđ ſi appareret aliud teſtamentum contrarium,voluit non valere,niſi in eo dicatur,Pater noſter,& Aue Maria,de verbo ad verbum,iſta ſunt verba derogatoria ſolemnitatis . In eo verò ꝙ dixit, qđ ſi aliam vltimam voluntatem , vel teſtamentum faceret illi contrarium,voluit non valere,& de ſua voluntate factum non eſſe. Iſta ſunt verba derogatoria voluntatis . Modò eſt videndum qualiter prædicta verba derogatoria habeant impedire diſpoſitionem poſteà factam, & ſi impedire habeant , quæ verba,quæ ſolemnitas , quæ voluntas requiratur in ſecundo teſtamento,vt primum tollat.†
2 Et circa prima verba derogatoria actus teſtandi dico , ꝙ dicta verba non obſtant ſecundo teſtamento condendo etiam ſimpliciter emananti,nulla mentione in eo de ipſis verbis facta, quia talia verba derogatoria actus teſtandi ſunt contra bonos mores, vt l.pactum quod dotali.C. de pac.& l. pactum.C.de collat. & ſic non valent, vt l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff. de verb.ob. vnde eorum additio nihil operatur.Et per hoc patet,ꝙ malè loquitur gloſſ.in l.ſi mihi, & tibi.§.in legatis.ff.de leg.1.& iuſtè ibi reprehenditur per Iac.de Are.De ſecundis verbis derogatorijs.ſ. ſolemnitatis , dico ꝙ non impediunt ſecundum teſtamentum, imo per ſecundum teſtamentũ ſimpliciter conditum , nulla de ipſis verbis facta mentione primum tollitur,vt probatur.ff.de iure Cod.l.diui.§.licet.quicquid ibi not.in glo. ita intelligunt illum.§. Old.& Dy.& eſt ratio quia non poteſt teſtator ſua voluntate mutare ſolemnitatem , quæ eſt publici iuris.l.codicilli.§. fi.de leg.2. De tertijs uerbis derogatorijs,ſ.voluntatis additis in teſtamẽto prædicto, an impediant ſecundum teſtamentum,dictũ eſt ꝙ ſic.Eſt ergo videndum per quæ verba in ſecundo teſtamento appoſita , & quomodo eis derogari poſſet. De hoc ſunt opiniones inter gloſſ.& doc.nã gloſſ. in verbo , accipiat,in l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de lega.3.& in d.§.in legatis, in verb.non ualebit. & in d.§.licet,tenet quod ad hoc , ut uerba derogatoria uoluntatis addita in primo teſtõ , tollãtur per ſecundum, debet de eis ſpãlis , & expreſſa mẽtio fieri,qđ tenet Dy.in c.qđ ſemel.extrà de reg.iur.lib.6. Contrarium tenuit Iac.de Are.ſ.qđ quantũcunque in primo teſtamento ſint uerba derogatoria , tñ primum tollatur per ſecundum : licet in ſecundo nulla mentio de derogatorijs uerbis fiat , ut refert Cy.in l.ſancimus.C.de teſt. hoc etiam diſputando tenuit Ia. de Bel. in diſpu.ſua in corpore, de teſta.imper.§.1. hoc etiam tenuit Anto.Ciaffi.de Piſis in rep.ſua.d.l. ſi quis in prin.teſtamenti.quorum opi.tenendo,quęſtio noſtra nullum habet dubium , quia per ſecundum teſtamentum , primum tolleretur , nec eſſet ulterius allegandum,tamen quia inter tantos doc. eſt uarietas , non eſt ſecurum alteri parti de facili adhærere, niſi inquantum ſuadet tex. legis. Puto igitur opi.glo. & Dy.ueriorem , ſcilicet ꝙ in ſecundo teſtamento debeat fieri mentio ſpecialis uerborum derogatoriorum adiectorũ in primo , & hoc maximè per tex. in d.l.ſi qs in princ.teſtamenti. dum dicit. ſcilicet hoc ita locum habebit, ſi ſpecialiter dixerit prioris uoluntatis ſe pœnituiſſe. hoc etiam diſputando tenuit Cy. quod & ſcribendo tenuit do.Cor. in d.l. ſi quis in prin. teſtamenti.†
3 Secundò principaliter eſt uidendum,an uerba in ſecundo teſtamento appoſita habeant tollere uerba derogatoria poſita in primo. & ſecundum opi. Iac. de Bel. & Anto. & aliorum ,

ADDITIO.

a Tho.D. ¶Et dixit. Adde quod no.Bart.ſuprà in 1.volu.in conſi.21.incip. vt dixit, & c. conſuluit ſuper iſto caſu , & deinde conſuluit do. Nicol. do. Alex. de Peru. prout in hoc conſi. & ita iſtud conſilium eſt inſertum in lib. ſecundum ordinem Peru.in.3.par.de vltimis volunt. in conſi.48.& adde hic quæ poſui poſt Bar. in d. conſi.21.

BIU Cujas

aliorum,certum est,ꝙ sic ut ꝫ.dixi,& primum tollitur per secundum.Sed secundum opi.glo.& aliorum doct.quam ꝫ.tenui.s. ꝙ in secundo requiratur mentio specialis uerborum derogatoriorum adiectorum in primo, est uidendum,an in dicto secundo testamento dicatur facta specialis & expressa mentio, & reuocatio dictorum uerborum: si in secundo testamento dixit testator, non obstantibus aliquib. uerbis derogatorijs insertis,& appositis sub quocunque modo uerborum, an per ista uerba dicatur fieri mentio specialis uerborum derogatoriorum adiectorum in primo? Et dicendum est, ꝙ sic, primò per tex. in auth. de testa.imper.§. & si quidem.ubi tex. dicit, qđ expressim debet testator prioris uoluntatis pœnitere,& posteà subdit,quia & si fecerit quandam talem uoluntatem,non tamen eam ualere ulterius uult,nam cum dictio,talis,sit relatiua qualitatis,referendo qualitatem primi testamenti, expressam mentionem de verbis derogatorijs facere dicitur:sed in casu nō testōr expressit qualitatē primi testī in secundo, cum dixit,non obstantib. quibuscunque verbis derogatorijs in primo testamento adiectis, ecce qualitas primi testamenti dum dixit,quibuscunque verbis derogatorijs,&c.vt requirit dictus tex. & hoc modo potest bene loqui gl.d.§.in legatis.dum dicit, si exprimat qualitatem illius primæ voluntatis in secunda,&c.Nam procedit illa glo.in verbis derogatorijs voluntatis, non autem procederet in verbis derogatorijs actus testandi, prout superius dictum est. Præterea, quòd verba derogatoria debeant expresse & specialiter tolli, est à iure expressum in d.l.si quis in prin. testamenti. propter habendam maiorē certitudinem de voluntate testantis,vt apertius intelligamus,quod testamentum prævalere voluerit, sicut in simili filius debet nominatim exhæredari propter certitudinem habendam de persona exhæredati l.1.ff.de li.& posthu.& tamen dicit filium dici nominatim & specialiter exhęredari, si testator dicat, filium meum exhæredo, si erit vnicus,& solus, vt l.2.ff.de lib. & posth.sic in proposito, cum vnum testamentum tantùm præcedat, in quo sunt verba derogatoria,testator dicendo, non obstantibus verbis derogatorijs,&c. ea specialiter demonstrasse dicatur. pro hoc l.nominatim.ff.de leg.3. Possent ad hæc probanda multa allegari ex his quæ ponit Dy.in regul. quod semel.& Anto. in d.l.si quis in prin.quæ prudentiam vestrā non latent. Concludendo igitur est de iure dicendum, secundum testamentum, de quo quæritur, primum & eius effectum tollere per rationem, & iura superius allegata. Et ita dico & consulo ego Nicolaus domini Alexādrini.

CONSILIVM LXXXIIII.

Franciscus habuit in vxorem dominam Thomasiam, &c. Reliquum habes ꝫ. volum.1.consi.128.quod hic duplabatur.

CONSILIVM LXXXV.

In Christi nomine amen. Ad primum dico,quòd cum sit iure lucidum ꝙ maritus potest petere dotem & si sustinet onera matrimonij, interesse dotis quandiu in solutione est cessatum:plura enim sunt onera matrimonij, dicit glo.1.in l.pro oneribus.C.de iure dot. & vsuras moderatas vir percipere potest, donec ei dos soluatur. ff. de doli exce.l.pater.& extrà, de vsur.c. salubriter. Vnde dixit Bar.in l.in insulā.§.vsuras,fol.mat.ver.quæro quid.ꝙ de iure cano. vsuræ debentur viro passo moram in dando sibi dotem,per d.c.salubriter. & idem tenebat Bal.licet quidā dicant, qđ d.c. salubriter. loquitur in fructibus qui percipiuntur iudicio Dei: & ideò voluerunt,ꝙ si marito, cui dos est promissa, & nondum soluta,detur certa peccunia singulis annis, donec dos ei soluatur, illa pecunia computabitur in dotem.Sed Io.Cal.tenuit oppositum, cū ex quo sustinuit onera matrimonij, illud cēseatur vt fructus dotis. Et hoc credo verius, præsertim cum interesse, qđ prius est tanquam vsura,non sit vltra debitum, & sic correspondens per no.in.l.1.C. de sum.Tri. & l.socium, qui in eo.ff. pro soc. Præterea istud interesse venit ex stipulatione,ergo potest agere.l.non solùm,de rei ven.& l.fideicommissa.§.si rem.ff.de leg.3.Dionysius de Perusio.

CONSILIVM LXXXVI.

Viso statuto de pœna vendentis possessionem, &c. Modò quidam vendidit possessionem contra formam statuti,vnde inquisitus fuit, & post responsionē per eum factam obtulit fideiussorem, an veniat absoluendus. Hoc consilium habes plenius ꝫ. vol.1.sub num.69.

CONSILIVM. LXXXVII.

1 *Suorum appellatione non continentur nomina debitorum, sed quæ pertinent ad testatorem iure dominij, vel quasi.*

2 *Mobilium, & immobilium appellatione non veniunt nomina debitorum.*

a Matiolus [a] Petri Bartoli de Saxoferrato inter cętera quæ in suo testamento dixit, & posuit, reliquit dominæ Caluciæ eius vxori fructus, redditus,& prouentus omnium bonorum suorum mobilium, sub quibusdam conditionibus, & modis in eius testamento insertis. Modò quæritur,an dicta domina,vigore dicti legati,debeat habere vsumfructum eorū,quæ sunt in nominibus debitorum. Ad quorum examinationem dicto puncto respondeo, ꝙ non,qđ probatur ex eo quòd dixit,suorum.quod debet intelligi de his, quæ pertinent
1 †ad testatorem iure dominij, vel quasi, non eorum, quæ sunt in nominibus debitorum.l. Quintus. §. argento. de auro & argen.leg.Præterea,dixit testator, mobiliū,& immobilium, sed nomina debitorum no sunt mobilia,nec
2 immobilia,† sed sunt quoddam tertium genus per se,l. à diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iudi.& l. quàm Tuberonis.§.pen.ff.de pec.Et hoc tenet Iacob.de Are. in l.mouētium.de verborum signifi. & idem determinat Spe.in his terminis in titu.de fructibus & interesse.§.1.vers.2. quæro. Ex quibus concluditur dictam dominam non debere habere vsumfructum de nominibus debitorum.Non obstat ff.de vsufruct.lega.l.vxori meæ. qa ibi fuit relictus vsusfructus simpliciter, in proposito fuit additum mobilium,& immobilium quòd habet restringere significatum bonorum, vt dictum est. Item fuit adiectum hoc pronomen,
b suorum,quod simpliciter habet restingere,[b] vt de his mobilibus,& immobilius intelligatur,quæ iure dominij pertinent ad testatorem, vt d.§.argento. & licet in d.l. vxori meæ,fuerit appositum verbum illud meorum, & tamen continet omnia nomina debitorum, illud ideo est,quia illud pronomen, meorum,habet illud substantiuum, omnium,omnia comprehendens, non restrictum ad aliquā adiectionem.Sed in quæstione proposita hoc pronomen suorum, refertur ad substantiuum bonorum mobilium, & immobilium tantùm,& sic restrictiuum, & non generale,seu omnia comprehendens. Non obst.gl.quæ dicūt, actiones & iura iudicantur mobilia & immobilia, secundum id quod in actione deuenit: quia illud verum quando iura,& actiones de necessitate debent applicari mobilibus,& immobilibus,qa de his nihil est dispositum. v. g.
c dicit lex.[c] ꝙ bona immobilia minorum non possunt alienari sine decreto, mobilia verò sic:sed de nominibus nihil disponit, iudicabimus ergo de eis vt æquiparentur mobilibus, & immobilibus secundum id, quod in actione deuenit. Hoc autem non contingit in quæstione proposita. Nam de mobilibus,& immobilib. reliquit vsumfructum vxori, iura verò, & actiones reliquit hæredi, vt ex serie testamenti patet, & sic non est necesse quòd alicui prædictorum, scilicet mobilium & immobilium applicentur iura, & actiones; & nomina debitorum, sed stant in tertio genere per se. vt d.§.argento.Secundò quęritur an vestes viri, & vxoris festiuæ sint vxoris propriæ, an verò hæreditati remaneant, ita ꝙ de his tanquam de alijs mobilibus vsumfructum recipiat. Et respondetur ꝙ de vestibus viri nullum est dubium, quòd non pertineāt ad vxorem,nullo verò iure proprietatis de vestibus vxoris, licet secundum opi. Dyn.in l.in his.§.1.ff.solu. matr.

tamen

ADDITIONES.

a T.D.¶Matiolus. Adde quòd istud consi. inueni.in 22. vol.consi.& pro consi. Bar. alleg.do.Po.Corn.in consi.226. diligenter,in 4.vol.& Ioan. Firmi.in suo reper. in versi.nomen debitoris, & aliàs.in c. Matiolus Petri, & adde quòd idem consuluit Bar. suprà in 1. vol.in consi.50 inci. Gilius Petri de Floren. vbi etiam consuluit prout hic.& ita ista duo consilia alleg. And. Barb. in l. vxori meæ.§.1. in 1.addi. Bar.ff.de vsu.lega.& vide Bart.in l.Quintus.§.argento.ff. de aur.& arg.lega.& ibi apost. meam. & quæ scripsi post Barto. in d. consi. 50. vbi etiam posui de verbo, suorum, quomodo intelligitur. & adde quòd si in instrumento notarius dicat per verba tertiæ personæ,quòd tunc pronomen suus,sua,suum, refertur ad ipsum testatorem, & non ad hæredem eius, nisi aliud de mente apparet, secundum Bar. in l.ex facto.in prin.per illum tex.ff.ad Treb.

b ¶Restringere. Adde Bart. in l. mouentium. ff. de verb. sign. & vide Bar.in consi. 15. in 1.volum.in nomine domini pater habens. in 1. col. & an vsufructuarius teneatur ad debita hæreditaria, vide Bar. in l. multum, quæ est l. vlti. ff. de vsufru.leg.

c ¶Dicit lex.No.pro rebus minorum non alienandis,an extendatur ad iura, & nomina debitorum.

BIU Cujas

tamen veritas est quòd vestes prætiosæ,& festiuę nõ sunt vxoris, nec videntur ei à viro donatæ, & sic non potest donatio per mortem confirmari. Cum enim videantur traditę ad vsum,vt magis ornata sit apud virum,vt l.mortis suæ.§.fi.ff.de donat.inter uirum & vxorem. & videtur not.per glo. in l.si vsufruct.§.fi. ad l.Falc. & hoc tangit Iacob.de Are. & alij Moder. in d.l.in his.§. 1. Tertiò quærit de fructibus, & fœtu pecudum boum,& equorum,vtrum pertineant ad dictam dominam, tanquam vsufructuariã, an verò ad hæredes. Ad quod respond. q̃ pertinent ad dictam dominam:saluo eo, q̃ eorum,quæ consistunt in grege, debeatur in locum mortuorum,vel inutilium ex fœtibus subiungi secundum formam.l. vetus.§.1.ff.de vsufr. Bar.à Saxoferrato legum doct.

CONSILIVM LXXXVIII.

1 *Frater non potest stipulari dotem sibi reddi quæ est de bonis fororis.*
2 *Frater si stipulatur dotem nomine fororis posset ipsa agere, vt liberet virum.*
3 *Frater stipulando dotem restitui, an in dubio præsumatur pro se, vel pro sorore.*

a Sepè de facto [a] contigit, qd̃ frater tradidit sororem suam nuptui,& dedit sibi de bonis paternis,siue de parte fororis dotẽ,& stipulatur à marito ipsius dotem sibi reddi, si soror sua p̃moriatur in matrimonio sine liberis,mulier ista decessit,& re liquit dotem marito: nunc frater agit actione ex stipulatu contra maritum: ma
1 ritus autem se tuetur. Quæritur an possit se tueri? Et † vr̃, q̃ possit,quia dos fuit de bonis ipsius mulieris, ergo frater sibi stipulari non potuit: qd̃ si fecit, dẽt sibi obstare exceptio,cum cui promisit maritus, p̃mittere non debuit, vt ff.de verb.obl.l.si quis cum aliter.C.de iur. & fac.ign.l. si non transactionis. ff.de p̃dict. ob causam.l. qui se. & de
2 cond.sine causa l.3. † Si autẽ dicas qd̃ frater stipulatus est
b nomine puellæ,& ego dico qd̃ puella posset [b] agere p̃ eũ, vt liberaret virum, si vellet.ff.de neg.gest.l.ignorante. de leg.2.l.cum pater.§.pr̃i.ff.manda.l.idemq́ue.§.si cui mandauero.de iure dot.l.si mulier.p quas leges patet,qd̃ si ignorante puella fecit,tenetur frater actione neg.gest.si sciente puella, tenetur mandati. Sed dicet aliquis qd̃ ipsa voluit hoc fieri aïo donandi, permittens vt stipularet, sed non p̃sumitur maximè in mulieribus,vt ff.ad Velleia.l.4. in fi.& si esset donatio,præsumitur cã mortis, quæ potuit voluntate p̃ria reuocari,vt ff.de dote præle.l. Seia.Nam si ipsa viueret, posset hoc velle, & posset hoc dare ei,qui in
3 locum eius succedit,vt ff.de reg.iu.l. qui in alterius. † Sed queritur,q̃d præsumatur in dubio,an qd̃ pro sorore fuerit stipulatus? Et certè verisimile est q̃ pro sorore, quia ad ipsam spectat,per prædictam.l. ignorante. ff. de neg. gest. Sed quid si frater dedit centum de suo? Rñdeo, si sua pecunia fuit causa, quia fecerit à puella sibi quittari patrimonium pro ista pecunia, vel etiam simpliciter, dico qd̃ ista pecunia est penès se, & ipsi puellæ videtur dedisse, ex quo fecerit totum ius suum ante sibi concedi; sicq́ue cõcessisse vr̃ hoc illi.cui se,& sua p̃cessit.ar.ff.manda.l.idemq́ue.§.fi. & l.seq. & de in rem verso.l. pater pro filia. Imo (qd̃ plus est) q̃a debitor erat hic puellæ ad dandum, & qd̃ promisi t,etiam veniebat, & sic promisit viro q̃ puellæ debebat,& non de suo promisit,& dedit,arg.ff.de reg.iur. l. non videtur velle, & de contratab.l. filium quem.1. respon.& de iu.do.l. stipulatio.in fi. quæ lex videtur determinare quæstionem istam, & vide quod no.ff. de iu.do.l. cum maritus.§.fi.Bar.

ADDITIONES.

a T.D. ¶Sæpe de facto.Adde quod istud consi.inueni in 5.vol.consi.& aliàs inci.frater sororem.

b ¶Puella posset.Adde Bar.in consi.127.in 1.uol.quidam fratres,& vide Bal.in consi.107.in 1.uol.Laurentius fuit confessus.& Petr.de Anch.in consil.21.inci.& circa istam quæst.

CONSILIVM LXXXIX.

1 *Damnum dare, est maleficium committere.*
2 *Statutum quòd stetur iuramento accusatoris, valet.*
3 *Accusator qui secũdum formam statuti iurat,qualiter debet iurare.*
4 *Iuramentum debet referri illi, qui scit, quando statur iuramento alterius.*

a Petrus [a] fuit accusatus per Fran. qd̃ intrauit hortũ dicti Fran.qui Petr.rñdendo accusationi negauit p̃tenta in accusatione prædicta. Et statuto cauetur qd̃ de introitu horti,& damno dato stetur iur̃o accusatoris,& illius qui se dixerit dñm,laboratorẽ, & fructuariũ, post quam rñsionem, & negationem,& in termino dato dicto accusatori ad probandum, accusator coram iudice, & ad delationem dicti dñi iudicis iurauit ad sancta Dei euangelia corporaliter manu tactis scripturis cõtenta in dicta eius accusatione fuisse vera,& dictum iur̃m pr̃ stitit
1 ſm formam dicti statuti p̃nte accusato prædicto, & p̃dicẽte, & dicente accusationem prædictam non esse legitimè probatam.Modò quæritur, quæ debeant esse partes iudi-
1 cis,in absoluendo,vel p̃demnando? † Damnum dare,seu intrare rem alienam est maleficiũ p̃mittere.l.fi. & ibi no. ff.de priua.delic.& est regula iuris ciuilis, & canonici qd̃ delicta debent plenè probari.l.sciant.C. de proba.quæ est canonizata in canone sciãt cuncti.2.q.8.& hoc est de iure cõi.Sed in casu p̃posito lex municipalis, & statuta ria aliter prouidet, videlicet, q̃ ipse accusator sit cũ iur̃o testis,
2 † dũ dicit, q̃ stetur iur̃o accusatoris,qd̃ vr̃ posse sic statui p̃ legem statuti, arg.l.Theopõpus.ff.de do.præl. Sed in hoc est aduertendum,qualiter dẽt p̃stari per accusatorem tale iur̃m cũ suũ iur̃m est hmõi maleficij probatio.Et sine dubitatione est tenendũ,q̃ accusator,q̃ ad probationem plenã iurat,dẽt taliter deponere,dicere,& iurare,quẽadmodũ
3 testis † deponere,& testificari deberet, videlicet tenẽ deponere p̃ sensum corporeum, p̃gruentem dicto eius,extrà de testib.c.cum cãm.& ibi p̃ Inno.& C.e.l.testium. q̃a scire, est rem p̃ causam cognoscere: cum ergo per accu-
b satorem [b] non sic dr̃, nec dixit se vidisse Petrum intrasse in horto,nulla est facta probatio dicti accusatoris:quia sic debet intelligi, qd̃ intrare viderit,vt testis tenebatur deponere. Nam qd̃ in locum alterius subrogatur,eius naturam sapere debet.l.si cum.§. qui iniuriarum.ff.si quis cau-
4 tio.Vbicunque.n.ad probationem statur iur̃o,dicitur † q̃ solùm illi est deferendum, qui scit, vt no.in.l. admonendi.ff.de iureiur. & in l.in bonæfidei.C.eod.tit. Ex quibus teneo, & indubitanter concludo Petrum fore absoluendum,accusatore non probante.C.de eden.l.qui accusare, & sic debet intelligi dictum statutum, vt accusator, sicut testis,&c.Et ita consulo ego Bar. à Saxofer.

ADDITIONES.

a T.D. ¶Petrus.Adde, qd̃ istud consilium est quotidianum in damnis datis, & idcircò est valde notandum. & licèt aliqui putent hmõi consilium non esse Bar. cum in 5.vol.antiquorum consiliorum diuersorum doctorum dicatur,& in l.admonendi,per Bar.de iureiur.ex quo non solet Bar.seipsum allegare nominatim, sed bene dicit,vt notaui.tamen in xx.vo.cons.est scriptum prout hic circa fi. ibi, & no.in d.l. admonendi.&c.& sic est verè consil.Bart.

b ¶Accusatorem.Sed contra hoc arguitur,quia testis deponendo non tenetur reddere causam vel rationem dicti sui,nisi interrogatus,secundum gl.sing.in l. solam.C. de testi.& eam sequuntur ibi Bar.& omnes doc. Sicut ergo si testamentis testificaretur verum esse, q̃ Titius intrauit in hortum,hoc certè probaretur,licet nõ dicat, quia uidit: sic probat accusator, licèt non dicat, quia vidit, quia non est de hoc interrogatus, nec à lege,nec à iudice,ergo,&c. pro hoc etiam facit ratio motiua statuta statuentium, quia nulla alia fuit, aut uerisimiliter esse potest, quare sic statuentes ordinauerint,nisi quia difficillima est damnorum probatio,quoniã vt plurimum secretè & clàm, aut occultè fiunt, & ideo uidetur fuisse intentio statuentium, quòd etiam si accusator non uiderit, tamen eius iuramento credatur, cum possit esse credens per alias coniecturas, & nemo præsumitur deierare, & immemor salutis æternę.ut l.fi.C. ad l. Iul. rep.hoc præsertim obtinet, ubi in statuto esset expressa ratio motiua, ut est in statutis damnorum datorum Italiæ, ubi quæritur,cogita.

CONSILIVM XC.

1 *Accusatio de damno dato non datur, nisi domino.*
2 *Commune quod est, meum est, intelligitur fictè,& impropriè, & sic non habet locum in statuto.*
3 *Minor non potest accusare sine curatore,& tutore.*
4 *Tutor an possit accusare nomine pupilli.*

Frater an põt accusare de damno dato in re cõi cũ eius fratre.Item,an minor accusare possit si
1 ne curatore.In noïe Dñi nostri Iesu Christi,amen.† Accusatio de damno dato non dicitur dari,nisi domino rei, in qua est damnum datum.ff.ad l.Aquil.l. item Mela. §. legis autem Aquiliæ.& l.ob id quod, & non potest propriè di-
2 cere suum, q̃ commune est. † Nam vbicunque reperitur dictum, quod commune est, meum est,intelligitur fictè, & impropriè.ff.de rit.nup.l.illud.& not. de reg.iur.l.id qd̃ nostrum.Et quando statuta loquuntur de domino accusante,debent intelligi propriè,& non impropriè in verbis suis.not.ff.de neg. gest.l.3. §. hæc verba.vnde de vero domino non de ficto, vel præsumpto intelligi oportet. Nam aliud est esse talem, & haberi pro tali, & esse dominum, & haberi seu fingi pro domino.l.mercis.ff. de ver. signifi. Ex quibus patet, quòd non potest frater tanquam dominus rei accusare te, & pro re communi fratri suo, nisi dispositio statuti loquentis de domino potest in eo locum vendicare, & accusatio admittatur. Similiter di-
3 co, quòd minor 15.annis in ciuili causa, vel criminali † in iudicio stare non potest sine tutore, vel curatore, vt l.clarum.C.de auth.p̃st.& Spec.hoc examinat per vnam co.in tit.de acto. in prin. & sic sine authoritate curatoris

cura-

BIU Cujas

accusare non potest, facit. Institu.de curato.§.item inui-
a ti.Sciendum [a] tamen est, quòd tutor,vel curator tutorio,
4 vel curatorio nomine pupilli, vel adulti † accusare non
potest.l.2.C.qui acc.nō pos.& hoc tenet.Spe.ī ti.de accus.
§.1.versi. item ꝙ est tutor.lib.3.& glo.& doct.ponunt in l.
Polla.C.de his quibus, vt indig.& Richar.in l.1.in fi.ff. de
accu.determinat hanc quæstionem. & in fi.procedit per
viam consilij, &c. Ex quibus apertè patet ꝙ est necesse,ꝙ
ipse adultus accuset authoritate curatoris, & aliter accu-
satio fieri non potest.Bar.

ADDITIO.

a T.D.¶Sciendum. Adde Bar.in l.2.in fi.ff.de accu. & in l.Polla.C. de his quibus vt indig.vbi Ias.in ult.col.dicit ꝙ hoc est communis opin. ꝙ tutor criminaliter agendo potest accusare nomine pupilli.

CONSILIVM XCI.

1 *Condemnatio ex contumacia afficit hæredem, si fiat lit. contesta. & se quatur condemnatio.*

2 *Absens potiùs condemnatur ex contumacia, quàm ex delicto.*

a **Factum** tale proponitur, [a] videlicet qd̄ quidam fuit condemna tus pro maleficio in ꝯtu macia in certa quantitate pecuniæ, qui ꝯdemnatus post dictam snīam decessit relicto filio, & hīde. Quæritur modò nunquid dicta snīa possit mandari executioni ꝯtra dictum filium,& eius bona? Et in qōne prædicta proculdubio est de iure dicendum,ꝙ si officialis processerit ꝯ dictū condemnatum criminaliter,& reum ex contumacia condemnauit, ꝙ huiusmodi condemnatio ex contumacia facta nō afficit hęredem in persona,vel rebus. Nā ita demū
1 †criminalis condemnatio transit ad hæredem,si fiat lit.cō testa. & sequatur condemnatio, vt probatur.ff.de accu.l. ex iudiciorum. Duo nanque exiguntur, vt condemnatio hīdem afficiat, litis ꝯtestatio, & sequatur condemnatio. d.l.ex iudiciorum. Et quotiescunque requiruntur duo ad inducendum vnum effectum copulatiuè,requiritur vtrūque concurrere,nec sufficit alterū existere.l.si hæredi plures.ff.de condi. insti.ff.de itin.actuque priua.l.3.§.hoc aūt. versi. itaque qui hoc interdicto. & ff.de verb.obl.l. si quis
2 ita.†Prætereà, absens damnatur potiùs propter contuma ciam,quàm propter delictum.vt l.qui repudiantis.in fi.ff. de inof.test.ff.de euictio.l. fundo. ff. de appel.l. si perlusorio.§.quoties. Item dicta snīa,& ꝯdemnatio est prescripta spatio tpis 25. ann.ex forma statu. ciuitatis Senarum,quæ præscriptio currit ꝯ cōe, cum sustineat vicem priuati,vt ff.de ver.sign.l.eum,q-vectig. Et verè posset dici, qd̄ cum hīetur loco Reip.tunc obstaret præscriptio xxx.ann.ff.de diuer.& temp. præscriptio.l.in oibus.§.1. cum si.Bart.

ADDITIO.

a T.D.¶Factum tale proponitur. Adde qd̄ Bar. contrarium de directo tenet in l. ex iudiciorum. in ver.quæro, pone.ff. de accu. & ibi uide plenam apost.d. Ale. in hac materia.

CONSILIVM XCII.

1 *Verba,domina,& vsufructuaria, secundum propriam significationē intelliguntur domina, vel vsufructuaria.*

2 *Vxor,quæ relicta est domina, & vsufructuaria de cōsuetudine,debet habere alimenta.*

3 *Hæredes si sunt extranei pro parte,& filij pro parte,quid debeat habere vxor.*

a **Quidam** Petrus [a] Mat.de Perusi.in suo testamē to filiam suam hīedē instituit ex certa parte,& pauperes Chīi vłes hīdes instituit ex residuo, ēt suam vxorem dn̄am & vsufructuariam. oīum bonorū suorum reliquit.quæritur quid dēat hīe ista vxor? In qōne
1 nīa dubium facit,†qa fm̄ verborū propriam significationem per illa verba, dn̄a & vsufructuaria,intelligitur legatum alternatiuè,dn̄am,vel vsufructuariā fuisse.l.Titio fundus. ff.de vsufr. leg.& no. per Dy.ff.de leg.2.l. Titia.§.fi.&
2 per Cy.in l.vnic.C.si sec. nup.mul.†tn̄ de cōsuetudine ista verba interpretata sunt qd̄ hēat alimenta, sicut hēbat in vita viri,& hoc verum, liberis eius institutis,secus si instituti extraneis, vt no.per glo. in ver. derogari.in l.vnica. C.si sec.nupt.muli.Cum ergo in qōne nostra liberi sint instituti pro parte, & pro parte extranei, quęritur qd iuris? Tamen videtur qd̄ ex eo qd̄ dicit dominam, non videat̄ reliquisse dominium; sed magis quandam præeminentiā in domo,sicut tēpore defuncti viri habebat.l.2.ff.re. amo. Et sic non dicatur propriè dn̄a,vt ff.de publi.l.cum si exhibuissent.§.qd̄ ait. & ibi per Iac.de Are.de verb.sig.l.pronū ciatio.§.pater.Et ista videtur mens testōris, quæ dēt prędualere.l.in condōnibus.ff.de cond.& dem.sed ex eo,qd̄ dicit vsufructuariam,vī tenere Odof.qd̄ hēt plenum vsumfructum.vt recitat Spe.in tit. qui fil.sint legit.§.1.ver.quid si quis ita dixit.Sed ego dico, qd̄ in qōne proposita stan-
3 dum est consuetudini scriptæ, in d.l.1.C. si sec.nup. mu. † pro ea parte, in qua instituta est filia ad percipiendum de fructib. tanquam pro alimentis, pro illa parte:pro ea verò parte,pro qua sunt instituti hæredes extranei, hoc est pauperes,dico,qd̄ si proprietas est tantæ æstimationis qd̄ sufficiat ad Falcid.debitam pauperibus institutis,dicta mulier debet hīe integrum vsumfructum, vt l.omnium.ff.de vsufr.& ff.de vsufr.leg.l.vxori meæ,& ibi not.Nec ob.consuetudo quòd interpretetur liberis institutis, habeat alimenta tantùm: quia concedo qd̄ cum dicta interpretatio sit ꝯius cōe fauore filiorum,eatenus standum est dictę interpretationi, quatenus fauor filiorum hoc requirit, & non vltra,& sic ad extraneos non porrigitur. probatur de man.test.l.si ita scriptum. vbi eatenus, quatenus respicit fauorem libertatis, stamus illi interpretationi,& non vltrà. Probatur optimè.C. de test.l. hac consultissima.§. ex imperfecto.C.commu.vtriusi.iud.in l.fi.& ita de facto obtentum est.Bar.

ADDITIO.

a T.D.¶Quidam Petrus. Adde quòd hoc consilium inueni in x.lib.consil. diuersorum doct.& no.istud consi.de ea, quæ domina & vsufructuaria est relicta institutis pro medietate pauperibus Christi, & pro alia filia, quæ debet habere, & vide Bar.in consil 161. in j.vol.Nicolaus ser Amati, & ibi scripsi,& Bar.in l.Titia.§.fi. ff.de leg.2.in versi.ꝯone quòd si testator. & Ange.de Are. in suo tract. de test. in ver.item reliquit d.B. eius vxorem. Et prædicta extende ꝙ si extarent pater, mater,& alij ascendētes,mulier debet habere alimenta,ac si extarent filij,vide Pe.de Anch.in consi.239.inci.quia primo quæsito.

CONSILIVM. XCIII.

1 *Pactum quando est factum ꝙ vir lucretur dotem in omnem casum, quo matrimonium solueret, quomodo intelligatur,& an præiudicet vxori.num. 2.*

3 *Iuramentum non extenditur ad ea,ad quæ non extenditur conditio.*

4 *Iuramentum vnius sicut pactum,non nocet alteri.*

Ioannes maritauit suam sororem,& dedit sibi in dotem centum,& pepigit cum viro di-
1 ctæ suæ sororis,†vt qūocunq; solueretut matrimoniū,dos dr̄et remanere penes virum, vel eius successorem. Deinde ꝯctum est mr̄imonium, & iste Ioannes soluit partem dotis,& aliam partē promisit:deinde tractu tpis mortuus est vir huius sororis,vnde q̄ritur vtrum do.Io. qui iurauit non venire ꝯ prædicta,possit repetere dotem non obstante pacto prædicto.Item vtrum d. soror possit repetere dotē suam,nō obstante pacto facto p Io.fratrē suū? In qōne prædicta primò videndum est vtrū actio competat d. dn̄æ non obstante pacto.Ad qd̄ dico,qd̄ sic:quia dicta verba,ꝙ in omne casum dotis restituendæ sit casus dotis restituendæ,quouis sit, non referuntur ad casum quando mr̄imonium soluitur morte viri, superstite vxore, & si expressè
2 ad illum referas,†non valet,vt ff.de pac.do.l.2.ff.de do.p̄l. l.1.in prin.Et hoc hēt locum siue mulier ipsa det dotem, siue paciscat̄, siue quiuis alius,vt dictis iurib.quę gn̄aliter loquunt̄, & hoc est expressè de pac. dot.l quamuis. licet glo. ibi videat̄ aliqualem lītationem facere, vt Azo dicit in summa,pactum gn̄ale est improbatum,hoc tenet ēt Ia. de Are.vt ibi dicit Cyn. hoc tenet Odof.ltē sup hoc alio puncto dico qd̄ do.Io.non paratur exceptio,quia licet hę redes viri teneant̄ restituere illud,qd̄ exigeret̄, tn̄ dnt restituere alij,non illi,à quo petitur, casus est.ff.sol.mat.l.si socer.§. Lucius. Dico tn̄ qd̄ si dicta mulier liberat hīdem.d. sui viri, qd̄ tcū Io.posset ex liberatione facta à d.muliere, ad quam finaliter debent venire, opponere,vt ff. de doli exce.l.apud Celsum.§.mandaui.ff. de pac.l. si cū emptore.
3 §.fi.†Nec obst. ꝙ in d. instr̄o fuit iuratum, quia iur̄m non
a extenditur ad ea,ad quæ non extenditur conditio,[a] l.fi.C.
4 de non nu.pec.& l.fi.ff.qui satisd.cog.†Prætereà,posito,ꝙ fuisset expressum,istud pactum non nocet dictæ dominæ, quia pactum vnius nō nocet alteri,nec iur̄m,vt ff.de pac. dot.l.1. & ff.de iureiur.l. nam & postea.§. fi.Bar.

ADDITIO.

a T.D.¶Conditio. Adde Bar.in cons. 162.in 1.vol.in Dei nomine, in q.prædicta,& ibi scripsi in addit.quas poteris videre.

CONSILIVM XCIIII.

1 *Statutum requirens præsentiam consanguineorum, si est minor consanguineus patris sufficit.*

Statuto cauetur,ꝙ minor 25.an.non possit vende re,nec alienare,nec se obligare sine p̄tia & ꝯsensu duorum proximiorum consanguineorū masculorū,& si aliter fieret,ꝯctus sit nullus,uel non valeat quoquomō.modò dn̄a Berta minor.25. ann.maior tamen.18. vendidit,& se obligauit cum consensu & præsentia duorum consanguineorum,quorum vnus erat minor 25. an.
1 maior verò 16.alter verò erat maior 25.Modò † quæritur,

nun-

nunquid ualeat talis ℨctus ? Videtur de iure dicendum ꝙ ꝑdicti cõtractus valeant,& teneãt, nec ad prædicta obstat minor ætas dicti promixioris cõsanguinei consentientis, & interuenientis. Primò,quia in his, quæ sunt de sui natura de genere promissorum nullo iure prohibita, semper in dubio intelliguntur permissa, vt l.nec non.§. si qd eis.ff.ex quibus.cau.ma.& l.ab ea parte.ff.de proba.Sed authoritatem,& consensum interuenire, non est de gñe ꝓhibitorum ,ideò eius interuentus in dubio intelligitur esse permissus.Secundò probatur sic.Licet minor.25.ann. proximior,qui interuenit,ex quo tñ erat ann. 16.& sic doli capax, & intellectum habens , omnia extra iudicium agere potest,& ℨhere,& alia gerere, licet si læsionem patiatur,aduersus illa possit restõnem petere,& sic loquitur l.pupillus.de reg.iur.Cum igitur nihil de sui læsione doceri possit,nec aliquid ad sui damnum , & læsionem redundans , meritò talis interuentus, & talis authoritatis præ-
a statio, de iure valebit.[a] Cum.n.in tali ætate lex ad omnia quantumcunqre solemnia eum idoneum reputat,vt ff.de testa.l.qua ętate.præter quàm in alienatione immobiliũ, quæ seruari poterunt.l.lex quæ tutores.C.de admi.tut.meritò quo ad ea, ad quæ eius persona oon reputatur inhabilis , valere debent ea quæ pro eo geruntut. Nec ob. ꝙ ipse minor prædictus non possit ipse absolutè sine restitutionis in integ. perfectos contractus inire , quia nec per tales actus præstationis authoritatis ℨctus videtur inire qm̃ aliud est principaliter quid inire,aliud est eius authoritatem vel consensum præstare,vt est casus; aliud est vẽdere,aliud venditioni consentire ff.de reg.iu.l.aliud.& ꝓbatur in l.quidam.ff. de euictio. Igitur ex præmissis concludo præfatos contractus valere. Bar. à Saxofer. legum doctor.

ADDITIO.

a T.D. ¶Valebit.No. istud consi. Bar.ꝙ si statutum requirit pñtiam consanguineorum sufficit si consanguineus sit minor , adde Bal. in l.in coniunctione.in fin.C. de nup.qui idem tenet, ex quo statutum non distinguit circa ætatem.per l. si pater.ff. de manu. vin.facit qd̃ no. Lud.Ro.in l.quæsitũ. de in ius voc.& ibi plenè per Alex.

CONSILIVM XCV.

1 *Iurisdictio,si datur cum forma, vel determinatione, seruanda est, & excedi non debet.*

2 *Incompetentia iudicis,post litis contestationem potest opponi.si superuenit de nouo.*

3 *Iudex non potest procedere ad tormenta,nisi assignet terminum partibus ad reprobandum testes.*

4 *Quando assignatur à statuto tempus,vel terminus ad decisionem causarum,prorogari non potest.*

Punctus quæstionis talis est,Statuto cauetur, ꝙ Potestas possit cognoscere de maleficijs commissis tempore sui regiminis , & antè per duos menses,& quòd faciat cõdemnationes criminales intra mensem:& si contra factum fuerit,non tenεat,&c.Modò potestas processit contra aliquem per inquisitionem de maleficijs commissis vltra dictum tempus.Item lis contestata fuit,nec fuit oppositum ante litis contest.ꝙ potestas non poterat inquirere obstante statuto. Item contra talem inquisitum recepti sunt testes,& ante publicationẽ processit ad tormenta , qui fuit confessus,& perseuerauit in confessione , quare potestas processit ad ꝑdemnationem,etiam transacto mense, à qua extitit appellatum, & petitum fuit sententiam pronunciari nullam, vel iniquã:
a quæritur quid iuris sit? Et super primo [a] puncto quæstionis videtur dicendum , ꝙ dicta sententia fuerit nulla , eo quòd non fuit facta secundum determinationem statuti , cum maleficium,de quo actum fuit,commissum est extra
1 tempora prædicta.† Nam quandocunque cum forma,vel determinatione datur iurisdictio , illa seruanda est, & extendi non debet, vt extrà de offi. deleg.c.de causis, & qd̃ ibi not.& de rescri.c.cum dilecta.1.& ff. ad muni.l.constitutionibus, & ff.de mil.test.l.qd̃ constitutum.& est tex.de
2 pri.cre.l.1.ibi,irrita erit, &c. Super † scdo puncto non vr̃ obstare qd̃ non opposuit de incompetentia iudicis ante litem cõtestatam, quia nihilominus proponi potest post litem contestatam,si de nouo perueniat ad eum causa scientię incompetentiæ iudicis , qd̃ de hac non constat, sicut dicit Inno.de offi.deleg.c. prudentiam.in glo. magna ver. fatemur tamen ꝙ,&c.Super tertio ꝙ reperitur hunc positum in tormentis ante publicationem testium, dico qd̃ fieri non debuit talibus rationibus. Primò,quia iudex debuit interloqui hominem esse torquendum ex dictis testibus;sed de consuetudine non seruatur propter arbitria, quæ dantur, vt ff.de app.reci.l.2.no. glo.ibi posita in
3 ver.quæstionem. † Fortior ratio fortè est, quia iudex debuit partibus assignare terminum ad reprobãdum testes , ita ꝙ ex dictis testium reprobatis nõ ponitur quis in tormentis,vt extrà,de prob.c.licèt.& no, Inno.in c.præsen-
a T.D.¶Debuit peti.No.illud consilium in materia damni dati, cui adde ꝙ no. Antò. de Ale.doc.Neap.in l.qui accusare. C. de edē. quòd statutis disponentibus, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi: cum ista probatio sit irregularis, requiritur quòd ille damnum passus, qui vult iurare, sit omni exceptione maior, & sequitur Ias.in rep.l.admonendi.ff.de iureiu.vbi vide Bar.in consi.93. 3. eo. vol. incip. Pe.vbi voluit, quòd ille qui debuit iurare, debet iurare & deponere vt testis.

CONSILIVM CXIII.

1 *Confessio parte absente facta ad liberationem probandam an valeat.*
2 *Confessio facta præsente fideiussore non dicitur facta absente parte.*
3 *Notarius potest conficere instrumentum, quando est rogatus ab vna parte, si instrumentum est gratia vnius confectum.*
4 *Notarij duo possunt rogari de vno instrumento de consensu partium.*

In primis est videndum, an confessio facta absente parte ad probandum liberationem, valeat. Secundò, an dicatur facta absente parte, si fit præsente fideiussore? Venio ad primum. Dicunt quidam, qđ non valet parte absente. Nam confessio requirit præ-
a sentiam partis [a] aduersæ, & sic pactum, vt ff.de confes.l.certum.§.si quis absente. no.C.de confessis.l.vnica.ff. de pac. l.idem in duobus.facit.ff.de lib.leg.l.Aurelius.in fi.nisi talis confessio sit transmissa per nuncium, siue epistolam. ff.
1 depos.l.Publia.§.fi.ff.de do.l.nuda. † Contrarium videtur verum, quòd talis confessio valeat ad meram probationem, licet sit facta absente aduersario, vt in authen.de testibus.§.licet.& hæc parit exceptionem.vt no.per gloss.& doc.l.non solum.§.liberationis verba. ff.de lib.leg.licet pactum non valeat absente alia parte, nisi interueniat nuncius, vel epistola; quia pactum est contractus, sed confessio non. ff. de act.& obl. l. contraxisse. & no. C. de sacrosanct. eccl.l.illud ff.de accepti.l.si acceptolatum.§.fina. Facit quod no.ff.de nego. gest. l.Pomp.scribit.& de Carb. edict. l.quæritur. & extrà, de succe. ab inte. ca. fi. Secundò dicendum est, quod quantum ad effectum aliquid inducendi, vel disponendi, non valet inter absentes, nisi dispositio pendeat ex voluntate vnius tantum, vt ratificatio, vel improbatio. vt d.l.Pomponius. Sed quantum ad finem probandi fictam solutionem, & repellendi contrariam fictionem, valet. vt d. §. licet. quicquid dicat Per. C. de non nume.pecun. l. generaliter. Super secun-
dò puncto dico, quòd non dicitur facta absente parte si
2 est facta † præsente fideiussore, [b] cum per fideiussorem
b prosit reo exceptio doli: casus est in d.l. idem in duobus. §. fin. Sed an instrumentum confectum de dicta confessione valeat? Et videtur, quòd non: quia tabellio debet esse rogatus ab vtraque parte, vt in authen. de tabel.§.nos autem; sed hic non fuit rogatus nisi à fideiussore: ergo
3 non tenet instrumentum. † Solutio, quando actus celebratur gratia vtriusque, tunc oportet, quòd sit rogatus tabellio ab vtroque: sed quando fit gratia vnius tantùm, & in fauorem vnius tm, tunc sufficit quòd sit rogatus ab illo, vt ibi no. Vnde quia dicta cōfessio fuit in fauorem vnius patris tantùm, sufficit ab illa rogatum tabellionem, & te-
4 stem: nam idem in testibus dico. † Vlterius, quando duo notarij fuerint rogati insimul de eodem contractu, isti
c conficiunt diuersa instrumenta, [c] an talibus instrumentis credatur? Respon. si ex tali variatione vterque notarius est in sua scriptura singularis, neutri creditur. Nam licet vni notario creditur, verū est, nisi partes adhibuerint plures notarios ad actum, in auth.de hær.& Falc.§. si verò absunt.& ar.ff.de off.procō. l. 2. Item scripturæ variæ in substātia, vel effectu, de quo quæstio vertitur super eadem re, sibi inuicem derogant, vnde facit.C.de fid.inst.l.scripturę. & qđ no.in c.cum Ioan.Ereni.de fi.instr.Bar. à Saxofer.

ADDITIONES.

a Tho. ¶ Præsentiam partis. Adde Bar. in l.tale pactum.in prin. ff.de pac. & ibi plenè per Ias.& ibi vide regulam cum pluribus limitationibus.

b ¶ Præsente fideiussore.No.ꝙ dicit Bar.hic.adde, ꝙ & in causis, in quibus proceditur summarie, sola facti veritate inspecta, non curatur præsentia partis, vt plenè p Ale. de Imo.in consi.114.in 6.vol.

c Tho. ¶Instrumenta: Vide no.per Io.And.in repe. c.quoniam contra falsam. in ver. conscribūt.de proba.& vide Bal.consi.inci.notarius secundum rogatum.vbi vult, ꝙ si duo notarij essent insimul rogati, tunc vnius subscriptio faceret instrumentum va-
lere, quia quilibet insolidum uidetur rogatus, per l.si quis ex argen. §. ij. ff. de eden. secus secundum ipsum, quando forma rogitus hoc non patitur: quia actum est, ꝙ uuà, & semel subscribere debeāt; vñ unius subscrlptio nō ualet, arg.l.1.§.si plures.ff de exercit.cum forma non sit seruata.

CONSILIVM CXIIII.

1 *Iudex dando terminum pro prima dilatione, an importet, quòd det secundum.*
2 *Iuramentum ratione impedimenti non præstatur procuratori, sed domino.*
3 *Iuramentum debet à parte, vel à iudice deferri, aliàs est ipso iure nullum.*

a Quæstio talis [a] ponit: † Occurrit ꝙ tpe dila-
1 tionis dandæ in iudicio parti, iudex dixit, do terminū quinq; dierum pro prima dilatione, ex eo enim quòd dixit pro prima, vī innuere se daturum secundam, cum primum dicatur, & denoter ordinem, & gradum ad secundum.ff.de iud.l.si quis instituatur ex parte. contrarium puto verum: nam hæc verba hoc important, ꝙ iudex dabit secundam: si in prima fuerit legitimè impeditus, vt sic verba intelligantur secundum naturam negotij, super quo proferuntur. l. damni infecti. quidam.ff.de dam.infec. & de vsur.l.si stipulatus. cum si. Pro quo facit, quia iudex non posset facere, si vellet, contra formam l.fi.ff.de fer.vt statim dicam: sed ex eo ꝙ iudex non debuerit dare secundam dilationem, dubitari potest si eā dat, an nulla datio est nulla ipso iure, an veniat rescindenda per ipsum, vel per superiorem? Et dico concessionem ipso iure nullam, quando fit sine causæ cognitione, per tex.d.l.fi. ibi dum dicit, in pecuniarijs causis omnibus dilatio plus quàm semel tribui non potest: nam verbum potest, positum cum negatione necessitatem importat, vt ff. de fur.l.non potest. extrà, de regu.iur. c.1. lib. 6. & ibi per Ioan.Andr. videtur enim factum lege prohibente.& sic est ipso iure nullum. vt l.non dubium.C.de legib. Sed huic videtur obstare qđ no.Inno.extrà, de testi.c.in causis. sed ibi non loquitur de secunda dilatione, sed de tertia, & quarta productione, quæ potest fieri in eadem dilatione, vt dicit glo.in d.l. in pecuniarijs. Concludo ergo ꝙ datio secundæ dilationis, siue causæ cognitione non valet. Sed quid, si data est dilatio prima, & datum est iuramentum procuratori iuranti se impeditum iusta causa, &c. an dictum iuramentū potuerit dari dicto procuratori? Ad hoc esset videndum cui esset data prima dilatio: qđ in puncto nō exprimitur. Si enim fuisset data principali, vel alteri procura-
2 tori, † tūc sine dubio dicta præstatio iuramenti, nō esset sufficiens probatio impedimenti. Nam cum credatur domino, debet probare dominus, & iurare, cuius nomine agit, & dicitur fuisse impedimentum domini nō procuratoris, vt l.qui bona.§.qui alieno.ff. de dam.infec. quia dominus potuit impediri per causam obuenientem sibi, vel in persona procuratoris, vt l. cum à matribus C. qui pe. tut. Sed pone, ꝙ terminus esset datus ipsi procuratori: tunc etiam dicti iuramenti præstatio non esset sufficiens probatio ꝓpter plura. Primò, quia dictus procurator asseruit se esse impeditum, nec dixit quo impedimento, vt in casu fortuito, vel facto tertij hominis, vel quomodo: potuit.n. impediri facto tertij hominis: sic non daremus sibi, nec dari debet secunda dilatio, sed contra illum qui impediuit, debet habere regressum, vt ff.de eo per quem factum est, per totum, & maximè per legem finalem. Item cum petitio dictæ dilationis ex causa impedimenti contineat quandam restitutionem: sed ille qui incoloratè, sine causæ expressione hoc petit, non debet audiri, vt ff.de minoribus.l.minor autem magistratus.§.1.Præterea, licet casus fortuitus quandoque probari potest per iuramentum, vt l.fi.C.de fi.instr, quandoque debet probari plenius, vt l.qui commeatus. in prin.ff.de re mil. Debuit enim in dicto iuramento exprimi, quis fuit casus fortuitus, & per quem fuit impeditus, quod si non fecerit apparet non esse probatum. Præterea iuramentum istud, licet à procuratore fuerit præstitum, non fuit à iudice, † vel à parte delatum. & sic
3 non releuat eum qui iurauit.ff. de in litem. iur. l. videamus, §. deferre. & hoc videtur velle Ioann. Andr. in d. capit. vltrà tertiam. extrà de testi. super verbo, præstito. Apparet ergo dictam dationem secundæ dilationis ipso iure nullam. Ex hoc sequitur, quòd pars aduersa, quæ contradixit

ADDITIO.

a Th.D.¶Quæstio talis. Istud consilium inueni in 13.uol.consi.diuer.doc. Et.adde, ꝙ Bar.idem consuluit in consi.107.in 1.uol.incip.in quæstione prædicta.ubi quasi sunt eadem uerba.& ibi plenè scripsi in addi.

BIU Cujas

tradixit,& reclamauit,fuit grauata; grauatur enim per interlocutoriam,quæ est ipso iure nulla saltem de facto, ita quòd appellatio ab hoc grauamine causam ad superiorem deuoluit.vt extrà,de ap.c.dilectus.&c.vt debitus.&ibi per Io.And.Bar.

CONSILIVM CXV.

1 *Captus vigore statuti,qui non potest relaxari,nisi soluat, an possit cedere bonis.*

2 *Beneficio cessionis bonorum nec potest renunciari.*

a 1 Captus [a] pro debito iudicis mandato † vigore pacti in contractu appositi,necnon secũdum formam statuti dicentis quòd ad petitionem creditoris iudex debitorem faciat capi, & in carceribus detineri, vsque ad integralem satisfactionem, cessit bonis debitor creditore inuito. Quæritur vtrum debeat à carceribus relaxari? & videtur ꝙ non, quia prouisio creditoris auferri sibi non debet, licet prouisio legis possit tolli. l. assiduis. C.qui potio.in pig. habean.& melius in l. si quis in bello. ff.de cap.l.vtrum.in fi.cum l.seq.de peti.hære. Sed in proposito est huiusmodi,quia sibi per pactum prouidit, vt dicitur in themate:ergo sibi per legem non debet auferri beneficium à lege non datum.Secundò,debitor apponendo pactum bñficio legis contrariũ præiudicat sibi in bñficio legis C.de aboli.l.1.igitur vt pactũ aliqd operetur, sibi ꝓiudicat. Tertiò,ius tollens,& sublatum,est proprium ciuitatis,vt patet de se ex themate, ergo ius commune non tollet principale,nisi expressè aliter disponatur. Quartò,quia dictum statutum esset delusorium, nam idem est dispositũ per legem,scilicet,ꝙ debitor possit capi,scilicet discussione bonorum facta.l.à diuo Pio.§.1.ff.de re iud. In contra-
2 rium est veritas,tum † quia beneficio cessionis bonorum renuntiari non potest,vt tenet Cy.qui bo.ced.pos.l.1.&ibi vide. tum qa ius municipale restringit ad ius cõe.l.2.C. de noxa.tum quia pactum fuit appositum secũdum formam legis.vt l.quæro.§.inter locatorem.ff. loca. & l. non rectè. C.de fideiussoribus. Item quia condemnatus potest carcerari;& tamen habet beneficium cessionis propter quod à carceribus relaxatur:ergo idem si teneatur ex pacto. Item statutum, & pactum cum loquitur de debitore, intelligitur de efficace, sed si cessit bonis non est efficax debitor; igitur &c.Bar.à Saxoferrato.

ADDITIO.

a Th.D.Captus.Istud consilium inueni in 13.vol.consi.110.diuer.doc. Et adde quòd contrarium in terminis statuti tenet Ang.in l.alia.§.eleganter.ff.sol.mat. & in l.nemo carcerem.ad fin.C.de exac.trib.l.10.& in Lis qui.C.qui bon.ced.pos. tamen Bal. in l.1.C.qui bo.ced.pos.tenet opi. quam tenet Bar. hic. & sequitur Pet. de Anch. in c.canonum statuta.in ver.quæritur, aliquæ quæstiones. de consti. facit quod in sim. no.Bald.in l.terminato.C.de fruc.& lit.exp.vide tamen Ale.in d.l.alia.§.eleganter. qui aliter tenet:tamen Bar.hic mouetur alijs rationib.quibus non respondet.d.Ale.

CONSILIVM CXVI.

a Continetur [a] in statuto,ꝙ si damnum datum fuerit in aliqua parochia,seu villa, & non reperiatur malefactor, ꝙ vicini proximiores in nu.20.teneantur emendare damnum illi, cuius possessio est damnificata ad æstimationem damni dati. Quæritur, nunqd ipse,cuius est possessio teneatur pro se contribuere? Et videtur ꝙ sic,vt l.ab omnibus.§.si Titio. ff. de leg.1. & facit etiam l.qui hæredi.§.Plautius.ff.de cond.& dem.& l.1.& l.2.ff.ad l.Rho.de iactu.secũdum Dy. Idem tenet Iac. de Are.in l.amicissimos.§.Luc.ff.de excu.tu.& Spec. in ti. de censi.§.nunc dicendum.Bar.à Saxofer.

ADDITIO.

a Tho.¶ Continetur.Istud consilium inueni in 13.vol.consi.diuer. doc. & adde ad dicta per Bar.hic ea quæ ponit D.Nic.de Neap.in l.amicissimos.§.Lu.ff.de excu.tut.& per Bald.in l.si laborante.in princ.ff. ad l.Rho.de iactu.vbi tenet id, quod dicit Bar. hic:& respondit, ꝙ pro expensis factis cum villa non tenetur contribuere.vide doc. in l.ab omnibus.§.si Titio.ff.de leg.1.

BIU Cujas

INCIPIVNT QVAESTIONES AVREÆ DISPVTATÆ PER BARTOLVM A SAXOFERRATO.

QVAESTIO PRIMA.

1 *Non bannitus faciens pacem cum bannito, & promittens non offendere, si postea ipsum bannitum occidat, an incidat in pœnam statuti, & stipulatio pœnalis committatur: an verò iuuetur beneficio statuti permittentis bannitum posse impunè occidi. & nu. 13. & 22.*

2 *Bannitus nostri temporis æquiparatur deportatis. & nu. 15. vbi quòd non, & ita communiter tenetur.*

3 *Obligationes quæ principaliter respiciunt vitam, cadunt in personam deportati, & in personam damnati in metallum.*

4 *Renunciatio iuris respicientis publicam, & priuatam vtilitatem mixtim, valet respectu priuatæ.*

5 *Facultas concessa pluribus de iure publico, licet pacto non tollatur, tollitur tamen quantum ad promittentem.*

6 *Bannitus æquiparatur excommunicato. & nu. 17. vbi ꝙ non per omnia. & quòd de vno ad alium argui non potest.*
Bannitus quòd possit contrahere sicut excommunicatus.

7 *Duo specialia non possunt circa idem concurrere principaliter, sed vnum in consequentiam alterius sic. nu. 35.*

8 *Ius inductum principaliter in odium alterius, Item ius principaliter inductum ob publicam vtilitatem pacto priuatorum non tollitur.*
Statutum, ꝙ liceat bannitum offendere, dicitur inductum principaliter in odium bannitorum. Item fauore reipublicæ.

9 *Bannitus post pacem factam licitè potest offendi, non obstante pace vigore statuti.*

10 *Homicidiarijs, & delinquentibus in grauioribus non est danda fiducia: & si datur, non est seruanda.*

11 *Damnatus ad mortem statim efficitur seruus pœnæ, si est damnatus in præsentia: secus si in absentia. nu. 14.*

12 *Iudex non potest facere per sententiam, ꝙ bannitus qui ex forma statuti offendi poterat, non offendatur.*

16 *Bannitus non æquiparatur relegato.*
Bannitus per contumaciam non est infamis, & nu. 15.

18 *Bannitus qui ex forma statuti licitè potest occidi, quòd possit dici transfuga, & hostis ciuitatis.*

19 *Quælibet ciuitas potest habere hostes.*

20 *Bannitus nostri temporis non amittit ea quæ sunt iurisgentium, sed iura suæ ciuitatis, quæ sunt pro se, non contra se.*

21 *Opiniones Iacobi de Are. vt plurimum de mente iuris procedunt.*

23 *Priuatus non tenetur fidem hosti datam seruare, & nu. 34.*

24 *Bannitus potest stipulari, sibi dari pecuniã ex causa donationis, vel alia causa.*

25 *Bannitus potest cedere actiones sibi competentes, & cessionario non obstant exceptiones, quæ obstarent bannito.*

26 *Bannitus nostri temporis potest testari secundum ius commune.*

27 *Bannitus potest hæres institui in testamento, quod sortitur effectum de iure communi.*

28 *Bannitus succedit ab intestato in successione, quæ venit de iure communi: secus si iure municipali suæ ciuitatis.*

29 *Bannitus qui non potest impunè occidi, sed eum occidens mitius punitur, non dicitur transfuga, sed vilis persona.*

30 *Banniri quòd quis possit de iure communi.*

31 *Bannitus de iure communi, quòd perdat ea quæ exprimuntur in banno.*

32 *Iudex non potest apponere in banno, quòd si non compareat in termino possit impunè offendi.*

33 *Intellectus ad l. transigere. C. de transac.*



1 Vcanæ ciuitatis † statuto cauetur, quòd frangens pacem occidendo capite puniatur. Alio statuto cauetur, quòd exbannitus pro homicidio possit impunè occidi. accidit, quòd Titius, qui erat pro homicidio bannitus, & condemnatus, quòd si quo tempore in fortiam communis peruenerit, capite puniatur, facit pacem cum Semproniò suo inimico non bannito: promiserunt se non offendere sub pœna statuti, & pœna mille. lib. hincinde stipulatione promissa. demum dictus Sempronius interfecit dictum Titium exbannitum. Quæritur an incidat in pœnam statuti, & an d. pœna pecuniaria sit cõmissa, an non? & ꝙ incidat in pœnã statuti, & pœna pecuniaria sit cõmissa ꝓbatur iurib. & rõnb. infrascriptis. ¶ Et primò sic. Pacta, & quentiones quę non sunt contra leges, sunt seruanda, & si contra fiat, pœnalis stipulatio his adiecta committitur. vt ff. de pac. l. iurisgentium. §. prætor ait. & de his qui no. infa. l. furti. §. mandati. de consti. pe. l. i. in prin. de verb. obl. l. stipulatio ista. §. alteri. C. de pac. l. pacta quę contra. & qđ ibi no. Sed ista pax & conuentio de non offendendo non est contra leges, sed ſm leges, quæ permittunt vnicuique qualitercunq; redimere sanguinem suum faciendo pacta, & transactiones ẽt contra publicam vtilitatem. vr ff. de bo eo. qui ante sen. sibi mor. consci. l. i. C. de transl. transigere. & qđ ibi no. & de accus. l. si quis homicidij, vbi glo. Si ergo tali exbannito fuit licitum facere talem conuentionem ad redimendum sanguinem suum: ergo talis conuentio est ſm legem: & si contrafactum est, committitur pœna statuti, & conuentionalis. ¶ Secundò probatur sic. certum est, ꝙ contractus pacis est iurisgentium. ff. de iusti. & iu. l. ex hoc iure. coniuncta. l. i. de pac. Item patet, qđ postliminium est de iuregentium. vt ff. de cap. & postli. reuer. l. postliminium. in prin. & ibi no. Sed postliminium habet locum, tam in pace, q̃ in guerra. ff. de capti. l. in bello. in prin. ergo pax est iurisgẽ-

2 tium. † Ex hoc sic arguo. exbanniti nostri temporis æquiparantur deportatis, ſm glo. institu. quib. mod. ius pa. po. sol. §. relegati. & in l. i. de hære. insti. qđ tenet Dy. in l. eius qui apud hostes. §. fi. ff. de testam. Sed relegati retinent ea quæ iurisgentium sunt. vt ff. de pœnis. l. quidam. ſm qđ per eos contractus qui sunt iurisgentium eis quæritur obligatio, & actio, vt ff. man. l. si tibi mandauero. §. is cuius. ergo talis bannitus licitè potuit inire contractum pacis. & sic si rumpitur, habet locum pœna statuti, & etiam pœna conuentionalis ipsi contractui pacis accessoria. vt C. per quas

3 perso. nobis acqu. l. 2. ¶ † Tertiò probatur sic, quæ actiones, & obligariones principaliter recipiunt vitæ sustentationem, cadunt in personam deportati, & etiam in personam damnati in metallum, qui est seruus pœnæ: licet dictæ obligationes à iure ciuili descendant. vt ff. de his quæ pro non scrip. l. si in metallum. de ali. leg. l. si is cui. & l. seruos. de cap. dimi. l. legatis. & ibi no. ibi enim loquitur in legato alimentorum, qđ pertinet ad vitę sustentationem: & est iuris ciuilis: quia descendit ex testamento. ff. de testa. l. 3. Si sic, igitur talis promissio de nõ offendendo, & pœnalis stipulatio, cum pertineant principaliter ad vitæ sustentationem ne occidatur, competit in personam huius exbanniti, siue æquipares eum deportato, siue damnato in metallum, qđ plus est, & si ventum est contra, committitur pœna statuti & conuentionalis. ¶ Quartò ptobatur sic: exbanniti delinquunt in omittendo. magis enim videntur exbanniti, & condemnati, quia non venerunt, q̃ quia malã causam habuerunt. vt ff. de euic. l. si ideo. in princ. de innoficioso. testa. l. qui repudiantis. in fi. & l. Papinianus. §. meminisse. ver. sed proinde. Sed pœna delicti in omittẽdo poresť priuatorũ pacto remitti. vt ff. ad Sill. l. diuus. & ibi no. per gl. fin. in fi. ergo in quæstione nostra pœna quæ præcesserat, ꝙ potuerit impunè occidi, potuit per tale pactum remitti: cum ergo sit ventum contra, committitur pœna statuti, & conuentionalis. ¶ †

4 Quintò probatur sic, qn aliqđ ius respicit vtilitatem publicam, & priuatam mixtim, si illi iuri renunciatur, renunciatio valet prout respicit vtilitatem priuatam. vt ff. de procurator. l. licet. in prin. & l. non cogendum. §. quia ita. no. per glo. ff. de pac. l. iurisgentium. §. si paciscar. Sed istud statutum, quòd exbãnitus possit impunè occidi, respicit vtilitatem publicam, vt prouincia purgata malis hominibus maneat in quiete, vt ff. de offic. præsid. l. congruit. in prin. & C. quando li. se sine iudi. vindi. Item respicit vtilitatem priuatam istius, qui potest se vlciscí, & inimicum suum occidere. ista ergo renunciatio, quæ inducit talem pacem, valet quantum ad ipsam renunciationem: si ergo venit contra publicam vtilitatem, qa talem bannitum interficiat nomine suo, non pro iure rei publ.

BIU Cujas

publ. erit commissa pęna statuti, & conuentionalis. Sed cum in quæstione non ponatur cuius nomine interfecerit, ius præsumit, ꝙ suo nomine. vt ff. de so. l. & magis. cum aliàs persona extrinseca non subintelligatur, vt l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verbo. obl. ergo vtraq; pœna est commissa. ¶ Sextò probatur sic. fides seruanda est hosti: adeò ꝙ nulli licet occidere eum. ergo cum quo habemus pacem multò minus licet, nisi solùm ad defensionē sui corporis. vt ff. de pac. l. conuentionum. & de leg i. l. fi. & expressim. de pace te. c. i. §. i. si ergo fides seruanda est hosti; ergo exbannito. & cum in quæstione nostra nō proponatur, ꝙ talem bannitum interfecit se defendendo: dicendum est esse commissam pœnam statuti, & conuentionalem. ¶ Septimò probatur sic: sicut de iure municipali permissum est occidere bannitum, ita permissum est de iure communi dño corrigere, & percutere seruos suos, licet non cum magna sæuitia. vt C. de emen. seruo. l. i. ff. de his qui sunt sui, vel aliæ. iur. l. j. & inst. eo. §. i. sed si dñs præstat securitatem, & promittit non offendere seruum, suæ facultati præiudicatur, & debet promissa ættēdere. vt C. de his qui ad eccl. confu. l. præsenti. §. planè. & in auth. de mona. §. si verò in triennium. de sanctis. episc. §. si quis autem ad monasticam: à simili ergo in quæstione nostra proposita valuit dicta promissio, & debuit obseruari: si ergo non est seruata, est commissa pœnam statuti, & conuentionalis.

5 ¶ † Octauò probatur sic. facultas pluribus, & vniuersis ꝯcessa de iure publico, licet priuatorum pactionibus tolli non possit quantum ad omnes, tolletur tñ quantum ad ipsum promittentem, vt ipse ꝯ promissionem suam venire non possit. vt ff. communia præd. l. venditor. in prin. facit de ser. rustic. præd. l. per fundum: ita ergo in proposito licet per formam statuti sit concessum omnibus talem exbānitum occidere, & per pactionem priuatorum tolli nō possit quantum ad omnes, tñ quantum ad præiudiciū ꝓmittentis debet tenere: nec ipse posset ꝯuenire: cum ergo contrafecerit dicendum est commissam esse pœnam sta-
6 tuti, & conuentionalem. ¶ † Nonò probatur sic, exbanniti æquiparantur excommunicatis, vt in tit. hic finitur lex, deinde incipiunt consuet. re. ca. i. Item excommunicatus æquiparatur deportato. vt no. insti. de cap. dimi. §. minor. & exbanniti deportatis, vt dixi s. in secunda ratione: ergo exbannitus excommunicato. Prætereà, exbannitus fit per contumaciam, ꝓp qđ bannum quis separatur à cōmunione ciuium. ita excommunicatio ꝓp quam quis separatur à cōmunione fidelium, vt in c. ex parte in Christo. de ver. sig. ergo est bona æquiparatio; sed certum est ꝙ licet excommunicato celebrare omnem cōtractum. solum enim esse in iudicio ei interdicitur, vt extrà, de iud. ca. intelleximus. de sen. excom. si verò. & c cum voluntate. §. prædicatores: sic ergo à simili exbannito licet contrahere, & ꝯctū pacis, & stipulationis inire: si ergo ventum est contrà, de-
7 bet puniri pœna statuti, & conuentionali. ¶ † Decimò ꝓbatur sic: duo specialia non possunt in idem concurrere. vt C. đ do. ꝓmis. l. i. & l. cū post. §. gener. ff. đ iure do. & vtro biq; no. hoc etiam probatur in l. si quis reum. §. fi. de polli. coniuncta. l. fi. C. de sacrosan. eccl. nam ex pollicitatione sola non transfertur dominium in rempublicam, ne concurrant duo specialia, ꝙ s. ex pollicitatione teneatur, & ꝙ trāsferatur dñium sine traditione, sed in præsenti quæstione si consideres istum potuisse impunè occidi, concurrūt duo specialia circa idem, videlicet, ꝙ possit impunè occidi, & potest pax rumpi. ne igitur concurrant ista duo specialia, ꝙ ius non permittit, dicendum est esse commissam pœnam statuti, & conuentionalem.

Econtrà quòd non incidat in pœnam statuti, nec
8 , pœna pecuniaria sit cōmissa, probatur infrascriptis rationibus, videlicet primò sic. ¶ † Illud ius, qđ principaliter inductum est in odium alterius, non in fauorem renunciantis, priuatorum pactione non tollitur, vt ff. ad Mace. l. tametsi. & ibi no. C. de pac. pig. l. fi. ¶ Item illud ꝙ principaliter inducitur ad publicam vtilitatem, pactione priuatorum tolli non potest. vt ff. de pac. l. ius. publicum. & l. iurisgentium. §. si paciscar. & l. si vnus. §. pacta quæ ꝯ. §. item ne experiar. & de reg. iur. l. nec ex prætorio. plenè not. in auth. vt sine proh. ma. §. quia verò. sed constat quòd istud ius, ꝙ liceat ex bannitum occidere, est inductū principaliter odio banniti. Item fauore reip. vt ciuitates purgatæ malis hominib. remaneāt in qete. vt C. qñ li. se sine iud. vindi. l. 2. & sic priuatorum pactione tolli non potuit, & p consequens talis promissio non valuit: si ergo ventum est ꝯ, non committitur pœna statuti, nec conuentionalis.

9 Secundò probatur sic, præsuppositio pro constanti, ꝙ verū est, ꝙ si primò fuit facta pax inter duos, postea secutū fuisset bannimentum, ꝙ exbannitus non obstante pace iam facta posset occidi, hoc probatur. ff. de ver. obl. l. qui seruū. & l. quidam cum filium. de leg. i. l. quid ergo. §. si hæres. de pig. ac. l. eleganter. in fi. ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem. in quibus ll. præcedebat obligatio de non offendendo, & tamen ea obligatione non tenetur, si offendit ex causa legitima. Modò arguo sic. hæc est regula infallibilis, ꝙ ea q̄ dirimunt contracta, etiam impediunt contrahenda. vt ff. de verb. obl. l. inter stipulantem. §. sacra. 2. respon. §. pe. sed exbannimentum superueniens dirimit obligationem pacis iam contractæ. vt s. probatum est: ergo impedit cōtrahendam, & sic ex tali pace non est contracta, cum factum sit legitimè, non est commissa pœna statuti, nec conuentionalis. ¶ Tertiò probatur sic: iste fuit exbannitus pro homicidio, vt in quæstione proponitur, qui exbanniti habentur pro confessis ex forma statuti, & consuetudine Italiæ, cui consonat. l. consiliarios. C. de assesso. ff. ad Syllan. l. lex
10 Cornelia. §. posteà. † Sed l. cauetur ꝙ homicidiarijs, & alijs delinquentibus in grauioribus non est danda fiducia; & si datur, non debet seruari, vt probatur in aut. de man. prin. §. nequc autem homicidis. vbi videtur casus quæstionis secundum intellectum. glo. licet quidam aliter intelligant. si ergo fiducia talis data non debet seruari, patet quod licitum fuit talem exbannitum occidere. & sic nec pęna sta-
11 tuti, nec conuentionalis est commissa. ¶ † Quartò probatur sic. in quæstione ponitur, ꝙ occisus erat cōdemnatus vt capite puniretur. Tunc arguo sic. damnatus ad mortē statim efficitur seruus pœnę odiosæ fi:. veram opi. vt no. C. de dona. inter virum, & vxo. auth. sed hodie. ff. de pęn. l. qui vltimo. Sed ille qui est seruus pœnæ quo ad effectum perdit omne ius obligationis iurisgentium. & ciuilis. vt ff. de pœnis. l. quidam. hoc etiam patet, quia non potest acquirere: quia seruus. vt ff. de acq. rer. domi. l. acquiritur. §. i. & instit. per quas perso. no. acqui. §. item nobis. de reg. iur. l. qđ attinet. Item fisco non acquirit, quia non est seruus fisci, sed pœnæ: vt ff. de iu. fis. l. in metallum. & de his quę pro non scrip. l. si in metallum. Si ergo omnem perdit obligationem, ergo in eum non cadit contractus pacis, qui est iurisgentium, nec pœnalis stipulatio, quæ est iuris ciuilis,
12 & sic in nullam pœnam incidit. ¶ † Quintò probatur sic: factum iudicis, & factum contrahentium æquiparantur, vt ff. mand. l. seruus ea lege. C. de pac. pig. l. fi. si in causam iudica. pign. c. sit l. i. ff. de iureiur. l. i. imo maioris authoritatis est factum iudicis. vt ff. de iureiuran. l. 2. & ibi no. Sed si iudex dixerit in sententia, quòd non esset licitum interficere talem exbannitum, talis adiectio non valeret, nec hoc posset facere. vt ff. de iureiur. l. nō poterit. de iniurijs. l. diuus. nam facti quæstio non est in arbitrio iudicis, sed imposita arbitrio legis. vt ff. ad Turp. l. i. §. j. si ergo non licet iudici facere per sententiam quòd talis exbannitus non offendatur, multò magis non licet priuato per contractum, qui est minoris authoritatis: ergo videtur, quòd
13 non sit commissa pœna statuti, vel pecuniaria. ¶ † Sextò probatur sic: ego æquiparo exbannitum pro homicidio, & hostem, latronem, seu desertorem, sicut iste exbannitus potest impunè occidi ex forma statuti, ita ex forma iuris communis potest impunè occidi hostis, latro, seu desertor, vt probatur. ff. ad l. Corn. de sica. l. iij. §. fina. C. quando li. se sine iud. vin. l. j. & 2. & ista æquiparatio procedit à paritate pœnæ, vt C. de episc. & clc. l. si quemquam. in fin. Item æquiparatur desertori: nam sicut desertor dicitur qui dereliquit militiam, & est contumax, & inobediens. vt C. deser. l. i. lib. 12. ita iste exbannitus, quia propter suam inobedientiam, & contumaciam suam ciuitatem dereliquit. modò sic arguo. bonus est dolus, qui adhibetur contra hostes, seu latrones. vt. ff. de dolo. l. i. §. non fuit: ergo bonus est dolus, qui adhibetur contra exbannitos; licitum ergo fuit fingere cū eo pacem, vt isto prætextu posset eum habilius interficere. si licitum: ergo non incidit in pœnam statuti, nec pęna pecuniaria est commissa. ¶ Septimò probatur sic. pari affectu sunt diligendi, & defendendi patres, & patria, imò maiori patria. vt ff. de cap. & postli. reuer. l. postli. §. filius. ff. de mu. & ho. l. honor. §. plebeij. Sed ob defensionem parentum licitum est pacem rumpere. vt 10. col. de pa. tenend. §. j. & ibi not. ergo multò magis erit licitum ad defensionem patriæ; sed iste occidit talem exbannitum defendendo patriam, vt probabo: ergo fuit licitum. hoc sic probo. iste exbannitus existens in contu-

macia offendit ſuam patriam: qđ patet, quia ex contumacia pęna imponitur, & omne factum, ex quo pœna ſequitur, eſt offenſa. vt ff.de ma.teſta.l.teſtamento.§.j.facit.ff.de re iudi.l.contumacia. Item, inferre pęnam contumacibus eſt defendere iuriſdictionem ciuitatis, caſus eſt in l. 1. in prin.ff ſi quis ius dicenti non obtem. iſte ergo, qui occidit talem exbannitum intulit ei pęnam contumaciæ: ergo defendit ciuitatem. & ſic fuit ſibi licitum, & ſic non eſt commiſſa pęna ſtatuti, nec pecuniaria. ¶ Octauò probatur ſic. cõtractus, ex quo vltrò, citroque oritur obli. ſi interponitur ſuper re alterius contrahentium non valet, nec ex eo oritur obligatio. vt ff.de contrahen.emptio. l. ſuæ rei. de pig.actio. l. ſi debitor. in prin. de condict. indebi. l. ſeruum. C.de contrah.emp. l. cum res. & loca. l. qui rem. in quibus legibus dicitur, qđ emptio, vel conductio alicuius rei ſuæ non valet: ratio, quia iſte qui accepit rem ſuam nihil accipit ab alio, quia res ante erat ſua, eſſet igitur iniquum, qđ teneretur dare alteri. Modò in propoſito, iſti duo fecerũt contractum vltrò, citroq; obligatoriũ. Nam promiſerũt ſe inuicem non offendere, ſed iſte Sempronius non exbannitus ex iſta promiſſione nihil recepit: quia ſine vlla promiſſione tenebatur ille Titius eum non offendere. Sed ſi ipſe ex promiſſione tenetur non offendere Titium, aliquid daret: quia Titius exbannitus poterat ante offendi: cum ergo nihil noui alter contrahentium recipiat, dicendum eſt contrahentium pactum non valere, & per cõſequens pœna ſtatuti, vel pecuniaria non eſt commiſſa. ¶ Nonò probatur ſic. nullus per pactum obligatur ad pœnam corporalem. vt ff.de cuſto.reo. l. diuus. & l. ſi quis reũ. & rem rat.hab. l. procurator. ad exhibẽdum. §. fi. & facit qđ no. de præ.ſtipu. l. fi. qui ſat.cog. l. 1. in fi. qđ etiam patet. qa nemo eſt dominus membrorum ſuorum, vt ff. ad l. Aquil. l. liber homo. in fi. Item per pactum non poteſt quis effici ſeruus, niſi interuenientibus illis, quæ not. ff.de ſta.ho. l. & ſeruorum. §. 1. ergo multò magis non poterit ſe obligare pœna mortis: quæ pœna inducit ſeruitutem, vt dixi. s. in quarta ratione pro hac parte allegata. ſed hic iſti obligauerunt ſe ad pęnam ſtatuti, quæ eſt perſonalis pęna: ergo non valuit obligatio: & per conſequens non incidit in pęnam ſtatuti. Item ꝙ non ſit commiſſa pœna pecuniaria, ꝓbatur ex forma inſtrumenti ille ex paciſcentibus incidit in pœnam qui offendit alium. ſed occidere exbannitum non eſt offendere, vt probabo: ergo pœna non eſt commiſſa. ¶ Hoc probabo. Illud factum dicitur offenſa, ex quo infertur pęna, & ècontra, vbi non eſt pœna, ibi non eſt offenſa. vt ff.de ma.teſta. l. teſtamento. §. 1. ſed ex homicidio exbanniti nulla infertur pœna: ergo non eſt offenſa, vt patet, ꝙ conditio ſtipulationis pœnalis non exiſtit: & ſic pœna pecuniaria non eſt commiſſa. ¶ Decimò probatur ſic. qñ duo ſimul competunt, & vnum per aliud, vnũ ſine alio tolli non poteſt: imò ſublatum remanet virtute remanentis. vt ff.de liber. & poſth. l. ſi ita. §. regula. & de adi.leg. l. 1. §. 1. de vſu, & habita. l. per ſeruum. §. 1. in fin. ſed in quæſtione propoſita duo ſunt, ſ. qđ exbannitus, & qđ impunè poteſt occidi, & vnum eſt per aliud: ſed iſti contrahentes egerũt, ꝙ vnum ſolum tollatur, ideſt, ꝙ vnus poſſit occidi alio remanente, ſcilicet exbannimento, quod fieri non poteſt: ideò ſublatum virture remanentis exbannimenti perdurat, & ſic poteſt impunè offendi, & hic patet, qđ ſic, pœna ſtatuti, nec pecuniaria eſt commiſſa.

Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti nomine inuocato. Dico dictum Titium pro homicidio exbannitum potuiſſe impunè occidi, & occiſorem tamquàm pacem rumpens in pœnam ſtatuti nõ incidiſſe, nec pœnam pecuniariam eſſe commiſſam per rationes pro hac parte allega. Ad hoc autem manifeſtius inueſtigandum, oſtendendum putaui cui talis exbannitus ęquiparetur: & quid pp exbannimentum amittat, ex quo
14 patebit ſolutio noſtræ qõnis. ¶ † Primò igitur videamus vtrũ ęquiparetur dãnato vltimo ſupplicio, vel ad beſtias: & ſic efficiatur ſeruus pœnæ. qđ vĩ, quia damnatus ad mortem ẽt hodiè ſeruus pœnæ efficitur vt no. C.de dona. inter virum & vxorem. auth. ſed hodie. ff.de pen. l. qui vltimo, Sed Titius erat exbannitus, & damnatus ad mortem, vt proponitur: ergo eſt ſeruus pœnæ. vt dixi in quarta ratione facta pro hac parte. Contrarium dico qđ non efficitur ſeruus pœnæ, nam ſnĩa quæ ſuſpenditur per aliquam conditionem tacitam, vel expreſſam, non inducit capitis diminutionẽ. vt ff.de iniuſt. teſtõ. l. ſi quis exhęredato. §. eius q. de pœn. l. 2. §. 1. Sed iſte eſt damnatus ad mortem ſub conditione, ſi in fortiam cõis peruenerit, ergo, &c. Prætereà hullus ſuperuiuens ex ſententia hodie efficitur ſeruus pęnæ, vt dicta auth. ſed hodie. & ibi no. ſed iſte exbannitus ꝙdemnatus in abſentia ſuperuiuit: ergo, &c. ¶ Dices tu, expreſſio conditionis, quę tacitè ineſt, non ſuſpendit diſpoſitionem. vt l. hæc verba. de leg. 1. cum ſimil. Reſpõdeo, illa loquitur quo ad tranſmiſſionem ad hæredem: ſed quo ad obligationis effectum nulla eſt differentia inter tacitã, & expreſſam, vt no. ff.de pac. l. Item quia. ſecundò rñd. fateor, ꝙ ſi eſſet in pręſentia, & purè eſſet condemnatus ad mortem, etiam hodie efficeretur ſeruus pœnæ: vt dictis in ribus. nec valeret eius teſtñ. vt ff.de teſt. l. eius qui. §. finali. & no. per gl. & melius per Dy. quia glo. in aliquo nõ bene dicit. ¶ Secundò videamus vtrum æquiparetur deportato. gl. quæ eſt inſtitu. quibus modis ius pa.po. ſol. in §. relegati. tenet, ꝙ ſi bona exbanniti publicentur de iure, vel conſuetudine æquiparatur deportatis. idem vĩ tenere gl. in decima colla. in tit. hic finitur lex Contradi. cap. primò. Idem tenet Dyn. in eadẽ. l. eius. & ſecundum hoc perderet exbannitus omnia quæ iuris ciuilis ſunt. vt d. l. quidam. & dixi in ſecunda rõne ſuprà, quam feci pro parte contraria. ¶ Contrarium credo verum, ſcilicet, ꝙ non æquiparetur deportato, qđ ſic probatur, Præſes prouinciæ, & magiſtratus municipalis non poſſunt deportare. vt ff.de inter. & rele. l. relegatorum. §. interdicere. & de leg. 3. l. 1. §. qui deportatos: ſi ergo nõ præſes, ergo multò minus poteſtas vnius ciuitatis, ergo exbannitus ab eis non æquiparatur deportatis. Prętereà, ſententia deportationis nõ fertur in abſentem. C.de accu. l. abſentem: ergo non æquiparatur deportatis. Prętereà, deportatus perdit ius ciuium Romanorũ. vt ff.de pœnis. l. quidam ſed ſi diceremus talem exbannitũ æquiparari deportato, talis exbannitus perderet ciuitatẽ Romanam, & ius ciuium: & ſic iudex vnius ciuitatis extẽderet iuriſdictionem ſuam vltrà ſuum territorium, qđ eſt ècontra. l. inter pœnas. in prin. §. 1. & l. relegatorũ in princ.
15 de interd. & relega. cum ſimilibus. † Prætereà, fama eius q deportatur non ſolũ diminuitur, ꝙ efficitur infamis, imò fama eius in totum tollitur, vt ff.de varijs & extraor. cog. l. cognitionum. §. fi. ſed exbannitus non efficitur infamis, quia edictum propoſitum cõtra abſentem pro maleficio non infamat, niſi de facto. vt C.de requi.reis. l. fi. no. exp̃ſsè. de iſtis exbannitis, & condemnatis, extra ordinem per glo. de modo mulc. l. 1. qđ tenet Dy. vt patet ex no. ff.de ſuſpe. tuto. l. 3. §. prætereà. & qđ ibi no. per glo. & Dy. ergo nõ æquiparatur deportato. Prætereà, deportatum nemo poteſt reſtituere niſi princeps, vel Senatus. vt ff. de pœnis. l. relegati. in fine; & ff.de poſtuland. l. 1. §. de qua. ſed exbanniti quotidie rebanniuntur per communia, & eorum rectores; ergo non æquiparantur deportatis. Prætereà, hoc patet ex modo conſtituendi. Nam exbannitus eſt ab ipſo initio contumax, & extra obedientiam cõmunis: ſed deportatus omni tempore, etiam poſt ſententiam eſt obediẽs, adeò, ꝙ ſi ante ſententiam efficeretur inobediens capite puniretur, vt ff. de pœnis. l. relegati. & l. capitalium. §. in exulibus. ergo non æquiparatur deportato. Prætereà non reperitur lege cautum, quòd deportatus poſſit impunè occidi: ergo non æquiparatur deportato. & in hac opinione eſt dominus Iacob. de Are. & dominus Cyn. & ſic fuit determinatum Bononiæ in publica diſputatione per dominum Federicum de Scalis, vt refert Cyn. C.de hære. inſti. l. 1. licet non ponat dictas rationes domini Federici de Scalis. & in hac ſententia ſunt *communiter* omnes Mod.

¶† Tertiò eſt videndum, vtrùm exbannitus æquiparetur
16 relegato. gl. quæ eſt in d. §. relegati. dicit quando exbannito non adimuntur bona, æquiparatur relegato, idem videtur ſentire gl. ex qui. cau. in poſ. ea. l. ad cognitionem, in fi. vlt. glo. ſ. Contrarium credo verum; nam exbannitur aliqs propter ſolam contumaciam, nulla de delicto præcedente cognitione ſecundum ſtatuta, & conſuetudines Italiæ. ſed per ſententiam relegatorum, licet poſſet ferri in abſentem, ſecundum iura. vt ff. de pęn. l. abſentem. §. j. tamen debet de crimine cognoſci. vt ff. de requi. re. l. j. patet ex d. l. abſentem. Nam dicitur, quòd ſententia non fertur in abſentem, niſi plenè cognito de cauſa. vt. C. de iudi. l. properãdum. §. ſinautem reus, & C. quomodo, & quãdo iu. auth. qui ſemel. pro hoc facit, quòd not. in authen. de inceſ. nup. in princip. mag. glo. quæ incipit, ex hoc verbo, &c. vbi dicitur, quòd pœna relegationis non infertur, ſine dolo. Et ex his patet, quòd exbannitus non ęquiparatur relegato. Prætereà, relegatus eſt infamis vt ff.de va. & extraor. cog. l. cognitionum. §. minuitur. ſaltem interim, dũ eſt relegatus. vt C.de his qui in exi. dam

BIU Cujas

l.1.lib.10. sed exbannitus non est infamis. vt ꝛ. dictum est, ergo,&c. Prætereà relegato non potest dari licentia reuertendi,nisi à principe,vt l.relegati.in fi.ff. de pœn. Sed exbannitus restituitur à ciuitate:ergo,&c. Prætereà non reperitur,ꝙ relegatus possit impunè occidi, sed exbannitus sic,ergo,&c. Concludo ergo, ꝙ exbannitus non equipa-
17 ratur relegato.¶ † Quartò est videndum,nunquid exbannitus æquiparetur excommunicato.qđ videtur per ea quę dixi.ꝛ.in 9.ratione facta pro parte contraria,& per tex.hic finitur lex Conradi. c. 1.Contrarium credo,scilicet, ꝙ nō æquiparatur excommunicato in omnibus, ita ꝙ de vno ad aliud arguatur. nam isti exbanniti statim lapso termino banni habentur pro confessis de maleficio, nec possunt innocentiam suam purgare secundum statuta, & cōsuetudines Italiæ. Sed excommunicatus præstita satisdatione de parendo mandato iudicis,absoluitur, vt extrà,ꝙ met.cau.c.1.de sen.excom.nuper.& c.sacro.in fi.ex effectu ergo patet quòd non procedat æquiparatio. Prætereà per excommunicationem perdit quis perceptionem sacramentorum & communionem fidelium: vt extrà.de exce. c.2.de sen.excom.ca.pen. Certum autem est exbannitum prædicta non perdere: ergo &c. Prætereà sententia excōmunicationis à suo iudice lata ligat apud omnes vt d. ca. pen.de sen.excom. Sed exbannimentum non facit quem videri pro exbannito nisi in illa ciuitate, vnde exbānitur, ergo,&c.Prætereà nō reperitur ꝙ excommunicatus possit impunè occidi:ergo,&c. Non ob.c.1.ti.hic finitur lex Cōrad. quia fateor, qđ quantum ad illud æquiparatur propter contumaciam: in multis alijs posset reperiri concordantia, & discordantia, qđ canonistis relinquo. Non est ergo simpliciter arguendum de vno ad alium. Quid ergo
18 dicendum? † Dico talem exbannitum, qui secundum formam statuti impunè offenditur, qđ verè,rectè,& propriè posset dici transfuga ciuitatis suæ.Itē p̄t dici hostis ciuitatis suæ.& hoc p̄bo ex forma constituēdi sic. Illi dñr transfugę,q ab his sub quorū impio sunt,desistunt:& in numero hostiu se trāsferunt.vt ff.de cap.dimi.l.amissione. 2. rñ. Sed exbannitus iō ponitur in bāno, qa inobediens sit his sub quoru impio,& iurisdictione est,& in numero aliorū exbannitorum ad hostes ciuitatis suæ se transfert: ergo potest dici transfuga suæ ciuitatis. Item hoc probatur ex effectu statuti. nam licitum est transfugam impunè occidere vt.ff.ad l.Cor.de sica.l.3.in fi. & eodem modo licet iu stè exbannitum. ¶Sed tu potes instare: hostes sunt quib. populus Romanus bellum publicum indixit,& ipsi populo Romano,vt ff.de captiu.l.hostes. sed exbanniti nō sunt huiusmodi. ergo non contulerunt se in numero hostiū, & sic non p̄nt dici transfugæ. Respondeo, hostes, inter quos habent locum iura captiuitatis, & postliminij sunt hi de quibus loquitur d.l.hostes. Sed alio modo loquendo quælibet ciuitas potest habere suos hostes,vt si ipsum bellum indixit.ff.de captiuis.l.si quis ingenuam.§.fi.& no. in d.l.hostes. in princ. glo. Sed talibus exbannitis ciuitas indixit bellum,permittendo eos impunè occidi:& statuēdo officiales,& alios ad eos capiendos.& puniendos, ergo sunt hostes ciuitatis. Item quando subditus se rebellat domino,potest dici hostis.C. de his qui ad eccl.confu. l.si seruus.in fin.ergo exbannitus qui rebellis est ciuitatis
19 suæ potest dici hostis. ¶ † Concludo ergo, qđ talis exbannitus propriè potest dici transfuga ciuitatis suæ.Item potest dici hostis. nam sicut illi etiam subditi quos senatus hostes iudicat,hostes sunt populi Romani. vt d.l.amissione.§. sed hic. cum sua glo.ita illi subditi quos commune iudicat hostes suos, sunt hostes ciuitatis. sed exbanniendo eos iudicat suos hostes,vt probaui. ergo,&c.& possūt
20 dici transfugæ,& hostes ciuitatis suæ.¶ † Restat videre, q̄ perdat talis exbannitus propter tale exbannimentum.Ad quod respondeo,vos debetis scire,quòd transfuga,& hostis ciuitatis Romanæ perdit ciuitatem Romanam,& omnia iura ciuitatis Romanæ:retinet tantùm iura gentium. vt d.l.amissione,& arg.d.l.quidam.de pœn.hoc verum, scilicet quod perdit iura ciuitatis Romanæ, inquantum respicit suum commodum, sed prout respicit incommodū ipsius,iura ciuitatis Romanæ eum ligant apud nos.vt notat glos.secundum vnam sol.ff.de cap.& postli.l.postliminium.§.filius.& etiam probatur:quia promittendo nobis obligatur ciuiliter,vt no.per glos.ff.de cap.dimin. l. tutelas.§.fi.Et hoc etiam patet: quia lex ciuitatis Romanæ quę permittit eos occidi,eos ligat.ff.ad l.Cor.de sica.l.3.§.fi. & ita dico de tali exbannito. nam cum ipse sit transfuga, & hostis illius ciuitatis,vnde exbannitus est, vt ꝛ.probatum est,dico ꝙ per exbannimentum perdit illam suam ciuitatem & omnia iura propriæ ciuitatis illius, vnde exbannitus est prout faciunt pro se. sed prout faciunt contra se, illius iuribus remanet ligatus quantum ad illam ciuitatē, & eius homines sicut primò. iura verò gentium, & iura communia ciuitatis Romanæ, seu Romani imperij non perdit. nam non est transfuga totius imperij, sed illius ciuitatis tantùm, & sic idem iuris sit de parte quo ad partē, quod est de toto quo ad totum. ¶Prætereà hoc esse verū probatur, quia si aliquis transfugit, vel est reprobatus ab vno collegio, iura propria illius collegij perdit, & remanet in dispositione iuris communis.vt ff.de excu.tut.l.sed & reprobari C.de episc.& cler.l.generaliter.de quęst.l. milites.de tabel.l.2.lib.10.ff.de decurio.l.fin. cum gl. Ita cum iste exbānitus sit ex delicto remotus ab vniuersitate illius ciuitatis,perdit iura,& priuilegia ipsius. pro hoc facit. C. si curia.reli.ciu.rus habita.maluerit.l.1. lib.10. Ad istā opi-
21 confirmandam induco in testem † Iac. de Aren. doc. eximium:cuius opiniones,vt plurimum de mente iuris procedunt qui hoc tenet expressè.ff.ad Tre. l.ex facto. vbi inter cætera his vtitur verbis,qđ in exbannitis nostri temporis dicunt quidam idem qđ in deportato.ar.ff. de bo. dam. l.1.sed contrarium videtur: quia sententia deportationis etiam à præsidibus dari non potest.ff.de pœ.l.2. de lo.3.l.1. §.deportatos. multominus à ciuitatum rectoribus. non ergo perdit, quæ sunt ciuium Romanorum propter bannum sicut relegatus si sibi bona adimuntur, qđ interdum fit,licet regulariter non dicatur fieri.vt ff.de interdic. & releg.l.relegatorum.§.1.C.de postulan. l. nemo. & arg. ff. de pœn.l.interpretatione. ea autē quæ sunt propria ciuitatis à qua est exbannitus,amisisse credo: quia quantum ad illam peregrinus est.vt C.de hære.institu.l.1.ff. de in ius vocan.l.sed si hac l.§.sed si per pœnam. ista sunt verba Ia. de Are.ad literam,qui vt apparet ex his potuit suam credulitatem ponendo,non arg.inducēdo: patet ergo,ꝙ iura suę ciuitatis perdit: sed iura gētium non, & iura communia,
22 vt dictum est:ergo &c.Bart.¶† Ad solutionem igitur nostræ quęstionis descendo,& dico ꝙ occisor non incidit in pęnam statuti. Nam cum statutum sit proprium ius ciuitatis,vt ff.de iust.& iu.l.omnes populi. illud ius perdit exbannitus per bannum: cum ad ipsius exbanniti commodum pertinet,& ideò occisor non tenetur pęna iuris. De pęna verò conuentionali est magis dubium; nam vt proponitur fuit per stipulationem promissa: quæ stipulatio est de iure ciuili publico Romanorū inducta à Gallo Aquilio.vt ff.de acceptila.l.& vno. §. 1. de transl.cum Aquiliana.de pac.l.si vnus.§.pactus.de acquir.rer.dom. l.ea quæ ciuiliter.not.in l.ex hoc iuregentium.in vl.glo.de iust.& iu. vnde videtur, qđ talis bannitus sit capax talis obligationis.dico tamen, ꝙ pęnalis stipulatio non est commissa. hoc tamen non accidit ex eo, qđ talis exbannitus non sit capax talis obligationis. nam capax est omnis obligationis,quæ descendit à iure cōi, vt dictū est: sed procedit defectus ex parte eius qui promittit,&eius qđ promittit̄ mixtim,quia ille qui promisit,non potuit promittere. nā talis promittens erat ciuis, nec erat exbannitus, & sic iura suæ ciuitatis tenebat,& istud ꝙ talis exbannitus posset occidi, est inductum pro quiete communi suæ ciuitatis prōpter vtilitatem publicam.vt C.qū̄ lice.se sine iudi. vin. l.2. & ibi tex.cum ergo tale pactum sit p̄ publicam vtilitatem illius ciuitatis nō valet principalis nec pęnalis stipulatio sibi adiecta.vt ff.de pac.l.iurisgentium.§.si paciscar. & §.generaliter.& qđ ibi not.C.de legi.l.non dubium.de pac.l.pacta quæ contra,& ibi no.& ꝙ dixi ꝛ. in prima ratione facta pro hac parte. Prætereà, vt dictum est, iste exbannitus est
23 transfuga,& hostis suæ ciuitatis. † Sed licitum est priuato venire p̄ fidem datam hosti à se, secus si esset data à duce belli.vt ff.de dolo.l.1.§. non fuit.& ibi tex. & glo. quæ vñr decidere hanc quæstionem.& hoc dixi.ꝛ.6.ratione facta p̄ hac parte.pro hoc enim vī tex.in auth.de man. prin.§. neque.auten.col.3.fin lect. gl.& dixi. ꝛ. in tertia ratione facta pro hac parte.Sed ex illo.§. non facio magnū fundamentum,quia consueuit aliter intelligi quàm gl.sentiat,& dicat.vt not.per Cy.C.de his qui ad eccle.confu. l. præsenti. in fin. quia etiam alios doctores ita vidi tenere. pro hac opi.firmanda vtor testimonio Iacob.de Bel. in authen.de mand.prin. §. sed neque. in quarto contrario, in quadam distinctioue quā ibi ponit, inter cętera vtitur his verbis. ¶Si verò prosequitur iniuriam pub. & vindictam Reipu. & pacem fecit cum hoste, cum non liceret, eam seruare non debet. vt d.l.1.§.non fuit.ff. de dol.Iac.de Bel.ista sunt

verba ſua, ſed conſtat q̃ iſte occiſor proſequitur vindictam,& iniuriam publicam. vt s̃.proximè dixi, per l.2. in fi.quando li.ſe ſine iudi. vin. & tetigi.s̃.in 6. ratione facta pro hac parte. & iſtud credo de quæſtione præſenti.

24 ¶ † Sed ſi aliquis promitteret alicui tali exbannito pecuniam ex cauſa donationis, vel ex alia cauſa, quæ non veniret contra publicam vtilitatem: nec eſſet aliàs improbata de iure communi, vel ex ſtatuto, tunc tali exbannito competeret obligatio, & actio: cum, vt dixi, ſit capax omnis obligationis iuris communis. ¶ Credo tamen, q̃ ſi ageret coram iudice illius ciuitatis, vnde exbannitus eſt, q̃ ſibi denegaretur iuriſdictio, cum ſit extrà protectionem illius ciuitatis. hoc poſſet probari pluribus rationibus, quas omitto, quia per Italiam communiter de hoc

25 ſunt ſtatuta. ¶ † Et ſi dices quid prodeſt habere actionem & non poſſe agere? Reſpondeo prodeſt ſi rebanniretur. Item prodeſt, quia poteſt alteri vendere actionem prædictam, vel cedere ex cauſa non lucratiua, & dicto ceſſionario non obſtabit exceptio, vt no. Dyn. de exceptione excommunicationis. extrà, de reg.iur.ca.ſi quis in ius.lib.6. Idem tenet.ff.de nouat. l. doli excep.in fi. ſuæ magnæ diſtinctionis.vbi expreſsè ponit de exceptione banni. Idem ſequebatur ibi dominus Ray. de Forli. q̃d credo verum. & dic vt ibi. licet quidam contra,& malè. ¶ Ex prædictis verbis notabilibus apparet ſoło non ſolùm præſentis q̃ſtionis,ſed etiam multarum, de quibus conſueuit ſæpiſſi-

26 mè dubitari.† Ecce quæritur vtrum exbannitus poſſet facere teſtamentum. Cy.in l.eius qui. §. fin. ff. de teſta.dicit q̃ ſi exbannito auferuntur bona, æquiparatur deportato ſecundum gl.in d.§.relegati. Idem Spe.in ti. de inſtr.edi.§. compendioſè. ver. quid de exbannitis. alij contra, quia negant eum æquiparari deportato. Tu diſtingue, aut fecit teſtamentum ſecundum ius commune, & poteſt, aut fecit teſtamentum ſecundum ius proprium ſuæ ciuitatis, puta quia erat ſtatutum, q̃ poſſit fieri cum minori numero teſtium,& tunc tale teſtamentum non valet, quia tale

27 ius perdit, vt ex prædictis apparet. ¶ † Item conſueuit dubitari, vtrum exbannitus poſſet hæres inſtitui, & quidam dicunt, q̃ non, quia æquiparatur deportato. Alij indiſtinctè q̃ ſic, vt no.per Cy.C.de hære.inſt.l.1.in vl.q. Tu diſtingue aut inſtituitur in teſtamento, q̃d de iure cõmuni ſortitur effectum,& poteſt: aut de iure proprio ciuitatis, vnde eſt exbannitus.& tunc non poteſt, quia illius iuris non

28 eſt capax. vt patet ex prædictis. ¶ † Item poſſet dubitari vtrum exbannitus poſſet ſuccedere ab inteſtato, & videtur dicendum, q̃d aut loquimur de ſucceſſione quæ venit de iure communi,& ſuccedit, aut de ſucceſſione ab inteſt. quæ venit ex forma ſtatuti, vt ſi per ſtatutum diceretur q̃ maſculus præferatur mulieri proximiori in gradu,& tunc non ſuccedit, quia huius iuris eſt omnino incapax, vt ex prædictis apparet, q̃d tene menti. Multæ aliæ infinitæ. q. poterunt ſolui ex prædictis, ſi diligenter inſpiciatur. Prædicta vera in omni exbannito, qui ſecundum formam ſtatuti poteſt impunè occidi. nam ille eſt propriæ transfuga,& hoſtis ciuitatis ſuæ. nam ei ciuitas videtur indicere

29 bellum, vt s̃.dixi. ¶ † Quid ergo dices de exbannito qui non poteſt impunè occidi. ſed eum occidens, vel offendens punitur minori pœna ſecundum diuerſorum locorum ſtatuta? Reſpondeo, q̃d talis exbannitus non eſt transfuga, nec hoſtis ciuitatis, nam.l.amiſſione.§.qui deficiunt ff.de cap.di. requirit duo copulatiuè, ſcilicet q̃ deſiſtant ab eis ſub quorũ imperio ſunt,& q̃d in numero hoſtium ſe conferant: iſte autem exbannitus bene facit primum: quia deſiſtit ab imperio, & obedientia eorum quibus ſubeſt, ſed non facit ſecundum, quia non contulit ſe in numero hoſtium. q̃d patet quia ciuitas non habet eum pro hoſte cum puniat offendentes eum, licet minori pœna: æquiparatur ergo talis perſonis vilibus, in quas illatæ iniuriæ minus puniuntur. vt inſtitu.de iniur.§.pœna.& §. atrox.ff.de iniur.l.fin. retinet ergo iura communia, & iura ciuitatis ſuæ. ſolùm autem perdit id, q̃d ei expreſsè cautũ eſt in ſtatuto, q̃d perdat. Et ſi aliud diceres oportet te dicere omnem contumacem eſſe transfugam, & hoſtem ci

30 uitatis ſuæ, q̃d eſſet iniquiſſimum. ¶ † Sed pone, ſtatuto nihil continetur de exbannitis, quid erit de iure communi? dico q̃d de iure cõi põt quis exbanniri. Nam annotatio quæ olim fiebat, erat quoddam bannum. dicebatur. n. ſi non venerit. ĩ. annum, omnia bona ponantur in banno fiſci. vt ff.de requi.re.l.1.& no.gl. quæ incipit, id eſt, requiſitus. ¶ Item non eſt dubium, q̃ iudices poſſunt mulctare contumaces inobedientes. vt ff. ſi quis iusdi. non obtem. l.1.in prin. ſed iſtud exbannire eſt mulctare. vt ff.de ven.inſpi.l.1.§.quid ergo. in gl. ſuper verbo mulctis. quæ in quibuſdam bannis extraordinarijs,&c. facit. C.de epiſc.& cle. authen. item nulla.& q̃d no. C.qui bo.ce.poſ.l.1. in vlt. gl.

31 ¶ † Sed quid perdit talis exbannitus de iure communi? Reſpon. illud perdit, q̃d eſt expreſſum in banno: puta fuit exbannitus, q̃ ſi non veniret. ĩ. tale tempus ſoluat centũ, vel perdat omnia bona in caſibus inquibus loquitur titu. de requi.re.l.fi. Item ſi tale eſt crimen, q̃ damnato irrogat infamiam, interim erit infamis de facto. vt C.de requir. re. l.fi.in fine. Eſt enim differentia inter hunc,& exbannitos noſtri temporis, qui ſecundum formam ſtatuti habentur pro confeſsis: nec poſt banni lapſum audientur ad aliquã defenſionem. Secus in bannitis de iure communi qui nõ habent pro confeſsis. vt ff.de cuſto.reor.l.diuus.§.ſic & di-

32 uus Pius. q̃d dic vt ibi per Dyn. ¶ † Item, quid ſi iudex apponit in banno, q̃ elapſo termino poſsit offendi impunè an valeat? dico quòd non valet, niſi ſit permiſſum per ſtatutum. nam cum bannum ſit quædam mulcta, vt dictum eſt, ſemper debet eſſe pecuniaria. vt ff.de ver.ſig. l.aliud. §. inter mulctam, & etiam mulcta quæ à maioribus iudicib. infertur, non poteſt vltra certam ſummam aſcendere. C. de modo mul.l.eos. Iſte autem iudex imponit pro mulcta pœnam corporalem, ergo,&c. ¶ Et ex prædictis patet, q̃ ſecundum formam iuris communis exbanniti non ſunt trã sfugæ,& hoſtes: quia non poſſunt offendi impunè. & ſic retinent iura ciuitatis Romanæ,& ciuitatis ſuæ. Hæc de bannitorum materia ſecundum meam intelligentiam dixiſſe ſufficiat, quæ licet mihi vera videantur: ea tamen ſcribo, vt licet fortè ita non ſint, alijs ad inueſtigãdum altius materiam tribuant, & ſic per pluriũ inueſtigationem hæc vtilis, & quotidiana materia per me minus bene forſitan intellecta, lucem veritatis aſſumat. Vnumquemque tamẽ ad quem præſens diſputatio peruenerit, hortor in Chriſto Domino noſtro, vt hanc deciſionem facientibus pacem cum exbannitis non faciant manifeſtam, ne fortè cõtra meum propoſitum his tribuatur materia occiſionis.

33 ¶ † Ad ar.& rationes in contrarium factas, Reſpon. ad primam, & dico q̃ talis pactio non eſt permiſſa à lege, imò improbata: quia contra publicam vtilitatem, vt s̃.dictum eſt. Non ob.l.tranſigere. quia etiam ipſe tranſigens admittetur, ſecundum opi. Iac. de Are. quam ibi ponit Cy. ſed quia illa non tenetur: ideo dic aliter, quia lex illa loquitur in reo preſente, & obediente: ſecus in contumace, & fugiente. vt in noſtra queſtione, quæ ſolutio probatur ex coniunctione duarum legum que ſibi inuicẽ cõtradicere vñr ff. de ſol. l.reo. de reqrere. l.fi. Vel dic, q̃ etiam permittitur tranſigi ante ſentẽtiam, & ante crimen liquidatum, q̃d patet. quia dicit tranſigere vel paciſci de crimine, &c. ſed poſt ſententiam, vel poſt crimen liquidatum eſſet trã ſigere de pœna non de crimine, q̃ non licet. ar. eius q̃ no. Dy. extrà, de reg.iu.c.in obſcuris.in fi.gl.lib.6. ¶ Ad ſecundum patet reſponſio ex prædictis. Ad tertium patet reſpõ ſio ex prædictis. vel dic, q̃ leges ibi allegatæ loquuntur in his quib. vita reſeruatur ex iudicantis voluntate. in queſtione noſtra ſecus, vt dixi. Ad quartum reſpondeo, q̃ exbannitus deliquit in duobus, ſcilicet, quia fecit homicidium, de quo habetur pro confeſſo. Item quia fuit contumax,& ſic delictum cumulatur delicto. vt ff.de pẽ.l.relegati. quod patet ex dictis magiſtraliter poſitis in d. l. ſi ideò. ff.de euic. Item quòd videatur condemnatus propter cõtumaciam eſt verum quantum ad preiudicium aliorum: ſed quantum ad preiudicium ipſius contumacis habetur pro condemnato de neceſsitate, vt dictis legibus patet. Item quia remiſit ibi qui principaliter erat offenſus ex illo non facto: hic ſecus. Nam ex contumacia principaliter reſpublica erat offenſa: præterea ibi de delicto erat dubium, hic iam erat certum per ſententiam. ¶ Ad quintum reſpondeo, quòd videatur feciſſe nomine publico, quod eſt licitum magis, quàm ſuo nomine, q̃ eſt illicitũ. ar. ff.pro ſocio.l.meritò. ad l.& magis. reſpondeo, quòd loquitur ibi de aliquo liberando: ſecus ſi de aliquo obligando. tunc enim ſi poteſt in dubio præſumitur nomine alie-

34 no. vt ff.quando ex fac.tu.l.poſt mortem. & ibi not. † Ad ſextum reſpondeo, quòd fides ſeruanda eſt Hoſti data à duce belli. ſecus ſi à priuato, vt dixi in ſolutione. Ad ca. 1. de pa. te reſpondeo, quòd ibi loquitur de pace valida, & approbata. hic autem fuit inualida, vt dixi. Prætereà hoc videtur accidere ad defenſionem Reipublicę, quia licet, vt dixi in 6. ratione facta pro parte contraria. Ad 7.& 8. reſpondeo, quòd loquuntur in facultate quę competit

priuatis

BIU Cujas

priuatis ad vtilitatem priuatorum, hic competit ad vtilitatem publicam, cui non licet renuntiari. Ad ix. patet responsio ex prædictis, quia non æquiparantur. Prætereà nec excommunicatis licet facere pactum per qđ pœna excommunicationis tollatur, puta ꝙ liceret cum priuato
35 conuersari, & participare cum eo. ¶ † Ad x. respondetur ꝙ possunt concurrere duo specialia: quorum vnum veniat ad consequentiam alterius. ff. de solu. l. sub conditione. insti. qui. mo. ius pa. pote. so. §. si ab hostib. vel dicas, ꝙ nullum est speciale: quia etiam de iure communi, licet occidere, & fidem non seruare transfugæ, & hosti. vt suprà probatur: ergo &c.

¶Disputata fuit. s̄. dicta quæstio per me Bar. de Saxoferrato minimum inter. ll. doc. actu. ff. nouum legentem in nobili atque regia ciuitate Pisarum, sub anno Domini. M. cccxlij. die xij. mensis Februarij.

QVAESTIO II.

1 *Stante statuto, quod inter coniunctos fiat compromissum, an fieri debeat inter fratres, quorum vnus vendicat fundum ab altero venditum, qui aliàs pro defensione emptoris in iudicio comparuit. & nu. 20. vbi quòd sic.*

2 *Causa proxima in rei vendicatione necessariò non exprimitur.*

3 *Præiudicium non fit actum facienti, quando illum inuitus facit.*
Actor tenetur necessarium defensorem recipere si est æquè legalis sicut principalis.

4 *Actio vtilis venit ex mente seu interpretatione.*

5 *Statutum interpretatur secundum propriam interpretationem, non secundum mentem.*

6 *Suscipiens defensionem alterius vicem eius suscipit etiam quantum ad tribunal.*

7 *Conditio aduersarij in nullo debet fieri deterior per comparitionem defensoris.*

8 *Non priuilegiatus succedens priuilegiato ratione suæ personæ, non vtitur priuilegio.*

9 *Statutum generale, vel indefinitum restringitur, & limitatur secundum ius commune.*
Conuentus alieno nomine pro possessione apud alium constituta tenetur cauere de iudicato soluendo. nu. 27.

10 *Statutum non extenditur vltra propriam significationem.*
Agens pro alio non dicitur propriè agere.

11 *Statutum ratione absurditatis vitandæ recipit interpretationem.*

12 *Priuilegium alicui concessum ratione causæ videtur eidem concessum, siue suo, siue defensorio nomine conueniatur.*

13 *Propriam causam agit vel defendit, qui ex ea suscepturus est commodum, & incommodum.*

14 *Exceptio competens venditori competit etiam emptori, siue sit in rem, siue in personam.*

15 *Reus quo ad defensionem fideiussoris, & venditor quo ad defensionem emptoris, æquiparantur.*
Exceptio competens reo prodest fideiussori conuento, & reus eius defensionem suscipit.

16 *Lis dicitur fieri etiam excipiendo, & defendendo.*

17 *Venditor, quòd possit defendere emptorem ex persona sua.*

18 *Exceptio declinatoria fori ex persona actoris, opponi potest quando cum mutatione fori mutatur natura ipsius causæ.*

19 *Lis dicitur verti inter aliquos aliquando ratione instantiæ, aliquando ratione commodi, & incommodi.*

21 *Suscipiens iudicium animo nouandi quando hoc possit inuito actore.*

22 *Qui ex necessitate efficitur procurator in rem suam, non dicitur alieno nomine esse in iudicio.*

23 *Practica opponendi exceptionem fiendi compromissi per defendentem alium nomine proprio.*

24 *Defensor venditoris qui non tenetur de euictione, nec tenetur defendere, non potest ex persona sua excipere, sed excipiet eo modo, & ordine quo principalis.*
Intellectus ad l. idemque. §. generaliter. ff. mandati.

25 *Sententia arbitratoris dicitur transactio magis quàm sententia.*

26 *Declinare iurisdictionem non dicitur ille qui committit causam in arbitratores.*

27 *Litem esse inter aliquos alieno nomine dicitur duobus respectibus.*

28 *Pactum dicitur personale duobus modis.*

1 Pisanæ † ciuitatis consilium decreuit, quòd in omnibus litibus, vel quæstionibus vertētibus inter coniunctos in tertio gradu, teneatur iudex ad petitionem vnius partis hoc petentis cogere alteram partem de prædictis cōpromittere in eorum arbitratores & amicos communes, qui possunt de plano, de bono, & æquo, omnibus dilationibus, & causandi ordinibus prætermissis, cognoscere, arbitrari, & diffinire. & quòd per eos fuerit diffinitum, obseruetur, & nullum dici non possit, nec possit peti reduci ad arbitrium boni viri. post quæ accidit, quòd Titius vendidit, & tradidit fundum cuidam extraneo: à quo emptore germanus dicti Titij vendicabat dictum fundum: Titius prædictus ab emptore requisitus, defensioni se obtulit, & iudicium in se suscepit. Nunc dictus Titius petit cogi germanum suum ad cōpromittendum fm formam dicti consilij, quæritur an cogi debeat vel non, & quòd cogi non debeat ad compromittendum probant rationes infrascriptæ. ¶Primò hoc probat natura actionis propositæ, quia in rem actio. & cum hæc sit actio in rem, aduersus possidentem datur: & ex persona authoris ipsius possidentis forum non declinatur. Primū, ꝙ detur contra possidentem probant iura vulgaria. C. de ali. iudi. mu. ca. fa. l. i. & C. vbi in rem ac. l. i. in fin. ff. de rei vendi. l. officium. cum sim. Secundum, s. ꝙ ex persona authoris non mutetur forum, probatur. ff. de iudic. l. venditor. C. vbi in rem ac. l. i. sed in casu nostro emptor conuenitur tanquam possessor, & ex sua persona non potest declinare iurisdictionem primi iudicis: & petere compromitti: quia extraneus. ergo nec ex persona actoris videtur posse forum mutari de iudice in arbitratores. & sic nō debet cogi ad compromittendum. si ergo aspicias in dictis duabus legibus vltimò allegatis vī casus nostræ quæstionis. ¶Secundò hoc probat in proposita actione causæ proximæ non facta expressio. Antequàm istud arg. fundē, præmitto, ꝙ ratio potissima quare iste defensor dicit debere compromitti, est quasi causæ natura sua cum ad eum pertineat commodum, & incommodum, cùm de euictione teneatur. vt j. dicam arguendo pro alia parte. hoc præmisso sic arguo. ¶Quicunque aliquid ponit, siue agendo, siue excipiendo, debet illud probare. aliàs ab eo, qđ petebat excluditur. vt C. de probat. l. i. ff. eo. l. qui dicit. & l. ab ea parte. & l. in exceptionib. in princ. ff. de except. l. i. cum simi. sed iste Titius qui petit cogi ad compromittendum, ideo petit quasi inter eos vertatur causa, seu lis, cum ad ipsum pertineat commodum, vt prædixi. hoc autem ex themate nostro non probatur, vt ostendam: ergo, &c. & ꝙ non probetur, ostendo. Certum est ꝙ si res euinceretur ex causa, quæ causaretur à facto ipsius emptoris, ꝙ venditor de euictione non tenetur. vt ff. de euict. l. si rem quam. &
2 l. si mancipium. & l. si seruum eius. & l. fin. Item † certum est ꝙ rei vendicationem licitum est proponere non exprimendo causam proximam quare dicit ad eum dominium pertinere. vt ff. de exc. rei iu. l. & an eadem. §. actiones. & l. si mater. §. i. not. ff. de eden. l. i. in princ. sed sic fuit in quæstione nostra, quia vendicauit causa non expressa, & sic non apparet vtrum dicat dominium suum ex causa quæ causatur à facto emproris, vel non: & sic an ad venditorem spectet periculum, vel non, ergo eius intentio nō est
3 probata: & ab eo qđ petit, excluditur. ¶† Tertiò hoc probat ius defensionis inuita facta receptio, hoc sic ostendo. Ex eo actu quem quis fecit inuitus facienti præiudicium non paratur, vt ff. de his quibus. vt indig. l. post legatum. §. aduocatus. eod. tit. l. tutorem. C. de administra. tuto. l. cum quidam. ff. de condi. fur. l. & ideo. secundò respon. famil. ercis. l. si pignori. circa finem. facit. ff. de leg. 2. l. peto. §. prædium. sed iste actor recipit hunc Titium fratrem suum in defensorem illius causæ inuitus, & coactus. nam iure cogitur eum recipere. vt ff. de petit. hæred. l. sed & si lege. §. itē si rem. de noxa. l. de illo. in fin. famil. ercisc. l. planè. cum ibi no. saltem si est æquè legalis sicut principalis. vt not. per Dy. ff. de solutioni. l. solutionē. facit qđ not. per gl. de neg. gest. l. liberto. in fine. Si sic: ergo ipsi præiudicare non debet. præiudicaret autem si cogeretur compromittere: tamen si litigasset cum possessore non compromitteret: sed apud iudicem ordinarium litigaret. ¶Quartò hoc probatur per susceptionem iudicij actionis facta mutatio, hoc fit qñ aliquis alterius iudicium in se suscipit, tunc suscipiens tenetur actione vtili, qua ille tenebatur directa. vt ff. de noua. l. delegare. & ibi not. de solu. l. solutionem. vbi
4 not. per Dyn. † Item certum est, ꝙ actiones vtiles non dicuntur esse ex verbis: sed ex mente, vel interpretatione. vt C. de neg. gest. l. curatores. & de leg. 2. l. legatorum. ff. si qua. pau. fe. dic. l. pen. & de nego. gest. l. actio. & ibi not. per Dyn. in lect. super arbore actionum. licet Cyn. aliter dicat C. de actio. & oblig. l. i. & ꝙ actio vtilis dicatur ex interpetatione, habes gl. no. ff. de actio. & obli. l. quæcunque. §. fin.
5 ¶† Ex his sic arguo: verba statuti debent intelligi fm propriam significationē verborum non fm interpretatiuam, seu mentalem. vt ff. de verb. oblig. l. quicquid. de exerci. l. i. §. si is qui nauem ad municipa. l. constitutione. de mili.

testa.

testa.l.quod constitutum.sol.matri.l.si verò.§.de viro.qui, & à quib.l.prospexit.cum simili. sed iste qui suscipit iudicium propriè teneri non dī. nec propriè cum eo esse iudicium: sed interpretatiuè.nam litis nomen ad actionem refertur.vt ff.de verb.sign.l.litis nomen: ergo non
6 continetur verbis statuti, ꝙ debeat compromitti. ¶ † Quintò probatur per hūc venditorem extraneum suscepta defensio: hoc sic. Qui alterius defensionem suscipit vicem rei, quem defendit,suscipit,etiam quantum ad tribunal,qa in eo tribunali dēt defendere.vt ff.de procurat.l. sed & hæ.§. non solùm. & §.defendere. & eodem modo procedetur, vt l.qui bona.§.fi.de dam.infec.& eodem modo condemnatur.vt l.minor.§.1.de procurato. pro socio.l. verum.§. videndum.solu.matrim.l.alia.in prin.de re iudica.l.si cum procur.ergo in casu proposito causa non debet compromitti,quia non ageretur coram eodem tribunali: nec procederetur eodem modo. nam coram arbitris proceditur de plano, vt patet ex forma consilij supradicti: nec fieret eodem modo condemnatio. nam sententia iudicis ordinarij subiacet retractationi per remedium appellationis: sed hæc quæ datur ab arbitris nullo modo potest re-
7 tractari, vt patet ex verbis consilij supradicti. ¶ † Sextò probatur, per defensionem deterior actoris non est facienda conditio hoc sic. lex dicit, quòd per defensionem in nullo fieri deterior debeat conditio aduersarij. Not.verbum in nullo, quod est signum vniuersale. vt l.3. §.defendi. ff. ex quibus.caus. in posses. eat.facit dicta.l.sed & hæ.§.defendere.& l.si minor.§.1.3.alleg.Sed cum oratio sumitur ex vniuerso, inde non debet esse aliquid falsum. vt l.si is qui ducenta.§.vtrum.de reb. dub.C.de præscr.xxx. vel xl.annorum.l.omnes. & ff.de operis nou. nuncia.l.1.§. item nuntiatio.& qđ ibi no.per laco. de Are.sed si nos diceremus, ꝙ ex persona defensoris iste cogeretur ad compromittendum. ergo regula dicti.§. esset in aliquo falsificata. quia in aliquo eius conditio fieret deterior, qđ esse non debet. & sic non cogeretur ad compromittendum.
8 ¶ † Septimò hoc probat successoris sui priuilegij vsus nō facta concessio.hoc sic. qñcunque alicui ratione suæ propriæ personæ priuilegium conceditur, si succedit non priuilegiatus, eo priuilegio non vtetur. hoc probatur.ff. ex quib.cau.in poss.eat.l.apud Iulianum.§.1.de minor.l.1.C.si aduer.ven.pig.l.2.cum simil.not.in d.l.apud Iulian.§.1.sed cum huic fratri qui alteri extraneo successit in hoc iudicium,detur hoc priuilegium ratione suæ personæ,ei non prodest:quia frater isto priuilegio nunc non vtetur.& pro hoc vī casus.ff.de iudi.l.hæres absens.in prin. ibi, nulloq;
9 proprio priuilegio. ¶ † Octauò hoc probat statutorum, ſm ius commune facienda restrictio, & hoc sic.verba statutorum generaliter, vel indefinitè prolata,restringūtur, & limitātur ſm ius commune. vt C.de noxal.l.2.ff. de mu. & hon.l.vt gradatim.§.sed si lege.facit. C.de sacrosan.ecc. l.1.& qđ ibi not.extra,de reg.iur.c.generi. & qđ ibi no.per Dy.Sed de iure communi hoc est, ꝙ qñ in causa vertente inter aliquos aliquid statuitur, intelligitur si suo nomine agat, vel conueniatur, hoc probatur.ff.de in ius vocan.l. quæsitum.probatur optimè.ff. de iudic.l.lis nulla. cum gl. ibi,nisi hoc faciat alieno nomine,&c.facit de his qui not. infam.l.furti.§.qui alieno.eod.tit.l.seruus. Hinc est, ꝙ iste conuenitur alieno nomine.i. pro possessione apud alium constituta,quem Spec.dicit teneri cauere de iudicato soluendo tanquam alieno nomine conuentus. vt not.Spec. de satisf.§.expedito.versi. sed nunquid venditor. cum ergo consilium nostrum dicat ꝙ de causis vertentib.inter coniunctos compromittaī, intelligo si vertuntur eorum proprio nomine. sed hic vertitur nomine alieno: ergo non
10 debet compromitti. ¶ † Nonò probatur. in statutis vltrà propriam significationem, non est facienda extensio.hoc sic.verba statuti non debent extendi vltrà propriam significationem.vt l.non aliter.de leg.3.l.si verò.§.de viro.solu. matr.de exerc.l.1.§.si is qui nauem.cum simi.no.s.in quarta ratione.Sed verba consilij dicunt de quæstionibus vertentibus inter coniunctos: sed illud dī fieri inter aliquos propriè,ꝙ agentes pro se,& suo nomine faciunt,non pro alio.hoc probat.l.inter stipulantem.in prin.ff.de verb.ob. pro hoc optimè facit glo.de iur.cal.l.2.§.qđ obseruari.quę dicit ꝙ ad hoc, vt sciamus inter quos est lis, debet inspici in cuius personam, seu contra quem est formatus libellus.vt C.de iura.calum.l.2.§. qđ obseruari. in 2.gl.tangitur etiam per glo.ff.de in ius vo.l.sed si hac lege.§.fi. in vlt.gl. vī tex.de his qui no.infa.l.seruus. sic etiam videmus in rebus corporalibus,illud dī esse inter aliquas res qđ eas mediat absque alio medio.vt ff. de ser.rust.præd.l.fin. & l.qui bona.§.cum inter.de damn.infec.Sed in casu nostro dicta lex,seu quæstio non potest dici inter dictos fratres aliquo modo.Primò,quia pro alio interuenit in iudicio.Item nō in persona sui sed in persona extranei est conceptus libellus.Item non pertinet ad eum immediatè, sed ꝑ medium extraneum.ergo verba consilij non in eum cadunt, & sic
11 non debet compromitti. ¶ † Decimò probatur ex verbis statuti absurditatis facta exclusio. hoc sic semper à verbis legis,seu statuti absurdum intelligitur esse exclusum. & ratione absurditatis euitandæ statuta recipiunt interpretationem,vt l.quæsitum.ff.de test.de off.assess.l.liberti. de excu.tut.l.scire oportet.§.aliud.vers.& si maximè de reg.iur. l.aliud.§.absurdum.C.de epis.& cler.l. repetita.& de test.l. consulta diualia. Sed si hoc esset,qđ ex persona defensoris fieret compromissum,iam sequeretur, ꝙ in potestate fratris,vel alterius coniuncti esset semper ire,& suscipere iudicium in se.vt l.solutionem.de sol.& l.soluendo. de neg. gest. & facere omnem quæstionem compromitti, qđ est absurdum, & sic non concedendum. & sic hoc casu non debet compromitti,vel ad compromittendum cogi.

Ex aduerso, quòd cogi debeat ad compromittendum, probatur iuribus infrascriptis. ¶Primò probat huic defensori facta denuntiatio hoc sic.Nos ponimus in themate nostro, ꝙ huic venditori,eidemque defensori fuit denuntiatum, vt causæ agendæ,vel defendendæ adesset.vel si non fuisset factum,de iure fieri debuisset. vt ff.de euic.l.si rem quam.§.fin. & l.fundo.§.fin.C.eod.l.emptor.cum simil. Item inter ipsum qui agit,& eum cui est fienda dicta denuntiatio, dī esse lis, & quæstio. hoc ostendo, qñ lis seu quæstio debet esse inter pupillum,& tutorem,tunc datur curator ad litem.vt insti. de auth.tut.§.fi.ff.de tute.l.qui habet.§.pupillus.C.de in litem dan.tut.per totum. Pone ergo., qđ tutor vult agere ꝯ quendā,q est denuntiatus pupillo.certè lex dicit ꝙ est dandus curator in litem.C.de in lit.dan.tut.l.an tibi.per qđ bene apparet, qđ dicta quæstio dī esse inter tutorem, & pupillum. Ad propositum igitur cum dictus frater defensor fuerit denuntiatus,& denuntiari debuerit, & propter hoc qđ defensionem suscepit,lis dicatur esse inter hūc denuntiatum,eundemq; defensorem, & fratrem eius agentem: & sic cogi debet ad compromittendum: per d. l. an tibi..
12 vbi videtur casus. ¶†Secundò probatur priuilegij fauore coniunctorum facta concessio.hoc sic.Quando aliquibus in ipsorum fauorem in aliqua causa datur aliquod priuilegium,illud vī esse concessum siue suo,siue defensorio nomine conueniantur.hoc probatur siue loquatur de priuilegio qđ datur circa causæ ordinationem. vt l. sed si hac l. §.1.ff.de in ius vocan.siue loquatur de priuilegio circa substantiam actionis.vt l.licet.§.fin.ff.de obse. à libe. præstan. quæ leges tangunt quæstionem nostram.Cum ergo in casu proposito istud beneficium de compromisso sit concessum coniunctis in eorum fauorem, intelligetur siue suo, siue defensorio nomine conueniatur; per dicta iura. saltem in casu isto, vbi defensionem necessariò suscepit. &
13 sic cogatur ad compromittendum. ¶ † Tertiò probat huius causæ commodi, & incommodi peruentio.hoc sic. Ille dī propriam causam,& rem suam agere, vel defendere, ad quem eius pertinet commodum,& incommodum: vt C.de procur.l.qui stipendia.ff.e. procurator.qñ app.sit l.1. §.in propria.facit qđ no.ff.de testi.l.nullus. C.eo.l.omnib. sed ad hunc fratrem defensorem pertinet commodum,& incommodum, qđ patet quia tenetur de euictione etiam si non promiserit,vt ff.de euic.l.2.C.eo.l.non dubitaī.cum sim.Si ergo dicimus ipsum fratrem suam propriam rem, & causam agere: & sic inter coniunctos verti litem:& per consequens alium fratrem cogi ad compromittendum. ¶Quartò probat de venditore,ac si possideret, & sic omnibus suis proprijs exceptionibus vti, casus est.ff. de peti. hær.l.sed si l.§.item si rem.in fi.§. pro hoc etiam vī text.ff. rem ra.hab.l.procurator.ad exhib.§. si procur. Ad propositum ergo,si iste frater defensor esset possessor, & conueniretur & peteret compromitti, non est dubium, ꝙ audiretur:ergo in casu proposito,& sic alter frater cogatur ad
14 compromittendum.† Quintò hoc probat,ad singularem successorem extēdenda est exceptio.hoc sic.Exceptio quę competit venditori competit etiam emptori, siue procedat ex beneficio concesso in rem.vt ff.de iureiuran.l.ait prætor.§.fi.cum l.seq.2.respon.& ff.quarum re.act.non datur.l.1.§.si petitor.pro soc.l.idemque.§.fi.communi diui.l. in hoc iudicio.§.fin.no.plenè per Dyn.de reg.iur.c.si quis

in ius.

BIU Cujas

in ius lib.6.de dam.infec.l.fluminum §.adijcitur.siue procedat in beneficio personali. vt l.si tibi.§. pacta conuenta. ff.de pact.vbi exceptio procedens ex pacto personali facto venditori competit emptori saltem viuo venditore, Sic ergo in casu proposito, siue dicas hoc ius petendi, quòd compromittatur,esse personale,siue reale, competit emptori: maximè venditore viuo. & sic iste defensor vtetur ista exceptione tanquam competente ipsi defensori, me-
15 ritò cogetur alter frater ad compromittendum. ¶†Sextò probat venditoris,& rei principalis æquiparatio. hoc sic. Ego æquiparo reum principalem quo ad defensionem fideiussoris: & venditorem,quo ad defensionem emptoris. nam sicut venditor tenetur emptori re euicta: hoc est condemnatione secuta.vt ff.de euict.l.euicta.in princ.& §.1.de rei vendi.l.vtique.de nego.gest.l.at qui natura.§. cum me. sic fideiussori tenetur reus principalis facta condemnatione.de fideiussoribus. vt ff. manda.l. Lucius. C.eod.l.si pro ea.ff.de fideiussoribus.l.fideiussor pro venditore.Item sic, iniuria facta emptori non nocet venditori. vt l. si per imprudentiam.ff.de euic. & iniuria facta fideiussori non nocet reo principali.vt ff.de fideiusso.l.exceptione. Sic est videre in exceptionib. quæ sic transeunt de persona rei principalis ad fideiussorem.vt ff.de exceptio.l.except.§.rei.& l. omnes.de fideiuss.l.ex persona. C.de non num.pecu.l.tam mandatori.& ibi per Cyn.pluribus alijs exemplis esset inuenire. Sed in reo principali hoc inuenio,q̃ si ipse defensionem fideiussoris suscipiat siue suo nomine animo nouãdi,siue procuratorio nomine, semper exceptiones quæ sibi,reo competunt: licet tales sint quæ ad fideiussorem non porrigantur, ipse reus ex sua persona poterit opponere. text.est not. ff.mand.l.idemque.§.generaliter.no. in l.si fideiussor.§. quædam. eodem titul. Sic ergo dicam in casu proposito. nam si vẽditor susceperit defensionem emptoris animo nouandi. siue simpliciter procuratorio nomine,poterit exceptionem,siue priuilegium,seu beneficium ex forma cõsilij postulare ex sua persona: & sic ille debebit cogi ad compromittendum. pro hoc videtur tex. cum gl.C.de euic.l.si parentes. vbi glo.parua sentit,q̃ venditor ex persona sua possit implorare beneficium personale in causa agitata cum emptore, dum ibi dicit glo.nisi essent minores. ¶Septimò probat per resistentiam verbs quæstio.hoc sic.Ego dixi.s.in proxima ratione,& in quarta facta pro hac parte, quia iste defensor potest opponere exceptionem suo nomine ex sua persona per iura ibi alle.
16 † Nunc arguo. Lis, seu quæstio dicitur fieri per aliquem, siue agendo,siue excipiendo,siue defendendo.vt ff.de procura.l.non solùm.§. si status. ff. rem ra.habe.l. quo.n.§.fin. & l.amplius.§.fi.eo.tit. Sed si iste defensor opponeret aliquam exceptionem ex sua persona,q̃ potest,vt s̃.dixi:ipse suo proprio nomine absq; dubio diceretur litem inferre excipiendo,& tunc propriè dicitur litem inferre.no. C.de iur.& fac.igno.l.1.in 1.glo. & sic tanquàm si lis inter eos verteretur,debent cogi ad compromittendum. Et aduertatis,q̃ ista ratio non concludit,nisi quando iste defensor opposuisset suo nomine aliquas exceptiones antequàm peteret compromitti.Exceptiones autem quas posset opponere suo nomine,constat esset de illis,q̃ ad emptorem defensum non transeunt. Sed quia istæ exceptiones rarò accidunt in iudicio, videamus nunquid exceptiones quæ ex persona venditoris transeunt in emptorem,vt sunt regulariter omnes quæ non cohærent personæ. exempla pa-
17 tent in ll.allegat.s̃.in quinta ratione pro hac parte.¶†Sed an venditor defendens posset defendere ex persona sua, non insisto.glo.videtur tenere, q̃ sic,in d.§.generaliter.in gl.super versi.ponit.ibi dum dicit subaudi maximè, quod tenementi.videtis ergo,q̃ ista esset practica indubitabilis, qd̃ primò exceptiones, quas posset suo nomine opponere: tunc peteret compromitti quasi nunc lis inter eos pro-
18 prio nomine vertatur.¶†Octauò probat iudicis, & naturæ causæ iuncta mutatio. hoc sic: licet ex persona actoris non possit opponi exceptio merè declinatoria fori, quæ merita causæ principalis non tangit: vt s̃.in 1. ratione facta pro contraria parte,tamen ego respondeo, q̃ quando simul cum mutatione fori mutatur natura ipsius causæ, q̃ dicta mutatio potest fieri ex persona actoris. videtur casus. C.de iur.fisc.l.1.lib.10.quem sic induco. Certum est q̃ fiscus habet priuilegium sui iudicis: quia causæ fiscales agitantur coram procuratore Cæsaris: vt C. vbi causæ fisca.per totum.Item vos scitis q̃ in istis causis fiscus habet priuilegium saltem hoc,quòd alius edit ei, sed ipse non contra se: vt ff.de edend.l.3. & de iure fisc.l. in fraudem.§. neque.& §.seq. Modò pone quòd fiscus vendidit fundum cuidam: extraneus vendicat hunc fundum à priuato emptore: nunquid agitabitur causa coram præside, qui est iudex inter priuatos: vel coram procuratore Cæsaris, qui est iudex inter fiscum & priuatum? & certe coram procuratore Cæsaris.vt d.l.3.C.de iu.fisc.secundum vnum intellectum,quem gl.ibi videtur tenere in glo.mag. ibi: sinautem emptorem &c. fit ergo mutatio cum mutatur simul iudicium,& natura causæ. Sic in proposito istud compromittere in arbitros videtur mutare forum,licet posset dici q̃ non mutetur: vt j. dicam in solutione contrariorum. Item mutatur natura causæ; cum iudex ordinarius cognoscat secundum rigorem iuris: arbitratores autem cognoscerent de plano, bono & æquo, faciendo edi instrumenta hinc inde prout eis videbitur: nec eorum sententia subiacet retractationi: ergo ex persona actoris debet fieri ista mutatio. Sic ergo cogetur ad compromittẽdum. Nec dicat aliquis,q̃ ibi est speciale in fisco: qa licèt quantùm ad iudicem & naturam causæ fiscus habeat aliquid speciale: tamen in hoc q̃ emptor ex persona iudicis fisci mutet iudicium,hoc non est speciale: sed ius commune: vt innuit d.gl. ad specialitates fisci. & hanc non ponit. est ergo ius commune vbicunque est eadem ratio,scilicet q̃ cum iudicio mutatur natura causæ.¶Nonò probat suadẽs iurium ratio.hoc sic.Ratio iurium hoc suadet,vt illud priuilegium quod quis habet, porrigatur ad eum qui statim est habiturus regressum contra habentem priuilegium,ne per mediam personam contra suum priuilegium inquietetur: vt C.de vsu.rei iudic.l.3.in fine.ff.si famil.fur.fe. dic. l.quoties.§.planè.de nego.gest.l.ex duobus.de liber.legat. l.3.§.nunc de effectu. Sic ergo in proposito, priuilegium fratris porrigitur ad emptorem, ita q̃ frater emptorem defendens posset dicto priuilegio vti: & sic alter cogatur ad compromittendum.¶Decimò probat verborum propria significatio.hoc sic.Verba nostri consilij dicunt,de litibus
19 & quæstionib.vertentib.inter coniunctos &c.† Modo videamus quib. modis dicatur lis verti inter aliquos: certè vno modo dicitur respectu instantiæ: & isto respectu solùm inter personas,quæ sunt in iudicio dicimus esse litẽ. videmus enim,q̃ procurator qui litem contestatur, dicitur esse dominus litis, id est instantiæ. vt C.de procurat.l. nulla dubitatio: vbi glo.exponit,litis,i.instantię.& eo.tit. l.procuratoribus.& l.neque.ff. de excep.doli.l. si procurator.& ibi gl.facit similem expositionem: & adeo dicitur dominus litis: quòd si velit transferre iudicium in ipsum dominum,oportet quòd illud ius instantiæ cedat eidem: vt ff.de procura.l.in causæ.§. si ex parte. in gl.super verbo, transferri: licet alius modus transferendi notetur in illa. l.parua quæ incipit: mutari.& p̃cedit.l.quæ omnia.¶Alio modo dicitur respectu commodi, & incommodi, seu respectu actionis: & isto respectu in his quorum causa agitur, licet ipsi non sint in iudicio, dicuntur esse domini litis: & lis inter eos verti: vt C.de defen.ciui.l.1.de appel.l. omnes.ff.de procura.l. Paulus respondit. & hoc not.dicit glo.ff.de appel.l.ab executore.§.fi. ¶Sed certum est q̃ duo propriè, & directè nõ possunt simul esse domini: iura sunt vulgaria.Oportet videre quis eorum sit litis dominus directò,& propriè: & quis impropriè. Et certè dico q̃ propriè dicitur ille dominus, ad quem spectat commodum, & incommodum,& cum pro quo lis fit: & inter eos propriè dicitur verti lis.ad hoc induco primò vnam glossellam,quæ videtur facere hãc expositionem,inter eos,id est pro eis.ff.finium regundorum.l.4.§.non solùm.¶Sic ergo exponamus in quæstionibus vertentib. inter coniunctos hic &c. id est, pro coniunctis ad eorum commodum, vel incommodum. Sic ergo dicemus, quòd leges vbique appellant principales personas eos, ad quos commodum spectat.vt C.de iura.calum.l.2.§.1. & auth.principales.sumpta ex corpore, vt liti.iurent.§. 1.alij. qui sunt in iudicio. Sed si ad eos spectat commodum,dicitur q̃ propriè verti lis: vt dixi: multò magis ergo in isto defensore,qui in iudicio interuenit,& litem est contestatus,& ad eum spectat commodum,& incommodum, dicemus proprijssimè & verè esse dñm litis: & inter eum & fratrem eius verti litem. & sic verba statuti, quæ secundum propriam significationem debent intelligi,vt s̃.probaui,in eo cadunt.ergo cogi debet alter ad compromittendum.

Solutio, Inuocatio nomine Domini nostri Iesu Christi,totiusque trinitatis, saluo semper saniori consilio vniuscuiusque doctoris, vel scholaris melius sentientis, vt accedat quod legitur. ff. qui pot. in pig.

BIU Cujas

pig.ha.l.Claudius.in fine.Saluō etiam cōsilio domini &
20 doct.mei domini Ray.de For.† Dico dictum fratrem cogi debere ad compromittendum : & hoc potissimè per aliquas rationes factas.s̄. proximè pro hac parte, scilicet in 4.6.8.& 10.& hoc ostendo.Aut enim dicimus istum susce pisse in se iudicium animo nouandi : & tunc non est dubium : quia ipse dicitur dominus,& non procurator:cum primùm sit liberatus ipso iure. & hoc no.dicit gl. de procura.l.non solum. in prima mag. gl.ante fin.ideo cum lis
21 sit inter eos, debet compromitti.Aduerte tamen † quòd istud nouare non potest fieri inuito actore: vt l.si mandato meo.§.1.ff.man.& hoc tenet gl.in d.l. non solùm. circa finem.1.glo. aliàs per nouationem fieret deterior conditio actoris eo inuito, contra.l.aliam.ff.de noua. licet alia glo.videatur dicere contrarium.ff. de nego. gest.l.liberto. §.fi.sed malè,& etiā damnat Iaco. But.& Cy.C.vbi in rem actio.l.1.& hoc tenet do.Ray.in l.solutionem.ff.de sol.sed tanquam procurator in rem suam non nouando primam bene potest inuito actore : vt l. solutionem. de solu. & l. soluendo. de nego.gest. & ita loquuntur iura allegata in tertia ratione facta pro parte negatiua. Aut dicimus quòd iste susce pit in se iudicium vt procurator : & tunc est certùm quòd iste venditor susci piens iudicium est procurator in rem suam. nam licet actio in rem proponatur causa non expressa,in dubio non videtur res vendicari ex causa quæ proueniat ex facto, vel ex culpa emptoris. sed ex alia causa, ex qua venditor de euictione teneatur.text.est not.in l.seruum quoque.§. fin. ff. de procuratoribus.l.fin. in fin.bene facit quod not.ff.de fideiussorib.l.exceptione. in fi.in glo.& ex necessitate mota lite tenetur emptorem
22 defendere. vt ff.de euic.l.si plus vel minus. §. mora.† Sed ille qui ex necessitate efficitur procurator in rem suam,nō dicitur suo nomine esse in iudicio. de hoc text. est clarus. ff.de procur.d.l. seruum quoque.§.fin. in fin.coniuncto.§. ait prætor.ea.l.Si sic,ergo proprio nomine est quæstio inter dictos fratres : meritò debet cogi ad compromitten-
23 dum. ¶ † Item dico,quòd istud beneficium compromissi non posset implorare emptor extraneus ex persona fratris vendentis : non enim transit ad singularem successorem,nec ad vniuersalem : quia est personale beneficium, scilicet ratione fraternitatis & coniunctionis,hoc probat text.expressè.ff.pro soc.l.verùm,in prin.ff.solut.matrim.l. quia personale. & quod ibi not.per Dyn. & Pet. & plenè per Dyn.extra,de reg.iur.cap.personale.lib.6. sed ipse frater, qui susce pit iudicium ex persona sua,hoc implorabit suo nomine.d.l.idemque.§. generaliter.ff. mandati, quod declara, vt dixi suprà in 6. ratione. Faciunt etiam leges allegatæ in quarta ratione : nam implorando tale beneficium, non dicitur declinare forum, vel iudicem, vt infrà dicam in solutione primi contrarij; non ergo hoc implo rabit nomine eius, quem defendit, sed suo proprio, & sic
24 habes practicam.† Item dico vt perfecta sit solutio, ꝙ si iste defensor non teneretur de euictione,non tenetur defendere : sed si susce pisset,vt procurator in rem suam, volens donare emptori, quòd tenetur ex persona sua opponere : de exceptione loquor, quæ respicit ipsam causam, vt j̄.dicam in solutione contrariorum.iste enim debet defendere eo modo & ordine quo principalis, qui defenditur,& ex persona huius defensoris nullo modo debet fieri deterior conditio actoris. & sic loquuntur omnia iura allegata,in 5.& 6.ratione facta pro parte negatiua.aliàs sequeretur illud absurdum quod ponitur in vltima ratione pro dicta parte negatiua.ad hoc induco Dyn. qui hoc dicit ad literam. ff. de fideiuss.l. Marcel. in fin.mag.additionis.vbi intelligit d.l.idemque.§. generaliter. in eo qui defendit fideiussorem, qui habet regressum contra eum, qđ tene menti. ¶ Distingue ergo in quæstione nostra : Aut susce pit iudicium animo nouandi actore volente : aut tanquàm defensor, seu procurator. & tunc aut est defensor necessarius,aut voluntarius,vt patet ex prædictis. Verùm quia s̄. sunt factæ rationes quæ multum obstant ad quodlibet prædictorum,ideo respōdebo per ordinem. Et primò obstare videntur omnes rationes factæ pro parte negatiua : sed non obstant in veritate. Non ob.primum,
25 cui respondetur duobus modis.† Primò sic, quod hic nō est mutatio fori,neq; iudicis,nam vos scitis quòd sententia arbitrorum dicitur transactio magis, quàm sententia. vt in auth.vt dif.iudi.§.si verò contigerit. col.9. & ibi not. Sed si ego implorarem à iudice quòd cogeret aliquem mecum transigere,vel paciscī, non est dubium quòd non esset declinare iudicem : imò tunc propriè ipse cognosce-
26 ret.vt ff.de vsuf.l.æquissimum.& ibi tex.& glo. ¶ † Prætereà,ille,qui de iudice compromittit in arbitros,non dicitur iudicem declinare : & de hoc est tex. cum gl.simul vnita. C.de iud.authen.si verò contigerit. & pro hoc videtur alia glo.ff.de iud.l.vbi cœptum. Prætereà quid si peto ꝙ iudex committat obstetricibus, quòd ventrem inspiciant, vel mensori quòd mentiatur agrum ? certè absit,quòd dicatur mutatio iudicis, vel fori.vt ff.de vent.inspi.l.1.§.1.& si mens.fal.mo.dixe.l.3.§.idem Pompon.& §.seq.¶Secundo modo respondetur sic, verum est,quòd non potest iudex mutare, vbi ex mutatione iudicis mutetur natura causæ, vt probaui.s̄. in 9. ratione facta pro parte affirmatiua, quod tene menti. ¶Ad secundum respondeo,quòd in dubio non præsumitur̄ fieri vendicatio ex causa, quæ causatur ex facto ipsius emptoris culpa : sed ex causa præceden ti ex qua venditor de euictione tenebitur. de hoc est casus quem s̄.alle.C.de asser.tol.l.fin. in fi.facit quod not.ff. de excep.l.exceptionem.in 1.gl.in fin. vnde iste qui susce pit defensionem,habet fundatam intentionem suam,nisi contrarium probetur. ¶Ad tertium respondeo, ꝙ eius conditio non fit deterior si non litigat coram iudice, sed coram arbitris,qui de bono & æquo cognoscunt.ibi.n.habebit bonam fidem cognoscere : & sic conditio eius non dr̄ fieri deterior.vt ff.de adminis.tuto.l.quoties.§.sicut.ff. mand.l.fideiussor.§.quædā. Prætereà non dicitur fieri conditio eius deterior, si agit perinde ac si res non esset alienata.vt ff.de pet.hære.l.sed si lege.§.item si rem.non enim fit melior : sed deterior. quod sufficit pro solutione legis in pupillo.de sol.cum sim.¶Ad quartum respondeo,quòd ista ratio concludit in eo, qui in se susce pit iudicium animo nouandi : sed quæstio nostra hoc non ponit; sed loquitur de eo,qui susce pit,vt procurator in rem suam. Sed posito, ꝙ in se susce pisset animo nouandi, adhuc dico, ꝙ licèt defensor teneatur vtili, & vtilis sit ex interpretatione:tamen lis,& quęstio dicuntur esse inter defensorem & actorem verè & propriè.vt s̄.probaui.non enim sequitur : actio,qua tenetur,est vtilis,& ex interpretatione : ergo iudicium est ex interpretatione, vt probatur.ff.arb.fur.cę.l. 5.§.fin.in gl.secus in q.de emphy.pro hoc videtur tex.ff.de proc.l.procurator in rem suam. Nam verbum,ritè,ibi positum denotat proprietatem,& iuris solennitatem,vt no. ff.de inoffi.testa.l.2. de pet.hæred.l.sed & si lege.§. scire.& fe.hoc etiam probatur.ff.de verb.sig.l. litis nomen.& gl.q̄ dicit de officio. ¶Ad quintum respondeo in eo quod dicit de tribunali. dic vt s̄. in solutione primi contrarij,&c. ad alia dic ꝙ habent locum in defensore voluntario, secus in necessario. vt dixi s̄.in solutione quæstionis. ¶Ad sextum respondeo eodem modo, vel dic ꝙ non fit deterior,vt dixi s̄.in solutione tertij contrarij.¶Ad septimum respondeo,ꝙ illud procedit in hærede, vel alio successore voluntario: secus in necessario.hoc vr̄ ex prædictis,& probatur optimè ff.de separa.l.1.§.fi. vbi hæres necessarius inquantum in reb.suis damnificaretur, vtitur suo iure. hoc tn̄ solue plenè per Cy.C.de sacrosan.ecc.auth.qui res iam dictas.vel dic ad l.hæres absens. ꝙ loquitur ibi in priuilegio quodam speciali, de quo non est factum ius commune quantùm ad eos : ergo &c.¶Ad octauum rn̄deo,ꝙ fateor maiorem, licet multum sit dubium : nec pono eam
27 pro ꝓstanti.† ad minorem dico ꝙ litem esse inter aliquos alieno nomine,potest dici duobus respectib.vno modo,i. ad alienam vtilitatem.vt d.l.1.§. in propria,qn̄ ap.sit.& sic loquitur.l.quæsitum.& gl.in d.l.lis nulla.Sed hic iste ꝙuenitur ex causa,per q̄ ad eum pertinet cōmodum,& incommodum. & ideo isto casu non dicitur defendere alieno nomine.Alio modo dicitur quantùm ad infamiam euitādam alieno nomine,i.ex facto qđ habuit initium in personam alterius,vt l.furti.§.qui alieno.ff.de infa.& iste non est casus noster : nec enim hic tractamus aliquid de infamia : nec obst.quod not.Spec.Primò quia possum dicere : ipse non dicit verum, & contra casum.l. seruum quoq;.§. fi.de proc.cum iste defendat ex necessitate, vt s̄.dixi. Item casus videtur ꝓtra eum.ff.si ex noxa. causa aga.l.cum vno. Sed ponamus qđ dicat verum ſm communem vsum,dico ꝙ istæ cautiones emergunt ante litis cōtestationem. & sic antequàm iste defensor efficiatur dominus litis, vel nomen suum aliquo puncto vertatur in iudicio; meritò, ergo cadit.Sed istud beneficium de quo loquimur,potest opponi post litis contestationem,& idem in alijs exceptionibus cohærentib.personæ venditoris, tunc.n.idest, post lit. cont.omnino dr̄ lis esse suo nomine, vt dixi in p̄cedentib. ¶Ad nonum patet responsio:quia imo secundum ꝓpriam

signifi-

significationem dicitur esse lis inter eos. ¶Ad decimum respondeo, ꝙ non sequitur ista absurditas: nam vt dixi, istud beneficium non datur nisi defensori: ergo non erit in potestate alicuius, nisi eius ad quem de iure spectat. Ad illud autem qđ dixi, ꝙ ipse emptor non possit opponere ex persona venditoris, obst. quinta ratio facta pro parte affirmatiua. Ad quod rñdeo ꝙ prout illa ratio loquitur de exceptionib. in rem cohærentibus personæ, non obstat: quia ista est personalis. Ad pactum conuentum qđ loqui-
28 tur de exceptione personali: † Rñdeo ꝙ personale pactum dr̃ duobus modis. vno modo ꝙ conseruat tm̃ personam eius cui fit pactum. isto modo nō loquitur ille. §. sed loquitur. l. idem in duob. s̃. eo. tit. Alio modo intelligitur pactum personale, qđ licet sit in rem, donec ipse cui fit pactum, viuit, tm̃ finitur morte ipsius, & isto respectu sumit̃ ibi, & ibi vr̃ tenere gl. in fi. & ita tenet ibi Gul. vel dicas illud esse validum in persona ipsius si opponatur à vendito re suscipiente iudicium, s̃m ꝙ dixi in nostra quæstione, sed prima melior &c. ¶Ad idem obstant quæ dicta sunt in 9. ratione facta pro parte affirmatiua. sed leges ibi allegatę loquuntur de exceptionibus rei cohærentibus. Ad aliud qđ dixi, voluntarius hoc non posset opponere. vr̃ obstare qđ dixi in 2. ratione facta pro parte affirmatiua. ¶Sed rñdeo primò ad l. sed si hac lege. §. fi. ꝙ ibi sit speciale in illo beneficio, in quo vertitur fauor patroni, & si impetretur talis venia, nil liberto nocet in sua causa. & hoc est beneficium ꝙ posset obesse, & naturam causæ immutat. non ob. l. licet §. fin. de obsequi. à libe. præstan. quia illud loquitur quando conuenitur alieno nomine: tamen agitur, vel excipitur de eorum proprio dolo: & ita intelligunt ibi doc. cum ergo ibi ad eos de eorum proprio facto spectaret commodum, vel incommodum, potius dicitur necessarius defensor quàm voluntarius: & ita facit pro determinatione nostra, Bart. de Saxoferrato.

¶Disputata fuit per me Bartolum de Saxoferrato minimum inter legū doctores, in regia ac nobilissima ciuitate Pisarum, circa annum M.cccxl. die xv. mensis Ianuarij.

QVAESTIO III.

1 *Pater an teneatur soluere condemnationem filij condemnati per contumaciam, stante statuto quòd teneatur soluere condemnationem pro maleficio filij. & alio quòd contumax habeatur pro confesso. & num. 13.*

2 *Sententia lata contra principalem mandatur executioni contra fideiussorem iudicatum solui, & est communis opinio.*

Pater qui tenetur soluere condemnationem pro filio, an dicatur fideiussor iudicatum solui. & nu. 14.

3 *Sententia lata contra eum qui dolo desiit possidere, mandatur executioni contra possidentem.*

4 *Contumacia quòd sit delictum, siue maleficium.*

5 *Iuramentum est ficta solutio, & habet vim solutionis, & porrigitur ad alios.*

6 *Confessio ficta quòd operetur quantum vera.*

7 *Sententia lata contra vnum, porrigit effectum ad eius authorem.*

8 *Sententia lata contra vnum, alijs non præiudicat ratione connexitatis, etiam quando effectus vnius facti extenditur contra plures, nisi de nouo probetur.*

9 *Sententia lata contra authorem meum post ius mihi acquisitum non præiudicat, nisi de nouo probetur.*

10 *Confessio vera filij, pactum, & iuramenti delatio non nocet patri, & quando noceat. nu. 17.*

11 *Quando aliquis propter dolum vel contumaciã aggrauatur, vt leuior probatio contra ipsum sufficiat, talis probatio non egreditur ipsum.*

12 *Statuta intelliguntur secundum propriam significationem & non secundum fictam.*

15 *Sententia lata contra filium quando nocet patri.*

16 *Cautela vt omni casu pater teneatur soluere condemnationem pro filio, vt quando agitatur iudicium contra filium citetur pater vt compareat pro suo interesse.*

18 *Sententia lata contra vnum præiudicat alteri, quando est lata contra præsentem: secus si contra absentem.*

19 *Ficta solutio quòd non sufficiat ad dandum actionem contra principalem.*

1 Perusinæ † Ciuitatis statuto cauetur, qđ si filius fa. commiserit maleficium, pater teneatur pro eo soluere condemnationem, assignando filio dimidiam eius, qđ habiturus esset ab intestato, si tunc pater decederet &c. Alio statuto cauetur, ꝙ si quis pro maleficio passus fuerit se poni in banno, elapso termino banni habeatur pro confesso. Contigit, ꝙ quidam filiusfam. de maleficio accusatus passus est se poni in banno: & elapso termino banni habebitur pro confesso condemnatus in certa quãtitate pecuniæ: nec aliter de eius maleficio constat. Quæritur, an pater teneatur ad soluendum condemnationem de eo factam, vel non, præsupposito, ꝙ processus & sententia teneat s̃m formam statuti ciuitatis prædi-
2 expressérint,cōe obligatum est.¶†Scđò sic,qñ aliquid pōt geri stuplici iure,semper vī geri eo iure quo res melius valet,& quo melius gerenti licet,vt ff.de testa.mil.l.3. extrà, de præb.c.nisi.vbi hoc vī expressū.Pro hoc totū illud gñale in dubio debemus intelligere,vt res potius valeat,q̄ pereat.vt l.quoties. de reb.dub.de verb.obl.l.quoties. cum si. ergo in proposito videntur priores ꝯxisse authoritate adunantiæ gñalis,vt sic valeat. ¶†Tertiò sic:qñ ille, qui habet
3 officium,aliquid gerit super re ad illud officium spectante; in dubio vī gerere contemplatione officij,non se alio nomine obligandi,vt ff.de neg.gest.l.Nesennius.de insti.l.fin. & de admi.tu.l.cū post.§.1.& not.quandò ex facto tu.l. post mortem.§.1.ergo hic in dubio videntur priores contraxisse authoritate adunantiæ generalis. ¶Quarto sic:paria sunt man-

mandatum præcedere, vel ratihabitionem sequi. vt l. fina C.ad Maced.ff.de sol.l.ratum,de regul.iur.cap.ratihabitio. lib.6. cum si. sed quando aliquis contractus celebratur cũ aliquo,qui alicuius negotia gerit, licet hoc non fiat mandato domini,tamen ratihabitione secuta dominus tenetur. vt C.quod cum eo.l.ei qui.in fi.& no. de neg. gest. l. si pupil.§.1.& not.ff.de admi.tuto.l.tutores qui post.§.aduersus. Si igitur ratihabitio sequens faceret commune teneri: ergo & mandatum præcedens . in casu ergo proposito
4 tenetur commune . ¶†Quintò sic: quando alicui aliquid mandatur, & in eum plenum ius transfertur,tunc etiam si ille mandatarius gerat nomine proprio,valet quod agitur in præiudicium mandantis. vt de dona.l.si tibi dederim.& ita no.facit.l.hoc iure.§.si quis dederit.eo.tit. sed adunãtia generalis concedendo prioribus,cum habeat potestatem, transtulit in eos iurisdictionem ordinariam super hoc. vt l.fi.C.de iurisd.omn.iud.& no.ff.eo.tit.l.more.& sic modò tanquàm hoc competat officio prioratus poterunt super hoc priores contrahere,& commune obligatur . Pro hoc optimè,quod no.extrà,de elec.c.in causis, & quod ibi.no. per glo.& Inno.vbi dicitur, quòd quando capitulum concedit aliquibus, quòd eligant prælatum , videtur eis istud ius eligendi donatum: & sic non eligunt authoritate capituli,sed ex potestate ipsorum . ¶Sextò probatur singulariter per casus plurium legum;primò per l.res quæ.§.fi. cum seq. quæ incipit,non tantùm. & l.2.ff.de iure fisc. vbi licèt delator non dicat deferre alieno mandato, tamen ille qui mandauit punitur: & sic non est necesse,quòd in executione actus ,mandatarius dicat se facere mandato alterius. ¶Secundò probatur per l.qui seruum.ver. nisi quòd defensor. & versi.item.de interrog.actio. vbi manifestè colligitur idem esse,siue ego sim in iudicio quasi defensor alterius,siue sim meo nomine,si primò tamen in veritate mãdatum præcesserit.Tertiò per l.post dotem.so.ma.secundũ lect.Dyn.vbi videtur pater stipulari procuratorio nomine filiæ,licèt non exprimatur. Quartò per l.is , qui.§.vnde quæritur. & §. finautem.ff. de manumis. vbi quis emit seruum proprio nomine,& tamen propter mandatum,quod præcessit,tenetur ac si fuisset expressum procuratorio nomine alterius.Quintò per l.si mandato Titij.§.1.ff.man. & C.de dolo.l.1.vbi ille fideiussor,qui emit suo nomine, tenetur mandati propter præcedens mandatum, ac si emisset nomine principalis . Ex quibus omnibus concluditur commune teneri, licet non fuerit dictum de authoritate, & balia adunantiæ generalis .

Contrà, Quòd commune non teneatur pluribus rationib. probatur . ¶†Primò sic:ad hoc vt dominus obligetur per eum , quem præposuit ad aliqd negotium exercendum est necesse vt ille qui cum tali,qui præpositus est contrahit , sciat illum ad hoc præpositum esse, & in hoc etiam sciat se contrahere. vt ff.de exercito. l.2.§.1.& 2.no.eo.tit.l.1.circa prin.in 3.glo.sed in quæstione nostra nõ proponitur,quòd ille Florentinus sciuerit prioribus esse concessam illam baliam: nec est præsumptio , qꝫ sciuerit,cum est forensis.vt l.fi.ff.de decre. ab or.fac. & extrà,de constit.c.1. & 2. Et quia est regula, quòd ignorantia præsumitur: ergo commune non tenetur. ¶Secundò sic, semper cum aliquis contrahit, videtur contrahere contẽplatione officij,quod exprimit.vt l. fin. de instito.& l.cum post.de admi.tu.& not.in l.post mortem.§.j.ff. quando ex fac.tut. Sed hic priores contrahendo solùm officium prioratus expresserunt,non autem adunantiæ generalis. sed ex officio,quod in contractibus non poterat commune obligare. ¶Tertiò sic; regula est,quod persona extrinsecùs nõ subintelligatur. vt ff.de verb.obl.l.si ita stipulatus.§. Chrysogonus. & sic magis suo nomine , quàm nomine alieno quis præsumitur gerere. vt l.& magis.ff.de sol.& ff.mandati.l.Pap.de in rem verso.l.si filius . ergo in hac obligatione non subintelligitur, quòd hoc fiat authoritate adunantiæ,
6 ergo commune non tenetur. ¶†Quartò sic : nomen officij,vel authoritatis extraneæ nũquàm subintelligitur : sed in dubio quis tanquàm ipse contrahere videtur.vt ff.de iure do.l.cum pater. vbi officiũ curatoris nõ subintelligitur. vt C.cre.cuic.pi.non debe.l.j.& 2.vbi non intelligitur quis vendere iure creditoris,nisi exprimatur.vt ff.loca.l.si quis, §.pen. vbi non intelligitur quis locare tanquàm fructuarius nisi exprimatur,& sic non intelliguntur facere autho
7 ritate adunantiæ generalis nisi fuerit expressum: ergo &c. ¶†Quintò sic : quando alicui officiali conceditur,vt aliqd faciat,quod aliàs ad ipsius officium non spectabat,intelligitur, quòd faciat authoritate superioris concedentis , nõ authoritate propria: vt extrà,de rescrip.c.cum aliquibus . lib.6.& longa differentia est vtrum quis faciat authoritate propria,an authoritate apostolica,vt de sup.neglig. præla. c.1.in cle.cum concord.ibi positis.sed hic non fecit authoritate superioris,sed adunantiæ generalis, ergo &c. ¶Sextò probatur per casus plurium legum.primò per l.Cassius. ff.de sol.cum si.ibi notatis.vbi illud,quod mihi mandatur, quòd faciam nomine alieno , si faciam nomine proprio , non valet. Secundò per l.3.§.sed & quod de tutore . versic. sed & si quidam tutor.ff.iu.so.vbi non sufficit quem esse tutorem,nisi vt tutor administret. Tertiò per l. si ego.cũ sua glo.quod vi aut clàm.vbi factum eius,qui à me habet mãdatum,non nocet mihi,nisi nomine meo agat . Quartò ꝑ l.si vnus.§.1.ff.pro socio.vbi factum socij non nocet societati nisi societatis nomine gestum sit. facit quod no. eod. ti.l.actio.§.1.Quintò per l.1.§.penul.& fi.ff.de in rem verso. vbi videtur,quòd non aliter tenetur dominus , vel pater nisi hoc animo gesserit filius,vel seruus , vt in rem domini,vel patris verteretur : & illa actio æquiparatur actioni mandati.l.1 .de neg.gest:& eo.tit.l.3.§.1.versi.regulariter.Et sic in mandato oportet, ꝑ fiat animo explicandi mandatum, quod hic non est factum.Concluditur ergo commune Perusij non teneri.

Solutio, Domini nostri Iesu Christi nomine invocato . Dico circa prædictam quæstionem duo consideranda . ¶Primò, an post reformationem prædictam factam ab adunantia generali prouisio superabundantiæ pertineret ad ipsorum priorum officium , vt sic hoc possint vt priores ex officio priorum,vigore officij prioratus. licet ante reformationem non possent.¶Secũdò est videndum posito, quòd hoc non possent ex vigore ipsorum officij,an si non exprimunt se facere authoritate
8 adunantiæ,commune teneatur . ¶†Et circa primum dico, verba reformationis esse diligenter inspicienda . Si enim hoc conceditur officio : vt quia dicunt , quòd ad officium priorum pertineat, &c.& tunc priores poterunt iure suo. si verò dicerent verba , quòd hoc possint authoritate adunantiæ generalis,& similia verba , tunc hoc nõ possent ex vigore eorum officij hoc probare in proœmio.Insti. circa medium.& C.de veteri iure enu.l.j.§.omnia enim.ff.de off eius cui man.est iu.l.1.§.qui mandatam.de iurisd. om. iud. l solet.Et hoc magis est expressum,extrà de cle.ægro.c.1.lib 6.& de supplen.negl.prælc.j.in cle.de relig.do.c.quia contingit.§.j.in cle.Si verò verba sunt dubia, vt in nostra quæstione,tunc aut committitur ipsis prioribus vnum factum particulare,& inter certas personas,vel de certa re,& tunc in dubio intelligitur authoritate adunationis generalis , non ipsorum propria casus est expressus extrà,de rescript.
9 cap.cum aliquibus.lib.6. † Iurisdictio enim ordinaria non conceditur in re certa,vel particulari casu.argum.ff.de testam.tut.l.certa. sed debet dari cuidam vniuersali administratori , vt statim dicam.Si verò conceditur vnum negotium vniuersale,vt in quæstio.nostra: vbi conceditur prouisio super abundantia , tunc videtur concedi iurisdictio ordinaria;quod probatur. Quia vniuersitas hoc potest.l.fi. C.de iurisd.omn.iud.ff.eo.l.& quia,& ibi no.sed concedendo aliquam administrationem vniuersalem,in dubio videtur concedere iurisdictionem ordinariam.vt l.1. in prin. & §.cũ vrbem. ff.de offic.præfec.vrb.& C.vbi,& apud quem. l.fina.ibi,certæ administrationi cui,& iurisdictio inest,&c. & in authen.habita.C.ne fil.pro patre . vbi doctoribus cõceditur iurisdictio in scholares : & constat quòd illa est iurisdictio ordinaria . Et sic in casu proposito si hoc fecerũt tanquàm priores, cum hoc competat ipsi officio tanquàm iurisdictio ordinaria lege municipali hoc concedente, nõ esset necesse , quòd fieret mentio de authoritate adunantiæ generalis pro hoc est tex.ff.quod vi aut clam.l.3.§.non tantùm. ver.planè, ibi hoc ita verùm est,&c. ¶Circa secũdùm verò, posito quòd hoc non possint facere authoritate eorum officij: an si non exprimant authoritate adunantiæ generalis commune teneatur ? Hic est aduertendum , quandoque contrahitur cum eo,qui habet mandatum,vel administrationem ab alio simpliciter hoc modò , Titius promisit &c. non adiecto nomine alterius : & hoc casu , quia contractus potest intelligi celebratus nomine ipsius ꝓprio : idcò alius à quo habet officium fortè non est obligatus . & ad hoc concludunt omnes rationes factæ pro illa parte , quòd commune non tenetur : sed si actus non poterat celebrari nomine proprio,locum habent rationes factę pro prima parte,quòd commune teneatur,qd tamen hic non examinabo,quia esset longum: sed exami-

nabo in repeti.quam intendo facere de l.post mortem. ff. quando ex fac.tuto.&c.

¶Disputata fuit hæc quæstio per me Barto. de Saxoferrato minimum inter leg.Doct.

QVAESTIO VI.

1 *Carceratus indebitè,sed iustè recommendatus,an possit peti, ꝙ relaxetur,non obstante iusta recommendatione.& nu.15.*
2 *Spoliatus ante omnia debet restitui, nec vlla exceptio potest opponi. & num.19.*
3 *Per iudicem potest alteri quæri,& ex eius facto.& num. 20.*
4 *Interdicta licet sint personalia tamen sunt in rem scripta. & numero 21.*
5 *Vtens actione cum adminiculo alterius,debet illa vti cum sua causa, suisque vitijs.*
6 *Factum contra ius sicut non tenet: ita nec quod sequitur ob id, vel ex eo.*
7 *Commentariensis,siue custos carterum dicitur depositarius catceratorum.& num.14.*
8 *Interdictum recuperandæ competit contra spoliantem tantùm.*
9 *Verus creditor potest agere contra putatiuum creditorem,vt sibi restituat,quod ad eum peruenit de bonis debitoris indebitè.*
10 *Actus præparatorius alterius etiam non iuridicè factus prodest alijs verè ius habentibus,licet non prosit facienti.*
11 *Captura licet sit inutilis in persona vnius,potest esse præparatio vtilis in persona alterius.*
12 *Actus naturalis etiam per violentiam factus ne aliquis cum damno alterius locupletetur,& si non prosit facienti,prodest alijs in interruptione præscriptionis si per vim de fundo expellitur.*
13 *Debitor quando timetur de fuga potest licitè detineri.*
16 *Capi extra territorium,quòd quis non possit.*
17 *Intellectus ad tex.in l.sed eximendi. in §.item si quis. ff. ne quis eum qui in ius voc.est vi exi.*
18 *Dolus simplex non egreditur personam committentis.*
19 *Intellectus ad tex.in l.cum à te.ff.de vi, & vi armata.*
22 *Quando captus per vim, & indebitè petit se restitui, ista cognitio summatim est examinanda, & non ordinariè.*

Lapus Fuit captus, † & in carcerib. positus authoritate iudicis indebitè,& iniustè. deinde ad petitionem sui creditoris, q de iure cōi,vel municipali poterat eum facere capi,&in carcerib.detinere,ꝑ debito fuit authoritate iudicis ꝓpetentis recōmēdatus,& in carcerib. pro debito supradicto positus. nunc Lapus petit se à carceribus relaxari,& de iniquitate & iniustitia primæ capturæ, & carcerationis legitimè ostendit.Modò quæritur, an debeat totaliter relaxari: an verò pro debito dicti creditoris debeat in carceribus remanere .Et primò pro parte dicti Lapi,quòd veniat totaliter relaxandus probabo decem rationibus. ¶Primò probatur sic. certum est, ꝙ quando iudex aliquem iniustè capit,& in carceribus ponit, infert illi capto vim, & eum spoliat propria libertate. vt ff. de in ius vo.l.pleriq;.in fi.de lib.ho.exhi.l.j.& 2.de cond.& dem.
2 l.Titio centum.§.Titio.j. † Sed spoliatus ante omnia debet restitui,C.ad l.Iul.de vi.l.si quis ad se fundum. de ordi. cog.l.fi.& C.vnde vi.l.meminerint. & C.si ꝙ vim, vel alio modo.l.1.ff.de vi,& vi arma.l.j.circa princ.& ibi not.adeò, ꝙ huic per vim spoliato quasi nulla exceptio potest obijci.vt ff.quod vi aut clàm.l.1.§.per vim.& not. per Dyn. de reg.iur.c.qui ad agendum.Ex prædictis bene concluditur, quòd dictus carceratus debet priusquàm aliud fiat, ꝓpriæ libertati restitui,à qua fuerat spoliatus, & sic debet totaliter relaxari. ¶Secundò probatur hoc sic. Quando vis expulsiua,seu spoliatiua infertur alicui per aliquam personā ex his per quos nobis acquiritur,vt per filium seruum, tutorem,& sic tunc in eos datur interdictum, vnde vi vtile, seu alia actio in eo,quod ad nos peruenit.vt ff. de vi, & vi arma.l.j.§.si fundus.& l.si vi me deiecerit, & quod ibi not.
3 & C.vnde vi.l.meminerint. † sed hæc vis est illata per iudicem,ex cuius persona sicut, & cuiuslibet officialis nobis potest quæri.ff.rem pu.sal.fo.l.non quasi. circa prin.de magi,conue.l.1.§.exigere.de adop.l.non enim.C. quando mulier tute. offi.fungi potest.authen. matri,& auiæ. & ibi no. Item ex alia violentia facta per iudicem ad illum creditorem peruenit illa prima detentio,quæ primò fuit per eum facta, ergo contra illum creditorem potest agi, vt restituatur pristinæ libertati. & sic dictus Lapus sit à carceribus to-
4 taliter relaxandus. ¶†Tertiò probo sic. vna ex regulis interdictorum est,quod interdicta licet sint personalia,tamē sunt in rem scripta,vt competant non solùm contra eum, qui fecit,sed contra omnem possidentem.vt ff. de interdi. l.j.§.pen.not.C.de interdi.l.incerti.in glo.vlt.ff. ne quid in loco pub.l.2.§.antepen.quod vi aut clàm.l. competit. §. fi. de oper.nou.nuntia.l.pen. in fi. Sed ad istum creditorem peruenit detentio istius Lapi propria libertate spoliati: ergo contra eum dabitur interdictum de lib.hom. exhi. vel quodcunq; aliud,quod ad hoc dicat competere. & sic erit
5 à carceribus totaliter absoluendus. ¶†Quartò probatur sic: quoties quis adminiculo,& actione alterius vtitur,vti debet cum sua causa,cum suisque vitijs,vt l.Pompo.§.cum quis.de acquir.possess. de regu.iur.l.in omnibus.§.non debet.& l.quod ipsis. & specialiter vitia realia:vt res furtiua, & vi abrepta. vt insti.de vsuc.§.furtiuæ.ff.de vsucap.l.sequitur.§.quod autem.vi bonor.rapt.l.fi. C. de furtis,l.si abducta.C.de acquir.poss.l.vitia. & ibi no. sed iste creditor vtitur actione prioris capturæ, & incarcerationis, quia nisi Lapus fuisset ibi immissus non potuisset ibi recommendari: ergo vtatur cum suis vitijs, vt sic relaxetur ex vigore secundæ recommendationis, sicut venit relaxandus ex prima; maximè cum istud vitium est reale, cum per vim fuerit libertate priuatus. ¶Quintò probatur sic. quando fundamentum venit destruendum,quia iniustè ædificatū est, venit destruendum quicquid superædificatur.vt ff.de aqua plu.arcen.l.Attheius.§.fi.cum l.seq.de excep.rei iud. l. egi. & quod dicitur de libello,& lit.contest.quæ sunt fundamēta iudicij, quæ si sint malè concepta,totum iudicium destruitur.vt C.de lit.contest.authen.offeratur.& C. de sentē tijs.l.prolatam.de accusatio.l.libellorum.§.1.si mensor fal. mo.l.1.§.1.C.qui legi.perso.l.momētaneæ. sed in quæstione nostra fundamentum totius negotij est prima captura, & incarceratio,& tale fundamentum venit destruendum. igitur quicquid est suprà ædificatum,& sic secunda recommendatio.vnde dictus Lapus venit totaliter relaxandus.
6 ¶†Sextò idem probatur per illud generale. Quoties aliqd fit contra ius non valet,nec ipsum,nec quod sequitur ob id,vel ex eo.vt C.de leg.l.non dubium.de pact.l.pacta quæ contra.de fideius.l.cum lex.in fi.sed ista prima captura, & incarceratio fuit facta contra ius,& ex ea seu ob eam secuta est secunda recommendatio; ergo recommendatio nulla. & sic dictus Lapus erit à carceribus totaliter relaxādus. ¶Septimò probatur sic. certum est,quod aliquem capi,duci,& poni in carceribus,dicitur vocatio in ius,& appellatur citatio realis.vt ff.de in ius vocan.l.plerique.& l.seq.& l.sed & si is. & ibi no.C.quomodo,& quando iudex.l.consentaneum.& in authen.de exhi.& intro.re.§.si verò.col.5. sed ille qui pro vna causa habet necesse certo loco stare,& stare non potest,pro alia capi,& in ius vocari non potest. vt ff.de in ius vocan.l.2.in fin.cum ergo iste Lapus haberet necesse,vt coactus staret certo loco ex causa primæ captionis,& incarcerationis,per secundùm creditorem non potuit capi,& in carceribus recommendari.& sic debet totaliter pristinæ libertati restitui. ¶Octauò probatur sic; in his quæ sunt inseparabilia, vtile per inutile vitiatur.vt ff. de aqua quo.& æsti.l.j.§.item quæritur.& §.Trebatius. de arbit.l.Pedius.no.in l.pecuniæ fœnebris.ff.de vsuris. C. de agr.& censib.l.quemad.lib.11.& ibi no.per Dyn.in c. vtile. extrà.de regul.iur.lib.6.Sed in casu nostro secunda recommendatio non potest separari à prima captura,& carceratione inutili; quia si prima recommendatio non potuisset fieri, ergo secunda recommendatio propter primam inutilem vitiabitur, & sic Lapus erit totaliter relaxandus.
7 ¶†Nonò sic probatur.commentariensis seu custos carceris est quidam depositarius carceratarum personarum, qđ patet,quia sicut depositario rei committitur custodia.ff.de positi.l.1. in prin. ita commentariensi,& custodi carcerum committitur custodia personarum.C.de custo.reo.l.ad cō mentariensem. & l.fin.& ff.eo.l.milites.& l.fina.sed per denuntiationem,seu sequestrationem factā depositario non debet interdici depositi restitutio.C.depositi.l.pen. & in authē.sed iam cautum. ibi posita,quæ sumpta est ex Corpore,de depositio.§.1.colum.6.maximè quia ibi dicitur, quòd non potest interdici officiali publico pars administrationis. Ad istud ergo in proposito per recommendationem postea factam non potuit commentariensi interdici quin eum restituat pristinæ libertati,si ex prima causa carcerationis venit liberandus.& sic dictus Lapus venit totaliter absoluendus.¶Decimò probatur per l.specialem,vbi videtur casus,ff.de bon.autho.iud.poss.l.cum vnus. versi.planè. nam si res est capta pignori iussu iudicis per vnum ex creditoribus, omnes alij possunt ire in possessionem: tamen si prima captura non valuit,quia primus nō erat creditor

ditor etiam si aliqui,qui nō sunt creditores intrent in pos sessionem,nihil valebit. ita in proposito captio,& carcera tio personæ loco pignoris est: si non valet prima captura & carceratio,non valebit etiam secunda recommendatio. & sic dictus Lapus erit relaxandus.

Econtrà, quòd pro debito dicti creditoris debeat in carceribus remanere probatur alijs decem rationibus. ¶†Primò probatur sic. Nam interdictū qđ datur spoliatis pro recuperanda possessione est,vt non detur nisi contra ipsum spoliantem.vt ff.de vi,& vi ar.l. cū à te.facit.ff.de acq.poss.l.fi.& vti possi.l.1.sed iste Lapus nō fuit spoliatus libertate sua per istum creditorem qui secū dò fecit recommendari eum,sed per primam capturam,& carcerationem,igitur contra istum creditorem nō potest agi,vt restituatur suæ libertati.& sic pro eius debito iste La
9 pus debet in carceribus remanere.¶†Secundò probat sic: quando ad vnum putatiuum creditorem aliquid de bonis creditoris peruenit indebitè,iniustè, & alius qui verè debitor est, potest agere contra ipsum putatiuum creditorē, & facere sibi restitui,antequàm ipsi debitori reddatur.vt ff. de cond.indeb.l.tutores.de bo.aut.iudi.pos. l. si non expedierit.§.fi.& ibi no.C.de iure delib.l.scimus.§. licentia. Sed in quæst.nostra ad primum qui fecit Lapum capi peruenit detentio personæ ipsius indebitè,& iniustè, ergo iste secū dus,qui verè est creditor potuit licitè illam detentionem facere in se transferri antequàm restituatur Lapus pristi-næ libertati: & sic debebit in carceribus pro debito rema-
10 nere. ¶†Tertiò probatur sic.quando vnus actus venit ad præparationem alterius,licet ille actus non sit iuridicè factus,nec prosit facientibus: tamen alijs verè ius habentib. prodesse poterit.vt ff.de inoffi.testa.l.posth.§.si quis ex his, ita in proposito licet prima captura,& incarceratio fuerit iniustè facta: tamen quia est quoddam præparatorium ad recommendationem,proderit alijs creditoribus verè ius habentibus,vt ibi possent facere recommendam: & sic de
11 beat Lapus in carceribus remanere. ¶†Quartò probatur sic,licèt initium captionis,seu ipsa captura sit inutilis, & inefficax in persona vnius, tamen potest esse præparatio vtilis,& efficax apprehensionis in persona alterius,vt ff.de acqui.rer.do.l.naturalem.§.illud,& l.in laqueum. & qđ ibi no.& insti.de rer.diui.§.illud.Ita in proposito licèt captura & carceratio prima sit inutilis,tamen potest esse præparatio secundæ recommendationis vtilis,& efficax: & sic iste Lapus debet in carceribus remanere. ¶Quintò probatur sic. Regula est,ꝙ illud non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.vt ff.de condi. & demonst. l. hæc condictio.quando di.le.ce.l.pen.de reg.iur.c. non præ stat. & ibi per Cy.sic inutilis sententia non est impedimē-to,quin alia feratur, vt C.quomodo, & quando iudex. l.si præses.de senten.ex pericu.reci.l 2.& de senten. & interlo. om.iud.l.1.de sent.quæ sine cer.quant.l.fi.sic stipulatio inutilis non impedit actionem nasci ex numeratione vtili. vt ff.si cer.pe.l.certi condictio.§.qm̄.de verb.obl.l.si ita stipulatus.§.Chrysogo.Ita in proposito prima captura,& carceratio inutilis non præstat impedimentum secundæ recommendationi inutiliter fiendæ,& sic Lapus debet in carce-
12 ribus remanere. ¶†Sextò probatur sic:actus naturalis etiā per violentiam factus, per quem aliquis impeditur ne locupletetur cum aliena iactura,licet non prosit facienti,tamen prodest alijs in interruptione præscriptionis,si aliqs per vim de fundo expellitur.vt ff.de vsuca.l.naturaliter. & no.C.de præscr.30.ann.l.si quis emptionis.§.sed & si quis, sed ista prima captura.& carceratio operatur vt iste Lapus locupletetur cum aliena iactura effugiendo debiti solutionem: ergo licet non prosit primo facienti,prosit alij,& sic Lapus in carceribus remaneat.¶Septimò probatur sic.qm̄ ex facto vnius tertij aliquis damnificatur, & alteri cōmodum acquiritur,ille qui est damnificatus primò debet agere contra illum tertium,quàm contra eum cui commodū acquiritur.vt de eo per quem fac.est.l.1.in prin. si quis cau. l.2.in fi.cum l.seq.& quod not.C.de insti.& substi.l.j.de cōdi.& demon.l.in testa.ita erat scriptum,cum igitur iste La pus fuerit priuatus sua libertate occasione primæ capturę priùs debet agere ad suum interesse contra eum qui fuit autor primæ capturæ,non autem debet venire contra istū creditorem,nisi in subsidium.vt d.ll.& sic debet in carceri-
13 bus remanere. ¶†Octauò probatur sic. quando debitoris fuga iustè timetur, debet capi,& detineri, licet aliàs fieri non posset.vt d.l.de his quæ in frau.cred.l.ait prætor.§.si debitorem.in auth.vt iudi.sine quoquo suffra.§.necessitatem. & qđ not.inst.de act.in prin.in gl.super verb.in iudicio. & quod not.C.de ferijs.l.dies festos.in 2.glo.in 10.col.de pac. iur.fir.c.j.§.j.glo.super ver.potestatem,sed hic iustè timetur de recessu istius Lapi: quod patet in themate quæstionis, quia ante habebat ius faciendi capi,& detineri,ergo posito,quòd aliàs nō posset detineri,hoc casu possit,& sic La-
14 pus debet in carceribus remanere.¶†Nonò probatur:cōmentariensis,seu custos carceris est,vt depositarius,vt dictum est s.in 9.ratione facta pro parte contraria, sed alio agente legitimè,& probante legitimè de iure suo,interdicitur depositi restitutio.vt ff.depo.l.bonafides.& quod ibi no.C.depositi.authen.sed iam. ita in casu nostro qui legitimè habet ius faciendi capi,& in carceribus detineri, vt est propositum, licitè potuit custodi carceris interdicere depositæ personæ restitutionem.& sic Lapus debet in carceribus remanere.¶Decimò & vltimò probatur sic. per l. vbi videtur sic casus expressus.ff.quod met.causa.l.fin.in fi. vbi dicitur sic, quòd æstimatio quæ est facta per nuntios authoritate iudicis,licet indebitè, tamen si in veritate id quod solutum est debitè debeatur, non competit repetitio. ita in proposito,licet iste Lapus fuerit indebitè carceratus: tamen iste creditor, qui fecit eum recommendari in veritate habet ius faciendi eum capi. & sic non poterit repeti vt restituatur suæ libertati,& sic debet in carceribus remanere.

Solutio. Domini nostri Iesu Christi nomine inuocato. salua sententia cuiuslibet Doct. aduocati,siue scholaris,qui melioribus rationibus moueretur,in quæst.præsenti videtur mihi aduertendum, quia quæstio generaliter proponitur, quòd prima captura, & incarceratio fuit facta indebitè,& iniustè, nec declaratur qualiter. Item non declaratur vtrum prima captura fuerit ad petitionem eiusdem creditoris,qui primò fecit recommendari,vel alterius. Et ideò vt omnia clarè liqueāt opor-
15 tet distinguere. ¶†Aut enim prima captura fuit facta indebitè,& iniustè,quia fuit captus extra territorium iudicis: & ductus,& carceratus in ciuitate,in qua non habebat domicilium:& tunc in carceribus ad petitionem eiusdem, vel alterius creditoris non poterit recommendari,quia ēt si iustè fuisset ductus,haberet ius reuocandi domum: vt l. 2.§.legatis.cum.§.fe.ff.de iudic.sed si esset de casibus,in quibus non haberet ius reuocandi domum,dic,vt j. dicam in
16 alijs membris.† Quòd autem in territorio alterius indebitè capiatur,probatur expressè de ædi.edic.l.quis sit fugitiuus §.idem Celsus scribit placere.cum glo.sua.Præterea,si executio realis non potest fieri in territorio alterius. vt l. cum vnus.§.is qui.de bo.autho.iud.pos.& l. à diuo Pio. §.1. de re iud. multò magis non potest fieri personalis. & ideò quia ipse iudex nō potest facere capi in alterius territorio lex vult quòd scribatur iudici in cuius territorio est,vt ipse cum expedit capi faciat, vt in authen.vt nulli iudi. §.si quis verò comprehensorum.& C.de adult.authen. si verò criminis.Aut fuit captus,& incarceratus in territorio iudicantis. sed aliàs indebitè,& iniustè. & tunc aut prima captura, & incarceratio fuit facta indebitè, & iniustè respectu iuris partis,ad cuius petitionem fiebat: sed respectu iudicis fuit iustè, puta fuit carceratus primo pro indebito soluto, nec constabat iudici, & statutum sibi permittebat, aut ex parte iudicis primæ capturæ, & carcerationis fuit iniustitia. ¶Primò casu,aut ius recommendationis fundatur ex vi primæ capturæ, & carcerationis, quia aliàs ius recommendandi non haberet. exemplum,vidi in quibusdam ciuitatibus statutum, quòd ille qui est in carceribus positus pro debito, possit ibi recommendari sine causæ cognitione, & post recommendationem cognoscatur de iuribus debiti; sed si non est captus, non detur licentia capiendi,nisi præcedente causæ cognitione: ita est tenor statuti. & isto casu secunda recommendatio assumit vigorem à prima carceratione. & ideò cum primo non fuerit creditor, nec etiam secunda valet,siue sit idem creditor,siue alius: hic est casus.ff.de bonor.autho. iudi.pos.l. cum vnus. circa princip. in ver. sed plura. ¶Aut secunda recommendatio non capit vim à prima captura, & carceratione, quia ante per se ius habebat faciendi capi & detineri, tunc secunda recommendatio valet,& pro secunda debet in carceribus remanere, siue ad petitionem
17 eiusdem creditoris, siue alterius. † Istud probatur per casum rectè intelligendo secundùm quod docto.intelligunt. ffne quis eum qui in ius vo. est vi. exi. l. sed eximendi. §. item si quis. vbi dicitur, quòd si ille qui per calumniam ducebatur,fuit exemptus,eximēs tenetur actione in factū

ex illo edicto:qđ datur etiam inquantum in litem iurabitur intereſſe: ſed pro illa cauſa pro qua faciebat eum citari per calumniam, non poteſt iurare, quia ſua nō intereſt. oportet ergo de neceſſitate poni,quòd ſua intereſt, ideò quia per aliam cauſam eum fecit detineri. & ita intelligūt Ia.de Ray.& Iacob.But.vt ipſe refert in lectu.ſua Inſtitu.de actio. §. pœnales. ¶Prætereà hoc caſu nulla commiſſa eſt ibi violentia,per quam poſſit dicere ſe ſpoliatum.nam iudex quantum eſt in ſe facit legitimè,& iuris executio non habet iniuriam,vt l.iniuriarum.§.1.ff.de iniur. & qđ vis nō ſit commiſſa eſt expreſſum.ff.de reg.iur.l.factum cuique.§. non videtur. ſed hic eſt ſolùm dolus ex parte eius, qui fecit eum capi,cuius occaſione poteſt conueniri actione in iuriarum.vt d.l.iniuriarum.§.ſi quis per iniuriam.ſed natura ſimplicis doli eſt,vt non egrediatur perſonam committentis.vt l.2.§.1.de doli exce.l.apud Celſum.§.fi.eo.ti. & ſic patet,quòd ſi alius poſteà fecit recommendari,ſibi nō no
18 cet dolus,& calumnia primi. † Item natura ſimplicis doli hæc eſt,vt in eadem perſona purgetur,noua extrinſeca ſuperueniente cauſa iuſta.vt l.non ſolùm. §. qđ vulgò. ff. de vſuc.de acq.poſſ.l.qui bona.§.1.C.eo.l.cum nemo.ſed in caſu propoſito ex noua recōmendatione ſuperuenit ipſi creditori noua iuſta cauſa retinēdi: ergo etiam pro eo poteſt in carceribus remanere.Prætereà interdicto de lib.homin. exhi.non tenetur qui detinet ſine dolo, vt ff. de liber. ho. exhi.l.3.§.ſi cū quis.& §.ſeq.ſed hic ſiue ſit idem, ſiue alius detinet ſine dolo: quia dolus eſt purgatus: ergo &c. ¶Secundò caſu quando ex parte iudicis, ſeu executoris ſuæ familiæ fiat iniuſtitia; vt puta qa fuit extractus de domo, vel de eccleſia,vel quia fuit captus tempore quo non poterat: iſto caſu non fuit dolus purus,ſed violētia,vt dicit expreſ sè tex.in l.pleriq;.in fi.ff.de in ius voc.& poteſt dici,quòd talis carceratus per vim ſpoliatus eſt ſua libertate.vt ff. de lib.ho.exhi.l.1.& 2.& ideò iſto caſu eſt aduertendum.ſi quidem iſta talis violentia cadit in vim compulſiuam,vt quia talis captus,& carceratus huic carcerationi conſenſit. qđ apparet multoties: quia dat commentarienſi cautionem de non recedendo,vt ſtaret habilius in carceribus,vel quocunque alio modo de conſenſu carcerati appareat, licet p violentiam:& tunc tam ad petitionem alterius creditoris ius habentis,quàm ad petitionem eiuſdem ius habētis ex alia cauſa poterit in carceribus recommēdari. & ibi debet pro tali debito remanere. caſus eſt.ff.qđ me.cau.l.fi.in fi.vt ſi illud, qđ eſt indebitum peruenit ad me per violentiam compulſiuam factam ab officialibus non debeat aduocari. ſed iſtud ius detinendi talem debitorem pro debito mihi competebat: ergo ſi detentio ad me peruenit non aduocabitur.& hoc ideo, quia natura actionis per quam quis reſtituitur aduerſus vim compulſiuam:hæc eſt,vt ſolùm damnum proſequatur.vt ff.qđ met.cau.l.ſed & partus.§.fi.vbi etiam videtur caſus,licet hic non eſt damnificatus: quia iſtud ius detinendi erat debitum huic creditori:ergo &c.
19 ¶†Si verò talis violentia cadit in aliam vim ſpoliatiuam, tunc ad petitionem eiuſdem qui eum primò capi fecit p alio debito,ſine dubio nō poterit detineri, quia ſpoliatus ſua libertate ante omnia reſtituendus eſt: nec vlla iuſta exceptio poteſt opponi quare non reſtituatur.l.2.C.ſi p vim vel alio modo.ad l.Iul.de vi.l.ſi quis ad ſe fundum.ff.quòd vi aut clàm.l.j.§.per vim.no.de vi,& vi arma.l.1. & per Dy. de reg.iu.c.qui ad agendum.lib.6.Prætereà hoc videtur expreſſum in detentionem liberi hominis.ff.de proba.l.ſi qs liberum.C.eo.l.vis eius.facit.ff.de libe.cau.l.liberis.§.fi.de acq.rer.do.l.nemo ſeruum.¶Sed ſi quæratur an ad petitionem alterius creditoris,qui ſecundò fecit recommendari, poſſit detineri: hoc eſt dubium,quia videtur, q iſtud iudicium recuperandæ libertatis,quia priuatus eſt, detur ſolū contra primum,non contra ſecundum. per l. cum à te.de vi & vi arma.& ſ.dictum eſt. tamen dico, qđ debet relaxari,& priſtinæ libertati reſtitui ante omnia, & ſic non pōt pro alio recommendari.& retineri,q̄q̄ alius habeat ius in eum.nam quando aliquis ſpoliatus eſt per aliquam perſonam ex cuius facto poteſt nobis quæri in eo,q ad nos peruenit,tenemur interdicto vnde vi, vel alio iudicio reſtitutorio,ſicut ſi ſpoliato facta eſſet per noſmetipſos. vt ff. de vi & vi ar.l.1.§.igitur.& §.ſeq.& l.ſi filius.& l.ſi vi à me. &
20 qđ ibi no.eo.tit. † ſed iſta violentia illata eſt per iudicem, & officiales,ex cuius facto poteſt nobis quæri.vt l. nō quaſi.rem pu.ſal.fo.& de magi.conue.l.1.§.exigere.C. quando mulier tute.offi.fun.poteſt.authen.matri,& auiæ. & qđ ibi no.ſed ſi ipſe qui modò detinet,feciſſet ſic ſpoliari, nullā iuſtam exceptionem poſſet opponere, quin reſtitueretur, ergo nec modò,vt ſ.dictum eſt.Prætera de hoc videtur cauſus. C.vnde vi.l.meminerint.etiam ſpoliatione facta iudicis authoritate,ſicut fuit hic.Certum eſt enim, quòd in delictis tutor quantùm ad pupillum reputatur extraneus, vt l.nec interdicto,de reg.iur.& tamen ſi tutor fecit per iudicem ſpoliari aliquem re debita ipſi pupillo,ex qua ſpoliatione peruenit ad pupillum,ante omnia ipſe pupillus debet reſtituere,nec vllam iuſtam exceptionem pōtoppone re,vt ibidem,ita hic. Prætereà de iure cano.ſpoliatus omnibus bonis,vel maiori parte ab vno non poterit conueniri,nec executionem pati ad petitionem ſpoliatoris, vel alterius,niſi prius reſtituatur.vt in c.frequens.extrà, de reſti.ſpolia.lib.6.ergo multomagis eſt in eo qui ſpoliatus eſt libertate,quæ eſt inæſtimabilis. vt l. ſi procurator.ad exhibendum.§.fi.rem ra.hab.de reg.iur.l.non eſt ſingulis.§.1.& l.libertas.& hæc ſpoliatio grauior eſt quàm ſpoliatio bo-
21 norum.vt l.in ſeruorum.in fi.de pœnis. † Prætereà.l. illa, cum à te.de vi & vi ar.loeum habet ſolùm, quādo petitur reſtitutio per illud interdictum vnde vi: ſecus ſi alio iure agatur,quia tunc non ſolùm poteſt agi contra ſpoliātem, ſed contra quemcunque ad quem aliquid ex ſpoliatione peruenit, propter regulam interdictorum, quæ eſt vt ſint in rem ſcripta.vt l.1.§.pen.dē interdic. C.eo.l.incerti.& ne quid in loco publico.l.2.§.antep.& quod vi aut clam.l. ꝑpetit §.fi.cum ſim.& hoc apertè no.extrà,de reſtitu.ſpol.c. ſæpè.pro hoc.C.de agri.& cenſi.l.ſi coloni.lib.11. ſed in quæſtione noſtra iſte petit ſe reſtitui priſtinæ libertati, vel per offm̄ iudicis per interdictū de li.ho.exhi. qa eſt ꝑtentio,& detētio ipſius nō pp̄ ſe,ſed pp̄ debitū,vt ff.de li.ho.exhi.l.3. §.hoc aūt.& l.pen.& qđ no.de rei ven.l.1.§. per hanc. con-
22 iuncta l.1. & 2.dē lib. ho. exhib. ¶†Ergo poteſt conueniri iſte tertius,ad quem detentio peruenit,nec poteſt dicere, quòd dolo non dētineat:quia eo ipſo dolo facit, quòd nō reſtituit eum priſtinæ libertati: nec vllam exceptionē poteſt opponere.vt d.l.ſi coloni.vt ſ.probatum eſt.Ad vnum tamen volo aduerti, quòd licet. ſ. dixerim reſtitutionem eſſe petendam per interdictum,vel alia remedia, hoc non intelligo,quòd debeat ordinariè procēdi ſicut in ordinarijs iudicijs,ſed hoc debet expediri ſummatim per officiū iudicis qui illam carcerationem, ſeu executionem fecit fieri.ar.l.à diuo Pio §.ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. Et iudex iſtas exceptiones expedit ſecundum quòd ius vult, inſpecta natuta violentiæ adhibitæ,interdicti,ſeu actionis, vel alterius iuris,quod competit huic qui petit reſtitui priſtinæ libertati,& illam executionem vult impedire.vt colligitur in d.§.ſi ſuper rebus. Iſta enim carceratio eſt quædā executio,ſiue fiat de iure communi. vt C.qui bo.ced. poſſ. l.1.ſiue de iure municipa. quod ſtatuit, quòd publica inſtrumenta mandentur execu.& ſic facit inſtſa habere vim ſententiæ.& hoc ad præſens ſufficiat ad ſolutionem quæſt.

Reſtat Vt aliqua vtilia perſtringamus ad ſolutionem contrariorum factorum pro vtraq; parte,quæ diuerſis membris dictæ ſolutioni videntur obſtare. Ad argumenta facta pro prima parte inquantùm obſtant illis membris,in quibus dixi poſſe retineri, ſic reſpondeo per ordinem. ¶Primum,ſecundum, & tertium argumentum qualiter debeant intelligi,patet ex ſolutioue quæſtionis. Non obſt. quartum: quia non vtitur actione alterius. ſed ad ſe,& ſuo iure detinet, & à ſe incipit. & licet ad ſecū dum creditorem peruenerit detentio quæ erat apud primum: tamen pp̄ hoc non dicitur eius actione vti vt C.de præſcrip.long.temp.l.j. Sed tunc dicitur vti actione prima quando tribueret aliquid iuris. vt dictum eſt in ſolutione. ſed hoc nihil iuris tribuit ſecundo, ſed quandam facultatem, ſeu facti habilitatem. Non obſt. quintum argumentum: quia hoc in illis membris, quibus dixi poſſe detineri non diſcutitur ipſa detentio prout facti eſt. ſed diſcutitur ius, ſeu cauſa primæ detentionis: ſed ius non eſt fundamentum ſecundæ detentionis: igitur &c. Non obſtat ſextum, quia non ſequitur ex eo, vel ob id: ſed ex nouo iure, vt dictum eſt: vel ſi dicas ſequi ob id,tamen in eo ceſſat cauſa prohibitionis.ergo &c. vt l.ſi is.de pdi.mi. ¶Non obſt. ſeptimum argumentum, quia illæ leges loquuntur quando fit ad cognitionem, & inueſtigationem alicuius criminis, & ad cuſtodiam pendente proceſſu. quo caſu recommendatus ex vna cauſa non poteſt citari, ſeu recōmēdari ex alia,ſi per hoc proceſſus primus impediretur. vt no.in d.l.2.de cuſtod.reor. Sed quæſtio noſtra loquitur, quando carceratio fit ad executionem.ſicut igitur vno creditore miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto: alij poſſunt mitti.vt d.l. cum vnus.de bon.auth.iud. poſſ. & l.fina.

eo.ita

eo.ita recommendatus ad petitionem vnius perſonæ,poteſt recomendari ad petitionem alterius: nec ſubeſt impedimentum,quod poſſet ſubeſſe,quando quis incarcerareturad cognitionem. Nec obſt.octauum,quia hæc ſola cauſa diſcutitur,quæ poteſt ſeparari à detentione , vt dictum eſt in ſolutione quinti argumenti.Non obſt.nonum,quia hæc pars non fecit ſimplicem denuntiationem; ſed perfectè docuit de iure ſuo. ergo &c.vt l.bona fides. ff. depo. & no. in d.auth.Non ob.decimum, vt dictum eſt in ſolutione quæſtionis. Ad argumenta facta pro alia parte,inquantum obſtant illis membris,vbi dixi non poſſe pro ſecũdo debito detineri. Reſpondeo : ad primum patet reſponſio ex ſolutione quæſtionis.¶Ad ſecundum reſpondeo, ꝙ verum eſt,ꝙ poteſt agere iure ordinario , non autem poteſt vti iure executiuo,ſicut non poteſt fieri executio contra fideiuſſorem contractus : vel cõtra pignorum poſſeſſores. ¶Ad tertium reſpondeo. quia in §.ſi quis ex his.hoc accidit propter conſenſum eorum,qui non oppoſuerunt: hic autem nullus fuit conſenſus.Prætereà eſt ibi caſus,in quo ſententia facit ius apud omnes . ideò omnis eſt idoneus ſi non repellatur,ac etiam ibi primus actus fuit ſine violentia. ¶Ad quartum reſpondeo , quia ibi initium fuit licitũ de iuregen.hic fuit violentia illicita &c.Ad quinrũ reſpondeo,quòd verum eſt,ꝙ non præſtat impedimentum actui licito,& iuridicè fiendo.ſed hic non fuit licitè factum,niſi prius reſtituatur priſtinæ libertati. ¶Ad ſextum reſpõdeo, ꝙ licet talis violentia proſit ad impediendum vſuc. & præſcrip.non tamen proderit, vt alius poſſit illam rem ſibi detinere,niſi ſpoliatus primò reſtituatur, vt s. probatum eſt. ¶Ad ſeptimum reſpondeo illud verum,ſi primus eſt ſoluendo:aliàs ſecus. ſed hic primus non eſt ſoluendo : quia non poteſt me reſtituere libertati.ergo &c.¶Ad octauum reſpondeo.tex.illarum legum videntur loqui in eo,qui deprehenditur in ipſo actu fugæ,non in eo de quo eſt ſuſpicio.licet glo.& Dy.dicant idem quando iuſtè timetur.Poſito ergo,ꝙ hoc ſit verum,in quæſtione noſtra non poteſt allegari,niſi ille ſpoliatus primò reſtituatur. nec etiam illa executio eſt,quæ impediat reſtitutionem. ¶Ad nonum reſpondeo,ꝙ illa.l.facit contra. quia dicit,quòd debet agere ordinariè,non facere executionem contra depoſitarium,
23 ſicut fecit. ¶†Prætereà hic de ſuo iure non poteſt docere niſi primò reſtituatur. ¶Ad decimum , & vltimum patet reſponſio,quòd ibi fuit vis compulſiua,vt dixi in ſolutione quæſtionis .

Diſputata fuit hæc quæſtio per me Barto. de Saxoferrato minimum inter leg.Doct.

QVAESTIO VII.

1 *Mulier habens amplum patrimonium,& nubens, nulla dote conſtituta.an præſumatur omnia bona dediſſe in dotem.& nu.15.*
2 *Aliquo actu poſito non ſequitur poſitio alicuius cõtractus, vel quaſi, qui ab ipſo actu poteſt eſſe remotus,vel ſeparatus.*
Matrimonium poteſt eſſe ſine dote.
3 *Idem iudicatur de augmento dotis,quod iudicatur de dote.*
Mulier data certa dote viro,licet patiatur alias ſuas res adminiſtrare,non videtur illas in augmento dotis dare.
4 *Patientia habetur pro contradictione in his, in quibus quis non tenetur tradere.*
5 *Mulierum genus auariſsimum.*
6 *Patientia non habetur pro conſenſu quando quis patitur aliquid fieri in re ſua ratione reuerentiæ.*
Vxor virum iuſtè reueretur,& timet.
7 *Arguere ab authoritate,quòd licet.*
8 *Patientia in iuribus habetur pro traditione .*
9 *Dos, & peculium æquiparantur.*
10 *Dos,quòd dicatur tacitè conſtitui,cũ conſenſu cõſtituatur, ex ſolo vſu. num.12.& 13 & temporis curſu .*
11 *Patientia habetur pro conſenſu,quando de commodo patientis tractatur,& quando habetur.num. 16.*
14 *Inſtrumenta fundi dicuntur dos fundi .*
16 *Patientia duplex,ſcilicet formis,& informis.*
17 *Cauſa alimentorum,& dotis quomodo æquiparentur in modo conſtituendi.& num. 13.*
18 *Titulus cum patientia,& curſu temporis ſi allegatur,an præſumatur maximè in dote,vt dicatur conſtituta.*

Mulier habens magnum pr̃imonium nupſit viro, nulla dotis habita mentione: qui vir dicti pr̃imonij poſſeſſionem adeptus eſt,& ex eo fructus recollegit,& in onerib.mr̃imonij conuertit vxore ſciente,& patiente per plura tp̃a.quæ vxor mortua eſt in mr̃imonio ſine liberis.nunc vir vult retinere,& lucrari certam partẽ dicti pr̃imonij ex vigore conſuetudinis,ſiue ſtatuti loquentis,ꝙ vxore mortua ſine liberis in mr̃imonio vir lucretur certam partem dotis.Quæritur,an poſſit:quia maritus qui vult retinere,& lucrari ſuſtinet partes rei:alij aũt , qui dnt maritum non poſſe lucrari,ſuſtinent partes actoris.ideò ꝓ
1 parte actoris primò allegemus. ¶†Primò, qd̃ vir non poſſit retinere,nec lucrari , probatur ſic.Ad hoc oñdẽdum eſt inueſtigandum,an ex his quæ propoſita ſunt, dictũ pr̃imonium intelligatur datum in dotẽ. probatur per gl. quę eſt; ff.de iure do.l.mulier bona.ſic inducẽdo certum eſt , quòd nos non debemus dicere,vel aſſerere,qd̃ in l.non dr̃.vt C. de colla.l.illam.in auth.de tri.& ſemiſſ.§.cõſideremus.col. 3.Sed hoc nulla lege cauetur, qd̃ mulier videatur bona ſua dare in dotem,niſi hoc ſit dictum.vt no.in d.glo. ergo &c.
2 ¶Scd̃ò probatur ſic,† ad poſitionẽ alicuius actus non ſeq̃tur poſitio alicuius p̃actus,vel quaſi ꝓtractus,q̃ ab ipſo actu p̃t eſſe remotus,& ſeparatus.vt ff.de acq. hær.l. pro hr̃de.§. j.l.Papi.§.fi.& l.cum bonis.de ſepul.vio.l.quæſitum. ſed in qõne nr̃a ſunt duo actus.ſ.mr̃imoniũ , & dicta adminiſtratio facta per virum.Et vterq; actus p̃t eſſe ſeparatus à cõtra actu dotis.nam mr̃imoninm p̃t eſſe ſine dote.vt ff.de iu.do. l.2.C.de repu.l.fi.& de do.ante nup.l.fi.circa princ.facit de reg.iur.l.nuptias.de don.inter vir.& vxo.l.cum hic ſtatus. §.ſi mulier.Item adminiſtratio põt fieri ꝑ virum abſq; eo, ꝙ bona ſint dotalia, & tanq̃ de bonis paraphernalib.vt l.ſi ego.§.j.ff.de iure do.& C.de pact.cõuent.l.hac lege.& l.fin. ergo concluditur,ꝙ ex his quæ propoſita ſunt, bona non
3 vñr in dotẽ data,& ſic vir non poſſit lucrari. ¶†Tertiò probatur ſic.de dote,& dotis augmento pariter iudicamus.vt C.de iu.do.l.ẽt.ff.de pac.do.l.inter §.cum inter.facit de leg. j.l.ſi ex toto.in prin.cum ſi. Sed ego video, ꝙ ſi mulier dederit primò viro certam dotem,& poſteà patitur alias ſuas res adminiſtrare,nõ ideò vr̃ concedere in augmentum dotis,imo remanent propriæ mulieris.vt ff.ad leg.Falc.l.pen. in prin.& d.l.ſi ego.§.j.de iure do.& C.de pac.con.l.fi.ergo vbi nulla dos conſtituta eſt,permittendo adminiſtrationẽ non vr̃ dotem concedere. & ſic vir non poterit retinere , vel lucrari partem dicti pr̃imonij:ergo &c. ¶Quartò ꝓbo ſic.certum eſt,qd̃ poſtq̃ mulier eſt nupta ſine dote,maritus non põt eam compellere,vt ſe dotet.in auth.de nupt.§. ſi quis autem dixerit.colla.4.& quib.mo.nat.effi.leg.§.qui ãt. col.6.facit.C.de pac.conuen.l.hac lege.& de repu.l.fin. ſed
4 de iure hoc eſt,qd̃ † qui patitur alium ingredi poſſeſſionẽ rei ſuæ,quam ſibi tradere non tenetur , patientia habetur pro contradictione.vt ff.de fur. l.qui vas.§.vetare. cum ſi. no.per glo.ſuper verb.vt dominum,de acquir.poſſ.l.2. cum ergo iſta domina non tenetur tradere,ergo eius patientia habetur pro contradictione. & ſic contractus dotis ex tali actu non videtur celebratus : meritò ergo vir non poteſt retinere,neque lucrari. ¶Quintò probo ſic, donari dr̃ , qd̃ nullo iure cogente conceditur.vt ff.de reg.iur.l.donari.C. de do.l.nec ignorans. Sed cum mulier nullo iure cogatur ſibi dotem conſtituere,ſi hoc faceret,diceretur quæda do-
5 natio ſeu liberalitas : ſed mulierum † genus auariſſimum eſt:nec preſumitur in dubio liberalitatem exercere.vt ff.de donationib.inter vir.& vx l.ſi ſtipulata.§.j.ad Velleia.l. ſed ſi ego.in fi.& C.de donationib.ante nuptias.l. ſi à ſponſo. Concluditur ergo,qd̃ mulier ex tali patientia non præſumitur habuiſſe animum dotis conſtituendæ:& ſic vir non
6 lucrabitur.¶Sextò probo ſic,qñ aliquis † patitur aliquem aliquid facere in re ſua,ſi ille eſt talis perſona,qui iuſtè reueretur,& timetur,patientia nõ habetur pro conſenſu , vt videmus in filio,qui patitur patrem in cuius eſt poteſtate aliquem ꝓtractum in re ſua agere.Nam ſibi non p̃iudicat: vt C.de bo.ma.l.j.in fi.expreſſius in auth.de nup.§. ſi verò. col.4.Sed nõ eſt dubium,qd̃ vxor virũ iuſtè reuereaẽ, & timeat,ergo &c.Et ꝓ hoc vr̃ gl.notabilis.ff.quarũ rer. ac. nõ deſ.l.j.§.q̃ onerandæ in fi.in gl.ſup verbo.metu.& ſic cũ nõ ſit dos ꝓſtituta,patet virũ non poſſe lucrari. ¶Septimò ꝓbo ſic:qñ actus aliqs inter aliquos celebratur,q̃ põt cadere in ſpẽm alicuius noĩati p̃actus,vel actus,vr̃ eſſe noĩatus contractus qñ eſt expreſſum inter ꝓtrahentes:vel colligi p̃t ex eorũ cõſuetudine.aliàs iudicaẽ p̃actus innominatus.ff.de ꝓdi.ob cãm.l.ſi pecuniã.in prin.& ibi not.in gl.in ver.repetatur.de ꝑſcrip.ver.l.naturalis.§.at cũ do.inſtit.loca.§.j.ſed in caſu nr̃o nõ fuit expreſſum,qd̃ eſſet:nec mulier habebat in cõſuetudine ſe dotãdi:ergo nõ põt dici ꝓtractus dotis eſſe celebratus.ſed magis erũt paraphernalia,vel cõtractus innominati?ſi nõ eſt dos,ergo vir ñ põt lucrari,nec retinere

BIU Cujas

¶Octauò probo sic.ista est regula,quod in vno cõceditur, in cæteris videtur esse prohibitum. vt C. de procu.l.maritus.ff.de compen.l.Labeo.ff.de condi.& demon.l.cum ita. §.1.cum no.in d.l.maritus. sed ego reperio solùm in vno casu permissum,vt dos præsumatur tacitè constituta.s.quã do data fuit in primo matrimonio , vt in secundo intelligatur repetita.vt ff.de iure do.l.dotem,quæ in primis. & l. diuus.sol.ma.l.pen.§.vxor. ergo alio casu vr̃ esse prohibitum.& sic hic non sit constituta dos: & vir non poterit lucrari.¶Nonò probo sic in ꝯctibus,qui ꝯhuntur consensu lex semper subdit actus per quos consensus declaratur .s. per nuntium,vel per epistolam,vel nutu.vt ff.de ac.& obl. l.consensu.de adop.l.pater naturalis.de leg.3.l.nutu.instit. de obli.ex consensu,in prin.sed hic neutrum horum interuenit,per quæ consensus manifestetur . sed sola patientia quæ ad hoc non sufficit,vt probatum est:ergo &c. ¶Decimò probatur sic.Tempus non est modus tollendæ,vel inducendæ obligationis.vt l.obligationum ferè.§.placet. de ac.& obl.& l.eum,qui ita.§.qui ita.ff.de verb.obl.& de leg. j.l.nemo potest.Sed non est dubium,ꝙ ꝯctus dotis est obligatorius hincinde.vt C.de rei vxo.ac l.vni.§.vt plenius.est enim similis emptioni.vt ff.de act.& obl. l.ex promissione. ergo manifestè concluditur,ꝙ per id qd̃ vir possedit p plura tempora non vr̃ esse constitutus contractus dotis. & sic vir non poterit retinere,nec lucrari : ergo &c.

Contra, Quòd cõtractus videatur esse celebratus, & omnia bona videantur esse data in dotem.& sic vir possit certam partem retinere,& lucrari, ꝓ-
7 batur alijs decem rationibus.¶Primò sic.licitum†est in iure arguere ab authoritate Aristotelis,legis,vel alterius magni authoris.vt ff.de sol.l.si pr̃.de statu ho.l.septimo mense.& ff.si pars hære.pet.l.antiqui. sed authoritas Aristot. dicit,ꝙ eoipso,quod mulier nubit vr̃ omnia bona sua dare in dotem,vt dicit ipse in Topicis.& no.per glo. ff. de iure do.l.mulier bona.in prin.ergo eius authoritati standũ est, & sic videatur dos constituta,& sic vir possit partem debitam retinere,& lucrari.¶Secundò probo sic.cui competit diffinitio,& diffinitũ.vt ff.de dolo.l.1.§.1.& de re.iu.l. omnis diffinitio.sed huic patrimonio competit diffinitio dotis,vt probabo;ergo est dos,& qd̃ competat diffinitio dotis sic probo.dotis diffinitio hæc est,dos est quod à muliere,vel eius patre datur marito,vel eius patri, ꝓꝓ onera matrimonij sustinenda,vt perpetuò sit penes eum.ita diffinit Azo in summa de iure do.circa prin.per iura ibi allegata . Item lex dicit,ꝙ nomen dotis consistit in iure:vt ff.de impen.in re.dota.fac.l.quod dicitur.in prin.in gl.quæ incipit.
8 ideſt vniuersitatis.sed † in his,quæ iuris sunt patientia habetur pro traditione.vt ff.de serui.l.pe.& l.quoties.§. fi.de seruitutibus.vrb.præd.l.seruitutes.in prin. Sed hæc mulier passa est,ergo vr̃ tradidisse,& ꝓꝓ onera matrimonij,vt proponitur in themate.ergo est dos:pro hoc facit,qd̃ dr̃,traditione constituitur dos.vt ff.de iure dot.l.quemadmodum. §.j.si ergo est dos,ergo maritus poterit lucrari,& retinere. ergo &c. ¶Tertiò probo sic: de iure hoc est,qd̃ periculum sola patientia constituitur.vt ff.de pecul.l. quam Tuberonis.§.sunt quidam.& l.non solùm.in prin.eod. tit. Sed dos
9 † & peculium æquiparantur.vt d.l.qd̃ dicitur ff. de impen. in prin.& ibi no.in d.gl.ideſt vniuersitatis.ergo ipsa dos p̃t constitui patientia.Cum igitur hæc patientia mulieris interuenit,dicendum est dotem constitutam esse,& iure posse retinere,& lucrari partem dicti patrimonij.¶Quartò ꝓ-
10 bo sic: contractus † qui ꝯhuntur consensu,sola patientia , & vsu videntur esse contracti.hoc videmus in locatione , & conductione.ff.locati.l.item quæritur.§.qui impleto. & l.cum in plures.§.locator.& C.eo.l. legem. sed contractus dotis solo consensu constituitur.vt C.de dotis promissione.l.ad exactionem.& de rei vxo.act.l.1.in prin.§.1.ergo vr̃ in casu nostro tacitè constituta:maximè fauore dotis, pro qua in ambiguis interpretari debemus,& in causa constituendæ.vt ff.de iure do.l.in ambiguis.& sol.matrimo.l.1.& ibi no.sic ergo poterit aut retinere, aut lucrari . ¶Quintò
11 probatur † sic.patientia habetur pro consensu vbi de commodo patientis tractatur.ff.mandati.l.si remunerandi. §.si passus,eo.tit.l.qui patitur.& ibi no. Sed ꝙ hæc dos intelligatur constituta est commodum mulieris,ex plurib. rationibus.Primò,quia melius à suo viro tractabitur,si est dotata,q̃ si esset indotata.& non ita de facili repelletur,vt in auth.de nup.§. si quis enim.& no.ff.sol.matrimonio.l.1.Item in alio,quia dos non poterit alienari,nec præscribi , vt in ti.de fundo dotali,& de rei vxo.actio.l.vnica.§.cum lex. & propter ipsius delictum non publicaretur,nisi in casibus . vt.ff.de bonis damnatorum.l.quinque legibus.ergo vr̃ cõ-
12 sentire,& sic dos constituta,& sic vir poterit retinere,& lucrari.¶Sextò probo † sic,accessorium regulatur ſm naturã sui principalis.vt C.per quas personas nobis acquiritur.l. 2.de vsucap.l.eum qui.de pec.l.1.& 2.ff.de reg.iur.l. cũ principalis,extrà,de reg.iuris.c.accessorium.sed dos est accessoria ad matrimonium,cum sine eo esse non possit. vt. ff. de dona.ante nup.l.fi.§.1.de ritu nup.l.incestæ.de iure dot.l.3. ergo dos limitatur,& regulatur ſm regulas matrimonij,ꝙ solo consensu liberæ mulieris contrahitur.ff.de ritu nup.l. in liberæ.& de concubinis.l.in concubinatu. ergo dos solo vsu constituitur.& sic hoc casu patrimonium est dos:& vir poterit lucrari partem. ¶Septimò probatur sic;ꝓmissio,stipulatio,& solutio æquiparantur.vt.ff.de dona.l.si patronus.§.1.C.ad legem Fal.l.fi.& ff.de calumniatoribus.l.3. §.hoc edicto.sed in stipulatione hoc est , ꝙ stipulatio simpliciter facta non adiecta causa,ex causa dotis intelligitur. vt ff.de iure do.l.stipulatio.cum l.seq.quæ incipit, qd̃ autẽ. ergo idem erit in ista patientia,quæ habetur pro traditione,vt intelligatur ex causa dotis,licet non sit expressum:& sic vir poterit retinere,& lucrari,&c. ¶Octauò ꝓbatur sic ,
13 † causa alimentorum & causa dotis videntur esse pariter fauorabiles in modo constituendi : quod patet,quia valet promissio dotis incertæ,vt.ff.de iure do.l. cum post. §. gener.C.de dotis promiss.l.1.& ibi no.Sed præstatio per triẽnium in alimentis inducit obligationem.l.1.C.de fideicõ. & ff.de vsu.l.cum de in rẽ verso.ergo dos per cursum trienij intelligitur legitimè constituta: sed ex themate proposito apparet,ꝙ talis mulier passa fuit vltrà triennium : qd̃ patet,quia dicit per plura tempora. nam cum dico tempora,intelligitur de duobus annis.C.de vsuris.l. vsuræ. & ibi no.ergo,vt additio plura operetur,intelligitur vltra triennium, & sic videbitur dos constituta,& poterit lucrari . ¶Nonò probo sic;talis videtur esse affectio inter virum,& vxorem,quę est inter patrem,& filium,vt ff.de lib.ho.exhiben.l.j.in fin.& l.seq.de iniurijs.l.j.Sed in patre hoc est, qd̃ ex sua patientia possidendi præsumitur filio donare. vt C. de bo.quæ libe.l.cum oportet.§.sinautem eos.& C. si quis alteri,vel sibi.l.2.ff.de dona.l.donationes.§.pater.ergo hoc casu ratione tantæ affectionis præsumitur mulierem passam esse virum possidere ratione dotis . Et sic poterit retinere,& lucrari.¶Decimò probo sic,id,qd̃ datur à muliere uiro propter onera matrimonij dicitur dos , vt ostensum
14 est.s̃.in secunda ratione,sed instrumenta † fundi dicuntur esse dos fundi.vt.C.ad legem Fal.l.si prædiorum.ff. de fideiusso.l.amissi.§.fideiussores.& de fun.instruc. & instru.leg. l.secunda.§.docere.& ibi no.Sed instrumentum,quasi dos fundi constituitur ex solo vsu,eoipso,ꝙ paterfamiliàs patitur instrumentum esse ad vsum talis fundi.vt ff. de fund. instru.l.instr̃a,& l.seq.& l.quæsitum.in prin. & per totum . ergo,& hoc casu dos constituitur patientia sola , & sic vir poterit retinere,& lucrari.

15 **Solutio.** †Nomine Domini nostri Iesu Christi inuocato,salua sententia cuiuslibet doctoris,aduocati,seu scholaris , qui melioribus rationibus moueretur,mihi videtur,ꝙ quæstio nostra habeat tria puncta. ¶Primum,an eoipso,ꝙ matrimonium est contractũ , mulier omnia bona sua videatur dedisse in dotem,si aliud non agatur.¶Secundum,posito, ꝙ matrimonium nõ sufficeret,an ex patientia,quia passa est virum intrare possessionem,& fructus percipere,& in onera matrimonij conuertere,videatur dos constituta.¶Tertium,posito, ꝙ prædicta non sufficerent,an ex dicta patientia cum cursu temporis,quia hæc passa est per plura tempora, præsumatur titulus,& sic dos constituta.¶Ad primum dico,ꝙ glo.istud tangit.ff.de iure do.l.mulier bona.in pri.& ibi dicit, ꝙ Aristote.tenet quod sic.Mihi autem videtur sic distinguendũ: aut ista mulier erat minor , & non videtur dos constituta tacitè:quia si voluisset expressè, nõ potuisset immobilia in dotem dare sine decreto.ut C.de admi.tut.l. lex quæ tutores.in prin.& §.1.& C.de prædijs mino.l.prædia.no.ff.de iure do. l. Titia. Aut erat maior, & tunc,aut ista bona fuerũt p eã in dotẽ data alij fortè priori uiro,aut nũquam fuerunt in dotem data . Primò casu aut ex primo marrimonio nulli extant liberi , & tunc dos videtur repetita in sequenti matrimonio. vt ff.de iure do.l.dotem,quæ.in prin. & l.diuus ff.soluto matrimo.l.pen.§.uxor.de pac.do.l.cum maritus.§.Titius.& quod no.per Cyn.C.de rei uxo. ac.auth.sed quàmuis in tertia quæstione . & hoc etiam si prius matrimonium solùm de facto tenuit . ut ff.de iure do. l. si seruus.in prin.aut ex primo matrimonio extant liberi . &

tunc

BIU Cujas

tũc dos in ſequenti matrimonio non videtur repetita ſim pliciter. ſed ita demum quòd vir non lucretur vltrà quàm haberet vnus ex filijs primi matrimonij, qui minus haberet. vt C. de ſecun. nup. l. hac edictali. in prin. de do. ante nu. l. ſi conſtante. §. pen. in auth. de nup. §. de augmentis. facit quod not. de iure do. l. nulla. Secundo caſu, quando nunq̃ fuerunt in dotem data. tunc per matrimonium non videtur tacitè actum, ꝙ ſint in dotem. caſus eſt. C. de diuortijs. l. fi. authen. de nuptijs. §. ſi quis enim, ver. & ſi mulier. vbi patet ꝙ mulier fuit accepta ſimpliciter nõ conſcriptis dotalibus inſtrumentis; & habebat propria bona, quæ nõ cẽſentur dotalia. Et ſic non curo de authoritate Ariſtote. de qua facit mentionem gl. in d. l. mulier bona. quæ cum ſit ꝰ legem, non eſt ſeruanda. vt in l. in tantum. in fine. cũ l. ſeq. ff. de rer. diuiſio. ¶ Circa ſm, an ex patientia videatur dos conſtitui, multa poſſent dici: tamen quantùm ad propoſi-
16 tum † dico, ꝙ eſt quædam patientia formis, quædam informis. Patientia formis eſt, quando circa meam rem, vel circa aliud, quod tunc tangit, aliquis facit aliquid, quod cadat in certam ſpeciem contractus, vel quaſi, & vtrùm ſcientia & patientia habeatur pro conſenſu, habent locum no. per glo. in l. Caius. ff. de pig. ac. per Cy. in l. inuitus, C. de procu. per Dyn. in c. is, qui tacet. de reg. iur. lib. 6. & in multis alijs locis; ſed hæc non eſt materia noſtra. Patientia informis eſt, vt quando circa rem meam fit aliquis actus, qui nõ cadit in ſpeciem, ſeu formam alicuius contractus, vel quaſi. putà incipis tenere & poſſidere rem meam, & conuertere fructus in tuam neceſſitatem, vt in quæſtione noſtra: nam onera matrimonij ſunt de neceſſitate viri. & iſto caſu an talis patientia habeatur pro conſenſu, ſic puto dicendum. Aut præcedit contractus de cuius natura ad hoc quis tenebatur, & patientia habetur pro conſenſu. vt. C. de acquirẽ. poſſ. l. tertia. Aut non præcedit talis contractus, & tunc aut tractamus de his in quibus vertitur modicum præiudiciũ, & patientia habetur pro conſenſu. vt ff. de pecu. l. quam tuberonis. §. ſunt quidam. 1. rñſo. & l. non ſolùm. in princ. vbi eo ipſo ꝙ dominus patitur ſeruum habere, videtur conſtituere peculium. Aut loquimur in caſibus in quibus tractatur de magno præiudicio. & tunc patientia non habetur pro conſenſu. vt d. l. quàm Tuberonis. §. alia cauſa. 2. reſpõſo. vbi ex patientia non videtur concedi libera adminiſtratio. idem tenet gl. in d. l. 2. C. de acq. poſſ. in gl. quæ incipit, quod præſumitur &c. Cum ergo in caſu noſtro nõ præceſſerit contractus, cuius natura mulier eſſet obligata ſe dotare, ſeu omnia bona ſua in dotem dare. vt ſ. proximè dictũ eſt. & probatur in auth. de nup. §. ſi quis enim. Item cũ hic tractetur de magno præiudicio. ſ. de amiſſione dominij, & adminiſtrationis ſuę rei, credo patientiam non habendam eſſe pro conſenſu: & ſic per hoc bona non videantur data in dotem. Sed ſi tu poneres quòd vir dicebat, iſta eſt dos mihi data. & his bonis expreſsè vtebatur in dote, tũc eſſet patientia formis. & quid eſſet tunc, habetur ex dictis dictarum glo. & Doct. Nunc non examino. Non obſt. ff. de iure do. l. ſi ſtipulatio. cum l. ſeq. quæ incipit, quòd autem, quia ibi licet non exprimeretur in ſtipulatione, quòd eſſet dotis cauſa: tamen hoc agebatur, & hoc conſtat. vt ibi ſentit glo. vel ibi loquitur de ſtipulatione quã recipit vxor à viro, ſcilicet de quantitate data ipſi mulieri reddenda ſo. ma. vt ibi ſentit gl. meritò intelligitur ex cauſa dotis. Sed ſi ꝓmitteret ſimpliciter reſtituere, nec adijceret ſol. mat. tunc ſecus crederem, niſi conſtaret quòd aliter ageretur inter partes. ¶ Circa tertium, an ex patientia cum curſu temporis præſumatur titulus. Ad hoc vt talis dubitatio procedat oportet quòd talis titulus allegetur. & ſic erit dubium an fuiſſet celebratus contractus dotis, vel non. Item oportet nos ponere ꝙ mulier paſſa fuiſſet longo tempore, ſcilicet decem annis, aliàs ſi ex ſolo tẽpore, maritus vteretur, vel cucurriſſet minus de tẽpore, expeditum eſſet ꝙ titulus nõ præſumeretur. vt. C. de vſur. l. creditor. ff. de ope. lib. l. ope-
17 ris. plenè no. de vſuris. l. cum de in rem verſo. Nob ob. † qđ dicitur, ꝙ cauſa alimentorum, & dotis ſunt pariter fauorabilia in modo conſtituendi. probatur. in l. cum poſt. §. gener. de iure do. C. de do. promiſſ. l. j. coniuncta. l. ſi cui. ff. de annu. lega. & de leg. 3. l. Stichus. & no. in d. §. gener. ſed in cauſa alimentorum ſufficit ꝙ aliquis nitatur ex ſolo tẽpore, vel curſu triennij. vt C. de fideicommiſ. l. j. not. in d. l cũ de in rem verſo. ergo idem videtur in caſu noſtro de dote. nam reſpondetur ſic. quia in l. 1. de fideicommiſſ. hoc facit duplex fauor, ſcilicet alimentorum, & vltimæ voluntatis, vt ibi no. quæ ratio ſcilicet vltimæ voluntatis hic ceſſat. Præterea illa lex loquit in faciẽte. ſ. in ſoluẽte aliq̃d annuũ noĩe alimẽtorũ: qõ nr̃a loquit̃ in patiente, ꝰ quem nõ ita de facili præſumitur titulus, vt j. dicetur. Concedo ergo ꝙ ſi ex cauſa vltimæ voluntatis eſſet præſtitum aliquid nomine dotis per triẽnium, eſſet idem quod in l. j. C. de fideicommiſ. Poſito † ergo in quæſtione noſtra ꝙ titulus alle-
18 getur, & ad probationem inducatur longi temporis curſus, an titulus præſumatur, eſt dubiũ propter diuerſas opiniones doctorum, & uidetur quòd ſic. per l. cum de in rem verſo. in fi. vbi expreſsè loquitur in dote. & licet tex. ibi loquatur in faciente; ſeu ſoluente; tamen glo. ibi poſita, intelligit idem in qualibet patientia. idem not. ff. de ſerui. l. ſeruitutes. de aqua plu. ar. l. j. §. fi. Alij moderni doctores ſunt in contraria opinione dicentes quòd lex, cum de in rem verſo, loquitur in faciente, hoc eſt in ſoluente, ſecus in patiente, contra quem non ſic facilè præſumitur titulus. ita not. Cy. C. de pac. l. ſi certis annis. in octaua quæſtione. qđ tenent quidam doctores Bononiẽſes. Sed per glo. videtur caſus, quòd idem in patiente. C. de petitio. hæredi. l. fi. & ff. de acquir. hæred. l. qui in aliena. circa princip. ver. ſed & ſi non adijcitur. Sed contra glo. facit quòd ſi poſſedi rem tuã longo tempore te patiente, & vellem allegare quòd mihi vendidiſti, vel alio titulo conceſſiſti. & hoc probare ex patientia non poſſum, ſecundum omnes doctores. & tangitur in glo. in verb. ſi maior. l. pen. C. commu. diuidun. & ibi ſecundum omnes doctores, quod apparet eſſe verum, q̃a volunt iura quòd in præſcriptione talium rerum præcedat titulus, & ſequatur poſſeſſio longi temporis. vt C. de rei vẽdi. l. nullo. de præſcrip. long. temp. l. diuturna. ff. de vſucap. l. Celſus. cum ſimi. ¶ Ad ſolutionem igitur dictarum cõtrarietatum diſtingue duo verba, ex quibus apparebit noſtræ quæſtionis ſolutio, tangendo ſolùm quod pertinet ad propoſitum. Cum ergo quæritur an titulus allegatus ex curſu longi temporis preſumatur, diſtinguè. Aut loquimur in aliquid faciente, putà ſoluente, & præſumitur, vt C. de agric. & cenſi. l. litibus. lib. xj. ff. de vſuris. l. cum de in rẽ verſo. qđ dic vt ibi. Aut loquimur in patiente, & tunc aut titulus allegatus principaliter reſpicit lucrum, & commodum patientis, & præſumitur titulus. vt C. de petit. hær. l. ſi filius. & ibi not. Nam ibi præſumitur, cui acquiritur hęreditas ꝑ filium. Aut titulus allegatus reſpicit damnum patientis: & tunc aut reſpicit magnum damnum, aut paruum. Si magnum, putà tractatur de amiſſione dominij rei ſuæ, tunc non præſumitur. vt d. l. nullo. C. de rei vend. C. de præſcrip. long. temp. l. diuturna. quod no. per gl. & doct. in d. l. pe. C. commu. diui. fallit in caſu. l. Procula. ff. de proba. ratio quia ibi plura interuenerunt: vt no. de ali. leg. l. libertis. §. j. Si verò reſpicit paruum damnum, tunc titulus præſumatur. vt ff. ſi ſerui. vend. l. ſi quis diuturno. quod no. per glo. in l. ſeruitutes. 4. in verb. certum. de ſerui. de aqua. plu. arc. l. fi. in fi. & illa fuit ratio illarum legum. & ibi tractatur de modico præiudicio, vt no. per Dyn. extrà, de re. iu. c. poſſeſſor. verſi. nunquid in ſeruitutibus præſcribendis. & hic eſt caſus, in d. l. qui in aliena. ver. ſed & ſi non adierit. de acquiren. hęre. ibi enim de modico præiudicio tractatur. nam hæreditas non erat filij, ſed habebat ſolam ſpem quòd ſi ipſe efficeretur ſui iuris, poterat adire, & ſibi acquirere. vt C. de iure delib. l. non dubium. non ergo ibi amiſit ſuum dominium: ſed quandam ſpem fortè fallacem. Item eſt ſpes quòd ipſa hæreditas patri quæſita ad ipſum filium reuertatur, vt l. ſcripto hærede. in fi. vnde lib. & de adop. l. nec ei. §. pen. ſic etiã loquitur glo. d. l. pen. C. communi diui. vbi dicitur quòd ꝑſumitur diuiſio, in qua eſt modicum præiudicium, cũ vna pars vice alterius fungatur: cum ergo in propoſita quęſtione loquamur in muliere patiente, & tractatur de magno præiudicio. ſcilicet de tranſlatione dominij in virum cum ſpe lucrandi ſibi, dico quod ex patientia longi temporis titulus non præſumitur.

¶ Diſputata per dominum Bart. de Saxoferrato egregiũ legum doctorẽ. ff. vetus legentẽ in Auguſta ciuitate Peruſij. Anno Domini Mcccxliij. die xxj. menſis Decembris.

QVAESTIO VIII.

1 *Confitens maleficium & negans qualitatem, an dicatur confiteri, vel negare, vt habeat beneficium ſtatuti, & nu. 14. & 17.*

2 *Negans dicitur qui negat factum, & etiam qui negat ius.*

3 *Beneficio quis priuatur nedum per omiſſionem totius, ſed etiam per omiſſionem partis.*

4 *Liberatio non contingit ſi in ſatiſdatione omittatur aliqua qualitas.*

5 *Probans factum, & non qualitatem, non obtinet.*

6 *Pœna ita committitur ex priuatione qualitatis, ſicut ex priuatione ſubſtantiæ, ſi debet committi ex priuatione.*

7 Qualitas

7 *Qualitas omissa quando non priuet quem beneficio actionis propositæ, nec moderatæ condemnationis.*
8 *Aggrauatio quæ fit per negationem debet intelligi, quando quis negat, quod dependet ex facto suo.*
9 *Pœna quæ imponitur propter priuationem alicuius rei, non committitur propter priuationem ipsius.*
10 *Qui tenetur ad factum simpliciter, sufficit factum facere, licet qualitas omittatur.*
11 *Prohibitus probare contra instrumentum intelligitur prohibitus circa substantiam, non contra qualitatem instrumenti.*
12 *Indefinita locutio in statutis, quòd æquipolleat vniuersali.*
13 *Iudex potest responsionem confitentis delictum, & negantis qualitatem non admittere. & nu. 15.*
14 *Locus & tempus quando dicatur facere id quod factum est realiter, & secundum substantiam. & nu. 16.*
18 *Regula. l. eum qui. ff. de iureiuran. cum similibus, quòd extendatur ad statuta.*
19 *Libellus in actione. l. Aquiliæ, debet continere certam quantitatem.*
20 *Glos. in §. item mixta. Insti. de actio. qualiter intelligatur,*
21 *Beneficium conceßum alicui propter aliquid perditur, nisi illud totum impleatur etiam in qualitate.*

1 Per Italiam communiter † sunt statuta, ꝙ confessi maleficia mitiùs, & negantes grauiùs puniuntur. Cõtigit ꝙ is, contra quem de maleficio proceditur, confitetur factum: negat tamen qualitatem, qua cessante pœna cessat, vel minuitur: qui factis probationibus venit condemnandus de toto. ¶ Quæritur, an sit condemnandus, vt confessus, an tanquam negans, vel qualiter. Et primò, qđ
2 veniat condemnandus vt negans, probatur sic: negans † dicitur ille, qui negat factum, & etiam ille qui negat ius, hoc est actionem, & obligationem. Primum de negante factũ probatur. C. ad l. Aq. l. contra negantem. de proba. l. actor. de non nu. pecu. l. assueueratio. & auth. contra qui propriã. ff. ad leg. Aq. l. 2. de proc. l. 2. cum simi. De eo, qui negat ius, probatur. C. de transl. age. ff. de donat. l. quidam in iure, de prob. l. ab ea parte. cum simil. Sed iste qui negat factum, qñ que negat ius, hoc est esse maleficium, vel esse obligatum: quandoque negat actionem, hoc est se teneri actione proposita: ergo in omni casu habetur pro negãte. ¶ Primum, ꝙ negat factum, probatur in eo qui confitetur factum: negat tamen tempus, vel negat locum. nam si probatur alius locus, vel tempus, non est idem factum de quo agitur, vt probatur. C. qui accu. non poss. l. 1. prout ibi ponitur casus ꝙ maleficio certa die cõmisso. & not. ff. de publi. iu. l. is qui reus. in gl. mag. super verbo, permissam. & ff. de acq. hære. l. Pantonius. §. rei. & ibi clarius no. & est expressum, extrà de re iu. c. Abbate sanè. circa fi. lib. 6. ¶ Secundum in eo, qui cõfitetur factum, hoc est se accepisse rem: negat tamẽ quòd contra domini voluntatem. nam ex hoc sequitur quòd nõ est furtum, nec furti tenetur. vt ff. de furtis. l. inter omnes. §. rectè. & insti. de obli. ex delic. in §. placuit. Item in eo qui confitetur se occidisse: negat tamen se fecisse eo animo, quia sequitur quòd non tenetur. l. Corn. vt l. 1. C. ad l. Cor. de sica. & ff. e. l. 1. §. diuus. Et in eo qui accusatur de plagio dixit se abduxisse, negat tamen alienum. vt C. de ser. fugi. l. cũ seruum. & ad l. Flau. de pla. l. j. & l. præses. sed alia multa exẽpla poni possent. ¶ Tertium, quòd negat actionem, seu accusationem, probatur in eo qui accusatur. l. Põpeia de parri. cõfitetur se occidisse, negat tamen esse de personis enumeratis, in l. j. ad legem Pompe. de parri. Item probatur, in l. prætor. §. docere. vi bon. rap. & de incen. rui. nau. l. j. §. fi. & l. 2. Item in eo qui confitetur coitum, sed negat mulierẽ nuptam. vt l. pen. de adulte. quicquid igitur dicatur, apparet, ꝙ iste habetur pro negante. Et tanquam negans debet condemnari. ¶ Secundò probo sic, qui interrogatur cum aliqua qualitate, si respondet purè, non respondet ad interrogata: vt ff. de verb. ob. l. j. §. si quis simpliciter. & insti. de inu. stipul. §. præterea. Si verò non respondet ad interrogata. ergo non potest haberi, vt confessus. Concludo ergo quòd tanquam negans veniat condemnandus per prædictas. ll. vbi videtur casus expressus. ¶ Tertiò probo sic. Sicut omissio
3 totius † est causa priuandi quem beneficio: ita omissio partis. vt ff. de leg. j. l. etiam si partis. coniuncta. l. tutor petitus. §. j. ff. de excu. tuto. & not. in l. post legatum. §. amittere. ff. de his quib. vt indig. sed si totum maleficium negasset, priuaretur beneficio, quod daretur confitentibus: ergo eadem ratione priuetur, si negat qualitatem maleficij. ¶ Quartò
4 ꝓbo sic. si in † aliqua satisdatione aliqua qualitas omittatur, liberatio non contingit, imo totum petitur ac si nihil esset satisdatum. vt l. Iulianus. §. j. de verb. ob. de so. l. etiã. de leg. j. l. huiusmodi. §. si res, plenè no. de dolo. l. & eleganter. §. non solum. sed istud beneficium, ꝙ datur confitẽtibus, est quædam liberatio à parte pœnæ in eo qui confitetur. Si ergo in confessione omittatur qualitas maleficij, non con-
5 tingit liberatio. ¶ Quintò † probo sic, quando aliquis probat factum, nec probat qualitatem facti, non habet beneficium, quod datur probantibus: quia non dicitur sua intentio probata. vt l. habebat. in prin. ff. de insti. vi bo. rapt. l. prætor. §. docere. extrà de proba. c. licet. ergo, & eadem ratione qui confitetur maleficium, & non qualitatem, non debet gaudere beneficio confessionis. ¶ Sextò sic. beneficium datur confitentibus, quia aliquem releuat ab onere probandi. vt l. eum qui. in prin. de iureiur. C. de pœna iudi. qui malè iudi. auth. no uo iure. & quod no. ad leg. Aq. l. contra negantem. Sed per hanc confessionem quis nõ releuatur ab onere probandi, quia debet probari qualitas maleficij, quę nõ potest probari nisi per illos qui viderũt maleficium, quia qualitas rei non potest cognosci nisi ab eo qui habet notitiam rei, & ipsam viderit. vt l. j. §. j. de ventre inspicien. C. de fide instrum. l. comparationes. ff. finium regun. l. si irruptione. & in auth. de non alie. §. ꝙ autem. cum igitur non releuet ab onere probandi, ergo in nullo consequitur bene-
6 ficium confessionis. ¶ Septimò sic. quando pœna † debet cõmitti propter aliquam priuationem, ita committitur ex priuatione qualitatis, sicut ex priuatione substantiæ: vt patet in stipulatione habere licere, quæ cõmittitur si aliqua seruitus, quæ prędij qualitas est, ex iure minuitur. vt l. stipulatio ista. §. si quis fortè. de verb. ob. vbi videtur tex. nostræ quæstionis in eo ꝙ ibi in fi. tex. dicit, ꝙ habere nõ licet ei, cui aliquid ex iure minuitur. ita cum aliqua qualitas negatur, nihil confessatum videtur: & sic nullum consequitur beneficium confessionis. ¶ Octauò sic. simplex, & indefinita locutio æquipollet vniuersali. vt l. si pluribus. de leg. 2. de leg. 3. l. si plures. per Dy. de reg. iur. super rub. lib. 6. Cum ergo dicat statutum, ꝙ confitentes mitius puniantur, loquitur de confitentibus omnia. sed certum est, quòd iste, qui negat qualitates, non confitetur omnia: ergo non potest beneficium confitentium habere. arg. l. si is qui ducenta. §. vtrum. de rebus dubijs. ¶ Nonò, quia qui in vno deliquit, omnium factus est reus.

7 Contrà, Quòd puniri debeat tanquam confessus, probatur sic. omissio † qualitatis rei non priuat aliquem beneficio sibi competenti ex ipsa re: hoc probatur, quia quis nõ priuatur beneficio propositæ actionis. licet aliquam qualitatem non ponat, vel positam non probet. vt l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxalibus. & quod not. C. de eden. l. edita actio. nam eo non obstante ex tali ꝓ cessu poterit sequi condemnatio. facit de aqua plu. arcen. l. quamquàm. §. Iulian. & quod ibi no. per Dy. facit de rei vẽ. l. si post acceptam. Item non priuat quem beneficio præsũptionis facientis pro eo: nam si confiteor solutum, tamen nego indebitum, & sic nego qualitatem, ex hoc nõ perdo beneficium præsumptionis facientis pro me, scilicet, qđ debitum præsumatur. vt l. cum de indebito. ff. de proba. Itẽ non priuat quem beneficio moderandę condemnationis. vt puta, confiteor me fideiussisse, nego tamen me conueniendum in solidum, quia dico alios fideiusores esse soluendo. & sic nego qualitatẽ, certè per hoc non perdo beneficium diuisionis. vt l. si dubitet. in princ. & §. j. de fideius. Ex istis ergo concluditur, qđ si reus confitetur factum, negat tamen qualitatem aliquam, qđ ex hoc non perdat beneficium confessionis, sed tanquam confessus veniat con
8 demnandus. ¶ Secundò probo sic, † aggrauatio pœnæ quę fit propter negationem semper intelligitur quando quis negat id quod ex facto suo dependet, aliàs secus. vt ff. rerũ amo. l. Marcellus. de in litem iuran. l. videamus. §. j. extrà de confess. c. secundo, lib. sexto. quod no. C. de iur. calum. l. secunda. §. quod obseruari. Si aliter intelligeretur, sequeretur quòd quis puniretur sine delicto, quia cum in facto, quod non dependet à se sit tolerabilis ignorantia. vt l. fin. ff. pro suo. & l. cum falsum. ff. de acquir. hæred. meritò potest sine culpa negare, sed sine culpa nemo est puniendus. vt ff. de verb. sign. l. aliud est fraus. & de pœnis. l. sancimus. & de reg. iur. c. sine culpa. lib. 6. Sed istæ qualitates, vt plurimum non dependent ex facto rei: vt puta, quòd ex vulnere sit remansura cicatrix, vel quòd membrum sit remansurum debilitatum, vel quòd offensus sit nobilis, vel ignobilis, & similia. ergo patet, quòd propter negationem huius qualitatis non debet grauari pœna, & sic condemnandus est tanquã
9 confessus. ¶ Tertiò probo sic, † pœna quæ imponitur pp priuationem alicuius rei, nunquam committitur propter priua-

priuationem qualitatis ipsius rei.vt ff.de euic.l.quod ad seruitutes.de leg.2.l.mæuius.§.fundo.vbi pęna quæ debet cõmitti propter euict. rei,non committitur propter euictionem seruitutis,quæ est qualitas rei,vel quid aliud.de verb. sign.l.quid ergo.& l.si aliena.§.1.de vsuc.& communia prędi.l.j.ita in proposito si aliquis confitetur factum,licet neget qualitatẽ facti,pœna q̃ propter negationem imponitur,non debet committi. & sic vt confessus venit condemnandus. ¶Quartò probo sic,† quando quis tenetur ad factum simpliciter,sufficit quòd factum fiat, licet eius qualitas omittatur,vt l.3.§.falsus.ff.rem rat. hab. vbi procurator tenetur cauere rem ratam dominum habiturum. & sic sufficit,ꝙ dominus habeat ratum tanquàm factum,non tãquàm maleficium.quod patet,quia potest appellare,& restitutionem in integrum petere,& sic qualitatẽ abnegat, & sic pœna non committitur. ad id facit, quod not. ff. de neg.gest.l.Pomponius scribit.in glo.mag.& per Dy.in c.ratum.de reg.iur.lib.6.Ita in proposito,cum quis metu pęnę teneatur confiteri, sufficit quòd confiteatur factum, licet neget qualitatem facti. & sic vt confessus veniat condemnandus.¶†Quintò probo sic: quando aliquid prohibetur,semper intelligitur prohibitio respectu substantiæ,nõ respectu qualitatis. hoc probatur in l.generaliter.C.de nõ num.pec.coniuncto. §.quod ferè.in l.iurisgen.ff.de pac.& ibi no.in glo.vbi si aliquis prohiberetur probare contra instrumentum,intelligitur contra substantiam instrumenti, non contra qualitatem.Ita in proposito ; cum quis metu pœnæ prohibeatur negare,debet intelligi de negante substantiam,non de negante qualitatem,&sic cum substantiã sit confessus,debet vt confessus puniri. ¶Sextò de hoc videtur casus expressus.ff.ad l.Aquil.l.inde Neratius.§.fin.cũ l.seq.vbi apparet,ꝙ ad hoc,vt euitetur pœna , quæ contra negantẽ est statuta per legem Aqui.sufficit,ꝙ factum confiteatur,scilicet me occidisse;licèt negem qualitatem, vt puta quia nego seruum esse talis æstimationis,vel tantùm interesse agentis: ita in proposito licèt negem aliquam qualitatem,non debeo puniri vt negans , sed vt confessus debeo condemnari.¶Septimò sic , ratio quare mitius punitur est,quia releuat aduersarium ab onere probandi, vt dictum est.s.in sexta ratione aduersę partis,sed licet negetur qualitas,nihilominus pars remanet releuata ab onere probandi.exemplum,si aliquis confitetur occidisse , dicat tamen se fecisse sine dolo,certè ipse habet probare,vt C. de iniur.l.si non conuicij.ad l.Corn.de sica.l.1.& ff.eo.l.1.§.diuus.ergo cum supersit ratio,debet durare beneficium confessionis . ¶Octauò sic , † indefinita locutio æquipollet vniuersali,vt l.si pluribus de leg.2.& de leg.3.l.si plures.no. per Dyn.de reg.iur.super rub.lib.6. Vnde cum statuta puniant acrius negantes,intelligo negantes omnia,sed verũ est hunc qui confitetur factum,& negat qualitatem nõ negare omnia,ergo non debet vt negans condemnari.vt l.si is qui ducenta.§.vtrum.de reb. dub. ¶Nonò de hoc videtur glo.ord.instit.de actio.§.item mixta.vbi ille qui confitetur delictum,negat tamen aliquam qualitatem propter quam dicit non deberi,tamen habetur in omnibus vt confessus. ¶Quod in ea pœna quæ venit ex delicto sine qualitate puniatur vt confessus,in ea quæ augetur ex qualitate , puniatur vt negans,probatur pluribus rationibus. Et primò sic,qui partem delicti committit, non punitur contẽplatione eius: sed contemplatione eius, quod commisit , vt ff.de extraord.cri.l.j.C.de seruis fugit. l. si fugitiui.& ita no.facit de pœnis.l.aut facta.§.euentus.ita in proposito cũ partim fuerit confessus,partim negauit, solùm in ea parte quam negauit,puniatur vt negans.¶Secundò sic,pęna nõ debet egredi delictum.vt sic in ea tantùm re,& eo tantùm respectu quo quis deliquit,puniatur,& non vltrà.ff. de his quibus,vt indig.l.rescriptum.ad Trebel.l.Paulus respondit si certum.ff.ex quib.cau.in poss.ea.l.Fulcinius.§.quid si aduersus.Sed hic ñ deliquit negãdo, nisi respectu qualitatis ; ergo solũ respectu qualitatis dẽt puniri.Tertiò sic,qñ qs ad plura tenet in iudicio sub pœna, si in vno est obediens,in alio ñ,in quo est obediens pœna nõ ꝯmittitr cũ effectu.vt l. si seruus . §. si plurium.ff. si quis caution. & quod not.de verb.obli.l.quinta.§.fi.de rebus dubijs.l. si is qui ducenta. §.vtrum,in gl.super verbo,in illo.Sed ista pœna quæ imponitur neganti,imponitur circa ea, quæ veniunt publicãda in iudicio: ergo in effectu cõmittitur solùm pro eo, quod negauit ipse. Quartò sic, quando quis eodem facto diuersis respectibus deliquit,eo respectu quo deliquit consequitur pęnam,alio respectu præmium,vt l.j. de his quib.vt indign.ita in proposito , respectu eius, quod negauit consequatur pœnam,alio respectu præmium,facit.l.relegatorũ. §.fi.de interdi. & rele. ¶Quintò sic , quando pœna debet imponi propter priuationem alicuius rei priuata qualitate, solùm imponitur pęna respectu illius qualitatis , quod apparet in actione exempto,vbi re euicta,agitur pro toto interesse , sed euicta seruitute agitur solùm pro interesse seruitutis,quæ est qualitas fundi, vt l. quod ad seruitutes . de eui.& ibi no.& de contrahen.emp.l.cum venderes. ita in proposito solùm respectu qualitatis actus puniatur . ¶Sextò sic: quando aliquid alicui tribuitur propter laborẽ diminuto labore diminuitur id,quod conceditur , vt l.Seio amico.in prin. de annu. leg. Sed præmium conceditur confitenti: quia exonerat aduersarium onere probandi , vt l.eum qui.in prin.de iureiuran. ergo si pro parte eũ exonerat,consequitur præmium accusatus: quia percussit tali loco,& tali tempore, confiterur se percussisse dicto loco, vel tempore. certè si accusatio probabitur,punietur,vt negans. Item iudex potest † talem responsionem non admittere.nota hanc conclusionem.

Solutio. Domini nostri Iesu Christi nomine inuocato. in quæstione prædicta aduertendũ est,quia † quando quis negat aliquam qualitatem,seu circunstantiam,qua negata,negatur ipsum factum, de quo ꝓceditur,quod prima facie videbatur confiteri.verbi gratia: quis confitetur se percussisse Titium: negat tamen hoc se fecisse tempore,vel loco in accusatione, vel libello contẽto;tunc omnino aliud factũ confitetur, quàm illud de quo proceditur. nam factum vno tempore,vel loco certo,differt realiter , & secũdum substantiam ab eo,ꝙ factum dicitur alio tempore,vel loco,vt l.si nõ sortem. §.libertus. de condi.indeb.& quod no.C.de testi.l.testium.de acq. hære. l.Pantonius.§.rei.cum sua glo.& est expressum extrà, de fide instrum.c.cum Ioannes. & de re iudi.c.Abbate sanè. circa finem ibi: locus & tempus &c. Et quod ibi not. & dixi. in l.denuntiasse.§.quid tamen.de adulte. illo casu non loqtur quęstio nostra.nam iste sine dubio habetur vt negans, qui totum negat.imo dico, † quòd si iudex vellet talem responsionem non admittere.posset licitè , quia ad interrogata non respondetur,vt suprà patet. ergo &c.vt instit.de inut.stip.§. si de alia. ¶Sed posses tu † dicere non esse verum,quòd locus,vel tempus faciat differri realiter,& secũdum substantiam.nam si Titius est vulneratus in facie,vbicunque factum fuisset illud vulnus,idem vulnus esset substantialiter,vt patet ad sensum,sicut idem est homo, licet de loco,vel de tempore originis dubitetur.vt l.3.§.minorẽ. ff.de mi.& l.eius.§.pen.ad muni. Respõdeo,nos possumus sumere actum prout traditur in faciente . & tũc aliud est factum vno loco,vel tempore : aliud factum alio : & tunc diuersitas talis inducit diuersitatem realem, & substantialem,vt dixi.quandoque accipitur actus pro effectu secuto ex actu,vt vulnus seu scissio quæ secuta est ex actu percussionis,& tunc illud est vnum,vbicunque fuerit factũ; quia non potest esse nisi in vno loco factum,vt ex prædictis patet.alia circa hoc dixi in d.§.quid tamen.¶Quandoq; quis negat † aliquã qualitatem,seu circunstantiam,ex qua non inducitur diuersitas realis seu substantialis, & tunc procedit quæstio nostra. pro qua declaranda est aduertendum , quòd statuta Italiæ circa hoc procedunt diuersimodè . nã quandoque statuunt hoc in pęnam,vt negans plus puniatur,quàm sit alia simplex pęna pro maleficio.Quandoque hoc statuunt per modum præmij , & ei qui fuit confessus minuitur pęna , quæ aliàs statuta est pro maleficio . & isti sunt diuersi effectus.ideò de quolibet per se videamus.Circa primum quando statutum hoc disponit in pęnam , vt puta quòd qui negauit puniatur.in quarto pluri,vel similia verba, & tunc circa hoc consideranda sunt duo fundamenta. ¶Primò,quia istud statutum habet locum in pęna mentientis. vnde si negaret aliquid cuius haberet iustam ignorantiam,non puniretur,per regulam generalem, quę est: vbi non est culpa ibi non cadit pęna . vt C. de pęnis.l. sancimus.& ff.de verb.signif.l.aliud est fraus.in prin.de regul.iur.c.sine culpa.lib.6. ¶Secundum fundamentum est, † quòd tunc negans punitur quando per negationem grauabit aduersarium onere probandi, ita quod aduersarius habeat necesse probare per testes, vel alijs legitimis probationibus; aliàs non puniretur vt negans,vt ff.de iureiu. l.eum qui. in prin.& ad l. Aquil.l.2.§.1.& ibi not. & C.ad l. Aquil.l.contra negantem. & ibi etiam no. Cum enim illa loquatur generaliter in qualibet actione quæ crescit per inficiationem,non est dubium,quòd extenditur ad statuta,vt no.in fi.ff.de leg.l.quod verò.& dixi plenè in l.omnes populi.

BIU Cujas

populi.in materia de interpretationibus ſtatu.circa interpretationem extenſiuam. His præmiſſis in caſu prædicto quando ſtatutum procedit pœnam imponendo,dico ſic. Quandoque ille,qui confitetur factum,negat aliquam qualitatem: ſeu circunſtantiam,per cuius negationem aduerſarius non grauatur onere probandi, vt puta confeſſus eſt ſe percuſſiſſe,ſed non animo iniuriandi, vel ſe occidiſſe, ſed ſine dolo,vel ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, quibus caſibus cū præſumptio ſit cōtra eum; ſibi incumbit onus probandi aliquas circunſtantias,ex quibus ceſſet dolus,& animus iniuriandi,& præſumitur ad ſui defenſionem feciſſe.C.de iniur.l.ſi nō conuitij,ad l.Cor.de ſic.l.1.& l. eum qui. & iſto caſu negans talem qualitatem, vel circunſtantiam ſine dubio ſi non probat,non punitur vt negans, qa per confeſſionem factam releuat aduerſarium ab onere ꝓbandi:d.l.eum qui. Quandoque negat aliquam qualitatem ſeu circunſtantiam, quam oportet aduerſarium probare. Et hic eſt aduertendum,ꝙ quandoque quis negat aliquam qualitatem,ſeu circunſtautiam, quam iſte ignorat,vt puta confitetur ſe percuſſiſſe,negat tamen,ꝙ ex illo vulnere ſit remanſura cicatrix, vel ꝙ ex ea membrum remanet debilitatum,& ſimilia,& tunc etiam eo probato non puniretur vt negans,quia cum non ſit in culpa, non debet pati pœnam,vt dictum eſt,pro hoc.ff.de interrog.act.l. de ætate. §. interdùm.& §.ſeq.& eſt caſus ad l.Aquil.l.inde Neratius.§.
19 ſi.& l.ſeq.ſic inducendo. † In libello propoſito ſuper act.l. Aquil.debet exprimi quantitas damni, ſecundum gl. quæ eſt in l.prætor edixit.§.ſi dicat.ff.de iniurijs.Pone, conuentus.l.Aquia confitetur ſe hominem percuſſiſſe: negat tamen ęſtimationem damni eſſe illam,quæ in libello proponitur.Certè ille tanquàm confeſſus veniet condemnādus: vt d.l.inde Neratius.§.ſi.cum l. ſeq. Si enim ibi confeſſus fuiſſet æſtimationem damni ratio,quæ ponitur.in illa.l.nō eſſet vera.nam non eſſet amplius quærendum de æſtimatione vulneris.Apparet ergo,ꝙ conuenitur,vt confeſſus, & tamen quæritur de ęſtimatione quam negauit.Hoc mo
20 dò † debet intelligi glo.quæ eſt inſti.de act.§. item mixta. vbi ille qui confitetur relictum pijs locis, tamen aliquam qualitatem negat,vel admiſit,per quam dicit ſe non debere ſoluere: nam ſi rationabiliter hoc dicit, iuſta ignorantia motus non punitur, vt negans: vt expreſsè dicit glo. Quandoque negat aliquam qualitatem, ſeu circunſtantiā quam iuſtè,ſeu probabiliter ignorare non poteſt: vt quia pendet ex facto ſuo: vel eſt publicè notum,vel aliàs eſt p̄ſumptio,ꝙ ſciat. Et hic eſt aduertendum,quòd quando negatur aliqua qualitas,ſeu circunſtantia,qua ceſſante factū non eſt delictū,ſeu non eſt punibile ex cauſa intentata ſecundum ea,quę dixi in l.denuntiaſſe.§.quid tamen.de adulter.& tunc ideò punitur,vt negans,& loquitur alia opin. poſita in glo.inſti.de act.§.item mixta,ne inueniatur via,p quam negantes ſuam auaritiam exerceant,vt ibi no.quòd probatur: quia quando deficit aliqua qualitas quæ reſpicit totū id de quo agitur,nil videtur eſſe factum de eo,qđ debetur,vt l.Iulia.§.j.de verb.obl.de ſo.l.etiam. cum ſim.facit.ff.qui ſatiſd.cogan.l.quo.& de fideiuſ.l.qui ſatiſdare.Ad idem.vi bonorum rapt.l.prætor.§.docere.& l.denuntiaſſe. §.quid tamen facit etiam de verb.obl.l.j.§.ſi quis ſimpliciter. Quandoque negat aliquam qualitatem, qua ceſſante pœna minuitur. Et hic eſt aduertendum, quòd ſi quidem pœnam,quæ propter illam qualitatem adijcitur, eſt diuerſa,& ſeparata,vel ſaltem eſt diuiſibilis, & ſeparabilis ab ea quæ imponitur pro ſimplici maleficio,vt ſi dicat,quòd cō tra negantem pœna duplicetur,vel puniatur in quarto plu ri,vel ſimilia verba,& tunc pęna,quæ imponitur pro ſimplici maleficio,vt confeſſus punietur.ſed illa quæ augetur propter illam qualitatem negatam punietur, vt negans : æquitas enim iudiciorum hoc admittit:vt l. ſi ſeruum.§. ſi plurium.ff.ſi quis cau. & quia eius contemplatione debet puniri,cuius contemplatione deliquit,vt d.§.ſi plurium.& de his quibus vt indig.l.reſcriptum.ff.ad Treb.l.Paulus reſpondit ſi certam. pro hoc optimè facit de iniurijs.l.eum, qui nocentem.§.pen.& fin.vbi punitur factum,& non qualitas,& ſic vnum ſeparatim ab alio conſideratur,facit ff.de furt.l.is qui opem.vbi pręſtans opem punitur reſpectu furti,non reſpectu qualitatis,ſcilicet manifeſti. Si verò pœna facti,& qualitatis non eſt diuiſibilis,ſeu ſeparabilis,vt puta,confeſſus punitur in corpore,& tunc propter iſtam cō nexitatem niſi confiteatur totum,non habetur vt confeſſus, & ſic punietur vt negans.arg.de ſtatu lib.l. ſi duobus. §.j.iſtius enim negationis effectus in parte ſcindi non poteſt,vt l.in exec.§.ſecunda ſpecies.de verb.ob.Nam in iſtis indiuiduis non poteſt niſi inſolidum peccari, vt l.eadem. §.Cato.de ver.ob.Ad hoc tamen aduertendum, quia vbicunque dixi negantem qualitatem puniri, vt negantem, vel in totum,vel in partem, intellige ſi illa qualitas fuerit per aduerſam partem probata plenè : aliàs ſecus, vt l. eum,qui.in princ.de iureiur.& C.ad l.Aqui.l. contra negā tem,adeò ꝙ vt puto non ſufficeret,ſi probarentur præſumptiones,ex quibus reus poneretur ad torturam,ex qua ſequeretur confeſſio,nam dictæ leges requirunt,quòd illud, quod eſt negatum,probetur. Sed iſte non probauit illud, qđ eſt negatv, & præſumptiones eius non ſufficiunt.vnde cum non extiterit conditio,quam leges requirunt, nō poteſt puniri,vt negans. ¶Circa ſecundum verò, quando ſtatutum hoc ſtatuit per modum præmij,vt ei qui fuerit confeſſus minuatur pœna,tunc indiſtinctè dico,quòd negans qualitatem puniatur, vt negans, nec habebit beneficium confitentium, vt l.etiam ſi partis.de leg.j.& de ann.leg. l. Mæuius.in prin.de ma.teſt.l.ſi ita ſit ſcriptum.& l.qui filiū. §.fin.ad leg.Falc.l. beneficio. quæ leges hoc probant ſic.
21 † quando alicui conceditur beneficium propter aliquid: niſi illud totum adimpleat,beneficium perdit,vt d.l.etiam ſi partis.de leg.j.no.de his quib.vt indig.l. poſt legatum. §. amittere.qđ eſt verum etiam ſi totum factum adimpleat, ſed in qualitate deficiat, vt d.l.mæuius,in prin. de annu.lega. & de ma.teſt.l.ſi ita ſit ſcriptum.& l.qui filium.§.fin. Et prædicta vera ſiue aggrauet aliam partem onere probandi,ſiue pars in ſe ſuſcipiat, Sufficit enim,quòd ipſe conetur effectum ſuæ confeſſionis infringere: quia tnnc illo beneficio confeſſionis eſt indignus, vt d.l.beneficio.ff.ad l.Fal.Item hoc caſu non eſt curandum de iſtis diſtinctionibus,an illam qualitatem poterit probabiliter ignorare,vel non:quia quando aliquis vocatur ad præmium ſub ſpe certæ confeſſionis,intelligitur,quòd confiteatur ſimpliciter, ſiue de eo,quod pertinet ad ſe,ſiue ad alium.quod patet in præmio, quod ſtatutum eſt his,qui ſe deferunt. Nam intelligitur,quòd ſe deferant etiam de eo, quod ipſi poterant probabiliter ignorare,vt patet.ff.de iure fiſc.l.2.§.fi. Concluditur ergo,quòd indiſtinctè perdat tale beneficium, ſi venit condemnandus ex illa qualitate negata factis probationibus, & ex prædictis apparet reſponſum ad omnia contraria.Et ſic eſt finis.Bart.de Saxoferrato.

¶Diſputata fuit hæc quæſtio per me Barto. de Saxofer. minimum inter legum doc.in ciuitate Peruſij.Anno Domini.Mcccl.Die.xxj.menſis Decembris.

QVAESTIO IX.

1 *Iudex qui per imperitiam iudicauit,an teneatur tempore ſyndicatus ſi pars contra quam iudicauit,appellauit,vel appellare potuit.num. 15. & 19.*
2 *In obligatis ex quaſi maleficio ſolutione vnius alij liberantur.*
3 *Paria ſunt aliquid non eſſe ab initio,vel eſſe, & tolli per actum, qui retro fingat non eſſe.*
4 *Abſolutoria in vno in obligationibus ex quaſi maleficio parit præiudicium in alijs.*
5 *Delictum iudicis malè iudicantis, & procuratoris malè procurantis æquiparantur.*
6 *Quando duæ ſunt actiones,vna pœnalis,& altera rei perſecutoria, vna non tollitur per aliam.*
Actio,quæ datur contra iudicem,qui malè iudicauit,dicitur pęnalis.
7 *Delictum iudicis qui in actu committitur ſecuta appellatione non tollitur ſed firmum remanet ad iudicis pęnam.*
8 *Actio vt detur ad intereſſe,ſeu propter intereſſe ſufficit ab initio intereſſe,licet deſinat poſteà intereſſe.*
9 *Actiones plures competentes ad diuerſa,ſiue contra eundem,ſiue contra diuerſos ex diuerſis cauſis poſſunt ſimul agitari.*
10 *Iudex punitur,quando facto eius iuſtitia partis differtur.*
11 *Diſtinguere debemus, vbi lex non diſtinguit.*
12 *Exiſtens in ſtatu dubio non debet eſſe melioris conditionis quàm qui eſt in ſtatu certo.*
13 *Adſcribens ſibi in teſtamento tenetur quaſi falſarius.*
14 *Iudex qui per pecuniam iudicauit,tenetur parti,licet ſententia ſit ipſo iure nulla,& licet non teneatur ad totale intereſſe, tenetur ad expenſas,& damna.nu.20.*
16 *Iudex ferendo ſententiam iniuſtam,etiam ſi pars non appellet, quòd faciat litem ſuam.*
17 *Non appellans videtur approbare ſententiam, vt ſic latam, non tamen,vt bene latam.idem & appellans.*
18 *Pęna, qua tenetur iudex, qui malè iudicauit, an ſit mera pęna ex parte vtriuſque, an ſolùm ex parte iudicis, & reſpectu partis intereſſe.*

Iudex

1 Iudex † per imperitiam iudicauit contra ius litigãtis: à parte succumbente extitit appellatum, nunc quęro an dictus iudex tempore Syndicatus possit effectualiter conueniri, vel non? Et primò ad partem magis fauorabilem, scilicet negatiuam, q̃ non possit effectualiter conueniri probatur pluribus rationibus. ¶Et primò, certum est, q̃ iudex qui per imperitiam malè iudicauit, tenetur ex quasi maleficio. † Et perceptione facta ab vno cæteri liberantur, vt ff. de his qui deie. vel effude. l. perceptione. & nau. caupo. sta. l. licet. §. possumus. Iste autem qui appellauit statim consecutus est, quod voluit: quia scilicet appellatio iudicatum extinxit, vt l. j. in fi. ff. ad Turpil. ff. de his qui notan. infa. l. furti. circa prin. de iniust. test. l. si quis filio exhære. §. hi autem. cum simil. Si igitur iam consecutus est id in quo est læsus, videtur quòd talis iudex non possit effectualiter conueniri. ¶Secundò probatur sic: quando culpa vnius trahit ad se obligationem alterius principaliter obligati, vt sic vterque tam principalis, quàm culpam committens teneatur, vnius electione alter nõ tenetur, & maximè quando vna actio est ordinaria, alia extraordinaria, vt C. de fur. l. manifestissimi. §. j. nau. caupo. stab. l. 3. §. nouissimè. & l. licet. §. possumus. Modò in proposito culpa iudicis trahit ad se obligationem principalem, facit enim litẽ suam, vt inst. de ob. quæ ex quasi ma. in prin. cum simi. s̃. alle. ergo principali electo per appellationem iudex est liberatus, & sic tempore syndicatus non possit effectualiter cõueniri. ¶Tertiò probatur sic, delictum, quod in actu sentẽtiæ perficitur, sententia lata, & appel. secuta. non dicitur esse perfectum, vt ff. de bon. liber. l. qui cum maior. §. accusasse. facit e. tit. l. in seruitutẽ. §. petijsse. ff. de inoffi. test. l. Papi. §. meminisse. Sed quasi delictum perficitur sententiando, ergo appellatione secuta non potest dici delictum esse cõmissum, & sic iudex non poterit effectualiter conueniri.

3 ¶Quartò probatur sic, aliquid non esse † ab initio, vel esse, & tolli per actum, qui retrò fingat non esse, paria sunt. l. perinde. ff. si cer. pe. l. si seruum. §. j, de leg. j. de reb. dub. l. quædã. ff. de sol. l. qui res. circa princ. de captiuis l. retrò. cum simi. Sed per appellationem fingitur sententiam non fuisse retrò latam, vt no. ff. de his qui notan. infa. l. furti. circa princ. & ibi not. ad Turpi. l. j. in fi. ergo habetur perinde ac si non fuisset lata, & sic non potest effectualiter conueniri. ¶Quintò probatur sic, quando ab initio alicui competit actio propter aliquod interesse, si desinat interesse facto ipsius actoris, desinit actio effectualiter competere, vt l. siue manifestus. §. fin. cum l. seq. & l. & ideo. de condict. furt. Sed in quæstione proposita actio competebat contra iudicem propter interesse: quia partem læserat, sed desinit interesse facto ipsius appellantis: ergo videtur, quòd non possit effectualiter conueniri. ¶Sextò probatur sic, aut super illa appellatione fuit pronuntiatum bene appellatum, & sic prima sententia rescissa, & tunc desinit interesse, ergo iudex non poterit effectualiter cõueniri. vt s̃. dictum est, aut fuit pronuntiatum malè appellatum, & sic prima sententia cõfirmata: & idem scilicet, q̃ iudex non poterit effectualiter

4 conueniri: quia in † istis quasi maleficijs absolutoria lata super vno parit exceptionem rei iudicatæ super alio. vt l. licet. §. fin. ff. nau. cau. stab. aut appellatio pendet, & tunc idem: quia non potest conueniri. Nam pendet talis causa principalis, & absolutoria lata in ea parit exceptionem rei iudi. in ista, ergo &c. vt l. fundi. & l. fundum. & l. sed si ante. ff. de excep, & sic nullo modo talis iudex poterit effectualiter conueniri. ¶Septimò probatur sic. actio quæ datur in magistratum, vel delinquentem in officio dicitur subsidiaria: vt ita demum competat si parti læsæ contra principalem non potest aliter esse consultum: vt C. de magist. conue. l. j. in prin. ff. de tut. & ra. di. l. 1. §. nunc tractemus. cum si. Sed huic parti læsæ poterit aliter esse consultum prosequendo appellationem contra principalem: ergo non videtur, q̃ iudex possit ob hoc conueniri. ¶Octauò probatur sic: quando vnus tenetur directò, & alius per quandam cõsequentiam ratione imperitiæ, doli, vel culpæ: & ille qui principaliter tenetur est paratus in se suscipere iudicium, alius liberatur. ff. de nox. l. de illo. in prin. ff. de alie. iu. mut. cau. fac. l. 3. §. fi. & de peti. hære. l. sed & si. §. item si rem. in fi. §. sed in quæstione nostra iudex tenetur ex quadam consequentia ratione culpæ, seu imperitiæ: ergo principali parato suscipere iudicium appellationis iudex non poterit cõ-

5 ueniri. ¶Nonò probatur sic: † delictum iudicis malè iudicantis, & procuratoris malè procurantis æquiparantur: vt C. de pœna iud. qui malè iudic. l. 1. & 2. & de aduoc. diuer. iud. l. j. & ibi no. sed ego habeo, quòd si sentẽtia dicatur malè lata propter factum procuratoris, & si principalis est paratus iudicium suscipere in se, procurator non potest conueniri: vt ff. de dolo. l. & eleganter. §. pen. & ff. man. l. si procurator. in prin. & ibi not. facit ad hoc, quod est dictum. s̃. proximo argumen. ergo hic cum principalis iudicium suscipiat, iudex non poterit effectualiter conueniri. ¶Decimò probatur sic, quando sententia non lædit partem iudex nõ facit litem suam, nec tenetur ex quasi maleficio, vt ff. de vari. & extraor. cog. l. fi. & ibi no. in glo. ibi, sententia nulla. Item pro hoc pœnæ, quæ statuuntur in iudicem iniquè iudicantem habent locum si sententia habuerit effectum: vt l. j. in fi. ff. quod quisque iur. Sed in quæstione nostra non habuit effectum propter appellationem partis: ergo iudex non potest effectualiter conueniri.

Econtrariò, Quòd iudex possit conueniri, probatur alijs decem rationibus. Primò sic: quando duæ † sunt actiones, vna pœnalis, & alia

6 persecutoria, vna nõ tollitur per aliam, nec per perceptionem, nec electionem, vt ff. de condi. fur. l. si pro fure. §. 1. de fur. l. ancillæ. Sed actio, quæ datur contra iudicem qui malè iudicauit, dicitur pœnalis: ideò dicitur in tex. pœnam sustinebit, &c. vt instit. de oblig. quæ ex quasi delicto. in prin. & ff. de var. & extraor. cog. l. fi. de act. & obl. l. ex maleficijs. §. si iudex. ergo electa appellatione, quæ est rei persecutoria non tollitur pœnalis. & sic iudex poterit conueniri.

7 ¶Secundò probatur sic, † delictum iudicis, quod in actu committitur, appellatione secuta non tollitur, sed quantũ ad iudicis pœnam firmum remanet, vt ff. de his quibus, vt indig. l. post legatum. §. sunt qui putant. 2. respon. vbi videtur casus nostræ quęstionis. si igitur delictum iam per iudicem fuit perfectum tempore sententiæ, & remanet appellatione secuta, ergo potest conueniri effectualiter. ¶Ter-

8 tiò probatur sic, † in his actionibus quæ ad interesse competunt, seu propter interesse, sufficit ab initio interesse, licet posteà desinat interesse. ff. de fur. l. inter omnes. in prin. & de edendo. l. vbi autem §, j. & ff. si quis cau. l. qui autem. §. j. cum simi. & ibi not. sed hic ab initio tempore sententiæ latæ interfuit, licet posteà per interpositionem appellationis desinat interesse, debet actio remanere, & sic iudex po-

9 terit effectualiter conueniri. ¶Quartò probatur sic, † quãdo sunt plures actiones competentes ad diuersa, siue contra eundem, siue cõtra diuersos, ex diuersis causis, possunt simul agitari, vt l. si idem cum eodem. ff. de iur. om. iud. & l. fi. de anna. except. & not. per Dyn. extrà, de re. iur. c. nullus. & maximè cum sententia lata in vna non pariat exceptionem rei iudicatæ in alia propter diuersitatem rerum, causarum, & personarum, vt ff de except. rei iudi. l. cum quæritur, cum l. seq. & C. quibus res iudicata non no. l. j. per totũ tit. res inter alios acta, in rubro, & nigro. Sed hæ actiones sunt huiusmodi: quia competunt contra diuersos, & ex causis diuersis, quia vna ex quasi maleficio, alia ex alio. Itẽ ad diuersa, quia ista quæ datur contra iudicem datur ad id quod æquum iudicantis religioni videbitur, alia ad aliud: ergo possunt simul proponi, & sic iudex poterit effectuali-

10 ter conueniri &c. ¶Quintò probatur sic, certum est, † q̃ si per factum iudicis iustitia partis differtur, iudex venit puniendus. vt C. de iud, l. properandum. §. sinautem, & in authen. de mandatis principum. §. si tibi. & §. seq. colu. 3. & in auth. vt differen. iud. §. j. & licèt dicatur, quòd puniatur criminaliter pœna fisco inferenda, tñ idẽ de pœna inferẽda parti, scilicet de interesse ad quod datur actio in factum descendẽs ex quolibet crimine, ut l. nec quicquam. ff. pro soc. & l. qui nomen. ff. de fal. Sed sine dubio iste iudex, qui malam sententiam tulit, distulit litem; quia facit partem appellare, & vocare per alia iudicia, ergo ob hoc saltem po-

11 terit effectualiter conueniri. ¶Sextò probatur sic. † vbi lex generaliter loquitur, & non distinguit, nec nos distinguere debemus, ut l. 3. ff. de offi. præ. de publici. l. de pretio. qui & à quib. l. prospexit. cũ simi. sed l. generaliter dicit iudicẽ qui malè iudicauit, teneri, nec distinguit vtrum fuerit appellatum, vel non, vt dictis legibus. & instit. de ob. quæ ex quasi delic. nasc. in prin. & l. fi. de var. & extraor. cog. nec p aliam legem reperitur distinctum, ergo nec nos debemus distinguere, & sic iudex poterit effectualiter conueniri.

12 ¶Septimò probatur sic: non † debet esse melioris conditionis qui est in statu dubio quàm qui est in statu certo, vt l. iul. verùm debitorem. ff. de condi. indeb. l. 1. in princ. ff. de legat 3. ad Vell. l. aliquando. Sed posito, quòd sententia esset lata in causa appellationis, & qualitercunque iudex venerit condemnandus, ergo & nunc appellatione pendẽte; quod probo. aut enim pronuntiabitur bene appellatũ,

& tunc

Quæstio IX.

& tunc multòmagis iudex condemnabitur: quia tunc detecta est iniquitas sua, vt l.à proconsulib.in fi.C.de appellat. ècontra fuit pronunciatum bene iudicatum, & malè appellatum, & tunc iudex appellationis faciet iniuriam appellanti: quia nos præsupponimus in themate qđ sententia lata fuit iniqua, & sic illa iniuriosa sententia non egreditur personas inter quas fuit iudicatum. vt l.si per imprudentiam.ff.de euic.de fideiuſ.l.exceptiones. ergo iudex illa sententia vti non poterit: & sic possit iudex effectualiter conueniri. ¶Octauò probatur sic, si beneficium vni parti conceditur,illo beneficio alius contra illum,cui conceditur, vti non pōt eo inuito,vt l.si iudex circumuẽto.ff.de mino, Et de excu. tut.l. amiciſſimos. in fi. facit.ff. de legi.nulla.C.e.l.qđ fauore,ſed ī quæſtione noſtra beneficium appellandi est conceſſum patri ſuccumbenti,vt l.1. ff.de appel. ergo iudex poterit effectualiter conueniri. ¶Nonò probatur ſic. per l.ſi quis legatum, in prin.ff.ad l. Cor.de Fal. ſic inducendo, ſicut iudex qui malè iudicat, tenetur ex quaſi maleficio, vt s̄.pluries est probatum, ita
13 ille † qui ſibi adſcribit in teſtamento tenetur de quaſi falſo, quia non est falſum propriè,vt C.de his qui ſibi adſcribunt in teſtamento; & ibi no.ſuper rubrica,& e.tit.l.ſenatus,& ff.ad l.Fal.l.1.in fi.& l.diuus Claudius,ſed qui ſibi adſcribit in teſtamento,qđ poſteà rumpitur,vel irritatur, nihilominùs punitur, vt d.l.ſi quis legatum.ergo iudex qui dedit malam ſententiam,quę poſteà rumpitur,poterit ef-
14 fectualiter conueniri. ¶Decimò probatur † per caſum.l. fin.C.de pœ.iudi.qui malè iudi.ſic inducendo;certum est, q̄ ſententia lata per peccuniam est ipſo iure nulla,vt l.venales C.quando prouo.non est neceſſe.& ff.ad Treb.l.ſeruo inuito.§.cum prætor.& ibi no.tamen iudex,qui per pecuniam iudicauit, tenetur parti contra quam ſententiam tulit, cum ipſo iure ſit nulla: ergo etiam hoc caſu, licèt poſt appellationem extinguatur pronuntiatum, & ſic iudex poterit effectualiter conueniri,&c.

Solutio. Domini noſtri Ieſū Chriſti nomine inuocato, ac eius glorioſæ matris virginis Mariæ. Saluo ſemper iudicio cuiuſlibet doct. & ſcholaris qui melioribus rationibus,& iuribus moueatur.Et principaliter patris,& domini mei Ray.de For.cuius correctio-
15 ni me ſemper ſubijcio. Ad deciſionem præſentis † quæſtionis inueſtigandum est an iudex, qui per imperitiam malè iudicauit, teneatur parti, ſi pars potuit appellare, & non appellauit, & hunc punctum tangit glo.in ſimili qđ quiſque iur.l.1. poſt princi. gloſſ. mag. & ibi dicit, quòd iudex tenetur quia potuit ſubeſſe cauſa quare pars non appellauit,vt ff.mandati.l.ſi procurator.§.ignoranter. ſed Guil.de Cu.dicit idem ſi nulla cauſa ſubſit: quia iudex non poteſt parti imputare, quare contra.ipſius ſententiam non venit. Nam ſuæ culpæ alij,&c.vt l. cum in fundo.§.q̄ ſi muliere.ff.de iure do.idem tenet ibi Cyn.& And. de Piſis, & hoc puto verum:& videtur expreſſum.ff.de ap.l.1.in princ.
16 cum glo.ſua.vbi dicitur,† q̄ licet quis habeat beneficium appellandi, nihilominus iudex fecit litem ſuam, & hoc etiam tenet glo.ſi bene aduertatur, in d.l ſi per imprudentiam iudicis: vbi ſi non appellauit nocet ſibi quantum est in actione mouenda contra venditorem,ſed ei bene competit contra iudicem, ad eo qui iudex non poſſit obijcere parti:quia non appellauit. Sicut venditor non poteſt obijcere emptori cur cōtra ſe agentē non excepit.vt ff.de euictionibus.l.vendicantem.cum.l.ſe.& quod in eis not. pro hoc videtur in ſimili.ff.de alie.iudi.mu.cau.fa.l.item ſi res. in prin.facit.C.ſi tutor,vel curator interuenit.l.etiam.hoc videtur tenere Inn. & Hoſt. extrà.de appel.c. ſæpè. in fin.
17 mag.glo.nec ob.ſi † dicatur,qđ non appel.videtur ſententiam approbare,vt C.de ap.l.1.C.quomodo, & quando iu. l.ab eo.cum ſimi.quia fateor,quòd videtur ſententiam approbare tanquàm ſic latam non tanquàm bene latam, vt dicim° in ratihabitione ne.ge.vt no.ff.de ne. ge.l. Pompo. ſcribit in gl.ma.facit ad hoc qđ dicimus qđ per appellationem quis cōfirmat ſnīam, vt l.3.§. falſus. ff.rem ra. hab. q̄ intelligendum est qđ approbat tanq̄ ſic latam, non tanq̄ bene latam, aliàs fruſtratoria eſſet appellatio. Hoc ergo poſito pro conſtanti, qđ pars, quæ potuit appellare,& nō appellauit: habet actionem contrà iudicem, apparet, qđ dubium noſtræ quæſtionis procedit an per appellationē
18 interpoſitam iudex poſſit ſe tueri. Et adhuc † aliud inueſtigandum occurrit.ſ. qđ habetur inſt.de obl.quæ ex quaſi delicto.in prin.& ff.de var. & ex̄or.cog. li.fi. vbi dicitur qđ inquantum de ea re æquum religioni iudicantis videbit pęnam ſuſtinebit. An illa ſit mera pęna experte vtriuſq; , an verò ſit pœna ſolùm reſpectu iudicis, ſed intereſſe reſpectu partis, & dico qđ ſolùm reſpectu iudicis est pœna, & reſpectu partis est intereſſe, & hoc probo per tex.ff. de his, qui deie. vel. effu.l.1. in fi.vbi videtur, qđ iſta verba, inquantum iudici æquum videbitur,referantur ad intereſſe,vt ead.l.in ver.ſi minor coniuncta.l.fi.eod.titu.& inſtit. de obl.quæ ex quaſi del.§.ob hominem,& est expreſſum.ff. de dam.infe.l.4.& ibi not.Ad aliud autem qđ dixi, inquantum religioni iudicantis videbitur, dat arbitrium iudici, vt ex cauſa poſſit condemnare minus, quàm ſit intereſſe partis, vt ſi est filiusfa.qui minus habet in peculio,vt ff.de iud.ſi filius, vel quia errauit in lege fortiſſima,vt in.l. Gallus. & ita debet intelligi glo.inſti.de ob. quæ ex quaſi delic.in prin.ſed ſi per per dolum malè iudicaſſet, illud to tū eſſet mera pœna,etiam ſi partem non læſerit,ſi tamen per eum non remanſit: vt ſi ſentētia est nulla quia corruptus pecunia,vt l.fin.C. de pœna iudicis qui malè iudica. His
19 præmiſſis † pro ſolutione noſtræ quæſtionis est ſciendum. aut pars appellauit,& in cauſa appłonis obtinuit,ita quòd ſententia est reſciſſa,& tūc dico qđ iudex nihilominus poterit cōueniri. Tamen non habetur ratio totalis intereſſe, quod erat ab initio. Sed habetur ratio ſumptuum, vel expenſarum,quę factę fuerūt in cauſa appellationis, quas aliàs non ſuſtinuiſſet,niſi quia contra eum fuit iniquè iudicatum.vt.ff.rem ra.ha.l.fi.§. cum autem. & §. Marcellus. vel propter dilationem,quę occurrit in cauſa appellationis debitor est factus non ſoluendo in totum,vel in partē, vt not.ff.de pe.hr̄.l.nec vllam alia s.l.etiam ſi putauit.§. pe. ibi,niſi petentis intereſt. & ff. ſi cer.pet.l.periculum,& C. de arbit.l.2.C.arbi.tu.l.2.cum ſimi.Ad hoc optimè facit,extrà de ſen. excom.c. ſacro; vbi licèt ab initio inter fuerit pluries, tñ deſinit intereſſe facto ipſius actoris: ergo, &c. vt l. & ideò. de conditio. fur. Item deſinit intereſſe per interpoſitionem appellationis,quæ fingit retrò non eſſe iudicatum:ergo,&c.vt l. ſi quis vxori.§.fi.ff. de fur. Et hoc
20 modo † intelligo opi.no.ff. de varijs & extraor. cogni.l.fi. vbi dicitur, quòd quando ſententia est nulla, iudex non facit litem ſuam,ſ. quò ad expenſas propter hoc factas, & damna, ſicut s̄.dictum est. Aut in cauſa appellationis appellator ſuccumbit, & ſic ſententia prima fuit confirmata, & tunc iudex non poterit conueniri.talis.n. ſententia excuſat iudicem, vt C. de appel.l. à proconſulib. facit ad hoc.C. ſi plures vna ſen.l.1. & hoc videtur velle. gl.1.facit. ff. de excep. rei iud.l.1. circa prin. Aut cauſa appellationis pendet, & tunc, quia ſtatim interpoſita appełone extinguitur pronunciatum.vt ff.ad Turpil.l.1.in fi. & ſic deſinit intereſſe, dico idem,quòd poterit conueniri ſolùm ad expenſas, & cætera damna, cum primum ius remaneat ſibi illæſum, vt ff.de ali. iudi.mutan.cau. fac.l.3. §. ex quibus. vt illud,quod ibi dicitur ex mutatione aduerſarij,idem ſit hic in mutatione iudicis. Ad idem optimè.ff. manda.l. creditor.in prin.Nec obſt.ſi dicis,qđ pendet cauſa præiudicialis:quia hoc est inter diuerſas perſonas,vt no.in d.l.creditor. Nec obſt.l. ſi minor. de admini. tut. ſecundum verā lec.& qđ not. per Azo. in ſumma.C. ſi aduerſus rem iud. quia ibi interpoſita fuit appło ab ipſo curatore, eodemq; debitore.Vnde non præiudicat alijs adultis in actione eis ita quęſita:hic verò appło fuit interpoſita ab ipſo, q̄ actionem hēbat ꝯ iudicem. Secundum hoc ergo, quantum ab alio poſſum exigere,non computat intereſſe,vt ff.de ver. obli.l.ſi quis ſtipulatus ſit.§.fi.cum alijs.s̄.all. licet aliàs ſecus ſit in quibuſcunque prætorijs ſtipulationibus, vt ff. q̄ ſatiſda.cog.l.2 in fi.aut cauſa appellationis est deſerta per curſum temporis, & tunc ſi quidē iudex appellationi nō detulit, nil poteſt iudex parti imputare, & poterit conueniri,ſicut dixi s̄.in parte,quę potuit appellare,& non appellauit per eaſdem rōnes;& hoc no. Inn.expreſsè in dicto c.ſæpè.de appe.in fi.gl.magnæ.Aut iudex detulit appellationi, & partis negligentia est deſerta,vel alio mō pars renuntiauit appellationi, & tunc cum per interpoſitionē appel.eo ipſo ſit quæſitum ius liberationis iudici; reſpectu totalis intereſſe licet remāſerit obligatus ꝓpter ſumptus,vt s̄. dictum est,non poteſt pars p̄ ſuā renuntiationē tacitam,vel expreſſam reſuſcitare obligationem ꝯ iudicē, vt ff.de pact.l.fin.iſta enim partis negligentia iudici nocere non debet.vt C.de pig.l.præſes, & ff.de euict.l.1.in prin. & l.Hærennius.§.Caia.cum ſi.

¶Diſputata fuit quæſtio iſta per me Bar.de Saxofer. in ciuitate Peruſij, Anno domini. Mcccxlv. Dei x. menſis Februarij,&c.

QVAE-

BIU Cujas

QVAESTIO X.

1 *Hæredes debitoris in diem, qui sciuit hæreditatem creditoris sibi delatam, in qua solùm nomen debiti erat, an possint dicere dictam hæreditatem ad eos transmissam, & nu. 13.*
2 *Debitor hæreditatis dicitur possessor rei, & iuris hæreditatis.*
3 *Ille cui ad instantiam creditoris statuitur tempus, infra quod adeat, vel repudiet, si infra tempus nihil facit, videtur adire.*
4 *Qui patitur rem suam esse apud alium nil faciendo præsumitur ratum habere ex cursu temporis.*
5 *Approbare dicitur qui non improbat, quando de alicuius lucro, vel commodo tractatur.*
6 *Declaratio voluntatis defuncti in dubijs pertinet ad hęredem.*
7 *In dubio quis præsumitur habere animum se non oblig. & num. 8.*
9 *Debitor non præsumitur habere animum compensandi, nisi hoc dicat.*
10 *Si res æstimatæ sunt datæ in dotem, & maritus sibi reseruauit electionem, aut restituere rem, aut pretium, si non eligit, ex cursu temporis in vxorem est translata electio.*
11 *Voluntas sola an sufficiat, an verò requiratur actus ad aditionem hæreditatis.*
12 *Voluntas probatur per non factum.*
14 *Compensatio quando fiat ipso iure.*
15 *Si mater decedit superstitibus filijs qui sunt hæredes patris, & matris debitores in dotem, si dicti filij stant per annum, quòd non soluunt dotem succedentibus ab intestato, videntur hæreditatem adire.*

1 **Debitor** † In diem cognouit sui creditoris hæreditatem sibi fore delatam, in qua hęreditate aliud quàm ipsum nomen debiti non erat: qui debitor dictam hæreditatem adire, nec repudiare non expressit, & decessit. Quæritur nunquid hæredes ipsius debitoris possint de iure dicere dictam hęreditatem fore per dictum debitorem aditam, & ad eos transmissam, vel non? & ꝙ videatur adita, probatur sic. ¶Primò, qui hæreditariam rem possidet si nullam aliam iustam causam possidendi habet, videtur ex hoc se gerere pro hærede, vel hæreditatem adire, vt C. de repudianda hæreditate. l. 1. & 2. Et de iure delib.
2 l. 1. & quod ibi no. sed debitor dicitur † possessor rei, & iuris hæreditarij. vt ff. de peti. hæredi. l. regulariter. & l. nec vllā. §. fi. cum l. seq. & fam. ercisc. l. fundus qui dotis. in fin. ergo ille debitor tanquàm possidens rem hæreditariam videtur
3 adiuisse. ¶Secundò sic. † quando ad petitionem creditoris statuitur ei, cui defertur hæreditas, terminus ꝯ. quem adeat, vel repudiet, si ꝯ. tempus nil facit, videtur adire, vt C. de iure delib. l. fi. §. si quis autem temerario. no. ff. de acquir. hær. l. quamdiu. Sed iste debitor in diem, cui delata est hæreditas creditoris videtur habere dictam electionē, quia si vult esse hæres non soluat; si non vult esse hæres, dies interpellat eum, vt soluat, ergo nil faciendo videtur adire. ¶Tertiò
4 sic per cursum temporis † contrà nil faciendo inducitur p̄ sumptio ratihabitionis, videlicet ꝙ quis patiatur rem esse apud alium: vt l. fi. C. si maior. fact. ra. ha. ff. de iniust. te. l. filio præterito. ad Treb. l. si impubes. §. fin. Si igitur præsumitur approbare eo casu, ꝙ est perdere, ꝙ de facili non præsumitur, ergo multò magis in casu proposito præsumitur voluisse esse apud se, ex quo inducitur lucrum suum, quod de
5 facili præsumitur, vt statim dicam. ¶† Quartò sic, non improbare est approbare quando de alicuius lucro, vel commodo tractatur, vt l. si absentis. C. si cert. pet. & quod ibi not. ꝑ glo. & doct. ff. rem ra. habe. l. quo enim, & quod ibi not. per glo. in verbo, comprobare. sic in proposito non repudiare, est adire, & approbare, cum de suo commodo tractatur, scilicet de acquiren. hæredit. ¶Quintò sic. in dubijs declara-
6 tio † voluntatis defuncti pertinet ad hæredem, tanquàm ad eum, qui melius debet cognoscere, vt l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de le. j. & ibi no. ff. fa. erc. l. hīdes. §. si incerto. & ibi nota. & inst. de le. §. gn̄aliter. & ibi no. ꝑ Dy. in c. in obscuris. de reg. iur. lib. 6. Sed dictus debitor potuit cessare in
7 rest. dictæ rei animo adeundi hęreditatem: ergo &c. ¶† Sextò sic. hæreditatis aditio consistit in animo. ff. de acq. hær. l. 1. C. de iure delib. l. potuit. sed de iure præsumitur, ꝙ quis habeat animum, ꝙ nolit esse obligatus: quod patet, quia non valet remissio, vel legatum, ꝙ cōfertur in potestatem eius, qui debet obligari, vt l. senatus. §. legatum. de leg. 1. de actio. & obl. l. 1. & l. sub hac. & ideò dicit lex, ꝙ quando promittitur quantitas maior, vel minor alternatiuè, ꝙ minor quātitas est solùm in obligatione. vt l. si stipulatus fuerim decem, aut quindecim. de verbo. obl. & de leg. 2. l. si ita relictum. §. fin. ratio est, quia lex non præsumit, quòd quis velit obligari de quantitate maiori, vt dictis legibus patet, & no. per Cyn. C. de verb. sign. l. cum quidam. Si ergo præsumitur, quòd nolit obligari, ergo patet, ꝙ habuit animum adeundi hæreditatem sui creditoris, quia ex hoc sequitur,
8 quòd non est obligatus. ¶† Septimò sic, in dubio præsumēdum est, quòd quis habeat animum faciendi id, quod in dictum non cadit, vt ff. pro socio. l. meritò. de seruo corrupto. l. si quis seruum communem. ff. de iniur. l. item apud labeonem. §. si curauerit. de re. iu. l. semper in dubijs. Sed in ꝑposito aut nos præsumimus illum debitorem in diem habuisse animum adeundi hæreditatem, & habeo propositum; aut dicimus contrarium, & tunc per cursum diei appositæ fuisse in mora soluendi, & sic est in dolo, & culpa, vt l. quod te. si cer. pet. & de reg. iur. l. qui fine. Sed hoc facere non debemus, ergo præsumendum est ipsum habuisse animum adeundi hæreditatem, & sic mora cessat. &c.

Contrà, Quòd non pōt dici hæreditas adita probatur rationibus infrascriptis. ¶Primò sic, hæreditatis aditio fit voluntate probata per actus extrinsecos. ff. de acquir. hære. l. multum. & ibi no. in l. pro hærede. §. 1. & C. de iure deli. l. potuit. Sed in quæstione proposita nullus potuit interuenisse actus, ergo non potest dici hæreditas adita. ¶Secundò probatur sic: in dubio non præsumitur, ꝙ quis velit habere animum se obligandi, vt probatur iuribus. s̄. allegatis. in 6. oppositione contrariæ partis, sed per aditionem hæreditatis grauatur quis oneribus hæreditatis. vt C. de acquir. hære. per totum ff. eo. tit. l. pro hærede. §. quid tamen. insti. de autor. tut. §. neq;. & sic in dubio non præsumitur, quòd habuit animum adeundi, &c. ¶Tertiò probatur sic. sicut per aditionem hæreditatis debitoris creditori contingit liberatio, ita per compensatio-
nem, quam debitor opponit creditori contingit liberatio
9 iura sunt vulgaria, sed in † dubio debitor non præsumitur quòd habeat animum compensandi, nisi hoc dicat, vt ff. de compen. l. si quis à fideiussore, & ibi no. & C. de compensationibus. l. si constat. & ibi not. & institu. de ac. §. in bonæfidei. & ibi not. nec hæreditatis aditio debet præsumi, nisi dicatur, licet per eam liberatio inducatur. ¶Quartò probatur sic, illud, ꝙ potest fieri citrà ius, & nomen hæredis, non inducit aditionem, vt l. pro hærede. §. Papi. de acquir. hære. sed tacere factum ab illo debitore defuncto potest fieri citrà ius, & nomen hæredis, quia potest solutionem negligere sicut quilibet alius debitor. Item potest hoc fieri sine dicto: non enim potest dici, quòd cursus diei constituat ipsum debitorem in mora, cum nullus alius esset hæres debitoris cui solui possit, vt l. pecuniæ fœnebris. §. fi. ff. de vsuris. ergo non potest dici dictam hæreditatem fore aditā.
10 ¶Quintò per glo. † quæ videtur dicere de hac quæstione. C. de rei vxo. acti. l. j. §. exactio. vbi dicit glo. quòd si res æstimatæ sunt datæ in dotē, & maritus reseruauit sibi electionem, an restituat rem, vel pretium, quòd ipse debet eligere, aliàs transfertur electio in mulierem. Ex hoc concludo quòd ex solo cursu temporis marito nil faciente maritus præsumitur habere animum illum, ex quo in moram non incideret, statim præsumeretur habere animum soluendi pecuniam: nisi dicatur in mora soluendi fundum, ne videatur in mora soluendi æstimationem, tamen neutrum illorum præsumitur, sed in vxorem electio transfertur, vt ibi patet, ergo solo cursu temporis non videtur habere aīum adeundi hæreditatem. ¶Sextò probatur sic. illi qui sunt inuicem debitores, siue hæredes dicuntur inuicem obligati ex quasi contractu, vt patet per totum titu. famil. herc. ff. & C. sed si vni socio defertur hæreditas alterius, licet inuicē non persistant, & diuisionem non petant, non præsumitur aditio, nec præsumitur, quòd ab illa obligatione, qua tenebatur propter coniunctionem voluerit obligatum liberatum esse, vt l. duo fratres. ff. de acquir. hære. ergo nec in proposito debet præsumi aditio, vt per hoc inducatur liberatio &c. ¶Septimò sic, tempus non est modus tollendæ, vel inducendæ obligationis. vt ff. de act. & ob. l. obligationum ferè. §. placet. C. de pact. l. si certis. ff. de vsuris l. cum de in rem verso. sed si ex solo cursu temporis induceretur aditio, tempus esset modus tollendæ, vel inducendæ, ergo &c.

Solutio. Domini nostri Iesu Christi nomine inuocato, ad determinationem præsentis quæ-
11 stionis, &c. Primò videndum † est, an ad aditionē hæreditatis sufficiat sola voluntas, an etiam requiratur actus, & gl. ff. de acquir. hære. l. 1. in prin. videtur dicere, ꝙ requiratur voluntas declarata per actum: alibi videtur tenere, quòd sufficit sola voluntas, vt l. pro hærede. §. 1. eo. tit. ff. de iure delib. l. potuit. & ibi per glo. & Doct. communiter tenent.

Secun-

BIU Cujas

Quæstio XI.

12 † Secundò est videndum,an ista voluntas possit probari p non factum sicut per factum , & ꝙ possit probari per non factum,est expressum C.de iure delib.l.fi.§.si quis autem temerario.vbi qñ ad petitionem creditorum statuitur alicui tp̃s,infra quod adeat,vel repudiet, tacendo per tempus illud vī adire,vt not.ff.de acq.hær.l.quamdiu.dixi.s̃. in secunda,& tertia ratione facta pro parte affirmatiua. facit. ff. de acquir.hær.l.recusari. secundum intellectum,quem ibi po
13 nit Iac.de Are.¶†Hoc præmisso dico in quæstione præmissa,hæredes dicti debitoris posse dicere hæreditatem per defunctum fore aditam,& ad eos de iure transmissam, quod probo tribus rationibus.Prima est illa: præsumendum est, quòd quis habeat animum faciendi id in quo delictū non cadit,vt d.l.meritò,cum simi.sed in proposito aut nos præsumimus illum debitorem in diem habuisse animū adeundi,& habeo propositum.Aut dicimus contrarium,& tunc per cursum diei appositæ fuisset in mora soluendi,quæ mora est dolus,vel culpa.ff.si cer.pe.l.ꝙ te.de re iu.l.quæsitum. ergo cum hoc facere non debemus, præsumendum est ipsum habuisse animum adeundi hæreditatem, & sic in mo-
14 ra non esse. ¶†Secundò sic: sicut hæreditatis aditio fit solo animo,declarato tamen,vt dictum est,ita compensatio fit ipso iure,si opponatur ab homine,vt inst.de act.§.in bonæfidei.C.de compen.l.si constat.& ibi no.hoc tamen fallit in casibus,in quibus compensatione non facta quis incideret in pœnam,moram,vel culpam:quia tunc compensatio intelligitur fieri ipso iure, nec requiritur factum hominis ad hoc declarandum. Prætereà lex præsumit hominem hoc velle,vt C.de compen.l.si constat.& d.l. si quis à fideiussione: & ibi plenè no. Ita in proposito non requiritur alia declaratio voluntatis , sed ex hac sola retentione inducitur aditio, ne aliàs incidat in pœnam,vel mora ante aditionem hæreditatis si non restituat.Prætereà per hoc videtur casus rectè intelligendo,de pecu.le. l. si peculium. §. sicut autem, sic inducendo : sicut hæreditas aditur solo animo.vt ff.de pecu.l.non statim . in fi. sed si dominus est debitor serui,& ei cessat soluere: statim videtur habere animum adimendi peculium,nisi contrarium probetur, vt d. §. sicut autem. ita in proposito videtur habere animum adeundi hæreditatem,nisi contrarium probetur: hoc etiã
15 probatur per omnes rationes s̃.pro hac parte inductas.†Et ista quæstio procedit,& locum habet, & sæpè de facto occurrit,quando mater decedit,& eius filij remanent ꝙ sunt hæredes patris,& sic debitores matris in dotem,nam dico ꝙ si dicti filij steterunt per annum , ꝙ dictam dotem non soluerunt alijs,qui ab intestato succederēt ipsi matri , hoc ipso tam ipsi quàm ipsorum hæredes possunt dicere dictã matris hæreditatem fore aditam,maximè si in instrumento dotis esset posita pœna,si non restitueretur debito tẽpore: sicut diximus s̃.de compen. quæ isto casu fit ipso iure,nec requiritur factum hominis,hoc exemplum de compẽsatione,propriè procederet de hæreditate materna quæ dicitur propriè pertinere ad filios ipso iure,sicut dī qđ cõpen.fit ipso iure,vt l.si mater.C.de suis,& legi.¶Item quod dixi quando supersunt ipsi filij debitoris.Idem dico, quando superest pater legitimus administrator filiorum eò casu,quo pro filijs potest adire. Nam non restituendo dotẽ videtur adire pro filijs sicut pro se . Idem si supereſt tutor filiorum infantium,vt ff.de pecu.l.sed si damnum.& l.seq. Et eadem ratione idem dico, siue debitor potest adire ex persona sua,siue ex iure delib.ad se transmisso ex persona alterius,per l.cum antiquioribus , siue alio quocunq; modo.Et prædicta vera quando ipse debitor , vel ipsius hæredes ex hac cessatione volunt dicere hæreditatem esse aditam;sed si alius agens ꝯ dictum debitorem , vel eius hr̃des cum ipse sui creditoris hr̃ditatẽ negaret adiuisse,vellet conuincere hr̃ditatẽ ex cessatione prędicta,hoc nõ posset.p̃dicta vera nisi de dicti debitoris voluntate appareret aliud expressè,vel per coniecturas,vt dicit tex. expressè, & glos. in l.3.§.illud. de pec. leg. Et hoc probant omnes rationes factæ pro contraria parte,adeo quòd eis non est necesse responderi.Ad prædictam distinctionem not. quòd ipso allegante præsumitur aditio. Secus si ipse contradicit , probatur, & facit C.de probatio.l.siue possidetis,per glo. & doctor. &c.

QVAESTIO XI.

1 *Testamentum patris,in quo filia naturalis tantùm fuit præterita,& quæ dicit se legitimam, an sit nullum ex nominatione facta de ea, vt filia.*

2 *Nominatio facta de filio in testamento per patrem quando faciat ipsum legitimum,& nu.5.& 6. vbi quòd non, quando sunt alij legitimi.& num.11.*

3 *Testamentum licet nullum,& inualidum , tamen testatoris voluntatem probat .*

4 *Paria sunt aliquid exprimere rebus,& factis, & exprimere verbis.*

7 *Requisita ad hoc,vt nominatione facta per patrem in testamento de filio faciat ipsum legitimum.*

8 *Declaratio tex.in auth. vt liceat matri,& auiæ. in d.§. ad hoc.ibi,cũ qua nuptiæ consistere poßunt .*
Item ibi,si quis dicat hunc filium suum, vel suam.

9 *Conditio potestatiua debet scienter impleri,& non sufficit impleri de facto,vel incidenter.*

10 *Instrumentum non principaliter,sed incidenter factum super matrimonio licèt non probet,tamen facit præsumptionem .*

1 Habeo † filiam naturalem ex muliere,cum qua poteram cõtrahere matrimonium, extraneũ hæredem instituisse,& ipsi filiæ meæ quædam legaui,vt filię, nec eam naturalem nominaui, & me mortuo dicta filia dicit se legitimam,per auth.si quis.C.de nat.lib. & tanquam præterita dicit testamentum nullum : quæritur quid iuris.

2 ¶†Et primò videtur,quòd testamentum sit nullum , quod sic probatur, si filius reperitur p̃teritus qui erat legitimus, & suus tempore testamenti,ante,vel post,ipsum testamentum est ipso iure nullum.C.de lib.præter.per totum,& l.filius.& l.pen.ff.de iniust.test.l. posth. in princ. Sed ista filia reperitur legitima propter nominationem factam de ipsa in testamento,vt d. auth. si quis. & in corpore vnde sumitur. Est ergo sua sicut si esset nata ex matrimonio,vt in authen.quib.mo.na.effic.sui.§.illud.col.7.ergo cum reperiret se præteritam,potest dici testamentum nullum.¶Secundò probatur sic,legitimatio quæ inducitur per dictam authẽ. est ex quadam præsumptione,quę inde resultat,scilicet,qđ matrimonium contraxerit cum matre talis filiæ, vt in corpore,vt li.ma.& auiæ.§.ad hoc.coll.8.vnde sumitur .d.auth.

3 † si quis.sed testamentum,licet sit nullum, & inualidum;tamen voluntatem testatoris probat,vt l.fi.ff.de reb.eo.& de fideicom.libertatibus.l.in testamento. ergo ex hoc potest dicere testamentũ nullum,cum remaneat ex illo testamento probatum,quòd sit legitima.¶Tertiò probatur sic.testamentum imperfectum valet inter liberos , licet non quoad extraneos.vt C.de test.l.hac consultissima.§.eximperfecto.ergo nihil prohibet dictum testamentum valere in quantum continet id ex quo inducitur, vel præsumitur legitimatio dictę filię,sed quo ad illud sic.s.quòd ad institutionem extraneorum nõ valet,vt ff.fam.her.l.fi.C. de lib.p̃te. auth.ex causa. vbi testm̃ valet quo ad legata,non quo ad institutionem,facit.ff.de hær.insti.l.fi.¶Quartò,nihil est impedimento quò minùs filius ex verbis positis in testõ contra ipsum filium dicat ipsum testm̃ nullum,vt ff.de liber.& posth.l.si posthu.§.fin.ergo ita in proposito poterit dicere se legitimam ex verbis positis in testõ ,& concludere testamentum esse nullum . ¶Quintò vī casus expressus in d.§. ad hoc. in corpore,vt lic.mat.& auiæ,vbi si quis habens filios ex eadem muliere,& in suo testamẽto nominauit Titium filium,de alijs nihil dixit:alij ex illo testamento quo præteriti sunt,poterunt se legitimos dicere,& per hoc ostẽdunt testamentum esse nullum, &c.

Contrà Videtur,quòd testamentum valeat , & nõ possit dici nullum.Et probatur sic,ideò in d.auth.si quis.& in corpore vnde sumitur est , quia ex illis verbis præsumitur testatorem voluisse filios legitimare. Sed in casu nostro dicta præsumptio voluntatis cessat: qa non est verisimile,quòd quis eligat viam ad impugnandũ iudicia sua,l.3.ff.de test.mil.Si ergo p̃sumitur, quòd voluisset eam legitimare,voluisset esse testamentum nullum ex causa præteritionis,quod non est verisimile,vt dictum est.

4 ¶†Secundò sic,paria sunt aliquid exprimere reb.& factis, & exprimere verbis,vt ff.de legi.l.de quib.in fi.rem rat.haberi.l.Paulus.pro soc.l.coiri.& est gl.in l.2.§.ignominia.ff. de his qui not.infa.sed si expressisset naturalẽ , sine dubio esset validum testm̃, licet nihil expressit verbis,sed factis. Nam non tractauit eã vt filiã:quia non instituit,nec exhæredauit. vt l.quidam cum filium.ff.de verb. obl. ergo non vī legitima , vt testm̃ irritetur . ¶Tertiò sic : quando quis consequitur aliquid ex testamento,illud videtur comprobare,adeo quòd contra illud venire non potest.ff.de inoffi. testa.l.pen.ante fin.Sed ista filia dicit se legitimam ex testamento,& consecuta est id quod petit, posito quòd hoc sit verum,ergo non potest dicere testamentum nullum.

¶Quartò

¶Quartò ſic, ius ſuperueniens ipſius filiæ facto ex voluntate ſua non poteſt irritare teſtm̃, quia inconueniens eſt ꝙ valor iſtius teſtamenti pendeat ex voluntate ipſius filiæ.inſti.de hære.quæ ab inteſta.de.§.poſt mortem.facit ff. communia prædiorum.l.fi. Sed conſtat ꝙ ex prædicta legitimatione facta p patrẽ in teſtamẽto filius non legitimatur niſi ipſo ratum habente.vt in auth.quib. mod. nat.effi. ſui.§.generaliter, ergo ex tali legitimatione teſtm̃ non irritatur. ¶†Quintò ſic.ſi liberi legitimi extant,per talia verba filij ſpurij non intelliguntur legitimi, licet. G. de hoc dubitet in d.auth.item ſi quis cauſam.laco.de Bel. hoc tenet expreſsè in auth.vnde ſumitur,& probatur in d.auth. quib.mo.natu.effic.ſui.§.generaliter. vbi dr̃ ꝙ liberis legitimis extantibus ſolùm in duobus caſibus valet legitimatio,ſ.per oblationem curiæ, & per matrimonium ſi fiant inſtrumenta dotalia. ¶†Hoc præmiſſo arguo ſic. Par affectio iudicatur quòd liberi habeant bona defuncti,& ꝙ valeat teſtm̃ factum ab eo,vt l.ex facto.de vulg.& pup.Sed ſi ſunt liberi non præſumuntur legitimi, vt dictum eſt;ergo nec hoc caſu qñ teſtm̃ irritatur, vt dictum eſt, ergo &c.

Solutio. Et primo dico aliqua quæ ad intellectum auth.item ſi quis.& §.ad hoc.in corpore, vt lic.matri & auiæ. ſunt neceſſaria. ¶†Et primò dico ꝙ vt filius ſic nominatus ſit legitimus, requiritur ꝙ mulier,ex qua natus eſt tpe facti teſtamenti, & prolatorum verborum ſit eius conditionis ꝙ cum ea potuerit eſſe matrimonium,vnde ſi tpe teſtamenti dicta mulier erat mortua,vel effecta religioſa,vel aliàs inhabilis ad matrimonium contrahendum cum teſtatore,ex dictis verbis non eſſet filius, vel filia legitima,quia tex.auth.item ſi quis.dicit de libera muliere,quæ vxor ei eſſe poterat: & iſtud verbum, poterat,poteſt eſſe futurum ſubiunctiui,tamen de verbis illius auth.non curo, quia ſunt verba magiſtraliter poſita, & in libro nouellarum nulla fit mentio cuius ꝯditionis ſit mulier.† Sed de illo non curo:quia eo modo vtimur,niſi quatenus declarat librum auth.tex.in d.§.ad hoc. vt lic. matri & auiæ.coll.8.dicit ſic.De libera muliere, cum qua nuptiæ ꝯſiſtere poſſunt,iſtud verbum, poſſunt, eſt præſentis tpis, vnde requiritur ꝙ nuptiæ poſſunt conſiſtere eo tpe, quo verba proferuntur,vt l.ſi ita.ff.de auro,& arg.leg.& ſi deſinant morte, vel aliquo alio caſu nuptiæ poſſe conſiſtere, dicta verba non habent locum, caſus eſt.ff. de condic. ob cauſam.l.ꝙ Seruius,& ibi no.in glo.vlti.& ibi dixi.facit.C. de indi.uidu.tollen.auth.cui relictum.ibi:niſi ſpes nuptiarum defecerit, expreſſiùs in corpore vnde ſumit̃, in auth. de nup.§.quia verò.vnde in quæſtione noſtra, ſi tpe teſtamenti facti mulier ex qua nata erat, deceſſerat, dicta filia non poteſt dicere ſe legitimam, & hoc eſt expreſſum in auth.qui.mo.na.effi.ſui.§.illud.& ibi dr̃ quòd muliere mortua,vel ſi aliud impedimentum eſt, qđ non poſſit eſſe matrimonium,filius naturalis non poteſt legitimari,niſi per reſcriptum principis.Sed in caſu noſtro poterat adhuc eſſe dubium: cuius deciſio ex infraſcriptis apparebit. ¶Secundò ſciendum eſt, ꝙ illa verba,cum qua nuptiæ conſiſtere poſſunt, etiam debent intelligi honeſtè ſm mores ciuitatis: vnde ſi talis eſſet mulier,cum qua poteſt eſſe matrimonium,non tñ honeſtè: quia ſi eam acciperet,eſſet ſibi verecũdia,inſpectis diuitijs,dignitate, & nobilitate perſonæ mulieris,& alijs qualitatibus: puta ſi aliquis nobilis habuerit filios ex quadam famula,quæ ſibi,& alteri famulabatur: tunc ex illis verbis filia, non poterit dicere ſe legitimam: quia nuptiæ cum illa muliere non poſſunt conſiſtere honeſtè.non.n.poſſumus qđ honeſtè nõ poſſumus. l.filij.ff.de condi.inſtit.& pro hoc etiam eſt caſus.ff.de bono.poſſ.ꝯtab.l.3.& l.ſi emancipatus filius.de condi.& dem. l.cum ita legatum.C.de ſpon.l.fi.§.quæ ita.in gl.ſuper verbo,pp,& in auth.quib.mo.natu.effi.ſui.§.illud tñ, ibi,legitimo iure non digna matrimonio. prædicti.n. filij ſic nominati dñr legitimi, quia lex præſumit matrimonium: vt d.§.ad hoc.Sed hoc non eſt honeſtum:nec ſm bonos mores: ergo tale matrimonium non præſumitur,ſicut ſi nullo modo poſſet ꝯſiſtere.Sed prædictis vr̃ obſtare.ff.de manumiſ.vin.in l.ſi rogatus.§.matrimonium.vbi glo.dicit,ꝙ indignè ſumitur, quæ duci prohibetur: ſed talis non prohibetur duci de iure:ergo &c.ſed dic,ꝙ hic prohibetur duci ſm bonos mores, vel dic ꝙ impedimentum de quo dixi,matrimonium ꝯctum non vitiat: ſed in dubio facit,vt præſumatur non ꝯctum vt dixi: facit optimè de concubi. l.in concubinatu.ff.de ritu.nupt.l. in liberæ. & ſic ad præſumptionem quæ inducitur per d.auth. admittitur probatio in ꝯrium,facit extrà de præſump.c.illud. vnde in quæſtione propoſita ſi ponamus mulierem viuam eſſe, & eſſe turpis vitæ,non præſumeremus matrimonium: nec filij eſſent legitimi: ſed ſi hoc ceſſaret, remaneret adhuc dubium.Ad cuius declarationem videnda ſunt quędam,quę ſtatim dicam. ¶Tertiò eſt ſciendum,qđ tex.in d.§.ad hoc. dicit,ſi quis dicit hunc filium ſuum,vel filiam &c.quę verba intelligo, qñ dicta verba proferuntur principaliter pp ſe.Secus ſi incidenter pp aliud: puta cauſa demonſtrationis fuit,vt in q̃ſtione noſtra, vbi dicit, lego tali filiæ meæ. Nam illa oratio principaliter profertur pp legatum: illa verò verba,filiæ meæ,proferuntur,vt in perſona legatarij, clarius exprimatur demonſtratio. Quo caſu dico,ꝙ ex illis verbis non inducitur probatio, ꝙ matrimonium præceſſerit,& ſic filij non ſunt legitimi,quod probo:quia tex. loquitur qñ dicta verba propter ſe principaliter proferuntur: qñ tunc inducunt quandam conditionem poteſtatiuam, & hoc modo erit legitimus, ſi pater dicat &c. † ſed conditiones poteſtatiuæ debent ſcienter impleri actu ad hoc celebrato: nec ſufficit impleri de facto,ſeu incidenter propter aliud.l.2.de condi. & demon.ad idem. C.de milit. teſta.l.ex his verbis.ff.de hære.inſti.l.ex facto eſt agitatum. facit extrà,de præſump.c.illud. vbi eſt caſus † ꝙ inſtm̃ qđ non eſt ꝯfectum principaliter pro matrimonio, non probat plenè: licet vir & vxor inuicẽ ſe appellent: licèt præſumptionem faciant;& illud tenent Ber. Inn. Hoſt.& Ioã. Sed in propoſito filius ſe dicit legitimum propter prædicta verba: quaſi pręſumatur matrimonium præceſſiſſe:apparet ꝙ illa verba proferũtur principaliter propter ſe, incidenter propter aliud,vt apparet. ¶Quartò ſciendum eſt ꝙ prædicta habent locum qñ quis habet filium ex muliere q̃ tenebat in concubinatu indubitato affectu: Secus ſi ex quadam alia cauſa:vt in auth.quib.mo. natu.effi.ſui.§.ſi qs autem defunctus.& §.ſed ita. Hoſt.in ſum.qui fil.ſint legi.§.fi.circa fin. vnde in qõne prædicta erit aduertendum, an mulier ſit ei ꝯcubina,vel non. ¶Quintò eſt ſciendum † prędictam auth.hr̃e locum filijs legitimis non extantib. ſi.n.filij legitimi extarent: & tunc p talia verba quæcunq; principaliter pp ſe prolata,non dicerentur legitimi,ita tenet Hoſt.in ſum.in d.§.fi.circa fi. & Io.And.qui filij ſint legiti.c.per tuas.licet gl.iu.ciuil. in d. auth.item ſi qs. de hoc dubitet:laco.de Bel.in d.§.ad hoc.tenet idem,ſiue legitimi eſſent,ſiue non.Sed p̃cedens opi.eſt verior:quia liberis legitimis extantib.non prodeſt legitimatio niſi fiat per oblationem curiæ, vel mr̃imonium. vt in auth.quib.mo.natu.effi.ſui.§.& gñaliter.& ibi no. ¶Sed hoc non eſt matrimonium verum,ſed p̃ſumptum de iure ciuili,& ideo talis præſumptio ꝙ per hoc ꝙ filium noiauit,præſumitur matrimonium,licet de iure ciuili ſit,tñ de iure canonico nõ admitteretur,vt ſola præſumptio ſufficeret,vt d.c.illud, qđ vr̃ tenere Hoſt.in d.§.fi.in fi.& hoc idem habui à plurib.doctorib.iuris canonici, quos ſuper hoc interrogaui. Sicut igit̃ pp filios legitimos lex non admittit dictam præſumptionem: eadem ratione propter teſtm̃ ne rumpatur. arg.ff.de vul.& pup.l.ex facto.in prin. & ad hoc optimè faciunt omnes rationes.s.factæ pro hac parte, & illud qđ dr̃ in d.auth. ꝙ teſtimonium datum vni prodeſt alij,intelligo, ita ꝙ teſtamentum non irritetur propter rationes prædictas; & facit ꝙ ſi teſtamẽtum eſſet nullum, non poſſet dicere ſe nominatum in teſtamento: quia teſtamentum non eſt, & ſic non eſt legitimus talis filius, ſeu filia, & hæc ſufficiant. ¶Iſtam quæſtionem diſputauit Bar. in ciuitate Peruſij Codicem legendo.

QVAESTIO XII.

1 *Datum,vel relictum monacho,vt monaſterio ſuo nullum ius quæratur,an valeat, & nu.15.*

2 *Si in diſpoſitione ponuntur duo, quorum vnum deſtruit aliud, primum tollitur per ſecundum.*

3 *Secunda adiectio facta relicto,illud limitat, non autem deſtruit præcedentia.*

4 *Diſpoſitio continens repugnantiam,eſt nulla. & nu.7.*

5 *Seruum non habere dominum, vel habere, & ei quæri non poſſe, paria ſunt.*

Arguere de ſeruo ad monachum quòd liceat.

6 *Conditio de præterito vel præſenti impoſſibilis vitiat contractum,& vltimam voluntatem.*

8 *Quis non poteſt inuitari pretio, vt tranſeat ad aliud monaſterium, quia eſſet ſimonia.*

9 *Dependentia à voluntate principis dicuntur impoſſibilia.*

10 *Alimenta relicta ſeruo,vel monacho quando quærantur domino,vel monaſterio.*

11 *Quarta quæ debetur epiſcopo de relictis factis eccleſiæ,eſt ſicut Falcidia*

BIU Cujas

cilia & per testatorem prohiberi non potest.

12 *Testator quòd possit prohibere ne alicui acquiratur ex legis dispositione, & illi legem imponere.*

13 *Conditio impossibilis, vel turpis reiicitur ne dispositio vitietur in vltima voluntate, & de contractibus bonæfidei.*
Donatio hodie est contractus bonæfidei.

14 *Filio potest relinqui cum hoc quòd non acquiratur patri.*
Aequiparatio de filio ad monachum quòd non sit bona.

16 *Si donatur vel relinquitur monacho, & quòd si abbas petierit, vel aliquod ius sibi vendicauerit, quòd reuertatur ad concedentem, vel vadat ad tertium, an & quando valeat.*

17 *Monasterium non potest causam odij, vel ingratitudinis committere.*

18 *Alienatio si est prohibita in testamento, adiecto quòd si secus fiat, deueniat in tertium, non prohibetur alienatio necessaria.*

19 *Vsusfructus relictus seruo quòd finiatur ipso facto libero.*

20 *Monachus quomodo dicatur habere velle, & nolle cum licentia abbatis.*

21 *Prælatus quòd poterit adire hæreditatem monacho delatam, vbi monachus velit.*

1 Quidam † reliquit, vel donauit aliquam rẽ monacho, ea conditione, & hoc pacto, vt monasterio suo nullum ius acquiratur, quæriť an valeat? & qđ talis dispositio nihil valet, probatur. Primò sic: qñ
2 in dispositione ponuntur duo, † quorum vnum destruit aliud, primum tolliť per ſm. Si dico, Titius, imò Seius hæres esto: solus Seius erit hæres institutus, vt ff. de hæred. insti. l. si ita scriptum fuerit, Titius, imò Seius. & de manumiſ. test. l. Stichus. Sed ita est in proposito, quòd per prima verba cum donaťr, vel relinquitur monacho, istud importat, ꝙ monasterio quæratur. vt C. de sacrosan. eccl. auth. ingressi. & auth. si qua mulier. & extrà de statu mona. c. 2. & c. cum ad monasterium. Posteà verò dicit, eo pacto, & ea cõditione, ꝙ monasterio nullum ius acquiratur, idem est dicere, sicut si diceret, volo ꝙ monasterio acquiratur: imò
3 qđ non quæratur, & sic dispositio nulla. † Sed hic rñdetur, ꝙ secunda adiectio in donatione est nulla, in relicto verò
4 limitat, non autem destruit præcedentia. ¶ † Secundò sic: qñ ex verbis dispositionis reperitur repugnantia, dispoſitio est nulla, vt ff. de cond. insti. l. si Titius. & ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia. & de hæred. insti. l. si Titius. & C. de fide instrum. l. scripturæ. Sed hæc est repugnantia: quia vnum dictum aduersatur alteri: quia idem importat ac si diceretur, & non quæratur, ergo non valet. Respondetur, ꝙ non est repugnantia, vt patet in solutione q̃stionis &c. ¶ Tertiò sic: si seruus est nullus, stipulando non potest acquirere: imò stipulatio est nulla. vt ff. de stip. ser. l. quòd seruus.
5 Sed ista sunt paria, seruum non habere dñm, vel eum habere, cui quæri non poſest, vt ff. de hære. instit. l. non minus. de leg. 1. l. si mihi & tibi. §. regula. C. de hære. insti. l. neq; per seruum. cum simi. Sed hæc ex ipsa dispoſitione nihil possit quæri dño, ergo dispositio nulla, arguẽdo de seruo ad monachum, ſm ꝙ dicit Inn. de priui. c. cum olim. sic vť casus in d. l. ꝙ seruus. ꝙ non obstantibus dictis verbis monasterio potest acquiri, vt in solutione q̃stionis patet. ¶ Quartò sic: quia de hoc vť casus, de hær. insti. l. si alienum. in prin. vbi testator alienum seruum instituit hæredem & liberũ. per hoc. n. quòd voluit eum esse liberum, dixisse vť ꝙ non quærať. & ideo institutio non valet. Eodem modo in proposito vbi fuit donatum, vel relictum vt monasterio non quæratur. Sed non est idem, quia longè alius casus, non. n. volebat illa lex seruo quæri existenti in casu seruitutis: idem si hoc expressisset, qđ nolebat monacho quæri monachatu durante. hic verò voluit queri monacho, sed non monasterio, ideo debet intelligi, vt dicetur in solu. ¶ Quintò sic: quia vť casus de vsu & habi. l. per seruum. §. 1. vbi relinquitur vsusfructus sine vsu quodam cum esse non possit, non valet relictum; ita in proposito cum donatum vel relictum sit monacho, vt monasterio non quæratur, cum hoc esse non possit. Respondetur, ꝙ intelligendo verba ſm quòd dicetur in solutione quæstionis possunt simul
6 esse &c. ¶ † Sextò sic. si conditio de præterito, vel de præsenti est impossibilis, vitiat contractum & vltimam voluntatem: vt ff. si cer. pet. l. cum ad præsens. & de hære. insť. l. 2. & de iniust. testa. l. cum in secundo. cum sim. Sed in proposito illa verba, ꝙ monasterio nullum ius quæratur, sunt temporis præsentis subiunctiui modi. Et impossibile est, quòd monacho quæratur, & non monasterio: ergo non valet. Respondetur: qñ aliquid donatur, vel aliquid monacho relinquitur, acquiritur monacho & per monachum acquiritur monasterio statim, & ideo differentia est vtrum contrahentes cum monacho dicãt, dono monacho: quia tunc procedit quod dixi; an dicant dono monasterio: quia tunc acquiritur monasterio immediatè: vt l. 2. de stip. ser. vbi not. ex hoc apparet quòd ista verba, scilicet, eo pacto & ea conditione, ꝙ monasterio non quæratur, nõ faciunt conditionem, quia respiciunt effectum, qui sequitur post conditionem, quæ fit monacho: quasi dicat cum acquirit monacho, monasterio non quæritur, & sic non est conditio, vt l. 1. §. fin. de dona. de manumiſ. testa. l. Mæuiam. & de condi. & demon. l. cum tale §. Titius. præterea & si dicatur esse conditio, tñ est conditio de futuro. ſ. ꝙ monasterio non quæratur post illud instans qđ monacho non q̃ratur.

7 Contrà, ꝙ talis dispositio valeat, probatur. ¶ † Primò sic. Dispositio quæ vť continere repugnantiam siue ꝺdictionem, tunc est nulla cum nulla distinctione adiuuari potest: vt in prima constitutione Co dic. §. quib. est expressum. probatur etiam de testi. c. cum tu. ff. de stipu. ser. l. si seruus communis. & l. sed & si quis. §. fin. de vsufructu. & ff. de duob. reis. l. si rem. §. si duo. in solutione aliorum contrariorum: cum si. Sed conditio quæ vť resultare ex prædictis verbis. i. ꝙ monasterio non quæratur, potest multis distinctionibus adiuuari, ergo vt statim dicam dispositio est aliqua, & valida. Distinctiones autẽ, per quas adiuuari potest, pono aliquas. ¶ Primò sic, quòd monachus habeat ista, ita ꝙ nullum ius quæratur monasterio. ſ. monasterio suo, quod est de præsenti, sed si trãsierit ad aliud monasterium, vt putà ad strictiorem regulam, vt licet de iure canonico: & tunc valet donatio: ꝙ autem ista verba monasterio suo, intelligantur de eo monasterio, qđ est de præsenti, probatur. ff. de aur. & arg. leg. l. si ita. de lega. 3. l. nuper. cum si. Respondetur ꝙ non est bona inter-
8 pretatio: quia pro † hoc pretio inuitaretur ad aliud monasterium transire, quod tunc est simonia, vt extra. de simo. c. non satis. & no. ff. de hæred. insti. l. illæ autem. ¶ Secundò sic: quòd monachus habeat ista ita, ꝙ monasterio non quæratur. i. si monachus sui iuris esse cęperit, vt dicit text. ad Treb. l. vbi purè. & de leg. 3. l. fideicommissa. §. si filio. potest autem monachus esse sui iuris auctoritate Papæ: vt eẍ de sta. mo. c. cum ad monasterium. vbi no. ꝑ Inn. Item cum promoueretur per Papam ad epatum, tunc. n. non est obligatus alicui monasterio. Respondetur, ꝙ non est bona
9 interpretatio: quia † cum hoc non posset fieri nisi per Papam, vť impossibile. ff. de leg. 1. l. apud Iul. §. fi. & ff. de verb. obli. l. continuus. §. cũ quib. & sic non vť se retulisse ad casum impossibiiem. ¶ Tertiò sic: ꝙ monachus habeat istud ita ꝙ monasterio non quæratur, hoc est qđ monachus sit nudus minister, & habeat alijs dispensare, sicut dicimus de seruo, cum habeatur vt adiectus, cum tunc nullum ius quæratur domino. ff. de solu. l. Stichum aut Pamphilum. §. vsufru. in fin. facit eo. tit. l. cum quis sibi. & sic monasterio nullum ius effectuale quæratur. Respondetur, ꝙ non potest intelligi, vt nudus minister, cum non sit persona cui debeatur, & persona extrinsecus non subintelligitur, vt l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verb. ob. ¶ Quartò sic, qđ monasterio nullum ius quæratur, hoc est qđ non habeat vllam possessionem, vel detentationem facti, vt ff. de verb. obli. l. stipulatio ista. §. hi. & inſt. de inuti. stip. §. sed cum factum. & sic monasterio nullum ius effectualiter quæratur. Respondetur ꝙ non est bona interpretatio. licet. n. serui hoc possunt habere sicut peculium, tñ monachus hoc nõ potest: vt extra, de sta. mona. c. 2. & c. cum ad monasteriũ. ¶ Quintò sic: ꝙ monasterio &c. Hoc est ꝙ Abbas patiatur monachum hře conniuentibus oculis: vt dř de seruo, vt ff. de manu. test. l. 4. & sic non queritur ius in effectu, sic no. in simil. ff. ad Treb. l. Lucius. §. tres hæredes. Respõdetur ꝙ Abbas non potest permittere monacho: vt est in p̃cedenti. ¶ Sextò sic: qđ monasterio &c. hoc est vt quod relictum vel donatum fuit non intelligitur ꝓtemplatione monasterij: sed ꝓtemplatione serui, vt C. de iu. delibe. l. cum qs. ff. de vsu & habi. l. plenum. §. si vsus. de cond. & dem. l. filio. cũ si. Rñdetur ꝙ non est bona interpretatio, vt dicta verba habeant modificare actum acquirendi q̃ sequi debet ꝺctum. Sed ſm prædicta dicta interpretatio limitaret causam relinquendi quæ præcedit, & sic verbis adaptaretur. ¶ Septimò sic: quod monasterio &c. hoc est monacho intelligendum est datum pro alimentis, quo casu non quæritur monasterio, vt l. seruus. ff. de aliment. & cib. legat. & de his, quæ pro non scri. haben. l. 3. Respondetur quòd ista non est bona interpretatio: quia etiam tunc quæreretur monasterio, cui non videtur relictum, vt l. filio. de cond. & dem.
10 Pro cuius euidentia scias quòd quandoque relinquuntur alimenta seruo, vel monacho, qui est nullius, & tunc

dicto

dicto ſeruo,& monacho poteſt quæri ius: vt d.l. Qñq; relinquuntur ſeruo,vel monacho alicuius:& tunc aut relinquitur dño,vel monaſterio ſuo,& tunc etiam queritur ius ſibi, vt l.ſeruo alieno.in princ.ff.de leg.1.Ratio, quia inter tales poteſt eſſe lis de alimentis: vt no.ff.de iudi.l.lis nulla.aut relinquitur ab extraneo, & tunc ipſi dño vel monaſterio acquiritur,ſicut alia relicta. Et ſic dicta interpretatio non eſt bona.Præterea eſt extranea à verbis. ¶Octauò ſic,ꝙ monaſterio nullum ius quæratur.ſ.ex tali diſpoſitione.ſ.donationis,vel relicti: non prohibetur quin monaſterio quæratur ex diſpoſitione legis.Sed hic.ſ.qđ donata, vel relicta monacho quærantur monaſterio,non eſt ex ipſa diſpoſitione donantis,vel relinquentis, ſed ex diſpoſitione legis,vt ff.de vulg.& pupil.ſubſti.l.qui liberis.§. hæc
11 verba, ergo &c. † Et hoc vñ expreſſum extrà,de teſta.c.requiſiſti,vbi ſi aliquis relinquit eccleſiæ,ita ꝙ eꝑo non quęratur,iſta prohibitio non impedit quin eꝑo debeatur por
1 **Statuto** Ciuitatis Lucanæ † cauetur, qđ quicunq; interfecerit hominem in ciuitate, vel in territorio capite puniatur, & medietas ſuorum bonorum applicetur communi, alia medietas hæredibus interfecti. Item quicunq; ordinauerit in ciuitate, vel territorio, quod aliquis interficiatur, ſi maleficium fuerit ſubſecutum, prędicta pœna puniatur: demum quidam in ciuitate ordinauit, hominem interficere, quem extra territorium ꝓprijs manib. interfecit. modò quæritur an ſaltem tanquàm ordinator prædicta pœna veniat puniendus. & ꝙ veniat puniendus probatur. Et primò ſic. †
2 quandocunq; habent locum verba ſtatuti, ſtatutum debet habere locum, vt l. i. §. ſi is qui nauem. de exercito. & de leg. 2. l. non aliter. cum ſimi lib. Sed hic habent locum verba ſtatuti: quia in ciuitate fuit ordinata mors, & poſteà eſt ſubſecuta, nō videtur du-
3 bium ergo quòd veniat puniendus. ¶ Secundò ſic. † qñ ad perfectionem vnius actus concurrunt duæ cauſæ, quarum vna eſt potentior altera, debemus inſpicere potentiorem cauſam. vt l. quæritur ff. de ſta. ho. & de aur. & arg. leg. l. & ſi non ſint. §. perueniamus. ſed ad perfectionem huius homicidij concurrunt duo. ſ. ordinatio, & factum. Sed ordinatio eſt potentior pars, vt probabo, ergo illam debemus inſpicere. Quòd ordinatio ſit potentior cauſa, probatur. nam pro homicidio inconſultò facto quis non punitur lege Cor. de ſic. Sed ſi quis voluerit hominem interficere, licèt nō interfecerit, punit. vt ff. ad l. Cor. de ſic. l. i. §. diuus.
4 & C. eo. l. is, qui cum telo. ¶ Tertiò probo † ſic. de tempore ad locum eſt bona argumentatio. vt ff. de ver. ob. l. quoties in diem. cum l. ſeq. de trit. l. fi. & ſi cer. pet. l. vinum, ſed in tempore eſt, ꝙ ſi hodie volui hominē interficere, nec potui, poſteà eum interficio, ꝙ ſtatim videor interfeciſſe vt not. ff. de adul. l. quod ait. in fi. cum ergo in ciuitate tractauerit hominem interficere, licet illum extra territoriū interfecerit, tñ in ciuitate videtur eum interfeciſſe. & ſic videtur, ꝙ etiam tanquàm homicida pro dicta pœna ſtatu-
5 ti veniat puniendus. ¶ Quartò probo ſic. † quoties in perſona eiuſdem cōcurrunt plura iura, ea iudicare debemus perinde ac ſi concurrerent in diuerſorum perſonis. vt ff. de adop. l. ſi conſul. & de offic. prætor. l. 2. & de his qui pro tu. l. tutorem. cum ſi. Sed non eſt dubiū, qđ ſi vnus ordinaſſet, & alius interfeciſſet, qđ ordinator veniret puniendus: quia caſus eſt ſtatuti, non obſtante, qđ homicidium fuerit cōmiſſum extra territorium, vt ex his quæ ꝺ̄. dicam appare-
6 bit. ergo cum iſte ordinauerit, & tractanerit ſaltem tanquàm ordinator puniatur. ¶ Quinto probo ſic. † qñ tractatur de pœna imponenda ex aliquo delicto, tunc initium debemus inſpicere: vt ff. de pœn. l. i. in prin. & C. de fal. l. ſi quis decurio. in fi. & no. ff. de neg. geſt. l. Pompon. in negotij, in prin. ſed principium huius delicti fuit in ciuitate. ergo debemus ipſum inſpicere, & ſic homicidam cōdemnare. ¶ Sextò probo ſic. de iure hoc eſt, qđ licet vnus actus veniat ad perfectionem alterius, tñ ſi ille actus eſſet ſuffi-
7 ciens per ſe ad pariendam actionem, eam parit. Nam † ſi delatum fuit iuramentum, & ex eo fuit lata ſententia ex vtroque naſcitur actio, ſm opin. gl. vt ff. de iureiur. l. nam, & poſteà. §. fi. & C. eo. tit. l. i. & ibi no. Cum ergo hæc ordinatio peruenerit ad perfectionē homicidij, dicimus hunc homicidam in eorum ordinatione, quæ ꝓ ſe eſſet efficax,
8 vt ſ̄. dictum eſt, poſſe puniri. ¶ Septimò † de tempore ad locum licita eſt argumentatio, vt dictum eſt. Sed eſt quando aliqua diſpoſitio collata eſt ſub conditione, quæ conſiſtit in facto, quod difficulter fit, tunc quocunq; tempore impleatur non refert. vt ff. de condi. & dem. l. cōditionum q̄ in futurum. & plenè no. eo. tit. l. 2. & C. de inſti. & ſubſt. l. ſi quis hæredem. ſed diſpoſitio huius ſtatuti confertur ſub tali conditione. nam dicit qui ordinauerit in ciuitate, vel territorio puniatur prædicta pœna; & hæc diſpoſitio ſcilicet ſi maleficium fuerit ſubſecutum habet conditionem conſiſtentem in facto difficili. ergo quocunque loco impleatur non refert; arguendo de tempore ad locū. ¶ Octa-
9 uò probo ſic. † quotieſcunque lex diſponit ſi aliquid factū ſit; tunc non refert à quo illud ſit factum. vt ff. de peti. hæred. l. item veniunt. de quo conſueuit dici. ff. de verbo. obl. l. cum ſeruus. ſed cum hoc ſtatuto dicatur, ordinatorem debere puniri ſi maleficium fuit ſubſecutum, non debemus diſtinguere à quo ſit factum. ergo eſt puniendus. & iſtud argīn complet argumentum ſ̄. proxi. nam ſ̄. probatur, quòd non refert quo loco. hoc probatur, quia non re-
10 fert à quo. ¶ Nonò † quando tractatur de vindicta publica, tunc licet plura facta habeātur pro vno, tamen ex quolibet per ſe venit imponenda pœna. vt ff. de iur. om. iudi. l. ſi familia. Sed certum eſt, ꝙ hic tractatur de iniuria publica vindicanda, quia publicum iudic. offi. eſt. vt ff. de publ. iudi. l. i. & quia publicè vtile eſt, &c. Ergo licet aliàs iſta plura facta habeanī pro vno: tñ habentur nunc ꝓ ſeparatis: vt ſic ex vtroque poſſit puniri, ergo punitur ex ordina. tan-
11 quàm ordinator. ¶ Decimò probo ſic. † quando ex diuerſis factis deſcendunt plura maleficia, vel quod plus eſt qñ ex vno facto deſcēdunt plura crimina, in primo ex vtroq; venit puniendus: in ſecundo erit in electione actorum. primum probatur. ff. ad l. Aquiliam. l. illud. §. i. & de priua. delic. l. nunquam plura. cum ſimi. ſm probatur ff. de publica. l. i. §. inde quæritur. vi bono. rapto. l. i. ff. arbo. fur. ce. l.

i. cum

1.cũ ſi.Ergo cum ſunt plura facta.ſ.ordinatio, & factũ, ex vtroq; debet detineri, vel ſaltem ex quo velit actor. ¶Vn-
12 decimò probo ſic. & primò † præmitto,quòd ille,qui tractat de homicidio dicitur eſſe principalis,alij dicuntur acceſſorij.ar.C.de accu.l.non eo minus. & ff.de iniur. l. non ſolum. in princ.ſuæ gl.hoc præmiſſo, ſic arguo: qñ principale, & acceſſorium concurrunt in perſona eiuſdem, tũc ſi principale eſt inefficax, & in acceſſorio poteſt agi. vt ff. de fideiuſſ.l.hæres à debitore.§.ꝙ ſi ſit. verſi. nec is. & no. eod. titu. l.generaliter. Cum ergo hic ex homicidio non poſſit agi,quia in alterius territorio factum, dicimus, qđ puniatur extraordinariè. ¶Duodecimò, & vltimò,in honorem duodecim apoſtolorum. de hac quæſtione videtur caſus de verbo ad verbum, qđ non obſtante, ꝙ in alio loco ſit factum homicidiũ,puniatur.vt ff.de adul. l.& ſi amicis. vlt. reſpon. Itẽ non obſtante, qđ fecerit ipſe,vel alius. vt ff.de ver.ſig.l.ſæpè.in fi.cum glo.ſua quæ eſt vltima. Itẽ videtur caſus.C. vbi de cri.agi opor.l.1. Et pro determinatione huius q. facit quæſtio,quam format Cyn. in d.l.1.C. vbi de cri.agi opor.

13 **Contrà,** Et primò ſic. † quando aliquid fit in vno loco, & eius effectus confertur in alium locum, ibi factum eſſe videtur, vbi confertur effectus. Item ſecundum ſtatutum, & conſuetudinem illius loci eſt iudicandum. ¶ Primum probatur. ff.de actio. & obli.l.contraxiſſe.& de bon.aut.iudi. poſſ.l.3. & not. C. vbi conue. qui cer.lo.da.promi. l. 1. Secundum probatur. ff.de iud.l.exigere. Si ergo in quæſtione noſtra cum tractatum ſit in ciuitate,vel in eius territorio, & effectus collatus ſit in alterius territorio: ergo non debemus eum pu-
14 nire ſecundum ſtatutum ciuitatis illius.¶Secundò † probo ſic. In publicis iudicijs initium non ſpectatur, vt l. penul.ff.ſi ex noxa.cauſa aga. ſecundum opi. gloſſ. licet quidam reprobent eam: ſed homicidium publici iudicij eſt. vt l.prima.ff.de publi.iudi. ergo non ſpectabimus eius initium,qđ fuit in ciuitate,ſed finem qui fuit extra territoriũ. & ſic non poterit puniri tanquam ordinator. ¶Tertio ꝓ-
15 bo† ſic, clauſula præcedens intelligitur repetita in ſequentibus.vt l.prima.ff.de reb.dub.& de verbo,obliga. l. Titia. præſertim cum apponitur dictio repetitiua. de quibus eſt dictio,item.vt probatur.ff.de legat.tertiò. l. in repetendis. & l.ſi purè.cum multis ſimilibus. Cum ergo in ſtatuto ſit appoſita dictio,item; & poſteà ſi dictum maleficium fuerit ſubſecutum,debemus intelligere in ciuitate, vel territorio. Cum ergo ſecutum ſit. alibi non debet de illo tractatu puniri: & videtur expreſsè caſus inſti.ad l.Aq. §. hoc
16 tamen capite. in fi. ¶Quartò † probo ſic. Quandocunque obligatio principalis, & acceſſoria concurrunt in perſona eiuſdem, tunc acceſſoria occultatur, & principalis remanet. hoc probatur.ff.de duobus reis l.ſi reus.& de fideiuſſor.l.generaliter.& l.Vrannius. Cum ergo hoc tractauerit, ex quo ille qui tenetur,acceſſoriè tenetur:& inter fecerit,ex quo quis tenetur principaliter: dicimus ſolùm de homicidio teneri,& non de ordinatione; & ſic vigore huius ordinamenti in ciuitate non poſſit puniri, nec alibi, vt dixi. ſuprà in 11. ratione, & vt dicam in ſolutione earũ. ¶ Quintò, & vltimò, quando ex pluribus factis ſequitur mors ex primis actibus quis non venit puniendus,ſed ſolùm ex morte.vt ff.ad l.Aquiliam.l.illud.in fi. eod. titu.l.ſi ex plagis in princ. cum ſimilib. Cum ergo ex tali ordinamento ſit ſecuta mors ab eodem facto, ſolùm de morte dedet puniri, & ſic vigore huius ordinamenti in ciuitate non puniatur.

17 **Solutio.** Chriſti nomine inuocato † dico talem occidentem pœna ſtaruti non eſſe puniendum per iura ſupra alleg. & ſpecialiter per duas vltimas rationes. Ad hoc etiam induco.l.dicentes, qđ non debemus inſpicere conditionem, quæ eſt tempore cõtractus, ſed quæ eſt eo tempore quo actio ſumpſit effectum. vt ff.ad Maced.l.filiusfa.§.fin.& l.ſeq. & l. ꝟ. quæ leges videntur decidere hanc quæſtio. conſiderando rationes earum. Prætereà,cum aliqud ſtatuitur ſimpliciter videtur dicendum de eo,qui eſt in territorio,vt dicta l.cum vni. §. is qui.ff.de bon.autor.iud.poſſid.cum ergo hic ſimpliciter dicatur ſi maleficium fuerit ſubſecutum, intelligendum eſt, ſcilicet in territorio. ¶Ad argumenta contraria reſpon-
18 deo,& dico, quòd non obſtat primum: quia dico † ꝙ illud habet locum ſi talia verba non reciperent limitationem, & declarationem à iure. nam ſtatuta bene recipiunt interpretationem declaratiuam,& reſtrictiuam. vt l.vt gradatim.§.& ſi lege.de mu.& ho.& l.ſecunda.C.de noxa. ¶Nõ obſt.ſecundum argumentum,quia dico, ꝙ ordinatio ſola non eſt potentior cauſa, niſi ad aliud perueniatur, nec in quæſtione noſtra proponitur, ꝙ in ciuitate, vel territorio ad aliquam aggreſſuram peruenerit,argumen. eorum quę no.in l.ſi quis non dicam.C.de epiſc.& cle. & l.qui ea mẽte.ff.de fur. ¶Non ob.tertia ratio,quia in l.qđ ait.peruenit ad actum immediatum.ſ.ad aggreſſuram, & in quæſtione noſtra peruenit ad actum remotum.ſ.ad ordinationem, Vel aliter lex illa loquitur qñ habet locum illud, qđ vertitur in fauorem rei: ſecus ſi in odium, vt in quæſtione no-
19 ſtra,vel aliter,qđ dr̃ de tempore ad locum † bona eſt argumentatio,dico verum quando eadem eſt ratio, hic eſt diuerſa ratio: nam omni tempore ſtatuitur non omni loco. ¶ Non obſt.quarta ratio, quia habet locum qñ ſunt iura pariter principalia:ſecus ſi vnum principale, aliud acceſſorium,vt in quæſtione noſtra:hanc ſolutionem facit tex. in l.ſi reus.ff.de duobus reis. ¶ Non obſtat quinta ratio, quia ſecundum glo. illud habet locum in priuatis delictis tantùm. Vel aliter principale dicitur ibi tempus delicti,
20 non tempus ordinamenti. ¶Non ob.ſexta ratio: † quia opi.glo.eſt falſa.vt no.per Cyn.C.de iureiur. l. 1. vel aliter ibi vnuſquiſque actus poſſet parere actionem,hic non: nã ex ſolo ordinamento non ſecuto interitu quis non puni tur.vt ff.de ver.ſig.l.ſemper in ſtipu.cum infinitis ſi. ¶Nõ obſt.ſeptima ratio, quia verum eſt quãdo non refert quo tempore fiat,ſi tamen fiat,ſicuti debet:vt ex ſupradictis apparet. ¶Non obſtat octaua,quia dic,vt no.per Dyn. in d.l.
21 cum ſeruus.vel aliter dic, non refert à † quo fiat,ſi omniũ facientium eadem ſit ratio: ſed hic eſt ratio diuerſa: quia diuerſi bene poſſunt teneri vnus principaliter alter acceſſoriè: ſed vnus non. ¶Non obſt.nona,quia ſpeciale eſt in albo prætoris. vt ibi not. vel ibi ſunt plures perſonæ, hic vna tantùm,quæ deliquit. ¶Non obſt.decima, quia dico, ꝙ verum eſt, quando deſcendunt plura crimina pariter principalia: vel aliter dic qđ eſt verum quando vnum factum non tendit ad perfectionem alterius.per l.illud. ad l. Aqui. ¶Non obſt.11.quia principale non eſt vtile, cũ poſſit puniri de iure communi.vt l.1.C.vbi de crim.agi.opor. & per l.deſertorem.in prin.ff.de re milita. Si opponis, qđ ſaltem quo ad bona inutile eſt, dico, qđ cauſa bonorum cum veniat acceſſoriè, de his curare non debemus. vt l.3. C.ſi penden.appel.mors interue. ¶Nõ obſt.12.ratio.& primò non obſt.l.& ſi amicis.quia pluralitas perſonarum tollit contrarium: nam ſi ego præbui domum,& illi tractarẽt de adulterio, licet poſteà illi feciſſent alibi, ego tamen teneor:ſecus ſi pro me ipſo de adulterio tractaſſem:nam tũc poſſunt teneri de lenocinio. Item non ob. l.ſæpè. in fine cum ſua gl.ff.de ver. ſig. quia non dicitur, qđ ille qui fecit furtum,teneatur tanquàm præſtãs opem:quia non poſſet teneri ad vnum tanquàm principale & acceſſorium. Item non obſt.C.vbi de crim.agi opor.l.1. quia ſecundum primam lec. facit pro me, ſecundum ſecundam non obſt. qa ibi in locum violentiæ fuit delictum perfectum,& conſumatum, nam ibi amiſit poſſeſſionem: ſecus in quæſtione noſtra. Nam in ciuitate, vbi ordinamentum factum fuit, non fuit aliqđ factũ pfectũ: nam ex ſolo ordinamento nõ poterat oriri actio, ſiue accuſatio. ¶Hanc qõnem diſputauit do.Bart.in ſcholis domini Iac. Butrig. Anno Domini. M.cccxxiij. die xv.menſis Decemb.Barto.

QVAETIO XVI.

1 *Pupilla ꝙ alatur per eius ſponſum,an per iudicem iuſtè decerni poſſit. & numero 10.*
2 *Pupilla non eſt alenda apud eum, qui eius vitæ inſidiari poteſt, & malis moribus informari.*
3 *Factum dicitur contra mores quicquid ſit,vt libera facultas contrahendi matrimonium impediatur.*
4 *Cauſa iuſta timoris eſt morari in non tuto loco.*
5 *Spes futuri matrimonij non debet dehoneſtari.*
6 *Sponſus non poteſt eſſe curator ſponſæ.*
7 *Lex loquens de viro extenditur ad ſponſum.*
8 *Sponſus præſumitur habere maiorem affectionem ad ſponſam, quàm mater: & iure mariti accuſat.*
9 *Per cohabitationem inducitur amor, affectio,& dilectio.*
10 *Pupillam apud ſponſam ali duobus modis intelligi poteſt.*
11 *Intelllectus ad l.primam.C.de nup.*

1 **Quæritur** Vtrum † iudex debeat iuſtè decernere,ꝙ pupilla alatur per ſpõſum eius. Et ad partem negatiuam, quòd non poſſit, arguitur ſic.

¶Pri-

BIU Cujas

Quæstio XVI.

2 ¶Primò iudex † non potest decernere, qđ pupilla alatur apud eum, q eius pudicitiæ possit insidiari. C. vbi pu.edu. debe. l. penul. Sed sponsus pupillæ posset eius pudicitiam lædere,& audacius hoc faceret, quàm alius propter spem futuri matrimonij,vt extrà,de spon. c.3.& de despō. impu. c.attesta. ergo,&c. ¶Secundò ex eadem.l.probatur sic. iudex non potest decernere, vt pupilla alatur apud eū à quo malis morib. informaretur, & ad vitam impudicam duceretur,vt dicta l.pen.prout intelligit gloss.facit.ff.de tuto.& cura.da. ab his.l.scire oportet,§.pen.& fi. Inst. de suspe.tu. §.fi. Sed cū pupilla est apud sponsum,sponsus sæpè amplexatur,& osculatur eam. vt no.extrà, de despon. imp.c.1.& sic de facto videmus; vnde malis moribus informaretur:
3 ergo apud eum non debet ali.¶Tertiò sic.† quicquid fit p qđ libera facultas contrahendi,vel disponendi matrimonium impediatur,est ꝯ bonos mores.vt ff.de verb.obl.l.Titia.in prin.& l.stipulatio ista. C. de sponsa.l.fina.& extrà, de spon.c.gemma.& de cond.& dem. l.cum tale.§. si ab arbitro.& hoc siue talis facultas impediatur expressè,siue tacitè,vt ff.de cond.& demon.l.cum tale.§. Meuiæ. & l.cum ita eodem tit. Sed in proposito si iudex decernat pupillā à primo sponso ali,impeditur facultas ꝯtrahendi matrimonij,vel etiam disponendi, ergo non potest fieri, tanquàm ꝯ bonos mores. hoc etiam ꝓbatur sic: spōsa potest alij nubēdo prioribus sponsalibus renuntiare.vt C. de despōsalibus l.1.& extrà,de sponsa.c.requisiuit. Sed si esset apud sponsum, eius timore non posset liberè renunciare. vt ff.
4 de adul.l.si postulauerit.§.ratio autem.† nam morari in nō tuto loco est iusta causa timoris,vt ff.ad Treb.l.de ætate.& de lega.præ.l.sciendum. Et est exemplum in casu isto. ex-
5 trà,de spon.c.locum. ¶Quartò † sic,spes futuri matrimonij non debet dehonestari,vt ff.de adulter.l.si vxor. §. diui. ideò mulieres,quæ fuerunt malæ vitæ deterius nubunt,qa dehonestauerunt se; vt C. de nup.l.Imperialis. & de ritu nup.l.palàm.§.quæ in adulterio.& de mi.l.auxiliū. in prin. cum simili. sed in proposito si omnis alia ratio cessaret, ista adesset. Nam posito qđ liberè ab illis sponsalibus recedat, alius non reciperet eam in vxorem ita de facili, ꝓpter multa, quia à primo sponso osculata,& tacta,licet nō perfectè corruperit, qđ communiter est exosum. Item qa primus potest dicere eā carnaliter cognouisse, & sit vxor sibi,vel non:vt extrà,de despon.impu.c.continebatur. Itē potest dicere secundus non sine causa à primo viro fuit repudiata, & sic cōtra puellam oriretur aliqua suspicio ignominiæ; sicut cōtra militem à militia remissum. vt ff.de his qui not.infa.l.2.§.ignominiæ.& §.fi.¶Quintò,quia de hoc videtur casus expressus extrà,de despon.imp.ca. secundo, vbi excepto vno casu vrgentissimæ necessitatis, vt pro bono pacis non debet permitti, vt puella sponso tradatur, &c. ¶Sextò,quòd talis vnio sponsæ ad sponsum non sit licita, videtur casus .ff. de condit. & demonstration. l. hæc conditio.in prin.& quando di.le.ce.l.pe.& de iniur.l.si stuprum. & de pœn. l. si quis aliquid. §. nondum. Sed facere sponsam ali apud sponsum est causa huius, vt virgo non viri potens corrumpatur,quod est prohibitum,& pęnale, vt dictis.ll.ergo iudex non potest. ¶Septimò sic. maritus non potest esse curator vxoris.vt C.qui da.tu. pos.l.mari-
6 tus. & C.de excus.tutor. l.amplissimi. & l.licet. & sic † nec sponsus potest esse curator sponsæ.vt C.de excu. tuto. l.1. in fi.& insti.de excu.tuto. l. pen. & ibi no. sed si apud eum aleretur,esset eius personæ saltem curator,quòd iudex facere non potest.

7 **Contrà,** Quòd iudex debeat,vel saltem possit, ꝓbatur. ¶Primò leges,quæ †loquuntur de viro, extenduntur ad sponsum, vt ff.de fun.dota. l. lex Iulia.& quæ loquuntur de vxore,intelliguntur de sponsa.C. de bo.quæ lib.l.nōn sine.& de priuileg.cred.l.2. §. si sponsa.& quod no. qui po.in pig.ha.l.assiduis.sed vir potest petere,vt vxor stet apud eum.vt ff.de li.exhi.l.2.& C.de li.exhi.l.si ad instar. ergo eadē rōne iudex dēt facere,vt puellla alatur apud sponsū. ¶ Scđò sic. certū est,ꝙ in educatione pupillorum mater præfertur cæteris, vt C. vbi pupil. edu. de. l.1. ideò quia in ea est præsumptio maioris affectionis;
8 sed sponsus † præsumitur ad personam sponsæ habere maiorem affectionem, quàm mater,quod patet; quia sponsus potest accusare iure mariti:& sic præfertur patri,& matri.vt ff.de adul.l.si vxor.§.diuus,& §.si minor. coniuncta. l.2.§.fi.eod.tit.si igitur est maior affectio sponsi, ergo apud eum debet ali.¶Tertiò sic. quilibet debet facere, vt inter virum,& vxorem cōcordia,& amor vigeat, prout potest. Contrarium verò est reprehensibile.vt C.de repu.l.dissentientis.& C.de fur.l.fi.in fi.& de instit.& substit.l.reprehēdenda.& de inoff.testa.l.filia.& ff.de li.exhi.l.1.§.fi.sed per
9 cohabitationem,quam simul facerent sponsus, & sponsa, magis inducuntur ad se inuicem diligendum, vt ff. de manu.vind.l.si collactaneus. & institut. ex quibus. can.ina numit.§.eadem.quod etiam patet,quia personæ domesticæ propter affectionem repelluntur à testimonio.vt C.de testi.l.etiam.si ergo ex cohabitatione inducuntur ad amorem, & dilectionem: ergo iudex qui hoc habet in sua potestate.vt ff.vbi pupil.edu.de l.1.in prin. potest hoc facere. ¶Quartò sic,si inter duos sunt cōtracta sponsalia, si quis eorum alteri nubat,licet matrimonium valeat consentiēdo peccat: & ei imponitur pœnitentia de fide rupta. extrà.de sponsa.c.sicut ex literis. & c.requisiuit.eodem.ti. vt in eis not.sed bonum est facere, quod fides seruetur. vt ff. depo.l.prima.§.meritò. & debet facere, vt tollatur materia delinquendi deputando habitationem.vt ff.de offi.præfec.vrb.l.prima. §. quies.& §. pe.sed decernendo,ꝙ sponsa habitet cum sponso, tollitur materia ne frangat fidem nubendo alteri,& sic vt ne delinquat, & ne peccet: ergo iudex potest hoc iustè decernere.¶Quintò sit. Ille iudex rectè decernit, qui facit de filio id,qđ faceret pater eius rectæ,& sanæ mentis constitutus,vt C. de curat.fur.l.penul. Adeò ꝙ lex dicat, ꝙ tutoris dati per patrem in testamento fides est electa à testatore, nec requiritur alia inquisitio vt instit.de satisd.tut.in princip.de tu.§.fi.& C. de epis. audien.l.de creationibus.& ff.de confir.tut.l.prima.& l.qui à patre.Sed ego video, qđ pater magno affectu paterno ductus dat filiam pupillam suo sponso. vt ff. ꝙ fal. tu. auth.l. pen.& extrà,de desponsa.impu.c.ex literis. & c.duo pueri. ergo iudex potest hoc iustè decernere. ¶Sextò,qa de hoc videtur casus legum ex quibus colligitur, ꝙ sponsa licitè traditur sponso,licet sit pupilla.vt ff.de priui.cred.l.secunda in fi.& qđ fal.tuto.author.l.pen.& de adul. l. si vxor.§.si minor¶Septimò,quia de hoc vī casus decretalium,vt extrà,de despon.impu.c.continebatur. & c.de illis. & ca.ex literis.& c.pen.eodem ti.c.1.lib.6. & de test. c. Raynutius. & hoc licitè potest fieri:ergo iudex hoc potest iustè decernere per iura prædicta.

Solutio. Inuocato nomine Dñi Iesu Christi pro declaratione huius quæstionis præmit-
10 tendum est qđ pupillam ali † apud sponsum, potest intelligi duobus modis. Primò apud sponsum principaliter ꝙ ipsa sponso principaliter nutrienda tradatur. Secundò qđ pupilla alatur vnà cum sponso,non autem ꝙ sibi principaliter tradatur,sed eius patri,vel matri,vel fratri,vel patruo simul cum sponso habitanti. Si primo modo intelligatur, dico,ꝙ regula est,ꝙ iudex nō potest iustè decernere, ꝙ pupilla apud sponsum alatur:fallit si aliqua vrgentissima necessitas interueniret. vt extrà, de despon.impu.c.2. vbi ꝓbatur regula, & exceptio:hoc probo de iure ciuili sic. pupilla non posset tradi alicui nisi si ille esset talis, qui seipsum regere sciat.vt C.de legi.tu.l.fi. vnde si ponimus sponsum esse pupillum,vel pubertati proximum, non deberet ei tradi pupilla. Si verò ponimus sponsum esse maiorē, tunc posset eam verisimiliter immaturam corrumpere,& suæ pudicitiæ insidiari: ergo non potest iustè decerni, qđ apud eum alatur.vt ff.vbi pupil. edu.de.l.1.& qđ dictum est in prima ratione pro parte negatiua probatur. ff. de conditio.& demonstrat. l.hæc conditio in prin. & quando di. le.ce.l.patrem.& de iniur.l.si stuprum.& de pœn.l.si qs aliquid.§.qui nondum.Exceptio verò,scilicet,ꝙ hoc fallit ex causa vrgentissimæ necessitatis probatur in dicto cap.2.de desponsi.impu.& ff.quod fal. tu. author.l.pe.vbi pater, cuius affectio superat omnem;licitè, & ex causa filiam pupillam coniunxit sponso maiori, & probatur per ea quæ dicta sunt suprà in quinta ratione facta pro parte affirmatiua est autem vrgentissima causa,vt quia ratione pacis, vt dicto cap.2.& idem si alia similis, vt quia apud alium non potest tutè pupilla morari: vel fortè est eius conditionis, quod requiritur ita præmaturè esse apud virum, ita intellige dictam l.pe.& extrà,de despon.impu.c.de illis. Si verò secundo modo quæstio intelligeretur, vt dicatur ali apud sponsum vnà cum eo, non quòd sic ei principaliter tradatur,& tunc distinguo duos casus: nā aut tutores mater,& consanguinei pupillæ sunt de hoc in concordia, vt patri,vel matri, vel alteri in eadem familia cum sponso habitanti tradatur alenda,aut nō. ¶ Primo casu do regulam, & exceptionem. Regula est, qđ iudex potest iustè decernere, ꝙ pupilla apud sponsum alatur: ratio, quia cum ad officium iudicis pertineat decernere apud quem pupilla

alatur

alatur causa cognita: & in causæ cognitione principaliter voluntas propinquorum attenditur. vt ff. vbi pupil. edu. debeat.l.prima.in prin.Et per hoc videtur casus.† C.
11 de nup.l.1. vbi tunc recurritur ad iudicem, quando tutores,& consanguinei non sunt in concordia. & verè intelligendo ibi loquitur de sponso, ad cuius domum pupilla debet mitti: & sic quodammodo contrahuntur nuptiæ. ideò lex illa posita est in ti.de nup.& non in titu.de sponsa. aliàs illa non faceret ad titu. pro hoc facit, ꝙ quandoque pater paterna affectione ductus filiam mittit ad domum patris sponsi, vt extrà de despon. impu.c.ex literis. pro quo facit qđ dixi, s. in quinta ratione pro parte affirmatiua. fallit hoc, si tutores,& consanguinei pupillæ, essent viles,seu inopes personæ,quæ de facili corrumperentur, vel manifestè non benè eligant: tunc enim iudex ab earum voluntate recederet; quod patet: quia quandoque recedit à volũtate patris.vt ff.vbi pupil.edu.de.l.1.in prin. multò magis à voluntate aliorum, pro hoc etiam est casus.ff.de lib.ho.exhi.l.2.§. Iuli.versi. si verò vtraque persona suspecta est.¶Secundo casu,quando tutores,& consanguinei de hoc nõ sunt in concordia, tunc distingue duos casus.Nam quandoque sponso nihil potest obijci,qđ non sit dignus dictis nuptijs:nec ratione personæ, nec dignitatis: nec alia legitima causa:quandoque circa personam sponsi est aliqua conditio propter quam pupilla si esset pfectæ ætatis,& discretionis in eum verisimiliter consentire non deberet. ¶Primo casu pono regulam affirmatiuã quæ est, quòd iustè iudex potest decernere quòd pupilla alatur apud patrem,vel matrem sponsi, vel similes personas in vna domo cum sponso. Item,istæ sunt personæ,q̃ magis afficiuntur ad personam pupillæ,quia pater,& mater sponsi quo ad sponsam parentis locum obtinent.vt ff. sol.mat.l.quia parentis. & cessat omnis suspicio, ne insidiaretur pudicitiæ,imò magis fideliter bonis moribus informabunt, quàm alius prædicta ratione: non tamen dico,quòd possit esse curator bonorum pupillæ. vt l.1. in fi. de suspe. tu. Sed solum personæ alimentatio ei committitur: in qua cessat ratio quæ ponitur. C.qui da. tu. poss.l. maritus.Et sic non ob.vltima ratio facta pro parte negatiua: & pro hoc faciunt omnes rationes factæ pro parte affirmariua: & sic possunt intelligi. ll. quæ dicunt pupillam ductam in vxorem, quas in vltima ratione facta pro hac parte allegaui. Et per hoc cessant omnes rationes factę in contrarium: nam non insidiatur pudicitiæ,vt dictum est, nec informabitur malis moribus, imò bonis dominæ ꝯgruentibus: nec tollitur libertas matrimonij: licet enim inducere mulierem, vt nubat ei, cui honestè nubere potest.vt ff.de condi.& demon.l.cum ita. Nec potest dici,qđ per hæc spes futuri matrimonij dehonestetur: hoc enim est turpe sperare, quod dicta sponsalia dissoluantur, cum nulla subsit causa. prædicta vera quia iudex potest honestè decernere, nec impeditur ob hoc, quòd in domo est sponsi,nisi alia iusta causa impedimenti subsit. illud enim non pertinet ad disputationem præsentem. ¶Secundo casu,quòd si esset perfectæ ætatis, in eum verisimiliter non consentiret,regula est,quod iudex iustè decernere nõ potest,quòd in eadem familia cum sponso alatur. primò,qa affectio paterna hoc non faceret, vt homini indigno nuberet.Imò olim hæc erat iusta causa exhæredationis. vt ff. de ꝯta.l.3.§. si emancipatus:ergo iudex debet facere,cuius affectio isto casu debet esse maior,quàm paterna. Præterea inhonestum est dare causam, vt sit vxor eius, cui non potest honestè nubere,vt d.l.cum ita.de condi. & demon. Et hoc casu habẽt locum omnes rationes factæ pro parte negatiua: nam sponsus timens ne veniens ad ætatem eũ repudiet,cum causa subsit,eam ante tempus stuprabit, & pater patietur.& sic pluries factum vidimus. & sic insidiabitur pudicitiæ pupillæ: & eam malis moribus informabit: nec erit libera in alijs nuptijs contrahendis,& spes futurarum nuptiarum fædabitur.& multa alia mala sequentur,hoc etiam declarat æquitas. Cum enim pupillæ maioris septem annis sit habilis consensus ad contrahendum sponsalia,vt l.in sponsalibus.ff.de spon.& extrà, de despõ. impu.c.1.lib.6.fortè puella propter vnum pulchrum vestimentum,vel propter aliud iocale consentiret in aliquem tanquàm in sponsum: quod verisimiliter non faceret, qñ ad perfectos ætatis annos deuenisset: non est ergo congruum, vt apud illum alatur,ne facultas nubendi alij sibi auferatur: sic ergo officium iudicis isto casu nõ decernet, vt pupilla apud sponsum alatur,verum, quia mulieres, & maximè pupillæ de facili corrumpuntur insidijs, & blanditijs. vt C.de rap. virgin. l.1.circa fi.debebit ali apud personam non suspectam alicui partium, quæ eam non subducat: nec inclinari faciat in aliquam partium, persuasionibus,insidijs,vel blanditiis. Sed cum erit voluntatis perfectæ liberè possit suam voluntatem exprimere,an in talẽ sponsum consentire velit,vel non. vt extrà, de spon. c.cũ locum. facit extrà,de rest.spo. c. ex transmissa, & debebit esse ista mulier ad talem modũ non solùm donec erit pupilla,sed & post,donec talis contentio finitur, an vxor esse velit illius sponsi.vt ff.de lib.exhi.l.3.§. pen. Et prædicta vera puto etiam si pupilla sit apud sponsum: nam poterit peti à iudice,vt decernat apud quem alatur, ex causis prædictis iudex separabit eam à sponso, facit ad hoc 33.q.2. c. siue de coniugij. Non ob. si dicatur, sponsus est in quasi possessione sponsæ, & non debet ea priuari: sed spoliatus debet restitui;quia hoc non est verum: vt not. per Inno.& Io.And.extrà,de rest. spol.c.ex parte.vbi vide. Præterea spoliatus est ea iustè,vt dictum est.

QVAESTIO XVII.

1 *Si percutiens de nocte punitur per statutum in centum, & accusatus est quis de vulnere commisso, & probatum de vulnere, sed non de nocte,an veniat condemnandus. & nu.9.quòd non.*
2 *Ab accusatione non est recedendum.*
3 *Sententia danda est secundum formam accusationis.*
4 *Aliud est delictum diei,& aliud noctis.*
5 *Absoluendus est quis,quando non constat delictum esse commissum, vel constat,sed ignoratur quale.*
6 *Iudex debet super toto,& non super parte pronuntiare.*
7 *Nox in statutis,& in delictis videtur adũci potius causa aggrauãdi.*
8 *Principale remanet,licèt accessorium deficiat.*

1 Iure Municipali† cauetur, quod si aliquis percusserit de nocte, debeat puniriin centum.Accusatus est aliquis de vulnere commisso de nocte,probatum est de vulnere,licèt de nocte non. Quæritur,nunquid debeat puniri in aliquo.Item si petitum est in libello,vt quotidie petitur,eum puniri,secundum formam iuris,& statutorum, & est probatum,quo iure debeat puniri: & est contentus alteram tantum allegari,& vnam solam,vel ambas, si sibi videbitur. Circa primum potest allegari pro vtraque parte. Primò pro parte accusata,ꝙ non puniatur in aliquo sa
2 cit accusationis forma: nam† ab ea non est recedendum. vt l.1.§.si is qui nauem.ff.de exerc.& ff.de instito.l.sed,& si pupillus. §. conditio pro hoc facit,quod habetur in l.qui habebat.ff.de institor.& l.3.ad l.Aqui.& vide quod ibi no. per do.Franc.de Tigrinis.& si recederetur non valet quod agitur.vt C.de præd.dec.l.1.& C.vnde vir. & vxor.l.1.Mutatio enim rei siue formæ facit rem aliam: nam si non est probatum de nocte videtur aliud delictum obiectum, quã probatum,quia sicut mutatio rei facit aliam rem. vt l. Iulian.§.sed,& si quis.de act.emp.& l.Seia. de aur.& arg. leg. sic hoc videtur aliud delictum ex quo non est de nocte ꝓbatum: nam ex eodem facto potuerunt duo crimina nasci.l.vulgaris.§.sed,& si quis.ff.de fur.& C. de accu.l.qui de crimine,& de adul.l.si adulterium cum incestu. & secun-
3 dum† formam accusationis danda est sententia, pro hoc. l.habebat.ff.de inst.secundum vnum modum. Item facit temporis appositio: nam tempus noctis facit aliud delictum videri. vt l.aut facta.§.tempus.ff.de pœn.ff. de iniu.l. prætor edixit.in fi.& C.de cri,sacr.l.sacrilegij. & aliud in-
4 tentatur: nam aliud† est delictum diei, & aliud noctis. l. Gracchus.C.de adult. & ff.de pœn.l.aut facta.§.1.ergo non est accusatus.vnde non debet puniri. l.rescripto. §. si quis accusatorem.ff.de mu.& ho.C.qui acc.non pos.l.3. & sententia iudicis debet congruere petitioni,l.vt fundus.ff. cõmuni diui. & benigna fit in delictis interpretatio: nam
5 † quando non constat delictum commissum: vel constat, sed ignoratur quale: absoluendus potius,quàm condemnandus est,vt l.absentem.& l. si præses. & l. interpretatione.ff.de pœ.& l.hoc enim.ff.de suspe.tut.ad l.Aqui. l.scientiam.§.cum stramenta. Prætereà separatione improbata iu
6 dex† habet super toto pronuntiare,non super parte.ff.arbi.l.dicere §.1.C.de app.l.eos,ibi, si cœperit, &c. ff. famil. erci.l.in hoc iudicio.& no. in l. Pompo.§.sed, & his. ff. de procu.Item facit temeritas accusãtis, ille accusauit de delicto cõmisso đ nocte,adstrinxit se ad duo,vñ nil vł fecisse, nisi totum probauerit. C.de fal.l.fi.& l.cum hi.§.si prætor. ff.de transa.ff.de eden.l.1. §.diem. Sibi ergo imputet accusator.vt l.fideiussor.§.necessaria. & l.de die. ff. qui sat. cog.

nam

BIU Cujas

nã tota accuſatio in nocte videtur eſſe collata ſicut aliàs ſtipulatio in diem.vt ff.ſi quis cau.l.ſi cum.§.homo ſiſti. & ff.de ver.obl. l.in hac.Item facit certitudo maxima in delictis. ſi enim in ciuili vbi eſſet dubium non fit condemnatio.vt ff.de rei uen.l.Pomp.§.fi.fortius in criminalib.Non enim debet in tanto crimine vagari. vt ff. de dolo. l. item exigit.ff.de iniur.l.prætor.in princ.& l.libellorũ. ff. de acc. Quid plura? præcauendo ſibi in vno caſu , non videtur ſibi præcauere in alio.vt ff.ſol.mat.l.ſi cum dotem.& de lib.. & poſth. l.commodiſſimè. Prætereà vbi eſt quæſtio de re, & tempore,non ſufficit alterum probare,vt ff.de teſti.l.ob carmen.§.fi. pro hac parte ſunt. ll. quæ optimè faciunt. vt ff.de adul.l.denuntiaſſe.§.quid tamen,& ff.vi bo.rapt.l.prætor.§.hoc autem.ver. docere : & nau. cau. ſta. l. debet. in princ.& de incen. rui.nau. l. 1. §. ſi ſuſpicio. Ex iſtis ergo, & alijs quæ poſſent allegari ,dicendum eſt ipſum totaliter abſoluendum.

Econtrà, Quòd debeat puniri ac ſi non eſſet inſerta noctis adiectio:nam adiectio noctis non vitiat præcedens. arg.ff.de verb.ob.l.1.§.ſi decem. & §.ſi mihi.& l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulatus . & l. quæ extrinſecus.& ff.de conſtitut. pecun. l. ſed & ſi decem . de dolo l.ſancimus . Item probat verborum ſeparata prolatio:nam ex fictione iuris videtur duo dixiſſe.ſ.commiſſum delictum,& de nocte. duo ſunt præcepta arbitri. licet ergo non procedat condemnatio ex eo,quod de nocte,tñ procedere dẽt de vulnere.ff.de arb.l.Celſus.ff. de leg.1. l.ſi cui ſerui.& de condi.inſti.l.ſi quis ita.& de diuor. l. patrono. Item hoc probat delicti identitas : nam idem videtur eſſe
7 delictum. videtur enim adijci † de nocte potius cauſa aggrauandi delictum,quàm aliud faciendi. l.1.in fi. ff. de abigeis,& de ſepul.vio.l.3.§.aduerſus. nõ dicitur ergo deſtruere quæ aguntur.ff.de leg.1.l.ſi cui.ſm omnes . Item hoc ꝓbat acceſſorij parua poteſtas : nam licet deficiat † acceſſorium,nihilominus remanet principale. vt ff. de contrahẽ. emp.l.ſi in emptione.& l.quamuis.& de leg.1.l.ſi ancillas. & de pec.leg.l.3.& de manu.teſta.l.ſi ita fuerit. in fine.& de ven.in poſſ.mit.l.vbicunque.§.fin. acceſſorium enim non amouet principale,vt l.præall.ſed principali amoto remouetur acceſſorium,vt C.ſi reus,vel accu.mor.fue. l. fi. C. ſi pen.ap.mors inter.l.3. Nõ enim reſpicimus acceſſorium , ſed principale.vt ff.de in diem addict.l.3. §. 1. in iudicijs eñ pro actore interpretamur,vt ff.de iud. l.ſi quis intentione. & de ver.ob.l.inter ſtip.§.j.& ff.qui ſat.cog.l.de die.in prin. nam etiam in delictis in dubio fit condemnatio. l. item Mela.§.ſed,& ſi plures.ff.ad l.Aqu.& tangitur.ff.furti adue. nau.l.fi.Item actus ſeparari, quorum vnus non vitiat aliũ. vt ff.de aqua quo.& æſti. l.j.§.Trebatius.ff.ꝙ fal.tut.aut. l.j. §.Pomp.de ſtip.ſer.l.ſed & ſi.imò quodammodò coniunctim vnus non vitiat alium,vt ff.de teſta.tut.l.quæro.Item optimè facit.ff.de noxa.l.in delictis.§.ſi detracta.nam ſicut ibi ſcientia,vel ignorantia non eſt de ſubſtantia delicti, ſic nec hic nox . Item quòd nox non ſit de ſubſtantia patet , quia nox non eſt apponenda in libello ſicut nec dies , vt ff.de acc.l.libellorum . Prætereà in dubio magis eſt dicendum,vt res potius valeat,quàm pereat.vt ff. de rebus dub. l. quoties . Iſta ſufficiant in prima quæſtione . Aliam ad pñs ſoluere non intendo,& propterea allegare nõ curo.

9 **Solutio.** Chriſti nomine inuocato,†& ſalua ſemper meliori ſententia,dico,quòd nõ debeat in aliquo condemnari:& hoc,per leges allegatus.Primo non ob.ll.allega.ſecundò.ſ.l.1.§.ſim.hi de ver.ob. & §. ſi decem.& aliæ ſimiles all.quæ loquuntur quando extrinſecus adijcitur, ſeu non attinens præcedentibus ſecus vbi adijciatur neceſſarium,vel cohærens.ar.ff.de admi.tut.l.cũ quæritur.de dam.infe.l.prætor. in fi.& de procu.l.in cauſę. pro iſta reſponſione optimè facit de ver. obl. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter.Prætereà in ll. iſtis eſt incertitudo reſpectu ſtipulantis,hic verò reſpectu accuſantis : quia non de nocte. Ad aliam,ſcilicet ad l. Celſus.de arb. reſponde , vt ibi no. arg.ff.de cond.& dem.l.hæc ſcriptura . Ad ij. non videtur idem delictum , quia delictum conſideratur reſpectu pœnæ. vt l.qnod ad ſtarum.ff.de pœn.& de pub. iu. l.2. Ad illud acceſſorij parua poteſtas, ꝙ vbi acceſſorium eſt ſeparatum à principali habent locum primò allegata . Ad illud in iudicijs pro actore , &c. locum habet in his quæ pertinent ad deciſionem. vt primò allegaui. Ad aliud actus ſeparati,&c.Satis eſt reſponſum: quia non dicuntur ſeparati imò coniuncti.ar.de ver.ob.l.1.§.cum adijcitur.Ad aliud vt potius res valeat, &c. Dico quòd ſi ignoratur qualitas in quæſtione propoſita non valet.quod agitatur,vt in alle gatione.j.ſecus,vbi certum delictum , vel delicti qualitas. l.item Mela.§.ſed & ſi plures.ad l.Aqui. licet ignoretur de perſona.Ad §.ſi de tract. dico quòd ſcientia , vel ignorantia non facit aliud delictum conſiderata ſerui perſona . Itẽ nec domini, quia ſemper eſt in obligatione damnum , licet quandoque ex ignorantia domini, in ſol.ſit damnum, noxa.in obligatione. vt ff. de re iud.l.miles.§.decem . Sed in q.noſtra aliud poteſt dici conſiderata perſona delinquentis,delicti,diei,& noctis,& eſt aliud,vt prima alleg.ſatis eſt euidenter oſtenſum:& vide hanc materiam,in l.denuntiaſſe.§.quid tamen. ff. de adul. & in compendioſa de quæſtionibus circa materiam probationum in 3.q.

QVAETIO XVIII.

1 *Hæreditas pupilli decedentis poſt annum à morte patris , & cui erat extraneus pupillariter ſubſtitutus , & tutor non petitus, cui deferatur.nu.6.*

2 *Tutor ob tutelam non adminiſtratam non repellitur ab hæreditate ſibi ex ſubſtitutione delata.*

3 *Facere quis non tenetur,quod factum non releuat .*

4 *Matri imputatur ſi non petijt tutorem filio pupillo quando ipſa habet ius ſuccedendi,& in illo eſt prima.Item.*
Si filius decedit inteſtatus.
Pupillus qui habet ſubſtitutũ pupillariter dicitur teſtatus decedere.

5 *Si pluribus incumbit onus petendi tutorem pupillo, & vterque negligit,vnus non excuſatur propter alium.*

7 *Subſtitutus pupillo ob non petitum tutorem,quod non priuetur à ſubſtitutione fideicommiſſaria.*
A pupillari excluditur ſi non petijt. j. annum: niſi excuſetur ex aliqua iuſta cauſa.

8 *Iudex an debeat dare pupillo tutorem petitum per matrem. & nu.3 .*

9 *Mater ſi non petijt tutorem pupillo habenti ſubſtitutum , an excuſetur,ne priuetur hæreditate filij.*

10 *Lex ſciant. C. de legi.hæredibus quòd corrigat iura antiqua , & quomodo intelligatur . Matri an incumbat neceſſitas petendi tutorem filijs confeſtim,vel habeat annum.*

11 *Mater propter ſubſtitutionem pupillarem excluditur à ſucceſſione filij,& etiam à legitima.*

12 *Si ſubſtitutus, & mater cõcurrunt in petendo tutorem pupillo,iudex dat nominatum à ſubſtituto potius,quàm à matre.*

13 *Matre excluſa à ſucceſſione filij propter non petitum tutorem,alij non intelliguntur excluſi.*

1 **Pupillus** Cui erat † extraneus pupillariter ſubſtitutus , deceſſit poſt annum à morte patris nullo ei exiſtẽte petito tutore à ſubſtituto, vel à matre. Quæritur an ipſius hæreditas deferatur ſubſtituto,vel matri,vel neutri. Et primò videamus de perſona ſubſtituti,& ꝙ ipſe non admittatur,videtur caſus in l.ſciant.C. de leg.hær. & pro iſta parte non eſt aliquid aliud contra eum allegandum.Econtrà ꝙ iſte ſubſtitutus admittatur.Primò, quia videtur caſus.ff. de excu.tut. l. amiciſſimos. in princ.
2 vbi † propter tutelam non adminiſtratam non repellitur ab hęreditate ſibi delata ex ſubſtitutione. facit e.tit.l.tutor petitus.§. 1. caſus etiam videtur in l. credendum. §. ſi verò maritus. ff. qui pet.tutor.vbi propter non petitum tutorẽ non perduntur ea quæ debentur alicui iudicio defuncti. ¶Secundò ſic, ille, cui incumbit onus petendi tutorem , tunc tenetur , quando nullus eſt cui legitima tutela deferatur.vt ff.qui pe.tu.l.2.& not.in l.mater. C. ad Tert. Sed hæc mater eſt,quæ omnem legitimũ præcedit . vt in auth. matri,& auiæ.C.quando mu.tu. offi. fun. poteſt, & in cor. ergo ſubſtitutus excuſatur ſi tutorem non petierit. Tertiò ſic arguitur,quando ſunt duæ cauſæ , quarum vna eſt naturalis,& alia accidentalis,naturalis præfertur, vt ff.de tute.l.qui habet.in prin.Sed hic eſt mater , cui incũbit onus petendi tutorem ex.cauſa naturali; quia materna pietas facit eam teneri ad hoc. C.qui pe.tu.l.matris pietas .& l.ſeq. Item eſt ſubſtitutus cui incumbebat onus petendi tutorẽ per accidens;quia ſubſtitutus,vt d.l.ſciant: ergo matri anteponi non potuit: ergo ſubſtituto negligentia non imputatur,donec eum præcedat mater. ar. l. fi. C. qui admit. ad bo.poſ.poſſunt.de ſucceſ.edic.l.1.in prin.cum ſi. ¶Quartò
3 ſic probatur. non † tenetur quis facere , quod factum non releuet.vt ſ.ſi quis in ius voc.nõ ier.l.2. in fi.de arb. l. arbiter,qui calendis.& l.hæc ſtipulatio.§. diuus. vt leg. no. caueatur . Sed ſi ſubſtitutus petijſſet tutorem, non releuaret aliquid ; quia mater in petendo prẹfertur, adeò, qđ iudex debet dare illum,quem ipſa petit,vt in aut. de nup. §. ſi qs autem tutelam. gl. tenet in l. ſi quis ſub condi. ſ. de teſta.

tute.

BIU Cujas

tute. ¶Secundò videamus de matre, q̃ mater repellatur à ſucceſſione, ſi non petijt tutorem, ſunt caſus multarum legum. ff. ad Ter. l. 2. §. ſi mater. qui pe. tu. l. 2. C. ad Ter. l. matres. qui petant tu. vel cur. l. fi. & inſti. ad Ter. §. pen.

Econtrà, Quod mater admittatur ad hæreditatem, probatur: ¶Primò ſic. tutor teſtamentarius præfertur matri. vt C. quando. mu. tu. of. fun. po teſt auth. matri, & auiæ. & in cor. vñ ſumitur: ergo, & eodẽ modo ſubſtitutus cui incumbit onus petendi tutorem in petendo præfertur matri, cum à teſtatore ſit ſubſtitutus: nõ eſt ergo quid imputetur matri, ſi non petijt, cum ad petitionem non fuiſſet admiſſa. ¶Secundò ſic. † matri imputatur ſi non petijt tutorem filijs, q̃ ipſa habet ius ſuccedendi, & in illo iure eſt prima. vt ff. ad Ter. l. 2. §. ſi mater. cũ ſi. & ideò dicit l. q̃ eis quorum cauſa in ſucceſſione non eſt prima, & potior, non imputatur, ſi tutorem non petierint. vt l. 2. §. fi. ſ. ad Ter. & C. qui pet. tut. l. ſi verò. C. de legi. hær. l. ſciant. ſed in propoſito in ſuccedendo cauſa ſubſtituti pupillo eſt prima, & potior: ergo matri non imputatur ſi tutorem non petijt. ¶Tertiò ſic, tunc matri imputatur, ſi tutorem non petijt filijs, q̃ filius decedit inteſtatus, vt ff. ad Treb. l. 2. §. ſi mater. ibi, in teſtamento filiorum; ſed q̃ filius habet ſubſtitutum pupillariter non poteſt dici inteſtatus, ergo, &c. Vñ ergo in dictis legibus, caſus pro matre, cum nullo alio modo poſſit pupillus eſſe teſtatus, niſi q̃ habet ſubſtitutum, & ſic in caſu legis non grauatur mater in petendo tutorem. ¶Quartò ſic, q̃ filius deceſſit pubes, matri non imputatur, ſi tutorem non petijt. ratio; quia tũc iſte filius potuit ſibi prouidere teſtando, & petendo curatorem. C. ad Ter. l. matres. qui pe. tu. l. matres. in fi. Sed illa eadem ratio eſt in caſu propoſito; quia prouidit pater filio pro eo teſtando, & dando ſibi perſonam, quæ poterat tutorem petere: ergo non eſt quid matri imputetur, &c.

5 ¶Quòd neutri debetur; probatur. Primò † q̃ pluribus incumbit onus petendi tutorem pupillo, ſi vterque negligit, vnus non excuſatur propter alium, ſed ambo puniuntur, vt patet in matre, & liberto. vt ff. qui pe. tu. l. 2. & C. qui pe. tut. l. 2. ita in propoſito, ſubſtitutus propter matrem nõ excuſatur, & ſic tanquàm negligens non poteſt ſuccedere, per l. ſciant C. de leg. hær. Item mater propter ſubſtitutum non excuſatur: & ſic ipſa ab hæreditate excluditur per dicta iura: ergo & alij venientes ab inteſt. ſuccedent. ¶Secundò ſic. Generaliter q̃ plures tenentur ad aliquid dandum, vel faciendũ, vnus per alium non excuſatur: imò nihil prohibet omnes in mora conſtitui, & omnes incidere in pœnam, vt de ver. obl. l. 2. §. 1. & §. fi. & l. 4. §. Cato. C. de duo. re. l. fi. ita in propoſito mater propter ſubſtitutũ, nec ſubſtitutus propter matrem excuſatur: ſed vterq; incidit in pœnam legis, & ſic ſucceſſione priuatur, & alij ſuccedunt. ¶Tertiò ſic, q̃ pluribus incumbit onus aliquid faciendi, licet ſit talis conditio, q̃ vnus alteri præferatur donec vnus occuparet, interim ambo dicuntur in mora, vt ff. de adul. l. ſi maritus præuenerit. in princ. vbi videtur caſus quæſtionis noſtræ: licet ergo in petendo tutorem mater præferatur ſubſtituto, vel ſubſtitutus matri; tamen q̃libet eſt in mora, donec ad iudicium prouocetur; & ſic vterque excluditur, & alij ſuccedunt. ¶Quartò ſic. matri incũbit onus petendi tutore filijs iure quaſi naturali propter pietatem matèrnam. vt C. qui pe. tut. l. Maritus, & eo. tit. l. fin. & ibi no. Sed hæc pietas materna non tollitur, licet filius habeat ſubſtitutum: durat ergo ratio legis. & ſic iſti ſubſtituto incumbit onus petendi tutorem propter ſpem ſucceſſionis, quia ſpes durat etiam ſi ſit mater. Apparet ergo, cum ratio legis duret in vtroque, quod vterque excluditur, & alij ſuccedunt.

6 **Solutio.** In quæſtione prædicta. † Primò aduertẽdum eſt de perſona ſubſtituti. circa quã dico, q̃ ſi quidem quis vellet eum repellere; quia cum tutor eſſet teſtamentarius, vel legitimus ſe excuſat, & non poteſt. ff. de exc. tut. l. amiciſſimos. in princ. & l. tutor petitus §. 1. eo. tit. & iſte caſus non pertinet ad quæſtio. noſtrã.

7 Si quis † verò vult ſubſtitutum à ſubſtitutione repellere; quia pupillo non habenti tutorem non petijt tutorem, tunc aut per hoc quis vult ſubſtitutum repellere à ſubſtitutione fideicommiſſaria, & non poteſt; quia illud conſequitur ex bonis teſtatoris, non pupilli. vt ff. qui pe. tu. l. credendum. §. ſi verò. maritus. & intelligunt doct. in l. ſciant. C. de leg. hær. aut quis vult ſubſtitutum excludere à ſubſtitutione directa pupillari; & tunc excluditur ſi ſ. annum ceſſauerit. vt d. l. ſciant. & no. ff. qui pe. tut. l. 2. quod intelligo niſi excuſetur aliqua iuſta cauſa; vt quia ſubſtitutus eſt minor, vel alia cauſa, vt diximus in matre. vt ff. ad Ter. l. 2. §. ſi mater. & §. ſeq. & quod no. C. ad Ter. l. matres. intelligo iuſtã cauſam eſſe, ſi ſubſtitutus ignoret ſe ſubſtitutũ. C. qui pe. tu. l. 2. §. ſi mater. ver. ſed ſi fortè abſens; quia propter abſentiam mater excuſatur. eodem modo propter ignorantiã, facit. l. 1. C. de iur. & fac. ign. & quis ord. in bo. poſſ. ſer. l. 2. in prin. nec excuſatur ſubſtitutus ideo, quia pupillus matrem habet, vt oſtendam reſpondendo rationibus factis p hac parte, ſ. ad excuſandum ſubſtitutum: non enim ob. l. amiciſſimos. nec l. tutor. petitus. ff. de excu. tu. nec l. credẽdum. vt ſ. patet. Non ob. ſecunda ratio, quæ dicit ſubſtitutum excuſari; quia mater eſt cui legitima tutela defertur; quia illa non eſt, nec cogitur; ſed ei permittitur ſi vult. vñ per eam non excuſatur ſubſtitutus quin petere debeat. ita determinat Dy. in l. 2. ff. qui pe. tut. q̃d verum eſt: nõ enim ſpes eius qui poteſt eſſe, excuſat aliquem à petendo tutorem interim; ſed ſufficit, q̃ non habeat defenſores, vt d. l. 2. qui pe. tut. in prin. Non ob. tertia ratio. ſ. q̃ cauſa naturalis præfertur accidentali, quia illud verum eſt, q̃n effectus illarum cauſarum ſe non compatiuntur adinuicem; ſed q̃n ſe compatiuntur vna concurrit cum alia: q̃d patet per omnia iura in quibus cõcurrit obligatio ciuilis, & naturalis. In propoſito nil impedit quin mater teneatur petere: & ẽt ſubſtituirus, ſicut tenetur mater, & libertus, vt d. l. 2. qui pe.

8 tut. Non obſt. † quarta ratio, ſcilicet, quòd ſi ſubſtitutus peteret non releuaret eum: cum iudex dare debeat petitum à matre; quia illud non eſt verum, vt dixi: licet ſit opi. multorum, vt l. ſi quis ſub condi. ff. de teſt. tu. Sed poſito, q̃ illud eſſet verum, tamen propter hoc ſubſtitutus nõ excuſaretur; quia interim donec mater taceat, ſubſtitutus dicitur eſſe in mora, & ei currit tempus licet mater veniẽs præferatur. vt l. ſi maritus in prin. ff. de adul. q̃ caſus eſt no.

9 ad hoc. Secundò videndum † excluſo ſubſtituto an mater admittatur, an verò & ipſa excludatur; quia tutores non petijt, & loquor de matre maiore. 25. ann. quæ nullam habet excuſationem, de his quæ ponuntur in l. 2. §. ſi mater. ff. ad Ter. & q̃d no. C. ad Ter. l. matres. Solum ergo hoc reſtat inueſtigandũ, an iuſta cauſa ſit excuſandi matrem; quia pupillus habet ſubſtitutum. Ad hoc videndum præmittõ, q̃ de iure. ff. neceſſitas petendi tutorem incumbit ſolùm libertis, & matri: & nullus alius propter non petitum tutorem priuabatur hæreditate, niſi mater, & auia, vt expreſsè dicit tex. in l. 2. qui pe. tu. & ff. ad Ter. l. 2. §. ſi mater. ver. ſi fi-

10 lius. per iura verò † C. fuit introductum, q̃ neceſſitas imponeretur venientibus ab inteſt. & ſubſtituti, & alij priuẽtur hæreditate. vt C. de leg. hær. l. ſciant. licet glo. in d. l. 2. q̃ pe. tu. videatur velle intelligere illum text. vt non contradicat illi. l. ſciant, veritas eſt, q̃ olim alij à libertis, & matre, & auiâ non cogebantur petere, vt ibi expreſsè dicit tex. nec ratio quæ habet locum in matre habebat locum in alijs ſuccedentibus ab inteſt. nam ratio eſt materna pietas, vt l. matres. & l. fi. C. qui pe. tu. quæ ratio habet locum in matre, & auia, & non in alijs, & per hoc concludo q̃ d. l. ſciant. corrigat iura antiqua in hoc. & ſic eſt contra ius commune: ergo debet ſtrictè intelligi, vt non extendatur vltra id, q̃d in d. l. expreſſum eſt. ita dicit tex. C. de app. l. præcipimus. in fi. & q̃d not. in l. q̃ verò. & in l. his. de legib. Sciẽdum eſt, etiam q̃ matri incumbit neceſſitas petendi tutores filio confeſtim. i. cum primum poterit; itâ q̃d annus nõ tranſeat. vt ff. ad Ter. l. 2. §. confeſtim. Sed alijs ſuccedentibus ab inteſtato, & etiam ſubſtituto datur annus, vt d. l. ſciant. licet quidam doc. Mod. dicãt q̃ d. l. ſciant. debet intelligi, q̃d loquatur de anno ſm formam illius. l. 1. §. confeſtim. ſ. q̃ ſtatim teneatur cum poteſt. licet annus non poſſit tranſire. pro quib. facit tex. all. l. ſciant. eum dicit ſm legem non petierunt ſ. annum &c. ex eo. n. q̃d dicit ſm l. videtur ſentire, & referre ad dictum §. confeſtim; ſed hoc nõ eſt verum: nam illud q̃d dicit ſm legem refertur ad verbũ petierint. Eſt ergo ſenſus talis, ſi ſm legem, hoc eſt ſm modum legitimum, & permiſſum eis in petendo tutorem, & ſic refertur ad d. l. 2. qui pe. tut. immutat ergo d. l. 2. hodie. q̃ pet. tu. in hoc; quia olim poterant ſi volebant ex permiſſione legis: ſed hodie imponitur neceſſitas. Et ſi nõ fecerint, ſm q̃ eis à lege permittitur, perdunt hæreditatem. Item ſtatuit eis tempus, vt hoc faciant ſ. annum: nec eſt mirum ſi mater plus adſtringatur quam venientes ab iteſt. quia in ea eſt duplex ratio. ſ. materna pietas. Item ſpes ſuccedẽdi. In uenientibus ab inteſta. & in ſubſtituto eſt ſola ſpes ſuccedendi. & iſta interpretatio tanquàm verior tenenda eſt. vt l. benignius. ff. de legib. maximè cum l. ſciant. ſit contra ius commune, & pœnale. His præmiſſis dico matrem nõ

teneri

teneri si non petat tutorem filio ꝯ. totum illud tempus. ꝯ.
11 qđ substitutus potest petere, qđ sic probo. certum est † qđ mater ꝓp substitutionem pupillarem excluditur à successione filij totaliter ēt à legitima, vt C. de imp. & ali. sub. l. p̄cib. & l. Papi. ff. de inof. test. §. sed nec impuberis. & extrà de test. c. si pater. lib. 6. sed ei qui excluditur per testamentum a sibi debita portione, est licitum omittendo facere quicquid potest, vt ille intestatus decedat: nec vī dolo, vel culpa; sed iustè dicitur facere, & ab omni pœna excusatur, & istud est multum approbatum ꝑ iurisc. vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. fi. si quis om. causa testamenti, l. excusatus. & l. qui autē. §. non simpliciter. & ibi no. §. si patronus. & de inoff. test. l. Papi. §. quarta. Et ēt ꝓp factum patris potest omitti hæreditas ex testamento impuberis, si impubes intestatus decedat. vt ff. de acq. her. l. Iul. aliàs incipit. l. si pupillus. licitum est ergo matri ꝯ. illud tempus, qđ datur substituto ad petēdum tutorem, tacere, vt sic substitutus excludatur à successione, & pupillus intestatus decedat. Si. n. diceres matrem ꝯ. illud tempus petere tutorem, iam ꝓueniret substitutum, & sic ꝓp tutorem non petitum nō excluderetur substitutus à successione. vt ff. ad Ter. l. 2. §. si mī. vers. si fortè absens, qđ esset absurdum, & ꝫ rationem ꝓcedentem; non. n. tenetur substitutionem conseruare, sed magis infringere. Ad hoc ēt faciunt omnes rationes factæ pro matre. Sed si esset instituta in tabulis pupillaribus in legitima sua, tunc cessaret ratio s. dicta, vt dic. l. excusatus. & d. l. qui autem. §. si patronus. ff. si quis omis. causa test. Item ponamus substitutum esse talis q̄ditionis, qđ impossibile sit eū excludi ꝓp cessationem prędictam, vt si substitutus est minor, nec est possibile effici eum maiorem ꝯ. pupillarem ętatem eius cui facta est substitutio, tunc. n. in matre cessat rō prædicta, si cessauit petere tutorem, priuatur hæreditate pupilli si quo modo ad eam deuoluitur, substituto mortuo, vel repudiante per dictam. l. 2. §. si mater. ff. qui pe. tu. l. 2. C. qui pe. tu. l. matres. cum si. nec excusatur mater ꝓp substitutum: hoc. n. nulla lege cauetur: licet. n. sit substitutus, adhuc tamen subest materna pietas quæ facit eam teneri, vt dictum est s. in all. factis. s. pro 3. parte. ¶ Non ob. prima rō, q̄ dicit substitutū in petitione debere præferri: ideò mater debet excusari; quia posito, qđ esset verum, q̄ substitutus præferri debet, tamen interim cum ambo negligunt, vtrique imputatur negligentia, vt l. si maritus præuenerit. in
12 prin. ff. de adul. † Sed an substitutus p̄feratur potest esse dubium. pone matrem, & substitutum concurrere in petitione tutoris, & petunt diuersos tutores: qd faciet iudex? Rñ. non tenetur sequi consilium matris, nec substituti. vt l. fi. ff. qui pet. tu. & ibi no. dicam plenè in l. si quis sub conditione. de test. tut. Similiter non puto eum errare si ꝓferatur substitutus. Nam in his quæ pertinent ad tutelam ꝓfertur is, qui speret succedere; licet in educationem præferatur mater. C. vbi pup. edu. de. l. fi. & ibi no. per gl. ¶ Nō ob. ratio secunda, quia illa ratio non procedit in matre, nec ēt si sperat succedere: nam materna pietas facit eā teneri ad petendum tutores, vt dictum est. ¶ Non ob. tertia ratio; quia dictæ ll. non imponunt necessitatem matrib. petendi tutorem simpliciter: Sed si non petunt eum, priuantur successione filiorum intestatorum. Vñ sufficit ad priuandū eum pro tpe quo mater vult succedere. q̄ filius reperiatur intestatus, & sic fateor, qđ de iure antiquo si mater est substituta non priuaretur illa successione, quia filius non est intestatus; sed hodie priuatur per l. sciāt. ¶ Nō ob. quarta ratio; quia licet testator prouiderit filio de hīditate, non tamen prouidit ei de tutore, nec de eo qui petierit tutorem directè, licet ipsa substitutio necessitatem im-
13 ponat petendi tutorem. ¶ Tertiò vidēdum † est, an aliquo casu excludatur substitutus, & mater, & veniant alij: & cōstat, qđ possibile est substitutū excludi: quia tutorē non petijt matre mortua, vel repudiante. Item econtra matrē excludi ꝓp tutorem non petitum substituto repudiante, vel mortuo, & tunc sine dubio veniant alij. dubium verò est an substitutus, & mater possint excludi ꝓp non petitū tutorem, quæ dubietas descendit ex eo quia lex vī velle, qđ primo excluso ꝓp non petitum tutorem non excludatur sequens. vt l. 2. ff. ad Ter. C. q̄ pe. tu. l. nepotib. & l. sciant. C. de leg. hær. sive ergo mī excludaī primò, puto qđ nō excludaī substitutus: sive eꝫ excludaī substitutus, nō dēt postea excludi mī. Sed ad hoc dicēdū ē qđ de iure antiq. alij à matre, & auia nō imponebaī necessitas petēdi tutorē. vt dictū est: ideo matre exclusa sequentes agnati non poterant excludi per negligētiam: ita loquitur. l. 2. in fi. ff. ad Ter. & gl. s. alle. Sed si esset mater, & auia; cū vtriq; imponatur necessitas petendi tutorē; puto ambas posse excludi ꝓp negligētiā, ꝓ rōnes s. dictas pro hac 3. parte. lex. n. imponit necessitatē auiæ: nec distinguit vtrū pupillus habeat matrem, vel nō. Credo tñ q̄ prius ad matrem debeat spectare, nec auia dēt celeri festinatione matrē ꝓuenire, vt ff. de iur. fis. l. edicto. & l. cum autem. C. de his, qui. vt indig. l. sororem. & q̄ ibi no. C. qui admit. ad bo. pos. l. fi. nec ob. ff. de adul. l. si maritus præuenerit. & qđ dictū est. s. Rndeo ad illā legē; nam mater, & auia vocātur ex eadem cā ꝓp maternam pietatē, quæ cā respicit matrē ꝑ prius, auiam per posterius. & isto ordine incumbit vtriq; onus petendi tutorem. Sed mī, & substitutus vocantur ex duab. causis separatis, quarum q̄libet habet se ad quamlibet per prius, & eis simul incumbit onus petēdi tutorē. l. matri rōne maternæ pietatis: & substituto rōne speratæ successionis. simile in d. l. si maritus. prouocaī. n. pater ad successionē rōne paternitatis: marit' rōne maritalis affectionis: licet. n. hæc rō sit magis intensa; vt l. 3. in fi. ff. de adul. non tñ est ꝑ prius, & posterius: iō q̄currunt: & simul currit tps. & p̄dicta de iure antiquo, de iure verò. C. s. ꝓ l. sciāt. dico qđ illa imponitur solu illis, quorū prima spes est successionis patre mortuo. vt exp̄sè ex tex. illius. l. colligitur. Si ergo primus excludī ꝓp nō petitū tutorē, alius ad quē incipit ꝑtinere spe successionis non priuatur ea, si tutorē non petijt: quia illa. l. hoc nō dicit, nec dēt extendi, cū sit ꝫ ius cōe, vt s. in primo puncto dictū est, & sic gl. in d. l. sciāt. bene loqtur. Nūc ad propositū dico q̄ possibile est matrē, & substitutū simul excludi ꝓp nō petitū tutorē, vt si ē substitutus, & matri in tabulis pupillarib. est relicta legitima, vt s. dictū est in secundo puncto. Itē si substitutus est exclusus primo ꝓp non petitū tutorem, tūc incipit currere tps matri. cessat. n. cā ꝓp quā excusābatur. matri. n. oī tpe quo filius eget tutore, imponīt hæc necessitas, siue tpe mortis, siue postea; iō leges vulgares ad hoc allegatæ dnt matrem ēt puniri si priorib. reiectis alios non petierit. Sed si poneres primò matrē iō excludi propter non petitum tutorem, quia primò ei incumbat onus: tūc est impossibile substitutum excludi. Exemplū, pupillo est substituta mater primo loco, extraneus secūdò: tunc si mater excluditur ꝓp non petitum tutorem, non excludetur substitutus, quia mortuo patre pupilli prima spes successionis nō erat talis substit. & sic ad eū no porrigit d. l. sciāt.

QVAESTIO XIX.

1 *Edictum de appellatione est prohibitorium, & prohibitorij naturæ qualis est.*

2 *Appellari non potest à sententia principis, sed à sententia ipsius delegati sic.*

3 *Appellatio est inducta propter iniquitatem sententiæ, vt iudicetur per viam à iure traditam.*

4 *Iudex potest esse æquus, & non æquus, & sic est vnum medium inter iniquum, & æquum.*

5 *Arbitrator non pronunciat, vt bonus vir.*

6 *Appellari à sententia lata per iudicem tanquam bonum virum non posset, quia non est sententia.*

7 *Reductio ad arbitrium boni viri non est appellatio, sed habet cum ea similitudinem.*

8 *Arbitria ad iudiciorum: arbitramenta ad transactionum instar sunt redacta.*

9 *Appellari an possit à sententia lata super supplicatione porrecta contra sententiam, à qua non erat licitum appellare.*

Petitum Fuit à iudice arbitrium arbitratoris reduci ad arbitriū boni viri: lata fuit snīa ꝑ iudicem sup reductione ipsa, nunc q̄ritur an à snīa lata per iudicem tanquam bonum virum possit appellari. In qōne nostra teneo hunc ordinem; qa primò faciam argumenta, qđ possit appellari, & sic ad partem affirmatiuā, & faciam argumenta q̄ non possit appellari, & sic pro parte negati-
1 ua. † Venio ad primum, qđ possit appellari, probo, & primò sic. Edictum de appellatione est prohibitorium, & ꝓhibitorij natura talis est, qđ id, qđ non est lege aliqua ꝓhibitum, est permissum: sed edictum de appellatione est huiusmodi: ergo, &c. sed cū nō reperiatur lege aliqua in hoc casu esse prohibitum appellari à causa, vī esse concessum. prima patet. ff. de testi. l. 1. ff. de proc. l. mutus. §. cum quæritur. & ibi de hoc. ff. ex quib. cau. maio. l. nec non. §. qđ eis ff. de proba. l. ab ea parte cum si. ¶ Secundò sic, Certi sunt casus, & causæ, in quib. appellare non licet, inter quos non connumeratur casus noster. C. quorū app. non recip. & ff. qñ app. sit. & ff. de app. reci. vel non. & sic arg. à sufficienti partium enumeratione, qđ est validum in iure nostro. vt ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. patre furioso, ff. de act. &

obl.

obl. l. obligationum . ferè. §. placet. cum si. vñ concludit qđ appellari possit. Tertiò sic, Speciale,& singulare à. snijs quorundã iudicum licitum est appellare , & à cæteris alijs sententijs cæterorum iudicum prohibitum est appellari, & sic hoc prohibitorium est ius singulare : cuius ꝓrium est ius cõe;sed in casu nostro non apparet de iure appellari prohibitum;remanet ergo,qđ appellari possit.Facit ff.de legib.l.ius singulare.ad munic.p.l.1.cum si. in auth.de app. & intra quæ tem.in fi.prin.& ibi no.per gl.in ver.sine magni. Quartò sic.Nõ est alicui iuris auxilium denegandum, sed appelatio est remedium iuris,quo iniqua snia subleuatur,igitur,&c.Nam si dicerem,qđ in casu nr̃o appellari nõ possit , iam appellare volenti denegaretur iuris auxilium , quod fieri non dẽt;igitur appellari pot.Probatur hoc:non em̃ expedit Reipublicæ singulis legum adminicula denegari,nec per legem iniquitas sustinenda, nec debet via iniquitatib. aperiri.l 1.C. de his qui veni.æta. impe. & de iur. deli.l.2.& l.meminerint.C.vnde vi.cum si.sed ita est,quòd remota appellatione sequereꝫ iniqtas: igitur &c. ¶ Quintò ab arg.identitatis rõnis . Nam iudices aliqua participãt in rõne, & in iure:sed snia iudicis,& arbitri participant de rõne remediandi partem ꝓriatã: igitur participant ẽt in iure: ergo qua rõne remediu adhiberetur ꝓ arbitriu super petitione reductionis ad arbitrium boni viri,ita & cõtra sententiam iudicis cognoscentis ,& pronuntiantis super reductione ipsa admittetur appellatio. Probatur hoc.ff.de senatuscon.Sylla.l.1.§.quæstionem.& de dolo.l.fi. & ad l.Aq. l.illud.cum si.ff. de ver.ob.l.à Titio. cum si. Probatur hoc; quia in vtroque prædictorum iniquitas est causa , vt patet ex coniunctione legis,vnde si Neruæ. secundum sui rationem.ff.pro soc.& l.1.ff.de appella.& de min.l.prefecti.cum si.¶ Sextò sic. In iudicando arbitrator instar obtinet appellationis,modò sic,certum est, qđ arbitramentum est quædam transactio à partib.facta arbitratore mediante ; Sed si præter naturam & simplicem transactionem processum fuisset in causa, & lata sententia super eo , super quo sit processum,appellari posset ab ea:ergo,&à snia lata sup eo,sup quo arbitrium præstatur.patet,ff de arb. l.idẽ Pomponius scribit,si de meis.§.recipisse.& in authẽ.vt dif.iud.in prin. ver.si verò contigerit. iuncta gl. in verbo coniunctum. & l.eleganter.§.si quis post.ff.de cond.inde. tamen si in causa procedatur,& sententietur,valida est, vt ibidem patet : qa appellari potuit,si non pro leui,&c.vt lit.pen.l.fin. & quia prohibitorium est hoc edictum, vt s̃.probatum est , igitur sic,& in proposito poterit appellari . ¶ Septimò sic , Ex sententia sequente ius appellandi firmatur hoc, sicut quãdo actum,siue actus inductus ad vnum finem,&c. non appellatio propriè sequitur.ex sententia subsequente, nihilominus est licitum appellare ita in proposito: ergo poterit appellari. patet inst.de excus.tu.§. qui autem vult. ff. qñ app.sit.l.1.§.si quis tutor.cum si.Nam à motione tutoris,q se excusat.si postea ꝓ eum lata est sententia , appellari potest,declaratur hoc ex eo, quia hic actus retractatus ponitur ꝓ arbitrium,& postea sequente sentẽtia iudicis.¶ Octauò probatur sic,Certum est,qđ à snia principis cognoscẽtis non appellatur,tamen à sentẽtia ipsius delegati appellari potest:sic in proposito,licèt à primo † cognoscente,s. ab arbitratore appellari non possit: tamen à sequente,i.iudice , qui de reductione ad arbitrium boni viri cognouit , appellari potest: patet. ff. à quib.app.non licet.l.1.coniuncta.l.nouum.& l.eos.C.de appel.declaratur hoc;quia cum ex sententia iudicis oriatur actio in factum, vt l.actori. C. de iureiu. cum si. patet , quòd ab eius sententia potest appellari.Nonò sic.In dubijs in benigniorem partem interpretamur de quo sic, cum dubitatur an vt arbiter an vt iudex,in potentiorem partem arbitramur:videlicet,ꝙ vt iudex,non vt arbiter videatur cognouisse . Sed cum in quæstione nostra possit dubitari an vt arbiter , an vt iudex cognouerit,intelligamus ipsum , vt iudicem cognouisse , & sic appellari possit.patet.ff.de iud.l.1.in fi.magnæ glo.C.de epi.aud.l.episcopale. cum si.& hoc si declaratur, quia l.societatem.in fi.ff.pro soc.non dicit ꝙ cognoscat,vt arbitrator aliàs:sed nec vt iudex : ergo appellari potest : sicut ab aliorum iudicũ snijs , vt s̃.dictum est. & de hoc vĩ casus in l.& in maioribus.C.de app.& l.ex consensu.ff.de ap.prout hĩ ibi in litera circa prin.coniuncta.l.fi. C.de iud. cum si.

In contrarium Quòd non possit appellari, probatur sic. Odia restringi,& fauores conuenit ampliari. Si dicamus posse appellari,producimus odium,& restringimus fauorem,&c.patet, ff.de lib.& post.l.cum quidam. & c. odia. de reg.iur.libr.6. Declaratur sic , In lite appellationis periculosus est euentus,cui nos committi non debemus.ff.de mino.l.minoribus.ergo,&c. Secundò probatur sic , Iudex in causa reductionis ad arbitrium boni viri aditur , t vir bonus,tunc sic qñ ad arbitrium boni viri recurritur,ab eius dicto non appellatur.Sed ita est in proposito,qđ ab arbitratu arbitratoris recurritur ad arbitrium boni viri:igitur,&c. Tertiò patet,quòd non est reperire in iure casus,ꝙ in tali causa possit appellari:vnde erubescimus sine lege loqui, vt in auth. de trien.& semis.§.consideremus. Tertiò, quia appellatio
3 nes sunt inductæ † propter iniquitatem sententiarum , vt iudices per viam à iure traditam , & ordine debito proferant sententias.l.1.ff.de app.cuius iuris remedio. s.appellatio inducta nõ est:ergo mutat id , qđ est impropriè eiusdẽ naturæ,aliud eiusdem naturæ corrigere , alius non posset , vt Insti.de iure nat. §.pen.ff.de cap.dim. l.eos. sed arbitramentum,seu arbitrium;& eius potestas venit à partibus,& ab hominibus singularibus non vniuersis coadunatis, vt patet.ff.de arbi.l.non distinguemus.§.de officio. ff. pro socio.l.societatem,in fi. & ff.loca.l.si merces.& l.si in lege.in prin.ff.de ope.li.l.si libertus ita.& ff.de ver. ob. l.si quis arbitratu.& de contrahen.emp.l.hæc venditio.in princ.Qui priuati,i. partes prædictæ non possunt cõstituere propriè, vt iudex cognoscat,vt C.de iurisd.omnium. iud. l.priuatorum.cum si. & pro tanto lex appellat arbitrium boni viri. Partes.n.quæ hunc eligunt,in eum , vt bonum virum cõsenserunt,vt patet.non autem , vt ipsum iudicem facerent iuris subtilitate procedere:sed per amicabilem compositionem fuit:ergo vt ad bonum virum,i.ad illud qđ diceret qlibet bonus vir.& ita intelligitur in hoc bono viro l. si arbitro.ff.qui satisd.cog.Nec ob. qđ ibi debet appellari. & ita sentit dns Rich.in d. l.societatem. in fi. videlicet quòd iudex cognoscat,vt quilibet bonus homo,non autem vt tãquam iudex cognoscat propriè.Et quòd vt de homine cognoscetur , non autem vt de iudice propriè intelligatur ,
4 probatur,† quia iudex potest esse æquus & iniquus,vt bonus,& malus.Nam iudex est vnum medium, se ad æquum & iniquum referens,vt patet.ff.de iu.& iu. l.1. Viri autem boni appellatio nũquam ad iniquum se refert ; quia quod accedit vni extremorũ,videlicet bonitati , recedit ab alio, scilicet à malitia,& iniquitate,ar.ff.ad l.Cor. de sica.l.eiusdem.§.adiectio.& de rei vend.l.fundo.Probatur hoc; quia qñ vnum potest ad propriam.& impropriam significationẽ referri,refertur ad propriã,vt ff. si ager vecti. peta.l.1. in fi.& qñ appellã.sit.l.1.§.in ꝓpria.i fi.d.l.societatẽ.in fi.& in proxima.l.in proposita . vbi dicitur ꝙ arbitrium boni viri sequendum est:boni viri.i.iudicis.vt dicit ibi glo.& ibi dicam.cognoscer igitur,vt vir bonus quilibet, vt litera videtur sonare prima facie sm propriam significationem. Nec obst.ff. iud.solui.l.vir bonus. cum si. quia ibi vt iudex cognoscit.Præterea nec dicit appellari posse, vel non . Patet ergo ex prædictis quòd refert vtrum iudex cognoscat , vt iudex,& tunc appelletur. Aut iudex cognoscat , vt bonus vir, & tunc non appelletur . Primò quia ibi dicitur vti ad iudicem & ad bonum virum,non ècontra, si rectè inspiciatur. bonus autem vir intelligitur quilibet homo,& sic à iudice cognoscatur propriè , vt dictum est s̃. & declaratur ex l.societatem suprà all. Quartò in locum arbitri subrogatio:de quo sic, subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur , sed iudex hic subrogatur in locum arbitri:ergo sapit naturam eius,& sic à sententia eius non appellatur,sicut nec à iudice.Prima patet.ff.si quis cau.l.si cũ
5 §. qui iniuriarum. cum si.ibi not. † Secunda declaratur ex eo,quòd arbitrator nõ pronunciat, vt bonus vir ,vt finem sumat cõpromissum , imo ab eius arbitrio recedit, & subrogatur in eius locum iudex,vt bonus vir,vt iniquum arbitrium reformet in melius , nec ab eius dicto appellatur, sicut nec à dicto boni viri,vt d.l.societatem.in fi.& l. vnde si Neruæ.ff.pro soc.&c. Quinto sic. Actus ad vnum finem redactus non debet contrarium operari, de quo sic , quoties aliquid ad vnum finem tendit, & sic non debet in cõtrarium operari: sed ad arbitratorem dirimendarum litiũ causa ex bona fide,quæ non ita dirimerentur , si appellaretur;ergo non debet eius contrarium operari , & sic appellari non potest.Prima patet.ff.de pact.l.ab emptione.in fi. de arb.l.Labeo, cum si. Secunda declaratur tum ex l. idem Pomponius scribit,si de meis. §. recepisse. de arbit.tum ẽt ex eo quia per appellationẽ extinguitur iudicatum , aliàs suspenditur,ff.ad Turpil.l.prima.in fi.& ibi no.s̃.de his qui notã.infa.l.furti.in princ.& l.seq.cum similibus. & sic tale negotium per viam appellationis causæ non debet tefricari,

eari,vt C,vnde vi.l.meminerint.& de indic. vidui. tollen. l.2.& de fru.& lit.expē.l.terminato. ff. de vsufru. l. æquissimum.cum si.l.cum qd.si cer.pet. Secundò ex iudicis cognitione,de quo sic.Quando ad iudicem qui aliàs poterat de causa cognoscere,habetur recursus, vt ad arbitratorem, à quo non appellatur, & sic non vt ad ordinarium cognoscentem,recursus habetur, sed vt extraordinarium, & sic ab eo non potest appellari, Prima patet.ff. de arbi. l. sed & si in seruum.in fi. Secunda declaratur ex eo quod habetur in d.l.societatem.in fi.& l.seq.cum si. Septimo à prohibitione & permissione argumentando,de quo sic. Quoties aliquid in vno cōceditur in cæteris prohibetur;sed in sententijs iudex occasione litis concedit posse appellari: ergo in alijs prohibetur. s.in arbitratoribus. Prima patet.ff. de iud.l.cum prætor.in princ. de procuratorib. l. maritus. cum si. Secunda patet.C.ne liceat in vna, & eadem causa tertiò prouoc.in rubro,& nigro.Octauò,trāsactionis imitatio,de quo sic. Certum est quòd arbitramentum imitatur transactionem, & est illi simile: sed ita est in transactione, quòd si ipsa legitimè fiat vlterius ab illa non recedatur, impediente exceptione transactionis: ergo idem in proposito, vt vlterius ipsum arbitramentum non refricetur, impediente reformatione: & sic legitimè transactum apparet.Prima patet ex l.sed & si in seruum. §. 2.& quod ibi no. in gloss. in verbo,in ue se. Secunda patet ex l.eleganter.§.si quis post.2. ff.de cōd. indeb. & videt pro reductione quòd facta est legitimè: quia per iudicem & bonum virum ad hoc electum,per d.l.societatem. §. fi. cum si.fit reformatio; quiā bonus vir intelligitur, nec refert à principio aliquid fiat, an ex postfacto. l. eū qui autē. cum si. quomodo iuramentum non legitimè factum ab initio posteà reformatum non vitiatur.vt patet.ff. de iure iu.l.qui per salutem.l.nō erit.§.dato.& l.nam posteà.§.iurare.eo.tit.cum si.de opti.leg.l.mancipiorum.de leg.j.l.serui electione. Nonò appellationis euidens discretio de quo sic. Segregatorum segregata,& separatorum separata debet esse ratio, sed separata est causa reductionis à causa appellationis,igitur. &c. si à sententia lata super causa appellationis, appellatio sequitur: ergo à sententia lata super causa reductionis non appellatur: & ideo sequitur contrarium, videlicet non appellatur. prima patet.ff.de exer. l. prima. §. magistrum nauis. versicu. alia enim. & C. de donat. inter virum & vxorem. l. si maritus quondam. & ibi de hoc.cum si.Secunda declaratur ex eo quòd appellatio ex quacunque iniquitate magna, vel parua fit.l.& in maioribus & l.in multis.C.de app.& C.ne lice. in vna & ead.causa tertiò prouo.in rubro, & nigro. coniuncta.l.penul.ff.de mun. & reductio ex magna & euidenti iniquitate tantùm fit, d.l.vnde si Neruæ. super reductione ad arbitrium boni viri concederetur secundariò, s. arbitramentum reseruata & in causa appellationis ex qua cunque iniquitate: igitur appellari non poterit ne circūueniatur,vt d.l.vnde si Neruæ,& d.l.idem Pomponius scribit,si.de meis.§.recepisse.cum si.quod esse non debet.ff.de transact.l.cum hi.§.si cum lex.& de tut.& cur. datis ab his. l.scire oportet.§.j.Decimò inducitur.l.ex cōsensu. in prin. ff.de app.à contrario sensu.quod ibi habetur in litera, circa compromissum,&c. Concluditur,quòd si ratione compromissi iudex daretur,appellari non posset.glo.1. in verb. circa,ita intelligit legem illam. Non ob. quòd dicit compromissum,vnde ad arbitrium,non arbitramentum se refert,vt patet in l.idem Pomponius scribit,si de meis.§. recepisse.& d.l.sed & si in seruum.§.2.& l.societatem.§.arbitrorum.& ibi dicit impropriè poni,vnde inducit.l.fi.C.de iud.cum gl.sua hoc modo. Certum est quòd si inter duos compromittitur & dissentiant, tertiam personam compelluntur eligere, cuius authoritate petatur etiā si discordant ab illis duobus primis: cuius sententiæ stetur. Cum itaque hic arbitrator eligatur in defectum arbitratorum discordantium,& sententiæ eius pareatur, patet quòd nō appellatur ab eo, tum propter dictam l. 1. tum quia si appellaretur,non pareretur sententijs; quia appellatio extinguit,vel suspendit pronuntiatum,vt l.1.in fi.ad Turp. cum sim.sic impediret sententiam, & executionem: nec enim est innouādum,&c. ff. nil noua.appe.interposita.in rubro, & nigro:ita modo in proposita quæstione, propter discordiam arbitratoris, ad arbitrium boni viri,legis authoritate recurritur ad iudicem, vt ad bonum virum. & sic simil. Prima patet: quia sicut à principio nō appellatur, ita nec ab hoc,ideo eius sententiæ pareri debet.

6 **Solutio.** †Dico appellari non posse, & sententiā propriè dici non posse,vt s.dixi, & clarius dicam.& hoc ex rationibus, s. dictis, quas coadiuuo ex eo etiam;quia ego video,quòd vbi arbiter in locum iudicis cognouit,appellari potest.vt C.de iudi.l.apertissimi. vt in casu speciali. ita à contrario sensu cum iudex subrogatur in locum boni viri, ab eius sententia sicut ab arbitramento boni viri non appellatur,quia naturam eius in cuius locum subrogatur,originaliter sapere debet. l.item veniunt.§.cum prædiximus.ff.de pe.hæ.& not.in l.certi ꝙ dictio.in prin.ff.si certum petatur. Item quia video, ꝙ ꝓpter qualitatem actionis & materiæ,de qua tractatur,verba mutant propriam significationem,vt ff.loc.l.si vno. in prin.& quod ibi no. sic in proposito propter naturam arbitri,de qua tractatur in l.societatem.§.fi.cum seq.pro socio.& alijs similibus,cum dicatur ad iudicem recurri, vt ad bonum virum;ergo non propriè ad iudicem. Item ad euitandam absurditatem,quæ sequitur: quia non peteretur reductio eius, & posteà appellaretur. Secundò, ratio est,in certis causis non licet secundò prouocare:quod esset,si appellari posset, contra l.1. C.ne lic.in vna eademq; causa ter.prou.nam quodammodo dicta appellatio interponitur, vbi in iure aduertēdum puto pro determinatione quæstionis & materiæ, quòd plura sunt quorum remedio quod ante factum,vel dictum est,restringatur: & non sunt idem nec eiusdem naturæ,sed diuersa diuersæ naturę, sicut est appellatio, & reductio ad arbitrium boni viri, ex quo nascitur exceptio etiam pœne. Item doli exceptio, quæ opponitur contra petitionem quando sentētia dicitur sordibus, vel euidenti gratia lata esse: in integrum restitutio,supplicatio, & appellatio interponitur à sententia diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habente occasione iniquitatis cuiuscunque in quacunque causa,& casu regulæ, vt in præall. l.& in maioribus.cum simili. secundum ea q̄ ibi not.& C.quorum appel. non reci. l.ante sniæ tempus. Econtrariò petit tanquam ius,aliàs iudex: tametsi aliàs,vt arbitrator,vel alio modo cognoscat. Nam licet sit iudex, & cognoscat,vt arbiter,vel arbitrator à sua sententia non appellatur. Quod manifestè probo sic. Certum est quòd ipse de causa potest cognoscere, vt iudex ordinarius inter supradictos,& tunc appellatur à sentētia sua; alioquin cognoscit non vt inter subditos sed ex prorogatione iurisdictionis,& est tunc speciale in ipso contra regulam generalem positam in d.l. & in maioribus. & in l. & in multis. & ff.de ap. l. 1. & quasi per totum, vt appellari non possit sicut nec à præfecto prætorio. Quandoque cognoscit, vt arbiter inter non subditos, & sic non vt iudex, & tunc iure communi à sententia potest appellari, cum aliàs ipse sit præsens, & sic iudex ordinarius, vt hic habetur, & de episc. audien. l. si qui ex consensu, & quod ibi no. in prima gloss. coniuncta. l. & quia. de iurisd. omnium iud. & de episcop. audien. si quis litigantium. Alioquin cognoscit tanquam arbitrator, & bonus vir,vel per amicabilem conuentionem de causa, de qua posset, vt iudex cognoscere, vt in auth. vt diffe. iud. §. si verò. colla.10.& l.sed & si seruum. de arbit. & tunc cum hoc sit transactio quædam potius quàm sententia, non nascitur actio in factum, quæ nascitur ex sententia, sic per consequens non potest appellari, vt patet in l. prima. C. de arbi. & quod ibi no. quia cum ex sententia nascitur actio in factum. d. l. actor. ista non est sententia, vt suprà probaui. & patet ex eo quia transactio & sententia sunt species oppositæ, quarum neutra est altera, vt patet in l. nam posteà. de iureiur. & l. secunda. C. communi diuidundo. coniuncto titu. de re iud. & de transactio. Cum ergo non nascatur actio, per consequens appellari non potest, licet quandoque petatur reductio ad arbitrium boni viri, vt proximè dixi quando nec respectu transactionis nascitur actio. l. cum mota. C. de transac. Colligitur ergo ex præfata theorica, quòd quandoque iudex cognoscit, vt iudex, & ab eius sententia appellatur: quandoque vt bonus vir, tunc enim nec iudicialiter cognoscit, nec secundum formam, nec ordinem iudiciorum, cum sit transactio potius non actio iudicis, & non appellatur, vt dixi; sed petitur reductio quando arbitrium fuit iniquum ex magna & euidenti iniquitate, vt patet. ff. pro socio. l.societatem. in fine. cum sim. cum ipsum arbitramentum vim transactionis teneat (vt suprà satis est dictum.)à quo appellari non potest, vt est suprà probatum in superioribus rationibus. Nam contra arbitrium compromissarium inducitur doli exceptio, si

agatur

agatur ad pœnam; quia non pareatur ſententiæ, non tamen appellatur, † licet ſit quædam ſpecies appellandi, vt
7 ff.de arbit.l.non diſtinguemus.§.cum quidam.ad fi.Quod expone, ideſt habet ſimilitudinem appellationis, & tamen eſt alia ſpecies. vt ff. de iudic. l.2.& d.§.cum quidam. proximè allegato. Et ideo dicitur quædam ſpecies appellationis: quia ſicut per appellationem fit retractatio ſententiæ,ſic per exceptionem doli.& alia eſt quæ opponitur ſi agitur ad pœnam ex ſtipulatione,quia non paretur ſententiæ latæ ſordibus,vel euidenti gratia. & non eſt appellatio, vt dixi: quia à ſententia arbitri non appellatur, vt C.de arbit.l.1.Nec obſt.quod dicitur,quòd hoc, & ſuperiori caſu à ſententia lata ſuper oppoſitione exceptionis poteſt appellari, cum naſcatur actio,arg.l.& in maiorib.cum ſim.ſuprà alle.nam erubeſcimus ſine l.loqui, vt in auth.de tri.& ſemiſ.§.conſideremus.Sed dato, quòd ita eſſet, dico quòd illa exceptio opponitur contra actionem ex ſtipulatione ad pœnam,non contra ſententiam arbitri,de qua nunquam fuit coram arbitro tractatum,vnde hic iudex ſuper pœnæ petitione cognoſcit, vt iudex non vt arbiter.Sicut enim contrahentes voluerunt coram iudice peti pœnam poſſe, ſi ſententiæ arbitri non parebitur ſine cauſa, vel non poſſe, ſi cum cauſa, vt patet. C.de arbi.l.arbitrorum.& ff.de arbi.l. ita demum. coniuncto d.§.cum quidã. idem cum apud iudicem pœna petabatur, &c.In quæſtione autem noſtra non ſic voluerunt partes, imo ſemper ſe arbitrio boni viri commiſerunt: & in hac reductione reformatio agitur de eodem, de quo coram arbitro actum fuit. Vnde cum videamus finem, quòd de in bonum arbitratorem ſe committendo, agere voluerunt, vt patet, non debet reduci in hac reformatione de iuris apicib.diſputando in cauſa appellabili, argum. l.ſi fideiuſſor.§.quidam. ff. mandati. vt patet ex coniunctione leg. de verbo-
8 rum obl.l.in ſeruum.§. ſi quis. cum ſim. † Item arbitria ad inſtar iudiciorum ſunt redacta, vt ff.de arbitris.l.1.arbitramentum verò ad inſtar tranſactionis eſt redactum. Vnde ſi ſuper eo,quod ex arbitrio naſcitur, appelllatur, & non ſuper eo,quod ex arbitratu; non eſt mirum, vt ſuprà plenè dixi. Prætereà in integrum reſtitutio petitur, cum quis ſui facilitate, vel dolo aduerſarij ſe læſum dicit, & ſic fauore ætatis appellatio non perſonam iudicis principaliter reſpicit iniquam ſententiam ferentem, vt patet.ff. de minoribus.l. prefecti.& l. præſes. Non ob. ſi dicatur, q̃ à ſententia lata ſuper reſtiturione appellatur, vt C.ſi ſepi.in integrum reſti.pe. fu.l.1. quæ reſtitutio poteſt peti contra tranſactionem.C.ſi aduer.tranſa. l.1.& 2. Sicut ergo à ſententia ſuper reſtitutione,& tranſactione poteſt appellari, ſic ſuper reductione,q̃ petitur: ſic & ad impediendum arbitramentum,quod tranſactio appellatur:quia in cauſa reſtitutionis iudex aditur,& cognoſcit cauſa cognita,vt patet in l.in cauſæ.§.cauſa cognita.ff.de minor.& in d.l.1. C. ſi ſęp.in integ.reſtitu. peti. fuerit.In quæſtione autem noſtra non vt iudex,ſed vt bonus vir cognouit:vt s̃. plenè dixi in hoc,quando iudicis officio petitur reſtitutio.Quando verò iure actionis,dic, vt ff.de in integr. reſtitu. l. 2. &
9 de dolo. & quod metus cau.per totũ. † Supplicatio tantũ ſit etiam in his, à quibus non poteſt appellari, propter, iudicis, ſeu magiſtratus authoritatem, ſic nec à ſententia lata ſuper ſupplicatione: vt patet.C.de precibus Impe.off. l.ſi quis.& auth. quę ſupplicatio. ibi poſita.& de offi. præfect.præto.l.1.& ibi not.C de offi.pręf.prętor.l. vnica.eſt & reſtitutio iudicis. Sed quia hoc potius ad impediendum fiendum,quàm quod iam factum eſt,tendit, & de hoc habetur C.de iud.l.apertiſſimi. Poſſet addi etiam nullitas, qđ non perſequar: vt C. quando prou. non eſt neceſſ.l.1. & C.ſi à non compe.iud.per totum. Vnde cum præfatæ ſpecies non ſunt ſimiles, ſed diuerſæ naturæ, nec eiſdem iuris regulis conſiſtunt, patet quòd de vna ad aliam non eſt bona argumentatio,&c. vt s̃.dixi.Nunc oportet particulariter reſpondere ad primum: quando dicitur prohibitorium edictum de appellatione,dico quòd verũ eſt regulariter:ſed in qõne noſtra ſic eſt, vt patet.s̃.in rationibus pro hac patet factis.patet igitur,quòd non ſequitur concluſio argumenti.Non ob.ſecunda ratio cum dr̃,illud eſt ius ſingulare quòd à ſententijs quorundam iudicum non licet appellare: quod conceditur s̃.in quibuſdam iudicijs,quia dico qđ in hoc iudicio eſt prohibitum,vt.s̃.dixi.Non ob. tertia rõ cum dr̃,certum eſt, qđ appellatio eſt iuris remedium, ſed dixi qđ hoc cõtingit, vt ſit litium finis,tum ꝓpter voluntatem partium, quę voluerunt recedere à cognitione iudicis, tum quia hæc ſententia non eſt propriè iudicis.vnde hoc remedium non videtur hic locum habere iure prohibito rationibus prædictis, & alijs, vt ſuprà probaui. Non obſt.cum dicitur, quoties aliqua participant in ratione, &c. conceditur, dico quòd aliter remedium vnum, & aliter aliud, vt ſuprà dixi proximè. Non obſt.cum dicitur, certum eſt, quòd arbitramentum, &c. conceditur. quia dico quòd illud eſt verum, vt iudice cognoſcente, aliàs ſecus, vt ſuprà dixi. Non ob. quòd dixi quòd indictum ad vnum finem, &c. quia dico quod ibi præterquàm cognitum fuit à iudice hic. Non obſt.quod dicitur, certum eſſe quòd hæc appellatio,&c. quia dico, vt ſuprà dixi, quòd vt iudex ſemper cognouit, ideo hanc rationem, & præcedentem induco pro me ſic: quia cum illud ſit ſingulare in hoc caſu, & p̃cedenti,actus præcedẽs impedit appellari à ſententia ſequenti: ergo in contrariũ eſt ius commune, nam appellatio præcedens facit à ſequenti appellari non poſſe,vt l.ius ſingulare.cum ſi. Non ob.cum dicitur,quòd ſi dicatur,actus, concedatur,ſed hic dico, non,quia lex,vt viro bono commiſit,vt d.l.ſocietatem.in fi.cum ſi. Non obſt.d.l.& in maioribus. quia illud verum,cum iuditialiter cognoſcitur: hic autem non, &c. Non obſt.d.l. ex conſenſu. quia gloſſ. generaliter intelligit, vt ibi patet per præcedentem rationem proximam, iu fine.Non obſtat gloſſ.ſecunda,quæſt.5.c.iudicibus.quia illud dictum Gratiani eſt falſum, vt ibi not.glo.nec ſecunda pars glo.obſtat,vt in proximis reſponſionibus. Bart. à Saxoferrato.

¶Diſputata fuit hęc quæſtio per me Bartol. de Saxoferrato minimum inter leg.doct.

QVAESTIO XX.

1 *Conceſſa ad tempus, ad tempus prohibita intelliguntur.*
2 *Vſufructuario moriente ante fructum perceptionem, nihil percipit hæres.*
3 *Perfectio conſideratur ſecundum tempus initij quando vno tempore eſt initiatum, & alio tempore eſt perfectum.*

Quidam Conduxit in menſe Auguſti, vel Septembris,quandam petiam terræ aratoriæ ad laborandum, & fructus percipiendum pro ſe, pro certa penſione vſque ad calendas Martij ſecundi anni proximè ſequentis: poſſeſſionem ſeminauit in principio conductionis in menſe Septembris, vel Octobris, & recolligit bladum tempore meſſium: poſteà arauit, & ſeminauit alio menſe Septembris, vel Octobris, & factis ſeminationibus venit poſteà tempus finitæ locationis, ſeu conductionis calendis Martij. Modò quæritur,nunquid tempore meſſium poterit recolligere fructus, videlicet bladum, vel quantum ſit tempus, ſiue terminus? Primò videtur quòd non poſſit recolligere pluribus ra-
1 tionibus,& argum.† Primò quia ea, quæ ad tempus conceduntur, ad tempus prohibita intelliguntur, ſeu eſſe videntur.ff. de iudi.l.2.§. ſed ſi iudex.C. quando prouo. non eſt neceſſ.l. cum non ex eo die.ff. de iud.l. cum prætor. & extra,de offi.deleg.c.in cauſis. Secundò propter tacitum pactum quod videtur ineſſe poſt tps, vt.ff. de ſer. expor.l. ſeruus ea lege. Inſt. de verborum obligation. §. at ſi ita. ff.de verbo.oblig.l. eum qui ita. Tertiò propter liberam poteſtatem, quam lex concedit locatori poſt tempora conductionis finita. & verbum, reſtituere, plenam habet reſtitutionem & ſignificationem,vt omnes fructus ex ea contineãtur, vt ff.de vſur.l. videamus.§. item Fauiana. & de verborum ſignificatione.l.plus eſt reſtituere.& l. reſtituere. Quartò propter annullationem contractus, ſeu inſtrumenti, quæ annullatio contigerit propter fidem locatori præſtitam vſque ad tempus locationis.C. loc. l.inuitos. niſi in caſu, vt not. eod. titu.l.ſi cum Hermes. ita èconтra,inuitus locator retineri non poteſt.quod fieret, ſi conductor intra tempora conductionis remaneret, & ſi contrarium, &c. vt ff.de regul. iur.l. ſecundum naturam.& C. de caduc. tolen.l. vnica.§. pro ſecundo. Inſtitu.de leg. pat. tutel..§.fin.quod dic, vt not. de regul.iur.c. qui ſentit: vbi per Dy.lib. 6. Quintò propter interpretationem contra conductorem, & etiam contra empto-
rẽ

BIU Cujas

fundi, vbi pactio est obscura. l. emptorem. C. loca. l. ea
2 lege. in princip. ff. eo. † Sextò, à simili eius quod dicitur de fructuario, quia eo moriente, vel finito vsufructu ante fructuum perceptionem nunquam percipit aliquid, vt ff. de vsufructu. l. defuncta. de annu. leg. l. in singulos. in fine. ff. quibus modis vsusfruct. amit. l. vsusfructus. & ff. de vsufruct. l. quod si. §. præterea. Ita dicendum est in conductore, qui minus ius habet in fructibus. ff. loca. l. sed addes. §. qui messem. Septimò conductor potuit hoc prospicere euenire posse, scilicet locatione finita: & ideo aliquos sumptus in seminando, durante adhuc locatione, facere non debuit: ergo si fecit, sibi imputet, vt not. ff. locat. l. si quis domum. §. & hic subiungi potest. ibi, quid ergo, &c. cum concord. ibi alleg. Ad idem facit. ff. de iurisd. omn. iudic. l. si idem. maximè quia scienter in elienam rem impendisse videtur. & sic solo cedit. C. de rei vend. l. mater. ff. de acquir. rer. domi. l. adeo. §. cum quis. Octauò, quia sicut ratihabitio, quæ regulariter solet trahi retrò nihil valet, nec aliquid operatur, nec prodest habenti ratum post tempora petendæ bo. possessionis, vt ff. rem rat. ha. l. penul. sic & perceptio fructuum, quæ fuit post terminum conductionis finitum, nil prosit colono, quæ trahitur retrò ad tempus seminis, quo petere poterat bono. posse.

Econtrà, Quòd possit recolligere, pluribus argumentis, & rationibus. Primo, quia inspecto initio idem ius censetur, seu videtur censendum etiam tempore messium, non obstante aliqua mutatione statuti, vel temporis quod censeri poterat tempore seminis, sicut dicimus in negotijs alicuius gestis si tempore messium, &c. ff. de nego. gest. l. Pomponius in
3 negotijs. & illa materia de initio. † Ex quibus etiam infertur, quòd quando vno tempore est initiatum, & alio tempore est perfectum, perfectio consideratur secundum tempus initij, & per hoc videtur argumen. in alia quæstio. quæ incipit, cum citatus, & quasi ordinarius, &c. sed hic fructus initiati fuerunt tempore seminis: secundum ergo illud tempus consideretur. & sic tempore conductionis debebit recipere pro se: cum sit tempus conductionis. l. diuortio. §. non solum. ff. solut. matr. adeo quòd bonæ fidei possessor lucratur fructus pro cultura, & cura, vt Institu. de rerum diui. §. si quis à non domino. cum similib. Secundò, quia in obscuris inspicitur quod verisimile est; sic & hic, si congruam pensionem dedit pro vtraque fructuum collectione. ff. de regul. iur. l. in obscuris. extrà, eodem. titul. cap. inspicimus. libro 6. Tertiò, quia ibi quid apparet verisimilius, & maximè eo casu, vbi res valere potest secundum vtrunque intellectū, vt est hic, interpretatio est fienda contra locatorē, & venditorem. ff. de contrahen. emptio. l. Labeo scribit obscuritatem. & l. cum in lege. no. ff. de pact. l. veteribus. & extrà, de regul. iur. cap. contra eum. libro 6. & ibi not. Quartò à simili de eo, quod dicitur, cui relictum est annuum legatum, qui quamuis moriatur in principio anni alicuius, totum fructum illius anni transmittit ad hæredes. ff. de annu. leg. l. à vobis. non obstante, quòd in fi. de anni fructus sit legatus. Quintò quòd ius percipiendi fructus consideretur ex tempore & iure seminandi, vt si tempore seminum potuisset facere suos, ita posset facere tempore messium, quamuis deueniat ad id tempus, in quo si seminaret, non posset facere suos, vt ff. de vsur. l. qui scit fundum. §. penul. Sextò quia si est finita tutela, vel cura, cohęret priori, nec diuisam propriam rationem habet, & iudicatur in eo idem quod in principio, vt no. ff. de admin. tuto. l. tutorem. ibi, sic enim. & ff. de tute. & rat. distra. l. si tutor post pubertatem. sic in quęstione nostra actus colligendi fructus cohęret primo actui seminis: & ideo vnum dici potest, quod probatur pluribus modis. Primò ex ratione suprà proximè facta, vnus actus consideratur ex alio. Secundò, quod vnus non potest esse sine alio, sicut ius percipiendi sine semine, & ideo vnum iudicari potest: sic in patre, & filio, qui vna persona dicuntur. C. de impub. & alijs substit. l. fina. sic etiam interrogatio, & promissio duo actus dicuntur: tamen pro vno reputantur: quia vnum sine alio operari non potest. Septimò, quia ista reputantur vna cura, & cultura. Institu. de rerum diui. §. si qui à non domino. sicut poterat iudicari de tempore seminis, iudicetur de tempore percipiendi. Octauò, quia talis debet iudicari fructuum petceptio per colonum fienda, qualis est præstatio pensionis, si congrua sit fructibus duorum annorum, nam ex præstatione pensionis voluntas contrahentium colligi potest. ff. ad Trebellia. l. quoties. cum similib. & ibi not. & no. etiam in capitul. inspicimus. de regul. iur. libro 6. per Dyn. quòd si voluntas inspicitur in contractibus, vt ff. de verborum obligatio. l. in conuentionalibus. & ff. de contrahen. emptio. l. sed Celsus. in fin. maximè etiam in contractibus bonæ fidei, sicut est in quæstione nostra, veniant ea, de quibus non est actum, nec cogitatum. nam præsumitur cautum de euictione loco rei euictæ. Item ne vsusfructus euincatur. ff. de contrahen. emptio. l. in vendendo. ff. de actio. empti. l. 1. §. fina. cum l. sequen. Nonò arguitur ex eo quod dicitur in cautione damni infec. quia si domus mea, pro qua est cautum mihi ad certum diem de damno infecto, cadat post diem percussa à domo vicina ante diem, quòd non tunc venit in cautione illud damnum. l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. sic in quæstione nostra, cum ius percipiendi consideretur ex loco, & iure seminis, vt suprà dictum est, cum etiam ipsa perceptura cadat in conductionem, sic & ius seminandi.

¶ Decimò, quia in re dubia semper debemus interpretari in benigniorem partem, vt l. semper. ff. de regul. iur. Sed in illo casu quo pensio statuta esset æqualis fructibus duorum annorum, interpretari debemus in benigniorem partem, vt d. l. semper. & l. ea quæ. ff. de regul. iur. ¶ Vndecimò, quia quorum nihil sine captione inuestigari potest, &c. ff. de regul. iur. l. nihil. & C. de inoffic. testamen. l. omnimodo. Vnde cum in quæstione nostra nullum malum sit dicere quòd post tempus conductionis finitæ conductor percipiat fructus, & magis malum sit dicere quòd non percipiat, & locator habeat pensionem æquialentem fructibus duorum annorum, & habeat fructus, dicendum est enim malum. Factis allegationibus pro vtraque parte, singulariter, & per se, non restat, nisi allegare pro vtraque parte simul, & semel pro vtroque videlicet locatore & conductore, quòd debeant fructus percipere pro rata temporis, & oneris pensionis soluendæ, quod probatur pluribus rationibus. Primò arguo assumpto simili de marito, qui sibi, & mulieri diuidit fructus vltimi anni, pro rata temporis quo durauit matrimonium, quo sustinuit onera matrimonij, l. de diuisione. & l. diuortio. ff. solu. mat. Secundò arguo, & sumpto simili de eo, quòd dicitur de seruo fructuario, qui locauit operas suas in plures annos, & stipulatur certam mercedem, quia pro huiusmodi annis quibus durauit vsusfructus, acquirit vsufructuario sequentium annorum & proprietatem. ff. de vsufruct. leg. l. sed & si quis. aliàs. l. si adhuc. §. operas. ¶ Tertiò, quia si in medio anni finiatur vsusfructus, acquiritur vtrique pro rata, inspecto finali exitu. de stip. ser. l. seruus communis Meuij. §. cum seruus. & ibi nota. in d. §. qui operas.

Solutio. Ex quibus omnibus suprà scriptis, & quæ ex alijs legibus dici possunt, saluo & reseruato saniori consilio, dicendum est, quòd aut apparet quòd actum est expressè de prædictis fructibus inter contrahentes, & illud seruari debet quomodocunque apparuerit voluntas. nam voluntatem primò inspicimus, si apparet. ff. de verborum obligatio. l. in conuentionalibus. & de regul. iur. l. semper in stipulationibus. in principio de condi. & demonstra. l. pater Seuerinam. in principio. & §. conditionum. de liber. præte. l. 3. C. de codic. l. 2. in fine. Si verò non apparet, quid actum sit, tunc inspicitur consuetudo regionis, scilicet qualis consuetudo sit in his, qui arant & seminant, & sic finitur tempus locationis ante recollectionem fructuum. d. l. semper in stipulationibus. 2. respon. ff. de fundo instru. l. cum de lanionis. §. alienam. cum similibus. Si verò neutrum appareat, tūc inspicimus quod verisimilius est actū fuisse, quæ verisimilitudo accipitur ex quantitate, & qualitate fructuum, habito respectu ad quantitatem pensionis statutæ, quia ex præstatione pensionis potest colligi de quolibet, & de cuius anni fructuum perceptione fuerit cogitatum, & vsque ad quod tempus. argumen. ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. fin. no. per Dyn. de reg. iur. ca. inspicimus. libro 6. nam eo ipso quòd pensio est statuta æquiualentibus fructibus duorum annorum, videtur tacitè actum quòd vltrà tempus conductionis possit colonus colligere fructus, seu bladum seminatum intrà tēpus conductionis, & hoc probari pt, maximè argumento eius

to eius quod dicitur infrà in octaua, & decima ratione alleg. Potest probari & aliter. Nam videmus in iure, quòd tacitum inter aliàs personas sumitur ex eo quòd sit inter alios. C.de pact.l. legem, ergo multò magis debet præsumi aliquid agi inter ipsos contrahentes secundū quòd verisimile est, sicut & aliàs conuentio dotis datæ pro filia socij præsumitur tacitè actum de reddendo societati dotem recuperatam, & hoc contingit, quia Iurisconsulti sic interpretati sunt, aliàs interpretantur æquitati potius, vt seruetur æqualitas. simile pactum in donatione propter nuptias. C. de donationibus l. fina. §. sin autem donatio. potest probari multis alijs similibus, quæ studiosus inuenire potest, vt not. in l. cum quid. ff. si cer. pet. Præterea idem posset dici si minor pensio constituta fuisset, vt pro rata pensionis æquiualentis propè posset, vt quod iuris est de toto, &c. vt ff. de rei. vend. l. quæ de tota. de condi. sine cau. l. 3. C. de bo. vacan. l. fina. libro 10. hoc etiam probari potest argumento eius, quod dicitur de fructibus dotis, & de locatione operarum facta per seruum fructuarium, vt probatur in tertia parte, ibi, factis allegationibus percipi fructus totius anni: ergo, & hoc fortè posset dici, quia ex terra non percipitur fructus semel, sed sæpius, videlicet bis, vel ter percipiuntur fructus in anno, tunc dici potest, quòd de eo quod venit percipiendum post calendas Martij, & post terminum, vel percepit colonus, vt ff. solut. mat. l. diuortio. §. quod in anno. nam ita est verisimilius. & de expensis quas fecerat, in eo quòd esset vltrà terminum percipiendi, & de eo quod percipiendum est, dic vt suprà proximè dixi. nam imputet sibi qui hoc euenire posse prospicere potuit, & debuit. Item hæc vera dixi si in quæstione ista nō fuissent posita verba illa, ad fructus percipiendos. Sed cum verba illa supposita fuerunt in quæstione; & tempus percipiendi sit limitatum, quia dictum vsque ad calendas Martij. hic non videtur aliqua coniectura facienda, cum in incertis, & non certis locus est coniecturis. ff. de verborum obligatio. l. continuus. §. 2. in fin. & ff. de aur. & arg. lega. l. pediculis. §. argento. cum similib. Et hoc probatur etiam per argumenta in prima parte allegata. Item illa verba, ad fructus percipiendos vsque ad calendas Martij, obtinent vicem cuiusdam taxationis, sicut aliàs, illud quod natum erit. ff. de vino, & triti. lega. l. cum certus. nam limitatur tantùm fructus, qui nascuntur ex eo. Probatur, quia cum dicit, vsque ad calendas Martij, siue includat, siue excludat calendas, limitatum fuit tempus sicut si dixisset tunc, & non amplius. vt ff. de condi. & dem. l. 4. §. fina. Si ergo illa verba, quod natum, apposita non fuissent, tunc non comprehenduntur quandocunque postea nati sunt, & in quæstione illa verba, ad fructus percidiendos, obtinent vicem cuiusdam taxationis intra tempus adiectum, scilicet calendas Martij. & sic coniectura de qua dixi, habet locum quando simpliciter conduxi ad laborandum pro certa pensione, seu mercede, vsque ad calendas Martij, ita quòd de percipiendo, & tempore percipiendi, nihil fuit dictum, vt videatur sic comprehendere fructus percipiendos, & post calendas, ex cōiectura, quam suprà dixi, vt ff. de verborum obligat. l. inter stipulantem. §. sacram. versic. pro quo, & illud, &c. Et sic expressio illorum verborum, ad fructus percipiendos, nocet. sic & illa, quod natum erit, sic & aliàs expressè cum similibus & pro hac parte quòd non possit percipere, facit gloss. ff. de vsufruct. l. defuncta. Sed leges ibi allegatæ videntur innuere contrarium eius quod dicit glo. quia in tex. illius. l. sed licet. distinguendo. §. cum fundum. in princ. dicitur, consultò fructuum sequentis anni, ita quòd de fructibus eiusdem anni qui spectant ad eum colonum, nihil dixit si non apparet quid actum sit, nec consuetudo, nec apparet verisimilis æquialētia pensionis in totum, vel in parte: quia solùm fuit constituta pensio æquialoris ad fructus vnius anni, & tunc potest dici quòd ipse colonus nil percipere possit. Et hoc probatur per illa argumenta posita, & facta suprà in prima parte; & maximè per ea quæ dicuntur in nona allegatione; & facit ad hoc quod dicitur. ff. locat. l. si in lege. §. si colonus. vbi dicitur, quòd si colonus frui prohibetur per dominum, aget tantùm ad interesse quinquennij pro quo facta erat locatio, siue conductio: quia vltrà quinquennium non interest propter temporis limitationem, nec repetit expensas, quas fecisset in colendo, & seminando: nam imputet sibi cum possit, & debuit prospicere hoc euenire posse secundum finem conductionis ante perceptionem fructuum; imo certum erat, vt probatur in l. si quis domo. §. & hic subiungi. in fine. & dixi in dicta noua allegatione, qui neminem sibi obligare voluerit, sed secum potius. ff. ad leg. Aquil. l. si seruus. §. si oliuam. communi diu. l. communi diuidundo. §. si hoc iudicio. vbi tenet identitas rei, quo casu vti posset retentione, quamuis possit dici malæ fidei possessor. ff. de petit. hæred. l. si à patre. §. final. quia nullus casus impedit impensarum factarum in perceptione fructuum repetitionem. ff. familiæ erciscun. l. sciendum. & l. quæ dotis. nec hoc casu potest dici pactum obscurum ratione pensionis, vel fructuum, vel temporis. Nam tempus adiectum limitat quantos fructus percipere debeat. ff. locat. l. si in lege. §. colonus. & ideo non recurrimus ad coniecturas, quia in incertis, &c. vt comprobaui in allegationibus suprà factis. poterat esse obscurum propter pensionem æquiualentem fructibus duorum annorum, & ideo ibi coniecturare possumus, ibi dixi.

¶Disputata fuit hæc quæstio per Bartolum de Saxoferrato egregium legum doctorem Mcccxj. die septimo mensis Ianuarij, in fęlici ciuitate Perusij.

QVAESTIO XXI.

1 *Beneficium excludendi filiam dotatam, quod datur filio, an trahatur ad nepotem.*
2 *Filia dotata si excluditur à Statuto, an excludatur nepos ex ea.*

Quæstio talis est. Statuto cauetur quòd si quis decesserit inte status relictis masculis, filia, seu filiæ, quæ dotatę fuerint in bonis patris amplius non petant. Item alio statuto cauetur quòd verba statuti intelliguntur secundum proprium, & vulgarem intellectum absque subauditione, vel extraneo intellectu. Contigit, quòd quidam decessit relicto ex se, filio masculo præmortuo, nepote, & ex eius filia dotata præmortua, etiam nepote, nunc nepos ex filio solus vult succedere, nepos autem ex filia vult
1 concurrere cum eo. Ex hoc insurgunt duo dubia, † Primum est, an beneficium excludendi filiam dotatam quod datur filio, trahatur ad nepotem. Secundū an, & qua ratione filia dotata excluditur, excludatur, & nepos ex ea. Et primò super primo agumento, quòd nepos filij appellatione, statuto non contineatur. Certum enim est statutum debere intelligi secundum propriam significationem, & maximè quando statutum ponit quid certum. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercito. & l. eum qui. ff. de verborum significat. sed nepos filij appellatione per interpretationem continetur; ergo non ex proprio significatu; ergo beneficio statuti non comprehenditur. ff. de de verborum significat. l. iusta. Secundò eadem l. probatur sic. Hæc lex, iusta. æquiparat ista duo filium continere filiam, & filiam continere nepotem, & per eundem modum comprehendit; sed certè filius non comprehendit filiam, nisi ex interpretatione, vt patet; quia masculinus sexus non comprehendit fœmininum nisi per interpretationem: ergo nec filius nepotem. Tertiò sic; Non potest dici aliquid esse idem cum alio, seu esse illud à quo differt ipse, seu cui ponitur vt species opposita, vt probatur in qualibet iuris dispositione, vt ff. de stat. hom. l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. 1. de rerum diui. l. 1. §. quædam. Instit. de actionibus. §. omnium. & not. in l. 1. ff. de præto. stipu. Sed ita est, quòd filius ad nepotē ponitur, vt species opposita, vt insti. de hæred. quæ ab intesta. §. 1. & §. cum filius, & C. de coll. l. illam. ergo vnum appellatione alterius non continetur. Quartò sic probatur. Si filij appellatio contineret nepotem, per hoc dispositio de filio porrigitur ad nepotem, vt quę de filio dicta essent, & dispositā porrigerentur ad nepotem. Sed ego habeo, & video quod de filio lex disponit, vt sit primus gradus, sed de nepote si in secundo gradu. Consequēs est falsum: ergo & antecedēs. l Iurisconsultus. ff. de gradib. & Insti. de gradib. §. 1. & 2. cū se. Quintò sic, sicut se hnt respectiuè hi duo gradus pater, & auus, sic descendentium filius, & nepos. Et sic probat tex. de hæredita. quæ ab intestato. Instit. §. 1. & 2. & d. l. Iurisconsultus. §. transeamus. & §. secundo gradu. sed nemo diceret patris appellatione contineri auum, ergo nec filij appellatione contineri nepotem. Sextò probatur sic expressè in dispositione legis per iura, quæ filiorū dispositiones nō porrigūt

BIU Cujas

ad nepotem, imo disposita de filijs prohibent porrigi ad nepotes.casus sunt in l.lege Iulia ita cauetur.§.1.ff. de ritu nupt.& C.de colla.l.illam.& Insti.de hær. quæ ab Intest.§. 1.cum si. Septimò probatur sic. Dispositione hominis in qua lex disponit,ꝙ filiorum appellatio non continet nepotem, vt ff. de testa.tut.l. ꝙ si nepotes. & Insti. qui dare tut.possunt.§. fin.Si ergo in lege, & hominis dispositione expressum, & cautum est, disposita de filijs non porrigi ad nepotes, quis locus dubitationi relinquitur, cum tot legum casibus comprobetur?Octauò probatur per dispositionem rationum in contrarium facientium sic. Filiorum appellatione nepotes contineri quidam tenentes, ideo dicunt contineri, quia pari amore similiter est nepos,ideò sub filiæ appellatione, quæ idem est amor, contineatur & nepos hac amoris charitate. Paritate destructa quod est antecedens, remanebit destructum quod est ꝙns,vt nō contineatur,probatur sic. Hæreditates ascendē tium deferuntur descendentibus ex charitate & voto.vnde.l.nam & si.ff.de inoffi. test. & l.scripto.ff. vnde liberi. & de bo.dam.l.fi.in prin.C.de leg. hær.l.emancipatis. & extante filio non admittitur nepos ex eo, vt in auth. de hæ. ab inte.§.1.& §. seq.& C.de legi.hæ.authen.in successione. & de lib.& posth.l. Gallus. per totam.l.Si ergo destruitur consequens, quare non pariter destruitur antecedens, quare non pariter diligunt,nec pari charitate,& voto irrigantur alis,diligant filij: nec ergo filij appellatione nepotescontinentur.Pari ratione probatur,& in qualibet successione ab intestato:hæreditates enim ex tacita voluntate,& affectione morientium deferuntur,l.conficiuntur.ff. de iure codicil.& l.1.§.fi.ff.de legatis.3. secundùm hoc voluntas videtur inspicere secundum plus, & minus successores & secundum ordinem gradus,in auth. defuncto.C. ad Tertullia.in auth.cessante, & in auth.post fratres.C.de legitim.hære.& in auth.de hæred.ab intest.§.1. & §.si verò. & l.Titio & Mæuio. §.2. & l.post emancipationem.§. idē quęsijt.de leg.3.Cum igitur sit filius in primo gradu, nec pariter succedat nepos cum eo, ergo nec par affectio ac dilectio:ergo nec pariter sub filij appellatione coniungū tur. ¶Nonò probatur sic. Consuetudo est altera natura, ergo idem est ius & potestas consuetudinis,& naturæ,vt C.de probationibus.l.actor.& l.1.§. primo.ff.de aqua pluuia arcen.& de liberis & posthu.l.si quis.sed naturalis sensus rei dat nobis proprium intellectum: ergo, & consuetudinarius inerit nepotis appellatione, ergo & proprius; vt d.l.qđ si nepotes.& institu.qui.da.tut.poss.§.fina. ¶Decimò sic,vbi dubitatur de significatione verbi, vel legis, consilium nobis est recurrere ad intellectum nobis ex cō suetudine datum.l.si de interpretatione. & l.nam Imperator.ff.de legi.in fin.& C.de episco. audien.l.si lenones. & C.soluto matrimonio.l. dos à patre. sed vbi dicit lex de principe,quare recurrent ad consuetudinem,& eius intellectum,si non seruauerimus ipsum, vt C.de legibus.l.fin. & l.certi condictio.§.si nummos.ff. si certum petatur. Sic ergo secundùm consuetudinem,& eius intellectum reijciamus nepotem, filiotum appellatione contineri. Vltimò probatur per leges expressas, quæ dicunt significationem rei dari ex communi appellatione,l. Labeo. de supel.leg.l.cum de lanionis.§.asinam. de fun.instru.& statutum dicit ad vulgarem intellectum. Item videtur probari sic.Non videtur verbum prolatum significare, quod veridicè non est agitatum: etiam si verbum videretur prolatum,d.l.Labeo.in fi.l.iam hoc iure. de vulg.& pupilla.de mune.et ho.l.vt gradatim.§. & si lege. & de iniusto test.l. in testamento. sed si communis appellatio in hoc tollit mentem,vt sibi propriam,remanebit verbum inutile, velut sine mente,prolatum, quod ad nepotes non porrigitur.

In contrarium, Quòd hoc beneficiū porrigatur ad nepotes ex filio probatur sic.Primò dicit lex, quòd ex allusione vocabuli datur proprius verbi sensus,l.secunda.§. appellata.ff.si certum petatur.l. Pupillus.§. territorium.ff. de verb. signific. & e.titu.l. tigni appellatione. & C.de episco. & cleri.l.decernimus.& ff.de testamen.l.1. Si ex allusione verbi huius filius continetur,continetur & nepos,cum dicatur filius. à philos,quod est amor, & eadem est amoris causa,ad nepotem, vt ad filium.l. liberorum.§. sed quod Papinianus. de verb.signifi.ergo ex propria verbi interpretatione continet filius nepotem. Igitur & in dicti statuti beneficio continetur,vt authen. de non eligen.secun.nub.§. igitur. de legatis 3.l. vxorem.§. concubinæ. Secundò probatur coniungendo leges. & glo. sic: dicunt iura. Aut tractatur de proprio verbi significatu: & secundum id filius continet nepotem. Si autem communi appellatione, & tunc non continet, & sic concordantur dicta.l. liberorum.§. sed ꝙ Papinianus.& l.si nepotes. supra alleg.& Institu.qui dar.tuto. poss.§. certum si filios. Tertiò sic probatur quòd intellectus,qui habetur ex communi appellatione, est intellectus figuratus, sic probat dicta.l.Labeo.cum sua glos. ff. de supe.legat. Ex hoc sic arguo, sicut se habet figura rei ad rem, sic intellectus figuratus ad proprium, sed figura rei nō est ipsa res figurata,vt C.de iure aure.annu.l. secūda.& de Lati.liber.tol.l.1.in principio & instit.quibus modis toll.obl.§.est autem.& ff.de regulis iuris.l.imaginaria. ergo nec intellectus est ille proprius, qui figurat. Si non proprius: ergo nec in statuto sequendus. Sic ergo patet ad sensum, figuram hominis, licet aliquid representet, non tamen est homo:sic acceptilatio, licet sit imaginaria solutio,non tamen est solutio. Quartò probatur sic.Et si ex huius appellatione, ex communi vsu, & ex communi appellatione datur aliud intelligi,& repręsentatur,non tamen est idem cum eo, ꝙ intelligitur, & representatur ex illo,nec tamen idemque significat,vel per modum significati comprehendat speciem,nec est,nec esse potest.Item dicit lex,quòd vtimur empto, pro vendito, & nunquam sequitur,quòd ex significatione vnius vnum comprehendat aliud.Certè nemo dicit,nec vsus communis facit,nec facere potest, licet vnum repręsentetur ex altero.Sequitur ergo, quòd communis opin. debet intelligere illam, seu representet aliquid:non quòd idem significet ex proprio intellectu:ergo ex tali appellatione no.ar.in statuto. accedit his quòd vltimis voluntatib. probatur, quæ per legem sunt.§.disponat.in auth.de nup.Ecce testator dicit sic:si cui bis legauero, semel tantùm deberi volo. sed per duo geminata legatum detur,vnum tamen intelligi non est ideo,quia duo geminata,vnum tantùm,sed duo, in l.si mihi,& tibi.§.fi.ff.de leg. 1. sic concluditur quòd licet lex, vel testatoris dispositio, vel vulgi consuetudo, vel communis appellatio dent nobis verbum, repręsentare plus vel minus,vel aliter quàm sit eius significatum, non mutat propriam significationem rei, sed figuram quandam facit,& figuratos intellectus. Sextò probatur, & videtur casus in l.2.ff.de vsuf.ea.re.quæ vsu consu.vbi expressè cauetur,quòd cum in rebus quæ vsu consumuntur,non possit adaptari significatio vsusfructus, secundum propriam ipsius naturam,& significationem, non potest senatusc. mihi constituere vsumfructum,secundum propriā significationem vocabuli, sed vocabitur vsusfructus. modò ex hoc sic arguo,consuetudo,& iura scripta parib.passib.ambulant.ff. de legi.l. de quibus. in fi.& insti. de iur. na.§. ex non scripto.sed ius scriptum.i.senatusconsul.non potest,ergo nec consuetudo. Sic ergo inducit impropriam, ergo eius significatio non comprehenditur sub statuto. Septimò sic, dicit lex quòd ea quæ ex consuetudine sunt, non tollunt quod est, vel esse debet.l.fi. de ser. vrb. præd. & l. cum quidam.§. ꝙ dicitur. de acq. hære. Octauò probatur sic.Species oppositæ non sunt, sed lex ponit propriam significationem per se,& ea, quæ est ex tota appellatione illi oppositа,ergo propria significatio cum sit ex propria significatione,non debet dici esse sola,ergo propria in statuto recipiatur,alia reijcitur. Item expressè opponit tex. illa,quæ est ex communi appellatione,tamen species oppositæ non debent dici, & inducere præsumptionem voluntatis,non ex significato violenter inducatur. hoc probatur expræsè in l. cum de lanionis.§. asinam.ff. de fun. instr. Nonò videtur quidam casus hoc probare, & facit plura cōtraria cessare. Certum est quòd maleficium propter allusionem continet malefactorem, sed ex vulgi opinione propter excessum in delicto maius maleficium vocatur. Decimò sic probatur: & si ponamus, quòd statutum loquens de filio non contineat nepotem: tamen beneficium datum filio, an ex eius persona descendat in nepotem, non est statuto dispositum: neque prohibitum: remanet ergo hoc iuri communi, an beneficium datum filio per statutum, transeat in nepotem. Quare hoc omissum probatur sic. Certum est, quòd beneficium datum filio per statutum, transeat in nepotē. Quare hoc omissum probatur sic. Certum est, quòd beneficium, datum filio, priuilegium, & honor transit ad nepotes, vt C. de quæstio.l. milites, & l. diuo Marco.ff. de senatoribus.l. emancipatum.& C.de priui. do.l.vnica. in glo. mag. hoc ergo priuilegium datum filio ex statuto, licet

BIU Cujas

cet ex eo, & eius verbis non transeat ad nepotem, qđ tamen hic transitus non est prohibitus nec permissus, sed est omissus, de iure communi debet concedi. Vndecimò circa idem. nepos, filio sublato de medio locum primi filij incipit tenere, vt insti. de hære. quæ ab intest. defe. §. post mortem. & §. cum filius. & l. Gallus. §. nunc videndum. ff. de lib. & posthu. Sed filius comprehensus in statuto hoc beneficio vtetur, ergo nepos eius loco succedens. Duodecimò probat̃ ex vi subrogationis: sublato. n. filio nepos huius filij loco dr̃ subrogari, vt s̃. probaui. sed subrogatio debet esse eius conditionis, in cuius locum subrogatur. l. 1. §. hæc actio. si quis test. lib. esse ius. l. item veniunt. §. idem rectè. ff. de pet. hære. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. ergo eiusdem status beneficio vtitur. Non obst. prædicta. l. iusta. ff. de verbo. signifi. quæ videtur obstare in duob. vt s̃. dixi, quia dico, ꝙ ibi fit similitudo in comprehendendo; non in modo, saltem per relationem ad genus, vt verbum, semel, positum, propriè, & impropriè sumatur. l. certi condictio. in princip. ff. si certum peta. Cum ergo masculinum comprehendat fœmininum filiæ, & filij nepotes, vt in hoc simili. Item possunt similari, vtrunque ex interpretatione, sicut filius nepotem comprehendit sumendo pro vocabuli aperta significatione, sic filius filiam secundum apertam significationem extensiuam vltrà significationem verbi. Non obstat, quòd non conueniunt specie, quare non gradu. Item quod ponitur ad species, differens, quare est considerare filium prout ex propria significatione communi ad filium, & nepotem, & tunc est genus, & non species apposita ad nepotem, sic intelligitur, & sic allegatur. Et est considerare prout ex communi consideratione comprehendit filium primi gradus, & tunc non conuenit gradui, vel speciei ad nepotem. Nõ obstat: quia non est in eadem causa, quod patet; quia hæreditas ex voto defertur, & non ad filium, & hæc sunt vera filio deducto de medio. Vel dic, ea quæ deferuntur secundum plus, & minus ab eodem significato abusionis, vt l. fina. de fun. instru. & C. de male. & Mathe. l. & si accepta. Institu. de tut. in princip. & de testam. in princip. Vel dic, quod dilectionis causa se habeat pariter ad vtrunque. §. sed quod Papinianus. sed quia cæteris paribus melior est conditio, seu ratio prioris, ne concessum secũdo denegetur primo, ideo deferuntur primo vt l. diem functo. ff. loca. & l. assiduis. §. exceptis. C. qui potior. in pig. nec tamen adimere, sed conferre nepotibus intelligatur propter mutuam successionem, quoniam affertur prioribus non tam vt ex eis, vel eorũ affectione, sed vt per eos posterioribus conferatur. l. 1. & l. via. §. si fundus. de seruit. rusti. præd. & eodem. titu. l. à quocunque. Non obstat. qđ lex, seu hominis appellatio filij comprehendat nepotem, quia illud contingit, aut ex eo, quòd lex expressè restrinxit significationem sumendo velut speciem appositam nepoti, vt hic exprimat, aut ex mente restringendo nos ex appellatione communi, & vulgi. Non obstat aliud statutum, quod dicit ad vulgarem sensum: quia aliud sequitur ex ordine: quia extra significatum eõmunem intellectum reijcit. Primò videtur mihi quòd prima facie videantur quasi idem, diuersa tamen sunt, & communis opin. & intentio, seu voluntas, & communis intellectus, & communis appellatio consistit in voce, & appellatio communis vsus consistit in exercitio. vt l. si seruus plurium. §. fina. ff. de lega. 1. & l. cum vnus. ff. de alimen. & ciba. leg. intentio, & voluntas non vera, vel præsumpta, sed propria significatio non concurrit ex his, in l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. in ver. in qua præsumptione, id est præsumpta voluntate, quæ ex consuetudine tollitur: sic intelligitur illa lex, quòd si nepotes, de test. tut. & iste non idem cum prædictis patet. licet enim proferendo singulare ex communi vsu det nobis intelligere de plurali, non tamen vulgaris intellectus nec communis intellectus vulgaris sic se habet ad plurale, vt sit intellectus verbi, sicut est in empto, & vendito, hoc per verbum prolatum datur ex communi modo verbis sentire de alio: tamen non est vulgaris intellectus, nec vulgo habetur, vt vnum significet aliud, & hoc est quod dicitur, quòd est quidam intellectus figuratus, vt suprà probaui. licet figura det nobis sentire de significato, sic hæc communis appellatio dat nobis intelligere aliud pro alio, id est, verba prolata non per hoc assumunt significationem, vel intellectum vulgariter, vel communem, quod præterea vulgi appellatio fingat, vel faciat aliud velle, loquentem: quæ tamen voluntas abstracta à significato verbi, & intellectu quolibet non adstringit, vt in statuto, & sic probant dictæ leges, hoc probat. l. 4. de lega. 1. dum dicit, immutabilia sunt, & glo. ibi, in verbo, vocabula, dum dicit, vt actum erat inter te, & me de equo, & tamen de mulo sentitur: nec tamen hoc sequitur, vel inducitur intellectus secundum proferentes, nec equus significat mulũ, vt sic fiat intellectus verb. & glo. incontinenti subijcit, vel ita consuetudo, & operando istos duos casus: & ita magis est intentio, seu voluntas loquentis, vel relationem ad personam figuratam, seu figuratę representare per verba, quàm intellectus vulgaris, vel communis verborum, vel datur verbis per relationem ad verba, coniungitur nepos ad auum, per quem ius succedendi coufertur, sed non est hoc ius ī filio, impediẽ te statuto, ergo nec nepotibus. Item dicit lex, quod filia sublata, nepos quasi agnascens incipit locum tenere, vt instit. de exhæ. liber. §. posthumorum. sed si filia non succederet: ergo nec nepos locum filiæ tenere inciperet. Item sic probatur, ea quæ subrogantur loco alterius, sapiunt naturam illius, in cuius locum subrogantur. l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testa. lib. esse iust. fuer. & l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. sed nepos, deducta de medio filia incipit suum locum tenere, vt l. in successione. C. de leg. hære. & C. de collat. l. illam. & in authent. de hæred. ab intestat. §. 1. ergo eiusdem iuris, & loco, cum ergo filia non succederet, ergo nec nepos. Item probatur. vbi ius deberet transire de primo intellectu mediante secundum impedimentum contingẽs in secundo, quòd est in medio impedit transire ad tertium. l. seruitutes. §. publico loco. ff. de seruitutibus. & l. in tradendis vnis ædibus. §. interpositis. ff. commo. præd. & de ser. vr. præd. l. si ædes. sed verum est quòd ius coniunctionis, & per hoc successionis quod debet transire de auo ad nepotem, debet mediante filia transire, secundo, aliàs, ideo, in filia non procedit ius: ergo transitus necessariò ad nepotem consequenter impeditur. Item probari videtur per legem, quæ dicit, quòd iura corrupta in persona filij impediunt ius succedendi transire ad nepotem. l. diui fratres. ff. de iure patrona. & si de feud. controuer. fuer. cap. vnic. §. vasallus. Item cum impedimentum venit à causa efficiente, siue sit effectus in fratre, siue nõ, nec inchoauit, impedit, secus si in facto esset, vt l. patre furioso. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. ĩter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. obliga. & de solu. l. qui res. §. aream. sed hic dotata fuit cũ nupsit secundum casus contingentes ante natiuitatem nepotis, & per hoc impeditur ius succedendi in personam filiæ, licèt ipsa sit causa sufficiens coniunctionis, & iuris succedendi ad nepotem auo, argum. l. si compensandi. C. de hære. institu. sed iure corrupto in personam filiæ, non poterit ad nepotem posteà transire. Item sic quoad sequentes concludendum, nam sunt hæc paria, non extare præcedentes in gradu, vel extare, & non posse succedere, vt in §. sed nostra. Institu. de succes. lib. & ff. de inoffici. testam. l. Papinia. §. quarta. sed extante filia nepos non obtinet ius succedendi, vt de lib. & posthu. l. Gallus, etiam si non posset succedere: eodem modo si extare desijt per argumen. à pari. Item est, si vinco vincentem te, vincam te, vt l. de accessionibus. de diuer. & tempor. præscri. sed nepos ex filio vincit filiam dotatam, & filia nepotem ex ea: ergo nepos ex filio, & filius vincit nepotem ex filia. Item facere videtur mens statuti, quæ voluit ad filium non descendere, vel suos filios successuros, vt secunda pars apud mares, & eorum descendentes sit. Item probatur, corrupto hoc iure in personam medij, remanet corruptum in personam tertij, vt C. si pignus pigno. dat. sit. l. 1. & ff. de pig. l. 2. & de in diem addic. l. 2. §. idem Marcus. & in vsibus feu. si de inuest. feud. fue. contr. sed hic est corruptum ius successionis in personam filiæ, quæ media est: ergo in personam nepotis. In contrarium probatur sic, cui non conueniunt
2 verba legis, nec lex, maximè in statuto † stricti iuris, vt ff. de flumin. l. 1. §. mater autem. de admin. tut. l. ita autem in princip. sed uerba legis, quæ de filia dotata excludenda loquuntur, non conueniunt nepoti, cum ratione sexus fœminei, tum quia ille nepos non est dotata, neque dotatur: ergo uerba legis, & eius dispositio non porrigũtur ad nepotem. Et secundò probatur expressè iure emẽdationis: quòd iura, quæ debent transire in personam nepotis ab auo, corrupto iure in personam filij medij, non tolluntur. ff. de senatusconsul. l. mancipatum. & C. de quæstion. l. diuo Marco. & l. Paulus. §. Paulus. de bonis liberis. Item sic. Impedimentum naturæ potentius est

impedimento accidentis.ff.de adopt.l.2.ff. de lib.& posth. l.Gallus.sed naturali impedimento impeditur filia succedere,qa ea mortua,nō excludit nepos,imò tūc magis vocatur,vt d.§.ita demùm.Instit d.hære.quæ ab inteſt.deferuntur.& l.Gallus.per totam.l.de liber.& posthu.ergo idem,si impedimento iuris ciuilis ſtatuentis. Quartò ſic, non debet idem effectus eſſe cauſa duorum contrariorum, vt l. cum is.§.1.de condic. ind.ſed certum eſt,quòd in ſucceſſione filiæ eſt obſtaculum, ſucceſſio, & remotio à ſuo filio ſeparat viam nepoti: ergo non debet excludere. Quintò ſic probatur. Licèt ius coniunctionis nepotis ad auū cauſetur à media filia: tamen ius ſucceſſionis non procedit à filia: ſed ex naturali affectione, & charitate aui ad nepotem, vt l. 2. & l.nam,& ſi. de inoffic. teſtam. pro filia ſubducta,& dotata non ceſſat etiam charitas,vt d.§.ita demùm,ſed magis augetur, ergo non tollit ſuccedendi ius. hoc autem eſſe verum fortificatur in multis caſib. Pone, quòd ius ſuccedendi eſt hæretico, filij eius ſunt hæretici, non ſuccedunt, nunquid nepotes ſequentes in gradu ſuccedant? Certè ſic, imò,& vlteriores primis excluſis: caſus eſt in l.cognouimus.C.de hære.& Manich.Pone,quòd pater filium exhæredauit, qui cauſam ingratitudinis commiſerat, & decedit filius viuo auo, nunquid nocebit nepoti excluſio filij,& quid de legitima propter ingratitudinem? Certè non: quia venit nepos ad bona aui,ex ſui perſona. Item pone (quòd plus eſt) ſuperuixit nepos auo, & ſi deceſſit filius, non ſit querela ex eius perſona, eſſet tamen ex perſona aui. Probatur in d.l. Gallus. & in l.ſi quis filium. C. de inoffic. teſtamen.Item duæ rationes fortiores ſunt, quàm vna: ſed qualibet ipſarum videtur parare viam ſequentibus, ſcilicet ſi præcedens fuerit de medio ſublata. Item ſi præcedenti fuerit via ſuccedendi præcluſa.l.poſthumus. §. fin.& l.pater.ff.de inoffic.teſta. & l.Papinia.§. quanquàm.eodem.titu. vbi autem concurrunt hæ duæ cauſæ, quòd filia prædeceſſit, & eidem fuit via præcluſa ſuccedendi, ergo nepos veniat. Item ratio excludens filiam, eſt ratio ſecus, & præhabitæ dotis, quæ non porrigitur ad nepotem,nec ex mente, ergo nec ex ratione excluditur.Bart.a Saxoferrato legum doctor.

QVAESTIO XXII.

1 *Pedagium quot modis accipitur.*
2 *Pedagij, vel vectigalis an in contractu debeat fieri remiſſio.*

Quando Ponimus totum pretium vno tempore,& in principio cauſæ ſolutum, tunc dicetur eſſe emptio, & venditio. An autem tunc debeat fieri remiſſio, & quid iuris? Tunc eſt aduertendum, quid ſit illud quod eſt emptum. Et primò videamus de pedagio.& certè pedagium poteſt accipi pro eo,quod ex pedagio percipitur, ſicut dicitur de vectigali. ff. de publi.l.1.§.1. & quod ibi no.vectigal.eſt quod præſtatur, &c.Idem nota
1 C.de vectigal.& commiſſ.l. 1. §. circa. † & ſi iſto modo acciperetur,videretur venditum ipſum corpus nudum, qđ percipitur ex vectigalibus, ſed iſtud videtur falſum eſſe: cum vectigal, ſeu pedagium percipiantur à ciuitate, & tradantur publicano, qui ad hoc ponitur ab ipſo emptore, & ſic quòd percipitur non videtur emptum,cum nunquam fuerit ciuitatis, vt dicam ſtatim in fructibus. Secundò modo poteſt accipi pedagium, vt dicatur emiſſe ipſum ius percipiendi pedagium,quod ipſi ciuitati competit.Tertiò modo poteſt accipi,vt dicatur emiſſe ipſam perceptionem pedagij ſcilicet ipſam commoditatem percipiendi, ſicut vidimus in vſufructu. Aliud eſt enim emere ius vſusfructus,aliud perceptionem fructuum, ſeu commoditatem vtendi iſtud enim eſt facti. ff. de iure dotium. l. ſi vſusfructus.de pericu.& commo.rei venditæ.l. neceſſariò. §,fin.vbi no.& de vſufru.l.arboribus.§.vſufructuarius.& ibi no.quòd vtrum iſtorum ſit emptum,poteſt dubitari.dico, quòd licet non præcedat contractus habilis, & traditio, vt perpetuò ſit penes percipientes,in dubio videtur tranſferri plenum ius, vt ff. de iure dotium.l. dotis fructus. §. fina.cum l.ſequ.& ff.pro dote. l. 1. tamen in caſu propoſito, cum iſta iura non poſſint tranſferri ad tempus, vt ff. de ſeruit. l. 4. intelligo etiam venditam ipſam perceptionem, ſeu percipiendi commoditatem, vt d. l. neceſſariò. in fine. cum gloſſ. de pericu. & commo. rei vendi. in vltima glo.Sic debet intelligi. l.cum in plures.§. penult.ff.locat. Item ſi diceremus venditum ius, per id quod alleg. eſt ſuprà. Cum autem ipſa perceptio, ſeu ipſa commoditas venditur, ſpes, ſeu alea videtur emi. l. ſi iactum retis.ff.de action. empt.aliud eſt enim emere ipſam perceptionem, aliud id quod percipitnr, vt dictis legibus colligitur. Et ſic apparet quòd periculum eſt emptoris, nec debet fieri remiſſio pretij propter guerram, vt in dictis
2 legibus. † Hæc autem intelligo, ſi guerra eſt ſine culpa ciuitatis vendentis, vt puta propter guerram, quæ eſt in Marchia, ex pedagio nihil percipitur, ſed ſi ciuitas ipſa guerram infert alteri, vel alia ſibi,ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè videtur perdi pedagiū culpa ciuitatis,& ſic dēt fieri remiſſio pretij, vt ff.locat.l.ſi mercedes.§. culpæ,& quod ibi nota, & ff.ſolu.matrim.l. penul. in princip. De alijs autem verbis quæ conſueuerunt addi, ſi vendo pedaginm, & fructus qui percipiuntur ex eo, non curo, quia non videntur adiecta cauſa tollendę dubitationis, & idem important quod ipſum pedagium. argum. eorum, quæ ſtatim dicentur. Secundò eſt videndum de eo, quod dicitur, fructus, vſusfructus, redditus, & prouentus, qui percipientur ex prædijs, & hoc eſt aduertendum. Aut enim venduntur percipiendi ab ipſo venditore, & tradendi emptori, & tunc ipſum corpus fructuum videtur uenditum, quia de non perceptis debet fieri remiſio pro rata, quaſi venditio pro illo anno non ſit conuenta, vt dicta. l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio. & l. ſi debiterem. §. veriſimile. cum ſimil. allegat. ſuprà, in ſecunda ratione pro parte affirmatiua. Aut venduntur fructus percipiendi ab ipſo emptore, & ſic ad ipſum pertinet cultura, & cura, & tunc ipſum ius vſusfructus videtur venditum, ſiue apponantur dicta nomina, ſiue alterum tantùm non curo, quantùm ad propoſitum, vt ff.de vſufruct.l.ſi quis ita legauerit. & ibi gloſſ. facit iſtā diſtinctionem & ff. vſufruct. quemadmodum ca. l. idem eſt. & ibi not. & iſto caſu periculum eſt emptoris à die celebrati contractus, ſeu emptionis, ſicut in eo,qui emit proprietatem.l.neceſſario.§.fi.de peric. & comm. rei vendit. Prædicta vera, quando ciuitas vendens erat domina illorum prædiorum: ſi haberet tantùm vſumfructum, tunc videtur vendidiſſe ſolā perceptionem fructuum: tamen idem uidetur. dicta.l. neceſſariò. §. fina. & quod ibi nota. Super quarto, quando uenduntur fructus percipiendi ex ædificijs, & molendinis ſecundum verba.Dico vſumfructum venditum eſſe per eandem viam: quæ ſupradicta in prædijs, tamen in effectu videntur eſſe diuerſa.Nā ſi quidem molendina, & ædificia ſunt deſtructa quòd deſinant totaliter eſſe, tunc vſusfructus extinctus eſt. l. repeti.§.rei mutatione. ff. quibus modis vſusfruct. amit. l. ſi cui inſulæ. & Inſtitut, eodem. §. penulti. & ſi reficerentur eadem ædificia, nec reſtauraretur vſusfructus. ff. de vſufructu.l. qui vſufruct. in princip. de verborum obligat. inter ſtipulantem. §. ſacram. in fin. & ideo hic de reſtauratione non eſt tractandum, dico quòd periculum eſt emptoris, ſicut ſi emeretur proprietas.l. neceſſariò. §. finali. de peric. & comm. rei vendit. de vſufruct. l. ſi vſufructuarius. §. final. Si verò aliqua pars ædificiorum remaneret, tunc vſusfructus integer remaneret, d. l. ſi cui inſulæ. de vſufructu. & ideo eſt videndum ad quem pertineat refectio, cum requirat magnam impenſam. & videtur quòd dominus proprietatis nō cogatur reficere, vt l.hactenus. de vſufructu.& l.ſi cum vſufruct.in fine. imò videtur quòd ad ipſum fructuarium talis impenſa pertineat: licet poſtea à domino repetat, vt nota. in gloſ. in l. damni infecti. §. ei cuius. de damno. infecto. Econtrà quòd dominus cogatur reficere, aliàs teneatur ad intereſſe, vt l.ex conducto.in principio. ff. locat. & l.cum in plures. in principio.eodem titulo.

Solutio. Dico quòd cum iſte ſit uſufructuarius, omnem rei curam ſuſcepiſſe uidetur. l. 1. in fine. & l. ſequent. ff. uſufructu. quemadmodum caue.& in hoc uidetur quoad proprietatem conſtitutus procurator in rem ſuam.l.1. in fin. & l. ſequen. ff. de operis. nou. nunciat. ubi uidetur tex. & gloſ. Ex hoc coneludo, quòd ipſā cura, & ſollicitudo refectionis indiſtinctè pertineat ad uſufructuarium.ut l.inter uſufructuarium. ff. de damn. infect. vbi eſt caſus. Vndè ſi vſusfructuarius vult agere contra dominum proprietatis pro eccleſia reficienda, ne fortè pro illa pecunia habenda cogatur vendere res ſuas, poteſt, vt ff. mandat. l. ſi verō non remunerandi.§.finali.& l. ſi mandato meo. in princip. cum habeat ad hoc mandatum, vt ſuprà probatum eſt.non enim facile

BIU Cujas

facile est soluere, & postea recipere. vt l. si dubitet in prin. ff. de fideiusso. & l. stipulatus. in prin. eod. titu. de compe. l. 1. & 2. Si verò vellet fructuarius suam pecuniam posset, ne: posset à domino prohiberi. l. hactenus. §. Neratius. ff. de vsufruct. & quod ibi no, & no. in l. si cuius. §. idem quæritur. eodem. tit. Sed qua actio. glo. vt actio. negotiorum gestorum. & no. in d. l. si cuius. & in d. l. damni infecti stipulatio competit. §. ei cuius. de damn. infect. Verius puto, q repetat actione mandati, cum videatur mandatum, vt dictum est, vel in factum, non enim potest agi actione negotiorum gestorum, cum hoc faciat ex necessitate. vt ff. familiæ erciscundæ. l. hæredes. §. si vnus. Commune enim negotium magis, quam alterius gessit: probatur expressius in l. prætor. §. generaliter. de bonis autho. iudi. poss. Non obstat quod dicitur, fructuarium non posse cogi reficere, d. l. hactenus. quia verum, est si vult emere vsumfructum, vt d. l. cum fructuarius; nam vsufructuarius aliàs bene cogitur, vt d. l. inter fructuarium. de damn. infect. Non obstat quod dicitur in d. l. damni. §. ei cuius; quia verum est, quòd talis expensa ad eum pertinet, ita cum possit petere alia actione, & isto modo sibi soluere, cessat cautio damni infecti, quæ est subsidiaria. Non obsta, tquod dicitur dominum non teneri, quod verum est, si vult cauere, aliàs, iure dominij priuatur, vt ff. de damn. infect. l. quamuis. in fine. & l. si proprietarius. Hoc præmisso, in quæstione proposita, an debeat fieri remissio pretij, dico quòd non. quia casus fortuitus non debet imputari domino, vt suprà probatum est. nec etiam culpa refectionis non factæ non pertinet ad fructuarium, vt dixi, sed posset fructuarius petere interesse ratione quantitatis sibi non solutæ. vt dictum est. Deo gratias. Bar. de Saxoferrato.

FINIS.

Expliciunt disputationes domini Bartoli à Saxoferrato excellentissimi legum interpretis: & sunt numero xxij. vt suprà patet.

BIU Cujas

TRACTATVS BARTOLI A SAXOFERRATO.

Cum adnotationibus Iuris Vtriusque Doctoris D. Thomæ Diplouatatij, Bernardini Landriani, & aliorum eruditorum.

Et primò super Constitutione Extrauaganti, Ad reprimendum.

Quomodo in crimine læsæ maiestatis procedatur.

a ¶*Henricus* [a] *septimus diuina fauente gratia Romanorum Imperator, semper Augustus.*



AD reprimendum multorum facinora, qui ruptis totius debitæ fidelitatis habenis, aduersus Romanum Imperium, in cuius tranquillitate totius orbis regularitas requiescit, hostili aïo armati conantur nedũ humana, verùm etiam diuina præcepta, quib. iubetur qđ omnis anima Romanorum Principi sit subiecta, sceleratissimis facinorib.& assiduis rebellionibus demoliri, ne ex eorum absentia, in detestando læsæ maiestatis crimine processus, & sententia retardentur, & tanti sceleris nefanda temeritas remaneat impunita hac edictali, Deo propitio, perpetuò valitura lege sancimus, vt in quocunque læsæ maiestatis crimine, & maximè vbi contra Romanorum Imperatores, vel Reges aliquid, qđ dictum crimen tangat, asseratur commissum, possit procedi per accusationem, inquisitionem, seu denunciationem, summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, prout illi, qui iurisdictioni prẽest, videbitur expedire. Ad hoc, si qua communitas, corpus, vel collegium, vel alia quæuis persona, cuiuscunque status, dignitatis, vel conditionis existat, super dicto crimine per nuncium, vel per literas, seu etiam per edictum publicè propositum, citata, vel citatum, neglexerit in termino personaliter vel ltĩnè ꝑparere, ꝯ ipsã, vel ipsum, perinde, ac si p̃sentialiter omnibus interesset, vel lis foret legitimè cõtestata, tam ad receptionẽ testiũ, & eorum publicationẽ, & sequentia, quàm ad diffinitiuam sententiam, & eius exe cutionem procedatur, legibus, & consuetudinibus non obstantibus quibuscunque. Hanc autem generalem legem nostram extendi iubemus ad præterita, præsentia, & futura, q̃ legem ex nũc absq; alterius tp̃is expectatione transcursus suũ integrũ vigorem decernimus obtinere.

Rubrica ista est magistraliter posita causa commodioris allegationis. Et aduertendũ est, quòd liber Authenticorum diuisus est in nouem collationes; posteà superuenit liber Feudorum, quem decimam collationem vocamus; posteà superuenerunt istæ constitutiones, quas vndecimam collationem appello,
b ipsasque glossare volui ego Barto. [b] à Saxoferrato ciuis Perusinus, vt multa vtilia, quæ in eis sunt omnibus innotescerent, & etiam ad laudem diuinæ recordationis domini Henrici Imperatoris, ipsarum constitutionum authoris, aui Illustrissimi domini d. Caroli 4. Imperatoris, nunc regnantis, cui debito fidelitatis adstringor, quia me suorum consiliariorum, & domesticorum numero aggre-
c gauit, & me, meosque posteros, quos legum doctores [c] esse contingeret, legitimationis, & concessionis veniæ ætatis, alijsque priuilegijs, & gratijs decorauit. In nomine igitur Dei omnipotentis, ad laudem, & reuerentiam prætati domini Imperatoris q̃ suique aui, & studentium vtilitatem, & glossaui eas ordine infrascriptò, supponens quicquid per me dicetur correctioni cuiuslibet, melius veritatem sentientis: & quia tex. est breuis, nullus me de glossarum longitudine inculpet; sunt enim multæ glo. ex quibus hæc collatio multùm vtilis redditur.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶Henricus. De ista constit. Henrici Imperatoris facit mentionem Barto. in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. in versi. sed primò quæro. & in l. lege Cornelia. §. fi. in fi. ff. de sic. & in l. j. §. præsides. ff. de requi. reis. dicit tamen do. Ioan. Ign. doctor Aurelianen. in sua disput. an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem. in 16. spãli crimi nis læsæ maie. ꝙ ista extrauagans Henrici Imperatoris, & alia inferior, qui sint rebelles, fuerunt latæ contra Robertum Siciliæ regem, & fuerunt reuocatæ per Cle mentem v. vt plenè habetur in cle. pastoralis. de sententia, & re iud. cuius reuocatio sumpta est ex aliæ declaratione Inn. 4. & totius concilij, in concilio Lugdu. vt est expressum in c. ad apostolicæ. de sent. & re iud. lib. 6.

b ¶Ego Bar. Dicit Bar. Vero. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fug. ꝙ Imperatores dederunt ptãtem Bar. vt glossaret istas extrauagan. & sic ipse glossauit de volunta te ipsorum, vt ibi per ipsum. de quibus glo. dicit do minus Io. bap. Seue. in suo tracta tu de modo studendi. in versi. vidistis vsque nunc, quòd dicta Bar. super istis extrauagan. putat esse maioris authoritatis aliquibus alijs dictis eiusdem; quia magis digestè edidit, vt tanquàm glo. & dicit dominus Io. Ign. in sua dispu. an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem, in 16. speciali criminis lęsæ maiest. ꝙ glo. Barto. hic sunt meliores tex. Adde quòd do. Franc. de Alberg. Are. præstantissimus Iurisf. fecit additionem ad dicta Barto. hic secundum do. Ioan. bap. Seue. in l. omnes populi ff. de iusti. & iur. & similiter do. And. Sic. fecit addi. prout refert do. Fel. in cap. Rodulphus. de rescrip. Quas additiones ego non vidi, tamen pro viribus conabor aliqua addere.

c ¶Quos legum doctores. Vide Bar. in l. Gallus. §. forsitan. ver. quæro iuxta prædicta. ff. de liber. & posthu.

1 *Delinquentium multitudo non fuit causa finalis huius legis condendæ.*
Ablatui absoluti inducunt dispositionem.
2 *Fidelitas est triplex, vna quæ debetur proximo, alia patri, alia domino.*
3 *Filius tenetur defendere patrem verbo, & opere, sed facto non.*
4 *Vassallus tenetur defendere dominum verbo, & facto.*
5 *Princeps est Deus in terris.*
6 *Fidelitas habet duas habenas, vnam in faciendo, quæ quis debet, aliã in non fa ciendo, quæ non debet.*
In his duabus habenis corpus vtriusque iuris fundatum est.
7 *Causæ finalis huius constitutionis fuerunt tyrannides, & differentię in Imperio existentes.*
8 *Imperator de iure est dominus totius orbis, licèt de facto ei non obediatur.*
Imperator dicitur dominus mundi vniuersalis.
9 *Imperium Romanum aduenìente Christo incepit esse Christi, & apud Christum, & eius vicarium est.*
10 *Rectè dicitur, omnia sunt Imperij Romani, referendo ad personam Christi, secus si referamus ad personam Imperatoris secularis.*
11 *Ecclesia approbat Imperium Romanum.*
12 *Causa impulsiua, apposita in lege, ceßante, non cessat lex.*
13 *Causa impulsiua, si in lege vniuersali, vel municipali apponitur, non potest opponi, ꝙ ista sit falsa.*
Causa finalis dicitur in Principe rescribente particulariter, & respicit vnicum factum.
14 *Modus appellatur, quando continet onus explicandum ab eo, ad quem refertur.*
15 *Causæ finales, si in lege sint plures, an requiratur, quòd omnes concurrant.*
16 *Extrauag. ad reprimen. etiam ex identitate rationis non extenditur ad alium.*
17 *Ratio legis diuersimodè colligitur.*
18 *Significationi propriæ verborum standum est, vbi in lege nõ apparet ratio.*
19 *Lex edictalis dicitur lex generalis, & sic hæc lex, est generalis.*
20 *Dictio, maximè, quando ponatur implicatiuè, & quando aliter.*
21 *Imperator ante coronationem potest administrare, priuilegia dare, condemnationes facere, & concessiones aliorum Imperatorum tollere, & reuocare.*

BIU Cujas

Bartolus fuit delegatus pro communi Perusij ad Carolum quartũ.

22 *Hæc dispositio habet locum, nedum in committente, sed in mandante, consulente, persuadente, auxilium, & operam dante, & in consulente ad euadendum.*

23 *Processus in causis summarijs non vitiatur, licet non seruetur ordo. Infames serui, & mulieres in crimine læsæ maiestatis accusant.*

24 *Accusatio est nomen iuris, sicut actio, & est ius persequendi vindictam publicam.*

25 *Ius, ex quo sumitur vindicta, est duplex scilicet accusatio, & officium iudicis.*

26 *Accusatio etiam pro libello accusatorio accipitur.*

27 *Accusatio in casu huius legis requiritur, quòd sit aptè formata, aliàs sequitur abolitio.*

28 *Quatuor regulæ, vigore quarum de iure communi proceditur per inquisitionem.*

29 *Læsæ maiestatis in crimine de iure communi proceditur per inquisitionem, etiam fama non præcedente: & est speciale.*

30 *Solemnia inquisitionis si non præcedunt, valet tamen inquisitio, si non opponatur.*

31 *Inquisitio sub eadem forma fit, qua fit accusatio ratione loci, & temporis.*

32 *Accusatio debet in scriptis porrigi, & in actis redigi.*

33 *Dies in inquisitione si non appareat, processus non vitiatur.*

Ad reprimendum. Primò ponit cãm legis condendæ. Secundò, statutum generale in ordine procedendi in crimine læsæ maie. Tertiò, statutum speciale in modo procedendi contra contumaces. Quartò ponit clausulam derogatoriam. Quintò declarat, ad quos casus extendatur. Sextò à quo tempore sumat vigorem.

Multorum. Scilicet cum multis grassantib. iudici à legibus antiquis concedatur arbitrium, vt possit pœnas augere, * vt ff. de pœnis. l. aut facta. §. fi. & no. ff. de insa. l. quid ergo. §. pœna grauior. ideo hoc casu hęc lex necessaria non videtur. Sol. Antiqua iura dabant arbitrium iudici imponendi pœnam malorum maleficio liquidato: hic de nouo statuit circa mo-
1 dum liquidandi, dans potestatem, † & hæc scilicet multitudo delinquentium est causa finalis legis condendæ, vt infrà dicam.

a **Ruptis.** [a] Determinat verbum, conantur, qđ est, infrà nec resoluitur in conditionem, qa determinat verbum præsentis, vel præteriti temporis: secus si esset verbum futuri temporis, vel respiceret futurũ tempus, vt l. à testatore. ff. de condi. & demon. & de vsur. l. cuiũctis. quod tractaui. ff. de condi. & dem. l. i.

Debitæ. Iure diuino, & humano, vt infrà dicetur.

2 b **Fidelitatis.** Quædam † est fidelitas, [b] quæ debetur proximo, scilicet non offendere eum, nec insidiari. ff. de iust. & iur. l. vt vim. non autem tenetur eum defendere, vt not. ff. de regu. iur. l. culpa
3 caret. Alia † est fidelitas, quæ debetur patri, quem quis ẽt tenetur defendere verbo, & opere, & debet patri indicare, quæ cognoscat contrà eum, vt ff. ad l. Pompe. de parr. l. i. in fi. & l. seq. debet etiam reuerentiam, vt ff. de obseq.
c à lib. & libert. parent. l. i. §. i. Non autem reperio, [c] qđ quis teneatur patrem defendere facto scilicet opponendo se,
4 vel simili modo. Tertia est fidelitas maior, qua † quis tenetur domino suo, quem non solùm tenetur non offendere, sed indicare verbo, & defendere facto, vt in vsi. feud. de for. fideli. cap. i. de no. for. fid. cap. i. Ita debet quisque Principem non offendere, & si sciuerit, indicare. qđ patet; quia consecij tantùm tenentur, vt. C. ad le. Iuliam maiest. l. quisquis. in fi. tenetur etiam defendere eum, ff. de re mil. l. omne delictum. §. fin. verè ergo hic dicitur, totius,
5 quia tota fidelitas debetur Principi. Est †. n. Deus in terris. C. de sacrosan. eccl. l. iubemus nullã nauem. & ibi no. & de Deo scriptum est, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mẽte tua, & ex omnib. vrib. tuis.

Habenis Sicut enim per habenas equus rectè ducitur, ita per fidelitatem homo duci
6 tur subditus domino, quæ fidelitas † habet duas habenas scilicet in faciendo, quæ fieri debent, & non faciendo, quæ fieri non debent, vt modo dixi: quæ duo præcepta sunt duæ habenæ, per quas homo subditus ita ducitur, sicut equus, & alia animalia ducuntur per habenas, & ita per ista duo præcepta homo ducitur, & pacificus fit, sicut equus per habenas quas timet, & fuerunt hæc duo præcepta facta primis duob. parentib. super quib. pendent leges, & prophetæ, & super quib. totum vtriusque iuris corpus fundatũ est, vt no. ff. de iust. & iu. l. i. & ideò dixit, habenis.

In cuius tranquillitate. Hoc patet nam cum Imperium fuit in statu, & in tranquillitate, totus mundus fuit in pace, & tranquillitate, vt tẽpore Octauiani au-
7 gusti: & cum Imperium † fuit prostratum, insurrexerunt diræ tyrannides, & hæc fuit huius opusculi causa finalis.

d **Totius orbis.** [d] Contrà: quia maior pars mũdi non obedit Principi. Sol. Il-
8 lud de facto, † sed de iure secus. Simile habemus de Daniele 2. cap. vbi de Nabuchodonosor Rege, qui tunc erat vniuersalis Imperator, sic ait, Tu rex regum es, & Deus cœli regnum, fortitudinem, gloriam, & Imperium dedit tibi, & omnia, in quibus habitarent filij hominum, & bestiæ agri, volucres quoque cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit. quòd intelligendum est de iure, quia de facto non obedierunt sibi omnia, vt legitur in chronicis, vt in d. capit. 2. per glo. Item contrà, quia in terris ecclesiæ nullam habet iurisdictionem, vt in capit. pastoralis. extrà, de re iudica. in clem. Solu. Ecclesia habet ex donatione Principis, etiam eius, qui hanc legẽ condidit, vt in cap. i. extrà, de iureiur. in cle. Vnde ipse Princeps habere vĩ, vt l. i. §. omnia enim. C. de vet. iur. enucleã, vel licet alicuius particulæ, dominium non sit suum, tñ verum est qđ hic dr̃. Sicut dicitur dominus gregis, etiam si vnum pecus non sit suum, vt ff. de rei ven. l. 2. & 3. Et per hoc patet ꝙ Imperator rectè dr̃ dominus mundi. s. vtis, licet singulares sint domini prędiorum suorum. Vnde à possessoribus ipse posset vendicare mundum, vt l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. & ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. deprecatio. nec est opus, qđ dicamus, qđ omnia sint sua quo ad protectionem, &c. vt no. in i. consti. Digestorum in prin. quia imo omnia sunt ipsius, si vniuersaliter consideretur. Vel tertiò inhærendo opinioni sanctæ
e matris ecclesiæ, Primò fuit Imperium Babylonis. Secundò fuit Imperium Persarum, & Medorum. Tertiò fuit Imperium Græcorum. Quarto fuit Imperium Romanorum.
9 Vltimò adueniente Christo, † istud Romanorum Imperium incepit esse Christi Imperium, & ideo apud Chri-
f sti vicarium est vterque gladius, [f] scilicet spiritualis, & temporalis. Christus enim est lapis abscissus sine manib. cuius regnum non diuidipabitur, de quo prophetauit Daniel in d. cap. 2. vbi hæc omnia Imperia describuntur expressè. Dic ergo, quòd ante Christum Imperium Romanorum dependebat ab eo solo, & Imperator rectè dicebatur, quòd dominus mũdi esset, & quod omnia sua sunt. Post Christum verò Imperium est apud Christum, & eius vicarium, & transfertur per Papam in principem secula-
g rem, [g] vt extrà. de ele. capit. venerabilem. Vnde si dici-
10 mus, † omnia sunt Imperij Romani, qui a nunc est Christi, verum est, si teferamas ad personam Christi. Si verò referamus ad personã Imperatoris secularis, non propriè dicitur, quòd omnia sunt sua, vel sub sua iurisdictione, quia non sunt terræ ecclesiæ. Illas enim sibi reseruat Papa, in quo principaliter est imperium. In hac ergo cõstitutione si se retulit ad imperiũ, vel si se retulit ad personã suam

locutus

ADDITIONES.

* Augere. Dic ex causa iudex potest augere. & minuere pœnam statuti, etiam si iurauit seruare statuta, secundum Ro. consi. 279.

a Th. D. ¶Ruptis. Ablatiui absoluti prolati ab habente disponẽdi potestatem, dispositionem inducunt Ro. consi. 32. Et quando faciant conditionem, Cald. consi. i. de verbor. sign.

Ber. Lan. ¶Vide quæ scripsi post Bar. in l. à testatore. in prin. ff. de cond. & dem.

b Ber. Lan. ¶Fidelitas. Vide Pet. de Anc. consi. 378.

c Th. D. ¶Non autem reperio. Vide Ias. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & vide Bar. & ibi apost. Alex. & meam, in l. vtrùm. ff. ad leg. Corn. de sica.

d ¶Totius orbis. Vide Alex. in l. sed si pars. in prin. ff. de rei vend. & in l. i. §. præsides. ff. de requi. reis. in Addi. Bar. in versi. non potest. & vide dominum Ioannem Igneũ in sua disputatione, an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem. in i. col. & do. Ant. Corse. in suo trac. de potestate Regia, in 104. q. & vide Fel. in c. cum non liceat. de præscr. Ber. Lan. ¶Qualiter Imperator sit dominus totius mundi, & ꝙ sit secundus. Sol. vide Bal. consi. 278.

e ¶Primò fuit Imperium. Vide Balin consi. 274. in 3. vol. & Marti. Laud. in suo trac. de Principibus. in §. 46.

f ¶Vterque gladius. Vide Iac. Aluarot. in c. i. in versi. 4. quòd imperium, quis dicatur dux, vel Marchio, in vsib. feud.

g ¶In principem secularem. Vide Iac. Aluarot. in c. i. in versi. an Imperium, quis dicatur Dux uel Marchio. in usib. feud. & do. meum, & præceptorem in iure canonico, do. Ant. Corse. in suo trac. de potestate regia, in quæst. 104. & Fely. in cap. cum non liceat. de præscrip.

BIU Cujas

locutus est cautè; non.n. dicit, qđ totius orbis iurisdictio sit sua, sed qđ totius orbis regularitas in eo requiescat. Nã & terras ecclesiæ ipse habet certo modo regulare. s. defendendo eas, & seruando in deuotione ecclesię, vt iurauit in d.ca. 1. extrà, de iureiu. in cle. Et hoc pro nunc transitoriè dico, quoniam opus per se requirerent, quæ dico; quare sic credo tenere ecclesiam, sic credo Imperatorem sentire, & si malè hoc, vel aliud intelligem, sum paratus me corrigere.

Hostili animo. Id est, animo nil debentis subiectionis, & reuerẽtiæ, secundum Hugo.

Subiecta. Ad Romanos 13. c. sed ibi non dicit, Romanorum Principi, sed potestatibus. Sed de isto intelligendum est, sub quo Christus vo-
11 luit nasci, & crucifigi. † Hoc imperiũ eccla approbat, &c.

Facinoribus. Id est, conspirationibns, in malam partem, vt no. ff. de pub. l. quantæ. & facit. C. ad legem Iuliam maiest. l. quisquis. in principio.

Rebellionibus. Quid sit, dicetur infra proximè, &c.

Ne ex eorum absentia. Hucusque posuit causam impulsiuam. i. vnam cãm finalem, seu rationem legis condendæ, nũc ponit aliam, hoc modo. Primò narrat qũo
12 tempore factæ legis multi conabãtur ꝫ Imperatorẽ, & † hæc fuit causa impulsiua legis, non finalis, qđ patet: quia cum lex ista sit vniuersalis, & perpetua, cum & futura facta respicit illa facta præsentia, vel præterita non sunt eius cã finalis: tendit.n. ad alium finem; sic. ff. de posthu. l. 1. §. sexũ. & in auth. de non ali. in prin. & in omnib. legib. relatis ad singulas personas, quæ tamen vniuersaliter intelliguntur, vt in prima constitutione. C. in fi. ff. de legi. l. iura non in singulas. & ideo si ista causa cessaret, quia non essent multi, sed pauci sic delinquẽtes, nõ cessarẽt leges. vt ĩ d. §. sexũ. patet ex hac lege, quæ loquitur etiam, quando ꝫ vnum ꝑceditur, & quocunque casu super crimine læsę maie. & sic
13 si in aliqua † lege vniuersali, vel communi, vel municipali poneretur aliqua causa impulsiua, * non posset opponi, quòd illa cã non sit vera, quia non nocet, vt C. dę fal. cau. adie. leg. l. 1. & de cõd. & dem. l. cũ tale. §. falsam, & patet ex prædictis. secus si Princeps aliquis particulariter rescriberet: quia tunc factum vnicum, super quo scribitur, posset esse causa finalis rescripti. C. si cõtra ius, vel vtilita. pub. l. præscriptione. & de diuer. rescrip. per totum. Item si ciuitas, vel ordo decurionum aliquid specialiter ordinaret super quodam facto non vero: esset enim decretum ambitiosum, vt ff. de decre. ab ord. fac. l. ambitiosa. Posuit enim vnam causam finalem Imperator, seu rationem legis condendæ, dum dicit, ad reprimendum multorum facinora. Ista enim nota vniuersalis, præsentia, & futura respicit: & est finis, ad quem tendit Imperator. Et hoc apparet ex na-
a tura gerundij, [a] quæ est, vt cum ponitur in accusatiuo significat causam finalem. ff. de dolo. l. 1. §. 1. in diffinitione doli, & de tute. l. 1. in diffinitione tutelæ. ff. ad exhi. l. 3. §. 1. licet quandoque significet modum. l. quib. diebus. §. fi. ff. de condi. & demon. Sed certè ille modus non est causa finalis
14 ibi, sed modus † appellatur, quando continetur onus explicandum ab eo, ad quem refertur, vt ibi dixi. Idem si ponat in casu genitiuo cũ hac dictione cã, vel cũ hac dictiõe aĩo, vt ff. ad l. Cor. de sica. l. 1. ĩ prin. & in §. 1. & 2. & C. eo. l. is, q cũ telo. Nũc aũt Imperator ponit duas aliàs causas finales scilicet ne processus, vel sententia retardetur. Item ne
15 talia maleficia remaneant impunita: Sed cũ † in lege sint
b plures causæ finales, an requiratur, qđ oẽs concurrant? [b] gl. extrà, de rescrip. c. 2. dicit, Aut quælibet causa per se est sufficiens ad producendum effectum, & sufficeret vna, & tunc coniuncta ponitur pro disiuncta. l. sæpè. ff. de verbor. sig. Aliquando requiritur concursus omnium. verum est, quando in lege ponũtur plures causæ, hoc est, plura facta, ex quibus debet sequi iuris effectus: tunc enim de facili cognoscitur, an quodlibet factum de per se sit sufficiens ad productionem effectus iuris, cum ius certum sit, l. 2. ff. de iu. & fac. ign. sed quandocunque in lege ponunt plures causæ, & plures finales effectus, qui ex lege sequi sperantur, tunc an omnes requiruntur, est dubium. Sed dic, ꝙ quãdo illi effectus sunt separati, & distincti, sufficit alteram ex illis causis adesse, vt Instit. de nup. §. affinitatis. & no. ff. de his qui not. infa. l. liberorum. §. 1. de priuil. cred. l. si ventri. §. in bonis. sed si illæ plures causæ, & plures effectus tendunt ad idem, tunc si vna cã ponitur, vt ratio: alia, vt rõ rationis: vel vna ponitur tanquàm maior propositio, altera, vt minor, ad probandum idem, tunc vtraque requiritur. ff. sol. mat. l. 1. de peti. hær. l. sed, & si lege. §. item si rem. Et hoc apparet hic. nam prima ratio, seu causa finalis est maior propositio: aliæ duæ, quælibet per se facit minorem, hoc modo dicit Imperator. Nos intendimus ad reprimendum multorum facinora, &c. sed ista reprimentur, si sententię, & processus non retardentur, ideò statuit, quòd procedi possit contra absentes. Alio modo coniungitur cum secunda, & tertia causa coniungitur cum prima, sic, Intendimus ad reprimendum talia facinora; sed ista reprimentur, si non remanebunt impunita, ideò statuit, qđ possit procedi summariè, & de plano, vt ei videbitur, & sic faciliùs veritatem inueniet. Prima ergo causa generalis est, & respicit vnum effectum, cum qualibet aliarum, aliæ respiciunt separatos effectus, vna, ne retardetur, alia, ne punitio extinguatur, & habet locum, siue procedatur
c contra absentem, siue contra præsentem, [c] vt infrà pate-
16 bit. Non † tamen extenditur hæc lex ad alium casum ex identitate rationis, quia contra ius, commune est, l. quòd contra. ff. de legi. vnde non tollitur, nisi quatenus exprimitur, vt C. de app. l. præcipimus. in fin. Regulariter enim omnis causa requirit plenam cognitionem. C. de iudi. l. iudices, & regulariter in causis capitalibus non potest
17 absens condemnari. Colligitur † autem ratio legis diuersimodè. Nam quædam sunt leges declaratiuæ; & ratio illarum, est regula iuris præcedentis, vt patet ferè per omnes leges iurisconsultorum, maximè in d. §. item si rem. & ff. de verborum obligat. l. stipulatio ista. §. alteri. & quasi per omnes, & illa propriè dicitur ratio. Quædam
d sunt merè [d] positiuæ; quia ad illud nulla ratio iuris antiqui vrgebat: & tunc ratio ex ipsa lege sumitur, vel eius præfatione, si in ipsa exprimatur, vt hic. & ff. de hęre. insti. l. fin. ad Mace. l. 1. & ista proprius appellatur causa finalis, quàm ratio legis. l. cum pater. §. dulcissimis. de leg. 2. & de condi. & demon. l. illis libertis, & de iure patr. l. adigere. §. quàmuis. Finalis ergo intentio legis est ratio, qua cessan-
18 te cessat lex, vt dictis legibus. vbi vero † ratiò non appareret, debemus proprię significationi verborum stare. ff. de exer. l. 1. §. si is, qui nauem. cum simi.

Retardentur. Sic. C. de pœn. l. cum reis. & l. ne diu. & ibi per doc.

Et tanti. Subaudi ne, & sic sint duę rationes, &c.

Impunita. Vt ff. ad legẽ Aquiliam. l. ita vulneratus. cum simi.

Hac edictali. Hic incipit secũda pars, in qua ponit statutum generale: & in eo ponit originem procedendi, tam contra præsentes,
19 quàm contra contumaces: & ex eo, quod dicit † edictali, apparet, quòd est generale. l. 3. C. de legibus, & infrà dicit generalius.

In quocunque. Cùm enim lex Iulia. maiesta. habeat multa capitula, vt ff. eodem. l. 1. 2. 3. & 4. in quocunque crimine, cũi competit aliquod dictorum capitulorum, habet locum hæc lex.

Et

ADDITIONES.

* Ber. Lan. ¶ Impulsiua. Adde, quòd etiam cum in donatione apponitur causa, illa causa dicitur impulsiua, & eius falsitas non vitiat. ita idem Bartol. in l. 1. §. fina. ff. de dona. & refert Cor. in consi. 153. versi. in dona. in 2. volum. Et quæ dicatur causa finalis, & quæ impulsiua, vide per Bald. in l. 1. ver. no. sicut publica vtilitas. ff. solut. mat. & refert idem Corne. in consi. 35. versi. & circa hoc. volum. 1. & causa finalis dicitur, quę coheret ipsi dispositioni, & per eundem Bartol. in l. 1. C. de fal. cau. adie. leg. & latè ponit Barto. Socin. consi. 159. versi. confirmatur etiam. & vide eundem Soc. consi. 273. in 2. parte in versi. præterea. vbi habetur, quòd causa finalis dicitur, quæ exprimitur in procemio.

a Tho. D. ¶ Gerundij. Not. quòd Bart. hic vult. quòd gerundium in accusatiuo, vel in genitiuo, cum ista dictione, cum, denotat causam finalem. Vide Ange. de Aret. in rub. Insti. de act. & Bald. in l. falsus. C. de furtis, & Barto. in l. 1. & ibi dixi in additio. ff. de condi. & demon. & eundem Barto. in l. si tu ex parte in fi. & ibi apostillam. vbi etiam dixi. ff. de acquir. hære.
¶ Vide Alexand. consilio 17. libro primo vnum verbum. per Rom. consi. 383.

b Ber. Lan. ¶ Concurrant. Vide Barto. consi. 193. inci. commune Lucignani. & Rom. consi. 104. & 369. Ant, consi. 63. Fel. in d. cap. 2. do. Ias. post Barto. in l. 1. ff. de iusti. & iure.

c Th. D. Siue contra præsentem. Vide Al. in l. in ratione legis falcidiæ retentiones. §. quòd vulgò. ff. ad leg. fal. in versi. sed contra.

d Merè. Vide Bar. in l. demonstratio. §. fi. in versi. 8. quæro. ff. de condit. & dem. & ibi Alex. in add. in ver. longa differentia.

BIU Cujas

a 20 **Et maximè.** [a] Hie præcedit genus ; † ſ. omne crimen, qđ incidit in legem Iuliã maieſt. & additur ſpecies, quando ꝯmittitur in Imperatorem, vel Regẽ, & ideo non ponitur implicatiuè, cum totũ ſit exp̃ſſum, ſed ſignificat rõnẽ in expreſſis legibus fortiùs vrgere, ſic. C. ne fil. pro pat. auth. habita. Sed ſi genus nõ p̃ce deret, tunc aut per dictionem, maximè, additur conditio, & tunc innuit idem eſſe in caſu p̃rio. ſ. condõne non exiſtente, niſi rõne p̃rietatis euitandæ oporteat dici, qđ dictio, maximè, abundet. vt. C. de teſt. man. l. fi. & ibi no. in glo. ſuper verbo, maximè. Sed ſi per hãc dictionem adijciatur ratio, tunc indicat illam eſſe potentiſſimam rationem; licèt alia ſit ratio, vt l. & ſi maximè. ff. de ſerui. lega.

Imperatores. Poſt coronationem, &c

b 21 **Reges.** [b] Ante coronationẽ, vt extrà, de elec. c. venerabilem. Et not. diligenter, q̃ ante cõronationem habetur generalis dominus. Si enim eſſet priuata perſona, p̃ eum facientes non inciderent in legem Iul. maieſt. vt hic patet. & ſic poteſt adminiſtrare, & dare

c priuilegia [c], vt extrà de verb. ſign. cap. ſuper quibuſdam, & in cle. de iureiu. ca. 1. & ibi glo. in verb. regem. & ſic ceſſat diſputatio Iac. de Are. quam ponit Cyn. in l. bene à Zenone. ver. ſecundò ſolet quæri. C. de quadri. præſcr. poteſt ẽt facere condemnationes, vt patet ex literis domini Caroli imperatoris conceſſis communi Peruſij, cum ego tunc apud ip̃m legatione fungerer, vbi inter cętera ſic ait, Oẽs, & ſingulas ſnĩas, proceſſus, & condẽnationes, mulctas, & ordinationes per quoſcunque diuos Romanorum Imperatores, & Reges prædeceſſores noſtros p̃ vos, & ſingulas ciuitates, & cõmunis Peruſij perſonas, latas, ſeu promulgatas, tollimus, & relaxamus. poteſt etiam ante coronationem conceſſiones aliorum Imperatorum tollere, & reuocare, qđ patet ex alijs literis eiuſdem Imperatoris, vbi inter cætera conceſſit quædam : & addit, tamdiu, quamdiu per ſucceſſorem noſtrum Regem Romanorum, ſeu Imperatorem nõ fuerit reuocatum, quæ literæ ſunt Peruſij ſub bulla aurea. & prædicta vera poſtquàm perſona eſt electa in Romanorum Regem, & per ſedem apoſtolicam fuerit approbata. Aliter autem videtur tenere glo. in d. cap. 1. de iureiuran. in cle. quòd etiam electi in diſcordia poſſunt adminiſtrare *.

22 **Tangat.** Quaſi dicat, † non ſolùm ſi ipſum crimen committitur, ſed & ſi aliud, qđ ipſum tangat : hoc autem contingit quandoque per modũ

d antecedentis, [d] vt mandatum, conſiliũ, perſuaſio, de quib. plenè dixi in l. non ſolùm. §. ſi mandato. ff. de iniurijs. Qñque per modum inhærentis tempore, quo delinquitur, vt auxilium, & opem dare, de quo dixi in l. in furti actione §. ope. ff. de fur. Quandoque per modum conſequẽtis, vt in his, qui præſtant conſilium ad euadendum *, vt l. 1. C. de rap. vir. & dixi in d. §. ope. vel receptatione, vt. C. de his q̃ la. l. 1. & ff. de rẽce. l. 1. Facit ad prædicta. ff. ad Turpil. l. 1. §. incidit, & C. de hæretic. auth. credentes. Quandoque per modum alterius confeſſionis, vt ſi quis nollet venire ad perhibendum teſtimonium contra reum de hoc crimine, facit aliquid, quòd tangit hoc crimen, & habebit locum hęc

e lex. & idem ſi faceret, vt reus captus euaderet, [e] vt ff. ad l. Iul. maie. l. cuiuſque. §. item qui confeſſum. facit extrà, de off. & po. iu. dele. c. 1. & ibi per Inn. & eſt ſimile verbum extrà, de hære. c. vt inquiſitionis officium lib. 6.

f **Aſſeratur.** [f] Quandoque per gloſſatorem addi tur, vt verum ſit, vt ff. ſi quadrupes pau. feciſ. dicatur. l. 1. in prin. & vi bo. rap. l. ait prætor. in pr. alibi dicit glo. & ſi non erunt. ff. de dolo. malo. l. 1. in verb. dicentur. & iſtud placet in his, quæ reſpiciunt modum ꝓcedendi, vt hic. ſed in his, quæ reſpiciunt ſententiam, & executionem, aliæ gl. procedunt, vt probatur. ff. de procu. l. quæ omnia. ver. planè.

23 **Poſsit.** Non ergo imponitur neceſſitas, & ſic † in cauſis ſummarijs, licèt non ſeruetur ordo,

g & procedatur ſolenniter, non vitiatur proceſſus, [g] vt ex-

h trà, de verb. ſig. c. ſæpè. in cle. [h]

Per accuſationem. Hoc ius commune eſt, ſed in hoc

24 ſpeciale eſt, † qđ ad accuſandum admittuntur infames, & ſerui, viles, & mulieres. ff. ad l. Iul. maie. l. famoſi. & in l. in

25 quæſtionib. eo. tit. & accuſatio eſt nomen iuris. Sicut † . in. actio eſt ius petſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. Inſti. de act. in princ. ſic, & accuſatio eſt ius perſequendi vindictam publicam, vt Inſt. de pub. iud. in prin. & ius, ex quo ſumitur vindicta, eſt duplex. ſ. accuſatio, & offi. iudicis. hoc autem offi. exercetur quandoque per inquiſitionem proprio motu iudicis, quandoque per inquiſitionem ad alterius denunciationem. nam ſuper denunciatione inquiritur.

26 ff. de cuſto. reo. l. diuus. & ĵ. dicam. Poteſt etiam † ſumi accuſatio pro libello accuſatorio * . ff. de accuſ. l. ſi cui, in prĩ. & ad Turpillia. l. 1. §. accuſationem, & etiam qui accuſare

* non poſsũt. l. accuſationẽ. & iſto modo ſumitur hic. ¶ Sed

i quæro, [i] quid ſi accuſatio eſt † ineptè formata, an valeat

27 beneficio huius legis in hoc crimine ? Quòd vĩ : quia cũ non ſit neceſſaria figura iudicij, ergo nec libellus, qui eſt de ordine, & figura. Et hoc vĩ expreſſum, extrà de verb. ſig. c. ſæpè. in cle. In p̃rium facit : quia hic permittitur procedi altero de tribus modis. ſ. per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem, & ſuper quolibet iſtorum permitti tur procedi ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij : vbi ergo per accuſationem proceditur, oportet accuſationem factam eſſe ritè, vt l. nõ putauit. §. non q̃uis. ff. de p̃tab. aliàs, ſi non eſt ritè facta, non eſt accuſatio, nec per eam delictum in iudicium deducitur, vt. ff. de adult. l. accuſaturus, & ad Turp. l. 1. §. accuſationem, ibi, nulla erit, &c. licet ille. §. facit contra : quia eſt neceſſaria abolitio, vt ibi, & de accuſ. l. libellorum. §. quòd ſi libelli. ergo videtur accuſatio aliqua. Sol. Licèt accuſatio ſit nulla, tñ qualiſ-

k qualis eſt ſaltem de facto, ideò eſt neceſſaria abolitio, [k] vt ibi patet, ſed hic requiritur, quòd accuſatio ſit rectè facta in forma ſui, vt ſuper ea poſſit procedi ſecundùm formã huius legis : facit quod no. ff. de fur. l. ſi quis. §. 1.

l **Inquiſitionem.** [l] Hoc eſt ius nouum. Nã de iure communi non p̃t

m procedi per inquiſitionem, niſi in certis caſibus [m] notatis

28 in l. 2. §. ſi publico. ff. de adul. & ibi dixi. † Quatuor ſunt regulæ, in quib. poteſt procedi. Prima, per officialem denunciantem. l. diuus de cuſto. reo. & C. de accu. l. ea quidem. & de curioſ. & ſtat. l. 1. lib. 12. Secunda regula eſt propter incidentem recognitionem iuris : nam vbicunque iudex recognoſcendo de alio principaliter reperit delictum inciden ter eſſe commiſſum, poteſt de illo cognoſcere, vt hic eſt caſus, & in d. §. ſi publico. & C. ſi aduer. li. l. pe. & C. de con. ob turp. cauſ. l. qđ euitandi. & de calum. l. pe. Tertia regula eſt propter præcedentem generalem inquiſitionem. Nam vbicunque iudex inquirendo generaliter de malefactoribus reperit aliquem deliquiſſe, poteſt ad inquiſitionem ſpecialem deſcendere. l. congruit. de offi. præſi. & ad le. Iul. pec. l. 4. & auth. de colla. §. iubemus autem. Quarta regula eſt propter magnam offenſionem. vbicunque. n. crimen committitur coram iudice, iudex poteſt ſuper illo per inquiſitionem procedere, vt. C. de calum. l. 1. & C. de teſtib. l. nullum. & de prob. l. pe. & idem eadem ratione in omnib. delictis, quæ committerentur coram iudice : aliàs non

poteſt

ADDITIONES.

a ¶ Et maximè, Vide Bar. in l. 1. §. vel maximè. & ibi dixi in addi. ff. de collatio. bono. & plenè Iaſ. in l. qui ſe patris. C. vnde lib.

b ¶ Reges. Vide Iac. Alua. in c. 1. in ver. poſt notatum. in ti. quis dicatur Dux, vel Marchio. in vſi. feu.

c Ber. Lan. ¶ Priuilegia. Vide Cal. conſi. 7. de priui. Pau. de Ca. conſ. 112. Ol. conſ. 180. Th. D. ¶ Vide plenè, quæ poſui in trac. meo de præſtantia doc. in 1. lib. in 1. q. prin. & vide Nic. de Nea. in l. ſed & reprobari. in prin. & ibi ſcripſi in apoſtil. ff. de excu. tu.

* ¶ Adminiſtrare. Vide Old. conſi. 22.

d ¶ Modum antecedentis. Vide Alex. in l. cuiuſque. in apoſt. ff. ad leg. Iul. maieſt.

* ¶ Euadendum. Intellige, ſcienter, per ea quæ voluit Ro. conſi. 474.

e ¶ Euaderet. Vide quæ dicit & ponit Iaſ. in l. 1. §. quod prætor. ff. ne quis eũ qui. & ibi ſcripſi. q̃ ponas hic, & Iaſ. in l. 1. §. is uidetur. ff. ſi quis ius dicen. non obtem.

f ¶ Aſſeretur. Vide Alexand. in conſi. 216. in 6. volum. nume. 7. & in conſil. 24. uume. 4. eodem volu.

g Ber. Land. ¶ Proceſſus. Poteſt tamen cogi iudex, ut ſummariè procedat, niſi de volũtate partium ordinariè incepit, vt voluit Ro. conſi. 132.

h Th. D. ¶ Clem. Vide plenè per Fel. in c. nouit. de iudi.

* ¶ Accuſatorio. Adde, q̃ licet hic terminus, accuſatio, poſſit ſumi duobus modis. ſ. pro ipſo iure, & pro libello accuſatorio, tamen ſi probetur communis vſus loquendi interpretans accuſationem pro charta, in qua continetur ipſum ius accuſandi, talis charta continens plura crimina dicetur vna accuſatio, etiam in ſtatuto. notabile eſt dictum Bar. in l. libellorum. §. ſed & ſi aliud. uer. iuxta. hoc quæro. ff. de accu. & ita pro notab. allegat Fran. de Are. in conſi. 79. inci. diligenter conſideratis. ver. verũtamen his non obſtantib. Et adde, q̃ licèt accuſatio fuerit inepta, tñ apta poterit intra tempus à lege permiſſum porrigi. ita Spe. in tit. de lib. concep. §. ſequitur videre. verſi. quid, ſi in criminali cauſa.

f ¶ Sed quæro. Vide Bar. in d. l. non putauit. §. non q̃uis. & ibi in additio. meis ad Alex. & ponas hic.

K Ber. Land. ¶ Abolitio. Quòd ex accuſatione inepta debeat ſequi abſolutio, tenuit Roma. conſi. 166.

l Th. D. ¶ Inquiſitionẽ. Vide plenè per Bar. in l. 2. §. ſi publico. per totum. ff. de adul. & vide apoſtil. plenã d. Alexan. in verſ. modum inquiſitionis, & Io. Igne. in ſua diſputa. an Rex Franciç recognoſcat Imperatorem. in verſi in ſpeciali.

m Th. ¶ Caſibus not. Adde Bar. in l. 2. §. ſi publico. in 2. coſ. in ver. quæro vtrùm. ff. de adult. & ibi vide apoſtil. plenam, in verbo, exprimendum.

BIU Cujas

poteſt procedi per inquiſitionem de iure communi.l.re
ſcripto.§.ſi quis accuſatorem.de mun. & hon. Sed ſpecia-
29 le † eſt hic,vbi nulla ex prædictis regulis procederet, ſed
poſſet procedi per inquiſitionem præcedente fama,vt ex
trà,de accu.c. qualiter, & qñ.de ſim.c.licèt Heli.Sed tunc
hoc eſt ſpeciale: quia procedi poſſet ēt fama non præce-
dente, vt hic patet: quia ſufficit quocunque modo dicaſ,
30 & probetur.ſ.prox.ibi,publicè,vel occultè. † Sed cum in
accuſatione requirantur ſolemnia accuſationis,vt.§.dixi,
quare non requiruntur ſolēnia inquiſitionis? Rñ.ſolen-
nia accuſationis intelligo circa formam ipſius, vt dixi.
Quòd autem in inquiſitione procedat aliquid prædicto-
rum,non eſt forma inquiſitionis, ſed eſt aliquod antece-
dens: & proceſſus valet,ſi non opponatur,vt extrà, de ac
cu.c.1.li.6. ſicut teſtiñ tenet ſm ſui formam, licèt teſtator
dicatur filiusf.vel ſeruus, vel quid ſimile,vt C.de edi.diui.
Adri. toll.l. 2. ſecus ſi in ipſo deficeret hæredis inſtō. Sed
31 an forma † inquiſitionis ſit, ſicut forma accuſationis?
Glo.2.inſti.de pub.iud. in prin.dicit quòd non.Inn.idem,
extrà de purg.can.c.fin.la.Bu.Inſti.de act.§.fi.in prin.dicit,
ꝙ eadem forma, & eadem ſolemnitas requiritur,præter-
quàm in inſcriptione ad pœnam talionis: quia cum lo-
cum accuſatoris ſubeat iudex: & inquiſitio loco accuſa-
tionis,eiuſdem debet eſſe naturæ.l.1.§. hæc actio.ff.ſi quis
teſta.lib.iuſ.eſſe fue. & hoc placet quantùm ad hoc, vt in-
a ſeratur locus, & tempus eodem [a] modo: quia non debet
in tanto crimine uagari,vt.ff.de iniu.l.ꝓtor edixit. in prin.
& de dolo.l.item exigit. & facit;quia idem,ſi delictū oppo
nitur,per modū exceptionis.l.3.§.1.ff.de do.exce. & extrà,
de elec.c.vt circa.li.6.dixi plenè. ff.de exce.l. 1. Nec ob.ex-
trà,de pur.can.c.fi.& qd ibi no. per In. quia ibi fit inquiſi-
tio ꝰ certā perſonam tñ gñaliter quòad delicta: ſecus,ſi
32 fieret de ſpeciali delicto.Item accuſatio †debet in ſcriptis
offerri.l.libellorum.ff.de acc.& C.de lit.cōte.auth.offeraſ.
ſed cum inquiſitio non offeratur iudici,ſed ipſe inquirat,
non eſt neceſſe, ꝙ priùs formetur in ſcriptis,& poſteà re-
digatur in actis.Ex quo ſequitur, qd ſi in proceſſu non ap
paret, quando fuerit exhibita accuſatio, non valet, cum
ſit de ſubſtantialib.d.l.libellorū. & no. C. de accu. l.in cau
33 ſis.Sed ſi non apparet † dies inquiſitionis,fortè nō vitiaſ
proceſſus: quia dies, quo quis citatur ſuper inquiſitione,
vel dies,quo rñdet, ille poterit dici dies formatæ inquiſi-
tionis,cū iudex ſemper inquirat,ſed non ꝑt dici dies exhi
bitæ accuſationis,cū hoc nō ptineat ad iudicē.Multa alia
dixi circa mām inqſitionis, ī d.l.2.§. ſi publico.ff. de adult.

ADDITIO.

a Ber.Lan.¶Tempus eodem.Adde Calde.conſi.1 de accuſ.& inquiſi.

1 *In crimine læſæ maieſtatis per denuntiationem factam à quocunque poteſt procedi, & eſt ius nouum.*
Denunciator de quo hic,habet vim cuiuſdam mandatoris, & deſiſten do incidit in Turpillianum.
2 *Iudice inquirente ex officio, vel per denunciationem in hoc crimine ſi ſuperueniat accuſator,non receditur ab inquiſitione.*
3 *Statutum inducens, quòd generaliter iudex poſſit inquirere, quid operetur.*
4 *Iudex ad priuatam denuntiationem procedit circa eos, qui agere non poſſunt de iure, vt in querela patris de filio, domini de liberto,humilis de potente.*
5 *Denunciatio Euangelica, dicitur priuata, & habet locum in foro eccleſiaſtico.*
6 *Forma denunciationis Euangelicæ quæ ſit.*
7 *Euangelica in denunciatione libellus porrigitur, lis conteſtatur, & ſententia in ſcriptis fertur.*
8 *Exceptio criminis non admittitur contra denunciantem, nec infamiæ,ſed excommunicationis ſic.*
9 *Exceptiones quæ poſſunt opponi contra denunciationem.& nu.2.*
Denunciatio Euangelica pro quibus cauſis fieri poſſit, & quomodo pro obligatione naturali.
10 *Falcidiam,& Trebellianicam retinens,an peccet mortaliter,& contra retinentem intentetur denunciatio Euangelica,*
11 *Denunciatio Euangelica datur pro obligatione præſcripta.*
12 *Denunciatio non datur cōtra filiumfa.tutū exceptione Macedoniani.*
13 *Mulier tuta Velleiano non conuenitur hac denuntiatione, nec pupillus. Item non datur vbi contra obligationem ciuilem, vel naturalem datur reſtitutio.& 14.*
15 *Denunciatio hæc non datur contra tutum exceptione rei iudicatę.*
Exceptio rei iudicatæ inducta eſt ad conſeruandum iuris rigorem magis, quàm ex æquitate. Item non datur contra tutum exceptione iuriſiurandi.& 16.
17 *Probanda in hac denunciatione.*
18 *Aſſertioni denunciati, aſſerentis ſe non tenere contra conſcientiam quomodo, & quando credatur,ſi allegat aliquam cauſam.*
19 *Hæres in eo, quod defunctus retinebat contra conſcientiam, qualiter peccat.*
20 *Sententia in hac denuntiatione qualiter feratur.*

Denunciationem. De iure antiquo ñ admittitur denun-
ciatio,niſi per officialem.l.diuus.de cuſto.reo.& C. de ac-
cu.l.ea quidem.ff.de offi.præſe.vrb.l.1.§.& ſanè. De iure au
tem canonico admittitur denuntiatio præcedente chari-
a tatiua monitione,vt extrà, [a] de iud.c. nouit. & extrà,de ſi-
1 mo.c.licet Heli.† Hæc ergo lex introducit nouum in hoc
crimine: quia per denuntiationem factam à quocunque
poſſet procedi. Item ſcias qd de officialis denuntiatione,
& de mā iſta plenè dixi in d.l.diuus. Sed de iſto denuntia-
tore priuato dico,ꝙ habet vim cuiuſdam mandatoris,ſeu
inſtigatoris: ideò deſiſtendo incidit in Turp.vt ff. ad Tur-
pil.l.1.§.incidit. & l. ab accuſatore. §.denunciatores.eo.tit.
& ſi deſiſtat denunciator, impunè iudex ex illa cauſa di-
mittit proceſſum, ſicut delator mandatore ſubtracto, vt
ff.de iure fiſ.l.res quæ §.fi.quod eſt verum, ſi in procedēn-
do fuit nominatus denuntiator: aliàs ſecus, de iure fiſc.
l.de eo. ergo hic poteſt procedi ad denuntiationem alte-
rius, denunciante non nominato,d.l.de eo.quia ex mero
b officio [b] iudicis proceditur.† Item cum in caſu huius legis
2 iſti tres modi procedendi ſint æquè auxilia ordinaria,pu-
to,quòd ſi præcedente inquiſitione ex officio, vel per de-
nuntiationem ſuperueniat accuſator, non debet recedi
ab inquiſitione,cum ceſſet ratio,quam ponit Dy.in regul.
3 actus legitimi.de reg.iur.lib.6.† Et quid, ſi ex forma ſtatu-
ti induceretur ꝙ iudex generaliter poſſit inquirere de cri-
mine? De hoc dixi in l.ſi maritus.§.fi. ff. de adul.& hoc de
4 denunciatione,quæ fit ad vindictam publicam.† Ad priua
tam verò denunciationem quandoque iudex procedit,vt
in his qui agere non poſſunt de iure,vt cum ſerui à domi-
nis opprimuntur.ff.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.l.2.& de
offi.præfec.vrb.l.1.§. quid autē. Item ad denuntiationē *
patroni, vel parentis conquerentis de filio, vel de liber-
to,vt d.l.1.§.cum patronus.& de offic.procon.l. nec quic-
quàm.§.de plano.Item quando homines humiles oppri-
muntur à potentib.vel eis aliquid aufertur,vel ab eis pro-
miſſio,vel cautio exigitur,vt ff.de offic.præſid.l.illicitas.in
prin.& quaſi per totam.l.& hoc ſentit Spec.in tit.de denū
tiatione.§.quis denunciare poſſit, verſi. priuata verò iudi-
cialis.Io.An.in c.nouit.extrà, de iud.vbi dictas leges ſic in
teligunt.quod eſt not. quia ad boni iudicis officium perti
net facta ei querela de prędictis ex officio eius procedere:
cum tales per ſe ipſas agere non poſſunt,vel non audent,
5 quod placet: quia interpretatio adiuuanda eſt,quia Reip.
c vtilitatem continet.Eſt & alia † [c] denunciatio priuata; *
quæ locum habet ſolùm in foro eccleſiaſtico, inducta p
legem Euangelicam, vt d.c.nouit.de iud. quæ quotidiana
eſt,& per eam multa, quæ ſunt iuris ciuilis remedio deſti
tuta,reparari poſſunt, ideo eam proſequor declarando q-
dam ab authoribus iuris Canonici non tacta.In hac enim
requiritur quòd primò moneat aduerſariū ſuum qui pec-
cat in eum,inter ſe,& ipſum ſolum,dicēdo, qd cum in eo
d peccet retinendo rem ad eum pertinentem, [d] vel non ſol
uendo ei tantam quantitatem ſibi debitam,quòd exeat de
peccato,qd ſi non facit, iterum dicat eidem adhibito vno
teſte,vel duobus,qd ſi non facit,tunc dicat eccleſiæ, & ſic
ad forum eccleſiaſticum recurrat,petens, qd cum talis in
eum peccet,& de tali cauſa requiſitus, & monitus fuit pri
6 ma † monitione,& ſecunda,ſecundum doctrinam,& re-
gulam Euangelicam, & emendare neglexerit, & exire de
peccato in periculum animæ ſuæ, & etiam ꝰ conſciētiam
ſuam

ADDITIONES.

a Th.D.¶Vt extrà.Vide Ang.de Are.in §.ſic itaque.vbi ſcripſit,Inſti.de act.& apoſt.
Alex.in l.Quintus.ff.man.in apoſt.magna.in fi.
b ¶Ex mero officio. Vide Fran.de Are.in c.ex parte,de teſtib.
* ¶Denuntiationem. Vide quid ſit denunciatio, Ioan.And.in addit.ad Spec.eod.tit.
& ibi an ſtante ſtatuto, ꝙ accuſanti maleficium debeatur certum quid, debeatur
denuncianti.
c Th.D.¶Eſt alia. Adde Bal.in auth.ad hæc. C.de vſu.& ibi plenè ponit de huiuſmo-
di denunciatione,& aliqua per Fel.in proœ.Decre.
* ¶Priuata. Vide Cald.conſi. 5. de accu.vbi an ſi aliquis corā iudice dicat, ꝙ agit via
denunciationis pp ſuū priuatū intereſſe, narrās qualiter illum monuerat ſecūdum
formā legis Euangelicæ: & concludat, quòd petit illum compelli ad reſtituendum
ſuum debitum,an hæc dicatur denunciatio Euangelica, vel iudicialis.
d Tho.D.¶Ad eum pertinentem. Vide Bal.in auth.ad hæc.C.de vſur.

BIU Cujas

ſuam imploret eius officium, vt eum ad pœnitentiam co-
7 gat, d.c.nouit. ¶Super † hac denunciatione offertur libel-
lus, lis conteſtatur, & ſententia in ſcriptis fertur, ſecun-
dum Hoſt. & Io.And. in d.ca.nouit. licet in dicta decretali
dicatur, quòd procedatur de plano, qđ quid importet, ſ. di-
8 cam. Et contra perſonas ſic denunciantes † non poteſt op
poni, qđ ſint infames: ſi tamen ſint corrupti de crimine,
poteſt, ſecundum Inn. & omnes. Poteſt autem opponi, ꝙ
a eſt criminoſus, ſeu in peccato mortali, [a] qualiter. n. moue
tur bono zelo ad correctionem alterius, qui non eſt cor-
rectus, ſecundum Ber. & Inno. Sed Ioan. And. dicit, quòd
in hoc genere denunciationis, vbi proſequitur quis pro-
prium intereſſe, admittitur etiam criminoſus, & alius, ni-
ſi ei obſtet excommunicatio, vel expoliatio, vel depręda-
tio, vt in c. cum dilectus. & cap. fi. extrà de ord. cog. vel alia
præiudicialis exceptio. quod dic, vt in cap. nouit. ſuper vl-
9 tima glo. per eum. † Contra ipſam denunciationem op-
ponitur, quòd poteſt etiam haberi ſuper eo regreſſus ad
iudicem ſecularem. Nam non debet iudex eccleſiaſticus
eam indiſtinctè admittere: quia non niſi in defectum iu-
ſtitiæ, vel ſi crimen de ſui natura ſit eccleſiaſticum, vel ra-
tione pacis, vel iuramenti, vel quando crimen eſt noto-
rium, vel quando nō auditur in iudicio ſęculari, vel quia
eſt obligatio naturalis tantùm, vel qñ hanc proponit mi-
ſerabilis perſona, & depreſſa, vt in d.cap. nouit. de iudi. &
de pac. ca. qualiter. & 77. diſtin. per totum. & de foro com-
pet. cap. licet. Vide de hoc no. per Ber. in cap. ex tenore.
per totum aliàs ſi indiſtnctè admitteretur, periret tem-
poralis gladij iuriſdictio, & omnis cauſa per hanc viam de-
ferretur ad eccleſiam. Ita dicit Bern. de relig. do. cap. reli-
gionum. lib. 6. & ita tenet Ioan. And. in d.ca.nouit. & hoc.
quod dixi de obligatione naturali, tenuit Inno. in d.cap.
10 nouit. Sed cum illud † quod deducitur pro Fal. vel Treb.
ſit naturale debitum, vt not. C. de iur. & fac. igno. l. cum
quis. & ff. de condi. indeb. l. 1. & de re. iur. l. cuius per erro-
rem. ergo ille, qui retinet, peccat mortaliter, & contra
eum poſſet procedi per formam huius denunciationis.
Sed hoc videtur contrà cap. Raynutius. & cap. Raynal-
dus. extra, de teſtamentis. vbi Papa pronunciauit has quar-
tas poſſe retineri. Sed dico, quòd ea, quæ ſunt dicta de obli
gatione naturali, intelligi poſſunt de ea naturali, qua quis
tenetur eo ipſo, quòd quis locupletatur cum aliena ia-
ctura: quia quod alienum eſt peruenit ad eum. l. nam hoc
natura. de condic. indebit. vel de ea naturali, quæ habet
b originem ex conſenſu, vt ex pacto nudo, [b] vel iureiuran.
interpoſito ab alio, quàm à liberto. l. vt iuſiurandi. in prin
cip. de oper. liber. de fideiuſſo. l. ſi quis pro eo. in princip.
Idem puto de eo, qui promittit ei, qui ſtipulatur alteri. vt
l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verbor. oblig. & quod ibi no.
ſecus de ea naturali, quæ à conſenſu non habet originem,
vt in eo qui ex maleficio obligatur ad pœnam, l. non ſo-
lùm. §. 1. ff. de iureiuran. in propoſito hæres dicitur teneri
naturaliter, hoc eſt habito reſpectu ad principia iuriſgen-
tium, quo iure dictæ quartæ deductio non erat inuenta,
non autem ex conſenſu: quia teſtator nunquam conſen-
ſit quòd ipſe obligaretur, nec etiam hæres adeundo hæ-
reditatem: quia habuit, vel habuiſſe pręſumitur animum,
quòd voluit vti beneficio legis. Item nil habet de alie-
no, quia legatarij, & fideicommiſſarij certant de lucro,
non autem petunt quod ſuum eſt, vel fuit. Vel dic, quòd
naturalis obligatio non ſubeſt in eo quod per Falc. venit
deducendum ſecundum Petrum, vt refert Cyn. in d.l. cum
quis. C. de iur. & fac. igno. quod non placet, vt plenè dixi
11 in l. 1. ff. de condictione indebiti. † Sed quid in obligatio-
ne, quæ tollitur præſcriptione? Reſpondeo, tunc actor au-
c diretur à iudice eccleſiaſtico [c] per modum huius denun-
ciationis: quia ei denegaretur audientia in foro ſæcula-
ri. Sed tu dices, præſcriptione tollitur natutalis, & omnis
alius effectus. l. fin. in princip. & ibi per Dy. ff. rem ratam
haberi. & per Cy. in d.l. cum quis. Reſpon. tollitur omnis
effectus eius ciuilis, non autem poteſt tollere naturalem
obligationem, quam retinendo incidit in peccatum mor
tale; ſed eo caſu, quo præſcriptio tolleret naturalem, ſe-
cundum ea quæ dixi, in d.l. fin. in princip. rem rat. hab. tunc
ceſſaret hæc denunciatio. Quid de filiofa. tuto exceptio-
12 ne Macedoniani, † an poſſit conueniri hac denunciatio
ne, cum naturaliter, & ciuiliter teneatur: licet obſtet ex-
ceptio? puto, quòd non: quia hæc exceptio deſcendit ex
delicto creditoris circa illud commiſſo, vt ff. ad Mace. l. 1.
vnde poteſt opponi etiam denuncianti, vt ſupra dictum
eſt per Ioan. And. dum dicit, vel alia præiudicialis exce-
ptio. Idem puto in qualibet alia exceptione, propter odiū,
vel delictum creditoris competente, vt doli, vel ſimili.
Facit de condict. indeb. l. qui exceptionem. Sed ſi creditor
non deliquiſſet, tunc ei hac denunciatione ſubueniretur,
13 vt ff. ad Maced. l. ſi quis patrem. † Quid de muliere tuta
Velleiano? Dico eam non poſſe conueniri hac denun-
tiatione: cum etiam ſoluens repetat ſecundum canones
extrà, de ſolu. cap. fin. & ibi not. licet enim teneatur natu-
raliter, tamen datur ei exceptio, æquitate prædicta natu
rali propter ſuam imbecillitatem, & fragilitatem, vnde
illa naturalis non habet efficaciam ſuam. Idem puto in
pupillo, eo, quòd obligatur naturaliter tantùm, vt non
poſſit conueniri per viam huius denunciationis: cum il-
la naturalis non ſit efficax: quod patet, quia quoties ex
illa læderetur, etiā ſi ſoluiſſet, reſtitueretur legis edicto de
minoribus, naturali æquitate inducto, vt C. ſi aduer. ſol. l.
fina. ff. de condict. indeb. l. interdum. & de in integ. reſtit.
14 l. 1. † Et idem dico in quocunque caſu, ſi aduerſus ciuilē,
vel naturalem obligationem daretur ei reſtitutio. Obli-
gatio enim naturalis eliditur per exceptionem deſcendē-
tem ex illa æquitate natutali. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret,
ff. de pact. & ideo validior eſt obligatio naturalis ſola, cui
nulla obſt. exceptio, quàm ciuilis, & naturalis, cui ob. ex-
ceptio. no. ff. de compen. l. quæcunque. Nam per exce-
15 ptionem etiam eliditur naturalis obligatio. † Quid de tu
to per exceptionem rei iudicatæ, quam glo. dicunt indu-
ctam magis ad rigorem iuris conſeruandum, quàm ex
æquitate, vt no. ff. de condict. indeb. l. qui exceptionem. &
l. Iulianus. & C. de iur. & fac. ign. l. cum quis? Videtur quòd
cum ceſſet æquitas, & ſic naturalis non eliditur, vt d.l. Iu-
lianus, poſſit conueniri per viam huius denunciationis:
quia peccat mortaliter. Contrà, imo non eſt locus huic
denunciationi; quia licet peccet mortaliter, non tamen
poſſet cognoſci poſt ſentētiam, cum ſemel ſit cognitum.
l. ſi quis cum totum. §. planè, & §. ſi ancillam. ff. de except.
16 rei iud. & de re iud. l. poſt rem. † Similiter de eo, quod eſt
deciſum per iuſiurandum, d.l. poſt rem. & de iureiu. l. nam
poſtea. §. 1. pro quo facit. Nam in certis cauſis tantùm per-
mittitur, vt propter inſtrumenta de nouo reperta detur
17 reſtitutio, vt ff. de re iud. l. Imperatores. ¶ † Modus probā-
di hanc denunciationem hic ſit, vt prima denunciatio ꝓ-
betur per ſeipſum, cū dicat, corripe eum inter te, & ipſum
ſolum. Sed an denunciatus poterit probare contrarium?
Quòd videtur de facili, quod poſſet probari: quòd Rex
Franciæ, vel quòd rex Anglię nunquam fuerat ei locutus.
Sed contrarium puto, cum prima denunciatio dicatur fie
ri per ſeipſum, etiam ſi fieret interueniente organo, ſcili-
cet epiſtola, vel ſecreto nuncio, vt ff. de conſtit. pecu. l. qui
autem. §. fin. & l. ſeq. Huius contrarij quodammodo im-
poſſibilis eſt probatio. Secunda denunciatio eſt proban-
da per ſe, & vnum alium legitimè deponentem, vel per
ſe, & duos alios, cum dicat, adhibe tecum vnum, vel duos,
cum in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum. Tertia
denunciatio, quæ fit eccleſiæ, probatur per ipſum libellū
denunciatorium datum ipſi iudici eccleſiaſtico. Quarta
ſcilicet quòd peccet in eum, probatur, probando, quòd
detinet rem ſuam, & quòd eſt ſuus debitor. hęc autem
d probatio [d] eliditur hoc modo, dicit denunciatus, non
pertinet ad te cognoſcere an iuſtè vel iniuſtè detineam,
hoc autem ſcio quòd teneo, non ꝫ conſcientiam, & hoc
ſufficit, vt vltrà eccleſia non procedat: licet enim probet,
quòd res fuit ſua, vel ſibi debita, potuit deſinere, & ſic
non ſequitur, quòd ꝫ conſcientiam teneat: licet quan do
ordinariè agitur, ſdfficiat probare ſuum, vel ſibi debitū,
18 niſi aduerſarius probet contrarium. Sed in hac † denun-
ciatione ſatis eſt ſi denunciatus aliquam iuſtam cauſam
allegat,

ADDITIONES.

a Ber. Land. ¶Mortali. Vide Spec. eo. tit. §. 1. verſi. item opponitur. vbi in fi. illius. § di-
cit, ꝙ ſi proceſſus ſit cæptus vigore denunciationis, & aliqua difficultas ingeratur,
quòd poteſt procedi per viam inquiſitionis.

b Th. D. ¶Ex pacto nudo. Vide Alex. plenè in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. circa
finem. ff. de pac.

c ¶A iudice eccleſiaſtico. Vide Bar. in l. ſequitur. §. fi. cum al. & ibi dixi. ff. de vſuca. &
Fel. in c. fi. de præſcrip.

d ¶Hæc autem probatio. Vide And. Sicul. in c. nouit. de in. & qũo procedat libellus in
hac denunciatione, vide Inno. in d.c. nouit. & ibi do. Abb. de iudic. in verſi. quæro
quomodo. & ibi vide Barb. & ibidem vide etiam Philip. Dec. requiritur etiam ꝙ ve-
rè, & non præſumptiuè concludat libellus. de quo vide Fel. & Deci. in d.c. nouit. &
ponit Ang. de Aret. in §. ſic itaque. Inſtit. de act. & ego practicaui, quando actor
poſſidet, quòd agatur, ꝙ ipſe lęſus ex ſententia conſeruetur indemnis, & quòd im-
ponatur perpetuum ſilentium, in cauſa Nicolai de Ponte, contra presbyterum
Hieronymum Zacharotum de Padua.

BIU Cujas

allegat, quare contra conſcientiam non teneat, licèt cauſam non probet: creditur enim ſibi ad purgandum conſcientiam ſuam, niſi ſcandalum, vel publicum peccatum, & manifeſtum ſit, tunc enim debet de ſatisfactione conſtare, ſecundum Innocen. Sed Hoſtien. contrà: quia ſi ſe mel fuerit meum, vel mihi debitum, adhuc præſumitur niſi probetur contrarium, vt C. de probatio. l. ſiue poſſidetis. Ioan. And. videtur ſtare dictis innocer. Tu dic ſi denunciatus dicit ſe non tenere contra conſcientiam ſuã, & nullam cauſam allegat, non ſufficit, vt l. qui interrogatus. de pet. hær. idem ſi allegat cauſam iniuſtam l. nec vllam. §. 1. eodem titu. Sed ſi allegat cauſam iuſtam, tunc ſiquidem cauſa eſt dependens ex eius facto: quia dicit ſe ſoluiſſe, vel ſimile, ſi negauit poſitionem denunciatiõnis, videlicet quòd eſſet ſuum, vel ſibi debitum, & probatum eſt contra eum, non debet poſteà credi aſſertioni ſuæ, vt ff. de proba. l. cum de indebito. & extrà, de ſolu. cap. fina. & C. de non nume. pec. authen. contra qui propriam. cum ſimili. Conſcientia enim alterius non debet probari, niſi ex indicijs, vt C. de dolo. l. dolum. Sed iſtud eſt indicium legitimum, & lege probatum. Si verò confeſſus eſt intentionem actoris, ſcilicet fuiſſe ſuum, vel ſibi debitum; dicit tamen ſe emiſſe vel ſoluiſſe, vel aliquid ſimile, tunc ſi denuncians non probet intentionem ſuã aliter, quàm tali confeſſiione, debet ſtari dicto eius ad excuſationem, ſiue exonerationem conſcientiæ ſuæ, vt C. de teſtibus. l. ſi quis teſtibus. & de ſenten. & interlo. om. iud. l. cum Papinianus. de iureiuran. l. eum qui. in princip. Si autem denunciator poteſt, & vult aliter probare, quàm ex confeſſione denunciati, tunc ceſſat talis præſumptio, quia fortè ideo confeſſus eſt: quia ſciebat poſſe probari. Hoc probatur in glo. in d. l. eum qui. in princip. igitur tunc erit recurrendum ad coniecturas, ſcilicet cuius vitæ, cuius conditionis eſt iſte denuncians, vtrùm eius aſſertioni debet credi, vt. l. non omnes. §. à barbaris. de re mil. Hoc etiam pendet ex quantitate rei petitæ, vtrum ſit magna, vel parua. argumen. eius quod no. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Sed ſi cauſa, quam allegat, eſt talis, quæ ab eius facto non dependeat, & ſic dicit ſe habere ab alijs, an eis credi debeat. Videndum eſt, qui ſunt illi, à quibus habuit, & cuius opinionis, & vtrum hoc dixerit ante litem motam, vel poſt, arg. extrà, de teſtibus cap. licèt. Ex quibus etiam puto ſi hoc habuit à procuratore ſuo, cui hoc mandauerat, ſatis ſit, vt ff. pro emptore. l. quod vulgò. Item ſi defunctus ſcriptum reliquit, rectè ei credit hæres ad exonerationem ſuæ conſcientiæ, vt l. qui cum maior. §. pen. ff. de bo. liber. Item ſi aliqua indicia legitima appareant, ex quibus quis poſſit informare conſcientiam ſuam, vt l. mariti. §. lenocinium. in prin. ff. de adulter. Si verò informaret ſuam conſcientiam ex præſumptionibus non legitimis, non excuſatur: licèt enim non teneat contra conſcientiam ſuam, tenet tamen ſecundum conſcientiam erroneam, & ſic peccat, niſi conſcientiam erroneam deponat, & deponere cogetur, vt extrà, de ſenten. excomm. cap. inquiſitionis. vbi probatur hæc diſtinctio. Sed tu dices non per hoc probatur denunciatio, quæ dicit, quòd peccat in me retinendo meum, vel mihi debitum. Nam apparet, quòd non peccat detinendo, ſed erroneam conſcientiam habendo. Sed certè finaliter in hoc peccat, qđ
19 retinet, & ſic videtur probata denunciatio. Sed qualiter † peccat hæres in eo, quòd defunctus tenebat contra conſcientiam? Reſpondeo, fortè ipſe hæres ſcit, & ſic contra conſcientiam [a] retinet. Si verò ignorat, tunc priùs eſt hæredi notificandum, taliter quòd in eius cadat notitiam, vel cadere debeat. l. quòd te. ſi cer. pet. & ff. depoſi. l. ſi quis inficiatus. & poſtquàm notificatum fuerit, debent fieri denunciationes. Nam tex. dicit quòd ſi peccauerit in te frater tuus, &c. priùs ergo debet præcedere peccatum, quàm fiat denunciatio: ſed ſi hæres non patiatur ſe certificari, certè in hoc peccat, & perinde eſt ac ſi certificatus eſſet, argumen. ff. quòd vi, aut clam. l. 1. §. Ariſto. Sen-
20 tentia autem ſuper † hac denunciatione fertur: quòd ſi reperitur denunciatus peccare in denunciantem, præcipitur ei, vt exeat de peccato: & ad hoc per ſententiam excommunicationis compellitur, vt in d. capit. nouit. Et not. quòd ſolùm in his tribus modis procedendi loquitur hæc conſtitutio, ſcilicet per accuſationem, inquiſitionem, & denunciationem: in alijs verò modis procedendi, vt per exceptionem, nil immutatur de eo, quòd dixi. ff. de adul. l. 2 §. ſi publico. & iſtis tribus modis attribuũtur iſtæ tres qualitates, quæ ſequuntur.

ADDITIO.

a ¶Contra conſcientiam. Vide Andr. Sicul. in capitu. nouit. in verſic. iſte paſſus. de iudic.

1 *Cauſa commiſſa ſummariè, debet totam ſubſtantiam comprehendere. & ſummariè, intelligitur breuiter. Qui dicit in ſumma, omnia membra principalia ponit.*

2 *Summarijs in cauſis libellus debet ita formari, ſicut quando ordinariè proceditur, lis conteſtatur, & ſententia diffinitiua datur.*

3 *Summarijs in cauſis dilationes poſſunt abbreuiari, non tamen ita vt probationes legitimæ pereant.*

4 *Summarijs in cauſis quando poſſint opponi exceptiones requirentes altiorem indaginem. Exceptio dicitur habere altiorem indaginem, quando non poteſt expediri intra tantum tempus, quantum proceſſus principalis.*

5 *Peremptorium requiritur etiam quando ſumariè proceditur.*

6 *Feriarum tempore non proceditur in cauſis, in quibus ſummariè proceditur.*

7 *Summaria in hac cognitione quæ probatio requiratur. Probatio plena quæ dicatur.*

8 *Probatio per iuramentum ſufficit in cauſis ſummarijs, & modici præiudicij.*

9 *Probatio quæ requiratur in ſummarijs, in quibus fit aliquale præiudicium reo, quod tamen poteſt per aliud iudicium reparari.*

10 *Probatio plena vt fiat, requiritur quòd fiant articuli, & quòd ſingulariter, & diſtinctè probetur.*

11 *Summarijs in cauſis valde fauorabilibus ſufficit quòd ſummatim negotium probetur.*

12 *Poſſeſſorijs in iudicijs, quæ ſummariè examinantur, plena probatio requiritur ex parte actoris.*

13 *Summaria cognitio, in quo verſetur, quando cauſa ſummariè cognoſci debet.*

14 *Quando proceditur contra abſentem, ſemper dicitur ſummariè agi tari.*

15 *In cauſa ſecundi decreti, licet dicatur ſummariè cognoſci; tamen probatio per inſtrumentum, vel per idoneos teſtes requiritur.*

16 *Probatio per inſtrumeneum in cauſa primi decreti ſufficit.*

17 *Cauſæ ſummariæ quæ ſint.*

18 *Plenarię cauſæ cognitio requiritur vbi ſententia lata tribuit ius finale, nec poteſt per aliud iudicium reparari, niſi per appellationem, vel aliud remedium.*

19 *Summariè eſt procedendum quando agitatur cauſa, ſuper qua lata ſententia non parit magnum prejudicium; vel parit tale, quòd per aliud iudicium reparari poteſt abſque appellatione, vel reſtitutione.*

20 *Quomodo cognoſcatur quòd cauſa tota ſit ſummaria, vel articulus ſummariè cognoſcatur. Emergentia ad cauſam requirentem plenam cognitionem, in quibus ſiue quis vincat, ſiue vincatur, propter hoc cauſa principalis non perditur, ſummariè cognoſcuntur: etiam reſpectu probationum.*

21 *Probatio impedimenti à petente ſecundam dilationem, probatur per iuramentum: & ſic ſummaria, & ſemiplena probatio ſufficit.*

22 *Quando tractatur de probando impedimento, vt detur ſecunda dilatio, requiritur plena cauſæ cognitio, & probatio.*

23 *In danda ſecunda dilatione requiritur plena cognitio, quando denegatur.*

24 *Exceptiones quæ opponuntur ante litem conteſtatam, licet plenam probationem requirant, vt quis vincat; tamen cognitio poteſt dici ſummaria, ob dilationis breuitatem.*

25 *Succumbens in exceptione propoſita ante litem conteſtatam, poteſt illam poſt litem conteſtatam proponere, & eam plenè probare, ſi non plenè probauit antè. Teſtes examinati ſummariè ante litem conteſta. poſt litem conteſt. poterunt plenariè examinari. Teſtes examinati in vna inſtantia ad vnum finem, non impediunt examinationem fieri in alia ad alium finem.*

26 *Sententia lata ſuper principali quando parit exceptienem rei iudicatæ ſuper incidenti, tunc ſuper incidẽti plenè cognoſcitur, ſi cauſa principalis erit plenaria: aliàs ſecus.*

27 *Exceptiones peremptoriæ quæ poſſunt ſeparari à principali, ſi incidant in negotio principali, quando plenaria, & quando ſummaria cognitio adhibeatur.*

28 *Compenſatio debiti naturalis oppoſita quando admittatur, & plenariè cognoſcatur.*

29 *Exceptiones oppoſitæ poſt ſententiam quando ſit, quòd requirant plenam, & quando ſummariam cognitionem.*

30 *Executio ſententiæ impeditur per exceptionem nullitatis, vel quòd ſit lata prætextu falſorum inſtrumentorum, ſi probationes ſunt in promptu, quæ debent eſſe plenæ.*

Exceptio

31 *Exceptio quæ opponitur non contra executionem, sed contra rem, in qua fit executio, summariam cognitionem requirit, etiam quò ad probationem.*

32 *Sententia lata in causa summaria, in qua iudex dicit se habuisse plenam causæ cognitionem, non facit præiudicium in alia causa.*

33 *Sententia lata in causa, in qua plena probatio requiritur, in qua iudex diceret se habuisse cognitionem summariam, non valet. Causam summariè examinari, & simpliciter, idem importat. Simpliciter, id est, sine plica, distinctè, & inuolutè.*

a **Summariè** [a] Summa id est breuis, vel summa id est prima, vt nota. ff. de stat. hom. l. summa. & sic summariè. id est summatim, vel breuiter, vel primariè, vt ostendam. Hæc materia tangitur in l. 3. §. sciendum. ff. ad exhi. & in Specul. de offic. omn. iud. §. postremò. vbi ponit tractatum Ioan. Fazioli, de Pisis.

1 Sed ad maiorem declarationem, † dic ad hoc, vt summariè cognoscatur, quandoque adijcitur toti causæ, quandoque vni articulo. De primo intelligere debemus circa ordinem procedendi summariè, id est breuiter. Et hoc quod dico breuiter, non intelligitur diminutiuè, sed ita quòd totam substantiam comprehendat. le. 1. ff. de re iudica. & ideo qui aliquid dicit in summa: omnia membra principalia ponit, vt ff. de condict. in-
b debi. l. in summa. [b] Vnde quando proceditur summariè, tunc contestatur lis, subaudi fortè si sententia tri-
2 buit ius finale: aliàs secus. † Ex hoc dico, quòd in processu nihil debet de substantialibus omitti: & ideo libellus debet esse ita plenè formatus, sicut & quando ordinariè proceditur. ff. ad exhib. l. 3. in principio. Item con-
c testatur lis. [c] l. tigni. §. si quis non possideat. & §. idem scribit. & l. Iulianus. §. proinde. ff. ad exhib. Item sententia diffinitiua [d] datur. l. 3. §. præterea. ff. ad exhiben. & de
d in lit. iur. l. in actionibus in principio. & ff. de libe. agno. l. si quis à liberis. §. si quis ex his. licet quidam dicant, quòd
* illa est sententia interlocutoria, * vt ibi tangitur, secundum Guliel. sed glosſ. C. communi. vel episco. l. 1. innuit, quòd in his summarijs non requiratur ordo. quod
3 patet per dictas leges. Expeditur autem † iste processus breuiter: quia licet aliàs non possint dilationes abbreuiari, nisi causa cognita; tamen abbreuiandi illa so-
* la est causa sufficiens, * quòd causa debet agitari summariè, vt ff. de re iudica. l. 2. in fine. non tamen ita potest abbreuiari, vt probationes legitimæ pereant. Hoc enim impediret causæ cognitionem. quod non potest: quia causæ cognitio est de substantia iudicij, vt. C. commi. vel episc. l. iudex. & l. final. & nota. C. de sent. l. prolatam. sed ea quæ sunt de substantia, non possunt omitti, per hoc, quod dicit summariè, vt dictum est, ergo, &c. probatur, extrà de verborum significatio. capit. sæpè. in cle-
4 ment. † In hoc processu, si quæ exceptiones opponantur, quæ requirant altiorem indaginem, si quidem possunt per alium iudicem examinari, per iudicem non admittentur, sed in alio iudicio seruabuntur. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebellia. & l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. Si verò in alio iudicio examinari non possunt, etiam in isto examinabuntur, vt in dicto. §. ibidem. in fine. & ita intelligit ibi glosſ. dum dicit in verb. exceptionibus, quæsitis reo pro possessione retinenda. Si enim posset respuere illa, quæ non possunt alibi examinari, auferretur ius partis, & etiam cognitio tolleretur, quod non potest, vt dictum est. Illæ autem non dicuntur habere altiorem indaginem, quæ possunt examinari intrà tantum tempus, intrà quantum principalis processus expeditur: etiam si hoc non opponeretur, vt l. si is à quo.
5 in principio. ff. vt in possessio. leg. Item in his † casibus, in quibus ordinariè agitur, quis citatur peremptoriè, ita in istis casibus vbi agitur summariè, quòd patet in interpositione primi decreti, & secundi, quod summa-
* riè fit, & oportet quòd precedat peremptorium * vt. C. de his qui ad eccl. confu. l. præsenti. §. sed si hoc facere. & quomodo & quando iudex. l. consentaneum. Et Cyn. no.
6 ff. de damn. infect. l. si finita. §. Iulianus. Tempore † autē feriarum non potest procedi nisi in casibus expreſsis. ff. de fer. l. 1. & 2. & quāpluribus aliis legibus. Non obstat præ dictis extra de verborum significat. cap. sæpè, in clem. quia tota hæc glosſ. procedit, quando summariè tantùm debet procedi, ibi quando omnia illa verba iunguntur si-
7 mul. de quo infrà dicam. Circa modum probandi † in hac summaria cognitione sciendum est, quòd plena probatio est facere iudici plenam fidem, vt C. de eden. l. procurator. de cond. ob. tur. cau. l. 1. ff. de prob. l. quinquaginta. Habet autem hæc plena fides suos gradus. Nam quan-
* doque quis incipit suspicari, * hoc est, à leui argu. in vnam partem inclinare: quandoque quis incipit opinari: hoc est in vnam partem inclinare animum suum aliqua ratione satis forti, non tamen ita quòd credat non
n posse esse contrarium. Quandoque procedit vltrà, & incipit credere ita forti ratione, quòd firmiter inheret vni parti, nec de contrario aliquo modo dubitat, & ista est plena probatio, & plena fides, hæc naturalis dicitur, & probatur. ff. de quæstion. l. 1. in princip. vbi ad tormenta seruorum ita demum veniri oportet, cum suspectus est reus, & alijs argumentis ita probationi admouetur, vt so-
l la confessio seruorum deesse videatur: quod enim dicit, cum suspectus est reus, denotat primum gradum, quo quis incipit peruenire ad fidem, scilicet suspicionem: qđ verò subdit, & alijs argumentis, denotat secundum gradum, quo incipit opinari: quod verò subdit, de confes-
o sione seruorum, denotat vltimum gradum, scilicet quòd plena fides haberetur, & dicitur plena probatio. hoc etiā probatur. ff. de testib. l. 3. §. eiusdem. in fin. ibi, quid autem credas, aut parum probatum tibi opinaris, &c. ¶Et hæc plenius dixi in repetitione. l. admonendi. ff. de iureiur. vbi
8 de semiplena probatione tractaui. ¶Nunc † autem ad
e propositum dico, quòd quædam sunt [e] causæ summariæ modici, & quasi nullius præiudicij, & in his sufficit probatio per iuramentum, vt ff. ad exhiben. l. thesaurus. non enim nocet domino, si patiatur me cauentem de damno infecto, quærere thesaurum meum in fundo suo, vbicun-
f que petitur exhibitio; sed si in actione [f] ad exibendum veniret possessionis translatio, vt in l. Celsus. §. Iulianus. ad exhiben. vel si aliter per exhibitionem damnificaretur reus, tunc non sufficeret probatio per iuramentum, sed requireretur alia, vt statim dicam. In his enim vbi ita modicum præiudicium vertitur, ex solo iuramento iudex
9 ad suspicionem, seu opinionem inducitur. Quædā sunt, † in quibus aliquale præiudicium fit reo, tamen potest reparari per aliud iudicium, tunc alia probatio requiritur, quàm per iuramentum, scilicet quòd per vnum testem,
g vel aliqua [g] indicia, vel verisimilia, ita quòd in suspicione, vel opinione iudex aduocetur, vt ff. ad l. Aquil. l. in lege Aquil. ibi, ad suspicionem iudicem adducam. & de Car. edi. l. 3. §. causæ. ibi, vel modicum pro puero facientem. & de vent. in pos. mit. l. 1. §. si in ea. Et ista probatio dicitur facta summariè, hoc est primariè, quasi ad primum gradum probationis, scilicet suspicionem, vel opinionem peruenerit. & istud est quod dicimus, prima facie videtur, quòd sic, vel prima fronte, vt C. de edic. diui Adri. toll. l. fin. vel etiam potest dici summariè, id est breuiter. Nam ad ple-
10 nam † probationem secundum consuetudinem hodie approbatam per Decretales requiritur, ꝙ fiant articuli, &

quòd

ADDITIONES.

a Tho. Dip. ¶Summariè. Vide apostil. Alexand. in l. 1. §. fina. ff. de pt. stip. in addi. quæ incip. pulchrum tractatum. & in addi. seq. & And. Sicu. aliàs, Alex. in l. 2. C. de edic. diui Adrian. tollen. in princip. & apostil. Alexand. in l. 2. C. de pign. in versicul. dari libellus. Et an partes possint facere, quòd quis procedat summariè, &c. vide apostil. Alexand. in l. ius publicum. ff. de pact. & Barba. in capit. de causis. de. offic. deleg. adde, quòd dicitur summariè procedi quando parte absente potest cognosci, secundùm glo. & Barto. in l. 1. C. quando prouo. non est necesse. & de hāc clausula summariè, simpliciter, & de plano. &c. sola facti veritate inspecta, Ro. consi. 20. & 191. 409. & 497.

b In summa. Vide Ias. ibi in 1. not. & Alexand. in addi. in l. intra dies. in fine. ff. de re iudi.

c ¶Contestatur lis. Vide Gem. in consi. 135. inci. factum. in fi. & Alexand. in d. l. intra dies. in si. ff. de re iud.

d ¶Sententia diffinitiua. Vide Ias. in l. properandum. in prin. C. de iud.

* ¶Interlocutoria. Quòd sit diffinitiua, tenet Ro. consi. 357. & sequen.

* ¶Sufficiens. Sed si sit nimis breuis, & lædatur pars, alia de iure canonico repeti potest, vt voluit Barto. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. quem sequitur Rom. consi. 417.

* Peremptorium. Dicit tamen Rom. consi. proximè allega. quòd non est necesse, ꝙ peremptoriè dicatur in citatione, & vna pro omnibus sufficiat, si dicatur, summariè, & de plano.

* Suspicari. Vide eundem in l. admonendi. ff. de iureiu. & Ro. consi. 20. Imo. in cle. sæpè. de verb. sig. vbi de omnibus refert, & sequitur Bar. hic.

e Th. Dip ¶Quædam sunt. Vide Bar. in l. 1. in fi. quorum bono. & ibi apostil. Alex. in versic. summaria.

f ¶Sed in actione. Adde Bar. in l. si quis à liberis. §. si quis ex his. ff. de lib. agno. & ibi dixi. & eundem in l. si constante. in prin. in 2 q. sol. mat. & in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. & in l. 2. in fi. C. de edi. diui Adri. toll.

g ¶Vel aliqua. Vide plenè per Fel. in c. cum oporteat. de accu.

BIU Cujas

quòd ſingulariter, & diſtinctè probetur: hic verò ſuf-
11 ficit, quòd † ſummatim negocium probetur, vt dicta l. in lege Aquil. ibi, ſummatim negotio expoſito. Et hoc intelligo in cauſis ſummarijs valde fauorabilibus, ſcilicet ne propter probationes deficiant, vt alimentorum, & ventris. Si verò non ita fauorabiles eſſent, licèt poſſint per aliud iudicium reparari, tunc quantumcunque
a ſint ſummariæ, in eis plena probatio requiritur [a] ex parte agentis. Dicitur autem ſummariè, reſpectu defendentis: quia ſi accuſatorem diceret per calumniam poſtulare, vel aliquam exceptionem opponeret, quæ requireret altiorem indaginem, differtur exceptionis probatio, nec impediretur actoris intentio. ff. vt in poſſ. leg. l. ſi is à quo. §. 1. de præt. ſtipul. l. 1. §. pen. ad Tre. l. ille,
12 à quo. §. ſi de teſtamento. Et idem dico † in omnibus poſſeſſorijs iudicijs, quæ dico ſummariè examinari, vt. C. vnde vi. l. momentaneæ. & nota. C. quorum leg. l. vnica. in gloſſ. quòd poſſunt per iudicium petitorium reparari. Nam in eis dico, quòd requiritur ex parte agentis plena pbatio, vt dicta l. 1. C. quo. bo. vbi expræſsè dici
13 tur. Circa † verò [b] exceptionem aduerſarij, & circa
b dilationes, poterit verſari dicta ſummaria cognitio, & ſummariè dicatur hoc caſu, quaſi prima facie hoc videatur, cum iura partium non perfectè diſcutiantur. Quædam ſunt, in quibus partis verſatur præiudicium, nec poſſunt in aliud iudicium reperari, niſi per appellationem, vel alijs modis legitimis, & in his, ſi dicatur procedendum ſummariè, intelligitur ſolùm quo
c ad ordinem, ſed ab vtraque parte probationes [c], & defenſiones audiuntur, vt. C. de naufrag. l. de ſubmerſis. lib. 11. licet ibi ſit plus quàm ſummariè agendum, vt extrà, de verborum ſignificatione. c. ſæpè. in clem. In his enim cauſis debet intelligi illa conſtitutio, & ſic loquitur hic. Si enim in cauſis vbi ponuntur omnia illa vocabula, ſcilicet, ſummariè, & de plano, &c. hoc eſt vt in dicto c. ſæpè. multò minùs hoc eſt vbi dicitur ſum-
14 mariè tantùm procedi. Et prædicta † vera vbi contra præſentem proceditur. Proceſſus autem qui fieret contra abſentem; ex quo poſſet contra eum aliquod de-
d cretum interponi, vel diffinitiua ſententia [d] ferri, ſemper debet dici ſummariè agitari. Nam cum merita cauſarum partium aſſertione pandantur. l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo, ſi fit parte abſente, non poteſt dici quòd plenè liqueat * iudici: fortè enim ſi pars fuiſſet præſens aliquid oſtendiſſet, & ideò totum quod probat dicitur conſtare ſummariè, hoc eſt, primariè, idèſt prima
e facie: & ideò geſta parte abſente, [e] non ita porrigũt effectus ſuos ad extraneos. l. qui repudiantis. & l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtam. cum ſimil. & ſic ſummatim cognoſci dicit gloſſ. C. de bon. auth. iu. poſſi. l. cum proponas. & in auth. ibi poſita. & ff. ex quibus cauſſ. in
15 poſſeſſ. ea. l. Fulcinius. §. 1. & ibi glo. dicit, † quòd in ſecundo decreto procedit ſummaria cognitio: & tamen in eo requiritur probatio per inſtrumentum, vel per idoneos teſtes. l. fina. C. de bon. auth. iud. poſſid. ſed in
16 primo † decreto: quia ibi generatur modicum præiudicium, & poteſt de facili reparari, ſufficit probatio per iuramentum, vt probatur in auth. de exh. re. §. ſuſcepto. ſic enim ſummatim dici ſentit Specul. in titu. de offic. omn. iudic. §. poſtremò. circa fin. Et ſi quæri-
17 tur † quæ ſint cauſæ ſummariæ. gloſſ. dicit regulariter, omnis cauſa, quæ non requirit plenam cognitionem, l. iudices. C. de iud. fallit in caſibus qui enumerantur. ff. ad exhiben. l. 3. §. ſciendum. Specul. dicit idem, & certos caſus enumerat: ſed Dyn. ff. de præt. ſtipul. l. 1. §. pen. dat certas regulas ſic. Vbicunque agitur cauſa, ſuper qua ſententia lata tribuit ius finale, & aufert plenum ius, & tribuit alteri, ibi deſideratur cauſæ cognitio plena. vbi verò ècontra, non deſideratur plena, ſed ſufficit ſemiplena. ff. quis or. in bon. poſſ. ſer. l. 2. & ff. de bon. poſſeſſio. l. 3. §. ſi cauſa cognita. Sed certè illæ leges hoc non probant. nam diſtinguunt vtrùm detur de plano, an iudice ſedente pro tribunali. Et aliud eſt dicere de plano, & aliud eſt dicere ſummariè, vt infrà dicam in ſequen. gloſſ. Nam & bonorum poſſeſſio, quæ tribuit ius, datur à iudice ſedente pro tribunali, & tamen non datur in forma iudicij, vt not. in dicto §. ſi cauſa cognita. ſuæ tamen regulæ multum
18 mihi placent, vt dicamus ſic. † Vbicunque ſententia
f lata tribuit ius finale, nec poteſt per aliud iudicium [f] reparari, niſi per appellationem, vel aliud remedium, tunc requiritur cauſæ plenaria cognitio regulariter, dicta l. iudices. C. de iudi. Fallit in caſu dic. l. de ſubmerſis. C. de naufra. Item in caſu huius conſtitutionis. Item in caſibus, qui ponuntur in cap. diſpendioſam. extrà, de iudic. in clem. Item in caſibus, in quibus ſententia poteſt ferri contra abſentem, & negotium liquidari. C. quomodo, & quando iudex. authen. qui ſemel. & C. vbi de crim. agi opor. auth. qua in prouincia. Item vbi peruenitur ad ſecundum decretum, vt
19 dictum eſt. Secunda eſt regula quòd † vbi cauſa agitur, ſuper qua ſententia lata non parit magnum præiudicium, vel parit tale, quòd per aliud iudicium poteſt reparari abſque alia appellatione, vel reſtitutione, vel ſimili remedio, tunc procedendum eſt ſummariè. Iſtud probatur in omnibus exemplis poſitis in dicto §. ſciendum. in gloſſ. & in eo quod ſuprà dixi de iudicijs poſſeſſorijs. Sed hoc, quod dico ſummariè, diuerſimodè accipitur, vt ſuprà oſtenſum eſt. Sed dices tu, nulla lege antiqua reperitur, quòd agatur ſummariè: nam in dicta l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhiben. dicitur quòd ſummatim debet cognoſci, an actoris interſit, & ſic illum articulum dicit examinandum, non totam cauſam. Simile in cauſa alimentorum ex Carboniano ſummatim examinatur, an ſit filius, & ſic vnus articulus, vt ff. de liber. agno. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. & de Carb. edic. l. 3. §. cauſæ, & idem in ſimil. Sed vbi aliquid quod eſt principalis cauſa intentionis venit examinandum ſummariè, meritò tota cauſa dicitur ſummaria. Sed quomodo cognoſcimus quan-
20 do adijcitur vni arriculo, quòd cognoſcatur ſummatim, qualiter intelligatur? Ad quod dico quòd ſi cauſa principalis eſt ſummaria, & omnes eius articuli ſunt ſummarij, eadem ratione, vt dictum eſt. Si verò cauſa principalis requirit plenam cognitionem cauſæ, tunc de emergentibus, & incidentibus videamus. Dico, quòd quædam ſunt emergentes, in quibus ſiue quis vincat, ſiue vincatur, cauſa principalis propter hoc non perditur, & in his ſemper dico ſummariè cognoſcendum, exemplum. ff. de peti. hæred. l. ſi quis libertatem. in fine, de interro. ac. l. ſi defenſor. §. illud. Nec dico hic, vel in alijs emergentibus, vel incidentibus agi ſummariè reſpectu ordinis: quia in his ordo attenditur ipſius cauſæ principalis, ſed dico ſummatim. cognoſci reſpectu probationum: quia cum res ſit modici præiudicij, ſufficit quòd oſtendatur iudici ſic eſſe prima facie, vt dictis legibus. Quædam ſunt emergentes, in quibus ille, qui illas emergentes proponit, ſi vincit, propter hoc non vincit cauſam principalem, ſed remaneret in dubio: ſed ſi perdit in illa emergenti, perdit cauſam, vt cum actor in prima dilatione nil probauit, petit ſecundam, ſi obtinet non vincit cauſam, ſed remanet in dubio probationis. Si verò perdit in iſta emergenti, abſque du-
21 bio perdit cauſam. In iſtis, ſi quidem loquimur † de probatione impedimenti, fienda ab eo, qui petit ſecundam dilationem, dico, quòd ſufficit ſummaria,
g & ſemiplena probatio: [g] quòd patet, quia ſufficit probari per iuramentum, vt extrà, de exception. ca. paſtoralis. & ff. de excuſatio. tut. l. ſcire autem oportet. §. ſufficit. in fin. & ita determinauit Papa, vt retulit Specul. in titu. de appellatio. §. nunc verò. verſic. quid ergo. ꝙ tenet Gul. in l. 2. §. ſi quis. ff. ſi qs cau. Et huius caſus eſt ratio, quia conſequitur modicum commodum, vt di-
22 xi. Sed quando de probatione † impedimenti tractaretur, tunc illud non aſſero probari ex ſolo iuramento, & per ſolum iurm. Sed conſidero iſtam emergentem ex parte reſiſtẽtis, qa ex denegatione huiꝰ dilationis ꝙſequit magnum

ADDITIONES.

a Requiritur. Vide plenè per Alex. in conſi. 139. inci. circa primum, in 6. vol.
b ¶Circa verò. Vide plenè per Iaſ. in l. fin. ff. de fer. & Bart. in l. 3. §. cauſæ. ff. de Car. edic.
c ¶Probationes. Vide Bar. in l. ſi is. §. pen. ff. vt in poſſ. leg. vbi etiam dixi.
d ¶Diffinitiua ſententia. Vide Pau. de Ca. in conſi. 40. pro pleniori.
* ¶Liqueat. Quando iudici dicatur conſtare de iuribns partium, vide Ro. cõſi. 329.
e Th. Dip. ¶Parte abſente. Vide Pau. de Ca. in conſi. 40. inci. pro pleniori examinatione. in 2. col. in prin.
f ¶Per aliud iudicium. Vide Fel. in c. cauſam, quæ. de teſtib.
g ¶Probatio. Vide Alex. in l. 2. ff. ſi quis cau. in verſi. extrà glo.

magnum commodum, & si vult impedire, requiritur plena causæ cognitio. De hoc est text. C. de dilatio. l. à procedente. vbi expressè dicitur, quòd ideo plena causæ cognitio tunc requiritur, quia si negaretur, sen-
23 tentiaretur super † principali quæstione: igitur de dilatione, quia aliquo casu requiritur plenaria cognitio, scilicet quando denegatur: ideò in dubio videtur plenam causæ cognitionem requiri. argum. ff. de condictio. indeb. l. sufficit. Quædam sunt emergentes, quæ habent se ècontra ad prædicta, quæ ex parte eius qui emergentem proponit, si vinceret, totum ibi vinceret. Sed si perderet, non per hoc perdit totum, nec aduersarius
24 vincit. Exemplum † in exceptione rei iudicatæ, de iureiurando, & de transac. quæ opponuntur à reo ante litem contestatam ad impediendum processum. Si enim opponens vincit, totum vincit: si perdit, remanet lis: Hoc enim ex parte opponentis requirit plenam probationem, vt vincat. Potest tamen hæc cognitio dici summaria propter breuitatem dilationis, quia si requireret altiorem indaginem, differretur illa exceptio, quantum ad impediendum processum, & contestabitur lis, postea opponetur in vim peremptoriæ, l. nam & postea. in princip. ff. de iureiurando. in prin-
25 cip. in textu, & in glossa. Et ex hoc dico, quòd † si op-
a ponens [a] in illa exceptione succumberet nec plenè ante litem contestatam probauit, posito, quòd super hoc examinati sunt testes, & post litem contestatam iterum poterit opponi, & testes iterum examinari super eodem, & iterum publicari. Nam primò fuerunt examinati summariè, ergo non impedit examinationem, quæ fit post litis contestationem, vbi fit plenariè, argum. l. penul. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, & l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. Item quia testes examinati super vna instantia ad vnum finem non impediunt examinationem fieri in alia ad alium finem, argum. ff. de eden. l. argentarius. §. penul. ff. de fur. l. qui tabernas. & l. qui tabulas. §. fina. sed hic ante litem contestatam producuntur ad vnum finem, scilicet ne procedatur. posteà verò producuntur ad alium finem, idest, vt diffinitiuè absoluatur; & cum instantia incipiat à contestatione, non potest dici, quòd producantur in eadem instantia. de hoc est casus extrà, de te-
26 stibus, cap. veniens. Quædam sunt † emergentes, vel veriùs incidentes, vt quando producuntur aliquæ peremptoriæ, & istarum quædam sunt, quæ à principali intentione non possunt separari, vt omnis exceptio intentionis. Si enim dico testamentum nullum, quia ruptum agnatione posthumi: vel si dicam actori non competere ius agendi, quia meus seruus est: vel cum, qui petit hæreditatem, non esse hæredem, quia ego sum hæres; & similia. non enim potest pronunciari de vno, quin pronuncietur de altero, tunc de hoc incidenti cognoscendum est plenè: quod patet, quia sententia lata super principali parit exceptionem rei iudicatæ super incidenti, l. 1. C. de ord. iud. & de or. cog. l. 2. & de exceptione rei iudicatæ. l. si inter me, & te. quod intellige, si principalis causa requirebat plenam causæ cognitionem, d. l. secus si summariam, vt ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. penul. & de liberis agnoscen. l. si quis à liberis. §. si vel parens. Quædam aliæ sunt incidentes peremptoriæ, quæ possunt
27 separari à principali, vt omnis † exceptio actionis exclusio. nam vtrumque esse potest, & potest de vno cognosci, & aliud omitti. Et istarum quædam sunt quæ principaliter non possunt per se in alio iudicio agitari, vt exceptio pacti, & si quæ sunt aliæ merè exceptiones, & de istis sine dubio debet plenius cognosci, cum ex vtraque parte debeant plenè discuti, vt in dicta l. iudices. C. de iudi. & hoc facit, quia pariunt plenum præiudicium ab vtraque parte. Quædam sunt exceptiones, quæ possunt per se examinari in alio iudicio, non tamen ad eundem finem, ad quem proponuntur in primo, exemplum in l. vendicantem. & l. sequen. ff. de euictio. & debent etiam plenè probari eadem ratione: tamen licèt quis succumbat per modum exceptionis, po-
✻ test illud posteà deducere * in iudicium per modum actionis, dicta l. vendicantem. in fine. & l. sequens. Ratio est, quia ad diuersum finem agitur, & sic non videtur eadem res, l. cum quæritur. ff. de exceptione rei iudicatæ. Ita not. Cy. C. senten. rescind. non posse, l. peremptorias. dixi plenè quantùm ad hoc in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligationib. Quædam sunt exceptiones, quæ possunt per se examinari in alio iudicio ad eundem finem per modum agendi, vt exce-
✻ ptio compensationis, * sic enim cum opponitur, tendit ad hunc finem, vt mihi satisfaciat compensando, ita cum ego ago, tendo ad hunc finem vt mihi satisfaciat soluendo, & ista cum possit in alio iudicio reparari, habet in se aliquid summariæ cognitionis, quia si habet altiorem indaginem, iudex non debet eam admittere. C. de compensat. l. fina. & ideò si opponeretur
28 † compensatio debiti naturalis, quod non potest deduci in alio iudicio, hoc non haberet locum, sed deberet plenè examinari, sicut aliæ exceptiones, vt dictum
29 est. Sed si admittitur † ad hoc, vt opponens vincat, vel vt reprobetur compensatio, requiritur plena causæ cognitio: cum plenum etiam faciat præiudicium. l. quod in diem. §. si rationem. ff. de compensat. & ff. de negot. gesto. l. si nautem. §. finali. sed si iudex eam admitteret non reprobando, tunc non faceret præiudicium, vt ibi. Et prædicta de his quæ emergunt ante sententiam: sed post sententiam quandoque occurrunt aliquæ emergentes, vel incidentes: & ideò dic, quòd post sententiam aliquando opponuntur aliquæ exceptiones ad merita causæ, nõ ad sententiam: vt in casu. l. 1. C. de iur. & fac. igno. & tunc dic idem quod suprà. Quædam sunt quæ opponuntur contra ipsam executionem: vt quia
30 dicit, quòd non debet fieri † executio, quia sententia
b nulla, vel lata prætextu falsorum instrorum [b], & alia similia, & ista requirunt summariam cognitionem quò ad breuitatem dilationis: quia si requirunt altiorem indaginem, non impediretur executio, sed exceptio reseruaretur præstita cautione de reddendo quod exigitur. C. de Falsi. l. 2. C. de precibus impera. offeren. authen. quæ supplicatio. & extrà, de in integum restitutione,
✻ capit. suscitata. Sed si probationes essent in promptu, * tunc impeditur executio: & illæ probationes debent esse plenæ: vt C. si ex fal. instrum. l. fina. ibi, manifestis probationibus, &c. & idem pro quando opponitur exceptio, quòd non debet mandari executioni in totum, sed quatenus quis facere potest, vel alia similia:
31 vt. ff. fo. ma. l. ex diuerso. §. fin. cum sim. † Quædam exceptiones opponuntur non contra executionem simpliciter, sed contra rem, in qua fit executio, & istæ simpliciter requirunt summariam cognitionem quo ad breuitatem, & quo ad semiplenam probationem, dicta l. diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. Ratio, quia ibi vertitur modicum præiudicium, quia si non mandatur executioni super illa re, mandabitur super alia. Item de illa quæstione poterit cognosci in ordinario iudicio, vt ibi dicitur. Sed quando contenditur vtrum sententia sit executioni mandanda, vel non, & sic de viribus sententiæ; tunc est res magni præiudicij.
32 † Sed quid si in causa summaria iudex in sententia di-
c xerit se habuisse plenam causæ cognitionem [c], an per hoc faciat præiudicium in alia causa? Respond. non: quia debet intelligi se habuisse plenam, secundum quòd natura causæ exigit: vt l. si vno. in principio, ff. loca. de vsur. l. si stipulatus, & de damno infecto. l. damni infecti quidam. & quia cognoscere summariè non est solùm in iudice, sed etiam in parte, quæ fortè non curat producere probationes, ideo quia scit causam posse reparari in alio iudicio, & hoc maximè verum est, si pars contradixit sententiæ, vt in capitu. sæpè. in fine, de verborum significatione in clementi. Sed illud capitulum loquitur in causis, quæ parant plenum præ-
33 iudicium quocunque modo agatur. † Sed si in causa in qua requiritur plena probatio, diceret se habuisse cognitionem summariam, puto sententiam non valere.

ADDITIONES.

a ¶ Opponens. Vide Ange. de Are. in §. actionum. versicu. aduertas. Institu. de actio.

✻ ¶ Deducere. Adde, vt per Roma. consi. 412.

✻ ¶ Compensationis. Adde, vt per Rom. consi. 71.

b Thom. Dipl. ¶ Instrumentorum. Vide Angelum in l. admonendi. ff. de iureiurando.

✻ ¶ Promptu. Adde Paul. de Cast. consi. 320. pulchrè, Oldrad. consi. 106. Abb. consi. 55. lib. 2. *

c ¶ Cognitionem. Vide plenè per Alex. in l. sæpè. ff. de re iu.

BIU Cujas

valere: quia plenaria cauſæ cognitio eſt de ſubſtantialibus: vt C. de ſenten. l. ex ſtipulatione. & C. commi. vel epiſtol. l. iudex. ideò ſi omittitur, vitiatur ſententia, & not. C. de ſen. l. prolatam. ¶Item quod ſuprà dixi de hac dictione, ſummariè, idem intellige, ſi diceretur cauſam debere rectè examinari ſimpliciter. de quo verbo fit mentio in d. clemen. ſepè. quia debet intelligi ſimpliciter, hoc eſt ſine plica, ſcilicet ſine diſtinctione, & inuolutione, vt. ff. pro ſocio. l. coiri. de vulga. & pupil. ſubſti. l. 1. & de verbo. obl. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter.

1 *Cauſa vilis, & vilium perſonarum, de plano agitari debet iudice non ſedente pro tribunali, & ſine libello, & aliis ſolemnitatibus.*
2 *Cauſæ grauioris ponderis ſi agitari debent de plano, quomodo intelligatur.*
3 *Articulus vnius cauſæ, qui ordinariè agitari debet, quomodo poterit de plano agi.*
Libellus poteſt produci coram iudice eo non ſedente, & etiam die feriata ob neceſſitatem homi num. Item qui habet terminum ad producendum coram iudice, ſecus ſi ad probandum.
4 *Articuli modici præiudicij, ita ꝙ ſummariam cognitionem requirant, licet opus ſit, ꝙ iudex aliquid faciat, poterunt de plano, ſcilicet iudice non ſedente, & tempore feriato ob hominum neceſſitatem expediri, ſecus ſi alicui parti poßunt eſſe magni præiudicii.*
5 *Cauſæ, quæ ſint illæ, in quibus non ſperatur ſententia, quæ poſſunt de plano, & ſine cognitione expediri.*
6 *Tutoris datio ex inquiſitione, & bonorum poßeſſio, quæ tribuit ius, licèt in eis requiratur plena probatio, non tamen dicuntur cauſæ ordinariæ, nec probatio fit in forma iudicij.*

De plano.

[a] Planum eſt oppoſitum alto. Item altum dicitur ratione loci, vel ſtylli: dicimus enim quem vti alto ſtylo. Item de plano fieri, oppoſitum eſt ei ꝙ fit velociter, quælibet iſtarum ſignificationum poteſt habere locum hic, vt ſtatim patebit. Videamus ergo quæ cauſæ debeant agitari de plano, & quid
1 importet. Et dico, † ſi quidem cauſa eſt vilis, vel de vili natura, vel vilium perſonarum, tunc hic agitur de plano, vt C. de ſenten. ex peric. reci. auth. niſi breuiores. & ff. de off. procon. & le. l. nec quicquam. §. de plano. de accuſa. l. leuia. & tunc de plano importat idem, ꝙ iudice non ſedente pro tribunali, & ſic nō in loco alto. Item ꝙ non ſeruatur ſtylus aliorum iudiciorum, ſed ſine libello, vel alijs ſolemnitatibus cognoſcamus veritatem, vt not. in d. §. de plano. in glo. & Gul. de Cun. in d. l. leuia. ſecundū vnam
2 opi. veram. Si verò eſt cauſa ponderis grauioris, † tunc regula eſt, ꝙ cauſa debet agitari plenè, & ſolemniter cognoſci. l. iudices. C. de iud. Fallit in quibuſdam cauſis, quæ agitantur de plano. vt ff. de quæſt. l. vnius facinoris. §. fin. & extrà, de iudi. c. nouit. in fi. de acc. c. olim. & in his non intelligitur excluſus ordo iudiciarius, vt d. c. olim. & ibi no. per Inn. & ratio, quia in cauſis magnis procedere ita repentinè, ſine ſolemnitate, eſt ſtylus altus nimis. Solùm enim reges, & Principes hoc faciunt. Sed procedere ordinariè, eſt in his de plano procedere, hoc eſt non frequenter, nec ſtylo alto. Vides ergo, ꝙ ex diuerſitate cauſæ ſtylus dicitur altus diuerſimodè, & in his ſemper puto quòd non erit neceſſe iudicem ſedere in alto tribuna-
✻ li, * ſed in camera poterit fieri, & hoc ſi de tota cauſa
3 agitanda de plano quæratur. Si verò † quæritur de articu-
b lo [b] vnius cauſæ, quæ debet agitari ordinariè, an articulus aliquis poterit agitari de plano. dic ꝙ quædam facit
c quis in iudicio corā iudice vbi ſufficit preſentia iudicis, vt producere libellum coram iudice, & iſtud ſemper poteſt fieri de plano, hoc eſt iudice non ſedente pro tribunali, & die feriata ob neceſſitatem hominum, l. miles. §. ſexaginta. ff. de adult. Item in appellatione quæ ſolùm corā iudice interponitur, vt C. de ferijs. l. 1. Per hoc dico ꝙ re-
d lationes nunciorum, [d] quæ fiunt iudici, poſſent fieri de plano. Et ſi aliquis habet terminum ad producendum aliquid coram iudice, quia de plano poterit fieri, per dictas leges. Secus ſi habuit terminum ad probandum, quia per hoc ſolùm ꝙ exhiberet coram iudice non fieret probatio, niſi parti detur copia, & terminus ad opponendum, & ſic ꝙ productum eſt, approbabitur, vel reprobabitur, vt ex hoc ei imponatur fides, vel non, vt C. de fid. in-
c ſtrum. l. fi. [c] Quidam ſunt articuli, † in quibus opus eſt iu-
4 dicem aliquid facere, & tunc ſi quidem illud eſt modici præiudicij, ita ꝙ ſummariam cognitionem requirat, ſecundùm ꝙ dicitur. C. de defenſo. ciui. l. iubemus. §. illud. & dixi in præced. glo. & tunc poterit de plano examinari, hoc eſt, iudice non ſedente pro tribunali, die feriata ob neceſſitatem hominum. ff. de interroga. ac. l. voluit. §. fin. Si uerò illud poteſt eſſe ab aliqua parte magni præiudicij, tunc non debet agitari de plano, ſed plenè cauſa cognita, & iudice ſedente pro tribunali, vt C. de dila. l. à procedente. Et prædicta vera in cauſis, in quibus venit fe-
5 renda ſententia diffinitiua. Sed contigit † aliquando ꝙ coram iudice agitantur quædam cauſæ ex quibus non ſperatur ſententia, ſed aliquod decretum iudicis. Et in his dic, ꝙ quandoque decretum tale interponitur in his quæ ſunt merè voluntariæ iuriſdictionis, & nulla alia cauſa requiritur, niſi partiū voluntas, & iſta de plano interponitur, ideſt iudice non ſedente pro tribunali, vt Inſt. de libert. §. ſerui. & ff. de manumiſ. vind. l. non eſt omnino. Quædam ſunt, quæ requirunt cauſæ cognitionem, & tunc ſi quidem eſt cognitio leuis, ſeu ſummaria, vt in tutore, ſeu curatore, qui datur ſine inquiſitione, & iſta poſſunt ſi militer agitari de plano, vt ff. de tut. l. qui habet. §. quolibet loco. & in bonorum poſſeſſione, quæ non tribuit ius, vt. ff. quis or. in bo. poſſ. ſer. l. 2. §. dies, & de bon. poſſ. l. 3. §. ſi
6 cauſa cognita. † Quædam ſunt, quæ requirunt veram, & plenam cauſæ cognitionem, vt datio tutorum ex inquiſitione, & bo. poſ. quæ tribuit ius, & tunc non poteſt fieri de plano, ſed iudice ſedente pro tribunali, vt ff. de confirmat. tut. l. naturali. §. fi. de bon. poſ. l. 3. §. ſi cauſa cognita.
f & d. l. 2. §. dies. ff. quis ord. in bo. poſſ. ſer. Sed aduerte, [f] quia in iſtis caſibus, licèt requiratur plena probatio, non tamen eſt cauſa ordinaria, imò non fit probatio in forma iudicij, imò nulla parte arctata, aliàs, citata, vt not. d. §. ſi cauſa cognita. & d. §. dies. & illo reſpectu poteſt dici non plènaria, per ea quæ dixi in præcedenti glo. & ſic patet, quòd illæ leges, quæ dicunt de plano cognoſci, longè differunt ab his, quæ dicunt cauſam ſummariè agitari, vnde ex d. l. 3. §. ſi cauſa cognita. & d. l. 2. §. dies. debuit Dy. ſumere regulas in materia ſummariæ cognitionis: vt dixi in præceden. gloſ.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶Plano. Si commiſſa eſt cauſa alicui ꝙ cognoſcat de plano, idem eſt ꝙ ſi ſimpliciter cognoſcenda cōmitteretur, vide Alex. in l. cohæredi. §. cohæres. in prin. ff. de vul. & pup.
* ¶Tribunali. Sequitur Ro. conſi. 498. Imo. in cle. ſæpè. de verb. ſign. vbi omnia ſequitur nihil addens.
b ¶Articulo. Vide Ale. in l. qui ante Calendas. in 2. col. ff. de verb. ob.
c ¶Coram iudice. Vide Ale. in l. 1. ff. de fer.
d ¶Relationes nunciorum. Relationes nunciorum poſſunt fieri die feriato ob neceſſitatem hominum. vide plenè per Alex. in l. 1 §. nunciatio. ff. de ope. nou. nun. & in l. hæc autem. §. non defendi. ff. ex quib. cau. in poſ. ea.
e ¶L. fi. Vide Ale. in d. l. fi. C. de fid. inſtr. in apoſt. Bar. & Maria. Soc. in trac. de citatione, art. 13. in q. 3. ꝙ relatio nuncij poteſt fieri iudice non ſedente pro tribunali. & Ale. in l. ſi finita. §. Iulianus ff. de dam. infe.
f ¶Sed aduerte. No. qđ ad inſtructionem, & præſumptionem informandam non ſeruatur ordo, & figura iudicij. adde Bart. ſuprà, in verſic. ſummariè. Bal. in l. iudices. C. de iud. & clariùs Bal. dicit in c. 1. §. ſi duo. poſt glo. ibi de pa. iur. fir. quòd poteſt, iudex informationem capere à teſtibus non iuratis, & ſine ordine iudiciario. vide concor. de quibus per Fran. de Cur. in conſi. 40. ſuper eod. in fin. ſuæ addi.

1 *Cauſa cognoſcenda ſine ſtrepitu intelligitur, id eſt ſine rumore.*
2 *Iudex qui cognoſcit cauſam ſine ſtrepitu, cogitur audire partem volentem ſibi aliquid in occulto dicere.*
3 *Cauſa in cognoſcenda ſine ſtrepitu non datur dilatio ad quærendum aduocatos.*

Sine ſtrepitu.

Sic extrà, de accuſ. cap. olim & de ſtatu monacho. ca. ea quæ. & de hær. cap. fin. in princ. lib. 6. & de iud. cle. diſpendioſam. & de verbo. ſignifi. cap. ſæpè. in clem. Et de ſtrepitu, quidam dicunt eſſe omnem ſolemnitatem, quæ magis ſpectat ad ordinem, quàm ad inuentionem veritatis: quorum opin. refert Inno. in dicto cap. olim. de accu. ſed non
1 tenet eam benè. Dico † ergo, ꝙ ſtrepitus idem eſt ꝙ rumor, & deſcendit à ſtrepo ſtrepis, ꝙ eſt idem ꝙ rumorem facere, ſecundùm Hugo. Sicut autem per verbum de plano, remouetur altitudo loci, & ſtyli, vt dictum eſt, ita per hoc verbum, ſtrepitus remouetur altitudo vocum, & declamatio, ideo aditur quandoque abſque aduocatorum,

& iu-

BIU Cujas

& iudiciorum ſtrepitu, & figura, vt d.c.fi. in prin.de hære. li.6.Et per hoc† dico ꝙ in cauſis,[a] in quibus debet procedi
2 a ſine ſtrepitu, ſi pars diceret iudici ꝙ approximaret ſe ei, quia volebat aliquid dicere in occulto, ꝙ iudex debet hoc facere, aliàs grauaret eum. Prædicta tamen iura non haberent locum in hac conſtitutione, quia hic dicitur, ꝙ iudex poteſt: non autem imponitur ei neceſſitas. In alijs autem cauſis iudex non cogitur eum audire, niſi palam ante tribunal. vt de epiſc. & cler.l.iubemus. in fin. ¶Item
3 licet† aliàs detur dilatio parti ad quærendũ aduocatos,[b] vt
b ff. ex quibus cau. ma.l. ab hoſtibus, in fin. & l.ait prætor. tamen in caſu iſto non erit danda, quia ab ea eſt remotus ſtrepitus aduocatorum. puto tamen ꝙ hoc verbum ad maiorem expreſſionem apponatur. Nam per hoc quod dicit de plano, ſatis poteſt intelligi reſpectu loci, ſtyli, & vocis.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶Dico qđ in cauſis. Not.qđ in cauſis, in quibus proceditur ſine figura iudicij, iudex poteſt occultè loqui cum parte.& ſic limita quòd quamuis ſit iuſta cauſa ſuſpicionis, ſi iudex loquitur cum parte, vt in Spec.in titu.de diſpu.& alle.in fin. & doc.in c.accedens.el.2. vt lit.con conte. tamen limitatur per doc. Bar. hic quam ſequitur Iaſ.in l.apertiſſimi.C.de iud.in 11.cau.quod no.

b ¶Aduocatos.Not. qđ dicit Bar.hic.qđ in cauſis ſummarijs non debet dari dilatio ad inueniendum aduocatum: tamen de hoc dicto valde dubito quòd non ſit verum; quia carere aduocato eſt carere magna parte defenſionis.l. aduocati.C. de aduo.diuer.iudi.Ful.in l.certi iuris.C.de iud.facit glo. in l.quòd ſi nolit.§. ſi mancipium ff.de ædil.edi.& tenet Iaſ.in l.fi.ff.de fer.Fel.in c.1.in prin.vt lit. non conteſt. facit l.laudabilem. in princ.C. de aduo.diuer.iud. Conſtat enim defenſionem eſſe de iure naturali.cle.paſtoralis.de re iud.capitu.ius naturale.1. diſtin l.ſcientiam.§. qui cum aliter.& ibi Flo.ff.ad l.Aquil.not.Doc.ff.& C.& inſt. in rub. de excep & in rub.extrà eo.& quamuis cauſa ſit ſummaria, non tamen auget dilationes: qđ tollitur neceſſaria, vt dicunt omnes in clem.ſæpè.de verb.ſignifi.& ita pluries obtinui, & obſeruatum vidi contra Bar. & adde quæ poſui in 2. lib. de præſtan.Doc. in 8.q. vbi ſunt plura bona in materia, an & quando debeat dari dilatio ad quærendum aduocatum, vide Iaſ.in l.fi.de fer. & dixi in addi.l.ait prætor.§. de inde. quibus ex cau.maior in iuteg.reſt.

1 *Figura rei corporalis dicitur potens formæ ipſius, vel facies, qua rei ſubſtantia figuratur.*
2 *Rei incorporalis figura dicitur eius natura.*
3 *Iudicij figura eſt, quòd partes iudicij ſint factæ ſecundùm ordinem debitum, & debitam probationem, ſeu proportionem.*
4 *Cauſa in cognoſcenda ſine figura iudicij tolluntur ſubſtantialia à iure ciuili inducta, non à iure naturali.*
5 *Clauſula, ſine figura iudicij, non adſtringit iudicem ad formam inductam de iure ciuili, ſed ad inductam de iure gentium, vel naturali.*
Clauſula, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, quid importet.
6 *Citanda eſt pars in iudicio agitando ſine figura iudicij.*
7 *Perſonarum legitimatio requiritur.*
8 *Petitio requiritur, licet non ſolemnis, & ſufficit, quòd contineat factum, & in actis redigatur, & concluſio inepta non vitiat proceſſum, & ſufficit generalis, dummodo reus reddatur certus.*
9 *Exceptio rei iud. vel finitæ, & aliæ ad proceſſum impediendum opponuntur.*
Exceptiones magis litem differentes, quàm ſubſtantiam rei reſpicientes iudex repellere poteſt.
10 *Litis conteſt. non requiritur quando agitur ſine figura iudicij.*
Poſitiones, & articuli habentur pro litis conteſtatione.
11 *Iuratur de calumnia.*
12 *Dilationes dantur ad probandum licèt breues, licèt probationes factæ ſine termino probent.*
13 *Teſtes iurant parte præſente.*
14 *Dicta teſtium debent concludere, ſicut in ordinarijs.*
15 *Teſtes, & eorum dicta publicantur.*
16 *Teſtes poſt didicita teſtificata non poſſunt produci.*
17 *Inſtrumentorum editio non petitur.*
18 *Concluſio in cauſa non repellitur.*
19 *Terminus ad allegandum neceſſariò non datur.*
20 *Partes citantur ad audiendam ſententiam.*
21 *Sententia in cauſa, quæ tractatur ſine figura iudicij, eſt ferenda in ſcriptis de iure canonico, & poteſt ferri iudice non ſedente, de iure ciuili neceſſariò non fertur in ſcriptis, dummodo in actis redigatur.*
22 *Sententia lata in dominum procuratore preſente, in hoc caſu tenet.*
23 *Iudex præcedente cauſæ cognitione, abſque alia ſententia, poteſt rem capere, & illam diſtrahere.*

a 1 **Et figura.** [a] Figura† cuiuſlibet, eſt potens forma ipſius, vel facies, in qua rei ſubſtantia figuratur, vt ff.de ac. & ob.l.non figura. & ita dicit Ioann. Andr.in ca.ſæpe.extra,de verbor.ſignifi.in clem.in
b glo. ſuper verbo, non exigat. ꝙ eſt verum in figura rei[b] corporalis.C.de edi. diui Adria.tol.l.fin. & ff.de verbo. ſignific. l.quæret aliquis. vbi hoc meliùs probatur, quàm
2 alibi. Rei verò incorporalis† figura dicitur eius natura. Vnde rectè dicimus figuram actionis vnicam eſſe ipſius actionis naturam, vt C.de rei vxor.ac.l.1.§.cum autem in exactione. ibi, rudem figuram ex ſtipulatu,&c. Quædam ſunt facta, prout conſiderantur in fieri, ſeu in actu faciendi.& ipſorum figura eſt ipſe ordo faciendi. Vnde in grammatica dicimus, figuræ ſimplicis, quia ſimpliciter profertur. Quia igitur actus proferendi eſt ſimplex, ideo dicitur figuræ ſimplicis. hîc autem loquimur de figura iudicij. Et iudicium licèt habeat multas ſignificationes, tamen hic accipitur pro actu examinationis, & deciſio-
3 nis cauſæ. Figura† ergo iudicij eſt, quòd partes iudicij ſint factæ ſecundùm ordinem debitum, & debitam probationem, ſeu proportionem, & ex iſta figura iudicium accipit ſuum eſſe, & ſuam ſubſtantiam, quòd patet, quia ſi ordo non ſeruaretur, iudicium eſſet nullum, vt C.de
4 ſenten.l. prolatam. Vnde per hoc† quod dicitur ſine figura, tolluntur ſubſtantialia iudiciorum, vt ipſum verbum importat, vt not. Ioann. Andr. in d.c. ſæpè. in glo. ſuper verbo, figura. Sed contra hoc oppo. quòd ſublatis ſubſtantialibus nullo modo erit iudicium, cum res non eſt perempta, ſine eius ſubſtantia.l. obligationum ſubſtantia.ff.de ac.& ob.ſed hoc in veritate eſt iudicium,
c licèt extraordinarium. [c] Solu. Tolluntur ſubſtantialia
d iudicij de iure ciuili introducta, non autem ea, [d] quæ ſunt naturalia à iure naturali, ſeu gentium inducta naturali ratione, vt infrà in multis oſtendam. Item aduertendũ eſt, quòd Ioann. Andr.in dicta clem. ſæpæ.in gloſſ. ſuper verbo, non exigit, dicit, quòd iudex non adſtringitur hoc caſu ad aliquas formas, regulas, vel figuras iudiciorum, niſi inquantum in dicto cap. exprimatur: & illa expreſſa magis reſpiciunt figuram facti, & negotij, vel cauſæ,
5 quàm iudicij, ſecundùm eum. Tu dic, ꝙ iudex† per hæc verba releuatur ab omni forma, & figura iudicij inducta à iure ciuili, & tenetur obſeruare omnem figuram, & formam iudicij inductam de iure gentium, vel naturali ratione, & de his loquitur vt plurimum illud ca.licet aliqua liter egeat declaratione, & infrà. decralabo. Aduertendum eſt, ꝙ dicit Ioann. Andr. ꝙ ſi omnia dicta verba, ſcilicet ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, hic non proponerentur, non haberet locum ꝙ dicitur in dicta clemen. ſæpè. vt ipſe ibi notat in gloſſ. ſuper verbo, figura; ꝙ verum eſt, ſi à primis incipias, & iſtud vltimum omittas. Sed ſi proponeretur iſtud vltimum, ſcilicet ſine figura iudicij, licet omnia verba præmiſſa eſſent omiſſa, idem importaret, cum omnia ſubſtantialia eſſent ſublata. Quod igitur de ſignificatione huius verbi dicam, intellige idem, ſi omnia coniungerentur. Quid ergo hæc verba important per ſingulas partes iudicij proſequamur latius quàm in dicto ca.ſæpè.declaretur.
6 ¶Quærò igitur vtrum ſit† neceſſe ꝙ pars citetur? Reſpon.
e ſic [e], vt in hac l.innuitur. Item quia hoc eſt de iure naturali; nam primum hominem delinquentem citauit Deus dicens, Adam vbi es? Hoc etiam probatur extrà, de re iudic.cap.paſtoralis. in clem. vbi ſententia domini Imperato. Henrici, qui fecit hanc legem, & poſteà condemnauit Regem Robertum Regem Hieruſalem, &
✠ Siciliæ caſſa fuit ex eo quòd citatio * non fuit facta le-
7 gitimè. probatur in dicto c.ſæpè. Item an eſt neceſſe† ꝙ perſo-

ADDITIONES.

a Th.D. ¶Et figura. An legatus de latere, an domini temporales poſſint committere cauſas ſummariè, & ſine figura iudicij, vide Ia ſin l.nemo poteſt.de leg.1.Card. Ale.in c.paſto.de appe.Fel.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitu.

b ¶In figura rei. Vide Ale.in conſi.45 in 6.vol.

c ¶Extraordinarium. Per verba, ſine ſtrepitu & figura iudicij, videtur remiſſa omnis ſolemnitas iuris ciuilis, & ſic remanent, quæ ſunt de iure gentium, vel naturali. Vide Bar.in l.ſi filius ff.de don.& in.l.filius.ff. de milita.teſt. Bal.in l.iudices.C. de iud.& in l.1.& l.Theſaurus.ff.ad exhib.& in l.fi.in prin.C.de iure delib.Io.de Anania in conſi. 55.quia dubia. Fran. de Aret. in conſi.83.diligenter ponderatis. vide Ludo.Ro.in conſi.20.viſo puncto.

d ¶Non autem. Vide Rochum in c.fi.de conſue.

e ¶Reſpon.ſic Vide Ale.in l.ſi ſic.de leg.1.& in conſi.218.in 2.volu.inci. viſis.

✠ B.L. ¶Citatio. etiam ſi in reſcriptis dicatur, procedat ut voluerit, non poteſt tolli citatio, vt voluit Ro.conſi.147.& ſi Papa ſcribat alicui, vt ſe informet de aliquibus cauſis, & ſi nouerit vera eſſe, ꝙ talem amoueat ſummariè, ſimpliciter, &c. debet citatio præcedere. Cal.conſi.4.tit.de dilat.

BIU Cujas

á perſonæ [a] legitimentur? Reſp. ſic, vt hac conſtitutione ibi, vel aliàs legitimè, &c. aliàs ſequeretur abſurdum, ſcilicet quòd alter non habens mandatum à me poſſit mihi præiudicare, quod repugnat iuri naturali, vt C. de inof. teſta. l. ſi quis in ſuo. & ff. de reg. iu. l. factum cuique ſuum. & extrà, de reg. iur. ca. non debet aliquis. lib. 6. & hoc tan-
8 gitur in dicto cap. ſæpè. † Item an requiratur petitio? Reſpond. in caſu huius. l. oportet quòd præcedat accuſatio, inquiſitio, vel denunciatio, vt dictum eſt, aliàs vbi cã deberet agi ſine figura iudicij, vt dicitur in d. cle.
✻ ſepè, non eſt neceſſe quòd libellus detur in ſcriptis, * ſed
b iuxtà petitionis formam pronuntiatio ſequi [b] debet pro parte agentis, vel rei, ſi quid petere voluerit: & in ipſo litis exordio facienda eſt petitio ſiue in ſcriptis, ſiue verbo: in actis tamen inſerenda, vt ibi dicitur, & iuſtum eſt, quia naturale eſt, quòd agens petitionem ſuam proponat. Nam coram Salomone mulier ita dixit, Filius meus viuit, filius iſtius mulieris mortuus eſt, vt not. C. de ſententia ex peric. recitan. l. 2. & extrà. de præſum. c. afferte mihi. & habetur in tertio lib. Regum. 1. ca. vbi illa petitio la-
c tiùs ponitur. & aduertendum [c] ꝙ illa petitio continet ſolùm facti narrationem, non concluſionem. Ex quo infero ꝙ licet illa petitio nõ habeat omnia ſolemnia, q̃ de iure requirunt̃, vt no. ff. de edendo. l. 1. in prin. tñ ſufficit, ſi eſt generalis, vt eſt arg. C. de anna. exce. l. fi. in prin. Idem ſi concluſio, non eſt legitimè facta. l. i. §. 1. ſi men. fal. mod. di
xer. vel ſi non petat eum condemnari, ſed petit eum co-
d gi, [d] quod fieri non debet, vt C. de execu. rei iud. l. i. tamen in hoc caſu quando ſine figura iudicij proceditur, valebit
e iudicium. Si. n. procedit vbi ſola facti narratio [e] eſt abſque concluſione vlla, multò magis ſi concluſio non erit bene
✻ facta, * ſi tamen ex narratione poſſit comprehendi quid actor velit, arg. C. de re. vxo. ac. l. 1. §. 1. & hoc eſt, quòd volunt dicere verba. d. c. ſæpè. dum dicit, iuxta petitionis formam, &c. q. d. licèt non pronuncietur ſuper eo, ꝙ eſt petitum, ſufficit, ſi pronuncietur iuxta id ꝙ eſt petitum. Aliud eſt. n. iuxtà petitum, & aliud petitum iudicare. ff. iudicatum ſol. l. iam tamen. §. in hac. ver. quid tamen. ſemper tamen intellige, ꝙ non ſit tanta incertitudo, ꝙ auferat de
9 fenſionem reo, vt j̃. dicam. † Item an poterit opponi exceptio rei iudicatę, vel finitæ ad impediendum proceſſum? Reſpon. ſic, quia de iure naturali, eſt, ne bis iudicetur in idipſum. exceptiones verò, quæ magis differunt, & fruſtrantur cauſæ veritatem, quàm ipſam reſpiciant, poteſt iudex repellere. d. ca. ſæpè. illæ. n. de iure naturali non ſunt, imo contrariantur. ¶ Item an procedi poſſit tempore fe-
f riato? in d. c. [f] dicitur ꝙ ſic, ſi ſunt feriæ indictæ ob neceſſitatem hominum, ſecus ſi ob honorem Dei. Ratio, quia de iure naturali ſunt feriæ indictæ in honorem Dei. præcepit
✻ enim Deus coli ſabbata, & quaſdam feſtiuitates. * ¶ Item
10 an ſit conteſtanda lis? Reſpon. † non. Nam dicitur ibi, litis conteſta. non poſtuletur. Ratio, quia eſt ſolemnitas
g iuris ciuilis; eo tamen caſu, quo merita cauſarum [g] tracta ri incipiuut, vt quia legitimatis perſonis, proponuntur excepriones, vel fiunt poſitiones, & articuli habent vim litis conteſtationis ad faciendum de procuratore dominum litis. Item quò ad certos effectus conteſtationis litis, vt C. de procuratoribus. l. nulla. ibi, poſt cauſam in iudicio agitatam: & ibi, poſt inchoatam cauſam, non dicit litẽ conteſtatam. ſufficit ergo quòd quocunque modo cauſa incipiat agitari hoc. not. in l. nihil. C. de procurato-
1 l. fi. scilicet † qđ prouinciæ appellatio intelligatur secundū cōem & vulgarē modū loquendi; scilicet Thuscia, Lō bardia &c. licet secundum can. Lombardia non est vna prouincia. Nam Cremona est de vna prouincia, quia est de archiepiscopatu Mediolanensi; & Rhegium est de alia. scilicet de archiepiscopatu Rauēnensi, vt not. Bern. extra, de elec. c. coram, Idem not. extrà de offi. vic. c. sententiam.
2 Sed pro huius declaratione sciendum est † ꝙ diuisio orbis terrarum de iure gētium est, vt ff. de iust. & iur. l. ex hoc iure. & hæc diuisio fuit eorum, qui habitant simul. idest ædificijs in vnum collatis, & sic communiter habemus tria nomina, scilicet ciuitas, castrum, & villa, d.l. ex hoc & ibi no. in glosa parua, super verb. collata. Quędam est diuisio eorum, qui nō habitant simul, sed ædificijs separatis, & hæc appellatur prouincia, vel regnum, vel sunt alia nomina vŕia, significantia separationem linguarum, vt in Italia, Alemania, Francia, Græcia, & similia, d.l. ex hoc iure. & C. de off. rec. prouin. & ff. de offi. præt. per totū:
3 de quorum quolibet videamus. Villa, in Frācia, idem † est qđ ciuitas. Nos autem dicimus villas ædificia sine muris, vel fossis, quæ villæ, seu vici nullam habent iurisdictionē de iure communi, sed subsunt alicui ciuitati, vt C. de episcop. & cler. l. nulli. §. fin. & de na. li. l. 2. & ff. ad mu. l. qui ex vico. Pro hoc extrà, de sen. excom. c. si ciuitas. & quod ibi
4 not. per Inn. & Io. And. Castrum † [b] dicitur quasi casa alta,
b seu fortis, & munita muris, seu vallo. l. quicunque castellorum. C. de fund. limitrop. lib. 11. & ff. ad l. Iul. maiest. l. 2. & in d.c. si ciuitas. & similiter non consueuerunt hŕe iurisdictionem de iure communi, sed sunt sicut vici, vt dictis iuribus, & est expressum. C. de testam. l. fin. habent tamen
c quosdā magistratus, qui ibi ponuntur à ciuitatibus,[c] quib. subsunt, vt C. de magistr. municipalib. & ibi not. per Azo.
5 in sum. Ciuitas † verò secundùm vsum nostrum appellatur illa, quæ habet episcopum: antè tamen, quàm essent episcopi, erant ciuitates. Et ciuitati competit potestas eligen-

ADDITIONES.

a Th.D. ¶Lombardiæ. Qualiter prouincia intelligatur, vide Bar. hic, & in l. fin. C. de metrop. Bery. li. xi. & Card. in cle. dudum. in ver. extra ciuitatem. in 1. q. de sepu. Io. de Imo. in c. pen. in ver. & aduerte de testibus. Sal. in l. fin. C. de præscri. lon. tép. Ang. de Are. inst. de vsuc. in princ.

b ¶Castrum. Vide Fel. in c. Rodulphus. de rescri. vbi plenè ponit de hac materia. & vide Bar. in l. fi. in prin. ff. de colleg. illi. & ibi apost.

c ¶Ponuntur à ciuitatibus. Vide Ias. in l. 1. in prin. ff. de iurisd. om. iudi.

BIU Cujas

eligendi sibi de iure communi defensores, qui habeant iurisdictionem, non autem merum imperium, vel mistum, vt in auth. de defen. ciui. §. iusiurandum. Fallit in vrbe Romana, vt l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfec. vrb. & a in alijs, quæ habent ex priuilegio, vel ex consuetudine,[a] vt d. §. iusiurandum. & quia secundum canones episcopi debẽt ordinari in dictis locis, vbi sũt dicti officiales, vt lxxx. dist. c. 1. 2. & 3. Ideò insurrexit consuetudo, quòd locus habens episcopum sit ciuitas, tamen verè sine episcopo dicitur ciuitas, eò, quòd habet officiales prædictos, & iurisdictionem. Et sic patet, quòd licèt ex causa, vna ciuitas prib uetur episcopo, non tamen per hoc desinit esse ciuitas.[b] Sed quid dices tu de castris quæ sunt per Italiam, & habent dictas iurisdictiones, an dicemus quòd sint ciuitates? Respondeo, si constat quòd antiquitus fuerit ciuitas: licet postea episcopatum perdiderit, ciuitas est propriè, vt patet, ex prædictis. Si hoc non constat, tunc aut iurisdictio fuit illi loco concessa vt ciuitati, aut vt castro, aut simplici c ter dicendo tali terræ, vel tali comitatui.[c] Primo casu erit ciuitas. nam ciuitatem facit princeps eo ipso quòd sibi scribit vt ciuitati, vt no. per Inno. extrà, de offic. ord. c. cum ab ecclesiarum. Nam dicendo, quòd sit ciuitas, videtur sibi concedere omnia priuilegia ciuitatis, ar. ff. de re iud. l. quidam consulebant. Secundò casu non erit ciuitas, sed castrum habens priuilegium ciuitatis, vt dicitur. ff. de off. eius cui man. est iurisd. l. 1. §. 1. Tertio casu erit ciuitas: quia larga interpretatio est facienda in concessione huius 7 beneficij, vt l. pe. de const. princ. † Prouincia verò secundum canones distinguitur per archiepiscopatus, vt dictum est. qualiter de iure communi, seu ciuili intelligatur, & procedat, dic quòd quædam sunt ciuitates minores, vt communiter omnes quæ habent iurisdictionem prædictam absque mero, vel misto imperio. Aliquæ sunt ciuitad tes[d] quæ habent mistum imperium. Aliquæ sunt maximæ quæ habent merum, & mistum imperium, vt ciuitas metropolitana; nec dico propter episcopatum, sed quia forum causarum est magnum, cui suberant multæ aliæ ciuitates, vt ff. de excus. tuto. l. si duas. §. est autem. & §. se. ista autem ciuitas metropolitana dicitur caput prouincię, vt C. de metro. Beryt. l. 1. li. xj. Vnde meritò olim totum, quod suberat iurisdictioni metropolitanæ dicebatur prouincia, sicut etiam hoc faciunt Canonistæ, vt dictum est in prin. gl. Et eod. modo vnus præsidatus dicitur prouincia, nam ei subsunt plures ciuitates, vt in omnibus, legibus quæ mentionem faciunt de præside prouinciæ: Verùm quia aliter factæ fuerunt diuisiones in temporalibus, & aliter in spiritualibus, reperitur ꝙ in eadem prouincia sunt terræ diuisorum episcoporum, seu episcopatuum, vt d. c. 8 coram. & ibi not. Cum ergo à Principe, vel à iure † fit appellatio prouinciarum, qualiter intelligatur, vel accipiatur? Dic ꝙ quandoque fit appellatio prouinciæ eo respectu quòd sit sub vna iurisdictione, & tunc contingit, quòd quælibet ciuitas habeat separatam iurisdictionem, nec est vnus præses cui subsit, & sic quælibet ciuitas habetur pro prouincia, vt C. de præscr. long. temp. l. fina. & ibi nota. Quandoque appellatio prouinciæ fit eo respectu, ꝙ maior est distantia quando extra prouinciam, quàm quando in prouincia, tunc serua quod not. in dicto. c. coram. 9 extrà de electio. † existens in dicta prouincia si est multum à remotis, habeatur perinde ac si esset extra. & eodem modo existens extrà, si est multum de propinquo, habetur perinde ac si esset intrà. & sic intelligitur. C. de dila. l. 1. & sic sensit Ioann. Andr. extrà, de testibus. c. vltra tertiam. Quandoque appellatio prouinciæ fit alio respectu, vt quia legatus prouinciæ mittitur in tali prouintia, vel aliquid conceditur hominibus talis prouinciæ, & tunc appellatio debet intelligi secundùm vulgarem, & communem appellationem prouinciæ, vt Lombardia, Tuscia, & Marchia, & similia. Casus est hic, & ita tenet Odo. in dicta l. fin. & Cy. ibidem, Hostien. & Ioann. Andr. in dicto cap. vltrà tertiam. De diuisione, & vnione ciuitatis, & prouinciæ, dixi in dicta l. 1. C. de metropo. Bery. lib. 11. 10 † Item an homines alicuius prouinciæ dicantur ex origine, sicut contingit in ciuitatibus, tangitur. ff. de verborum significatione. l. prouinciales. & ibi dixi, & plenius in libello represaliarium. Regnorum verò diuisio; Item aliarum partium, per quas fit distinctio linguarum, per se patet, &c.

ADDITIONES.

a ¶Et consuetudine. Vide Bar. in l. imperium. ff. de iurisdi. om. iud. cum concor. de quibus ibi per Ias.

b ¶Ciuitas. Priuatur tamen honore ciuitatis, vt in c. fœlicis. §. fin. de pœnis. & multæ sunt ciuitates in Alemania sine episcopo. 3. q. 2. c. audiuimus. Et dicit Paul. de Cast. in rep. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. ꝙ ad constituendam ciuitatem quò ad spiritualia requiritur consensus Papæ, quò verò ad temporalia, vt habeat cursum causarum ciuilium, requiritur consensus Imperatoris. Et propterea etiam dicit, ꝙ castra in archiepiscopatu Tolosano, quibus Papa tantùm concessit archiepiscopatum, non gaudent priuilegijs, concessis ciuitatibus per regales constitutiones. in dubio tamet vnaqueque ciuitas habens episcopum, præsumitar esse ciuitas imperialis: quoniam olim omnibus ciuitatibus constituti fuerunt episcopi. c. quanto. de offic. ordin.

¶Adde And. Barb. in l. fin. in addi. Bar. in prin. ff. de coll. illi. & ibi scripsi in apostil. mea. & ciuitas dicitur ciuium vnitas, vide Archi. 12. q. 2. c. episcopus.

c ¶Vel tali comitatui. Vide Fel. plenè de hac materia in rubr. de cre.

d ¶Aliquæ sunt ciuitates. Vide Ale. in l. 1. in addi. ff. de iu. om. iud. & in l. hostes. ff. de cap. in vlt. apost.

Italiæ. Est nomen significans totam linguam latinam quæ distinguitur in multas prouincias, vt hic patet: licet Italia quandoque dicatur prouincia, vt C. de temp. in integ. resti. l. fin. & C. sine cen. vel reli. l. fi. de sacros. eccl. auth. cassa, &c.

Disceptationes. Inter plures ad inuicem.

Dubia. Aliquando inter seipsos, vel ad inuicem, vt cesset inculcatio verborum, &c.

1 *Dictio infidelis, est generalis, & comprehendit etiam eum, qui modicæ rei principi furtum fecerit.*
2 *Infidelitas animi quid comprehendit.*
3 *Legum conditores antiqui non vtebantur hac dictione, rebelles.*
4 *Proditoriè fieri dicitur quando aliquid corpore fit, & animo aliud geritur.*
5 *Proditionis in crimen incidit, qui facit contra principem, vel rempublicam, non contra priuatum.*
6 *Rebellis Imperij, & bannitus Imperij differunt.*

a **Rebellis.**[a] Id est infidelis, ea infidelitate generali, quæ inducit rebellionem. Nam sci1 endum † est qd̃ hæc dictio infidelis, generalis est, & comb prehendit etiam eum qui modicæ[b] rei principi furtum fecerit: de qua infidelitate non loquitur hic. Sicut enim principi debetur omnis fidelitas, vt s. l. proxi. in prin. ita omnis deuiatio à fidelitate est infidelitas. Facit de sta. cõtra li. eccl. in princi. † Quædam est infidelitas vero ani2 mo, quæ cadit in modum proditionis, & istud est nomẽ generale etiam comprehendens omnes, qui stant sicut subditi, & inter subditos corpore, mente tamen cum hostibus, & inimicis, nuntiando eis secreta, & similia, vt ff. de re mili. l. omne delictum. §. exploratores. & l. proditores. Comprehendit etiam omnes qui cum essent subditi expressè rebellant principi, transfugiendo ad hostes, et conuertendo se in hostes, vt d. l. proditores. ff. de re mili. & ibi no. de cap. dim. l. amissione. §. qui deficiunt. Hoc modo 3 assumpto vocabulo vocantur rebelles, † quo vocabulo antiqui legum conditores non vtebantur: & ideo facta est 4 hæc constitutio ad hoc declarandum. Item not. † quòd proditoriè dicitur aliquid fieri, quando fingo me amicum tuum, & trado te tanquam inimicum, & sic vnum ostendo corpore, aliud sum animo, vt ff. de his qui not. infam. l. 5 athletas. & l. pen. de præuar. l. 1. tunc tamen incidit in † crimen proditionis quando fit contra principem, vel contra rempu. vt d. §. exploratores. & l. proditores. & de pœc nis. l. si quis aliquid. §. 1. Sed quando committitur[c] contra pri-

ADDITIONES.

a Ber. L. ¶Rebellis. Quando quis dicatur rebellis, vide Paul. de Cast. consi. 32. & vide quod consuluit Bal. Cum Papa scripsisset cuidam, vt quoscunque de cætero faceret capi propter rebellionem, an comprehenderent exititij, & qui dicerentur rebelles, eius consi. 233. 2. lib.

b T. D. ¶Modicæ rei. Not. quod dicit Bar quòd si quis facit furtum principi, etiam rei modicæ, dicitur infidelis. Adde et quòd furtum dicitur enorme: licet sit paruũ, vel modicum sit, quando sequitur fractio pacis publicæ. vide Ias. in l. cum seruus. ff. de cond. ob cau. & an pro tribus paruis furtis posset quis furca suspendi, stante statuto, ꝙ possit pro furto suspendi, & quis dicatur famosus latro, vide Bal. in l. apud antiquos. §. fi. C. de fur. & in c. 1. §. iniuria. de pace iura. fir. & Catald. in suo trac. syn. in q. 149. & Ale. in consi. 110. in 4. vol. inci statu. ciuita. & Bar. Vero. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug. vbi voluit quòd non possit suspendi. & de cõsuet. non debet mori.

c ¶Committitur. Nota, quod dicit Bar. hic. ex cuius dictis infert Io. Cald. in consi. 6. tit. de accusatio. incip. de crimine. ꝙ crimen læsæ maiesta. non committitur contra inferiores, habentes iurisdictionem de per se, & sic consuluit, quòd volens rebellare castrum, pertinens ad ciuitatem Rauen. quò ad temporalem iurisdictionẽ, & etiam offendens Epm ecclesiæ, & illius administratorem, etiam si Cardinalis esset administrator, non dicitur committere crimen, &c.

BIU Cujas

a priuatum, non dicitur proditor[a] principaliter per se, sed crimen illud factum proditoriè, vt homicidium factum proditoriè, vel aliquid simile.d.l. athletas.§.1. de his qui
6 no.infa.& d.l.1.de præua. Item no. † ꝙ aliud est esse rebellem imperij,aliud est esse in banno Imperij.primum, scilicet rebellio,est mortale,vt hac.l.nec potest remitti, nisi ex mera gratia. secundum.s. bannum est medicinale:quia remittitur purgata contumacia,seu facta satisfactione, vt C.de epis.& cle. auth.item nulla. & auth. item quicunque. & sic videtur quòd quatenus excommunicatio remouet quem ab officijs ecclesię, eatenus bannum à beneficijs Imperij, vt dictis iurib. & tangitur per Guil. in d. authen. item quicunque.facit extrà,de sent.excom.c.cum medicinalis.lib.vj. facit de requi. reis.l.1. vbi gl. illam annotationem appellat bannum,& est medicinale: quia cum venit intra annum recuperat statum; secundùm verò statuta,& consuetudines locorum quem esse bannitum, habet diuersos effectus,de quo aliquid infrà dicã,in gl.magna,&c.

ADDITIO.

a ¶Proditor. Quis dicatur proditor, vide Bar.in.l. respiciendum. §. delinquunt.ff. de pęn.& ibi apostil. Ale. vbi etiam scripsi, & vide in l. 2. C. quæ res ex por. non debeant. & in l.athletas.§. calumniator.ff. de infa. & adde quæ not. And. de Iser. in c.1.quibus mod.feu.amit.vbi ponit de proditore, & quod no. Io. Andr.in c.1. de feu.in nouel. dicitur enim proditor, qui sine vlla causa, & sine vlla diffidatione quem offendit,qui de eo confidit, maximè contra maiorem prædicta committendo.l.fin.C.de dila.dicit enim Ioan.And. quòd mouẽtes bella sine vlla diffidatione dicuntur agere proditoriè,in c.pro humani.de homici.lib.6.in nouell. Item dicit Iac.But. ꝙ omnis ille, qui dat alicui potionem venenatam, est proditor.l.1.C. de male.& mathem. Aliquando dicitur proditor, reuelator secretorum,vt l.athletas.§.calumniator.ff. de inf.& dicit Titus Liu. nihil vsquã fidum proditorem, &c. Secundùm Bal. Item proditor dicitur, qui propter timorem non defendi veritatẽ 11.quęstio.3.nolite. Item qui crimen alteri manifestat.3.q.1.c.si peccauerit. Item qui malitiosè circumuenit alium.16.q.1.c.si cupis. Item qui rem sibi commissam exponit.Hostien.22.q.5.c.de forma.Et hæc omnia notantur 46. distin.c. clericus, qui adulationibus. in glo.super uer. proditionibus. & non solùm dicitur proditor rebellis in crimine læsæ maie.sed etiam diffidatus,& bannitus.plenè scripsi in consilio meo in fauorem Illustriss.do.mei Ducis Vrbini.

Condemnatus. Hic nullum fuit dubium. nam per sententiam trãsit in notorium iuris,qđ pro veritate habetur,vt l.res iud. ff.de regu. iur. Idem si Imperator aliquibus indiceret bellum,vt.l.hostes.ff.de capt. & de capit.dim.l.amissiones.§. qui deficiunt,&c.

Nos. Hæc est secunda pars huius secundæ constitutionis,&c.

Potius. Electiuè accipe: quia solùm propter actum efficitur quis pœnæ dignus: per sententiã nullo modo, sed factus declaratur, vt l.1. C.ad Turpil. facit pro Mar. in eo, quod not.ff. de infa.l. furti.& ff.eod.l. athletas.§. fin. Nam ex eo ꝙ condemnatus est; habetur pro veritate, quia ita sit: nec potest dici de cætero sic nõ esse.vt ibi not.

Meretur. Non dicit, obligatur, nam istæ pœnæ,quę ad vindictam publicam imponuntur, non iure obligationis, sed officio iudicis imponuntur, vt inst.de iniu.§.penul. ¶Item non per actionem, sed per accusationem imponuntur. vt insti. de publ. iud. in princ.

1 *Culpa quando crescat,& maiorem pęnam mereatur.*

1 **Crescit.** Sic extrà,de consu.c. cum tanto. sed contra.ff.de pęn.l.si quis diutino. † Solut. intrinsecùs culpa crescit, & maiorem pęnam quò ad Deum meretur, vt d.c. cum tanto. sed in foro ciuili, si quidem actus extrinsecus delicti habet causam continuam,vt esse in rebellione, & semper crescit culpa, vt hic.sic in fugitiuo,& desertore, vt not. in l. contraria. licet autem culpa crescat in casu huius l.non potest crescere pęna temporalis, quia primo actu debetur ita magna,ꝙ nulla maior esse potest.vt j.dicetur.Facit quod no.ff. de furtis.l. vulgaris. in principio.& ibi dixi. Si verò actus extrinsecꝰ criminis reiterationem non recipit,vt homicidium,tunc ex diuturnitate temporis pęna minoratur,vt d.l.si diutino.&c.

1 *Maleficia fieri malum est propter aliorum exemplum.*
2 *Pœnas inferri bonum est propter exemplum.*
3 *Lex ista non extenditur, nec veteres leges requirentes sententiam, corrigit.*

1 **Transit.** Sic † maleficia fieri malum est propter exemplum aliorum, vt hic.& ff. de sic.l.3. §. sed ex senatusconsulto. & de pęn.l. si quis aliquid.§.qui
2 abortionis. cum suis conco. † Item pœnas inferri bonum
* est propter exemplum, * vt vnius pœna sit exemplum, seu metus multorum.ff.de pęn.l. aut facta.§.fi.C.ad l.Iul.repetun.l.1.& C. de prec.imp.offe.l.1.Et licet istæ rationes con
3 cludant in omni delicto, † tamen ista lex non est extenda, nisi ad istud crimen rebellionis. Non enim corriguntur leges antiquæ, quæ requirunt sententiam ex identitate rationis,nisi quatenus in illa lege noua exprimitur, vt C.de appel.l.præcipimus.in fin.facit quod no.C. de sacros. eccl.authen.quas actiones.& quod no.ff.de don.cau.mor. l.tam is.§.1.

ADDITIO.

* Exemplum.Vnde dicitur, Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Et Senec. in prouerb. plerique cessant peccare metu, non innocentia: & profecto ij potius timidi,quàm innocentes iudicandi sunt.

1 *Rebellare idem est quod resistere,& resistere potest fieri faciendo,vel non faciendo,vel non obediendo.*
2 *Transfuga dicitur qui recedit de terris subiectis, & vadit ad hostes.*
3 *Deficere dicebatur de iure antiquo qui retinet locum, in quo quis stabat sub obedientia principis,hodie est rebellis.*
4 *Non obedientes principi, vel non receptantes gentem suam de iure antiquo non puniebantur ipso iure: hodie tamen dicuntur rebelles.*
5 *Rebellis etiam dicitur qui dicit se subditum Imperio,sed rebellat odio personæ Imperatoris.*
6 *Rebelles qui dicantur,vbi quinque modis quis dicitur rebellare.*
7 *Rebellionis nomen ab eo,quod antiqui dicebant duelles,quomodo differat.*

1 **Tenore.** Tertia pars, in qua ponit statutum, ad cuius intelligentiam sciendum est,† ꝙ rebellare idem est quòd resistere secundum Hugo.C. de deser.l.2.li.xij. & hoc resistere potest fieri faciendo aliquid contra,vel non faciendo,& non obediendo.vel vtranque vocabuli significationem continet, vt extrà de offic. deleg.c.sanè. licèt hoc nomine, rebellis, iura antiqua non
2 vtantur.sed si aliquis rebellat mutando † locum,hoc est recedendo de terris subiectis,& eundo ad hostes, talis vocabatur transfuga,vt ff.de pę.l.si quis aliquid. §.transfugæ.& de cap.& postl.l.postliminij.§.transfugæ.& §.filius.& de remil.l.proditores.cum simil.Quandoque † rebellant retinẽ
3 do locum in quo stabant sub principis obedientia,& isti de iure ciuili antiquo non habebant speciale nomen,sed vocabantur illi qui deficiunt, vt l.amissione.§. qui deficiunt.de capi.dimi.& isti siquidem rebellabant faciendo bellum principi, tanquam hostes ipso iure puniebantur, & perdebant ea quæ iuris ciuilis sunt,vt ibi. sed quia hoc rebellare potest publicè fieri,& occultè,& ibi non declarabatur:ideo hæc lex declarat. & hoc in primo capite huius l.dum dicit,de his qui infidelitatis,& rebellionis opera fa
4 ciunt,& sic faciendo delinquunt. Sed si aliquis † solùm rebellasset non obediendo principi,vel non receptando gentem suam,non puniebatur ipso iure,nec perdebat ea, quæ iuris ciuilis erant,nisi princeps,vel senatus indiceret, d.l. amissione,& in hoc suppletur per hanc legem. Nã quocunque modo machinatur aliquid contra Principis honorem, & rebellando est rebellis, & hoc in secundo cap.
5 huius.l.ibi,in nostram,vel Imperij, &c.Item posset † dubitari si aliquis fatetur se subditum Imperio, sed rebellat odio personæ Imperatoris, an dicatur rebellis imperij & hoc non declaratur in d.l. amissione.& declaratur hic quod sic. & est hoc commune ad primum, & ad secundum caput. Declarat etiam hoc in secundo capite huius l.de his qui rebellant contra officiales. potest etiam dici, ꝙ totum sit vnum capitulum continens omnia prædicta, & idem est sensus, & sic hæc lex directo tendit ad declarandum.d.l.amissione.§.qui deficiunt.de cap.dimi.Et hoc nomen rebellare,in hoc significato in diuina scriptura sumit in multis locis:vt 3.Reg.xvj.c.& 4.Reg.17.& xviij. & xix.Et
6 sic per hanc legem nouam † habemus quinque nominum impositiones, quia tales vocantur rebelles secundum declarationem eius,quòd dicit publicè,vel occultè.Tertiam quandam prouisionem nouam, scilicet,vt dicantur rebelles,& si opera hostilia non faciant, sed solùm si non obediant. Quartam declarationem, si facit contra personam Principis tantùm.Quintam declarationem,si facit contra
7 officiales eius.Sed quæro, † in quo differt hoc nomen re-
a bellionis ab eo quod antiqui dicebant duelles,[a] quos nos vocamus hostes,vt l.quos nos.de verbo.sign? Respon. illud nomen quo ad quid generalius est. Nam competit ẽt his qui non ꝑsueuerunt esse sub obedientia,ꝙ indixerũt nobis bellũ,vel nos eis,vt.ff.de captiuis.l. hostes. Sd hoc nomẽ rebellionis,ꝑprièꝑuẽit his,ꝙ defecerũt,cũ essẽt subditi.d.l.amissione.§.ꝙ deficiũt.in gl.sup verbo,hostes,&c.

ADDITIO.

a Ber.L. ¶Duelles. Vide Old.consi.43.incip.quæritur vtrum citatio.ver.ad quintam, quæstionem.

Decla-

Declaramus. Refert se ad tria, de quibus poterat dubitari, scilicet an occultè, an contra personam tantùm, an contra officiales tantùm.

Decernimus. Ad id quod de nouo induxit, refertur, scilicet de non obedientibus, qui opera hostilia non faciunt, &c.

Pronunciamus. Ad id quod erat clarum, refertur, scilicet, de his qui opera hostilia faciunt, &c.

1 *Dictio, omnes, in singulari distributiuum est, in plurali collectiuum.*

Omnes. Collectiuum est, vt ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cum in plures. & no. de lega. 2. l. si pluribus; sed in singulari est nomen distributiuũ, † vt no. in l. 3. de statu ho. hic ergo qa collectiuè ponitur 1 2 prehẽdit ciuitates collegia, & vniuersitates, & in hoc incidenter facit. s. l. prox. Comprehendit etiam singulares res, & personas, per hoc dicit, & singuli.

Nostri Imperij. Non potest ergo dicere, quòd quis est rebellis Imperij, & non Imperatoris, vel èconira. Et ex hoc patet qđ rebellio morte Principis non finitur, &c.

1 *Rebellare occultè quomodo quis dicatur.*
2 *Colligationes, quas faciunt ciuitates, vel domini principe absente non valent, secus eo præsente.*

1 **Occultè.** Vt † si aliqua ciuitas Tusciæ Principe incipiente intrare Lombardiam mittit stipendiarios ad aliquam terram, vel dominum rebellem, & fingit eos non esse suos stipẽdiarios cassando eos fictè, vel mittit gentem alicui, vt ipse possit contra Principem habilius mittere gentem suam, vel faciunt ligam, seu societatem * inuicẽ ad eorum defensionem, vt consueuerunt facere isti Perusini, Florentini & etiam tyranni Lombardiæ. & hoc exprimunt, & aliud in veritate agũt. 2 Sed sciendum est quòd † tales colligationes [a] ciuitatum a inuicem, seu cum dominis, prohibitæ sunt, & ipso iure nullæ, vt in vsibus feu. de pace iuramen. firman. c. 1. §. conuenticula. quod intelligo Principe existente in partibus, vel eo existente ad eorum defensionem: sed principe absente non puto prohibitas tales societates, seu colligatiõnes ad defendendum se ab impressionibus, aliàs oppressionibus, tyrannorum, vel malarum societatum, quæ sæpè insurgunt in Italia ad deprædandum alios; fit enim ad iustitiam seruandam: ergo debet valere, vt no. ff. qđ cuiusque vniuersi. l. 1. in prin. &c.

ADDITIONES.

* ¶ Societatem. Quando liceat confœderatio, & quando aliquis est confœderatus duobus, & ab ambobus requiritur eodem tempore, cui potius obedire debeat. Vide Rom. consi. 47.

a T.D. Quòd tales colligationes. Vide Bar. in l. fi. ff. de colle. illic. & ibi Alex. in apo. & Lud. Ro. in consi. 48. & Card. Flo. in clem. pastoralis. in prin. de re iud.

Nostrum honorem. Scilicet personæ, vel Imperij, vt infrà patet, &c.

Faciunt. Loquitur ergo de ea rebellione, quæ in faciendo consistit, vt in conferendo se in numero hostiũ, in sequendo Principem, & gẽtẽ eius.

Et. Incipit secundum capitulum.

Nostri. Scilicet propriæ personæ Imperatoris, &c.

Imperij. Et sic dignitatis, &c.

Machinantur. Id est aliquid dolosè ordinant: cum machinatio propriè consistat in arte verborum. ff. de dolo. l. 1. §. 1. & ibi no. vt faciendo inter se ligam, & societates prohibitas sub aliquo colore licito. vt ff. de extraord. crim. l. 2. & de crim. stellio. l. 2. vbi no. Pone quòd adueniente Imperatore, vel eius nuncio volente ingredi ciuitatem pro recuperandis iuribus Imperij, tam ibi, quàm alibi, aliqui respondent, qꝫ nolunt intromittere tantam gentem eius, vel esse periculosum statui eorum, & tenent eum in verbis, & sic labitur tempus, quo multa posset facere pro Imperij prosperitate. Istæ sunt machinationes quædam, licet ad actus bellicos non deueniant. ista machinatio, secuta inobedientia, facit eos rebelles, &c.

1 *Constitutio hæc loquitur de subditis Imperij, Imperatori resistentibus, non de subditis ecclesiæ.*
2 *Resistens officialibus Imperatoris circa officium eis commissum, quando sit rebellis. intellige de officialibus, qui principaliter sunt pro eo. nu. 4.*
Officiali facienti aliquid vltra suum officium legitimè resisti potest.
3 *Constitutio hæc non habet locum in rebellione contra Regẽ, vel principem, vel aliquam ciuitatem, & in eis habet locum l. amissione. §. qui deficiunt. de cap. dim. nu. 5.*
6 *Constitutio hæc habet locum contra rebellantes, contra rectores per Romanam ecclesiam positos.*
7 *Rebellis quomodo sit aliquis de terris ecclesiæ, si facit aliquid contra Principem, de his quæ pertinent ad rebellionem; & an in crimen læsæ maiest. incidat.*
Rex Robertus quomodo poterat condemnari ab Henrico Imperatore pro rebelli; & de crimine læsæ maiestatis.
8 *Imperator est fidelis confidatus, & coronatus à Papa.*
9 *Aloysius filius Regis Roberti iurauit fidelitatem Imperatori Henrico per suos nuncios in ciuitate Pisarum præsente Bartolo.*
10 *Homo de terris ecclesiæ delinquens in Imperatorem, an poterit contra eum, vel per Imperatorem, vel per habentem ab eo authoritatem procedi.*
11 *L. ad reprimendum facta fuit post coronationem Imperatoris, & non habet locum contra subditos ecclesiæ.*
Ratio Clementinæ, pastoralis, de re iudi. non habet locum in hominibus Imperij, vel alterius Regni.
12 *Ciuitates quæ inuicem confœderantur æquali fœdere vt tractent se inuicem vt ciues, intelligitur vt vnus contra alios graniores leges non faciat.*
13 *Rebellium pœnæ sunt tres.*
14 *Rebellem quem esse potest peti vt pronuncietur, cum hanc pœnam ipso iure incurrant.*
15 *Putans se de crimine rebellionis infamatum, potest petere pronunciari se non esse talem.*
16 *Ciuem talis ciuitatis quis potest petere se pronunciari.*
17 *Rebellis dominium bonorum retinet, sed secuta condemnatione confiscatur.*
18 *Rebellis non priuatur ipso iure iurisdictionibus, quas habebat.*
Iurisdictio licet origine fuerit iuris gentium, tamen dicitur de iure ciuili.
19 *Rebellis quas obligationes, & promissiones amittat.*
20 *Rebellis per solam rebellionem quomodo perdat ea, quæ habet à iure Cano. seu à summo Pontifice, à sua ciuitate, vel ab alijs Regibus.*
21 *Banniti nostri temporis, qui impunè possunt offendi quæ iura amittãt.*
22 *Rebellis potest occultè occidi à quolibet homine.*
23 *Ciuitas an possit dici rebellis, & in ea cadant pœnæ, de quibus hic.*
24 *Princeps solus, & non alius iudex, potest condemnare ciuitatem aratro subijciendam: & homines ciuitatis captæ illam dimittere cum omnibus bonis. & ad aliam se transferre.*

a **Rebellando.** [a] Resistendo, vel non obediendo, licet ipsi guerram non infe- 1 rant, vt dictum est. Et aduertendum est † qꝫ in illo, qui rebellat contra Principem, hæc constitutio loquitur simpliciter, qnasi contra eum non possit esse aliqua iusta causa * resistendi. quod intellige de subditis Imperij, * nõ de his, 2 qui sunt in terris ecclesiæ. In eo verò † quod loquitur in eo qui rebellat contra officiales suos, loquitur limitatiuè, scilicet in his quæ ad commissum eis officium pertinent. & hoc quia si vltrà facerent, posset eis legitimè resisti, vt b C. de iure fisc. l. prohibitum. [b] lib. x. & de meta. l. deuotum. lib. 12. Et intellige, quando rebellat pro his, quæ petuntur pro statu Imperij. Sicut si aliqua singularis persona conueniretur coram Principe, vel eius iudice in aliqua causa ciuili, vel criminali ad petitionem alterius, vel esset contumax, aut alio modo resisteret: tunc enim licet largo modo dicatur rebellis. d. cap. sanè. de offic. delega. tamen propter hoc non dicitur rebellis Imperij, nec c incidit in hanc constitutionem, quia non rebellat [c] contra

ADDITIONES.

a T.D. ¶ Rebellãdo. Vide Alex. in l. licitatio. §. qꝫ illicitè. ff. de pub. in add. in ver. sed si offensa. & in l. aut facta. §. nonnunquam. in 2. col. in addit. magna. ff. de pœ. & Bar. Soc. in consi. 21. inci. sequendo. & in consi. 275. in casu fratris.

* ¶ Imperij. Addę Oldr. consi. 43.

b ¶ In l. prohibitum. Ibi vide apost. Alex. si Alex. est, & Oldr. in consi. 44. & plenè per Ias. in l. vt vim. ff. de iust. & iur.

c B.L. ¶ Rebellat. Intellige, etiam si ipsi principi non obediret, vt quia fuit iussus aliquis ire ad confinia, & noluit ire, & ob hoc fuit condemnatus ad capitis amputationem, & publicationem bonorum, quòd per hoc dicitur incurrisse crimen læsæ maiesta. secundum Bal. consi. 127. j. lib.

BIU Cujas

tra prosperitatem Imperatoris, vel Imperij principaliter, quod in hac constitutione requiritur, vt patet in text. sed in damnum aduersarij cum quo litigat, quod patet; quia contra talem contumacem non proceditur, nisi parte petente. vt ff. de iudi. l. peremptorium, & C. de iudic. l. properandum. §. sed & si quidem. C. quomodo & quando iud. auth. qui semel. ¶ † Sed an hæc constitutio habet locum contra eum, qui rebellat contra aliquem Regem vel principem, vel contra aliquam propriam ciuitatem? Quod videtur cùm hic dicitur ꝯ officiales nostros; sed omnes prædicti possunt dici officiales Imperatoris; quia vel ab eo habent iurisdictionem ex constitutione, vel concessione, vel longa consuetudine quæ vim cõstitutionis habet, vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. fin. ff. de aqua
a quo. & æstiua. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Cõtrarium dico: [a]
4 † nam tunc nõ fit contra prosperitatem Principis vel Imperij principaliter, licet ex istis defensionibus & rebellionibus Respub. lædatur. casus est ff. de capt. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. Et quod dicitur de officialibus Imperatoris, intelligitur de his qui principaliter de directo pro eo sunt, vt Legati, & Vicarijs Imperatoris. C. de eo qui vicem alte. gerit. l. 2. ff. de lega. 3. l. 1. §. deportatos. & §. sequ.
5 Reges verò †, & ciuitates esto quòd habeant iurisdictionem à principe, tamen eam exercent principaliter propter se,
b [b] non propter principem: & sic cessat hæc constitutio, quæ specialiter loquitur in his, qui machinantur ꝯra personam principis, vel eius officiales, vel imperij vtilitatem, sed habet locum ius antiquum, scilicet. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. quæ generaliter loquitur de his qui deficiunt à iurisdictione eorum, sub quorum Imperio sunt, & dicam in tract. de bannit. nostri temporis. Sed quid si aliquis † rebellat contra Rectores
6 c [c] ꝑ Romanam ecclesiam positos in partibus Italiæ? Puto huic constitutioni locum fore, cum eius Imperium sit ecclesiæ, vt suprà dixi in l. proxima, circa principium. quod apparet, quia rebellat contra prosperitatem Imperij. Pro quo facit, quia Canones in talibus imitantur leges, vt extrà, de nou. oper. nunc. c. 1. Quid
7 † si aliquis homo de terris ecclesiæ aliquid faciat contra Principem, de his quæ ad rebellionem pertinent, an rebellis est. & in crimen læ-
d sæ masta. [d] incidat? Et Henricus Imperator huius legis author determinauit, quòd sic, condemnando de hoc Robertum Regem; extrà, de re iudica. c. pastoralis. in clemen. sed Papa ibi in §. rursus. determinauit contrarium dicens, eum qui est de terris ecclesiæ ratione originis & domicilij, non posse dictum crimen committere in Imperatorẽ, & ꝓpter hoc cassauit Imperatoris sententiam contra Regem Robertum latam*. Mihi vtriusque sententia videtur esse vera. Nam dicta verba, commisit crimen læsæ maiestatis in eum, possunt intelligi sic, in eum, id est, in ipsius Principis maiestatem, & tunc est vera sententia Papæ. Nã cum non sit subditus maiestati Imperiali, non debebat sibi illas fidelitates, quæ dicuntur suprà. l. prima. circa principium: nec eum tenetur reuereri. Sed quo ad eum liber est, & non dicitur directò in eius maiestatem committere, vt ibi. facit. ff. de cap. l. non dubito. Secundò possunt intelligi dicta verba quòd commisit crimen læsæ maiesta. scilicet Papalis, cui subditus est, & hoc crimen committit in eum, scilicet Principem, sic non directò, sed per quãdam consequentiam læsit maiestatem Papæ, tunc est vera
8 sententia Imperatoris. † Nam Imperator est fidelis con-
e fidatus à Papa, & ab eo coronatus. [e] sed qui offendit confidatum à Principe, incidit in crimen læsæ maiestatis Principis. vt ff. ad legem Iuliam maiesta. l. 1. in princip. Sed quia hoc Imperator in sua sententia non expressit, & sic non fuit expressa maiestas, quæ læsa fuerat, fuit intelligendum de maiestate Imperatoris, vnde fuit cassa sententia sua. Vnde Papa multùm ponderat illa verba, læsæ maiestatis in ipsum. quasi dicat, suam non dicitur lædere, sed alterius maiestatem non negat, & hoc de crimine læsæ maiestatis. An autem sit rebellis? Videtur quòd non: quia non est subditus, vt dixi. In contrarium videtur in d. capitu. pastoralis. in principio, vbi Imperator appellat Regem Robertum hostem, & rebellem, quia subditus est ratione comitatus Prouinciæ, quam tenebat ab Imperio, &
9 nuper Aloysius Rex † dicti Regis Roberti successor per suos legitimos nuncios domino Imperatori nostro pro dicto comitatu fidelitatem iurauit in Ciuitate Pisarum
10 me præsente. Sed an contra hominem † de terris Ecclesiæ sic delinquentem possit Imperator, vel habens authoritatem ab eo, procedere? quod videtur: quia homines ecclesiæ sunt Imperij fœderati: ergo apud eum possunt fieri rei, & in eos animaduerti. l. non dubito in fin. ff. de capti. maximè cum eorum forum sortiantur ratione delicti commissi in mittendo gentes contra Principem ad terras Imperij, & sic Imperator fecit contra dictum Regem Robertum: sed Papa determinauit contrarium, nisi sit inuentus, vel ad eum ex more remissus, vt d. capitu. pastoralis. §. nos quoque. ibi, quòd si punitio. Sed certè verum est quòd de isto crimine, quod est capitale, non posset de iure communi puniri, nisi præsens esset: & illud considerauit illa Decretalis. Nec ob. suprà l. prox.
11 † quia illa fuit facta post coronationem Imperatoris prædicti. Vnde ecclesia non admittit illam in præiudicium subditorum suorum, & sic videtur iniisse fœdus cum eo quod contra homines ecclesiæ leges graviores non imponat. Vnde ratio illius capitu. non habet locum in homnibus Imperij, vel alterius regni, sed solùm in ho-
12 minibus ecclesiæ. Quod no. † pro ciuitatibus quæ inuicem confœderantur æquali, vel inæquali fœdere, d. l. non dubito. ff. de capti. Nam si actum est vt ſinuicem se tractent vt ciues in ciuilibus, & criminalibus, intelligitur vt
f vnus contra alios graviores [f] leges non faciat, quã tunc erant; quia in societate inspicitur conditio sociorum tempore contractæ societatis, vt insti. de societa. §. fin. & ff. pro soc. l. socius socio. & famil. ercis. l. hæredes. §.
13 non tantum. & ibi no. † De pœna verò rebellium dic,
g quòd quædam infligitur ipso iure, quia perdunt [g] omnia, quæ iuris ciuilis sunt, d. l. amissione. de cap. dimi. Alia pœna potest infligi eis à quolibet homine. Nam potest impunè occidi, vt ff. ad l. Cor. de sic. l. 3. §. fin. & de re mi. l. proditores. & possunt capi, & detineri vt serui, vt ff. de acq. re. do. l. transfuga. Tertia pœna imponitur; quia iudex potest talem damnare vt capite puniatur. vt ff. de pœn. l. si quis aliquid. §. transfugæ. quod intelligitur, vt ibi not. circa princip. cum talem pœnam
14 † ipso iure incurrant. An peti possit pronunciari, talem esse rebellem? puto quòd sic, arg. ff. de iudi. l. qui se dicit. & est expressum in d. capitu. pastoralis. vbi Imperator pronunciauit Regem Robertum esse rebellem. Et
15 eod. modo † qui se putaret esse de tali crimine infamatum, posset petere se pronunciari non esse talem. ar. C. de inge. ma. l. diffamari. facit quod dicimus quòd principaliter potest peti, vt de ætate pronuntietur, vt ff. de min. l. de ætate, secundum vnam lec. de fer. l. 2. & ibi not. vt ætates probentur. C. de prob. l. cum te. Item hoc pos-
16 set fieri ciuiliter agendo. Nam sicut † ciuitas posset vendicare ciuem suum, eadem ratione ciuis potest dicere se ciuem ciuitatis illius, & sic per consequens non rebellem ff. ad municip. l. de iure. & no. de rei ven. l. prima. §.
17 per hanc. ¶ † Item quæro, quid de dominio bonorum? Respon. illud, si est directum, est de iure gent. ergo retinet. Sed si haberet vtile dominium, illud non retinet sub isto nomine, quoniam puto hoc à iure ciuili inductum; sed quia hoc idem sonat quod effectus dominij, vt not. C. de bo. ma. auth. nisi; ideò puto, quòd hoc retineat, sicut directum; quia hic effectus dominij est de iure gentium, arg. Insti de vsu. & hab. §. fin. vbi dicitur vsum, & similia, quę sunt de effectu dñij, esse de iure-

ADDITIONES.

a Ber. L. Contrarium dico. Sequitur Pet. de Anch. consi. 289.

b T. D. ¶ Propter se. Vide Pau. de Cast. in l. 3. C. de episco. audien. & Ang. de Are. in tra. male. in ver. che hai tradito la tua patria. & ibi in addi. & vide Cal. ſin consil. 7. de accus.

c ¶ Rectores Adde Bar. in l. hostes. ff. de capti. & dicit Pe. de Anc. in consi. 278. quod est duplicatum in consi. 440. ex prædicta facti narratione, qnòd leges loquentes in crimine læsæ maiesta. Imperator. & eius officialis, trahuntur etiam ad Papam: & similiter ipsius rectores. & pro hoc est tex. in c. fęlicis. in prin. de pœn. lib. 6. vbi committitur crimen læsæ maiest. si quis insecutus fuerit Card. imo dicit Bar. Vero. in consi. 17. visa inquisitione facta· quòd crimen læsæ maiesta. committitur nedum contra Papam; sed etiam contra vicarios ecclesiæ, & sic dominos ciuitatum. per glo. sing. in l. Fallaciter. in verſi. prodita. C. de aboli. & ibi Bal. no. per illum textum. facit etiam quod no. idem Bal. in l. si quis nummos. C. de fal. & consuluit Raph. Comen. in consi. 63. incip. ad primum. & Rapha. Fulg. in consi. 1. illustriſſ. dominus. & Pau. de Cast. in consi. 225. ad primum. circa finẽ, & in l. 4. C. de episc. & cler. Ludou. Roma. in consi. 29. inci. ad discutiendam veritatem. & facit etiam quod no. Io. de Imo. in l. si quis insultaret. in fi. in princ. ff. so. ma. quòd patre damnato in crimine læsæ maiesta. contra sanct. Rom. eccl. filius perdit beneficium ecclesiasticum. c. 1. de schisma. & sic l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. habet locum de iure canonico.

d ¶ Lęsæ maiest. Vide Alb. de Ros. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maie.

e ¶ Coronatus. Vide Iac. Alua. in c. 1. quis dicatur dux, vel marchio.

f ¶ Alios graviores. Vide Fel. in c. postulasti. ver. quarta declaratio, vbi plenè, de fo. comp.

g Ber. L. ¶ Perdunt. Vide latè Pau. de Cast. con. 32.

BIU Cujas

iuregentium; ſed licet retineantur, nec publica efficiantur, tamen occupanti conceduntur. Caſus eſt in l. tranſfuga. de acq. rer. do. Si enim poteſt occidi perſona, & capi, & haberi vt ſeruus, multò magis res. Sed puto ꝙ ſi ſequeretur condemnatio per iudicem, & ſic condemnaretur crimine læſæ maieſtatis, quòd tunc omnia publicarentur hodie, per l. pe. & fi. C. ad l. Iul. maieſt. Item† quid de 8 iuriſdictionibus quas haberet talis rebellis? Reſp. iuriſdictio eſt iuris ciuilis, quia de iure publico introducta eſt, vt not. de iuriſd. om. iudi. l. 1. facit de ori. iu. l. 2. §. pe. Origo eñ fuit de iuregẽtium, quo etiam fuerunt Reges. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. ſed quia circa iuriſdictionem multa ſunt addita; ideo dicitur de iure ciuili, l. ius ciuile. ff. de iuſ. & iur. & licet in eum, qui eſt rebellis non cadat iuriſdictio tanquam ius quoddam à iure ciuili inductum; remanet tamen tanquam quædam poteſtas regia inducta de iuregentium; & ideò Imperator in illo capit. paſtoralis. priuauit Regem Robertum iuriſdictione, & dignitatibus quaſi nõ eſſet ipſo iure priuatus; vel qa licet eſſet ipſo iure priuatus tñ donec tolerat, valent geſta p eũ. l. Barb. de offi. præ. & C. de ſenten. l. ſi arbiter. & ideo Imperator in dicta ſententia expreſsè priuauit, nec dicit ipſo iure priuetur, & tacitè vult hoc fieri expreſsè, per id quod dicitur. ff. ſi penden. appellatio. mors interue. l. 1. vbi bona fuerunt publicata expreſsè, tamen ibi tacitè inerat. Vel dic, quòd Imperator ècõtra Regem ideò expreſsè priuauit, quia illas iuriſdictiones habebat in terris eccleſiæ, & ab eccleſia non erat ipſo iure priuatus. Priuauit autem eum per ſententiam, ſed eccleſia iſtud non admiſit, vt ſtatim dicam. Licet etiam præ-
19 cedentia vera ſint. † Item quid de obligationibus, & promiſſionibus factis his rebellibus? Reſpon. ſi quidem ſunt iuris ciuilis, ipſo iure perdunt: ſi iuriſgentium, tunc ea nõ perdunt, vt dictum eſt: ſed in aliquibus promittentes ipſo iure non tenentur, vt ſi eſſet debitor fidelitatis. Nam tunc cum eſſet rebellis, ei obedire non tenetur, non tanquam liberatus per rebellionem; ſed tanquam ab ipſo initio promiſſione conditionata, vt ſit conditio, ſi non rebellis ſuperiori ſit. Et ita intelligo in vſibus feud. hic finitur lex. c. 1. & quod ibi no. facit. ff. de leg. 1. l. quid ergo; §. ſi hæres, de verb. oblig. qui ſeruum. Sed dominus Imperator contra dictum Robertum Regem expreſsè priuationis ſententiam promulgauit. d. capitu. paſtoralis. §. inhibendo etiam. ſed hoc facit; vel quia prædicta erant in terris eccleſiæ, vel ex alijs cauſis præallegatis. Sed cum per-
20 dat † ea quæ ſunt iuris ciuilis, quid de his, quæ à iure canonico, ſeu à ſummo pontifice habet? Reſpondeo, quoddam ius eſt ſuper ius ciuile, quoddam infra ius ciuile, qđdam æquale illi. Primò caſu per ſolam rebellionem non perditur ius naturale, vel gentium: ea enim retinet. l. amiſſione. ff. de cap. diminntio. ſed per ſententiam poteſt quis priuari eo, vt patet in damnato ad mortem, qui ipſa ſententia priuatur ciuitate, & libertate; quæ eſt naturalis facultas &c. vt ff. de ſtat. ho. l. libertas. & eodem modo dico de his, quæ quis habet à ſummo Pontifice. Nam ea ſola rebellione non perdit. Nam eius authoritas ſuper ius ciuile eſt, ſed per ſententiam legitimè latam poſſet quis illo iure priuari, etiam à iudice ſeculari. de laicis verò loquor. Vnde ſi Imperator protuliſſet ſententiam contra dictum Regem præſentem, valuiſſet, d. cap. paſtoralis. ibi, quod ſi punitio, &c. tamen quia in abſentem protulit, nõ valuit, vt dictum eſt. De eo verò iure, quod eſt infrà ius ciuile, vt ſunt iura propria ciuitatum, & aliorum dominorũ ſub Imperio conſtitutorũ, illa ſine dubio perdit. Illa enim iura ſi cum authoritate Principis ſint facta, ipſius iura eſſe videntur. C. de vet. iur. enuc. l. 1. §. omnia. & eſt expreſſum in vſibus. feu. titu. hic finitur lex Corra. d. ca. 1. De eo verò iure quod eſt ęquale iuri noſtro ciuili, exemplum poni nõ poteſt de iure, cum Imperatoris omnia ſint: exceptis his quæ habet eccleſia, vt dictum eſt. ſ. l. prox. circa princip. Sed præſuppono (prout de facto obſeruatur) quòd aliqui Reges, vel Populi non recognoſcunt Imperatorem in dominum; tamen dicendum eſt quòd illa iura non perdit rebellis ex ſua rebellione. Nam ex hoc perdunt iura ciuilia, ſcilicet ciuium Romanorum, vt Inſti. quibus mod. ius patriæ poteſta. ſol. §. cum autem. ex predictis patet de-
21 terminatio † quæſtionis de exbannitis noſtri temporis. dico enim quòd illi qui ex forma ſtatuti poſſunt impunè offendi, dicuntur hoſtes, & rebelles ciuitatis. quod patet, quia per legem ciuitatis contra eos indictum eſt bellum, vt d. l. amiſſione. §. qui deficiunt. in glo. ſuper verbo, relegati: & ideò perdunt iura ciuilia illius ciuitatis, non iura ciuilia Romanorum, quæ ſunt ſupra iura aliarum ciuitatum: & quæ ſunt æqualia. ſicut
a exbannitus & condemnatus ab Imperatore, [a] non perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis Papalis: & ſic eſt caſus in d. capit. paſtoralis. Sed dices tu, illud verum eſt in terris eccleſiæ, ſed in terris Imperij videtur ibi caſus in contrarium. Nã Imperator credit illum Regem poſſe priuari illo iure, qđ habebat à ſuperiore: ergo idem ſentit ab eo, qui eſt inferior eo. Sed contra dico. Nam Imperator cognoſcens quòd eo ipſo, quòd eſt rebellis & hoſtis ſuus, non perdit ea quæ habet à ſuperiore, ideò expreſsè ſententiam priua-
b tionis protulit. [b] Et ſic patet, quòd eo ipſo, quòd exbannitus, & hoſtis vnius ciuitatis eſt, non perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis Romanorum, caſus eſt. ff. de capti, & poſtli. reu. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. Sed ſi ciuitas vellet hoc expreſsè facere per ſuam legem, vt ſuum effectum porrigat ad ea, quæ ſunt extra territorium, dixi plenè in repet. l. cunctos populos. C. de ſumma Trinitate, & fide catholica. Et hanc materiam plenè tractaui in quæſtionæ quã de hoc diſputaui, quæ incipit Lucanæ ciuitatis ſtatuto,
22 &c. Circa † ſecundum [c] ſecundum ſcilicet de pœna, quæ
c poteſt infligi à quolibet homine. quæritur an eum, qui eſt rebellis occultè liceat occidere? Et dic quòd ſic. nam ipſo facto pœnam hanc incurrit, vt hic, & in iudicio quo proceditur de homicidio, liquidabitur, an fuerit rebellis, argu. ff. de oper. nou. nunc. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. verſ.
23 tories. † Item an iſtæ pœnæ cadant in rebellem ciuitatem? Reſpondeo quædam ſunt ciuitates, quæ per vim occupantur ab aliquo tyranno, vel hoſte Imperij, & iſtæ propriè non dicuntur rebelles; ſed dicuntur ciuitates captæ, quæ ſi recuperantur, dicuntur redire ad priſtinam libertatem, vt C. de offic. pręf. præt. Afri. l. 1. in principio. Quædam proprio motu ciuium vel maioris partis rebellant, & iſtæ ſunt propriè rebelles, quibus quantùm ad amiſſionem iurium, & iuriſdictionis, dicendum eſt idem, quod in priuato. Quantum ad pœnam inferendam per hominem priuatum, dicendum eſt, quòd quilibet poteſt in ciuitate, & eius territorio capere, prædari, comburere, & ſimilia facere, quæ conſueuerunt fieri his, contra quos bellum habemus. l. 3. in fi. ff. de acquir. rerum dom. Sed ſi capiatur vna ciuitas, cuius populus ſit rebellis, an populus efficiatur ſeruus, ſicut vnus priuatus captus? Reſpondeo, non, imò libertatem recipiunt, vt in authent. de hæred. & Fal. in principio. & ibi not. in gloſſ. ſuper verbo, antiquam. & ibi per Iacobum de Belui. Item an iuriſdictio erit priuati capientis? Et reſpondeo non, cum iure antiquo illam antè iam perdidit, & ſic eſt principis: & ſic tunc, cum occupatur, non habet
24 iuriſdictionem. † Item an priuatus, qui capit ciuitatem, poterit eam deſtruere, vel homines inde expellere, patebit ſtatim. De pœna verò inferenda per ſententiam iudicis, dico, quòd nullus poteſt condemnare ciuitatem ſubijciendam aratro, niſi ſolus Princeps. Nam licèt domus particulares ſint priuatorum, ipſa ciuitas vniuerſaliter conſiderata eſt principis; ſimiliter, & palatia publica ciuitatum, vt in vſibus feudo. titul. quæ ſint regalia. capitulo primo. non poterit ergo deſtrui ciuitas, quæ principis eſt, abſque eius voluntate. Item ſi non licet deſtruere ciuitatem, nec alia ædificia, per quæ vrbs deformatur ruinis, vt ff. de legat. primo. l. cætera. §. hoc ſenatuſconſul. & C. de ędi. pri. l. 2. multò minús nec tota ciuitas. Item ſi non licet contra decuriones ciuitatis ferre ſententiam mortis principe inconſulto. vt ff. de pœnis. l. moris. §. iſtæ ferè. multòminus licebit contra totam ciuitatem, ſicut Troia, & Carthago paſſæ ſunt aratrum ex præcepto eius qui tenebat Imperium, vt ff. qui. mo. vſusfru. amit. l. ſi vſusfructus. Dico etiam quòd nec poteſt cogere homines ciuitatis captæ illam dimittere cum omnibus bonis, & ad aliam ſe transferre, ſed ſolus Princeps poteſt. ar. C. de iur. fiſci. l. certa forma, libr. x. ſed relegare ex cauſa poteſt præſes, vel alius prætor, vel rector. vt ff. de offic. præfec. vrb. l. 1. §. fi.

Nulli.

ADDITIONES.

a ¶Condemnatus ab Imperatore. Vide Bar. in l. non dubito. ff. de cap. & poſtli. reuer. & apoſt. Alex. in l. vt vim. in addi. Bar. in verſi. dõnum. ff. de iuſti. & iure.

b ¶Priuationis protulit. Vide Ial. in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. in verſi. circa iſtum textum.

c ¶Circa ſecundum. Vide Pet. de Anch. in conſi. 278. in 2. col. ex prædicta facti narratione, & dixi in conſi. meo ducis Vrbi. vbi videas plenè.

BIU Cujas

Nulli. Quarta pars, in qua punit impugnantes cõstitutionem,& quod dicit nulli, intellige in priuato,vel in quauis dignitate posito,etiã si vicarius fuerit Imperatoris, nisi hoc habuerit expressè in mandatis; hoc enim innuit dictio,omnino,quæ sequitur, q.d.sine distinctione personarum, vt ff. quod me.cau. l. si cum exceptione.§.quatenus.in gl.super ver.omnimodo.& de fideiussor.l.Græcè.§.illud.& ibi per Dy.de dictione,penitus, vide quod ponitur.C.de vsu.rei iud.l.fi.2.respon.

Infringere. Id est retractare directò,vel per malitiosam interpretationem facere, vt C.de legib.l.2.&c.

Temerario. Ex hoc patet, qđ si ex facilitate absq; dolo hoc fecerit,non incidit in hanc pœnam,vt ff.ad Turpil.l.1.§.queri possit.

Contra ire. Vel contra dissimulando, vel audiendo allegationes contra hanc legem,vt C.de legib.l.2.C.de sacrosan.eccl.l.1.

Attentare. Et sic non requiritur quòd ad factum perduxerit. quod plenè dic, vt C.de episc.& cler.l.si quis non dicam rapere, &c.

[a] **Indignationem.** Huius verbi nullum effectũ inuenio, nisi quatenus verbum sonat: quia Imperator indignatus ex hoc facto non exhibebit se gratiosum, &c.

ADDITIO.

a Th.D.¶Indignationem.Adde quod vult Bal.in authen.statuimus. versi. iuxtà hoc quæro.C.de episc.& cler.& de hoc dicto.Bart.vide plenè per Ias. in l.1.ff.si quis ius dic.non obtemp.& ibi plenè ponit quid importet clausula in rescriptis Papæ, quòd si aliqui ausi sunt contrauenire,nouerint se indignationem Apostolorum Petri, & Pauli incursuros.

1 *Pœna imposita à statuto iudici aliquid facienti, tenet,si statutum validum est.*

2 *Ciuitas quando possit facere, vt statutum inualidum obseruetur auferendo iurisdictionem iudicibus.*

Mille librarum. Aliàs punitur alià pœna. C.de leg.l.2.in fi.& C.de sacrosan.eccl.l.placet. Et dic,vt ibi per doc.& sic no.pro ci
1 uitatibus,† quando faciunt statuta,* & pœnam imponunt
a iudici contra iudicanti,& aduersario,& aduocato contra alleganti: Nam valet talis adiectio pœnæ,si statutum illud sit validum, vt hic, cum similibus; sed si esset inualidum, non valeret adiectio pœnæ,sicut nec principale, vt C. de legib.l.non dubium.& C. de pact.l.pacta quæ contra. Sed
2 aliquando † ciuitates volentes,vt ipsa statuta,licet inualida,obseruentur,auferunt iurisdictionem suis iudicibus,vt super eo quod contra illud statutum allegaretur, iurisdictionem non habeant, quod an valeat, dic q̃ quandoque per istud statutum inualidum nituntur auferre alicui ius agendi,& tunc talis clausula,per quam aufertur iurisdictio iudici, qui eam habet ab ipsa ciuitate, valet,vt ff.de iud.l. iudicium soluitur. tamen poterit agi coram superiore, sicut aliàs cum proceditur per viam Euangelicæ denuntiationis,vt diximus s̃.l.proxima.in gl. super verbo, denun-
b tiationem. Si verò aufertur [b] ius excipiendi,seu se defendendi,talis clausula, per quam aufertur iurisdictio super defensione,non valet: quia defensio est de iure naturali,& sic nõ potest auferri,nec impediri quin iudex audiat: aliàs idem importaret,vt si statueret, quod iudex faciat iniustitiam. pro hoc extrà, de re iud. c.pastoralis. in clem. & qđ dixi suprà lege proxima,in gl.super vers.figura.Idem si aufertur ius replicandi: quia sicut exceptio est defensio cõtra actionem,ita replicatio contra exceptionem, vt ff. de exce.l.2. & hoc quando talis est exceptio, seu defensio, q̃ per statutum non potest tolli, aliàs sicut possit ipsa exceptio tolli,ita & iurisdictio auferri.

Data. Istud est vtile,& necessarium in legibus, quæ de nouo emanant, sed in Codicib. & legib. antiquis diu obseruatis, seu volumine legum redactis, licet data non reperiatur,nihilominus suum vigorem obtinent,vt in j.constit.Codic.ibi,& si quæ eorum, &c. vnde hæc constitutio postquã cepit per studia diuulgari, & frequentari,valeret,licet data non reperiretur,& hoc est vtile propter quasdam ciuitates, quæ habent sua volumina statutorum non publicata manu notariorũ; sed sunt diutius obseruata, & ista data est communis ad hanc constitutionem,& præcedentem[c].

c

ADDITIONES.

Th.D.¶Quando faciunt statuta. Vide Alex.in l.Seius,& Augerius.in princ. ff.ad l. Fal.& Fel.in c.cum omnes.de const.

b ¶Si verò aufertur. Vide Bart.in l.ambitiosa.ff.de decret.ab ord. fac. & ibi Alex. in apost.& ibi vide apost.meam.

c ¶Et præcedentem.Vide Bapti.Seuer.in l.1.C.de sum. Trin.& fide catho.

BAR. A SAXOFERRATO

a TRACTATVS DE MINORICIS. a

In libros IIII. distinctus.

ADDITIO.

a Th.D.¶Minoricis.De isto trac.in 4. lib.Bar.facit mentionem idem Bar. in l. quidã. §.Papi.in fi.ff.de adm.tut.& in l.1.ff.de leg.1.& in l.is poteſt.ff. de acq.hær. & in l.ſi pater.§.hæreditatem.ff.de leg.2.& in conſi.5.inc.viſa quadam petitione. & in conſ. 6. viſo teſtamento. libro primo. ¶Et adde quòd dicta Bar. hic aſſumit Bal.in auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccl.& l.priuilegia.eod.tit.& Alex.de Imo.in l. 1. ff. de leg. 1.in d.l.is poteſt.in addit.Bar. Et dicit Pau.de Caſt.in d.auth.ingreſſi.q. Bar. fecit iſtum tractatum valde pulchrum, & ſubtilem, quem appellauit minoricarum; ſed Bal.nititur ibi rprehendere in quàm pluribus,vt ibi per enm.& limita dicta Bar. & intellige,vt per Bal.in d. auth. ingreſſi. Adde quòd ſtantibus pluribus priuilegijs conceſſis per ſummos Pontifices poſt mortem Barto. non eſt inſiſtendum in dictis Bar.hic. Et in materia iſtius tract.Quæ autem ſit authocitas Reue.do. Car. protectoris fratrum minorum,& authoritas Reuer.do.Generalis, quæ ſit, & an ſit eadẽ, uide Card.Flo.conſi.17.incip.caſus.vbi videas, & iſtis noſtris temporibus fuit maxima quæſtio inter Reuer.dom.Grimanum Cardinalem protectorem ordinis,& Reuer.dom.Generalem,& adde etiam,q̃ fratres minores, licèt non poſſint agere iure actionis, tamen poſſunt officium iudicis implorare.vide Iaſ.in l.1. C. qui admit.

PROOEMIVM.

MInorum fratrum ſacra religio fuit à Chriſti confeſſore Franciſco,in arctiſſima pauptate fundata,& à multis Pontificibus approbata,cuius vitæ tanta eſt nouitas,quòd de ea in corpore iuris ciuilis non reperitur authoritas: ſacri tamen canones circa eos multa ſanxerunt, & vt reprehenderent mordentium linguas,& purificarent eorum conſcientias principaliter prouiderunt. Circa verò quæſtiones, & dubia, quæ propter bona temporalia ipſis fratribus ad vitã neceſſaria poſſunt occurrere, principaliter non prouidit Pontificalis authoritas; ideò eſt neceſſaria magiſtralis authoritas,quæ per rationes, & ſimilia determinet iſta dubia. Veruntamen pro his quæ largitione fidelium viuentium fratribus ipſis obueniunt, rarò occurrunt litigia: quoniam viuentes ipſi liberam voluntatem erga eos libere exequuntur. Sumptus verò, qui à perſonis morientiũ ipſis fratribus relinquuntur, vel poſſent alias ex eorum perſona fratribus obuenire propter ſucceſſorum indeuotorum auaritiam, & tenacitatem,multas vidi contentiones & lites. vt igitur fratribus in ſuis neceſſitatibus ſit prouisũ,& vt indeuotorũm ſucceſſorum cupiditas compeſcatur, & magiſtris ac ſcholaſticis, hæc ignota iura patefiant: Ego Bart. de Saxoferra. Peruſinus ciuis,minimus inter legum Doct. hoc opuſculum feci, in quo nihil proteruè dico,nihil pertinaciter aſſero; ſed ſi quid hic reperitur inſertum,quod à determinatione ſanctę matris eccleſiæ, vel à veritate aliquo modo deuiaret, hoc ex inaduertentia, lapſu linguæ, & velocitate calami eueniſſe credatur,paratus corrigere,& ex nunc corrigo,cum veritas fuerit patefacta ſanctę matris eccleſię,& cuiuſlibet meliùs veritatẽ,& clariùs intuentis, me humiliter correctioni ſupponens. Quod opuſculum librum Minoricarum deciſionum volui nuncupari, tam ab ipſius principio, quàm ab ipſius materia. Totum enim quod in eo dicitur de fratribus minoribus intelligatur,nec ad alios extendatur,niſi quatenus in eo continetur expreſsè: quia tamen hoc opuſculum facere per conſtitutionem Nicolai tertij videtur prohibitum & pœnale; ideò vt hoc opuſculum cõtra inſultantes ſecum deferat defenſionem, conſtitutionem prædictam hic ſuſpendit Ioan.Papa,quam hic de verbo ad verbum inſerere placuit,&c.

Ioannes Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. Quia nonnũquam quod coniectura profuturum credidit, ſubſequens experientia nociuum oſtendit, non debet reprehenſibile iudicari, ſi canonum conditor canones à ſe, vel à ſuis prædeceſſoribus, vel aliqua in eiſdem contenta

BIU Cujas

tenta canonibus reuocat. Sanè dudum fœli.recor. Nicolaus Papa tertius, prædeceſſor noſter, quandam conſtitutionem declaratoriam, quæ incipit, Super regula dilectorum filiorum ordinis fratrum minorum, quam beatus Frãciſc. altiſſimus confeſſor inſtituit, & promulgauit, ſub certis pœnis arctius interdicens, ne concordantiæ, ſeu contrarietates, ſeu aduerſæ, vel diuerſæ opiniones ab ipſius conſtitutionis lectoribus, ſeu expoſitoribus inducantnr: nec ſuper ipſa conſtitutione gloſſæ fiant, nec formæ per quas verbum, vel ſenſus ipſius, vel conſtructio, quaſi grãmaticæ, aliàs ad literam exponatur, nec intellectus ipſius per legentem diſcutiatur ad aliud, quàm cõſtitutionis ipſius litera ipſa ſonat. Gloſſantes autem in ſcriptis conſtitutionem eandem aliter, quàm ſuperiùs eſt expreſſum facienteſq; commentum, ſcripturam, ſeu libros, ac ex certa ſcientia deliberatè, & determinatè in ſcholis, ſeu prædicationibus ꝯ contenta in conſtitutione prædicta, ſeu alia, ſeu aliquid prædictorum, non obſtantibus aliquibus priuilegijs, ſeu indulgentijs, aut literis Apoſtolicis quibuſcũque perſonis, dignitatibus, vel ordinib. aut locis religioſis, vel ſecularibus generaliter, vel ſingulariter ſub quadã forma, vel expreſſione verborum, quæ ſolet in prædictis aliquibus quomodolibet ſuffragari, ipſo facto excommunicationis ſententiæ voluit ſubiacere. Nos autem attendentes, ꝙ argumentis frequentibus, & collationibus, latens veritas apperitur, quodq; ſub eadem litera ſæpè latet multiplex intellectus, necnon eſſet difficile volentibus ꝯſtitutionem ipſam perfectè legere, ac intelligere, pœnas adiectas in conſtitutione eius euitare, ac viam veritatis aperire volentibus; ac periculis, quæ ex prædictis poſſent literatæ incurrere perſonæ, præcipuè ſcholaſticæ, in errore ſalubriter obuiare: preſertim cũ de nouo ſub Rota ſunt aliqua dubia, circa quæ periclitari poteſt veritas, & errori bus viam pandit, niſi liceret conferre ſuper contentis in conſtitutione hac, & diſputare: prohibitiones, & pœnas prædictas, tam latas, quàm cõminatas, & eorum effectus, in fratrum noſtrorum, ac multorum epiſcoporum, archiepiſcoporum, prælatorum, nec non multorum prõfeſſorum vtriuſque iuris, & multorum ſacræ Theologię magiſtrorum præſentia, dum cõſiſtorium teneremus, authoritate Apoſtolica duximus vſque ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ ſuſpendendas. Pro ſuſpenſione autem huiuſmodi nec contra tamen intendimus licentiam impartiri, quòd contra ſtatutam regulam prædictorum dogmatizare, ſcribere, ſeu determinare, prædicare, ſeu prauè loqui liceat, publicè, vel occultè; qnimo omnibus, & ſingulis authoritate prædicta diſtrictiùs inhibemus, ne authoritate præmiſſorum, & in poſterum præmiſſorum inhibitionũ, & pœnarum ſuſpẽſione in dubio reuocari valeat, nec alicui propter defectum probationis contingat: quòd velut tranſgreſſor prohibitionum ipſarum, in pœnam, ſeu pœnas incidat antè dictas. Nos volentes ſuper hoc de opportuno remedio prouidere, chartas, ſeu membranas ſuſpenſionẽ continentes eaſdem, appendi, ſeu affigi maioris eccleſiæ Auenionen. oſtijs, ſeu ſuper oſtijs fecimus: ſuſpenſionem prædictam ſuo quaſi ſono, præconio, & patulo iuridico publicari. Data Auenion. 7. Calen. Aprilis, Pontificatus noſtri, anno. 6.

Hoc autem opuſculum diuido in libros quatuor. In primo tractatur de hæreditatibus, quæ fratribus relinquuntur. Secundus eſt de relictis ſingularibus, quæ in ſuis voluntatibus homines fratribus largiuntur. Tertius de executionibus vltimarum voluntatum, quæ fratribus iniunguntur. Quartus, de hæreditatibus, & bonis, quæ ab inteſtato fratribus deferuntur, quemlibet autem librum diuido per capitula, vt primi libri ſeries manifeſtat.

MINORICARVM
LIBER PRIMVS.

De Hæreditatibus ex teſtamento. Rubr.

CAPVT PRIMVM.

1 *Status fratrum minorum in arctiſſima paupertate fundatur, & vita ſingulari. numero 7.*
2 *Deportati in inſulam, licet perdant ea quæ ſunt iuris ciuilis, retinent tamen ea quæ ſunt iuris gentium, & ex his cauſis acquirunt.*
3 *Seruus pœnæ licet omnia perdat, tamen ei fit legatum pro alimentis, & iudicis officium implorat.*
4 *Legatum factum ſeruo pro alimentis tenet.*
5 *Fratres prædicatores habent in communi, nec eorũ regulæ repugnat.*
6 *Regula fratrum minorum eſt magis ſtricta, quàm fuerit regula Apoſtolorum.*
7 *Teſtamentum, in quo fratres minores ſunt inſtituti, eſt nullum, ſi ſubſtitutus non eſt datus.*
Dato ſubſtituto, vel alio cohærede valet.

DE hæreditatibus, Quæ in teſtamẽto fratrib. minoribus relinquũtur, multa dubia oriũtur. Primò.n. videndũ eſt quis eſt iſte ſingularis ſtatus fratrum minorum, ex quo iſta dubia oriuntur. hoc exprimit Nicolaus in cap. exijt qui ſeminat. §. porrò. de ver. ſig. li. 6. vbi ſic ait, Porrò cum regula ipſa expreſsè contineat, ꝙ fratres nil ſibi appropriẽt, nec domum, nec locũ, nec aliquam rem, ſitque declaratum per eundem prædeceſſorem Gregorium ix. & nõnullos alios hoc ſeruari debere, tam in ſpeciali, quàm etiam in cõmuni, & alibi eodem c. §. cæterùm, dicitur ſic. Cæterùm cum in eadem regula ſub præcepti diſtrictione prohibitum eſt, ne fratres recipiant per ſe, vel per alios denarios, vel pecuniam ullo modo, idque fratres in perpetuum ſeruare cupiant; vel iniunctum id neceſſe habeant adimplere. &c. Et iſtud quãtum ad abdicationem proprietatis refertur per Clementem, in cap. exijt. §. ad hæc. Quantum verò ad pecuniam, vbi Clemens ſtrictius loquitur in eo. cap. §. denique cum idem ꝯfeſſor, ſic ait, ſummè affectaret ſuæ regulæ profeſſores eſſe abſtractos totaliter ab affectu, & deſiderio terrenorum, & ſpecialiter à pecunia, & eius vſu totaliter exptes, ſicut probat prohibitio de recipienda pecunia, & re-
1 gula ſæpiùs repetita, &c. Ecce ſtatũ † eorum in arctiſſima paupertate fundatũ, qualis ſtatus inter ſeculares homines ob aliquã cãm nullo iure inſtõnis eſt inuentus. Nam homines liberi, quorũ ſtatus eſt integer, habere poſſunt in ꝓprio, & in cõi. Quidam tñ ſunt, † quorum ſtatus ꝓp pœnã
2 minutus eſt, vt deportati in inſulam, qui licet ea quæ iuris ciuilis ſunt perdant, tñ quæ iuriſgentium ſunt retinent, & ex his cauſis poſſunt ſibi acquirere, & actiones habere. ff. de pœnis l. quidam ſunt. ff. manda. l. ſi mandauero. §. is cui.
3 & de re iudi. ſi victum. & ibi not. Quidam ſunt † ſerui pœnæ, & ſic eorum ſtatus in totum perimitur, & ſic perdunt oĩa: tñ prõ alimentis poteſt ſibi legari: & ipſemet põt ꝓ ſe, vel ꝓ alios iudicis officium implorare, vt ſibi ſoluatur, vt ff. de ali. & cib. lega. l. is cui. & l. ſi ſeruus. & de his quæ pro nõ ſcri. ha. l. ſi in metallũ. tñ fratres prædicti pro nulla re tpali poſſunt eſſe in iudicio, vt ĵ. dicetur, de his, quib. vſus pecuniæ non reperitur interdictus: non ergo ſunt in tanta pau
pertate ꝓp pœnam, in quãta ſunt fratres minores ꝓp Chri
4 ſtum. Quidam etiam ſunt, † quos ſeruos fecit captiuitas, vel natiuitas. Iſtis ẽt ex cã alimenrorũ p̃t legari, & in multis cauſis pro re tpali in iudicio eſſe poſſunt, vt ff. de iu. l. is cui. nõ. n. ſunt in tãta extremitate, in quanta ſunt ſtatres prædicti ꝓp Deũ. De his, qui in eccleſia Dñi militauerunt, nullum genus hominum reperio conſtitutũ in tanta paupertate. De clericis. n. ſecularib. religioſis non mendicãtibus non eſt dubium. De religioſis verò alijs mendicantib. conſtat, ꝙ aliqua habent in cõi quo ad proprietatem, vt colligitur ex verbis Gregorij Papę ix. in conſtitutione, ꝙa quorundam. de verb. ſig. in extrauag. Io. dum dicit, fratres minores & prædicatores in arctiſſima paupertate docuit
5 paupes famulari: & tñ conſtat † ipſos prædicatores in cõi habere, ẽt quòd ad proprietatem aliquid, qđ eorum regulę, & ſtatutui non repugnat, &c. De dño noſtro Ieſu Chriſto & de Apoſtolis: & quid iuris fratres habeant in reb. quarum vſus eſt eis permiſſus, illud eſt, qđ inconcuſsè credere debemus per Io. Papam. xxij. qui declarauit, & ſtatuit in conſtitutionib. ſuis, quarum vna incipit. Ad conditorem canonum. de verb. ſign. in extrauag. alia incipit, Cum inter nonnullos. eod. tit. alia verò incipit, Quia quorundam. ĩ. alleg. In eadem tñ conſtitutione, quia quorundam, dicit,
6 † in quibuſdam fratrum vitam eſſe magis ſtrictam ſm regulam, quæ fuit Apoſtolorum: dum ſic ait. Conſtat. n. multa contineri in dicta regula, quæ nec Chriſtus verbis docuit, nec exemplo firmauit, vt putà, ꝙ præcepit conditor dictæ regulæ fratribus vniuerſis, vt nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per ſe, vel interpoſitam perſonam, necnon de multis exiſtentibus in dicta regula, quæ vtique nec Apoſtoli docuerunt nec firmauerũt exemplo. Nec obſt. quòd Chriſtus portare pecuniam Apoſtolis, & Diſcipulis, dum eos ad prędican-

BIU Cujas

dum mitteret interdixit, qđ tamen, antequàm ad prædicā-
dum mitteret, non legimus interdictum, quia post reditū
pecuniam portauerunt, vt in plerisque locis Euangelica
veritas, & Apostolica dicta attestantur. Cum ergo sit vi-
tæ tanta singularitas, non mirum, si eorum occasione sin-
gularia dubia oriantur.

CAP. II.

7 **Quidam** † In suo testamento fratres minores,
vel vnum eorum instituit hæredem.
a Primò quæritur,[a] an valeat testamentum? Ad quod scien-
dum est, ꝙ decretalis exiui de paradiso, de verb. sig. in cle.
dicit, ꝙ fratres minores istarum institutionum nullate-
nus sunt capaces: tamen addam, si quidem sunt instituti,
& nullum habent substitutum, vel cohæredem ꝙ testamē
tum est nullum, & hæreditas pertinet ad venientes ab in-
testato, vt ff. de his quæ pro non scrip. hab. l. si in metallū.
& C. de hæred. insti. l. 1. ff. de test. milit. l. neque enim. Si ve-
rò fratres instituti habeant substitutum, vel cohæredem,
tunc testamentum potest valere, substituto adeunte hęre-
ditatem, ad quem primò pertinet: vel adeunte cohærede,
cui accrescit portio relicta fratribus, vbi substitutus non
est, C. de cad. tol. l. 1. in princ. §. his itaque.

a

ADDITIO.

T.D. ¶Primò quæritur. Vide plenè per Ale. de Imo. in l. si quis mihi bona. §. si ser-
uus. ff. de acq. hære.

CAP. III.

1 *Ille, apud quem remanet hæreditas, in qua erant instituti fratres mi-
nores, an eam licitè in foro conscientiæ retineat. & nu. 7.*
Nec tenetur illam commutare in speciem alterius relicti. nu. 9.
2 *Obligatus ad aliquid de iure naturali, licitè illud non retinet in fo-
ro conscientiæ.*
3 *Obligatio naturalis oritur ex testamento imperfecto, & minus so-
lemni ex defectu solemnitatis. & nu. 8.*
4 *Qui tenet aliquid contra voluntatem defuncti, cui successit, in foro
conscientiæ illud licitè non retinet.*
5 *Dispositio defuncti continens aliquid prohibitum à iure, dicitur con-
tinere impossibile de iure.*
6 *Oratio vniuersalis, nullatenus prædicatur de pluribus.*
10 *Obligatio naturalis non oritur inter cohæredes ex testamēto impfecto.*
11 *Fratres minores sunt incapaces hæreditatis sibi restituendæ iure fi-
deicommissi.*
12 *Hæres grauatus restituere hæreditatem per fideicommissum fratri-
bus minoribus, tenetur ad æstimationem, quā licitè fratres recipiūt.*
13 *Relictum in fraudem fratribus minoribus quando dicatur.*
14 *Hæres grauatus dicto fideicommisso, licèt teneatur soluere æstimatio-
nem fratribus, tamen non obligatur.*
15 *Hæres ad quem hæreditas deuenit ab intestato vigore testamenti in
quo erant institnti fratres minores, habentis clausulam, & omni
meliori modo, tenetur ad æstimationem, & in foro conscientiæ.*
16 *Hæreditatis relictæ fratribus minoribus iure legati, licet fratres re-
licti non sint capaces, debetur tamen æstimatio.*
17 *Fratri minori si relinquitur particulariter, vel in eo particularis hæ-
res instituatur, an teneat.*
18 *Institutio facta de ecclesia fratrum minorum tenet, & nu. 20.*
19 *Dominium ecclesiarum fratrum minorum, pertinet ad ecclesiam
Romanam.*
20 *Ecclesia est vsus publicus, & in ea vtilitas publica versatur.*
21 *Pecunia licitè offertur in ecclesia fratrum minorum pro fabrica, se-
cus tamen conuertenda in vsum pauperum, & nu. 18.*
22 *Ecclesiæ fratrum miuorum debent esse humiles.*
23 *Hæreditas, in qua ecclesia fratrum minorum fuit instituta, requirit
aditionem.*
24 *Papa, vel Procurator, vel syndicus Rom. ecclesię, Episcopus loci, vel
ciuitas, in qua est ecclesia, poterit adire hæreditatem, in qua ecclesia
fratrum minorum fuit hæres instituta.*
25 *Syndicus Rom. ecclesiæ, Episcopus, vel syndicus communis, si ad hoc
mandatum habeat, potest petere bona hæreditatis relictæ ecclesiæ
minorum vt in vtilitatem ecclesiæ conuertantur.*
*Quilibet iudex secularis ex officio potest vnum constituere, vt hære-
ditatem relictam ecclesiæ petat.*
26 *Quilibet de populo poterit deferre hæreditatem relictam ecclesiæ
minorum.*
27 *Petens, vt quilibet de populo, quomodo concludat hæreditatem ad
ecclesiam relictam ecclesiæ pertinere.*
28 *Prædicti petunt de voluntate fratrum, aliàs non absque mandato se-
dis Apostolicæ.*
29 *Institutio facta de fratribus, adiecto ꝙ hæreditas vendatur, & in ne-
cessitatem fratrum conuertatur, valet. nu. 30.*
30 *Hæreditas relicta ad pias causas, vel ꝙ vendatur vel distribuatur in-
ter fratres, absque hæredis institutione, valet.*
31 *Hæreditas relicta ad piam causam valet, etiam si aliquis non sit ha
res institutus.*
*Institutio facta de aliquo santo, cuius ecclesia, vel oratorium reperi-
tur, tenet, & Episcopus capit.*
32 *Laicus Guardianus altaris, vel ecclesiæ, vel capellæ fratrum mino-
rum, potest hæres institui.*
33 *Guardianus fratrum minorum, & etiam clericus si instituitur hæ-
res testamentum valet.*
34 *Institutio facta de Guardiano fratrum minorum transit ad succes-
sores.*
35 *Institutio facta de fratribus sancti Francisci, intelligitur de fratribus
minoribus, non de fratribus pœnitentiæ, nisi ex coniectura aliud
appareat.*
36 *Fratres tertij ordinis de pœnitentia sancti Francisci, possunt habere in
communi, & in proprio.*
37 *Communi vsui stare debemus.*

1 **Secundò quæritur,** † Nunquid prædi
cti venientes ab
intestato, substituti, vel cohæredes, apud quos dicta hære-
ditas remanet secundum iuris rigorem, eam possunt lici-
te retinere in foro conscientiæ. Probari potest primò, qđ
2 non. † Omnis qui est obligatus ad aliquid de iure natura-
a li, illud non potest licitè sibi retinere in foro conscięntiæ.[a]
Hoc notanter not. Inno. in c. nouit, extrà, de iud. Sed isti
apud quos dicta hæreditas remanet, sunt obligati ad eam
reddendam de iure naturali: ergo non possunt eam li-
citè retinere in foro conscientiæ: Minorem probo. Ex te-
3 stamento imperfecto, † & minus solemni oritur obligatio
naturalis, secundum veram opinionem nostrarū gloss. vt
C. de iur. & fac. ign. l. cum quis. & ff. de cond. inde. l. 1. & ff.
de regu. iur. l. cuius per errorem: ergo ex ipso testamento
imperfecto ratione hæredis instituti, qui non est capax,
oritur obligatio naturalis. Secundò probatur per leges,
quæ expressè dicunt, quòd licèt relictum sit inutile, tamē
ille, apud quem remanet, ad id tenetur in foro conscien-
4 tiæ, vt C. de fideic. l. 2. & ff. de fidei. lib. l. in testamento. † Ter
tiò probatur sic, Illud quod quis retinet contra voluntā-
tem eius defuncti cui succedit, non potest licitè retinere
in foro conscientiæ: istud est verum, & probatur. ff. de reg.
iu. l. quod nostruu, & extrà, de præscrip. c. quoniam. sed il-
le apud quem remanet de iuris rigore, eam tenet contra
voluntatem defuncti, qui voluit quòd fratres minores eā
haberent. Quartò, quando aliquid relinquitur ad aliquem
pium actum secundum testatoris voluntatē, qui tamen
actus de se non est licitus, ille apud quem remanet, non
potest licitè retinere: sed debet illud conuertere, habita le
gitima solēnitate, in alium actum licitum. ff. de vsufr. leg.
l. legatum & de admi. rerū ad ciu. pert. l. legatum. Ita ergo
in proposito, licet fratres minores non possint capere vt
hæredes; tñ vr debere vendi hæreditas, & dari eis pretium
conuertendum in vsus licitos, & sic ille apud quem rema
net, non potest licitè retinere. Quintò probatur. nam qñ
aliquis est non capax relicti absq; sui delicto, debetur ei
æstimatio quatenus eam capere potest. Exemplum, Cui-
dam claudo relinquitur militia cursorum. Certè debetur
æstimatio, vt l. apud Iulianum. §. fi. cum l. seq. de leg. 1. l. fi-
deicommissa. §. seruo. de leg. 3. Ita ergo in proposito, cum
fratres minores sint incapaces absq; ipsorū delicto. ¶Ecō
trà, qui non tenetur ad reddendum illud, qđ tenet aliquo
iure ciuili, vel naturali, vel alio, potest licitè retinere in fo
ro conscientiæ, hoc est notum, sed ille apud quē talis hæ-
reditas de iuris rigore remanet, est huiusmodi. ergo, &c. ꝓ-
5 bo. † Dispositio defuncti q̄ continet aliquid prohibitum à
iure, dr̄ continere impossibile de iure, vt d. l. apud Iulianū.
§. fi. de leg. 1. & de cond. instit. l. filius. & l. conditiones; sed
impossibilium nulla est obligatio, vt ff. de reg. iur. l. impos
sibilium. Et no. ꝙ nulla lege obligatur, & sic nec ciuili, nec
naturali, nec aliqua lege est expressum. ff. de act. & obl. l. 1.
§. si id qđ dare. & not. per Dy. extrà, de reg. iur. c. nemo pōt.
libr. 6. Cum igitur institutio facta de fratribus minori-
bus sit à iure ꝓhibita, vt in c. exiui de paradiso. eẍ, de verb.
sig. in cle. ergo, &c. hoc probatur ex tex. ibi. vbi dr̄ fratres
minores hr̄ditatis, vel successionis nullatenus sunt capa-
ces. Et not. qđ dicit nullatenus, & sic nullo modo sunt ca
paces, nec respectu ciuilis nec naturalis obligationis, qa
6 † hæc or̄o vniuersalis, s. nullatenus, p̄dicaṫ de plurib: ergo
de neces-

ADDITIO.

a T.D. ¶In foro conscientiæ. Vide Ang. in cōsi. 180. & vide Bar. in l. 2. ff. de his quæ
pro non scrip. haben.

BIU Cujas

de necessitate intelligitur,id est nec de iure ciuili, nec naturali,& sic ille qui retinet nullo iure tenetur. Tertiò probatur, quia Princeps ex causa potest auferre dominium rei meæ.l.item si verberatum.de rei vend.& de euict. l.Lucius.& de offic.præt. l.Barbarius . ergo eadem ratione potest impedire, ne quæratur . Cum ergo dicta constitutio impediat quæri fratribus: ergo ille qui retinet, licitè retinet in foro conscientiæ: & ille, apud quem † prædicta hęreditas de iuris rigore remanet,debet de voluntate defuncti solicitè inuestigare, & tunc aut ex illa inuestigatione remanet certus, quòd testator voluit illud testamentum suum valere iure directo,scilicet, testamenti tantùm: aut remanet certus quòd testator voluit etiam iure codicillorum, & omni modo quo potest. Aut is, apud quem remanet, ex prædictis non potest esse certus:nec applicat animum suum ad aliquod prædictorũ; sed remanet in eo quod ius præsumit. Primo casu,quando constat, quòd testator voluit ꝙ valeret iure directo tantùm, scilicet testamenti,& tunc is,apud quem dicta hæreditas remanet,potest eam licitè retinere in foro conscientiæ. Nam testatorem velle,quòd tantùm valeat iure testamenti,hoc importat, vt hæres institutus hæreditatem capiat suo iure à seipso,vt ff.de hære.instit.l.sed & si in conditione.§.fi.& si ipse institutus à se capere nõ potest,quòd alij, apud quos hæreditas remanet,vt venientes ab intestato, vel non cohæredes ei restituere teneantur, vt ff. de codic.l.1.& C. de fideic. l. eam quam . Cum ergo ex virtute dictorum verborum testator voluerit illos,apud quos hæreditas remanet,non teneri, apparet quòd licitè possunt retinere in foro conscientiæ. Et per hoc apparet rũsum ad primam
8 rationem in contrarium factam. † Nam voluntas imperfecta inducit naturalem obligationem, verum est in voluntate imperfecta ex defectu solemnitatis; quia tunc inducitur obligatio naturalis in eo, quòd testator voluit venientes ab intestato, &c. non autem in eo, quòd testator noluerit. Sed hic noluit venientes ab intestato teneri: ergo licitè retinent.Et eodem modo respondeo ad leges in contrarium adductas. Secundo casu,quãdo constat,quòd testator voluit,quòd valeret omni modo, quo melius potest,dicam infrà,proxima quæstio. Tertio casu,quando ille,apud quem hæreditas remanet, non potest esse certus, nec applicat animum suum ad aliquod prædictorum; sed est contentus eo, quod ius præsumit testatorem voluisse valere iure testamenti tantum,& sic idem,quod in primo casu.ff.de iure cod.l.1.& l.illud.§.tractari.C. de testa, l.non codicillorum.& de codicil.l. fin. vix tamen puto reperiri aliquem,qui noluerit valere omni modo,quo melius potest, & ideo in foro conscientiæ tutius est non retinere. ita dixerunt multi magistri Theologiæ, & prædicta vera in venientibus ab intestato . In omnibus substitutis autẽ non est dubium,quòd volũtas defuncti tenet, nam voluit defunctus, ꝙ hærede instituto non adeunte, vel quia non vult,vel quia non potest,substitutus admittatur.l.cum proponas. C. de hære.instit. l. si paterfamiliàs. ff. eo. & siquis omis.cau.testa.l.1.§.si proponatur. Ad rationes in contrarium,ad primam & secundam iam responsum est.Ad tertiam dico,ꝙ talis,apud quem remanet, non retinet contra voluntatem defuncti:imò secundum eius voluntatem præsumit enim lex ꝙ testator velit, quòd si non valet testamentum,veniat hæreditas ad venientes ab intestato. l. conficiuntur. in prin. de iure codic. vel ad coniunctos. l. vnica.§.pro secundo.C.de cad.tollen. Ad quartam,& quintam respon. ꝙ illa iura loquuntur in legatis, & fideicommissis in quibus testator grauat aliquem, apud quem remanet hæreditas . Vnde meritò ille potest cogi adire & eius aditione confirmatur testamentum : hoc autem loquitur in hæreditate, quæ fratribus iure directo relinquitur,& sic à seipsis.Vnde si soli sunt instituti, non est cuius aditione confirmetur testamentum,& meritò non est locus dictæ institutioni.Si verò habent substitutum,vel aliũ cohæredem;idem;quia illi non sunt grauati,vt dictum est.
9 Ex prædictis satis † clarè apparet, ꝙ ille, apud quem dicta hæreditas remanet, non tenet illud, qđ est relictum iure hæreditario directo commutare in speciem alterius relicti, vt sic nec fratres minores capere possint in foro conscientiæ,, nec in foro ciuili.vt dictum est . Sed contra prædicta,quæ dicta sunt de cohęredibus,quibus portio relicta
10 fratribus accrescit,videtur ꝙ non,† per gl.C.de iur. & fac. igno.l.si post diuisionem. vbi dicitur, ꝙ inter cohæredes est obligatio naturalis etiam ex testamento imperfecto. Ergo saltem in foro conscientiæ coheres tenetur. Ad qđ dico ꝙ illa gl. non est vera,& reprobatur per doc. ibidem, quod patet,quia ex testamento etiam valido neuter coheredum alteri tenetur,cum vnusquisque à seipso capiat, vt l.sed & si in conditione.§.fi. de hær.insti. Eadem ratione, quando testamentum est inualidum, non tenetur aliqua obligatione, & hoc ex testamento,ex quasi contractu cõmunionis. In casu nostro nulla potest fieri obligatio: cum nulla sit communio,&c.

SECVNDA DISTINCTIO.

CAP. I.

a De hæreditatibus Fratribus minorib. iure fideicommissi a relictis,possunt plura quæri . hoc autem sæpè contingit, quando testator iubet,ꝙ si hæres institutus decesserit,hæreditas deueniat ad fratres minores iure fideicommissi,iuristę aliàs iustè dicunt deferri, licet quandoq; habeant iu-
11 re directo. † Quæro primò,an huiusmodi fratres minores sint capaces ? Respon.nõ,nam dicta decretalis dicit, ꝙ fratres successionum,quæ ex natura sui indifferenter ad pecuniam,& ẽt ad alia mobilia,& immobilia se extẽdũt,ꝙ sideratа paritate iuris, nullatenus sunt capaces ; sed qñ alicui hæreditas iure fideicommissi restitueretur, successio est.ff. ad Treb.l.restituta.§.fi.cũ l.seq.Secũdò probatur, quia natura huius successionis est, vt suam naturam porrigat ad omnia iura,& ad omnia mobilia,& stabilia,vt ff. ad Treb. l.1.in princ.& l.facta in princ.ergo huiusmodi fratres non sunt capaces .

ADDITIO.

a T.D. ¶ Iure fideicommissi. Vide Bar. in l. 1. & ibi apost.vbi etiam doc.ff.de le.1.& Bar.in consi.5.inci.visa quadam.vol.j.& in consi.seq.inci.viso testamento.

Quòd hæres, à quo fideicommissum vniuersale relinquitur, tenetur ad æstimationem.

CAP. II

a Sed quæro, a Si licitè fratribus fideicommissum restitui non possit, vt est dic-
12 tum † an hrs teneat æstimationẽ? Vi ꝙ no,p tex. dictæ decretalis,exijt.q̃ sic dicit,Nõ licet eis valorẽ hr̃ditatũ taliũ, vel tãtam earũ partem,quod præsumi possit, hæc in fraudẽ fieri,quasi sub modo legati dimitti sibi facere, aut sibi dimissa recipere,quin potius, ista sic fieri ab ipsis simpliciter prohibemus,&c. Ex quo patet,quòd nec ad æstimationem hæreditatis tenetur. Econtra ꝙ teneatur de iure, per leges,quæ dicunt, quando quis non potest capere rem sibi relictam propter qualitatem personæ suæ, absq; suo delicto, tunc hæres tenetur ad æstimationem, vt l. apud Iulianũ.§.fi.cum l.se.de leg.1.& ibi not.& de leg.3.l.fideicommissa.§.si seruo.& de verbo.oblig.l.multum.& ibi no. Sed ita est in proposito,hæres tenetur ad æstimationem, vt in constitutione Nicolai Papæ,quæ incipit,exijt.§.ad hęc.vbi dicitur ꝙ quãdo fratribus aliquid simpliciter relinquitur, intelligitur in causam licitam ,hoc est, vt vendatur,& pretium in vtilitatem fratrum conuertatur. Secdò ad determinationem prædictæ dubietatis videre debemus intelligentiam verborum dictæ constitutionis,exijt. superius relatæ. Nam procurare,ꝙ eis fratrib.minorib.relinquatur, est penitus interdictum fratrib.minoribus:dimissa verò recipere,non est interdictum omnino, sed ita demum si hoc p-
13 sumi potest,vt illa verba dicunt, in fraudem fieri : qđ † intelligo,qñ per hoc aliquid fieret contra paupertatis,votũ, vel in aliquo conuenitur, vt puta si valor, seu æstimatio prædicta ad tantam quãtitatem ascenderet, ꝙ magis saperet thesaurizatũ, quàm pro necessitatib. imminentib. receptum.& ideò in quæstione prædicta dico, ꝙ si æstimatio prædicta magnam, & mirabilem quantitatem excederet, qđ fratrib. non licet recipere . Ita loquuntur illa verba. Sed si esset quãtitas parua,& moderata:vel de magna quãtitate moderatã accipere licitè fratres possunt,& hęres ad hæc tenetur . Ita loquuntur alia iura pro hac parte allegata . Hæc indicant verba constitutionis prædictæ, ibi,tantam earum partem &c. Hæc etiam manifestantur in ea. cle.exiui. §. dubitauerunt. in eo, quod tractat de distributione bonorum nouitiorum ingredientium monasteriũ, & hoc etiam declaratur in constitutione Nicolai,quæ incipit,exijt qui seminat §. insuper nec vtensilia. vbicunque
14 † autem dixi quòd hęres tenetur,non intelligas ꝙ fratrib. obligatio quæratur: hoc enim voto eorum repugnat; sed in quem fundatur dicta obligatio dicemus in secundo lib.

ADDITIO.

a T.D. ¶ Sed quæro. Vide Io. Cal. consi. 2. in ti. de testamentis.

do lib.vbi de relictis,& legatis singularib. tractabitur, vbi ēt dicemus,quæ sit ista quantitas moderata,& quid fiet de superfluo, & an ipsi fratres possint prædicta vendere, &c. Bar.

CAP. III.

15 **Ex prædictis** Satis liquet,† ꝙ quando fratres prædicti hæredes instituantur, & in testamento dicitur si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorum, & omni modo quo melius valere potest, ꝙ tunc hæres tenetur ad æstimationem secundū prædictum modum: quia prædicta verba hoc important de iure, & institutione irritata videantur rogati per fideicommissum hi, ad quos hæreditas remanet, restituere illi instituto,vt C.de fideicommis.l.ex testamento. & ibi not. & l.eam quam.cod.tit. & iste est casus secundum vnam lecturam.ff.de testamen.l.ex hac scriptura.& l.ex his verbis. & ibi gloss.& de iniusto testamento.l.posthumus.§.fin. & de testam.mil.l.quærebatur. §.vtrum. licet glos.C, de libe. præt.auth. ex causa. videatur dicere, quòd illa verba hoc casu non operentur. sed illa glo.reprobatur.Ex hoc appareret determinatio illius tertij membri,quod dimisi.ſ.dist.1. c.2.quando ille, apud quem hæreditas remanet, credit defunctum voluisse testamentum valere omni modo, quo melius potest; & tunc tenetur in foro conscientiæ.

TERTIA DISTINCTIO.

CAP. I.

16 **De hæreditate,** Quæ fratribus † iure legati relinquitur, dico idē per omnia quo ad prædicta,quæ. ſ. dixi in hæreditate iure fideicommissi eisdem fratribus relicta:videlicet,vt eius hæreditatis fratres non sint capaces eadem ratione,qua ſ. dictum est,quia transirent iura & actiones, & alia bona.vt l. cum filius.§.Lucio.de legat.2.& l.mulier.§.fi.ad Trebel. & eodem modo dico, quòd debetur æstimatio: quia hæres grauatus est à defuncto, sicut quando iure fideicommissi relinquitur.d.l.mulier.§.fi.ad Treb.

CAP. II.

17 a **Si alicui fratri,** Vel fratribus † relinquatur particulariter,[a] & in eo instituatur,an vitietur? Quod videtur,quia hæreditatis non sunt capaces. Contrà videtur ꝙ sit idem quod in legatis.l. quoties.C.de hæred.instit.Sol. dicēdum est, ꝙ hæredis institutio ex certa re, vel quantitate habet effectum in forma vniuersali quò ad quædam,vt putà alijs hæredibus vniuersalibus non existentibus,totum sibi accrescat. vt l.1.§. si ex fundo.ff.de hæredibus instituendis. & quantum ad hunc effectum nō valet: quò ad quædam verò habet vim legati, vt d.l.quoties. & quò ad alia de tali institutione ex re certa,quid iuris in seq.lib.dicam.

ADDITIO.

a T.D.¶Particulariter. Vide quod consuluit Abb.in consi.63 in 2.vol.& Barb.in l.legatum.& ibi apost.ff.de capi.diminut

QVARTA DISTINCTIO.

CAP. I.

a **Si aliquis** [a] In suo testamento instituat hæredē ecclesiam fratrum minorum,aliàs lo-
18 cum. Primò quæritur an institutio valeat? † Et videtur quòd non, nam seruus, qui à domino regitur, non est capax eorum, quorum dominus non est capax, vt ff.de hæræ. instit. l. non minus.& de leg.1.l.si mihi, & tibi. §. 2. de acqui. hære. l. si seruus eius. & de leg.2. l.si Titio, & Mæuio. C.de hæredi. instit. l. neque per se. eadem ratione ecclesia quæ regitur per fratres nō debet esse capax eorum, quorum fratres non sunt capaces:puta si aliquis hæredem instituat hoc modo, Stichum seruum Titij hæredem instituo. Contemplatione enim Titij videtur eum instituere: licet ipse instituendus aliàs Stichus non sit liber homo. C.de iu.delibe.l. cum aliquis. Ita in proposito, cum dico,ecclesia fratrum minorum, contemplatione fratrum videtur facta institutio; sed ipsi fratres non sunt capaces; ergo, &c. Præterà, sicut idem est instituere ciuitatem, & ciues, vt ff. de cond. & demon. l. municipibus. & de rebus dub. l. ciuibus; ita videtur idem instituere fratres, & ecclesiam fratrum minorum. Præterea, aut consideras ecclesiam pro collegio, vt not. quod cuiusque vni. nomi. l.item. & constat quòd non valet: nam hæreditatis non est capax. Aut consideras ecclesiam pro muris ipsius ecclesiæ, & idem quòd non valet, nam hæreditatis aditio requirit animum, &c. Prætereà decretalis, exiui, videtur velle,quòd eiusdem conditionis sint ecclesiæ fratrum, cuius sunt fratres: sed fratres non possunt accipere pecuniam, ita nec ecclesijs eorum debet offerri, vt in d. clem. exiui. de verbor. signific.§. denique. Item sicut ipsi, ita eorum ecclesiæ debent esse humiles, & non excessiuæ, vt in d. cle. exiui de paradiso. §. hinc est etiam. ergo sicut fratres sunt incapaces,ita eorum ecclesiæ. Ecōtra quòd valet institutio, nam declaratum est in illo cap.
19 exijt, qui seminat.† quòd dominium ecclesiarum,& fratrum minorum pertinet ad ecclesiam Rom. Idem posteà dicit Io.Papa.22. in illa extrauaganti,quæ inci. Ad conditorem. in ecclesijs & alijs quæ vsu non consumuntur. Si ergo sunt ecclesiæ Romanæ, igitur ecclesiæ Romanæ ac-
20 quiritur,& sic valet. Prætereà † ecclesia est vsus publicus, & in ea versatur cōis vtilitas.l.1.§. ius publicū.ff.de iustit.
b & iur. ergo posito ꝙ ecclesiæ Romanæ [b] nō qreretur, saltē qreretur Reipu. illius ciuitatis, cum in in eius honorem videatur facta talis institutio. casus est in l. ciuitatibus. de leg. 1. & l. si quis. & l. Lucius. ff. de au. & ar. leg. Solu. Dicendum est, quòd licet in religiosis, & alijs collegijs hoc sit, quòd ipsi habent ius in ecclesia, & ideò quod conceditur ecclesiæ, videtur concedi collegijs. De fratribus hoc dici non potest, quia nullum ius habent in
c ecclesia, sed solum simplicem vsum facti, [c] & ecclesia, & loco videntur vti precariò, & recessuri inde, cum dominus mutauerit voluntatem, vt d. cap. exijt, qui seminat. Vnde quod dicitur de fratribus nō potest referri ad ecclesiam, vt extrà, de priuile. capit. per exceptionem. lib.6. Licèt ergo statutum sit, quòd fratres non sint capaces,tamen hoc de ecclesia non potest intelligi;ergo remanet in iure communi, secundum quod ecclesia potest institui, vt C. de sacrosan. eccles. l. prima. & l. generaliter. Non ob. prima ratio: quia seruus regitur à domino iure proprietatis: ideò ipsius domini capacitas, & incapacitas inspicitur: sed fratres in ecclesia nullum ius ha-
d bent. Non ob. secunda ratio: [d] quia cum dico ecclesia fratrum minorum, appono vt certa ecclesia demonstretur, non vt fratrum contemplatione relinquatur: sed secus cum dico instituo Titium filium Sempronij, cum iam Sempronius esset mortuus,vt C.de vsufr. l.fin. in fin. & ff.de hæred. instit. l.his verbis. §.fin. cum fratres quo ad ipsa temporalia habeantur pro mortuis. Non ob. tertia ratio, aliter enim habent se ciues ad ciuitatem; quia habent ius in ea, & iurisdictionem; sed fratres nullum ius habent in ecclesia, vnde illa æquiparatio procederet in alijs religiosis. Non obst. quarta; quia bene erit
21 persona quæ poterit adire, vt dicetur in sequen. quæstione. Non obst.quinta, † ideò quia fateor quòd ibi non debet ferri pecunia conuertenda in vsum pauperum: quia illud esset contrectatio pecuniæ non permissa, nec per regulam,nec per declaratores,vt ibi dicitur; sed ibi ponitur pecunia in fabricam ecclesiæ conuertenda, ita ꝙ fratres ibi nihil haberēt facere, tunc hoc non reperitur pro-
22 hibitum. † Nec obst. quod dicitur, ꝙ ecclesiæ eorum debent esse humiles, & non excessiuæ: quia fateor hoc, tamen ad fabricam,& sustentationem locorum, & ecclesiarum humilium potest quis institutionem facere, sicut ad aliam piam causam, vt j. proxi. dist. satis enim mihi est dicere, ꝙ illa ecclesia est capax, & sic valet institutio. Quid autem

ADDITIONES.

a T.D.¶Si aliquis. Vide Ale in l.si mihi,& tibi.§.regula iuris.ff.de le. j. & Bar. in consi.5.inci.visa quadam petitione.& in consi seq.inci.viso testamento. vo.1. & Io. Cal. in consi.20.in titu.de testam. & omnino per do.Abb.in consi.32. in 1.vol.inci.casus contingentia.

b ¶Ecclesiæ Romanæ. Contra Bar.consuluerunt multi doctores. Vide And. Barb. in capitu.nos quidem.de testa. vbi plenissimè disputat intellectum, & veritatem doc. Bartol. hic.

c ¶Simplicem vsum facti. Vide Abb.in consi.64.in 2.vol.inci.quædam dicta.

d ¶Non ob.secunda ratio. Vide Bar.in l.legatum.in fi. de vsufr.leg. & ibi Ale. in apostil.& Raph. Cuma.in consi.159.inci.viso testamento.circa medium.

BIU Cujas

autem fiet si ecclesia non indiget refectione, vel fabrica, dicam in seq.li. dum de lega. tractabimus.

CAP. II.

a Sed quid, si quis petit, a seu adit hæreditatē, in
23 qua ecclesia fratrum minorum est instituta? Respon. dicta quorundam videntur inducere, ꝙ hæreditatis aditio non sit necessaria, quod patet: quia dicunt in hæreditate delata fisco non esse necessariam aditionem, vt probatur ff. de iure fisci l.1.§.an bona. eadem ratione hic: instituitur enim ecclesia fratrum minorum, & per consequens ecclesia Romana, cuius est dicta ecclesia; sed constat ecclesiam Romanam in prædictis obtinere fisci locum: ergo, &c. Contrarium tenet glo. in verbo, an bona. in d.§. an bona. ꝙ requiritur aditio per legem primam. C. de offic. procur. Cæsa. & est casus. ff. de fideicom. lib. l.4.§. eadem constitutio. & §. seq. & idem, vbicunque in pias causas relinquitur hæreditas, vt C. de episco. & cle. l. si quis ad declinandam. §. & si quidem. ibi, hæreditatem suscipiant, &c. quod denotat aditionem hæreditatis. Cum ergo necessaria sit aditio,
24 videndum est primò † per quem fiat aditio: & dico, quòd summus Pontifex est principalis dominus, & rector ecclesiarum dictorum fratrum, ipsi verò fratres habent simplicem facti vsum, vt dictum est: ideò procurator, seu syndicus Romanæ ecclesiæ poterit indubitanter adire, & petere, & vendere ſm formam mandati: quos procuratores possunt nominare fratres ex vigore literarum Papæ Martini, quas literas in prædictis, quæ fratrib. relinquuntur, nō puto corruptas, vt plenè dicam in seq. lib. dist. 3. & sic nomine ecclesiæ adibunt, petent, distrahent. Sed si dictus syndicus non possit haberi: quia fratres eum nominare nollent, vel esset eis interdictum, tunc posset adiri eps. Nam dicta fabrica, s. ecclesiæ constructio, ideò instituta est, vbi alius non reperitur, & tunc episcopus potest hoc facere, vt C. de episco. & cle. l. nulli licere. & l. si quis ad declinandam. & in auth. de eccle. titu. §. si quis in nomine. Adire. n. Papam propter hoc est adeò difficilè, ꝙ reputatur impossibile. l. apud Iulianum. §. fin. de leg. 1. & ibi no. & licet ecclesia fratrum sit exempta, tamen episcopus potuit prædicta facere: sicut si esset relictum ad aliquam piam causam, & nihilominus pertineret hoc ad curiam episcopi, vnde testator originem trahit, vt d. l. nulli. §. 1. Sed si episcopus nō faceret, vel negligeret hæreditatem adire, posset ciuitas in qua est ecclesia, cum ibi etiam ecclesia pertinet ad honorem, & vtilitatem ciuium. l. 1. §. ius publicum. & ibi not. ff. de iusti. & iure, & sic ad honorem, & vtilitatem ciuitatis vī facta institutio, & sic ciuitas poterit adire, & petere. l. ciuitatib. & l. si quid relictum. de leg. 1. l. Lucius. de aur. & arg. leg. Nec potest dici ex prædictis ꝙ sunt plures hæredes insolidum, quod est contra. l. in condemnatione. §. vnicuiq;. de reg. iur. quia vnus solus est hæres, s. illa pia causa, & cuius hæreditatis iura exercet ecclesia Romana, ratione pleni iuris, quod habet in ecclesia instituta: & episcopus ratione generali, quam habet in institutione facta ad pias causas: & ciuitas, quia pertinet ad honorem ciuitatis.

ADDITIO.

a T.D. ¶Sed quid, si quis petit. Vide Bar. in consil. ſ. & ibi scripsi, & vide Abb. in consi. 32. in 1. vol. incip. casus contingentia. in 2. col.

CAP. III.

25 Per quem bona † dictæ hæreditatis petantur, & in vtilitatem ecclesiæ conuertantur. Respon. qñ fit per syndicum Romanæ ecclesiæ est clarum, & qñ per Episcopum similiter est clarum. d. l. nulli. & l. si quis ad declinandam. Item qñ fit per
a syndicum cōis a idem. si ad hoc mandatum habet: Puto etiam ꝙ quilibet iudex sæcularis ex officio suo poterit cōstituere vnum, per quem prędicta fiant, arg. l.3. de ali. & cib. leg. & de admi. tuto. l. quoties. §. fi. in d.c. exijt qui seminat.
26 §. ad hæc cum fratres. † Item quilibet de populo poterit hoc deferre, sicut bona quæ deferunt in fiscum. l.2. in prin. ff. de iure fisci. & in l. nulli. §. fi. C. de episc. & clēr. & in auth. de eccle. tit. §. si quis autem pro redemptione. in fin. ibi, & omni alij sit licentia mouendi huiusmodi quæstionē, &c. Ratio quia omnium interest. l. in prouinciali. §. fi. & l. seq. de ope. no. nun. & extrà de reb. eccl. non alie. c. si quis presbyterorum. † Qñ autem aliquis petit, vt quilibet de populo, concludit sic, & peto pronunciari hæreditatem prædictam pertinere ad dictam ecclesiam, & piam causam, & illum possessorem condemnari ad restituendum legitimæ personæ ad hoc deputatæ, &c. licèt enim ipse agat, non debet concludere, ꝙ sibi restituatur. l. hoc iure. ff. de sol. & l. sed si tm̄. de pact. Sicut dicimus in coniuncta persona, vt not. in l. vero procuratori. ff. de solu. nullus tn prædictorum absq; mandato sedis apostolicæ poterit ad hoc se intromittere vel absq; fratrum voluntate, vt dica in seq. lib.

ADDITIO.

a T.D. ¶Per syndicum communis. Vide Bar. in consi. inc. visa quadam petitione. in fi. & in consi. seq. inci. viso testō. & vide Abb. in consi. 32. in 1. vo. casus contingentia.

QVINTA DISTINCTIO.

CAP. I.

28 Quid, si fratres minores, † vel aliquis ipsorum hæres instituat adiecta causa, ꝙ dicta hæreditas vendatur, & in necessitatem dictorum fratrum conuertatur: an talis institutio valebit? Videtur, ꝙ non. Nam qñ instituitur ille, qui est omnimodò non capax, & rogatur de restituendo ei, qui capere non potest, testamentum est nullum, vt C. de fideicom. l. eam quam. & ibi not. per gl. & doct. & ibi patet: quia illud testm̄ nō potest valere, ex quo non potest adiri hr̄ditas. l. nemo. de testa. tut. & de his, quę in testa. delen. l. pximè. & dere. iur. l. nemo, &c. Contrarium puto verum. Ad cuius inuestigationem oportet, ꝙ prius alterius quæstionis veritatē in-
29 uestigemus. Pone, ꝙ aliquis † nullum fecit hæredem in suo testamento, sed suam hæreditatē reliquit ad pias causas, vel reliquit eam vēdendam, vel distribuendam inter fratres, an valeat? Et videtur, ꝙ non: quia non subest persona in qua ius, & nomen hæredis cadat: sicut qñ instituitur hæres ille, qui iam est mortuus, non valet: sed pro nō scripto est, l.1. in prin. C. de cad. tol. Contrarium puto verū: nam in istis pijs causis sufficit, ꝙ hæreditas ad piā causam relinquatur, vt in redemptione captiuorum, & in constructione ecclesiæ, vel alimentis pauperum, & similium. vt C. de epis. & cle. l. si quis ad declinandam. & in auth. de eccle. tit. §. si quis autem pro redemptione. Prætereà ꝑstat, ꝙ fratres minores sunt pauperes, & in summa paupertate, sed qñ pauperibus, & in eorum alimentis, & necessitatib. relinquitur, vī relictum toti ciuitati, cuius interest, vt pauperib. alimenta non desint, vt C. de sacro. eccl. l. priuilegia. & est expressum. ff. de leg. 1. l. ciuitatib. Non obst. qđ dī, ꝙ non subsit persona: quia hoc nego: quia personam sustinebit eps, vel Respublica, vt dixi. s. in proxi. dist. & omnia quæ ibi
30 dixi, hic possunt repeti. Nunc † ad solutionem quæstionis primò propositæ redeo, & dico, ꝙ talis institutio valet: licet persona fratrum minorum, quia non sunt capaces, subducatur, & pro non scripto habeatur, tn̄ remanet causa, ꝓp quam institutio valet, & cōsolidatur, vt s. dixi. Pro hoc
31 facit † in auth. de eccl. tit. §. si quis autē vnum sanctorum. vbi si aliquis instituit aliquem sanctum, cuius ecclesia, vel oratorium non reperiretur, tn̄ capiet eps. Instituendo aliquem sanctorum de necessitate intelligitur instituta memoria, seu reuerentia eius, s. vt in eius laudem, & reuerentiam hæreditas expendatur. Nec ob. quod dicebatur in ꝓrium: quia fideicōmissum non potest per se subsistere, nisi adeatur hæreditas. l. ille à quo. §. si de testamēto. ff. ad Treb. sed in talem causam potest sustineri institutio hæredis: licet persona non sit, & sic ex tali causa institutionis poterit adiri hæreditas. Sed ꝺ prædicta facit qđ dictum est. s. in 1. dist. vbi dixi ꝙ si fratres instituantur, non valet institutio, & tn̄ constat, ꝙ illa institutio non fuit facta ad alium finē, nisi ꝙ hæreditas in necessitatem fratrum expendatur. Rn̄. qđ testator ad hunc finem reliquerit, est quædam præsumptio verbis non expressa, nec de necessitate intellecta: ideò institutio hæredis illa causa subintellecta non sufficit: quia debet testator, id qđ institutio continet propria voce exprimere, vt C. de testa. l. iubemus. & ff. de testa. l. hæredes palā. in prin. Sed in casu nostro causam expressit: ergo, &c. Sed ꝺ prædictam solutionem facit. d. §. si qs autem. vbi causam non expressit, & tn̄ sufficit solutio. vt de necessitate intelligatur relicta hæreditas ob memoriam, vel reuerētiam sancti. Stultus. n. fuisset testator qui cogitasset sanctum, qui

est

est in vita æterna, acceptare hereditatem, sed qñ instituunt fratres minores potuit testator aliter sentire, vt notat in illa cõstitutione, exijt qui seminat. §. ad hæc. de ver. sig. li. 6.

SEXTA DISTINCTIO.

CAP. I.

32 **Quæro,** In quibusdam † ecclesijs fratrum minorum consueuerunt præponi homines seculares ad custodiam altaris, seu alterius beneficij, vel ecclesiæ; modò pone q̃ aliquis instituit hæredem Guardianum altaris, seu ecclesiæ fratrum minorum, an valeat talis institutio? Respon. cum talis instituitur, ipsum altare, seu ipsa ecclesia instituitur videtur, vt expressè dicitur in tex. & glo. verb. nominatorum. ff. de annu. leg. l. annua. §. Attia. sed suprà determinatum est, s. valere talem institutionem factam de ecclesia, & idem puto de altari eadem ratione, & hæc institutio debet valere, & omnia quæ ibi dixi possunt repeti. Hoc tñ hic plus est: quia iste Guardianus laicus videtur executor electus, & debet talem distributionem facere. & posset actiones mouere, vendere omnia, & singula facere. & d. l. nulli. & l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cle. & in auth. de eccl. tit. §. si quis autem pro redemptione. Hortor tamen fratres minores ob reuerentiam domini nostri Iesu Christi, & beati Frãcisci, vt tales Guardianos in fraudem non habeant, & eos instituti non procurent: hoc enim puritati eorum regulæ repugnaret.

CAP. II.

33 **Quid, si talis** Guardianus † ecclesiæ, vel altaris, esset vnus de fratrib. minoribus? Respon. puto talem institutionem valere: quia subducta persona talis fratris, remanet instituta ecclesia, cuius institutio valet, sicut dixi de ea. s. proxi. dist. & sic testamentum est diligenter aduertendum, an dicat testator, instituo Guardianum fratrum minorum, & tunc non valet, vt dictum est: an dicat, instituo Guardianum ecclesiæ, vel altaris, & tunc valet, sicut si esset instituta ecclesia.

CAP. III.

34 **An autem** effectus talis † institutionis trãseat ad alios Guardianos ecclesiæ, vel altaris, qui pro tempore subrogantur in dictis ecclesijs? puto q̃ sic, vt expressè dicit text. in d. l. annua. §. Attia. sed contra hoc facit, quod not. per Inno. extrà, de offic. deleg. c. fin. sed alio casu loquitur, si bene aduertatur. Item contra prædicta facit. ff. de legat. 2. l. si Augustæ. sed solue, vt ibi not. per doct. & gloss.

SEPTIMA DISTINCTIO.

CAP. I.

35 **Quid** si instituantur fratres minores sancti Francisci? † Ista quæstio habet plus dubij: qa fratres sancti Franciscí, sunt fratres minores, de quibus. s. diximus. Item fratres sancti Franciscí sunt fratres de pœnitentia tertij ordinis sancti Franciscí, & sic potest dubitari de quib. intelligatur, & videtur q̃ debeat intelligi de fratrib. tertij ordinis. Nam debet intelligi in dubio eo modo, quo valeat, non eo modo quo pereat. vt l. quoties. & l. in ambiguo. de reb. dub. & de verbo. obli. l. quoties. sed si intelligimus de fratribus minoribus, non valeret, vt dictum est. Si enim intelligamus † de fratribus tertij ordinis, valet: quia prædicti fratres possunt habere in proprio, & communi, vt dicitur extrà de senten. excom. c. cum ex eo. in cle. & ibi no. ergo videtur, q̃ de eis debeamus intelligere. Contrà: quia hæc appellatio fratris sancti Franciscí per prius dicitur de fratribus minoribus, & per posterius dicitur de fratribus pœnitentiæ. ergo de illis debet intelligi, vt ff. si ag. vectig. vel emphyt. pe. l. t. in fin. de leg. 2. legatis. & de verb. signif. l. in lege censoria. Præterea communis vsus loquendi sic se habet, q̃ fratres minores appellantur fratres sancti Franciscí: illi vero, fratres de pœnitentia. d. c. cum ex
37 eo. ergo. & c. huic autem vsui stare † debemus. l. cum de lanionis. §. asinam. de fund. instru. leg. & l. librorum. §. quod tamen Cassius. & ibi not. de leg. 3. & l. Labeo. de suppellec. lega. & hæc puto vera, nisi ex aliquibus coniecturis appareret, quod de fratribus pœnitentiæ senserit, putà si in aliqua parte testamenti de eis fecerit mentionem, argu. de lega. 1. l. qui filiabus. in princ. vel si aliquæ aliæ coniecturæ legitimæ appareant, &c.

MINORICARVM

LIBER SECVNDVS.

1 *Legatum pecuniæ factum fratribus minoribus tenet, si non est in maxima quantitate, & conuertitur per alios in eorum necessitates.*

2 *Legatum pecuniæ factum minoribus in maxima quantitate præsumitur in fraudem.*

3 *Declaratio quãtitatis pecuniæ relictæ fratribus, an magna, vel parua sit, pertinet ad ministrum, vel custodem.*

4 *Legata si est quantitas immoderata fratribus, superfluum reseruabitur pro necessitatibus futuris, & nu. 6.*

5 *Legatum pecuniæ factum fratribus minoribus simpliciter intelligitur pro necessitatibus.*

7 *Fratres, imminente necessitate, petent superfluum extraiudicialiter per modum eleemosynæ.*

8 *Fratres non possunt recipere diuersa legata in diuersis testamentis eisdem facta, quæ coaceruata faciant summam immoderatam, sed necessitate superueniente, recipiãt quæ primò venerunt ad soluendũ.*

9 *Legata re immobili fratribus, quæ vsu non consumitur adiecto modo illicito contra eorum regulam, tunc non debetur æstimatio, secus si aliter est licitus.*

10 *Aedificium si legatur fratribus minoribus, vt ibi construatur locus, vel diuinum officium celebretur per fratres ibi intrantes, an valeat legatum; quòd non, vt quod iussit testator obseruetur, sed vt in aliã causam transferatur. & nu. 12.*

11 *Impossibile de iure videtur, quòd per solum principem expeditur.*

13 *Translatio legati facti de ædificio relicto à fratribus minoribus, vt ibi construatur locus, per quem fieri possit. & nu. 15.*

14 *Iudex magis fauere debet voluntati eius cui relinquitur, quàm eius, à quo relictum est.*

16 *Legatum factum fratribus de re mobili, vel immobili, ob causam, vel modum licitum tenet.*

17 *Legatum factum fratrib. ad vnam causam, illa causa finita superfluum debet commutari in aliam causam.*

18 *Legatum factum fratribus ad vnam causam si illa cessat, commutatur in aliam, & legatum tenet.*

19 *Legatum generaliter factum fratribus, sine modi expressione valet, & intelligitur expressus modus qui personæ legitimè congruet, dum tamen moderata sit summa.*

20 *Dominium rerum legatarum fratribus minoribus remanet apud hæredem.*

21 *Relictum factum pro necessitate pauperum, videtur factum illi ciuitati cuius pauperibus relinquitur.*

22 *Dominium rerum legatarum recta via non transit in legatarium, quando relinquuntur per quandam consequentiam.*

23 *Dominium panni pro vestimentis, vini, & frumenti legati fratribus penes quem remaneat.*

24 *Pecunia legata in specie pro vsu fratrum transmutatur in aliam speciem.*

25 *Legata res fratribus minoribus, cuius pretium conuertitur, in eorum necessitatem, vendi potest per hæredem, per executores, per episcopum, & iudicem secularem ex officio.*

26 *Iudex secularis vendit ex officio res legatas fratribus minoribus, quando hæredes, & executores fuerunt in mora constituti, saltem bina monitione.*

27 *Conuentus fratrum minorum, licet non habeat dominium rerum legatarum, habet tamen actionem personalem.*

28 *Legari, vel donari potest vni fratri singulariter, & per Guardianum, vel custodem in vtilitatem dicti fratris primò conuerti.*

29 *Legatum singulariter factum vni fratri non debet ad petitionem ipsius solui, sed Guardiani.*

30 *Frater minor non potest esse executor.*

31 *Relictum factum fratri singulariter, vltrà eius necessitatem conuertitur in vtilitatem communem conuentus.*

32 *Legatum annuum factum fratribus minoribus, licet non valeat, valet tamen quòd ius percipiendi venditur, & in necessitatem eorum conuertitur.*

33 *Annui reditus computantur inter immobilia.*

34 *Legatum diurnum, vel mẽstruum factum fratribus, quomodo valeat.*

35 *Legatum annuũ factum fratribus minoribus, vsque ad certum tempus non valet, & fratres à dicto legato debent abstinere.*

36 *Legatum annuum factum in vim conditionis nõ valet, nec fratribus licet accipere.*

37 *Legans fratribus minoribus, ipsis fratribus non est obligatus.*

38 *Obligatio duobus modis intelligi potest.*

39 *Legatum factum pauperibus alicuius ciuitatis censetur factum ciuitati, ipsi ciuitati acquiritur obligatio.*

40 *Fratres minores petere possunt extraiudicialiter legata eisdem facta, in iudicio non.*

41 *Respublica, vel eius syndicus, vel quilibet de populo potest petere in iudicio*

BIU Cujas

iudicio legatum factum fratribus minoribus. Item episcopus, & iudex secularis ex officio.

Fratres minores caueant ne assistant petentibus pro eis legata eisdem relicta.

42 *Innocentius Papa quartus, concessit fratribus minoribus posse constituere syndicum.*

43 *Martinus Papa eandem concessionem, & ampliorem fecit dictis fratribus.*

44 *Leo Papa xxij. aliqualiter dictas concessiones reuocauit.*

45 *Fratres minores possunt absque licentia sedis apostolicæ constituere syndicum ad vendendum libros.*

46 *Fratres minores habent generalem procuratorem in curia electum in capitulo generali, per generalem ministrum.*

47 *Fratres minores habent etiam procuratores speciales, quos procuratores conuentus appellant.*

Officium procuratoris conuentus quale sit.

48 *Communitates terrarum per statuta possunt constituere syndicum, qui relicta obuenientia fratribus minorib. petat, & alijs necessitatibus fratrum prouideat.*

49 *Fratribus licet procurare, vt eis syndicus constituatur, non tamen ad litigia.*

50 *Ciuitas potest constituere syndicum fratribus minoribus, quem ipsi fratres nominabunt.*

Cautela in constituendo syndicum ne repugnet regulæ fratrum, & num. 58.

51 *Syndicus potest constitui, vt etiam alium loco ipsius substituat.*

52 *Statutum quòd quis in iudicio fratrum minorum nomine compareat, non valet.*

53 *Potestas syndici pro fratribus constituti à ciuitate qualis sit.*

54 *Guardianus cum capitulo, & custodibus, quomodo possunt facere laicum eorum procuratorem, & syndicum.*

55 *Verba in contractibus impropriantur, vt ad materiam adaptentur.*

56 *Caueant fratres, ne constituant syndicum ad lites. & nu. 57.*

58 *Syndicus à fratribus constitutus non potest nomine fratrum agere contra hæredem à quo factum est legatum, & quomodo agere debet.*

59 *Syndicus à fratribus nominatus eisdem legatum contra voluntatem hæredis vendidit, dominium non transfertur in emptorem, & qua exceptione erit tutus emptor si per hæredem vendicetur.*

60 *Fratres minores contra syndicum per eos nominatum uullam habent actionem.*

PRIMA DISTINCTIO.

CAP. I.

1 PRimò † quæro, Quando fratribus minorib. legatur, seu relinquitur pecunia, an valeat? Et vr̃ quòd non, cum in regula sit expressum, ne fratres recipiant per se, vel per alios pecuniam, vel denarios vllo modo: tñ Nicolaus determinauit ꝙ talia legata valent, si in fratrum necessitatem conuertantur per alios, prout in eleemosynis, quæ viuentib. largiuntur. Idem vr̃ expressum in d.c. exijt qui seminat. §. cæterùm, cum in eadem regula.

2 & §. ad hęc cum fratres. hoc tñ intelligi debet, † dummodo quantitas non sit tm̃ excessiua, ꝙ possit præsumi in fraudem, vt dixi in præced. lib. 2. dist. hoc etiam dr̃ in c. exijt, qui seminat. §. cupientes. ibi, nec licet eis valorem &c. & d.c. exijt qui seminat. §. ad hæc cum fratres. vbi solùm restringit ad ea, quæ fratrib. pro eorum necessitate sunt necessaria; debet tamen hoc intelligi in quantitate moderata.

CAP. II.

2 Quis arbitrabitur, [a] an q̃titas sit moderata? Circa hoc Nicolaus prædictus in d.c. insuper. versi. hoc autem. sic loquitur. fm exigentiam personarũ, ministri, & custodes simul, & separatim in suis administrationibus, & custodijs cum à talib. interdum personarum qualitas, temporum varietas, locorum conditio, & nonnullæ aliæ circunstantiæ plùs, minusue actualiter requirant prouideri: ita tñ sic faciant, qd̃ semper in eis, & eorum actibus paupertas perfecta reluceat, &c. Ex prædictis liquet, †

3 ꝙ declaratio, quæ sit quantitas moderata, ad ministros, seu custodes pertinet. non posset igitur eam facere Guardianus, & conuentus, si super hoc emergeret dubitatio. Apparet igitur, ꝙ siue dicta quantitas sit exponenda in necessitate conuentus, siue in necessitate certi fratris, dicta declaratio pertinet ad ministrum, & custodes, si superhoc dubitetur, quod apparet ibi, dum dicit, personarum qualitas.

ADDITIO.

a T.D. ¶ Quis arbitrabitur. Vide Raph. Cuma. in consil. 169. incip. viso testamento. versi. quinetiam non dicitur.

CAP. III.

4 Quando autem esset † quantitas immoderata, quid fiet de superfluo? & hic diligenter attendenda sunt verba clem. exiui de paradiso. §. cupiẽtes. vbi Papa sic ait. Nec licet eis valorem hæreditatum talium, vel tantam earum partem, qd̃ præsumi posset hoc in fraudem fieri, quasi sub modo & forma legati sibi dimitti facere, aut sic dimissa recipere, &c. Aduertendum est igitur, ꝙ hic Papa non irritat legatum, nec hæredes eorum à quibus relictum est, liberat. sed limitat receptionem fiendam à fratrib. Vult enim ꝙ fratres non possint recipere, qñ talis receptio præsumeretur in fraudem, vt in præced. lib. 2. dist. est declaratum: quod tunc dr̃ fieri in fraudem, qñ esset tanta quantitas, ꝙ eius receptio magis saperet thesaurizari, quàm ob imminentes necessitates recipere. Itẽ

5 expressè sciendum est, † ꝙ relictum factum fratrib. quantumcunq; simpliciter, intelligitur factum ob necessitates imminentes, d.c. exijt qui seminat. §. ad hæc cum fratres. & de iure ciuili dispositum est, ꝙ relictum factum ob aliquã necessitatem imminentem debetur, non aliter. ff. qñ dies leg. ced. l. nec semel. §. si in habitationem. In proposita ergo quæstione † ab initio de quantitate legata dabitur fra-

6 tribus per personas constitutas ad hoc, fm formam illius constitutionis, exijt qui seminat. dabitur moderata, dico, ꝙ dabitur fm quòd imminens necessitas requirit, siue sit necessitas, quæ instantissimè habeat tractatum, vt in d.cle. exiui. declaratur: residuum verò tunc fratres non possunt recipere, & si nunq̃ superuenerit necessitas, nunquam recipere possent, sed alia necessitate superueniente licitè illud superfluum possent recipere; nec enim receptio posset præsumi in fraudem, nec animo thesaurizãdi, cum ob im-

7 minentem necessitatem recipit. illud † ergo superfluũ imminente necessitate petant fratres per modum cuiusdam eleemosynæ confidenter extra iudicium, cum in iudicio

8 nullo modo possint, vt j. dicetur. † Quid autem si in diuersorum testamentis variæ quantitates fratribus relinquantur, quarum quælibet per se immoderatam q̃titatẽ non facit, sed omni cumulatione facta efficitur quantitas immoderata, an fratrib. accipere liceat? Rñ. non puto: quia si omnia verba regulæ, & dictarum Decretalium diligenter inspiciantur, semper se referunt, vt liceat recipere pro fratrum necessitatib. d. §. insuper. & §. ad hæc cum fratres. ego puto, ꝙ pro sua necessitate tunc imminente recipiant quę primò venerunt ad soluendum, arg. C. de iure delib. l. scimus. §. & si p̃fatam, ab alijs non recipiant, tunc recepturi cum necessitas superueniat, vt in præcedenti. c. dictum est.

SECVNDA DISTINCTIO.

CAP. I.

9 Aliquando contingit, † ꝙ immobilia, & ea quæ vsu non ꝯsumuntur, fratrib. relinquuntur adiecto modo, fm quem fratrib. non licet exigere, an valeat relictum, vel saltem æstimatio fratrib. debeatur? Quod, vr̃ fm ꝙ etiam in p̃cedenti libro dictum est, qñ hæreditas fratrib. per fideicõmissum relinquitur. ¶ Præterea de legato subducitur omnis impossibilitas. l. obtinuit. ff. de cond. & dem. & C. de instit. & substit. l. reprehendenda. ergo ille modus qui fratrib. est de iure impossibilis, reijcietur: qa si modus legati non potest ꝯseruari, debet trãsmutari in alium modum possibilem. l. legatum. de vsufructu legato. Contrarium vr̃ expressè in d. §. ad hæc, qa fratrib. ipsis interdum, vbi Papa sic ait, dicẽs ꝙ si testator modum, fm quem fratrib. eorum ꝯditione inspecta recipere non liceret, exprimat in legando, vt si legaret fratrib. vineam, vel agrum colendum, vel domum locãdam, & sm̃ilia verba in similib. proferret, aut in modos similes, in relinquendo seruaret: à tali legato, & eius receptione per omnẽ modum fratres abstineant, &c. Ex eo. n. ꝙ dicit per omnem modum, apparet ꝙ etiam æstimationem recipere non debeant. Nam modus recipiendi legatum, est æstimationem recipere. l. si domus. §. qui ꝯfitetur. de leg. 1. l. non dubium. §. fi. de leg. 3. Sol. dicẽdum est, ꝙ si modus adiectus est illicitus fratrib. minorib. inspecta conditione ipsorum: ꝙ tunc etiam æstimatio nõ debetur, nec potest recipi: in tm̃. n. sanctissimus Pontifex odit eum qui modum repugnantem regulæ adijcit, vt pro eo talem eleemosynam omnino fratres recipere prohibeat, vt dicta verba manifestè dicunt. Si verò modus esset illicitus fratribus: non quia ꝰ regulam fratrum minorum, sed quia sic esset in quolibet religioso, tunc tale legatum licet recipere, vt in seq. c. dicetur. Non obst. ratio prima in ꝰrium:

quia

quia vbi retentio ipsius rei relictæ repugnat fratribus, ipsum legatum non est modificatum aliquo modo repugnāti ipsi regulæ: & ideo à iure modificatur modo licito. In q.verò nostra secus. Non ob.secunda ratio: qa hoc speciale, qa impossibilitas non subducitur ratione prædicta. Non ob.tertia ratio: quia illud verum, vbi modus esset illicitus ratione regulę, vt ṡ.dictum est, & j̄.prox.dicetur. &c.

CAP. II.

a 10 Pone, Aliquis [a] reliquit † fratribus ædificia, vt ibi cōstruatur locus fratrum, vel vt ibi diuinum officium celebretur per ipsos fratres ibi intrantes, an valeat tale relictum? Et videtur ꝙ non: quia fratrib. non licet recipere hoc sine summi Pontificis licentia speciali, vt extrà, de excess.prælat.c.1.lib.6. Sed istud quod non po- 11 test expediri, † nisi per solum Papam vr̄ impossibile de iure.l.apud Iulianum.§.fi.de leg.1.& ibi no.per glo.in ver.relictæ sint.ff.de ver.obl.l.ꝯtinuus.§.cum quis.& per Dyn.de regul.iur.c.qđ semel Deo dicatum est.lib.6.& istud vr̄ relictum sub modo impossibili: ergo ſm ea quę dicta sunt nullo modo fratribus per illum modum licet recipere. Eꝯ vr̄, 12 ꝙ † in aliam causam transferatur, vt memoria, & salus animæ defuncti seruetur.l.legatum. de vsuf.leg. & de admini. re.ad ciui.perti.l.legatam.2.rñ. Et istam partem puto verā. Non ob.ꝑrium. illud verum, qñ modus continet impossibilitatem vigore regulæ, & conditionis fratrum minorum; sed hoc, scilicet capere nouum locum, non est eis interdictum ideò, qa fratres minores: quia sic est in quolibet mendicante, vt d.c.1.extrà, de priuil.lib.6.

ADDITIO.

a T.D. ¶Pone, aliquis. Vide plenè per And.Barb.in c.nos quidem.de testa.

CAP. III.

a 13 Per quem autem fiat [a] ista† talis commutatio in aliud, dubitatur.nam quædam iura videntur velle ꝙ posset fieri sine authoritate Principis, siue Pontificis.l.1.& l. legatam.in princ.de admi.rerum ad ci.perti.2.rñ.& de reli. do.c.1.circa prin.in cle. Quædam alia videntur velle ꝙ fiat de voluntate vtriusq; partis. scilicet eius cui relinquitur, & eius à quo relinquitur. dict.l. legatum.de vsufru.leg. In eo quod dicit, adhibitis primatibus ciuitatis, hoc est, his, qui regunt ipsam ciuitatem, cui est relictum, & hæredibus à quib. est relictum, vt d.l.legatam.2.respon.de admini.rer. ad ciui.pertin. Quædam iura vñr velle, ꝙ stetur voluntati eius, cui relinquitur.d.l.legatam.2.rñ.ver.si verò plures.ibi, in vnum opus qđ ciuitas velit erogari, &c. Sol.dicendum est ꝙ qnq; illud quod testator iussit fieri in re, vel de re, q̄ relinquit, potest licitè fieri de iure, & de facto, & tunc illud non potest in alium transferri sine permissione principis. Ita loquuntur iura primò allegata. Qñque non potest fieri de iure, & tunc debet fieri transmutatio de ꝯsensu vtriusq; partis, vt d.l.legatum, de vsuf.leg. Qñq; potest fieri de iure, sed non de facto, & tunc idem; quia potest fieri transmutatio de consensu vtriusque partis: putà si pecunia legata non sufficit.d.l.legatam.2.rñ.de admi.re ad ciuita.pertinēt. Idem, si aliud esset impedimentum facti eadē ratione: sed si partes essent in discordia, tunc iudex erit medius cuius authoritati stabitur, arg.C.de nup.l.1.& l.in coniunctione. 14 quia iudex † magis fauebit voluntati eius, cui relinquitur, quàm eius à quo relictum est, vt d.l.legatum.§. si verò plu- 15 res.& arg.l.de die.ff. qui satisd.cog. † Nunc ad propositum dico, ꝙ illa transmutatio fiet ad alium vsum pium per iudicem volente hærede, & ministro seu custode fratrum, quibus hoc dicitur permissum, arg.eorum quæ dixi in pręcedenti distinctione. Et si essent discordes, iudex erit medius, non ꝙ ipse minister, seu custodes prouocent ad iudicium: qm̄ ad iudicium pro nulla re temporali esse possunt: sed quādo hæres prouocaretur ab alio, cui hoc permittitur, secundum ea quæ in præcedenti libro dicta sunt, & j̄.dicentur, tunc ipse minister seu custos poterit esse coram iudice, & super hoc voluntatem declarare. Nam esse in iudicio, hoc ipsi non est prohibitum: non enim in eius persona substātiatur iudicium, sicut potest esse in iudicio, vt testis, vt extrà.de testib.c.nuper.

ADDITIO.

a T.D. ¶Per quem autem fiat. Vide per And. Barb.in c.nos quidem. de testa. vbi plenè examinat doctrinam Bar.hic, ad quem me remitto.

TERTIA DISTINCTIO.

CAP. I.

16 QVandoque relinquuntur† fratribus, res mobiles, vel immobiles ob causam, vel modum licitū, an valeat: vt putà si relinquatur, vt res vendatur, & in necessitatem conuertatur? Nicolaus Papa in d.c.exijt qui seminat.§.ad hæc quia fratrib.determinauit ꝙ valet, sed tñ si pretium ipsarum rerum faceret quantitatem immoderatam, dic, vt dixi in prædicta distinctione, quando relinquitur pecunia. Item non intelligas ꝙ dominium earum rerum transeat in fratres, sicut in alios legatarios, sed cuius sit dominium, dices statim in sequenti distinctione.

CAP. II.

17 Sed pone ꝙ † dictæ res relinquuntur fratribus ad vnam certam causam, putà pro fratribus induendis, & tota quantitas quæ ex dictis rebus redigitur, non expenditur in illam causam, quid fiet de superfluo? Respon.hoc in legato non habemus expressum: sed in eleemosyna data inter viuos bene declarauit dictus Nicolaus in d.c.exijt, qui seminat.§. quia verò puritatem. vbi sic ait: Cum in prædictis casibus ad determinatam necessitatem, vt prædicatur, pecuniam per aliquem concedi contigerit, pecunia erogari posset à fratribus; quòd si quidem de ipsa pecunia habita necessitate determinata supererit, concedat ipse concedens quòd residuum dictę pecuniæ in res alias pro alijs ipsorum fratrum necessitatibus conuertatur, quo non consentiente pro prædictis ipsum residuum si quidem fuerit, restituatur eidem, &c. Ex quib. videtur, quòd remanere debet dominij residuum apud hæredem, si rogatus à fratribus consentire noluerit. Contrarium tamen est verum. Nam licèt ille, qui concedit, dum viuit posset reuocare, tamen hoc hæredi eius non permittitur, vt ff.de ser.expor.l.4.& qui sine manu.ad li.perue.l.3. §.fi.& hoc etiam videtur declarari in d.c.exijt qui seminat. §. in eo verò casu.ibi, non obstante concedentis morte, vel hæredis contradictione. cum ergo contradicere non potest, & in dictam causam conuerti non possit, quia causa est finita: debebit commutari in aliam causam eo modo, quo dixi.ṡ.in præcedenti distinctione.

CAP. III.

18 Ponamus, † ꝙ pecunia, vel aliud relictum est ob certam necessitatem, quæ tamē necessitas non imminet, vt putà relicta est pecunia pro fratribus induendis eo anno, cùm alius de hoc iam fratrib. prouiderat. Nam ista legata alimenta quæ recipiunt, non possunt diu circa idem duplicari, vt ff.de alimen.& cib.leg. l.alimēta.§.basilicæ. vel pone quòd relicta est pecunia pro emendo vnum calicem, vel pro emendo paramenta, cum habeant calicem, & paramenta sufficientia, quid fiet de illo relicto? hoc videtur declaratum in illa constitutione, exiui de paradiso.§. quamuis etiam paramenta. quòd superfluitas, aut nimia curiositas in his, & in alijs nō potest eorum statui conuenire. Et ex his videtur, ꝙ tale legatum fratres nullo modo recipere possunt, nam videtur expressus modus illicitus ex illa regula, & ex cōditione fratrum: Nam in alijs religiosis fratribus ista duplicitas vasorum, & paramentorum non damnatur, vt C.de sacrosan.eccle. auth.præterea si habeat.vt dixi in præcedenti distinctione. Contrarium dico, & est casus.ff.de ope.pu.l.fi.in prin.Non obst.contrarium: quia in casu nostro non expressit testator modum illicitum ex ipsa regula, imò licitum: licet.n. fratribus paramenta habere, & calicem, & dicta causa efficitur illicita ex antecedenti, scilicet quòd fratres reperiuntur habere alia vasa; secus si testator dixisset, lego ꝑ emendis paramentis, & vasis superfluis: quia tunc præsumeretur modus ex virtute ipsius regulæ reprobatus.

CAP. IIII.

Ex prædictis manifestè apparet decisio illarum quęstionum, quas tetigi in præcedenti lib.ſ.quando ecclesia instituitur hæres, vel facta ipsius ecclesiæ refectione, pecunia superfluat, vel ecclesia seu locus est adeò ꝑfectus, vt refectione non eget, cum sit declaratum in dicta constitutione, exiui de paradiso. Hinc est etiam, quòd fratres deinceps temperatis, & moderatis ædificijs sint contenti, certè dicta pecunia in alios vsus conuertętur, vt ex prædictis patet.

QVAR-

BIU Cujas

QVARTA DISTINCTIO.

CAP. I.

19 ONtingit aliquando, ꝙ† ipsis fratribus aliquid generaliter absq; modi expressione relinquitur, an valeat? Respon. sic, & est declaratum in dicto c. exijt qui seminat. §. ad hæc, quia fratribus. vbi Papa sic ait, Vbi fratribus ipsis generaliter absque modi expressione aliquid legetur, in hoc legato sic indeterminatè relicto in omnibus, & per omnia illud seruari volumus, & in perpetuum præsenti ꝓstitutione iubemus, quod in pecunia, seu eleemosyna fratribus indeterminatè relicta voluimus, ac expressimus obseruari, videlicet vt sub modo licito fratrib. intelligatur esse relictum, ita ꝙ nec legans meritò, nec fratres ipsi effectu relicti fraudentur, &c. Ex quibus apparet, ꝙ legatum valet, & intelligitur modus expressus, qui personæ legitimè congruat. ff. de vsu, & habita. l. plenum. §. equitij. Sic ergo vr̃ ꝙ pretium in necessitatem fratrum conuertetur, vt suprà dictum est: quod intelligitur, nisi summam immoderatam excederet, & tunc serua, quod suprà dixi.

CAP. II.

20 Sed mortuo testatore, † ad quem spectat dominium dictarum rerum? Circa ꝙ sciendum est, ꝙ res sic relictæ possunt esse triplicis generis. Primò potest esse ꝙ relinquuntur res fratrib. quæ vsu non consumuntur, quarum vsus non est fratrib. interdictus: vt si relinquantur libri theologiæ, & similia, & tunc non est dubium, ꝙ dominium pertinet ad ecclesiam Romanam, hoc est declaratum per Nicolaum, in d.c. exijt, qui seminat. §. ad hæc, cum fratres ipsi. vbi loquitur sic. Cum aliquid propter Deum ipsis offertur, conceditur, vel donat̃: & ibi omnium vtensilium, & librorum, ac eorum mobilium, præsentium, & futurorum, quorum vsus ordini, vel fratribus ipsis licet habere proprietatem, & dñium, quod etiam Inn. Papa quartus prædecessor noster fecisse dignoscitur, etiam & nos qui Romanam apostolicam ecclesiam antè recepimus, ad nos ipsam plenè, & liberè pertinere hac presenti constitutione in perpetuum valitura sancimus &c. Quodque in prædictis rebus, quæ vsu non ꝓsumuntur, Federico scripsit. lo. 22. Papa in constitutione, quæ incip. Ad conditorem. tñ confirmat aliàs constituta: cuius verba quantum ad hoc inferiùs referimus. Secundò potest esse, ꝙ fratrib. relinquuntur res, quæ vsu non consumũtur, sed eorum vsus est fratrib. interdictus, vt si quis reliquerit domum, agrum, & similia, quæ res debent vendi, & in necessitatem fratrum conuerti, & ad quem pertineat dñium illarum rerum non reperio constitutionem aliquã declarantem. Posset tñ ad hoc in argm̃ & similitudinem adduci ꝙ idem Nicolaus Papa in d.c. exijt qui seminat. §. cæterùm, cum in eadem regula, in pecunia cõcessa ab aliquo viuente fratrib. sic ait, ita tñ ꝙ penès ipsum dantem dominiò proprietate, ac possessione ipsius pecuniæ, cum libera potestate reuocandi sibi pecuniã ipsam semper vsq; ad cõuersionem ipsius, in rem deputatam plenè, liberè, ac integrè remanentibus: in ipsa pecunia nil omnino fratres iuris habeãt, &c. Ex quib. vr̃, ꝙ dominium remanet penès ipsum hæredem, maximè cum idem Papa in verbis, quæ præsenti c. retulimus, in tali legato idem per omnia ꝙ in pecunia seu eleemosyna fratrib. oblata, voluit obseruari. Sed hæc ratio non vr̃ bona. Nam cum Papa dixit in omnibus, & per omnia, statim se restrinxit, videlicet sub modo licito fratrib. intelligatur esse relictum; non ergo quo ad dñium. Præterea non vr̃ esse idem in hærede, ꝙ in defuncto, vt dixi. s̃. in proxi. dist. Cum ergo nulla sit constitutio decisiua, quid iuris sit, videamus. Et vr̃ dominium dictarum rerum ad ciuitatem, vbi sunt illi fratres, quib. est
21 relictum, pertinere, quod probo, † fratres minores sunt pauperes, & in paupertate arctissima constituti, vt in eo-
22 rum regula, & declaratores prædicti dicunt. Si aliqñ † aliquid relinquatur pro necessitate pauperum, vr̃ relictum illi ciuitati, cuius pauperib. relinquitur, vt l. si cui relictum, & in l. ciuitatib. de leg. 1. Si ergo ciuitati vr̃ relictum, ergo in eam transit dominium recta via C. com. de leg. l. 1. & 2. ff. de fur. l. à Titio. & inst. de leg. §. nostra autem. iuncta glo. in versi. per in rem. nec est etiam incongruum, vt vnus legatarius à testatore nominetur, alteri verò quęratur. ff. de leg. 3. fideicommissa. §. interdum. & de leg. 1. l. seruo leg. §. si testator. & de condi. & demon. l. Titio. §. Titio. Contrarium tamẽ puto, s. ꝙ dominium remanet apud hæredem. Nam quando legatur res cuius commercium non habet legatarius, proprietas apud hęredem remanet, & debetur æstimatio. l. apud Iulianum. §. fi. cum l. seq. de leg. 1. ita in propo
23 sito. Præterea † in rebus, quæ non relinquuntur directò, sed per quandam consequentiam, non procedit illa regula ꝙ dñium transeat recto iure in legatarium. Hoc probat̃ ex coniunctione duarum legum, ex l. 1. de ser. leg. & ff. quẽadmodum ser. amit. l. si partem. §. 1. sed qñ seruitus legatur, tacitè per quandam consequentiam mortuo testatore nõ competit ius seruitutis, nisi constituatur ab hærede, vt d. l. 1. ff. de ser. legat. & l. seruum filij. §. fi. & ibi per Iaco. de Are. de leg. 1. Ita ergo dicimus in proposito, qđ dominium rei legatæ transeat recta via in legatarium, cui legatur expressè. In eo vero cui legatur per consequentiam non transit, nisi per hæredem tradatur: & sic apparet, ꝙ remanet penès hæredem: ita in proposito, cum illi ciuitati non legatur expressè, sed per quandam consequentiam. Præterea hoc vr̃ in simili, si aliquis legat filio, vel seruo, videtur legare patri, vel dño. quod patet: quia pater, vel dominus potest onere fideicommissi grauari. ff. de lega. 1. l. cum filio fa. cum si. Sed si legatum est tale, ꝙ non possit quæri dominium filio, vel seruo, sed eius æstimatio debetur, tunc non quæritur dominium patri vel dño, sed debetur æstimatio, vt ff. de leg. 2. l. debitor. §. seruo. & l. fideicommissa. §. si seruo. de leg. 3. ita in proposito, cum fratrib. minoribus non possit quæri dominium, nec Reip. cui per consequentiam vr̃ relictum esse, & huic opin. videntur ad hærere verba decretalis s̃. alleg. & relatæ, & per hoc patet responsio ad ra-
24 tionem in ꝯrium. Tertiò contingit, † ꝙ fratribus relinquuntur res, quæ vsu consumuntur, vt vinum, frumẽtum, pannus pro indumentis, & similia, quorum vsus fratribus non est interdictus. quorum dominium dicebant quidam ad ecclesiam Romanam pertinere ex verbis. Nicolai Papæ. s̃. relatis, dum dicit, vtensilium &c. Sed Ioan. Papa dicit dicta verba debere intelligi de rebus, quæ vsu non consumuntur: & declarauit in dicta decretali, quæ incipit: Ad conditorem. in multis partibus ipsius decretalis: dum ait. quis sanæ mentis credere poterit, ꝙ intentio fuerit tanti patris vnius oui, vel casei, seu frusti panis, & aliarum rerũ vsu consumptibilium, quæ fratrib. ipsis, & ad consumendum èuestigio conferuntur, ad dominium Romanæ ecclesiæ, & vsum fratrib. pertinere? profectò laudabile non vr̃, vt Nicolaus ait. s̃. Nec obstat. s̃. dictis, qđ idem prædecessor noster in ordinatione prædicta ait, etiam illorum quæ ad sustentationem pertinent, nisi Romanę ecclesiæ dominiũ reseruetur: hoc. n. de rebus illis duntaxat debet intelligi, quæ vsu non sunt consumptibiles, sine quibus humana vita non est sustentabilis, quę vtiq; non sunt paucę, vt in eo. c. idem Papa declarauit. Sed in hoc idem constituit, dum sic ait. Sancimus, ꝙ in bonis, quæ in posterum conferentur, vel offerentur, aut aliàs quomodolibet obuenire continget fratribus, seu ordini supradictis, exceptis ecclesijs, oratorijs, officinis, & habitationibus, ac vasis, libris, & vestimentis, diuinis officijs dedicatis, vel dedicandis: & quæ ad ipsos obuenient in futurum, ad quæ se non extendunt adeò incõuenientia supradictis, ꝓp quod constitutionem istam ad illa extendi nolumus, nullum ius, siue dñium aliquod occasione ordinationis prædictæ, seu cuiusuis alterius, à quocunq; prædecessorum nostrorum super hoc specialiter editæ, sanctæ Rom. ecclesiæ acquiratur, sed quò ad hoc habeantur prorsus ordinationes huiusmodi pro non factis, &c. Ecce apertè liquet, quòd ecclesiæ Romanæ non quæritur dñium, nec etiam Reipub. rationibus prædictis. Dicendum ergo vr̃, ꝙ si quidem vinum, frumentum, & similia legantur in genere, tunc non tractatur de translatione dominij, antequàm perueniatur ad traditionem, vt no. C. communia de leg. l. 2. & Instit. de leg. §. nostra autem. sed solùm tunc est videndũ de personali obligatione, de qua j. dicetur. Si verò legaretur in specie, vel cum peruenire-tur ad traditionem. cuius sit proprietas, & dominium, & qualem vsum habeant fratres, dico, prout intelligitur ex istis constitutionibus Io. Papæ. 22. quarum vna incipit, ad cõditorem. alia incipit, quia quorundam. quarum verba hic non refero, quia longum esset: sed prout ipse declarauit, ita credo ac determino. Illud verò qđ s̃. dixi de reb. quæ debẽt vendi, vt in necessitate fratrum ꝓuertantur, idem illud dico in pecunia legata, ẽt si pecunia legareẽ in specie, vt patet in dictis authoritatib. non. n. ipsum corpus pecuniæ in necessitate fratrum consumitur, sed in speciem aliã transmutatur, & hoc quantum ad dominium. Nunc verò quantùm ad actionẽ personalem quid iuris sit, videamus.

CAP.

BIU Cujas

CAP. III.

a 25 Quis ergo [a] poterit dictas † res vendere, quando vendendæ sunt pro fratrum vtilitate? & de hoc Nicol. in d. §. ad hæc, quia fratrib. cum permisit de reb. vendendis pro fratrum necessitate sic ait, atq; ad legata soluenda, tam hæredes testatorum, quàm executores se liberales exhibeant. quam prælati, ac etiam seculares, quibus de iure, vel consuetudine prouisio ista competeret, cum expedierit se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas, &c. Et sic manifestè apparet, qđ hoc possunt facere hæredes. Nec mirum: quia apud eos est dñium, vt dixi. Item hoc facere possunt executores: licèt aliàs super venditione bonorum requiratur specialis permissio testatoris. l. alio. de alimen. & ciba. lega. & C. qñ decre. opus non est. l. penul. & ibi no. & hęc semper inest, qđ talis res vendatur, vt dictum est, & sic specialis permissio non requiritur. Item hoc potest facere Episcopus, & iudex secularis ex suo officio, vt dr in d. tex. etiam ex nomine promouentis: qđ patet ex vi dictorum verborum, dum dicit, se promptos exhibeant. & facit etiam. l. Quintus. de ann. lega. & in auth. de eccl. tit. §. si quis ædificationem. & de alimen. & ciba. leg. l. 3. in prin.

26 Iudices tñ † prædicti ad hoc venient præcedente mora hæredis, vel executoris, putà si fuit bis monitus, vt in auth. de

27 eccl. tit. §. si quis autem. supradictus verò conuentus † licèt non habeat dominium, vt dictum est, tñ habet actionem personalem, vt ĵ. dicetur; tñ si posset possidere, haberet dominium, & posset vendere, vt ĵ. dicam: fratres de hoc nullo modo se impediant, cum hoc voto, & regulæ repugnaret; possunt tñ humiliter supplicare hæredi, vel executori extra iudicium, vt votum testatoris adimpleat, vt ĵ. dicetur: sed si prædicta legata non relinquuntur fratribus, sed ecclesiæ eorum, & tunc puto, ꝙ dominium quæreretur ecclesiæ Romanæ, & tunc quid iuris colligę ex his, quæ dixi in præcedenti lib. 4. dist.

ADDITIO.

a T.D. ¶ Quis ergo. De ista decisione Bart. vide plenè per Alex. de Imo. in l. 1. ff. de leg. 1. & Bal. in l. cum qō. in fi. C. de lega. & gl. in c. 1. de relig. do. lib. 6. & Ludo. Ro. in sing. 294. incip. prohibetur, & sic habetur, ꝙ ipsis fratribus potest relinqui, vt vendatur fundus, & eis subueniatur ex illis pecunijs. & non sunt multi dies, quòd fuit allęg. in fauorem fratrum minorum de obseruantia sancti Fran. de Padua, contra presbyterum Ioan. Ant. de Curte, de Padua, per me, &c. tamen in priuilegijs Sixt. 4. summi Pontif. in mari magno aliter disponitur.

QVINTA DISTINCTIO.

CAP. I.

28 De his, quæ largiuntur singulariter, qđ valeat † relictum factū vni fratri, & qualiter fratres in hoc se hr̃e debeant, expressè determinauit Benedictus Papa in constitutione, quam edidit circa statum fratrum minorum. c. 14. aliàs exiui, vbi sic ait, Quilibet autem frater supradicti ordinis, qui aliquid sciuit pro determinato vsu donari, vel legari, vel pro quo deponi ꝓtigerit, postq; hmōi donatio, legatum, vel depositum ad eius notitiam peruenerit, custodi, vel guardiano suo, vel eius vicario, quàm citò poterit commodè, debeat reuelare fideliter: hoc quilibet facere debeat, si habet notitiam prædictam. Guardianus autem, si frater, cui donatum, vel depositum fuerit, sit habilis ad scientiam capescendam, prouideat ei, seu prouideri faciat, secundum donationis, legati vel depositi quantitatem, & secundum fratris ipsius idoneitatem ad eius studium opportunè. Ex his apparet, quòd Legatum debet in fratris vtilitatem primò conuerti, & licèt hic exprimat de libris, in c. prox. exprimit etiam de alijs necessitatib. Appa-

29 ret ex † prædictis, ꝙ quando alicui singulari fratri legatur, non debet ad petitionem ipsius solui, sed ad petitionem

30 Guardiani. † Item ex prędictis patet, quòd frater minor potest esse distributor, & executorum officio funguntur fratres, vt dicetur in seq. lib.

CAP. II.

31 Sed si frater † ille tot denarijs pro suis necessitatib. non indigeat, idem prædictus Papa immediatè post prædicta subdidit, Si autem fratres prædicti his libris non indigerent, ac vbi libris indigerent, prouisio de libris sufficiens, eidem aliquid de legato, donato, vel depositi huiusmodi supereſſet, guardianus omne huiusmodi legatum, vel donatum, vel depositum, vel id quod facta prouisione eius fratri supererit, in communem sui conuentus necessitatem ꝓuerti, seu dispensari procuret, & necessitati eius, cuius contemplatione donatum, legatum, vel depositū fuerit, fauorabiliùs studeat subuenire. Per hoc enim est conueniens alijs, & ĵ. scriptæ cōstitutioni felicis recordationis Bonifacij Papæ viij. quæ incipit, Priùs debet subueniri primo fratri suprascripto, secundò conuentui. Ex quo patet, qđ relictum fratri, hoc est, conuentui, & sic in petendo hoc legatum erit idem, qđ in eo, quod relictum est cōuentui fratrum, vt ĵ. dicetur.

SEXTA DISTINCTIO.

CAP. I.

32 Nterdum etiam † euenit, vt fratrib. minorib. aliquid annuum relinquatur, an valeat, quæritur. Et videtur qđ non, vt habetur in constitutione, quæ incip. Exiui de paradiso. vbi sic ait, Cumque annui redditus inter immobilia censeantur à iure, ac huiusmodi rédditus obtinere paupertati, & mendicitati repugnet, nulla dubitatio est ꝙ prædictis fratrib. redditus quoscunque sicut possessiones, vel eorum vsus, cum eis non reperiatur esse cōcessus, recipere, vel habere considerata conditione ipsorum, non licet, &c. Ex quibus verbis colligitur ꝙ legatum non valet. Econtrà, ꝙ dominij dictum legatum valeat probatur ex authoritate prædicta sic, non est dubium, quod immobilium possessionum fructus fratrib. legatus non valeat, vt ipsas possessiones fratres retineant, sed vt vendantur, & in

33 necessitatem fratrum conuertantur, vt est expressè declaratum: sic † cum redditus inter immobilia computentur. C. de sacrosan. eccles. l. iubemus. & in auth. de non alien. §. hæc ergo. & §. nos igitur. & sic videtur quòd tale legatum valeat, non vt ipsos annuos redditus ipsi fratres habere, vel retinere possint: quia hoc est eis prohibitum: sed vt illud ius percipiendi vendatur, & in fratrum necessitatem conuertatur, vt dictum est de reb. immobilib. Sol. dicendū est, ꝙ legatum annuum fratrib. non interdicitur ratione rei legatæ; sed ratione modi à testatore expressi, s. quod annuatim detur, qui modus regulæ, & conditioni eorum repugnat, & sic videtur, quòd nullo modo valeat, &c.

CAP. II

34 Per omnia † putarem idem, si fratrib. relinqueretur aliquid diurnum, vel menstruum, vel per alias diuisiones temporum, vt putà decennio, vel triennio, vt ff. de transactio. l. cùm hi. §. si cui. & de aliment. & ciba. lega. l. libertis, quos. in princ. & l. diarijs. de annu. leg. l. penul.

CAP. III.

35 Quid si fratribus † relinquatur aliquid annuum non in perpetuum, sed vsque ad certum tempus, an incidit in prohibitionem p̄dictam? Videtur ꝙ non, quia pp̄ limitationem temporis non vr̃ legatum annuū, sed diurnum legatum, s. p̄statio diuisa, vt ff. quando dies lega. ced. l. si cum præfinitione. Contrarium videtur, scilicet ꝙ nō valeat pp̄ dictam prohibitionem per generalia verba dictæ constitutonis. s. alle. Nam relictum fratrib. censetur relictum pro ipsorum necessitate, vel pro alimentis. & similib. sed relictum causa alimētorum, licèt sit factum cum temporis præfinitione, tamen annuum dicetur, d. l. si cum præfinitione: ergo, &c. Sed si relinqueretur cum temporis præfinitione vni fratri singulari, tamen dicetur legatum annuum, per rationes supradictas. Si verò relinquatur fratribus vnius cōuentus, tunc facit dubium: quia conuentus non moritur. Et sic cessat ratio, quæ est in alimentis relictis certæ personæ: finaliter puto tamen, ꝙ fratres debeant à dicto legato penitus abstinere; Nam hoc statui eorum, & mendicitati repugnat; Nam non viuerent simpliciter in spe Dei propter ipsem, quam haberent in dicto legato intra p̄finitum tempus, si in eo est eadem ratio, qđ in legato annuo simplici

CAP. IIII.

36 Quid si non directò, sed in vim † cōditionis aliqd annuum fratrib. relinquatur: putà aliquem hæredem instituo sub conditione, si aliquid annuum dederit fratrib. minoribus? Certè idem est, quod suprà, vt fratribus nullo modo liceat accipere. Hoc enim videtur in fraudem fieri, vt l. quòd conditionis. de don. causa mortis. & de condi. & demon. l. Mœuius, ille tamen, vt impleat ꝺditionem,

debet

debet offerre, d.l. Mæuius. sed contra prædicta videtur ff. de iure fisci.l.in fraudem.vt ibi patet, &c.

SEPTIMA DISTINCTIO.

CAP. I.

QValiter autem petantur dicta relicta ab his, qui ad ea præstanda tenentur? Pro declaratione est videndum. Primò,
37 vtrum ille,† à quo legatum relinquitur,ad id præstandum sit obligatus,& cui. Nam pro reb.fratrib.ipsis relictis,ipsis fratrib.nullum ius,seu obligatio quæritur.de prædictis,dictus Nicolaus tertius in d.c. exijt qui seminat. §. cæterùm sic ait.Nec contra personam nominatam, vel non nominatam,ab eis,cuiuscunque conditionis existat in iudicio, vel extrà,actionem, persecutionem, vel aliquod aliud ius intentent, qualitercunque persona prædicta in commissione huiusmodi se habeat, &c.

CAP. II.

Ex hoc patet, ꝙ obligatio fratrib.non quæritur.Prętereà ꝙ obligatio eis quæratur, videtur contra principale fundamentum regulæ,quæ est,vt fratres sibi nil approprient,nec domum,nec locum,vel aliam rem. vt dictis declarationib.summorum Pontificum continetur.Si diceremus, ꝙ sibi acquireretur obligatio,aliquid sibi appropriarent,qđ esset contra vota, cum ista regulariter obligatio sit de rebus,sine quibus vita potest sustentari humana.Prætereà in d.c.exijt,qui semi nat.§.ad hæc, quia fratribus.dicitur,quòd iudex ex officio suo se promptum exhibeat,quæ verba retuli.s.distin.4.huius 2.lib. sed ea quæ iudicis officio expediuntur, non præsupponunt obligationem.l. qui per collusionem. §.1.ff. de actio.empt.& de ann.leg.l.Quintus.& conclude,quòd fratribus obligatio non quæritur,& sic hæres, vel alij, à quibus relinquitur, non sunt obligati ad talia relicta. In contrarium videtur regula generalis,quę est,ꝙ legatario competit obligatio, & actio personalis & hypothecaria, & actio in rem,vt C.communia de leg.l.1. & Insti.de leg.§.no stra autem.Secundò dicendum est, ꝙ in hoc, an ille à quo relinquiť legatum ad hoc sit obligatus,pōt cōsiderari quò
38 ad ipsos fratres, † ꝙ tunc dicendū est, ꝙ obligatio potest intelligi duob. mod. Vno modo propriè & strictè prout est iuris vinculum,quo quis necessitate adstringitur,vt institu.de oblig.in prin.& hoc modo requiritur, ꝙ sint duo, vnus qui tenetur,& est obligatus,alius cui, & habet obligationem,vt ff.de accep.l.1.& ibi no.per glo. & hoc modo sumendo hæres vel alius,à quo legatum relinquatur,non est obligatus fratribus,& fratres ipsi propter paupertatem vitæ,& regulæ eorum neminem tenent obligatum, vt suprà dictum est. Secundo modo potest sumi obligatio largè, & impropriè ex quadam æquitate, in qua qs in seipso tenetur ad dandum aliquid, vel ad faciendum: & ad hoc ipse videt se obligatum,licèt à nemine teneatur;& ista talis æquitas parit officium iudicis.l. Quintus.de ann. leg.& l.hæreditas.de peti.hær.& isto modo hęres vel alius à quo est aliquid relictum,potest dici obligatus,& per hoc competit officium iudicis,vt s.dictum est.Tertio modo considerari potest,an ille,à quo est legatum relictum,sit obligatus respectu aliorum, quàm ipsorum fratrum, & tunc est dicendum ꝙ est propriè obligatus.Nam certum, est ꝙ vita fratrum minorum in arctissima paupertate est fundata.
39 sed quando aliquid † ob necessitatem fratrum, vel pauperum relinquitur illi ciuitati,in qua sunt pauperes, videtur ipsis fratribus vel pauperibus relictum.l. si cui. & l. ciuitatibus.ff.de lega.1.cum Reipublicæ interfit, vt pauperes sustententur.C.de sacrosan.eccle.l.priuilegia.idem in eo qđ relinquitur propter subsidium studij ipsorum fratrum, vt d.l.si cui.& l.ciuitatib. Ex quo concludo,ꝙ licèt ipsius ciuitatis nomen in testamento non sit insertum; tn̄ ipse qui reliquit legatum, obligatur ipsi ciuitati ad illud.d.l.ciuitatibus.& l.si cui coniuncta.l.seruo alieno.§. si testator.eod. tit.& l.fideicommissa.de leg.3.§. plerunque.& §.interdum. de cond.& demon.l.Titio genero.Huic igitur ciuitati hæres ad hoc obligatur ciuiliter,& naturaliter,ex qua obligatione oritur actio,vt j.dicam.

CAP. III.

Per quos ergo dicta legata,& qualiter petātur,& exigant̄, satis patet ex p̄dictis, qđ diligenter debemus inquirere,vel distinguere:
40 nam si qdem † q̄ratur,an ipsi fratres petere possent,dicendū est,ꝙ duplex est petitio.Est.n.petitio extra iudicium,& statim fratres licitè facere possunt. Nam dictus Nicolaus Papa in d.c.exijt qui seminat.§.cæterùm cum in ead.sic ait. Possunt tamē fratres suas necessitates insinuare, ac etiam specificare,vel exponere personæ prædictæ, ac etiam roga re,quòd soluant: possunt etiam eam personam exhortari, ac dicere,quòd fideliter in re commissa se habeat, & animæ suæ saluti in cōmissa sibi sua executione ꝓuideat, &c. Ecce apertè liquet, ꝙ extra iudicium petere, & exhortari possunt,sicut quando ab hærede legatur aliquid seruo proprio sine libertate.l. quidam. §. illo videlicet. C. de necess. seruis hær.insti.Quædam est petitio,q̄ fit in iudicio,& ista nullo modo potest fieri p̄ fratres,vt probant verba prædicta s.in 1.distin.c.1.Nulla enim est in eis actio,seu persecutio,hoc est iudicis officium.Hoc probatur ex verbis cle.in d.c. exiui.§. nostra.ibi dum dicit, cum ordinis fratres vbicunque dicti ordinis professores pro nulla re temporali possunt in iudicio experiri,&c. Ecce satis liquet,quòd di-
41 cti fratres in iudicio petere non possunt. Si verò † quæratur,an petere possit Respublica, seu syndicus ipsius, patet ꝙ sic, quia ei competit obligatio & actio cōtra hæredem, d.l.si cui.& d.l.ciuitatib.de lega.1. Ex hoc etiam sequitur, quòd quilibet de populo hoc poterit petere.ff. de ope.no. nun.l.in prouinciali.§.qui in publico.& l.seq.& in auth.de eccle.tit.§.si quis autem qui hoc facere,&c.Et hoc dixi plenius in præced.libr.4. distin. vbi etiam potest colligi modus formandi libellum. Caueant fratres ne prædictis sic petentib.assistant: hoc enim statui eorum repugnat, vt in c.exiui.ibi,etiam ex talib.existentijs,vt ff.ad Turpi.l.1.§.incidit. expectant enim quòd aliquis ad hoc faciendum ex deuotione moueatur. Poterit etiam exigi istud legatum ex officio Episcopi,vel iudicis secularis, vt in d.declaratione Nicolai continetur,cuius verba quantùm ad hoc retulimus suprà,in 4.distin.huius 2.lib.in 3. cap. inci.quis ergo poterit dictas res vendere, &c. dic, vt ibi, & dabitur pecunia illi quem iudex deputabit, vel etiam ipsis fratribus, vt in sequenti distinctione dicam.

OCTAVA DISTINCTIO.

CAP. I.

DE syndicis verò fratrum minorū scien dum est,per quosdam summos Pontifices fuisse concessum fratrib. quòd nominarent quosdam, qui administrarent nomine ecclesiæ Romanæ,quæ concessiones fuerunt primò per Ioan. Papam xxij.in aliquib.reuocatę: ideo vt prædicta claręscant,primò priuilegia antiqua ad literam referamus. Et primò † Inno.iiij.literas fratrib.concessit in hæc
42 verba,Inno.Episcopus seruus seruorum Dei,dilectis filijs generalib. & prouincialibus ministris fratrum minorum salutem,& apostolicam benedictionem. Quantò studiosius dominicæ contemplationi vacatis famulando, tantò quieti vestræ libētius prouidemus, ne pedes, quos lauisse videmini affectu,& officio omnia relinquendo,cogantur, quòd absit,iterum inquinari. Cum enim lecta à nobis vestra petitio contineat quòd de reb.omnibus ordini vestro concessis,vel in posterum ꝓcedendis per vos ipsos, prout exigit necessitas,iuxtà vestri ordinis statuta disponere nequeatis: nec velitis pro conscientiæ vestræ puritate seruanda,ne vobis odiosa vagandi tribuat̄ materia,sed oporteat vos per hoc ad sedem apostolicam, ad quam rerum ipsarum spectat proprietas, habere recursum; nos quieti dicti ordinis,& necessitatibus vestris paterna volentes solicitudine prouidere,præsentium authoritate cōcedimus, vt singulis vestris,aliàs ministris, liceat in prouincijs eis cōmissis p̄ se, vel per alios fratres suos, quibus iniunxerit committendum,ꝓstituere aliquos viros idoneos, Deum timentes, qui pro locorum indigentia singulorum res huiusmodi concessas,vel etiam cōcedendas authoritate nostra petere,vendere,tractare, commutare, expendere, permutare,ac in fratrum vsum conuertere valeant secundum dispositiones vestras,prout necessitatibus, vel commodis fratrum ordinis memorati, sicut vobis pro loco, & tempore

BIU Cujas

pore videbitur expedire. liceat quoque vobis eosdem viros sic constitutos à vobis amouere: aliosque ad præmissa exequenda sine difficultate qualibet subrogare, quoties videbitur opportunum. Nulli ergo. &c. Data Auenione iij. Calend. Septemb. Pontificatus nostri anno v.

CAP. II.

Deinde Martinus Quartus Papa eisdē concessit super præ
43 dictis literas largiores in hunc modum, † Martinus seruus seruorum Dei, dilectis filijs suis generalibus, & prouincialibus ministris, ac etiam custodibus vniuersis ordinis fratrum minorum salutem, & Apostolicam benedictionem. Exultantes in domino sacri vestri ordinis professores in Dei beneplacitis confirmari promptitudine deuotionis, & opere: illius studētes imitari vestigia & eiusdem vias summopere custodire, qui descendens à patre luminum, & formam serui accipiens, se in laudis beneficium placabilem hostiā immolauit: cogitare inducimur honesta remedia quibus dicti ordinis obseruantia pura in sui vigore seruetur: Ijdemq; fratres, qui pro nulla re temporali possunt in iudicio experiri, vt exclusis quibuscunq; solicitudinibus libentiùs, apertiùs, & quietiùs diuinis vacent officijs; & offerentium, donantium, vel tradentium, atque in vltima voluntate relinquentium ordini prædicto, vel fratribus, aliquid propter Deum pia intentio non fraudetur. Sicque nos soliciti, quàm prædictus ordo pro suis necessitatibus, quoties imminebit necessitas, vel vtilitas suaderet, remittere ad ecclesiam Romanam vrgeretur, ad quam omnium rerum mobilium, & immobilium, quibus fratres vti possunt, ius proprietatis, & dominium spectat, nullo modo impensa spectat, immoderatè potiùs, quàm per hoc vrgeri possit: fratribus suprà dictis benigniùs indulgentes, volentesque hæredum, vel executorum negligentijs obuiare, vt fratres secundum modos licitos, & congruos ipsi ordini relictis in testamētis, & elecmosynis non fraudentur, ac sperantes, quod hisque pro statu prospero dicti ordinis per nos salubriùs, & vberiùs consulent, quò maiores fueritis; vt hac in parte authoritate muniti, discretioni vestræ, de qua plenè in domino confidimus, speciales personas, quæ non sunt de dicto ordine nominandas committimus nominandæ, pro locorum indulgentia singulorum, quas personas p vos taliter nominatas in his administrationib. legitimis generalib. liberam authoritatē, & liberè gerere: & ipsos verè legitimos administratores, œconomos, syndicos, & actores esse de plenitudine potestatis præsentium authoritate constituendo decernimus, qui res ipsas, & pretium rerum, & prædictas elecmosynas nomine ipsius ecclesiæ recipiant pro eisdem, & in fratrum ipsorum vtilitate, prout eis licet ex regula, vel declaratione conuertendas. Sicut quando pro parte filij generalis, & singularis ministri in prouincia, vel custodia sibi decreta, vel ab eisdem fratribus, de assensu vestro extiterint requisiti: per se petendi, exigendi recipiendi, alienandi prædicta, transigendi quoque & possidendi, conueniendi, permittendi, refutandi, cōtrafaciendi, agendi, defendendi, & in animabus eorum de calumnia, & veritate dicenda iurandi, & cuiuslibet alterius iuramenti præstandi; cum illis, & contra illos, qui huiusmodi res mobiles, aut immobiles, aut pretium earum, vel relictas elecmosynas fratribus in testamentis occuparent, & violenter auferrent, siue cōtra voluntatem fratrum quomodolibet detinerent: & generaliter in omnibus casib. pro rebus licitis, ad ecclesiam prædictam spectantibus, ipsorum fratrum vsui concessis: nec non pro immunitatibus, libertatibus, iuribus, ac priuilegijs, & indulgentijs eorum, sine cuiuslibet satisdationis, & cautionis onere, plenam, & generalem, & liberam, ac authoritate apostolica, & in iudicio, & extra iudicium potestatem plenam, & liberam concedimus authoritate præsentium facultatem. Nulli ergo, &c. Data apud vrbem Veterem xv. Calend. Februarij, Pontificatus nostri anno ij. Idem etiam concessit Nicolaus quartus, quasi de verbo ad verbum, & ideo hic non refero, &c.

CAP. III.

Posteà verò Io. Papa xxij. in illa decretali, quę incip. ad conditorem canonum.
44 prædicta in aliquibus reuocauit per hæc verba. † Et quia præfatum Martini Papæ prædecessoris nostri priuilegium dudum seruatum quò ad administrationē bonorum præmissorum non extitit, nec seruatur, & ipsorum procuratorum officium, qui nominantur à ministris, & custodib. dicti ordinis Romanę ecclesiæ iniuriosum, ac multis alijs molestum, oneroſum, & etiam inhonestum noscitur, districtiùs inhibemus, ne deinceps pro recipiendis, petendis, defendendis, extorquendis, seu administrandis bonis, quæ in posterum ordini, vel fratribus offerri, vel conferri, seu aliàs obuenire cōtigerit, quisquam nominetur à quoquam, seu constituatur amodo nomine. S. Romanæ Ecclesiæ procurator, nec occasione cuiuscunque priuilegij apostolici, quicunque administrationem quorumcunque bonorum, quæ obuenire fratribus ipsis, vel ordini continget in posterum, in iudicio, vel extra, agendo, vel defendendo, vel aliquo quocunque modo assumere vel exercere dictæ ecclesiæ nomine audeat, nisi de sedis apostolicæ licentia speciali, decernentes irritum, & inane, qđ secus à quoquā in posterùm ꝓtigerit attentari: non obstantibus quibuscunq; priuilegijs à Martino Papa prædicto, vel ab alijs prædecessorib. nostris ipsis fratribus, vel ordini sub quacunque forma verborum, vel expressione concessis. Per hoc autem dicti ordinis regulæ in aliquo nō intendimus derogare; nec priuilegijs fratrib. ipsis seu eorum ordini, ab apostolica sede cōcessis, (nisi duntaxat, quò ad præmissa tangentia) præiudicium aliquod generare. Nulli ergo, &c. Data Auenione. vj. Idus Decemb. Pōtificatus nostri anno vij. ¶ Si igitur prædicta inspiciamus, non cassauit Papa prę dictus prædictam concessionem, nisi solùm in bonis, quæ in posterum fratribus, vel ordini offerri contigerit; ergo in his, & pro his, quæ dictis fratribus erant concessa ante dictam constitutionem, vt pro ecclesijs, domibus, oratorijs, & similibus, possunt nominari procuratores secundum formam prędictarum literarum. Fuit autem facta dicta Ioan. constitutio, anno Domini M.CCCXXVII. die, & mense prædictis. Item est aduertendum, quòd dicti Ioā. constitutio reuocat prędecessorem solùm in his quæ fratribus relinquuntur, vnde super his quæ non relinquuntur fratribus, sed ecclesiæ fratrum potest fieri dicta nominatio vigore illius generalis clausulæ, positæ in literis Marti. aliud est enim relinquere fratribus, aliud est relinquere ecclesiæ fratrum, vt dictum est in præcedenti lib. in vij. distin. & pro iuribus ecclesiæ fratres possunt agere, vt suprà patet, nec est reuocatum: ergo, &c. Item diligenter est aduertendum, quòd ex prædicta constitutione nullo modo liceat dictas res fratribus relictas contra voluntatem fratrum occupare, vel detinere: & in hoc dictæ regulæ non sunt correctæ; qđ facit ad multa dicta, & dicenda in hoc c.

CAP. IIII.

45 Reperio etiam quòd per Nicolaum † Papam in illa decretali, exijt, qui seminat. §. quia verò libros. fit mētio de quodam procuratore speciali ad recipiendum pretium librorum, qui venduntur per fratres, & illud in rem licitam expendendum per hæc verba. Si verò res huiusmodi æstimato pretio vendi contingat, cum fratribus ipsis per se, vel per aliū recipere pecuniam regula prohibente non liceat; ordinamus, & volumus, quòd talis pecunia, seu pretium recipiatur, & expendatur in rem licitam, & cuius vsum fratribus licet habere per procuratorem à præfata sede, vel Cardinali gubernationem per ipsam sedem gerenti eiusdem ordinis deputandum, &c. Et sic videtur quòd ad istum certum actum datur procurator ab apostolica sede. In eo, qđ dicit de Cardinalibus, videtur correctum per decretalem Ioan. Papæ, cuius verba suprà proximè retuli: vbi dicitur quòd nullus potest instituī procurator dictorum fratrum nomine Romanæ ecclesiæ, nisi de sedis apostolicæ licentia speciali. Vnde esset necesse [a] quòd Cardinalis conseruator haberet de hoc speciale mādatum, aliàs de hoc procurator citari non posset. Posteà verò Nicolaus Papa iiij. in suis constitutionibus, quas circa statum fratrum minorum edidit, in illo c. quod incipit, Rursus ordinarius. circa venditionem dictorum librorum sic ait, per illos, quibus fuerunt dicti libri distributi, dicti libri possunt distrahi, com-

ADDITIO.

a Thom. D. ¶ Necesse. Vide Rapha. Cuma. in consilio 169. incipien. viso testamento.

BIU Cujas

commutari,vel vendi, seu quomodolibet alienari,pro melioribus,& vtilioribus libris : & tunc de consensu,& licentia monasterij,& illorum,per quos fuerunt distributi,&c. Ecce ergo videtur permittere,quòd ex causa legitima possunt vendi. Ista autem venditio præsupponit pretij perceptionem secundùm modum, & ordinem eorum statui cõgruentem: & sic videtur,quòd talis procurator ab apostolica sede non sit necessarius. graue enim esset eis procuratorem ab apostolica sede exposcere super istis in quolibet conuentu:& ita vt audio,fratres obseruant.

CAP. V.

46 **Est etiam quidam** Procurator † generalis ordinis,q̃ semper in curia Romana moratur, vbi ordo minorum in cõmuni,& particulari, semper habet multa facere vnde ibidem vnus procurator de ipso ordine ad ista negotia pertractanda,qui eligitur per generalem ministrum in generali capitulo,de qua constitutione prefatus Benedictus Papa. 12. in prædictis suis constitutionibus super statu fratrũ minorum.c.24. quædam etiam ad ipsius procuratoris officium pertinentia posuit. Et idem Benedictus 12.in c.de libris,cuius procuratoris officium ad nostrum examen non pertinet,&c.

CAP. VI.

47 **Habent etiam** fratres in multis locis aliquos ex his fratribus, † qui vocantur Procuratores conuentus: horum officium est, quòd cum in regula contineatur,quòd fratres vadant pro eleemosyna confidenter, vnde cum ipsis conuentibus sit necessitas multa,secundum quòd ordo exigit, frater ille, qui dicitur procurator, habet illas eleemosynas procurare. Potest etiam hic humiliter extrà iudicium procurare. vt fratribus relicta legata petantur,vt suprà in præcedenti distin.dictum est.Potest etiam sibi procurare elcemosynas pro fratribus induendis , & necessitatibus fratrum. licèt enim in regula diceretur de fratribus,& necessitatibus infirmorum ministri,& custodes solicitam curam gerãt,&c. & sic videbatur,quòd alijs nõ possent committere; tamen quia ordo exigit ita,quòd custodes,& ministri hoc expedire non possunt,concessit prædictus Nicolaus in d.c.exijt, quòd ipsi ministri,& custodes possunt huiusmodi curam, & solicitudinem exercere: & sic super hoc debent habere mandatum à ministris,& custodibus. & illi, qui tenentur ad dandum pro fratribus induendis, non debent soluere guardiano,nec alteri de eius mandato,nisi guardianus habeat super hoc mandatum à ministro,vel custode,sed debent soluere ipsi procuratori,vel alteri de eius mandato, vel ministro,vel custodi: & talis procurator nullo modo in iudicio potest esse,nec litigantibus pro re temporali assistere,vt de alijs fratribus superius est dictum.Et quòd iste talis appellatur procurator , prout videtur poni in dicta constitutione.c.exijt,vbi sic ait: de quo communi panno, ministri,& custodes,guardiani,lectores,prædicatores,procuratores,& cæteri fratres omnes induantur, & in eo, qđ dicit procurator,intelligimus de prædictis,vt puto.

CAP. VII.

48 **Possunt etiam per** † statuta terrarum, & communitatum cõstitui procuratores,& syndici,qui nomine ciuitatis possunt relicta,& alia obuenientia fratribus petere, exigere, defendere,gubernare,vendere,& in necessitatem fratrum distribuere cum pleno mandato, quod iuridicè arbitror esse factum.Primò,quia ipsi communitati videtur relictũ, vt suprà in pluribus partibus huius operis est probatum. Item quia concedentes possunt in ipsa concessione exprimere,per quem res dictæ vendantur,& aliàs in necessitatẽ fratrum conuertantur,patet in illo c.exijt qui seminat.cuius verba statim scribam. Sed statutum ciuitatis est communis vtilitas omnium ciuium.l.1.ff.de legibus ; ergo ipsi ciues possunt constituere aliquem procuratorem , qui de relictis concessis ab eis hoc faciat; & iste procurator, vel syndicus,dicitur syndicus,seu procurator ciuitatis.appellatur autem in vulgari syndicus fratrum minorum, qui ad ipsorum vtilitatem est constitutus.Circa quem autem syndicum plura sunt videndа. Primò an eis liceat procurare, quòd ciuitas faciat talem syndicum ? & videtur , quòd sic ex verbis Nicolai in d.c. exijt. §. cæterùm cum in eadem. vbi sic ait,Quo casu procuretur à fratribus,quòd ille , qui dabit eleemosynam,per se,vel per alium , non nominandum ab ipsis,si fieri poterit , sed ab eo potiùs iuxtà suum beneplacitum assumendum, huiusmodi satisfactionem faciat in totum,vel in partem,prout sibi dominus inspirauerit: si tamen ipse hoc nollet facere,vel non posset , vel quia recessus eius immineat , aut quia quibus hoc velit committere notitiam non habeant fidelium personarũ , seu quacunque alia occasione,vel causa: declaramus,& dicimus,quòd in nullo regulæ puritas infringatur, aut quomodolibet ipsius obseruantia demaculetur , si fratres ipsi alicuius vel aliquorum sibi curent dare notitiam , vel aliquem,seu aliquos nominare,ac etiam præsentare, cui,vel quibus ,si eleemosynam facienti placuerit,committi possit executio prædictorum,ac ipsius habeatur assensus super subrogationibus in scriptis,&c. Ecce ex prædictis liquet, quòd ciues,qui istas eleemosynas,& legata concedũt, pos-
49 sunt per suam legem syndicum facere ad prædicta . † Item ex prædictis liquet,quòd ipsi fratres possunt procurare,qđ hoc fiat,quod intelligo quantùm ad actus extraiudiciales: sed quantùm ad iudicium,& litigia pro istis temporalibus non credo,quòd hoc eis procurare liceat,immo,vt puto, statui eorum omnino repugnat,vt dixi suprà proxi. dist. c.
50 fi.Item ex prædictis liquet, † quòd ciuitas ad prædicta potest constituere syndicum,vel syndicos nominatim exprimendo;& si nominatim non vult exprimere , potest constituere illum,quem fratres nominabunt,seu præsentabũt. in hac tamen forma in constituendo adhibeatur talis cautela,vt constituentes verbis congruis , & statui fratrũ non repugnantibus vtantur;non enim licet fratribus nominare aliquem ad litigandum,vt dictum est : dicatur ergo sic. illos,quos inter fideles,& deuotos,duxerint nominãdos, ad recipiendum ea,quæ sibi relicta,& concessa fuerint,damus licentiam,& potestatem eligendi, & petendi in syndicos,& procuratores;& cõstituimus,&c.vt sic fratres ipsi eos non nominent,nisi ad rem eis licitam , & congruam ad eorum statum,& eis sic nominatis potestatem conce-
51 dere possunt . Item ex prædicta authoritate † patet quod dicimus , quòd dictus syndicus non solùm potest constitui, vt ipse prædicta faciat; sed etiam vt alium,seu alios loco suo constituat. In aliquibus tamen ciuitatibus sunt statuta,quòd fratres minores habeant syndicos,sicut alij religiosi, & quòd eorum syndici in iudicijs audiantur . Et sta-
52 tutum, quòd aliàs † in iudicio nomine fratrum minorum compareat; non puto valere. repugnat enim statui, & regulæ eorum , & per consequens sacris canonibus,qui eorum statuta, & regulam approbarunt . Hic autem modus faciendi syndicos nomine communitatis , vt suprà est dictum,iuridicus est,& iustus,vt arbitror . Istius autem syndici communitatis ipsius nomine constituti potestas ap-
53 paret ex his quæ in præcedentibus sunt relata. † Nam si in aliquo sit hæres instituta ecclesia,dictus syndicus ciuitatis poterit adire hęreditatem,petere,vendere,& in vtilitatem ecclesiæ conuertere: & in alium vsum commutare ex causa,vt dictum est ꝛ.in 1.lib.4. distinct.Idem si iure legati relinquitur ecclesiæ,vt dictum est ꝛ.distin.in 4.ca. quis ergo. lib.2.sed si relictum esset,tunc pro tali legato,siue sit quantitas,seu species,competit ciuitati actio personalis , non actio in rem:cum in ciuitatem nullum transeat dominiũ vt dictum est.ꝛ.distinct.4. & distinct. 7. & ideò si res legata syndico traderetur,efficeretur dominus traditione, & posset de ea disponere , prout vellet,non antequàm sibi tradatur: sed alienando non transferret dominium,quia dominus non est. Sed si alienasset, an hæres posset ab emptore recipere,aliàs repetere,dicam in seq.c.

CAP. VIII.

54 **In multis locis** † vidi,quòd ipsi fratres,videlicet, Guardianus cum capitulo,& custodes,faciunt aliquos sæculares suos syndicos ad lites,& causas,etiam ad vendendum,alienãdum, & pretium recipiendum, & eis dant plenam potestatem; quod vtrum procedat , & qualiter videamus. Ad quod scien-

BIU Cujas

dum est,ꝙ prout in præcedenti capit.dixi,quando ille,qui dat eleemosynam non vult, vel non potest eligere personam,quæ executionem prædictam faceret, ipsi fratres ipsum eligere possunt,vt ꝛ.verba relata manifestè dicunt.Sicut ergo vnus potest nominari per fratres in vna singulari eleemosyna,ita potest vnus nominari per fratres,vt eorum obuentiones recipiat,in quibus certa persona per cō cedentem non deputatur,& istum quidam nominant syndicum fratrum,quidam depositarium,de quo fit mentio p Clem.in d.c.exiui,&c.porrò cum fratres,vbi sic ait,ad amicos,siue sint dati procuratores, siue deputati per eos, vel nuncij,siue depositarij, siue quouis alio nomine nuncupē tur. Nunc ad propositum dico, quòd quando tales fratres faciunt syndicos,quibus dant illam potestatem,non bene faciunt,& verba non bene sonant: possunt tamen habere sanum intellectum,vt intelligantur, quòd fratres faciant talem eorum syndicum,scilicet,ad ipsorum fratrum vtilitem,& illud quod dicti syndici faciunt syndicatio nomine fratrum,debet intelligi,quòd faciunt tanquàm nominati à fratribus nomine eorum, qui eleemosynas concesserūt, ad vtilitatem tamen fratrum.Similem expositionem facit gl.in verbo,illi hæres.C,de his,quibus vt indig. l. Polla. &
55 ff.de his quibus vt indig.l.tutores. † verba enim in contractibus intelliguntur impropriè,prout adaptari possunt ad materiam,de qua agitur,vt l.si vno.ff.loc.in princ.& l.si ita stipulatus.de vsu. & l. damni infecti quidam. ff. de damno
56 infecto.Item verba syndicatus prædicti † quando porrigū tur ad lites, & causas, omnino reprobo;quia fratribus ad hoc nominare non licet,vt in præceden.c.dictum est.Vnde quantùm ad illa verba instrumentum syndicatus habe retur pro non scripto,quantùm ad illos, qui eleemosynas concesserunt,vel quantùm ad hæredem eius,qui soluit legatam rem: quia pro illa re legata esse non possunt in iudicio defendendo,& agendo,sicut dicimus de eo, apud quē res est deposita,siue sequestrata,vt ff.vt leg.nomi. cauea. l. postquàm.§.Imperator.ver.sed si nec ipsi.contra ipsum vero concedentem eleemosynam nullo modo potest agi, cum apud eum remaneret libera potestas reuocandi,vt suprà in hoc 2.lib.distin.4.c.secundo. Item nec contra hære-
57 dem,à † quo legatum relictum est,si hæres ipse noluit,aliqua actio,vel officium,vt dicit, intentari possunt nomine fratrum minorum:quia ipsis fratribus non competit,vt superiùs est probatū.& si qua actione iste sic electus debeat agere nomine eorum,qui eleemosynas tales cōcesserūt, sequeretur,quòd contra eundem ipsius nomine ageretur, quod fieri non potest,l.2.de oper.nou.nunt. posset tamen agere,vt quilibet de populo,vt suprà dictum est, & hæres cogeretur soluere tanquam personæ nominatæ à fratrib. Quantùm verò ad alia acta,quæ veniunt expedienda extra iudicium,vt recipere à spontè soluentibus,& res receptas vendere,ex pecunia sibi data aliàs emere,& in fratrum necessitatem conuertere,puto dictum syndicatum sufficere, intelligendo eum,vt suprà dixi. quia tamen illa verba dicti syndicatus statui fratrum non conueniunt,dico fratres ab ipsorum confectione abstinere,nam Clemens in dicto c. exiuit.§.denique cum idem confessor:dicit sic, In omnib. se gerant,quòd se cunctis ostendant in dictis pecunijs, sicut non habent penitus,vt nil haberent,vt dicta verba so-
58 nant prima facie,eos aliquid habere, &c. † Cautiùs ergo facerent, si simpliciter aliquem, vel aliquos nominarent ad recipiendas res legatas fratribus,& relictas, seu aliquo modo concessas,& conuertendas eas in fratrum necessitates secuudùm concedentis voluntatem, & secundùm ꝙ à iure permittitur. Istud ergo eis licet in his,quæ concedun tur inter viuos, vt suprà probatum est,& etiam in his,quæ conceduntur in vltima voluntate, eodem modo, vt dictū est in dicto c.exijt qui seminat.§. ad hæc quia fratribus, & tales sic nominati possunt facere omnia,quæ suprà dixi.
59 ¶†Sed pone,quòd talis syndicus,seu sic nominatus contra voluntatem hæredis rem sic fratribus relictam vendidit,& tradidit,& pretium recepit,quid iuris? Respon. ex tali contractu emptori non quæreretur dominium, nec ius in re,ex quo agere possit,si alius possideret,quia ille,qui vēdidit,ius vendendi non habuit,vt suprà est expressum,si tamen ipse emptor possidet,& hæres vendicat, habet exceptionem,per quam pōt retinere rem emptam, donec sibi restituatur pretium,qđ soluit,qđ apparet in fratrum necessitatem expensum.hoc enim solo commodo hæredis cedit,meritò restituendum.ff.de rei vendica.l.emptor. C. de præd.mi.l.prædia.l.vinum.ff.de reb.cred.An autem contra
60 † talem sic nominatum,fratres habeant actionem? Respō deo nō,hoc probatur in d.c.exijt qui seminat.§. ceterùm, vbi sic ait, ita tamen, quòd ab omni eiusdem pecuniæ administratione, seu dispensatione,& contra personam prædictam actione,seu persecutione,vt dictum est, fratres abstineant omnimodò.Ecce apertè liquet,quòd contra prædictos nullam habeant actionem, nec contra aliquos pro aliqua re temporali,vt dictum est.Illi tamen qui dictas res concesserunt,possunt ab eo recipere,& petere, & etiā Respublica,argum.eorum,quæ dicta sunt suprà.&c.

MINORICARVM

LIBER TERTIVS.

1 *Fratres Minores non poßunt eße executores teßamenti, in quo pia cauſa, vel pauperes ſimpliciter ſunt inſtituti.*
2 *Fratres Minores non poſſunt eſſe executores teſtamenti, in quo res vē denda venit,& pretium in alios diſtribuendum.*
3 *Frater Minor poteſt eſſe executor teſtamenti, in quo relicta eſt pecunia diſtribuenda in neceſſitatem fratrum arbitrio talis fratris.*
4 *Item poteſt eſſe executor ad diſtribuendum inter fratres,moniales,& ſorores ſui ordinis.*
5 *Poteſt etiam eſſe executor,quando ſolùm perſona eligenda eſt, in quā fieri debet diſtributio.*
6 *Electio perſonarum,& diſtributio pecuniarū, ſi eſt collata in fratres Minores,an teneat,quòd ſic reſpectu perſonarum.nu.9.*
7 *Executore non eligente,quis eligat.*
8 *Executore non diſtribuente,cuius arbitrio res erat diſtribuenda, non ſuccedit legitimus,ſed lex ipſa diſtribuit.*
10 *Frater Minor,in quibus non poteſt eſſe executor, poteſt tamen conſilium dare,vt exequatur.*
11 *Executori teſtamenti ingreßuro ordinem fratrum Minorum non poteſt frater Minor dare conſilium.*
12 *Executor datus in teſtamento,qui habet exequi cum conſilio fratrum Minorum,quando teneatur illud requirere.*
13 *Executor qui requiſiuit conſilium fratrum Minorum, quando teneatur illud ſequi.*

PRIMA DISTINCTIO.

CAPVT PRIMVM.

DE executionibus vltimarū voluntatum, q̄ fratribus relinquuntur, an per eos exerceri valeant? Videtur ꝙ non,& sic videtur declaratum per Clemen.in d.c.exiui de paradiso.vbi sic ait.Cumq; prædicti ordinis professores pro nulla re temporali possint in iudicio experiri; prædictis fratribus non licet, nec competit,quin potius considerata sui puritate status scire debeāt sibi interdictū,quòd huiusmodi executionibus, seu dispositionibus se exponant,cum hæc sepius absque litigio, & contrectatione,& administratione pecuniæ nequeant ex-
a pediri,&c. Econtrà videtur,ꝙ possunt, [a] quia in quibusdā casibus cessant rationes prædictæ:ideò quid iuris sit,per sin-
1 gulos casus prosequamur. † Quandoque enim executores vltimarum voluntatum vicem hæredis tenent, & ipsi habent actionem mouere,& in iudicijs respondere,quod est quando pauperes,vel captiui,vel aliqua pia causa sunt simpliciter instituti,vt C.de episco.& cleri. l. si quis ad declinandam.& extrà de testam.c.cum tibi.& ibi not.per Inno. & isto casu non est dubium,ꝙ fratribus minoribus est executoris officium interdictum tam ex verbis, quàm ex eo, quòd hæreditatis non sunt capaces.

ADDITIO.

e Tho.D. ¶Quòd possunt. Vide plenè per Iaſ.in l.patre furioſo.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.in verſi.ſecundò facit.vbi videas.

CAP. II.

2 Quandoque †isti executores vicem hēdis[a] non sustinent, nec aliquod litigium

ADDITIO.

a Tho.D. ¶Vicem hæredis. Vide Bar.in l.à filio.in princip.ff.de alim. & cib. leg. & ibi Alex.de Imo.in addi.Et vide And.Sic.in c.tua nobis.extrà,de testa. & Bar.in consi. 6.incip.viso testamento.& vide Lud.Rom.consi.409.incip.quo ad primum.in secundo dubio,vbi consuluit,ꝙ licet fratres prædicti non possunt esse exequutores, si tamen fuerint exequuti,valet exequutio.

BIU Cujas

litigium ſperãt, & tunc ſi quidem eſt aliqua res vendenda, vel pecunia diſtribuenda in illo executoris officio, non licet eis ſe intromittere, vt verba ſuprà relata oſtendunt. Nec obſtat quod poſſet dici, ꝙ prædicti poterunt administrare per perſonas nominatas eo reſpectu, quo ſuprà dictum eſt in legatis, quia illud verum eſt, pro eorum neceſſitate: ſed ſi fieret iſta diſtributio pro alijs idoneis, nullo modo licet. Hæc probantur in d.c.exiui.§.porrò.vbi ſic ait Papa, Attendant fratres prædicti, ꝙ in nullis alijs cauſis q̃ prædictis, vel ſimilibus in via, vel alibi liceat recurrere ad amicos huius, ſiue dantis pecuniam, ſiue deputati per eos, &c. Apparét ergo manifeſtè, ꝙ ex nullis alijs cauſis licet. Ex his puto, † ꝙ ſi relinqueretur pecunia diſtribuenda in neceſſitatem fratrum arbitrio talis frattis minoris, ꝙ talis executionis officium poſſit implere hærede ſoluente ſpontè: fiet enim adminiſtratio per perſonas ſuprà poſitas vt ipſe frater arbitrabitur: hoc enim eorum ſtatui non repugnat, vt dictum eſt, & rationes proximè dictæ ceſſant.

3

CAP. III.

4 Idem dico, ſi pecunia † veniat diſtribuenda inter moniales, ſorores monaſteriorum, quæ reguntur per ipſos fratres. Nam Benedictus Papa 12. in conſtitutionibus, quas fecit circa ſtatum fratrum minorum, hoc vī exponere in ca.exijt. vt dixi in alio lib.diſt.5.c.1. hoc etiam probatur in eiuſdem conſtitutionis c.32. quę incip. Inſuper quia decet Chriſti famulos, &c. vbi expreſsè permittit fratribus, vt rationibus, & computationibus, & diſtributionibus bonorum temporalium inter ipſos interſint, vt eas pertractent, vt ex multis partibus illius capituli colligitur, vbi ſic ait, In ſingulis monaſterijs eiuſdem per prouinciales, & miniſtros eiuſdem ordinis minorum de conſenſu Abbatiſſæ, & conuentus, ſeu maioris partis numeri eorum de authoritate apoſtolica certus monialium numerus ſtatuatur iuxtà monaſteriorum ipſorum ſub pœnitentia obuentum, & etiam facultatem, ita quòd ex his congruè valeant ſuſtentari, &c. Ecce apertè liquet, quòd talibus diſtributionibus, & computationibus, ſcilicet quantum pro quolibet detur poſſent intereſſe. Idem etiam probatur in eo.c.vbi ait, niſi adeò ipſorum monaſteriorum facultates excreſcerent, ꝙ plurib. poſsēt ſufficere competenter. ſed tunc talis excreſcentia referatur capitulo generali fratrum minorum, à quo ordinari habet, quot perſonas de ipſis fructibus, vel obuentib. excreſcentibus, vltra ſtatū monaſterij, &c. Et in pluribus alijs partibus eiuſdem capituli, prædictis autem caſibus, vt ſuprà, & infrà, dicetur, fratres poſſe ſe de executione intromittere; intelligatur habita licentia ſuperioris, vt extrà, de teſtam.c.religioſus.lib.6.

CAP. IIII.

5 Quandoque [a] committitur † eis aliquod executionis officium, in quo nullum litigium, nulla pecuniæ exactio, ſeu diſpenſatio vertitur. Verbi gratia, quòd decem floreni expendantur inter decem pauperes, vel vt vnus florenus pro quolibet, qui pauperes eligantur per talem fratrem. Item nulla fit diſtributio pecuniæ, ſed teſtator ipſe diſtribuit, ſed per fratrem fiet ſola electio perſonarum, an poſſit fieri per eum? Puto quòd ſic: Nam ceſſant rationes prohibentes. Prætercà ex hoc fratribus nullum commodum quæritur. Eſt enim iſta electio meri facti, quod patet: quia cadit in deportatum qui non eſt capax eorum, quæ ſunt iuris ciuilis, l. cum pater. §. hæreditatem. de leg.2.ff. ad Trebellianum. l. ex facto.§.ſi quis rogatus. 2. hoc enim, ſi fideliter fiat, meritorium eſt: ipſi enim propter ſecreta quæ audiūt in confeſſionibus melius cognoſcūt pauperes vocandos quàm alij homines. hoc enim nec malum eſt nec ſpecies mali. habet tamen hortari eum ſecundum Deum ne eligat perſonas, in quibus poſſit eſſe ſiniſtra ſuſpicio.

a

ADDITIO.

a Tho.Dip. ¶Quandoque. Vide Bar.in conſi.6.poſt prin.incip.viſo teſtamento. & Ludo.Ro.in conſi.409.incip.quo ad primum, in 2.dub.

CAP. V.

6 Sed pone quòd aliquis reliqt † pecuniã, vel res diſtribuendas arbitrio executorum, & inter pauperes quos executores elegerint, [a] & ſint fratres minores: in dicta conſtitutione continentur duo, ſcilicet electio perſonarum, & hæc eſt fratribus licita. Item diſtributio pecuniæ, & hoc eſt fratribus interdictum. An poterunt dicere fratres, nos volumus pauperes eligere, diſtributionem autē pecuniæ faciat ille, ad quem ſpectat, quod videtur quaſi vt vtile per inutile non vitietur, imo ſeparetur, vt ca.vtile per inutile.lib.6.de reg.iuris. & quia ſunt duo; ergo poteſt vnum amplecti, & aliud reſpui.l.2.de leg.2.cum ſim. Econtrà videtur, quia ſi eligantur perſonæ, impeditur diſtributio, quæ alteri deberet competere. Aliter enim cogitur quis diſtribuere inter plures, aliter inter pauciores; ergo videtur, quòd non poſſit.l.2.§.qui Stichum. ff. de eo, quod cert.loc.ibi dum dicit, alioquin tollis ei actionem dum vis 7 ſeruare reo electionem. Secundò dicendum eſt, † quòd fratres poterunt eligere perſonas. Pro cuius intellectu eſt ſciendum, quando relinquitur perſonæ incertæ, vt pauperibus, vel captiuis, tunc ſi executor teſtamentarius non eligit, ſuccedit legitimus, ſcilicet epiſcopus.l. nulli. & l.ſi qs ad declinandam.C.de epiſc.& cler.& in auth. de eccl. titu. §.ſi quis autem hoc facere. Quandoque perſona eſt certa, ſed res, quæ relinquitur eſt incerta, tunc executor non de- b clarat [b] rem, ſi quidem debet eligere vnam de certis ipſi ſuccedit in arbitrium, & electio ſit ipſius legatarij executore non eligente, vt l.fin.§.fi.C.commun.de lega. Si verò executor debeat arbitrari ſimpliciter, quatenus ſibi videtur, tunc ſuccedit arbitrium boni viri, hoc eſt iudicis, vt l. 1.de leg.3. Quandoque contingit, quòd perſonę.& res ſunt 8 incertæ, ſed qualiter inter † perſonas prædictas diſtribuantur dictæ res, arbitrio executoris committitur, & tunc executore ceſſante diſtribuere, non ſuccedit legitimus diſtributor, ſed lex ipſa diſtribuit, vt quilibet æqualiter admittatur, qui venit ad petendum.l.qui duos.§.fi. de leg. 2. & l.cum quidam, & l. vnum ex familia. §. ſed & ſi fundum. eod.titu.& ibi per glo. in verb. dixi ita demum. At nunc 9 † in propoſito, ſi frater nominet perſonas, licet ipſe non poſſet inter eas diſtribuere; tamen diſtributionem facit lex, ne aliquis poſſet conqueri, ne ſibi facultatem diſtribuendi abſtulerit, cum lex ipſa hoc fecerit. ¶Prætereà in legato illo primò debet attendi perſona, vt l. quidam referunt.ff.de iure codicillorum. debet ergo electio perſonarum præcedere, & præferri. Aequius enim eſt, quòd per electionem perſonarum impediatur diſtributio, quàm per diſtributionem impediatur perſonarum electio, vt de prædictis patet.

ADDITIONES.

a Ber.Land. ¶Elegerunt. Vide Pet.de Anch.in conſi.253.Ro.conſi.228.incip.propter diſcuſſione.& 409.incip.quo ad primum propoſitæ conſultationis.

b Th.D. ¶Non declarat. Vide plenè de dicto Bar.hic per dom.Franc. de Aret.in conſ. 68.incip.do.Ioannes.

SECVNDA DSTINCTIO.

CAPVT PRIMVM.

10 AN autem [a] in iſtis † executoribus, ſi reperiantur fratres, poſſint dare conſilium? Videtur quòd ſic: licet enim Clemens ſtatim poſt verba prædicta in cap. 1. præcedentis diſtinct. ſubdit ſic. Veruntamen in his exequendis dare conſilium eorum ſtatui non obſtat, cum per hoc ipſis circa temporalia bona nulla iuriſdictio, actio in iudicio ſiue diſpēſatio tribuatur, quæ verba intelligo generaliter prout iacent, ſiue conſilium determinatè, [b] & indeterminatè petatur, ſiue de perſonis, ſiue de quantitate. Caueant tamen fratres, & faciant taliter, quòd in talibus cōſilijs ſuis ceſſet ſuſpicio.

a

Et

ADDITIONES.

a Tho.D. ¶An autem. Vide Alex.in l.1.§.ſi plures. in addi.Barto.ff.de exer. in apoſti. quæ incip.ſeruanda eſt.ver.& an debeat ſaltem.

b ¶Determinatè. Vide Bar.in l.quidam.§.Papinianus.ff.de admini.tut. & ibi apoſtil. Alexan. & ibi ſcripſi.

BIU Cujas

Et prædicta vera, nisi persona prædicta, quæ consilium super distributione peteret, ordinem minorum ingressura esset, vt in seq. c. dicetur.

CAP. II.

11 Sed si persona, † quæ à fratribus consilium peteret, esset ipsorum fratrum ordinem ingressura, tunc fratres super eo consilium dare non possunt, vt colligitur ex his verbis clem. 1. d. cap. exiui. §. dubitauerunt, vbi sic ait. Dubitauerunt, & dubitant multi fratrum, an liceat ipsis de bonis ingredientium quic quam recipere si donetur, & si ad dandum personis, & con uentibus eos possint inducere sine culpa, si etiam ad dispo nendum de distributione talium rerum debeant ipsi mini stri, vel fratres dare consilium. & paulò post. Dicimus de cætero debere tam ministros, quàm fratres cæteros à dictis inductionibus ad sibi dandum, & suasionibus, nec nõ & dandis circa distributionem consilijs abstinere, &c. li-
a cet verba prædicta solùm videantur referri, quando ingre diens de bonis suis [a] voluit distribuere. Veruntamen idẽ puto si vellet distribuere de bonis alienis, quia fortè fuis-set executor relictus in bonis alterius, quia rationes quæ ponuntur in illa decretali etiam locum habent, videlicet ꝙ fratres debeant magis habere affectum ad personam, q̃ ad bona temporalia. Prætereà, subest alia ratio, quia cum sit ingressurus religionem, & sic in potestate monasterij, & fratrum ipsorum rogamen, & suasio esset præceptum, & sic ille liberè non distribueret, ideò Papa voluit, ꝙ hoc ca su à dandis consilijs abstinerent, arg. ad hoc. ff. de adulte. l. si postulauerit. §. ratio autem publicandorum.

ADDITIO.

a Th. D. ¶ De bonis suis. Vide Iaſ. in authen. si qua mulier. in princip. C. de sacro-san. eccle.

TERTIA DISTINCTIO.

CAPVT PRIMVM.

12 AN autem † ille tertius, cui executoris officium, & distributio est iniun cta in testamento cum consilio fratrum Mino rum, debeat eorum consilia requirere de necessitate? Breui ter, omissis multis dictis, j. in præsenti c. sic dico. Aut testa-tor iniunxit, ꝙ fiat cum consilio fratrum minorum eo ca-su, quo ipsi fratres non possunt esse executores, & de vrba nitate debet eorũ consilium requirere, de necessitate non tenetur. l. quidam decedens. §. Papinianus. de admi. tutorũ: argu. eo casu, quòd ipsi fratres possunt esse executores, tũc debet eorum consilium requiri. ff. manda. l. idemque. §. si quis. & l. sed & si pupillus. §. conditio. ff. de instito. & l. si qs mihi bona. §. iussum. ff. de acquir. hæred. & l. coram Titio. ff. de verbo. signif. Sed contra prædicta facit. ff. de administra. tutorum. l. Titium, & Mæuium. vbi reperitur, ꝙ etiam qui non potest esse particeps officij, non tenetur quis eius cõ silium requirere; sed ibi loquitur in curatore, cuius pote-stas est à lege, licet à testatore detur. Sed hic loquitur in executore, cuius potestas est ab homine, sicut potestas ꝓ-curatoris, & circa hæc, & alia quæ j. dicam prox. latius dixi in quodam commento, quod feci in l. 1. §. si plures. ff. de
13 exerci. hæc verò hic dixisse sufficiant. Sed an† ille, qui ipso-rum requisiuit consilium, teneatur illud sequi de necessita te? dic aut loquimur in eo casu, quo consilium requirere non tenetur de necessitate, & tunc non tenetur illud seq, vt patet ex his quæ dixi. s. in c. proxim. etiam si testator di-xit, ꝙ hoc faciat de consilio, & consensu ipsorum, ne qđ vna via prohibetur, id fiat alia. l. scire etiam oportet. §. 1. ff. de exc, tut. extrà, de reg. iu. c. cum quid vna. lib. 6. Aut loqui mur eo casu, quo tenetur requirere consilium, quod est, quando ipse potest executor esse, si quidem est frater mi-nor assumptus, vt executor, & consultor simul, tenetur il-lud sequi, d. l. Titium. ff. de admi. tut. Aut fuit assumptus, vt simplex consultor, & tunc sufficit, ꝙ eius requiratur consi lium, nec tamen sequi debet, vt extrà, de arbi. c. cum olim. & arg. ff. manda. l. 2. in fi. Et sic reprobatur distinctio eorũ, qui dicunt, aut dixit consilium, aut cum consilio. & tangi-tur per gl. in d. l. id quod pauperib. C. de episc. & cler. & ego plenius in d. §. si plures, vbi respondi ad omnia iura, si qua possunt in contrarium facere, &c.

MINORICARVM

LIBER QVARTVS.

1 *Fratres minores non succedunt ab intestato, nec per ipsos etiam ec-clesiæ R.o acquiritur. sed hæreditas vadit ad sequentes in gradu.*
2 *Fratres minores non succedunt ab intestato, etiam in his rebus, quæ licitè retinere possunt.*
3 *Fratres minores nouitij ante professionem succedunt ab intestato.*
4 *Professentes regulam fratrum minorum, liberè de bonis suis dispone-re possunt.*
5 *Filius præteritus à patre professente regulam fratrum Minorum, rum pit testamentum.*
6 *Hæres institutus in testamento ingredientis religionem fratrum Mino rum, statim capit hæreditatem, aliter morte non expectata na-turali.*
7 *Ingressus, & professus religionem fratrum Minorum non potest bo-na sua diuidere inter filios suos.*
8 *Bona professentium religionem fratrum minorum pertinent ad ve-nientes ab intestato.*
9 *Professus religionem fratrum Minorum, si efficitur episcopus, non re-cuperat bona alij quæsita.*
10 *Frater minor episcopus, vel aliter liberatus ab ordine, quando recupe ret ius succedendi ab intestato.*
11 *Frater minor remotus ab ordine propter eius demerita, non recuperat ius succedendi ab intestato.*

PRIMA DISTINCTIO.

CAPVT PRIMVM.

1 DE hæreditatibus, quæ fratribus ipsis ab inte-stato obueniunt, aliqua dubia oriuntur. † Primò an frater minor parentibus, & alijs agnatis ab
a intestato succedat, [a] sicut monachus, vt dicitur. C. de epis. & cle. l. Deo nobis. §. hoc etiam. Istam quæstionem mouet ibi Iac. de Are. & etiam Cy. recitat opin. quorundam. Qui-dam dicunt, ꝙ per eos acquiritur Ecclesiæ Romanæ. alij di cunt, ꝙ acquiritur eis non vt retineant, sed vt vẽdant. Alij dicunt, ꝙ nullo modo habere possunt. Sed istorum opin. fuerunt antequàm veniret declaratio clem. in d. c. exiui. §. cupiens. Vt hæc quæstio determinetur, dic sic, quia igitur successoribus transit non solùm vsusfructus rei, sed etiam dominium suo tempore in communem hæredem; fratres autem præfati nil sibi in speciali, vel etiam ordini eorum est in communi, declarando dicimus, ꝙ successionum hu-iusmodi quæ verisimiliter, & indifferenter ad pecuniam, & alia bona mobilia se extendunt considerata puritate vo ti, nullatenus sunt capaces, &c. Ecce habeo expressè, ꝙ his fratribus, vel ordini nullatenus quæritur. & sic legitimam debitam iure naturæ non poterunt petere, vel habere cũ sit tertia eius, quod habituri erant ab intestato. Sed ab inte stato nil habituri sunt: ergo, &c. Item ex eo, quòd dixit eos non capaces, apparet, quòd non quæritur per eos Eccle-siæ Romanæ, vt l. si in metallum. ff. de his quæ pro non script. hab. & de hæredibus instituen. l. 1. & de bon. liber. l. si necem. §. si deportatus. venit ergo dicta hæreditas ad se-quentes in gradu.

ADDITIO.

a Ber. Lan. ¶ Succedat. Vide Roma. consi. 268. & 296.

CAP. II.

2 Sed quid, si in dicta † hereditate est domus contingua loco fratrum mi norum, vel ibi sunt res quas fratres ad vsum possunt licitè retinere, an in illis succedunt? Resp. non. vt patet ex prædi-ctis verbis, dum dicit, nullatenus: ergo, &c. Et sic in nulla parte vel re. præterea non dicitur quis propriè succedere in rebus certis, sed in hæreditate quæ est quoddam incor-porale, licet contineat res corporales, vt ff. de rerum diui-sio. l. 1. in fi. & institu. de reb. corp. & incorp. §. 1. & per totũ titu. Cum igitur ipsi non sint capaces istius successionis, hoc est, ipsius vniuersalis iuris, ergo nec eorum quæ in di cto iure continentur; & prædicta vera in fratribus iam professis, &c.

CAP.

BIU Cujas

CAP. III.

3 Sed nouitij ante factam † professionẽ expressè, vel tacitè sũt liberi homines, extrà, de regula. c. non solùm. lib. 6. & est hodie in fratribus minoribus expressè declaratum per Benedictum Papam. xij. in dictis constitutionibus, vbi sic ait, Caueant autem
a Guardiani, & ipsi nouitij, [a] & magistri eorum, ac fratres alij, ne contra constitutionem infrà probationis annum aliqualiter impedire præsumant, quò minùs si ad aliã religionem transire maluerint, transeant, vel etiam ad seculũ redeant, sicut de sua processerit voluntate, &c. Ecce apparet, ꝙ sunt in sua libertate, ergo sicut alij liberi, & seculares possunt succedere, qui non posteà fecerunt professionem, & erit de istis bonis, si prædicta successione ei quæsierint, sicut de alijs bonis prox. distinctione dicetur.

ADDITIO.

a Ber. Land. ¶Nouitij. An nouitius habeatur pro clerico, vel laico, vide Petr. de Ancha. consi. 72.

SECVNDA DISTINCTIO

CAPVT PRIMVM.

4 a E bonis † verò eorum, [a] qui prædictorum fratrum regulam imitantur, vel profitentur quid iuris sit, videamus. Constat. n. ꝙ ipsi nil retinere possint omninò, & si quid ipsi ante professionem de bonis suis distribuerint, seu dispositionem fecerint, hæc rata esse debẽt & firma, cum ipsa regula adijciatur, quòd liceat ingredientibus, & sit liberum facere de bonis suis, secundum quòd dominus spirauerit: hoc etiam dicitur in d. c. exiui. §. dubitauerunt, &c. & licet in his qui alias religiones ingrediuntur, consueuerit dubitari, an in eorum testamento, quod ante fecerunt debeant aliquid iure institutionis relinquere monasterio, quod ingrediuntur, vt C. de sacrosan. eccle. auth. si qua mulier. & 19. q. 3. c. si qua mulier. tamen in eo, qui profitetur regulam minorum, hoc expeditum puto.
5 Ille † enim filius præteritus rumpit testamentum, qui potest succedere, alias secus, vt l. si necem. §. 1. de bon. liber. & l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthumis.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶De bonis verò eorum. Sed si monachus, vel frater vnius Monasterij detinetur bona fide in alio Monasterio tanquam frater ipsius monasterij detinentis, & emat vnam rem, quæ tradita est abbati, vel Guardiano ipsius monasterij secundi detinentis, & non apparet ex cuius pecunia Monasterij ipse emerit, de qua intelligitur, vide Pau. de Cast. & Alex. in l. cum fundus. §. seruum. ff. si cert. pet.

CAP. II.

6 Isti etiam Hæredes † instituti in testamento talis sic ingredientis capient ipsius hæreditatem statim, non expectata morte naturali, licèt de ingredientibus alias religiones consueuerit dubitari, in d. au
a then. si qua mulier. [a] Ratio, quia ibi ciuilis mors quo ad abdicationem bonorum ab eo habet per omnia eundem effectum, quẽ habet mors naturalis: ergo idem ius, l. Deo nobis. in princip. C. de episc. & cleric. & l. ex ea parte. §. insulam. ff. de verb. ob. Ad quod etiam per Dyn. in d. l. si necẽ. & vt puto istam suam voluntatem non poterit reuocare, vt statim dicam, &c.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶Si qua mulier. C. de sacrosan. eccl. & ibi vide Ias. & ibi scripsi, & vide dom. Barth. Soc. in consi. 92. in prin. incip. circa primum.

CAP. III.

7 Quandoque Contingit, † quòd ingredientes dictam religionem fratrũ minorum fecerunt professionem, & de bonis suis nullo modo disponunt: dubitatur primò, an poterunt bona sua diuidere inter filios, sicut possunt alij qui alias religiones ingrediuntur, d. authen. si qua mulier. Respondeo non puto, quia post professionem non possunt se impedire de talibus constitutionibus, cum non faciant ob suas necessitates, sed ob alias, & hoc verum esse probatur, per ea, quæ dixi in præceden. libr. De executoribus vltimarum voluntatum, dixi in c. 3. & per hoc puto, ꝙ volũtatem propriam reuocare non possunt. Quicquid sit de iure in alijs religiosis, hic non dico, &c.

TERTIA DISTINCTIO.

CAPVT PRIMVM.

8 Sed ad quos pertinebunt † bona ipsorũ ingredientium prędictam religionem, & non disponẽtium? Ista est antiqua quęstio. eam tangit Innoc. extrà, de probatio. cap. in
a præsentia. [a] & hodie Ioan. And. recitat opin. & eam tangit Spec. in tit. de stat. mona. c. 1. 2. 3. & 4. Breuiter quid iuris sit in alijs religiosis, hic non dico. Sed quantùm ad fratres minores dico, quòd eorum ordo ex prædictis bonis nil debet, vel posit petere, vt expressè colligitur in d. c. exiui. §. dubitauerunt. Vnde puto, quòd quantum ad istam materiam penitus habeatur pro mortuo, vt dictum est, & quòd dicta bona pertineant ad venientes ab intestato, sicut si mortuus esset. Facit ad hoc, C. de bon. dam. auth. bona damnatorum, &c.

ADDITIO.

a Th. D. ¶Cap. in præsentia. Vide Lud. Rom. consi. 216. incip. circa declarationem, vbi plenè.

CAP. II.

9 Contingit Interdum, † quòd illi, qui regulam fratrum minorum sunt professi, trã
a seunt ad episcopatum, [a] vel aliam regulam, quæ possunt in communi habere. Quæritur primò an eorum bona alicui quæsita possint recuperare? Et videtur, quòd sic, sicut dicimus de restituto. l. 2. C. de sent. pass. & l. 1. ff. de sentent. pass. Cõtrarium dico, quia siue dicas, quòd hæc restitutio sit in pristinum statum repositio, siue quòd indulgentia, seu permissio transeundi ad alium statum separatum, non recuperat bona iam alijs quęsita, quàm fisco. l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthum. & ibi not. in fi. mag. glo. & ideo bona non recuperat, vt C. de senten. pass. l. 1. & l. tutor. cum simil.

ADDITIO.

a Th. D. ¶Episcopatum. Vide Fely. in c. inter quatuor. vbi plenè, de maior. & obedien. & Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. & vide Feder. de Senis consi. 22.

CAP. III.

10 Quæro, An talis frater † minor factus episcopus, vel ad aliam religionem legitimè translatus succedat ab intestato parentibus, agnatis, & cognatis? Et videtur quòd sic, vt C. de sententiam pass. l. 1. Cõtrà videtur, quòd non: casus est. ff. ad Tertul. l. 2. §. 1. vbi loquitur de filiofam. facto seruo, & posteà liberato. Solut. Putarem dicendum sic. Aut iste liberatur ab ordine authoritate summi Pontificis, & puto quòd ius succedendi recuperet, l. 2. C. de senten. pass. & ff. ad Tert. l. 1. §. filius, qui mortis. Idem puto si aliter legitimè ab aliquo Archiepiscopo, vel alio prælato promoueretur ad aliquam dignitatem: ꝓ hanc enim concessionem beneficij intelligo eum ad omnia restitutum, vt dictis legibus, cum ius succedendi recuperet: nec est in eo statu, in quo erat ante ingressum, facit 19. q. 1. cano. statutum: quem cano. & multas alias rationes reuerendus Pater D. Franciscus de Assisio Decretorũ Doctor, Abbas Monasterij Campi Regij, in medium adducit, qui istum passum ad mei interrogationem sic disputans determinauit. Si verò reperiretur alius modus licitus, quã expressa cõcessio beneficij, vel dignitatis, per quam ab eo ordine absolueretur, tunc ius succedendi nõ recuperatur, d. l. 2. §. 1. ad Tertul. & d. l. 1. §. filius qui mortis. eo. ti. vbi tex. facit istam distinctionem, & bene. aliàs aduertatur. Hoc au
11 tem † potest contingere, si aliquis propter eius demerita ab ordine licentiaretur, & ab ordine ei permitteretur, vt transiret ad aliam regulam, quod eo casũ ei licet, nõ aliàs, vt per multa priuilegia Romanorum Pontificum fratribus est concessum, quæ hic non refero, quia longum esset. eo autem casu non puto eos recuperare ius succedendi, ꝓ iura prædicta. Illa enim absolutio magis est ad pœnã, q̃ ad præmium, &c.

BIU Cujas

CAPVT IIII.

a Posset quæri, [a] Aliquis erat grauatus restituere, si decederet sine liberis, qui decessit instituto filio fratre minore, an talis filius facit istam conditionem deficere, &c. Vel pone, per Italiam sunt statuta, quòd filiæ fœminæ non succedant extantibus masculis, vtrum filius masculus frater minor facit fœminam non admitti. & plura alia possent quæri, quæ licet sint dubia propter statum fratrum minorum, tamen quia hæc ad eos non pertinent, (non est enim eorum commodum, vel incommodum) ideò ad præsens opus non pertinent, sed hæc in alijs locis debitis sunt tractanda.

ADDITIO.

a Th.D. ¶Posset quæri. Adde Bal. in l. filiusfa. §. cum quis. in fi. de leg. 1. & in l. 3. in fi. ff de bon. poss. contra tab. & in l. 1. §. filium. e. ti. & in l. fi. C. quando, & qui. quarta pars' & Ang. in auth. de non eligen. secundò nuben. in fi. prin. & in l. 1. C. de condi. inser.

Finis tractatus Minoricarum Bartoli.

TRACTATVS

DE DVOBVS FRATRIBVS inuicem habitantibus.

1 *Filius qui ex re patris, ipso viuente percipit fructus, patre mortuo, debet alijs fratribus communicare.*

2 *Filius, qui lucratur cum pecunia patris, & opera sua, partem lucri respectu pecuniæ communicabit, partem verò respectu personæ, tanquã proprium retinebit.*
Lucrum proueniens ex persona filij dicitur aduentitium.

3 *Filius exercens vsuras, patre mandante, tenetur lucrum ex eis proueniens communicare: secus, si sua sponte exercet.*

4 *Filius, qui lucratus fuit, & dubitatur vnde, ex quibus bonis præsumatur quæsiuisse.*

5 *Quæsitum per filium in dubio præsumitur quæsitum ex bonis patris.*

6 *Statuto stante, & vxore prædecedente sine liberis, vir lucretur dotẽ, & vxor filij viuo patre decedat, an tale lucrum alijs fratribus communicetur. & in tractatu Bal. nu. 27.*

7 *Donatum, vel relictum filiofa. per extraneum patre viuente, quòd si factum est contemplatione patris, non communicatur.*

8 *Donatum filiofam. quando in dubio videtur datum contemplatione patris, vel filij, si est datum ab extraneo.*

9 *Vsufructu donato, vel legato filiofa. cuius contemplatione videatur donatus, vel legatus: & an communicetur.*
Intellectus ad l. fi. C. de vsufruct.

10 *Donatum filiofa. pacto apposito, & habeat in castrensi pecu. vel quasi, quando erit castrensis peculij, vel non.*

11 *Donatum filiofa. exercenti mercantiam cum pecunia patris, cuius contemplatione videtur donatum ad hoc vt communicetur, vel non.*

12 *Causa proxima inspicitur, ad cognoscendum quando aliquid est factum contemplatione alicuius.*

13 *Lucrum factum per filiumfa. cum pecunia castrensi, vel quasi castr. peculij, tale lucrum quando sit aduentitium, vel castrense.*

14 *Filio hærede instituto à matre, vel ascendente lineæ maternæ, cum cõditione, & ad patrem non perueniat vsusfructus, an dicta conditione non obstante, pater saltem in legitima habeat vsumfructum. & in tract. Bal. num. 5.*

15 *Filius an teneatur communicare libros eidem emptos per patrem, & in tract. Bal. nu. 33.*

16 *Pater si dedit pecuniam filio in studio, quando filius teneatur illam imputare in eius partem.*

17 *Si pater incipit expendere in studio pro filio, quòd eo mortuo nõ debeat perficere studium de communi.*
Pater si aliquid incepit pro filio, quando hæredes eius teneantur illud perficere. & nu. 19.

18 *Filius si licitè contraxit aliquod debitum in studio, patre mortuo, illud de communi solui debet.*

20 *Pater si fecit expensas in nuptijs alterius ex filijs, alter frater debet de proprio, & non de communi facere. & in tract. Bald. num. 31.*

21 *Vestes vxoris alterius ex filijs factæ per patrem non conferuntur, secus festiuæ, & ornamenta pretiosa, & in tractatu Bal. nu. 33.*

22 *Expensæ factæ per fratrem in rebus aduentitijs filij, in quibus pater habet vsumfructum, quando imputabuntur in partẽ filij in diuisionibus.*

23 *Filio datum per patrem quando veniat communicandum.*

24 *Pater si faciat filium stipulari ab aliquo debitore quando videatur facere animo donandi.*

a  Iste tractatus [a] in duas principales partes diuiditur. Nam quandoque inter eos contenditur de his, quæ in vita patris contingunt: quãdoque de his quæ post mortem eius contingunt. Circa primum plura sunt inspicienda. Nam quandoq; vnus ex his acquirit sua opera, vel ex aliquo euentu. Quandoq; acquirit, qa extraneus sibi donat, vel relinquit. Quãdoq; ipse pater filio cõcedit. Quandoq; ipse filius paternum patrimonium diminuit: sic sunt quatuor quæstiones principales, de quibus per ordinem videamus. Primò igitur quæro, quando
b vnus ex fratrib. viuo patre, aliquid ex opera lucratur, [b] vtrũ illud post mortem patris sui teneatur fratribus suis cohæ-
1 redibus communicare? ¶Et circa hoc † occurrit primò illud videndum, quando ex re patris sine vlla opera sua fructus percipit, & tunc non est dubium, q; venit communicandum sicut aliæ res patris, & sicut alia profectitia, vt C. de collatio. l. si donatione. de rei vẽdicatio. l. emptor. in fi. C. de bon. quæ liber. l. cum oportet. in prin. Prædicta vera, nisi passus sit pater vnum ex filijs percipere animo eidem donandi: quia tunc quid iuris sit, dicemus in tertia quæstio
2 ne prin. ¶†Secundò quæro, [c] quid si acquirit cum pecunia
c patris, & lucretur negotiando, & sic opera sua interuenit? Glo. in verb. exceptis castrensibus peculijs. l. cum oportet. C. de bonis quæ liber. videtur velle, quòd istud lucrum sit profectitium, & totum veniat communicandum. Hoc ẽt tenuit Iaco. Balduini, & etiam Specul. de iudic. §. sequitur. ver. quid si alter filiorum ex pecunia paterna. & allegat pro determinatione. ff. de vsu, & habitatio. l. si ita. & ff. de acq. rerum domin. l. per seruum. §. fina. Mihi autem videtur dicendum, quòd lucrum, quod fit cum pecunia patris, pro parte attribuatur pecuniæ patris, & pro parte personæ lucrantis, vt Instit. de socie. §. 1. C. eod. tit. l. 1. & ff. eo. l. si non fuerint. vnde videtis, quòd quandoque vnus ponit pecuniam, alter operam, & lucrum inter eos æqualiter, vel inæqualiter, secundum quòd inter eos conuenit, vel consuetũ est, diuiditur. Item certum est, quòd omne lucrum proueniens ex persona filij, est aduentitium, vt d. l. cum oportet. post principium. Dico igitur, quòd illa pars lucri, quæ attribuitur pecuniæ, tanquàm profectitia venit communicãda: illa verò, quæ attribuitur personæ filij propriam retineat vt aduentitiam: nec conferat. l. fin. C. de collat. & hoc modo debent glo. & doct. intelligi, scilicet quòd communicetur lucrum perceptum ex pecunia patris, deducta æstimatione oneris, personæ, & operæ, quæ remanent præcipua apud filium. De hoc est glo. in verb. pro portionibus. l. illud. in prin. C. de collatio. Nec obstat d. l. si ita. §. fi. & l. per seruum. in fi. quas alleg. Spec. quia loquuntur in seruo qui
3 acquirit alteri etiam ex persona sua, & ex sua opera. ¶†Tertiò quæro, quid si filius ex pecunia patris fecit vsuras, an illas teneatur communicare? glo. in verbo ex eius substantia. in d. l. cùm oportet, dicit q; sic, sicut alia profectitia. Cy. ibi tenet contrarium. Tu dic, quòd aut filius facit vsuras sua spontanea voluntate, patre non mandante, & tunc nõ veniunt communicandæ: quia est turpe lucrum, & prohitum, vt ff. pro socio. l. quod autem ex furto. & famil. ercisc. l. cætera itaque. §. 1. & quia ex delicto patri per filium non quæritur. l. quòd si vnus, aliàs, quod seruum. ff. de acquirẽ. possessione. Aut fecit mandante patre, & communicare cogitur; quia tunc patri per filium quæritur dominium, & possessio, licet fuerit delictum. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi arma. & not. in d. l. per seruum, præallegata. Prætereà cum pater teneatur ad restitutionem, ergo alterius fratris interest habere: quia pro eius parte hæreditaria potest conueniri. Prætereà hoc videmus in socio, qui spontè communicat quæsita dolo, quia repetere nõ potest, nisi eo nomine fuerit cõdemnatus, d. l. quod autem ex furto. & sequen. Huius aut lucri illiciti patri fuit quęsitum dominium, & possessio, & sic alteri fratri communicanda, nec ille frater lucra potest sibi retinere, nisi eo nomine fuerit condemnatus.

¶Quartò

ADDITIONES.

a Th.D. ¶Iste tractatus. Adde q; Bar. composuit istum tract. & morte præuentus non compleuit. ideo D. Bal. compleuit ex dictis per ipsum, & alios doct. in l. si patruus C. commu. vtr. iud. & in l. filio. C. fam. ercisc. qui est impressus post istum tract. Bar. & sic perfecit istum tract. quamuis in impressionibus non sit perfectus totus tract. Bal. vt J. videbitur.

b Ber. Land. ¶Lucratur. Vide Roma. consi. 468.

c Th.D. Secundò quæro. Vide plenè de ista materia per Alex. in l. si hæres. in prin. ff. ad leg. Falcid.

BIU Cujas

a ¶Quartò quæro, [a] quid si dubitatur, vnde filius † quæsiue
4 rit? Glo.in d.l.cum oportet. ponit duas opiniones,nec be ne se firmat,sed in l.Quintus Mutius.in gl. vnica. in fi. de donatio.inter virum,& vxorem.remittit se ad nota. in d.l. cum oportet.& Doctor.Moder. inclinant in illam sententiam,vt ex præsumptionibus iudicetur esse profectitium, vel aduentitium,quod puto esse verum . Tamen ad huius declarationem distingue,cum quæritur,an ij,qui circa ali-
5 qua negotia † versantur,vt tutor,prælatus, vxor , [b] & simi
b les, si tales aliquid quæsierint,nec apparet vnde, quid debeat præsumi : dic aut si præsumeretur ex eius bonis quæsitū circa cuius bona quis versatur, resultaret præsumptio delicti,vel euitatur: aut nec inducitur,nec euitatur.Primo casu non est præsumendum esse ex eius bonis, circa cuius bona quis versatur.l.si defunctus.C.arbit.tutel.Secundo casu præsumitur esse ex bonis eius.l.Quintus.ff.de donationibus inter virum,& vxorem. & C.eodem,l.etiam.Tertio casu recurratur ad coniecturas.authen. licentiam.C.de epi sco.& cler.sumpta de corpore in auth.de eccle.tit.§. interdicimus.Nunc ad propositum in filia fœmina præsumptio est in dubio ex bonis patris quæsitum,causa euitandæ turpitudinis quæstus sicut in vxore,d.l.Quintus. In filio autē masculo cum habeat dominium quodammodo patre viuente, si habeat de bonis patris,non est delictum, quia ibi non est suspicio turpis quæstus , ideò recurritur ad coniec-
6 turas,sicut in prælato . ¶†Quintò quæro , [c] quid si vxor
c filij est mortua viuo viro,& patre,& ex forma statuti, vxore mortua sine liberis vir debet habere certam partē, vtrū istud luctum erit commune, an erit eius cuius fuit vxor ? Istam quæstionem ponit Dyn.in l.si cum dotem.§. trāsgrediamur.ff.sol.matr. & videtur tenere, quòd vxore mortua viuo patre,lucrum sit commune inter hæredes patris,per l.2.secundo respon.C.famil.erciscū. & ibi hoc tenet Dyn. pro quo est tex.& glo.in verb.confertur. in l.dotem. ff. de castren.pecul. Mihi autem considerandum videtur , quòd talia lucra fiunt propter onera matrimonij.& ideò aut pater sustinebat onera matrimonij,& sic vera opinio prædicta.Videtur enim profectitium ex re patris.Aut onera matrimonij sustinet ipse filius fortè de lucro suo , & tunc lucrum sit ipsius filij. Videtur enim ex re sua opera ipsius filij processisse,& sic est aduētitium;sed si pro parte sustinuit pater,pro parte filius;dictum lucrum dicatur profectitium & aduentitium pro rata oneris , quod sustineret , vt ff.de vsufruct.l.sed si quis.§.2.& §. quod si ex re. & ff. de stip.ser. l.si seruus communis Mæuij.§.fin.pro hoc facit regula iuris,secundum naturam.

7 **Secundò principaliter** † videndū est,quādo extraneus vni ex filijs donat,vel relinquit filiofa. patre viuente,vtrum istud debeat postea inter fratres communicare,vel esse eius præcipuum? gl.in l.sed & si quid.in prin. ff.de vsufru. & ibi doct. dicunt simpliciter considerandum cuius contemplatione sit datum,vt si contemplatione patris,sit profectitium,& sic sit commune,alias sit proprium ipsius filij.vt ff.de vulg.& pupil.substi.l.sed si plures.§.in arrogato.de vsufru.l.sed & si quid donetur.& ibi glo.in verb. nec distinguemus.& no.in d.l.cum oportet . quod est ve-
8 rum. ¶Sed quid † in dubio , si non apparet cuius contemplatione ? Respondeo, videtur in dubio contemplatione filij.l.fi.C.de vsufr.& in glo. In contrarium videtur, quòd in dubio sit relictum, vel donatum contemplatione pris , vt l.si filius.de condi.& demon.Dyn.in hoc distinguit.in l. si filiofamiliàs.ff.de do.cau.mor.Aut fit mentio patris , & præsumitur eius contemplatione,vt d.l.fi.& argu.C. de iur. delib.l.cum aliquis.Aut non fit mentio patris,& p̄sumitur contemplatione filij.d.l.fi. C. de vsufr. quæ distinctio non placet,per d.l.fi.de vsufr.vbi innuitur,quòd fuit facta mentio patris.Præterea adiectio patris fit magis ad demonstrationem quàm ad aliud,adeò quòd si in patre erretur , non vitiaretur legatum,vt ff.de hæred.instit.l.his verbis.§.fina. & ideo sic puto distinguendum. Aut fit mentio patris,& patriæ potestatis, aut patris. Primo casu. Aut dispositio confertur in tempus patriæ potestatis,& præsumitur contemplatione patris,vt d.l.filio.de condit. & demon. Aut confertur in tempus sui iuris,& præsumitur contemplatione filij.C.de inst.& subst.l.3.ff.ad Treb.l.vbi purè.in princ.& l. mulier.in prin.Secundo casu, quando fit mentio patris tā tùm: Aut est tale quid , qđ non potest acquiri nisi solùm patri,& præsumitur contemplatione pris ,arg. ff. de stipul., seruo.l.1.§.communis seruus,& l.item si seruus. 2.respon. & ff.pro soc.l.verum.ff.si socio.Aut pōt quæri tam pri,quā filio:& in dubio præsumitur contemplatione filij,d.l.fina. C.de vsufr.facit.ff.de sol.l.& magis. & l. si ita stipulatus . §. Chrysogonus,de verb.ob.vbi persona non subintelligitur extrinsecus,sed persona pris vr adiecta causa demōstrationis. ¶†Tertiò quæro,quia ista procedunt in proprietate , quid i vsufructu donato,vel legato filio? Aduertatis, qa de hoc est casus in l.fi.C.de vsufru.tn quia de intellectu illius legis dubitatur,nec bene à doctoribus declarata relinquitur,dr sic.Aut cum relinquitur vsusfructus filio, est incertum vtrum sibi possit aliquid acquiri,vel non.Nam si contingeret ipsum filium mori in vita pris,filius nil quereret: fructus.n.sunt patris,& eo viuo ipsum ius vsusfructus ad hæredes non transit. Sed si iste pater antè decederet, acquirerentur fructus filio integrè. Sicut ergo ex futuro euētu pendet,vtrùm filio aliquid acquiratur,vel non, ita ex futuro euentu pendet,cuius contemplatione videatur relictū, sm prædictam doctrinam.Cum ergo filius decedit viuo patre, præsumitur contemplatione patris, cum ipsi filio nil potuerit quæri.d.l.fi.C.de vsufru.Aut decedit primò pr , & præsumitur contemplatione filij,quasi sibi possit quæri.d. l.fin.in fi.Et sic ex prædicta distinctione approbatur, & determinatur casus illius legis. ¶Quartò quæro,pone,aliqd donatum fuit filio fam.pacto apposito, quòd illud habeat in castrensi peculio,vel quasi,an erit castrense , vel quasi ? Distingue.Aut donatur ei filio,qui nō est miles,vel quasi, quia non est aduocatus,nec habet aliquas dignitates,quæ ponuntur in l.fi.C.de inoffi.testam.& tunc non erit castrē se,vel quasi,sed aduentitium.Veritas.n.est inspicienda,nō verba à donante prolata,vt ff.de castren.pec.l.si fortè. Aut erat miles,vel aduocatus,vel huiusmodi,& tūc aut est certum,q̄ non donasset nisi occasione militiæ,& erit castrense,vel quasi.l.cum allegas.de castren.pecu.lib.12.& l. castrē se.ff.de castren.pecu.& sic etiam debet intelligi.l.diuus.eo. tit. Aut erat dubium,& tunc aut donantur res militiæ necessariæ,vt equus,& arma militi,& aduocato libri , & erit castrense,vel quasi à quocunq; concedatur. C. de castren. pecul.l.miles. in princ.& l. castrense. ff. eod. Aut sunt res ad militiam non necessariæ. & tunc aut donantur ab eo , qui in militia notus erat,& erit castrense peculium,etiam si non hoc dixit donans.d.l.si fortè.& ibi no.& C. eod. l. 1. licet autem appositio illorum verborum non valeat facere esse castrense,tamen fortè operabitur, quòd patri non quæreretur quantum ad vsumfructum, quod potest facere donans. C.de bon.quæ lib.auth. excipitur.& licet fortè vitietur expressum,tn non vitietur tacitū.l.1.ff.quib.mo. pig. vel hypo.sol.& qđ plenè no.p Cy.in illa q. de illo q ex pa-
10 cto aliquid reseruauit sibi.¶Quintò quæro † quid si filiusfam.faciebat mercantiam cum pecunia pr̄na, pp qđ habebat notitiam cum quodam dño,qui sibi donauit aliqd istorum,an illud cōicabitur inter fratres? Spe.in ti.de iudi.§.se quit.ver.quid si isti filio fuerit aliqd tenet qđ q̄ratur pri, si viuit,aliàs cōicetur inter fratres: qa qđ occasione rei meæ quærit,&c.l.cum quærit.§.1.de pecu.& de dona.l. qui mihi donatum.cum si.Pro hoc facit,licet ipse non alleget,qđ dixi.s.in 1.q.quòd illud qđ obuenit occasione militiæ cōnumeratur in castr.d.l.si fortè.& dē castrēsi pecu.l. 1. Mihi vr, qđ ipse minus bene intellexit,iō puto sic dicendum, Qñque extraneus donat filio contemplatione ipsius filij , & tunc non est dubium. Qñq; cōtemplatione ipsius pris , ita quòd

ADDITIONES.

a ¶Quartò quæro. Aduerte q officialis, seu thesaurarius qñ aliquid acquirit, an intelligatur acquirere de bonis suis,an de bonis eius cuius officium gerit,& Barto.reprehendendo glo.ibidem.in l.defensionis facultas.C.de iure fisci.lib.10. tenuit, qđ præsumatur acquirere de suis. Contrarium tamen allegatur in hoc tracta. de duobus fratrib.ver.quæro quid.Sol.potest accommodari secundum Bal.in c. 1. de controuer.inter dom.& vasal.in vsib.feud.quem alle.d.Alex.in addi.ad Bar.in d.l.defensionis facultas.in fi.scilicet,q prima opin.loquatur post redditionem rationis. Secūda verò opi. ante redditionem rōnis,sed Bar. propriè nō loquitur in thesaurario fisci in hoc tractatu: licèt possit comprehendi sub verbis suis generalibus . & ideò de directo non posset argui contrarius. Adde ad Bal.in l.si defunctus.C.arbit.tute.in l. quisquis.C.si cer.pe.& ad ea quæ addit.d.Alex.post Bar.de vxore,vidua,concubina, de filiofam.& de rectoribus in l.& si instrumenta.C.de fide instrum & iur. hab. fisc. lib.10.alleg.Innocen.in c.cum ex officijs. de test. Alber.in l. etiam.C. de donatio. inter vir.& vxo.Ang.consi.141. Vide plenè per dom.Bartho.Soc.in consi.142.in 2. vol.incip.materia præsens.

b Ber.Land. ¶Vxor.Vide Ang.consi.141.

c Tho.D.Quintò quærò. Vide Lud.Roma.in consi.406.& Barto.in l.dotem.ff. de castren.pecul.& ibi Alex.in addi.& ibi apost. meam.Et vide.Audr.Barb.in consi.37. in 2. vol.incip.scribitur Sap.& vide Bar.in l.si cum dotem.§. transgrediamur. in vlt. q.ff.sol.matr.& ibi Alex.& in l.1.§.nec castrense.ff.de collat.bon.& Bal.in l. certum. C.fam.ercis.& in auth.ex testamento.C.de collatio.

BIU Cujas

quod ipſe pater eſt proxima,& immediata cauſa ipſius donationis:volebat enim patri acquiri,& tunc acquiritur patri,d.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.& d.l. qui mihi donatum. Quandoque donat quis ratione mercantię,vel ſocietatis, volens ſocietati acquiri,& ſic cauſa proxima donationis eſt ſocietas,tunc acquiritur mercantiæ,ſeu ſocietati, & diuiditur ſicut alia lucra,vt dixi in 2.q.huius tractatus.Iſtam autem differentiam,vtrum gratia mercantiæ , ſeu ſocietatis. facit in ſimili tex.in l.actione.§.idem Labeo.ff.pro ſoc.

11 † Quandoque autem extraneus donat filiofamiliàs occaſione ſocietatis,vel mercantiæ,ita quòd ſocietas, vel mercãtia eſt cauſa remota,vt in q.proximè poſita,vt quia propter mercantiam acquiſiuit amicitiam cum aliquo domino,quam aliàs non habuiſſet , & tunc totum iſtud dicitur aduentitium, & ſic non communicabitur fratribus . vt ff. pro ſoc.l.ſocium qui in eo.§.fi.& ibi eſt caſus expreſſus,& vltima glo. ibi poſita.in verbo,donatum eſſet, probat hãc diſt.quod illa cauſa remota non conſideretur in damnum acquirentis,facit l.1.§.nunc videamus.de coniungen.cum eman.lib.tamen quantum ad commodum ipſius acquirẽtis bene conſideratur cauſa remota.d.l.ſi fortè.& l.1. C.de caſtr.pec.facilius enim operatur retẽtionem quàm acquiſitionem.exemplum,vt C.de vſur.l.per retentionem.& C. etiam ob chirogra.pec.l.1.Ex his enim apparet, quòd om-

12 nes leges dicentes inſpiciendum † eſſe cuius contemplatione detur,debent intelligi de cauſa proxima per d. l. ſo-

13 cium qui in eo §.fi.quod not.¶†Sextò quæro,quid,ſi filius familiàs,cuius pecunia eſt caſtrenſis , vel quaſi , lucratur , vtrum illud lucrum erit aduentitium , vel caſtrenſe , vel quaſi? Reſpond.aut illud lucrum eſt merè ex illa pecunia , vel ex alia re caſtrenſi,vel opera ſua,qui dat pecuniã mercatoribus,& erit ſimiliter caſtrenſe peculium,vel quaſi:argum.ff.de caſtr.pec.l.pater militis §.ſi ſeruus. Aut lucratur cum pecunia,& opera,& inquantum pecunia accedit operæ,erit aduentitium,per ea , quæ dicta ſunt.§.in 2.quæſtio.

14 ¶†Septimò quæro , quid ſi mater, vel aſcendens de linea materna inſtituerit filium,hoc addito, ne ad patrem per-

a ueniat vſusfructus,[a] vtrum ex legitima,quam ille habebat neceſſariò relinquere,pater habebit vſumfructum? Glo.in auth.vt liceat mat.& auiæ. in verſi.participium.dicit quòd non.tamẽ aliàs cum diſpoſitio valeat,quia per hoc filius non grauatur,imo eius condictio fit melior,arg.l.filijs matrem.C. de inof. teſt. Sed tex.tam in rubro quàm in nigro innuit expreſsè contrarium,quare ſic dicemus.Aut mater inſtituit filium ſub tali conditione , ne filius ſit hæres, & valet,& in legitima nec filius erit hæres , niſi pater renunciet iuri vſusfructus,vel eum emancipet,d.l.filijs matrem. & ita intelligo glo.Aut inſtitutio eſt pura,ſed per modum modi fiet adiectio,ne patri acquiratur vſusfructus,& tunc filio adeunte pater habebit in legitima vſumfructum , in qua teſtator non potuit aliquod grauamen imponere.Nõ enim poteſt facere , vt leges non habeant locum in ſuo teſtamento. ita intelligo tex. in d. auth. ¶Octauò quæro , quid ſi parer dilapidet bona filij ? Dic vt dixi in repetitio. l.ſi conſtante.ff.ſol. ma.

Tertiò principaliter eſt videndum , quando ipſe pa-

15 ter concedit filio. † Et primò quæro,quid ſi pater emit fi-

b lio libros , [b] an teneatur conferre? Glo. in verb.comprobatus, in l.quæ pater filio.ff.fami.erc.& C.famil.erc.l.filiæ. tangit,& ibi videtur tenere , quòd non, argu.illius legis . Roſſr. diſputauit contrarium ſecundum multas rationes quæ ſunt. C.de coll.auth.ex teſtamento,ſciliçet,quòd ſimplex donatio venit in collationem. Vber. de Bobio dicit, quòd de iure videtur dicendum , quòd non conferat cum fratribus.Nam ſi pater donaſſet filio multos equos,& multa arma, non conferret fratribus tanquàm caſtrenſia, vt ff. de colla.bon.l.1.§.nec caſtrenſe,eadem ratione ſi donat aduocato,erit quaſi caſtrenſe.vt C.de aduoc.diuer.iud.l. foritui.in glo.in verb.caſtrenſe,& non minus militat,&c. l.aduocati.eo.tit.Idem videtur tenere Dy. in d.§. nec caſtrenſe.idem tenet Cyn.C.de coll. l. filiæ . Mihi autem videtur ſic diſtinguẽdum,Aut pater emit ſolùm nomine filij , nec filio tradidit,nec aliquid expreſſit ſe donare filio , & tunc dictæ res ſunt propriæ patris,vt C.de caſtr.pecu.l.1.in prin. traditio enim requiritur,vt videatur donare.C. ſi quis alteri,vel ſibi.l.2. Aut emit nomine filij , & tradidit ſibi,vel ſe donare expreſſit illos libros,& tunc aut filius erat iam aduocatus,vel doctor,aut erat ſcholaris in ſtudio. Primò caſu erit quaſi caſtrenſe,arg. d. l. 1. ſecundo reſponſo. C. de caſtr. pec.& ff.eo.l.caſtrenſe.& ſ. dictum eſt,& ideo nec pater poterit reuocare iam data, nec fratrib.debent conferri, dicto.§.nec caſtrenſe.& C.fam.erc.l.ſi filiusfamiliàs.Secundò caſu,quando erat ſcholaris, tunc aut compleuit ſtudiu ſuum ante mortem patris,& tunc incipit quaſi militare , & efficiuntur quaſi caſtrenſis peculij,& cõfirmatur donat. C.d donat.l.ſiue emãcipatis. & ff.e.l.donationes.§.pẽ. Aut pẽ mortuus eſt antequàm per ſe ſtudium compleret , & quaſi militiam adipiſceretur,& tunc non poteſt dici quaſi caſtrenſe peculium,quia perſonæ conditio hoc non patitur,vt dictum eſt.in 1.q.in prin.licet enim reperias conceſſum aduocatis,& Doctoribus , vt poſſint habere quaſi caſtrenſe peculium,non tamen reperitur conceſſum Scholaribus,nec debent gaudere eodem priuilegio quo Magiſtri, vt C.de ſtudijs lib.vrb.Romæ.l.vnic.lib.11. facit quod not. C.de iuriſd.omn.iud.l.fin.& ideo tunc eſt diſtinguendum, ſicut in alia ſimplici donatione: aut erat emancipatus tẽpore donationis,libris non adeptis,aut poſteà fuit emancipatus,& confirmatur donatio.d.l.ſiue emancipatis.& d. §.pater:ita,quòd non poſſet eam reuocare,ſed tamen hoc eſſet conferendum fratribus , vt no.per Cy.in auth.ex teſtamento.C.de collatio.tamen hoc caſu ſpeciali fauore ſtudentium ceſſabit collatio,l.quæ pater.ff.fam.erc. Aut non fuit emancipatus,& tunc fuit confirmata morte , nec venit conferenda,l.filiæ.C.fami.erc. ſecundum opin. approbatam in auth.ex teſtamẽto.C.de colla.& iſtam diſtinctionem de filio addiſcente,& aduocato,facit Iac.de Beluiſ. in quadam ſua diſputatione,quam ponit.C.de inof.teſta. l. 1. in fi.in ſolu.contrarij.§.ornatricibus.in l.legatis,de legaſe

16 cundo.cogitabitis. ¶†Secundò quæro, quid ſi pater dedit filio pecuniam in ſtudio,vtrum ſibi imputetur à fratribus tempore diuiſionis? dices tu,quòd non.d.l. quæ pater.ff.famil.erciſcun.ſed puto illã.l.debere intelligi, quando apud patrem non erat aliquid,quod eſſet filij:ſed ſi apud patrem eſſet aiiquid caſtrenſe,vel quaſi , vel etiam aduentitium , puta bona materna conſiſtentia in peculio,tunc in dubio debet intelligi eſſe pecuniam ipſius filij, ſeu ſibi debitam , vt ff.de neg.geſt.l.Neſennius. Præterea pater eſt legitimus adminiſtrator,& ideo præſumitur in dubio facere adminiſtratorio nomine.l.cum pater.§.1.de adminiſt.tut. & l. poſt mortem.quando ex fac.tut.& ibi no.Nec obſt.C.de dot.promiſ.l.fi.quia illud in dote,& donatione propter nup.quod pertinebat ad officium paternum , propter quod poterat pater cogi.l.qui liberos.ff.de ritu nupt.ſed ad iſtas expẽſas non poterat cogi pater,& ideo in dubio præſumitur in bonis filij. ad hanc reſponſionem facit,quod no.in d.l.fin.qđ

17 tene menti. ¶Tertiò quæro,pater † incepit pro filio expẽdere in ſtudio,vtrum patre mortuo debeat ſtudium perfi-

c cere de communi, inuitis fratribus? [c] Et videtur,quòd ſic, quia munera cæpta debent perfici de communi , licet noua inchoari non poſſint. vt l.ſi filia.§.idem ſcribit.ff.famil. erc.& quod no.per glo.in verb.iniungentur.in l.& qui originem.§.fin.ff.de mu.& hono.l.1.§.ſed antè. de colla. bon. & ibi videtur tenere Dyn.& ad municip.l.Lucius.§. idem reſpondit.& ibi etiam per Dyn.facit, quòd hæres mandatarij ſocii,& tutor tenetur expedire negotia cæpta, vt ff.p ſoc.l.hæres ſocij.& C.de hær.tu.l.1.& de his,qui notan.infam.l.furti.§.1.Sed contrarium puto verum,ſalua reuerentia do.Dyn.nam factum patris erga filium initiatum eatenus obligat quatenus ꝺ neceſſitate erat adſtrictus,vel obligatus.hoc probatur.ff.de mune.& hon.l. & ſi filium.coniũcta.l.honores.§.ad decurionatum filij.ff.de decurionibus . Decurionatus eſt initium ad alias dignitates,vt d.§.ſi is q. & tamen ſi pater aſſentir decurionatui, ſucceſſores non tenentur de alijs muneribus poſt mortem . Ita in propoſito licet pater conſenſerit filio in initio ſtudij, tamen quia pater non tenebatur de neceſſitate proſequi , non tenentur hæredes patris. hoc probatur expreſsè in d.l.ſi filia nupta. §.idem ſcribit. nam eatenus hæres tenetur, quatenus iam pater erat obligatus.ſed hic pater non poterat cogi ad perſecutionem ſtudij , ergo &c. cum eiuſdem conditionis ſit hæres cuius defunctus,vt l.hæredem.ff.de reg.iur.Prętereà, aut

ADDITIONES.

a Vſusfructus. Vide Alex.de Imo.in l.filijs matrem.in addit.ad Bar.C.de inof.teſt.

b Ber.Land.Libros.Vide Bal.in conſi.214.j.lib.& ibi an fratres,mortuo patre, debeãt manuteneri in ſtudio.

c Tho.D.Inuitis fratrib. Bal.in tract.qui ſupponitur de duob. fratribus . ſimul habit. nu.19.tenent contrariam opinionem,quam iſte hic dixit in apoſtil.ad Dyn. in l.Lucius Titius.in verſi.vt de communi.ff.ad municip.& in addit. ad iſtum, in l.1.§. nec caſtrenſe.in fi.in verſi.nec tenebuntur hæredes.ff.de collat.bonor.& in addit.ad Bal. in l.filiæ cuius.num.12.in verſi.ad municip.ff.de collatio.

BIU Cujas

aut dices fratres teneri virtute obligationis in eos transfusæ,& hoc est falsum,vt s.dictum est: aut vigore cuiusdã donationis confirmatæ morte, quæ habet vim relicti. & hoc non potest, cum pro futuro tempore nulla facta sit traditio.l.Papinia.ff.de donationibus inter virum, & vxo-
18 rem. Fateor † tamen,quòd si aliquod debitum esset contractum occasione studij in vita patris, dum tamen honestè, & licitè,quòd fratres tenentur soluere de communi, per iura suprà allegata. est enim æs alienum patris.l.sed Iulianus.§.pen.& ibi not.in glo.in verb.solebat. ff. ad Mace.
19 & C.eod.tit.l.Macedoniani. Sed pro † solutione contrarij dic,quandoque pater aliquid pro filio incipit, vel filio incipienti consensit,ex quo,& propter quod ad totius actus consummationem,& pro toto tempore,pater erat obligatus,& tunc onus transit in hæredes.l. si filia nupta. §. idem scribit.ff.fami.erciſc.& d.l.hæres socij,cum sim. quandoq; consentit filio incipienti,seu incipit ipse aliquid,propter quod obligatur ad totum, & tunc eatenus transit obligatio in hæredes,quatenus ipse defunctus tenebatur. d.l.etsi filium. de muneribus, & honoribus., & hic est casus quæ-
20 stionis nostræ. ¶† Deinde quæro,pone q̃ pater filio acci-
a pienti vxorem fecit expensas in nuptijs, tempore diuisionis,frater vult,q̃ panni,& alia ornamenta veniant in diuisione,quid iuris? Circa primum de expensis in nuptijs dico,q̃ alter frater debet facere de suo proprio, non de communi,nisi pater aliter cauerit in testando.ff.de muneribus, & honoribus.l.3.§.fi.& ibi glo.in verb.iniungentur, tangit
21 istam quæstionem. Circa secundum † de vestibus, & alijs ornamentis vxoris fratris, vtrum veniant in diuisionem, & collationem? Doct.dicunt aut quærimus de vestibus nubilibus, & alijs necessarijs ad vsum quotidianum, & illæ non sunt conferendæ,sed sunt propriæ mulieris,& ab initio fuit donatio inter socerum,& nurum. l. ex annuo. in prin.ff.de don.inter virum,& vxo. & ad leg.Falcid.l.si vsus fructus.§.fin.cum sua glo.& de pecu.l. peculium nascitur. aut de vestibus,& alijs ornamentis pretiosis,& festiuis,& talia qualia sunt veniant in collationem: remanserunt enim soceri,vt l.mortis causa.§.fi.ff.de dona.inter virum,& vxorem,& de pecul.l.id vestimentum,vbi videtur probari d.distinctio.nec potest dici, q̃ morte soceri prædicta donatio fuerit confirmata: quia non fuerint res donatæ ad vsum traditæ.d.l.mortis causa. in fi. Præterea, posito q̃ fuerunt donatæ morte soceri,constante matrimonio, non confirmarentur.l.cum hic status.§.oratio non solùm.& §.seq. ff. de donationibus inter virum, & vxorem. Facit ad prædicta.l.fi.in prin.ff.solu.matrimo.& ibi consuetum est dici p
22 Docto. ¶† Deinde quæro,pater expendit in rebus filij de aduentitijs,in quibus habebat vsumfructum, nunquid fratres poterunt imputare hoc tempore diuisionis? Et videtur,q̃ sic.l.sed cum fructuarius.ff. de vsufruct. & quod dicitur de viro in l.vnica.§.sed nec ob impẽsas.de rei vxor. actio.Respond.sic.Aut fuerunt expensæ necessariæ, & illæ non possunt imputari: quia pater habebat necesse facere. l.1.C.de bon.mater.& l.cum non solùm. §. vbi autem. C. de bonis quæ libe.Aut loquimur de impensis vtilibus, & tunc si pater fecit,vel impedit animo repetendi,& hoc cõstat,hoc casu filio imputetur,argu.d.l.sed cum.de vsufruct. secundum iura hodierna,secundum quæ in aduentitijs inter patrem,& filium potest consistere ciuilis obligatio ẽt ex ipso contractu.d.l.cum non solùm.§.fi.& C. ad Trebel. l.iubemus. Aut dubitatur quo animo fecerit, & tunc aut impensæ sunt vsque ad fructuum quantitatem, & videtur pater ei donare: nec sibi imputabitur,vt eadem.l.cum nõ solùm.§.sinautem æs alienum.expendendo enim in re filij videtur apud eum dimittere. Aut excedunt fructuum quãtitatẽ,& non vī donare ei in dubio, sed habere animum repetendi: nisi in causa alimentorum, & simili expendisset. l.alimenta.C.de nego.gest.nisi modicitas impensæ faceret præsumi donationem,vt ff.de impẽsis.l.omnino.& de donatio. inter vir.& vxo. l. vtrum. aut facit impensas voluptuarias,& tũc in casibus in quibus vtiles non repetũtur, nec voluptuariæ,aliàs autem abrasio permitteretur sine lę sione prioris status.vt l.in fundo.de rei vendica.& d. §. sed nec ob impensas.Nec obstat,quod dicitur de fructuario, & de viro faciente necessarias impensas: quia vir habet dotem propter onera matrimonij, ideo non debet grauari alio onere impensarum, vsufructuarius simplex habet ex alia causa, vt quia ex contractu,vel quasi.pater vero habet ex dispositione legis,cum hac cõditione, q̃ sustineat one
23 ra. ¶† Deinde quæro,quid si pater dedit filio pecuniam, aut res,an ipsa veniant communicanda? Dic,aut dedit sibi vt habeat in peculio profectitio,& communicat.l.cæterę ff.fam.erciſ.& C.de collatio.l.si donatione.2.resp. Aut dedit animo donandi,& tunc aut præcesserunt merita filij,& sic donauit filio, vt extraneo propter merita. & hic sunt opin.glo.in verb.postulas.in d.l.si donatione.tenet, quòd ab initio talis donatio non valet: sed morte confirmaretur. alia glo.in auth. vnde si parens. C. de inoff.testamen. in verb. Falcidiæ. tenet, quòd statim valet, & filio quæritur,sicut alia aduentitia. Et hanc puto veriorem. quia hoc videtur filius suis laboribus quæsiuisse propter seruitia, q̃ patri fecit quasi extraneo cuicunque fecisset, illud habuisset,& sic est aduentitium.l.cum oporret.circa princ. C. de bon.quæ lib.& hoc tenebat Iac.But.Aut donauit sibi ut filio,non propter merita præcedentia, & tunc est simplex donatio,quæ vtrum veniat conferenda,dic vt in authẽ. ex testamento.C.de colla.aut dubitatur quo animo dederit, & tunc aut pater emit nomine filij, & sic sibi tradidit, & his duobus casibus præsumitur animo donandi, vt l. filiæ. ff.famil.erciſc.& l.2.si quis alte.vel sibi.dixi.s.in 3.q.princ. & si præcesserint merita,præsumitur vt extraneo, aliàs vt filio,vt no.in d.l.si donatione. Aut tradidit tantùm, non autem suo nomine emit,& in dubio videtur dare, ut habeat in peculio, vt l.quòd fructuarius. in princ.ff.de acqui. rerum dom. nisi alia essent indicia ex quibus esset aliter præsumendum, vt quia tradidit filio eunti in castra. l.1.in 2.respon.C.de castren.pecu.lib.12.Aut nomine filij tãtùm emit,& non tradit,& idem, quia non videtur donare, sed in peculium profectitium concedere.l.fi.ff. de pecu. lega.
24 ¶† Denique quæro, b quid si pater fecit filium stipulari
b ab aliquo debitore suo, an pater videatur facere hoc animo donandi,vel videatur vti solùm ministerio filij? & qđ non videatur donare,facit.l.si pater.in princip.ff.de donationib. In contrarium facit.d.l.fi.ff.de peculio legato.& C. de castrensi peculio.l.1.Sol.Aut pater nomine filij stipulatur,vel emit, & loquitur.d.l.fi.de pecu. leg. quia tunc nullus actus traditionis interuenit in filio.argu.l.Papinianus. de donat.inter virum, & vxo. Aut pater fecit ipsum filium stipulari,vel emere,& tunc dicit Oldr. q̃ inspiciendus est numerus liberorum,& quantitas patrimonij patris,& quãtitas quam filius stipulatus est,vel alius nomine suo contraxit,vtrum sit parua,vel magna, vt sic, his inspectis, videatur donare velle, vel non, arg.ff.de leg.3.l.filio. de fundo instructo.l.quæsitum.§.sed & ipse Papinianus. & de dona.inter virum,& vxorem.l.vtrum.& Iac.de Aret. in d.l. si pater.de dona.&c.

ADDITIONES.

a Ber.Land. Nuptijs. Vide Roma.consi.172.

b Tho.D. ¶Deinde quæro. Vide Bar.in l.fi.ff.de pecu.lega.& ibi Alex.in addit. qui ponit plura ad materiam.

Explicit Tractatus de duobus fratribus inuicem habitantib. expositus per Dominum Barto.

a TRACTATVS D.BAL. a

DE PERVSIO.

De duobus fratribus simul habitantibus.

ADDITIO.

a Tho.D. ¶Tractatus d.Bal. Vide quæ scripsi. s.in tract.de duob.fratribus, & istud principium, videlicet, Et primò quæritur. Pater emit libros, vsque ad §.Primò quæro, quid si filius. non fuit impressum. sed modò imprimitur, & istum tractatum perfectum inueni, in 13. vo.consilior. in studio excel.Doct Iac. de monte Sperello,de Perusio.

ET primò quæritur, Pr̃ emit libros filio studenti,deinde decedit pluribus relictis filijs. Quæritur,an hic filius debeat habere illos libros præcipuos, an debeat conferre fratribus? Gl.in ver. res comparauit,in l.filiæ.C.fam.erciſc.dicit,quòd debet habere præcipuos. Et hoc videtur probare duabus rationib. Prima,quia omni modo pro filio videtur hoc tacitè velle, & quasi vltimum iudicium conferre in eum,d.l.filiæ. Secũdò,quòd hoc videtur operari fauor studiorum.ff.fam.erci. l.quæ pr̃.Tertiò,vr̃ hoc operari ratio: quia ob cãm studiorum pater emit, & illa causa non sit finita:ergo cohæredes ab eo non possunt amouere,seu auocare libros.ff.fam. erciscun.l,si filia nupta.§.si filiusfamilias. Quartò, quia pr̃ habet

BIU Cujas

habet neceſſe emere libros pro filio, ex quo eum miſit ad ſcholas, vt not. C. ad Macedon. l. Macedoniani. Quintò, quia ſicut arma quæ dantur militi, ſunt præcipua eius. C. famil. erciſcun. l. ſi filius. ſic & libri qui dantur ſtudenti. In contrarium videtur, ꝙ ij libri empti ſint patris, ſicut reliqua empta per patrem, ergo pertinent ad omnes hæredes pro hæreditaria portione, ff. famil. erciſcun. l. cæteræ. Præterea, debet filius legitimam, & partem ſuam computare, ſicut computat militiam ſibi emptam à patre. C. de inoffic. teſta. l. omnimodo. §. fin. poſito, ꝙ iſta eſſet donatio, non eſt donatio ſimpliciter, ſed ob cauſam affectione meritã, aliàs, meritorum. Et ideo imputatur in partem huius filij ſicut donatio propter nuptias. C. de inoffic. teſta. l. quoniã nouella. Non obſtat. l. ex parte. §. filius. ff. famil. herciſc. quia intelligitur in ſumptibus ſtudio conſumptis, vt eſt victus, & veſtitus: ſecus in libris, qui extant, cum quales ſunt, tales debent ſibi imputari, vel conferre ſecundum Gul. primam opin. tenet Dy. ff. de collatio. bono. l. 1. §. nec caſtrenſe. de hoc not. Cy. C. de colla. l. pactum, quod dotali. verſi. ſed nunquid tenet. ſed Bar. dicit, aut pater ſolùm emit nomine filij, nec tradidit, nec expreſſit ſe donare filio, & tunc dicti libri ſunt proprij patris, vt l. 1. C. de caſtrẽ. pecu. lib. 12. requiritur enim traditio, vt videatur donare. C. ſi quis alteri, vel ſibi. l. 2. Aut emit nomine filij, & tradidit ſibi, vel ſe donare expreſſit, & tũc aut filius aduocatus eſt, vel doctor, aut ſcholaris. primo caſu, dicitur quaſi caſtrẽ. quia doctor, vel aduocatus dicitur militare. C. de aduoca. diuer. iudic. l. fori, & l. aduocati. ideò non conferunt, vt d. §. nec caſtrenſe. C. famil. erciſc. l. ſi filius. Secũdo caſu, aut compleuit ſtudium in vita patris, & ſic incipit quaſi militare, & efficitur quaſi caſtrenſe, & confirmatur illa donatio. ff. de donatio. l. donatio. §. patri. C. de donatio. l. ſiue emancipatis. Aut pater deceſſit antequàm filius ſtudium compleret, & militiã adimpleret, & tunc non poteſt dici quaſi caſtrenſe: quia conditio perſonæ non patitur: quia non reperitur in iure, ꝙ ſcholaris dicatur militare, ſed tantũ magiſtri. C. de fund. limi. l. 2. lib. 11. facit quod no. C. de iuriſd. omn. iud. l. fi. & iõ tunc debet diſtingui, ſicut fit in alia ſimplici donatione: quia aut erat emancipatus, aut poſteà emancipauit, libris non ademptis, & non debet conferre: quia confirmata eſt donatio: & pater non poteſt reuocare, d. l. ſiue emancipatis. & §. ſi pater. etiam niſi alia ſimplex donatio eſſet conferenda, quod no. Cy. C. de collatio. auth. ex teſtamento. hoc caſu tamen fauore ſtudij ceſſabit collatio. d. l. quæ pater. Aut non fuit emancipatus, & tũc ſi talis donatio fuit morte confirmata, non debet conferri, vt hic: ſi ſimpliciter reuocatur, tunc debet conferri, ſecundùm Bar. ſed Old. dicit ꝙ in dubio pater videtur donare. An autem ad vſum tantùm ſit donatum, debemus recurrere ad coniecturas, quæ poſſunt percipi pro numero liberorum, & facultatum patris, argu. de leg. 3. l. ſi filiæ. vbi per Oldr. & de fund. inſtruct. l. quæſitum. §. Papinianus. de dona. inter virum, & vxorem. l. vtrum negotium. Aut conſtat de donatione, & tunc ſi filius erat emãcipatus, ſtatim valet donatio: aut poſteà emãcipatur, & confirmatur emãcipatio: & tunc aut eſt doctor, vel aduocatus viuo patre, & confirmatur quaſi tranſeat in ſpeciem quaſi caſtrenſis peculij: aut pater primò decedit q̃ hoc contingat, & confirmatur donatio morte patris, niſi fuerit reuocata d. l. fi. & omnib. iſtis caſibus iſte ſtudens habet libros præcipuos fauore ſtudiorum. Sed ſi nõ conſtat de donatione, licet conſtet de receptione, & aſſignatione, vr̃ tunc eſſe recurrendum ad diſtinctionẽ Oldr. & ſm eũ vr̃ limitanda d. l. filiæ. Nam in parua expenſa præſumitur donatio, ſed in magna quæ fortè maiorem partem patrimonij eximit: quia fortè habet multos alios filios, non præſumitur donatio. & hęc opinio vr̃ mihi multum ęqua. ¶ Secundò quæro, pr̃ miſit filium ad ſtudium, & deceſſit, an debeat filius perficere ſtudium communibus ſumptibus, an proprijs? Et vr̃ ꝙ communibus: quia munera cæpta debẽt perfici de communib. licet noua non poſſint inchoari. ff. fami. erciſ. l. ſi filia. §. idem ſcribit. & no. gl. de munerib. & honorib. l. & qui originem. §. fi. de collatio. bon. l. 1. §. ſed an ij. Et ibi vr̃ hoc tenere Dy. & ad municipalẽ. l. Lucius Titius. §. idem rñdit. & ibi per dñm Franciſcum: quia hæres mandatarij, tutoris, & ſocij tenentur expedire negotia cæpta. ff. pro ſocio. l. hæres ſocij. & de neg. geſt. l. nam, & ſocius. §. ſi viuo. Contrarium determinat Bar. & reprehendit Dy. Nã factum patris erga filium inceptum, eatenus obligat pr̃is hr̃dem, quatenus ipſe pr̃ erat de neceſſitate obligatus, probatur. ff. de munerib. & honorib. l. filium. coniuncta. l. honores. §. is qui. de decurio. hoc modo decurionatus eſt principium ad alios honores, ſiue dignitates. d. §. his qui. & tunc ſi pr̃ conſenſit decurionatui, ſucceſſores non tenentur de alijs munerib. poſt mortem: ſic in propoſito licet pr̃ conſentiat in principio ſtudij, tñ poſteà non tenebatur neceſſariò proſequi, ergo nec eius hæredes. Præterea, hoc probatur expreſsè in d. l. ſi filia. §. idem ſcribit. Nam eatenus hęres tenetur, quatenus pr̃ erat obligatus, ſed hic pr̃ non poterat cogi ad proſequẽdum ſtudium: ergo nec eius hęres, cum eadem conditione ſit hæres, cuius erat defunctus. vt ff. de reg. iur. l. hæredem. Præterea aut dices fratres teneri vigore obligationis in eos transfuſæ, & hoc eſt falſum, vt dictum eſt ſuprà, aut vigore cuiuſdam quaſi donationis, conſiderato ꝙ habet vim relicti. Et hoc non põt eſſe, cùm ꝓ futuro tempore nulla ſit perfecta traditio, vt ff. de donatio. inter virum, & vxorem. l. Papinianus, fatetur tñ do. Bart. ꝙ ſi debitum occaſione ſtudij eſſet factum in vita pr̃is, dum tñ eſſet honeſtum, & licitum, ꝙ fratres tenentur ſoluere, per iura ſuperius allegata. & ſic intelligitur. ff. ad Macedonianum. l. ſed & Iulianus. §. quod dr̃. & d. l. Macedoniani. & diſtinguendo, ſic concludit. Aliqñ pater aliquid incipit ꝓ filio, ſeu filio incipiente conſentit, ꝓꝓ quod obligetur ad conſumandum totum actum, & tunc tale onus tranſit ad hæredem. l. hæres ſocij. §. idem ſcribit. ff. pro ſoc. præallegata. Aliqñ conſentit filio incipiente, ſeu ipſe incipit aliqd, propter quod non obligatur ad totũ, & tunc eatenus tranſit obligatio ad hæredem, quatenus ipſe defunctus tenebatur, vt d. l. ſi filius. & iſte eſt caſus quæſtionis noſtræ ſecundum Bar. in ſuo tracta. quod no. Concludo, ergo ꝙ ſi vult perficere ſtudium, expendat de parte ſua, non de parte fratrum: quia ex operis initio non eſt contracta obligatio ꝓ toto tempore, ſecundum eum. Quod ego concedo, ſcilicet ꝙ non ſit contracta obligatio pro toto tempore, & hoc dicit Dy. ſed hoc verum officio iudicis contineri: quia medium, & finem habet quodammodo probabilẽ, & quodammodo neceſſariam cõſequentiam ad principium. Vñ ſicut ipſe pater cogitur alere filium in ſtudio, & emere ſibi libros, ex quo miſit eum ad ſtudium, vt no. in d. l. Macedoniani. Ita vr̃, ꝙ neceſſitas poſt mortem patris tranſmittitur ad hæredes. Non dico, ꝙ hæredes patris tenentur donare libros: quia nec pater tenebat̃, ſed ꝙ pater tenebatur emere, & ſibi mitti ad ſtudium, & aſſignare ad vſum facti, retẽta ſibi proprietate librorum pro hæreditaria parte: & hoc ſi ſtudens eſt ita pauper, ꝙ de ſua parte non poteſt habere ſumptus ſtudij, ſi enim ex propriis redditibus haberet vñ ſtuderet, fratres etiam indiuiſam ſubſtantiam poſſidentes nihil tenentur conferre de proprio. arg. ff. de petit. hæred. l. fi. Finaliter tñ puto, ꝙ opinio Bar. ſit verior de iure, q̃ opinio Dy. quia nec tps ſtudij, nec eius ſumptus limitatur neceſſarium, & certum à iure, & ideò non poſſumus eam mereri in vita pr̃is. Et licet opinio Dy. eſſet neceſſaria in ſumptibus ſtudij, tñ ſi iſte, peracto ſtudio, intendit doctorari: quia eſt nouus actus, & de neceſſitate ſtudij non infertur: iſte qui vult doctorari tanq̃ aggrediens nouum actum debet doctorari proprijs ſumptibus, arg. ff. de legat. 3. l. legatis ſeruis. §. ſi ex officio. ¶ Tertiò quæro, ſi pater fecit ſumptus in nuptijs pro filio capiente vxorem, & mortuo patre alter frater vult, ꝙ pecunia expenſa, & alia ornamenta veniãt in diuiſionem, vel ꝙ frater pro quo iſti ſumptus ſunt facti, imputet in propriam partem, quæritur quid iuris? Reſpon. quòd licet pr̃ expenderat in nuptijs filij, quatenus iſta expenſa conſumpta eſt, non debet filio imputari: & ſi alter frater vellet dicere, ego volo ducere vxorem, & tantundem expendere de communi, non auditur: quia pr̃ non expendit de cõi pr̃imonio liberorum, ſed de ſuo proprio, in quo filij nondum habebant aliquod ius. & hoc eſt verum, niſi pr̃ aliter cauerit in teſtamento. ff. de munerib. & honoribus. l. 3. §. fi. Sed circa veſtes, & alia ornamenta vxoris, an veniant, dic, aut loquimur de veſtibus quotidianis, & neceſſarijs ad vſum quotidianum, & non ſunt conferendæ, & ſunt propriæ mulieris, & à principio tenuit donatio inter ſocerum, & nurum, vt ff. de donat. inter virum, & vxorem. l. ex annuo. & ff. ad leg. Falcid. l. dos legata. in fi. cum ſua glo. Aut loquimur de veſtibus, & alijs ornamentis pretioſis, & feſtiuis, & illa qualia nunc ſunt, ſunt conferenda, nã remanſerunt. ff. de donationib. inter virum, & vxorẽ. l. mortis ſuæ cauſa. §. fin. & probatur hæc diſtinctio. ff. de pecu. l. id veſtimentum. Nec poteſt dici, ꝙ donatio morte ſoceri ſit confirmata: quia non fuerunt res donatæ, ſed ad vſum traditæ, vt d. l. mortis ſuæ cauſa. in fi. Præterea poſito, qd̃ fuiſſet donatio, non confirmatur morte ſoceri, conſtante matrimonio inter virum, & vxorem, ſiue filium. ff. de donationib.

tionibus inter virum,& vxorem.l.cum hic ſtatus. §. ratio. & §.ſeq.facit ad prædicta.ff.ſol.matrimo.l.penu. ſecundum Bart.& ff.commoda.l.ſi vt certo.§. interdum. plenè dixi in d.l.pen.§.1. ¶Quartò quæro, pater expendit in rebus adue titijs filij,modo filius tpe diuiſionis habet res præcipuas, quæritur,quid iuris de ſumptibus,an fratres poſſint eas ei imputare tempore diuiſionis? Rñdeo ſin Barto.an fuerunt ſumptus neceſſarij, quos pater habebat neceſſe facere, & tunc pater non poteſt repetere, nec hæredes eius pñt imputare.C.de bonis mater.l.1.& C.de bonis quæ lib. l.fin.§. vbi autem. Aut non erant neceſſe patri, ſed permiſſa, vt quia in re filij plantauit vineam,vel domum ędificauit,vel fecit alios ſumptus, & tunc aut ad perpetuam vtilitatem, & habetur ratio huius ſumptus: quia ratione aduentitiorum inter patrem,& filium poteſt conſiſtere ciuilis obligatio,etiam ex quaſi ꝯctu,vt d.l.fi.& C.ad Trebellianum.l. iubemus.Et hoc ſi pater fecit illud animo repetendi:ſecus ſi non animo repetendi,nolens filium ſibi obligare,arg.ff. de condic.indeb.l.ſi in area.& ff.communi diuidundo. l. in hoc iudicium.circa medium. Sed ſi dubitatur quo animo fecit,tunc dicit ipſe, ꝙ paruos ſumptus dicitur facere animo donandi,arg.ff.de donationib.inter virum,& vxorem. l.ſi ſeruus communis. Sed in magnis, aut ſunt in quantitate fructuum,& tunc videtur ei donare.arg.d.l.fi. §. ſi autem æs alienum. Nam expendere in re filij, videtur apud eum dimittere. Aut ſunt vltra fructuum quantitatem, & nō vī donare,& in dubio vī habere animū repetendi, niſi in cauſa alimentorum,vel ſimili expendiſſet.C.de nego.geſt.l.alimenta.Sed ſi non ſunt ad perpetuam vtilitatem,ſed ad fructuum vtilitatem,hic nulla patri,vel hæredi eius competit repetitio: quia onera pertinent ad eum. & idem in eo, qđ expendit pro datijs,& collectis,cum habet vſumfructum, ff.de vſufruct.l.ſi pendentes.§.ſi quid.& ff.de impenſis.l.neque ſtipendium.¶Quintò quæro,quid ſi pater fecit filium ſtipulari ab aliquo ſuo debitore, an videtur hoc facere animo donandi,an videtur vti filij miniſterio? & quòd videatur donare,facit.ff.de donationibus.l.ſi pater. in princ. & l. certi condictio.ff.de rebus credit.In contrarium facit.ff.de pecul.l.fi.& C.de caſtrenſi pecul.l.1.lib.12.Solu.Oldr.& Bar. inſpici debet numerus liberorum,& quantitas patrimonij patris,& quantitas quam filius ſtipulatus eſt,vel aliàs contraxit: quia aut eſt parua,vel magna,& his inſpectis vī donare,vel non.arg.ff.de leg.3.l.ſi filiæ.cum ſimilib.Et idem tenet lac.de Are.in d.l.ſi pater.Non obſtat.l.fin.de pecul.vel quia ibi nullus interuenit actus filij, vel traditionis in filium: ſed hic interuenit obligatio à filio ꝯcta, quæ in iuribus pro quaſi traditione habetur,vt not.C.de dote cau.nō nu.l.2. Sed ego puto vt videatur adhibitus filius, vt miniſter,ſi eſt filius in poteſtate.Sed ſi eſt emancipatus: quia p eum non quæritur patri,vī adhibitus vt commodum ſentiat,& ſicut donatarius,vt d.l.auia.§.fi.& arg.ff. de donationib.inter vir.& vxo.l.mulier. Sed in dote fauore dotis ne remaneat mulier indotata,nunquam filius præſumitur adhibitus ad ſtipulandum,vt donatarius.ff.ſol.mat.l.quæ dotis.ſed qñ mandatum ſtipulationem præcedit: quia mandatum eſt procuratoris: & in dubio eſt ſimplex procurator, non in rem ſuam, nec præſumitur donatio. ff. mandati.l. idemq;.§.ſi tibi. & facit,qđ no.C.de don. inter vir. & vxo. l.ſi filij tui.& per Cy.C.de iur.dot.l.2.& de leg.3.l.cum quis decedens.§.nuptura.per Dyn.

ADDITIO.

2 ¶Vſque huc do.Bal.recapilogauit aliquas quæſtiones tractatas per do. Bar.in ſuperiori tractatu,hic verò idem Bal.incipit quærere.

1 *Filius impendens circa perſonam patris,eo viuo non petit à cohærede iudicio fam.erciſc. An actione neg.geſt.& num.2.*

Filius qui viuo patre res ipſius patris conſumpſit, ſurripuit, & dilapidauit: an patre mortuo tantò minus accipere debeat,& id quod conſumpſit in ſuam partem computare, ſi inſtituti ſunt filij hæredes,& nu.34.

3 *Pater ſi ſe obligauit pro filio: an totum ſolui debeat de parte filij.*

4 *Pater ſi dilapidauit,& conſumpſit bona aduentitia filij, an filius à fratribus emendationem recipiat.*

In aduentitijs inter patrem,& filium cadit efficax obligatio.

5 *Legatum ſi fit à matre,quæ prohibuit patri quæri vſumfructum, an valeat,& ſuprà in tract.Bar.nu.14.*

6 *Fratrum ſi vnus cum pecunia communi facit mercantiam,& lucretur,quando tale lucrum debeat alijs communicare, & quid de damno.nu.8.& 32.*

7 *Tutor negotians cum pecunia communi pupilli, quando teneatur lucrum cōmunicare pupillo,& videatur nomine proprio,vel communi gerere,& quid de damno.nu.8.*

9 *Fratrum duorum ſimul habitantium,ſi vnus poſt mortem patris facit debitum,non ſoluitur de communi,niſi ratione communis vtilitatis ſit contractum.*

10 *Dos recepta per alterum fratrum non reſtituitur de cōmuni,niſi probetur verſa in communi.*

11 *Condemnatio ſoluta per alterum fratrum non ſoluitur de communi. num.3.*

12 *Frater debet militare ſuis ſumptibus,non de communi.*

13 *Frater maritat filiam de proprio,non de communi.*

14 *Fratres ſi ſtant ſimul,& vnus eorum lucratur, & neſcit ir vnde veniat,præſumitur de iure communi lucrari,& communic itur.*

15 *Fratres ſi ſunt ſocij omnium bonorum, lucra & damna communicari debent.*

16 *Si vnus ex duobus fratribus ſocijs omnium bonorum emit gabellam, & promittit pœnam: alter qui non emit contrauenit, neuter ipſorum incidit in pœnam.*

17 *Fratres duo ſimul ſtantes,an videantur contrahere ſocietatem, & quam.*

18 *Tutor authorans pupillo in his, quæ fiunt per actum verbi debet loqui,ſecus in his qua procedunt per actum fieri.*

19 *Fructus ex cultura prouenientes cultiuata per fratres,quorum vnus habeat duos filios,debent per capita diuidi,& infrà,nu.35.*

20 *Si ex duobur fratribus,vnus eſt dues,qui poſuit pecuniam in ſocietate,alter pauper,qui poſuit operam,& totum perijt, pauper tenetur ad dimidiam pecuniæ.*

21 *Fratres ſimul habitantes ſi non negotiantur,non præſumitur ſocij.*

22 *Fratres ſi ſimul habitant,vel patruus,& nepotes, & vnus negotiatur,alter non,quando præſumantur ſocij. latè ſuprà nu.6.& 7.*

23 *Fratres præſumuntur ſocij quando ſimul habitant, & ſimul negotiantur.*

24 *Damnum contingens in perſona vnius ex fratribus caſu fortuito, an ſit commune.*

25 *Fratres ſeorſum habitantes,ſi ſimul negotiantur,præſumuntur ſocij.*

26 *Fratres ſeorſum habitantes,& viuo patre negotiantur, & lucrum communicant,an præſumantur ſocij.*

27 *Lucrum proueniens alteri fratri,vel ex ſucceſſione, vel propter ſtatutum,quòd non communicatur.*

28 *Alter ex fratribus ſi ſunt ſocij,poteſt capi pro debito alterius, ſi eſt contractum nomine ſocietatis.*

29 *Sumptus facti per alterum ex fratribus tam in eius perſona, quàm filij,vel filiæ,ſi ſunt ſocij omnium bonorum,fiunt de communi.*

30 *Condemnatio iniuſtè facta debet de communi ſolui,ſi ſunt ſocij generales; ſecus ſi eſt facta licitè: quia de proprio condemnati.ſuprà,nume.11.*

31 *Si pater fecit ſumptus pro vxore alterius ex filijs, vel ſoluit condemnationem pro filio,an imputetur in eius partem.*

33 *Veſtimenta,annuli,& perlæ quæ fecit pater nurui,imputantur in partem filij pro eo, quod nunc valent, non pro eo, quòd fuerunt emptæ.*

36 *Filius expendens lucrum vndecunque proueniens in paterna familia, id non repetit.*

37 *Fratres præſumitur amicabilior fratri, cum quo habitat,quàm fratri,cum quo non habitat.*

1 Primò quæro, † Quid ſi filius impendit circa perſonam patris eo viuo, an à cohærede recuperet? Reſp.quòd id, quod eo viuo geſtum eſt,non venit in iudicio familię erciſcun.l. & puto.§. ſed & ſi.& l.qui hæres.§. pen.ff.famil.erciſc. Sed an poſſit recuperare per actionem negotiorum geſt. dixi,de neg. geſt.

2 l.ſi filius pro patre .Sed quid,ſi filius † nō geſſit negotia patris,ſed viuo patre res patris dilapidauit,& conſumpſit,& ſurripuit,& luſit,& poſteà deceſſit pater omnibus filijs hæredibus inſtitutis æqualiter: fratres dicunt quòd tantò minus accipiat,& ſuam partem computet,an poſſunt ad hoc eum cogere? Videtur quòd non: quia damnum datum in vita patris non venit in iudicium familiæ erciſc.d.l. & puto.§.ſed & ſi.Item pater videtur ei remittere ex cōiunctione perſonarum. vt ff.de probationibus. l. Procula. Et ideo vī,quòd licet pater nil dixerit in teſtamento,qđ fratres nō poſſiunt aliquid petere.d.l.omnimodo. C.de inoffi.teſta. in fi.l. ¶In contrarium vī.ff.de pact.l. tres fratres.Sed dic ſecū dum Guliel.aut filius iſte erat emancipatus, & tunc ſiue conſideretur crimen,ſiue pœna,ſiue obligatio, ſiue conſtitutio,omnia iſta ſtatim ſunt nata,vt ff.de furt.l.ſi quis vxori §.j.ideo cum actio fuerit quæſita patri,ipſo moriente trā ſiuit ad hæredem.ff.de priua.delic.l.1. & ideo ad quemlibet pro hereditaria portione eſt quæſita.C.de hęreditari.actio. l.ſi adulta.Sed ſi ille filius erat in poteſtate,tunc actio non

erat

BIU Cujas

erat nata,ſed obligatio naturalis.l.ſerui,& filij. ff.de furt.& dicit ipſe Guliel.quòd cum non fuerat actio nata,ſed tantùm pater naturaliter obligatur,quòd hæredibus non ſubuenitur iure actionis, ſed ope exceptionis compenſationis,ſi fortè alij percepiſſent fructus vltrà quàm deberent: & ideo ſi agant condictione indebiti, poterunt opponere compenſationem.ff.de condictione indebiti.l. frater à fratre.in prin.ff.de compenſatio.l.id qđ natura.& ff. de nego. geſt.l.3.§.pupillus.Et intelligo,qđ veniat in compenſationem ſolum ſimplum,non duplum,vel quadruplum,ſecũdum Guliel.arg.ff.pro ſocio l.ſi id,qđ.ff. familiæ erciſcun.l. damno commiſſo. Non obſtat.d. l.tres fratres. quia ibi factum fuit furtum poſt mortem patris,vt C. familiæ erciſc.
3 l.aduerſus.de quo per Guliel.in l.certi iuris.eo. tit. ¶†Sed, quid ſi pater ſe obligauit pro filio, an totum ſolui debeat de parte filij? Reſpondeo,non, ſed omnes debent ſuſtinere,d.l.ſi filius.§. idem ſcribit.& §.Neratius.& ff.de muneribus,& honoribus.l.3.§.fi.ſecundum Guliel.in d.l.certi. hoc verum ſi pater ſuſcepit in ſe obligationem filij,ductus pietate paterna.C.de poſtli.reuer.l.ſi liberum captum. Sed ſi ex neceſſitate dictante ſtatuto pater fuit captus pro filio, dic vt no.C.de decu.ſuper rub.lib.10.tunc non præſumitur patris liberalitas erga filium, ſed præſumitur quædam neceſſaria geſtio negotiorum,arg.d.l.nam & Seruius.in prin. ff.de neg.geſt.Nam in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. ff.de adim.leg.l.rem legatam. Ex iſta ergo geſtione eſt naturalis obligatio inter patrem,& filium,quæ tranſit ad hæredes.Et facit ad prædicta.ff.de lib.cau.l.igitur.in ſui ratione. & quod no. Doctores de eo,qui cogitur ſoluere condemnationem alterius,vt l.2.§.fi.ff.de verb.obliga.& quidã
4 ponunt,in l.4.§.Cato.eod.tit. ¶†Sed quid ſi filius habeat bona aduẽtitia,& pr̃ ea dilapidat,& ea conſumat, & filius vult ea emendari à fratribus an poſſit? Et videtur,ꝙ nõ: qa non cadit inter patrem,& filium etiam ex iuſta cauſa naturalis obligatio:& ideo lex ſtatuit,quòd tali patri auferatur adminiſtratio,non autem imponatur cautio.l. Imperator.ff.ad Treb.& arg.C.de ſenten.paſ.l.fi.In contrarium vr̃, nam inter patrem,& filium cadit efficax obligatio ex cauſa aduentitia,iuxta no.ff.de fideiuſ.l.ſi quis pro eo.§.1. Hic ergo naturalis obligatio tranſit ad hæredem patris ſaltem in ſimplum. Si autem pater non habet vſumfructum;quia ille qui legauerat prohibuerat vſumfructum quæri patri. C.de bon.quæ libe.auth.excipitur.& tunc,quia pater deliquit præcisè in re aliena,tenetur vt quilibet,extraneus, & ſic tenetur filio emancipato,vt dixi.C.de dol. ſi ſuperſtite. Sed ſi pater habet vſumfructum rei, tunc debet diſtingui modus dilapidationis,qui aut concernit ſolos reditus,aut rei perpetuam deteriorationem, vel intolerabilem etiam læſionem. Primo caſu,non tenetur pater:quia de eo,quod committit circa redditus, non tenetur filio reddere rationem.C.de bon.quæ liber.l.cum oportet.§.cum autem. qa non tenetur hos fructus filio conſeruare. Sed ſi pater rei ſubſtantiam diſſipat,tunc tenetur de eo reddere rationem. vt l.fi.§.ſed cum tacita.C.de bon.quæ liber.quia tenetur ſecundum iſtam rationem proprietatem ſeruare filio illæſam:ideò in matre dilapidante bona filij,in quibus habet vſumfructum,diſtingue eo.iure.C.de ſecun.nupt.l.hac edi
5 ctali.§.omnibus. ¶Sed iuxta prædicta † incidenter quæritur: mater reliquit filio legatum,& prohibuit patri quæri vſumfructum,an poteſt hanc legem in legato ponere? Bar. mouet hanc quæſtionem in dicto tractat.& glo.in auth.vt lice.mat. & auiæ.dicit, ꝙ patri non quæritur vſusfructus, cũ diſpoſitio valeat:quia per hoc non grauatur filius,imo eius conditio fit melior.ff.de vulgari,& pupillari.l.cum ex filio.& C. de inoffic.teſta.l.filijs matrem.Sed text.in d.authen.tam in rubro,quàm in nigro, innuit expreſsè contrarium,quare Bar.dicit,Aut eſt filius inſtitutus ſub conditione ſi pater renuntiet vſumfructum,& valet inſtitutio, d.l. filiis matrem. & exiſtente conditione per patris renunciationem,certum eſt ꝙ patri non quæritur amodò vſusfructus:quia pater renunciauit.Aut inſtitutio eſt pura,ſed per modum præcepti adijcitur,ne ad patrem perueniat vſusfructus, & tunc filio adeunte pater habebit vſumfructum in legato,in quo teſtator nequiuit talem legem imponere.Nam non poteſt facere quis, quin leges habeant locũ in ſuo teſtamento. ſicut intelligit Bar.tex.d.auth. Sed dic, quòd iſta diſtinctio non eſt bona:quia quod non põt fieri per modum diſtinctionis lege prohibente,non põt fieri p modum conditionis.ff.ad legem Falcidiam.l.Seius & Augerius.¶Item in primo membro non dicit verum:quia cũ conditio non ſit poteſtatiua,teſtm̃ eſt nullum rõne prætexitionis, vel ſaltem oportet, qđ conditio remoueatur de medio,& inſtitutio remaneat pura.C.de inofficioſo teſtõ. l.qm̃ in prioríb.Tenet ergo ſimpliciter gl.ꝙ licet vſusfructus quæratur pr̃i teſtatore tacente, & rem admittente ex improuidentia legis;ſecus tamen eſt, ſi ipſe teſtator prouidet d.auth.excipitur.Et ſi dicas etiam legitimæ non poteſt imponere legem.Reſpon. verum eſt de lege grauaminis, ſed fauoris ſic.¶Item non imponitur legitimæ, ſed patri cui ab vxore non debetur legitima; & ita concludo.

¶Circa ſecundam partem huius tractatus.ſ. de his, quæ
a contingunt poſt mortem patris,quæro primò, a † ſi vnus
6 fratrum cum pecunia hæreditaria facit mercantiam, & ex his lucratur,an debeat alijs communicare? Solu.huius qõnis patet ex his quæ dixi.C.commun.vtriuſq; iudic.l.ſi patruus: quia videndum eſt, an faceret nomine communi, an proprio. Et cum iſta quæſtio de facto contigiſſet, dicit Bar.ꝙ fecit ſibi oſtendere librum rationum,quo continebatur ſic in principio,hic eſt liber mercantiæ Petri, & fratrum de tali loco.Et ex hoc dicit apparere,ꝙ fecit nomine cõi mercantiam.arg.ff.de nego.geſt.l.Neſennius.& ideò lucrum erit communicandum.Sed ſi hoc non apparet, nec alteri fratri erat tutor,vel curator, & tunc lucrum debet eſſe ſuum proprium.ff.de adminiſtra.tuto.l. Titium & Mæuium.§.altero. ſed ſi tutor eſſet,vel curator,tunc lucra,quę faceret ex paterna pecunia, debent eſſe communia; ſecus de lucro,qđ fiet ex pecunis redactis ex mercantia, cũ quibus aliquid ſibi emit. Nam pecunia redacta ex mercantijs communibus non eſt communis, vt dicit glo. in d.l.ſi pa-
7 truus. Et prædicta,quæ dixi † in tutore,& curatore,dic tũc eſſe vera ſi conſtat prius,ꝙ fecit nomine proprio.Nam in dubio præſumitur facere nomine communi rõne officij, & communionis,arg.ff.qñ ex fac.tut.l.poſt mortem.§.j.qđ hic aliter non examino.Sed Bar.in d.§.altero.dicit, ꝙ cum tutor facit id ad quod tenetur,nec poteſt facere pro pupillo,præſumitur facere nomine communi; tamen tenetur nomine communi,ſi non vult, præſumitur facere nomine proprio.Sed tutor non tenetur facere negotiationem, niſi teſtator præcepiſſet,imo pecuniam conuertit in emptionem prædiorum, quæ non ſubiacent periculo caſus fortuiti,vt in auth.vt hi qui ſe perhib.res mi. ha. ob. §. qñ autem.& ff.de adminiſtra.tut.l.ita autem.in prin.& regula eſt,ꝙ qñ poteſt facere nomine ſuo,vel pupilli, ſimpliciter faciendo intelligitur nomine ſuo.Nec obſtat.d.l.poſt mortem:quia illud intelligitur qñ facit mentionem tutelæ,ſecundum Bar.Sed poteſt dici,ꝙ aut iſte tutor negotiabatur negotiatione inſolita patri pueri: quia pater pueri nunq̃ fuerit mercator,& tunc in dubio vr̃ nomine proprio gere re:quia in dubio non præſumitur in culpa: quia quædam culpa eſt agendi negotia inſolita.ff.de nego.geſt.l.ſi negotia.Aut continuat negotia ſolita,non autem aggreditur inſolita,vt ſi erant duo fratres,qui faciebant inſimul mercãtiam, & vno defuncto alter continuat ſuperſtitibus filijs fratris indiuiſam ſubſtantiam poſſidentibus,& tunc videtur eodem modo continuare,vt ff.de nego.geſt.l. nam, & Seruius. §. ſi viuo Titio.quia à primordio tituli poſterior probatur euentus,vt C.de impu.lucrat.deſc.l.j.lib.10.ar.l. ſi vni.§.Neratius.ff.famil.erciſc.& ff. pro ſocio. l.actione. §. morte.verſi.ſed quod ex re.Sed ex re communi non diſtinguitur,an ex prima inchoata aliquid peruenerit, an ex ſæpius repetita;quia natura huius actionis eſt,vt id qđ poſteriori loco ſequitur,ſemp loco prioris ſubrogetur.ff.de pig.
8 l.qui tabernam.in prin.¶Sed hic quæro,dictum † eſt de lucro,quid de damno? Reſpon.ſi proprio nomine facit, eſt proprium: ſed ſi nomine communi,tunc aut eſt aggreſſus ſolita diſcretè operando, ſicut diligens paterfamiliàs, & tunc damnum eſt commune, qđ incidit in re communi: aut inſolita inchoãdo,& tũc imputet ſibi, d.l.ſi negotia.& not.in d.§.quoniam.in glo.in verb.neceſſitatem.inci. quid ergo.Ita dicit Bar.in §.altero.In dubio autem dr̃,quòd quãdo vr̃ facere nomine communi, idem eſt ac ſi expreſsè nomine cõi negotiaretur,arg.ff.de inſti.l.Lucius.ſed ſi præſumeretur facere nomine proprio,ſibi imputetur.Nam ſicut non diuidit lucra,non debet communicare damnum. arg.
9 ff.pro ſoc.l.ſi non fuerint.§.Ariſto.Et not. † ꝙ de materia duorum fratrum ſimul habitantium not.in Spe.in titu. de iud.§.ſequitur.verſi.quid ſi duo fratres. vbi dicit, ꝙ ſi ſunt duo fratres,& vnus facit debitum poſt mortem patris,nõ

debet

ADDITIO.

a Tho. ¶Quæro primò. Vide Bar.in l.Titium & Mæuium.§.altero.ff.de adminiſt.tuto.& ibi apoſtillam. in verbo,& ideò.

debet ſolui de communi, niſi ratione communis vtilitatis ſit contractum, vel ratione ſocietatis, quod non præſu-
10 mitur, niſi probetur. Item dicit, quòd ſi vnus ex fratribus non recepit dotem, non reficiet de communi, niſi quatenus probatur verſum in rebus communibus, vt eo. §. verſi.
11 quid ſi communione. Item dicit, † ꝙ ſi vnus ex fratribus ſoluit condemnationem occaſione delicti, damnum eſt proprium, non commune, eo. §, ver. quid ſi alter. Item di-
12 cit, † qđ ſi vnus militat debet militare ſuis ſumptibus, non de communibus. eo. §. verſic. quid ſi vnus ex cohæredibus.
13 † Item qđ ſi vnus fratrum habet filiam maritandam, debet eam de proprio maritare, non de communi, eo. §. verſ. quid ſi vnus ex fratribus. niſi aliud inter eos eſſet conuen-
14 tum, vt ff. pro ſoc. l. ſi ſocius pro filia. † Item dicit, quòd ſi fratres diuiſerunt, & quilibet ſtat per ſe; quilibet ſibi lucratur, mercatur, & negotiatur: ſed ſi ſtant ſimul, & alter eorũ cum pecunia lucratur, & neſcitur vnde veniat, præſumitur de cõmuni euenisſe, & lucrum debet communicari, eo. §. verſi. vt autem circa. Sed cur hoc? dic, vt dixi in d. l. ſi patruus. declarando intellectum illius l. & d. §. altero. & vide Spec. in d. §. ſequitur. verſi. quid ſi alter. Et prædicta ſunt vera, vbi non conſtat de ſocietate inter eos contracta. Sed
15 vbi † apparet, quòd eſſent ſocij omnium bonorum, idem per omnia dicendum eſſet, quod in extraneis ſocijs: quia eſſet participandum lucrum, & damnum, quæ ius & natura ſocietatis participari vult, vel iubet, vel ſuadet, ſicut de damnis conſtat. ff. pro ſoc. l. cum duobus. §. damna. §. quidam ſagariam: & verſi. per contrarium quoque. & eo. tit. l. ſi igitur. Sed de lucris apparet in d. l. duobus. §. ſi duo fratres. in prin. & §. idẽ Papinianus. & §. fi. ver. & Attilicinus. l. adeo.
16 §. qđ in aliena. cum ſimil. Sed pone, † quòd ſunt duo fratres ſocij omnium bonorum, vnus emit quandam gabellam à communi, & promittit certam pœnam, alter frater venit contra illum contractum, quæritur an per hoc incidat in illam pœnam? Reſpon. non: quia ille qui contrauenit non incidit in pœnam, quia non obligatur. ff. pro ſoc. l. iura ſocietatis. & qđ not. in d. §. ſequitur. verſi. quid ſi duo fratres. Sed alter qui eſt obligatus, non incidit: quia non
17 contrauenit, vt no. ff. de ali. iud. l. quia etiam. §. opus. † Sed
a an duo fratres [a] ſtando ſimul videantur contrahere ſocietatem? Et reperitur quædam additio originaliter ex dictis Iac. de Are. aliqualiter extenſa per Richar. & Oldr. eius diſcipulos, qui dicunt, quòd duo fratres ſimul ſtando, cõmunicando lucra, tacitè ſocietatem contrahere videntur, argu. ff. pro ſoc. l. coiri. Item ſicut tacito diſſenſu diſſoluitur, ita tacito conſenſu contrahitur. ff. pro ſoc. l. itaq;. Sed Bart. dicit, quando plures fratres ſtant ſimul, aut nullus negotiatur: aut alter tantùm, alter non: aut omnes. Primo caſu nõ poteſt dici contracta ſocietas, licet hæreditatem paternam & maternam teneant ſimul, & indiuiſim, & d. l. ex parte. §. ſi fratres. & ff. famil. erciſc. l. ex parte. §. ſi filius. Secundo caſu idem, nam non poteſt videri contracta ſocietas. Nã ex hoc ille, qui negotiatur, magis videtur donare quàm ſocietatem contrahere, ergo non præſumitur talis donatio. ff. pro ſocio. l. qui ita. Tertio caſu dic, quòd ſi alter eorum eſt pupillus, non poteſt dici cum eo contracta ſocietas: quia hoc non poſſet expreſsè. ff. pro ſoc. l. vt in conductionib. ergo nec tacitè. ff. loc. l. qui ad certum. Sed quid, ſi vterque eſt maior? Dic quòd ſi ponant lucrum in communi, quòd ex hoc præſumatur contracta ſocietas, non tamen omniũ bonorum, vt quidam dicunt, ſed quæ ſunt illius mercãtię, vide omnino Bar. in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itine. actuq; priua. vbi tenet primò, quòd ſit contracta ſocietas, per rationds ſuprà factas per doc. ar. l. in lege. ff. de rit. nup. & ff. de concub. l. in concubinatu. Item quia talis cõmunicatio non poteſt intelligi aliter fieri quàm circa nomen, & ius ſocietatis: & ideo præſumitur ſocietas, arg. ff. de acquir. hære. l. pro hærede. §. Papinianus. Secundò, quòd non probetur ſocietas illius mercantiæ tantùm, probatur: quia actus noſtri voluntarij non extenduntur vltrà ea quæ geruntur. ff. de itin. act. pri. l. 1. §. Iuliauus. Sed Bar. in d. §. altero. & in d. l. ſi patruus. dicit, ꝙ omnia iſta ſunt notanda. Sed ego dico in primo mẽbro, quòd ſi nullus negotiatur, poteſt ex actis apparere ſocialis effectus, ſicut eſt inter nobiles, qui non faciunt mercantias quæſtuarias: tamen quæcũque bona, quæcunque ſalaria quaſcunq; dotes acquirunt, in communi conferunt. Nemo enim poteſt negare hic eſſe ſociales actus, ex quibus præſumitur intentio, & voluntas, vt dicit Iac. de Are. & Old. ad qualitatem enim actuum decurritur. Talis enim præſumitur modus, qualis ex actib. poteſt colligi. ff. de acq. hære. l. duo fratres. C. de inſtitut. & ſubſti. l. reprehendenda. ſibi dicit glo. in verb. comprobaſti. quòd facto datur voluntas intelligi. arg. Inſti. de re. diui. §. ceruos. Nam in brutis animalibus actus, & conſuetudo qualitatem naturalis inſtinctus oſtendunt. Similiter dico, quòd ſi vnus negotiatur, alter non; tamen ille qui non negotiatur omnia illa quæ obueniunt ſibi, puta ex redditib. præbendis, vel donis, ponit in communi, & ſic faciunt hincinde. Nam præſumitur ſocietas ex actibus reciprocis ſocialibus. Idem eſt etiam, ſi vnus negotiatur in vna arte mercantiæ, alter in altera, vt in aduocatione, vel tabellione, lucrorum communicationem ſocietatis inchoatio ſequitur. Nam ex ſui natura hi actus ſocietatem inferunt: qa ordinantur per ipſam, & per hoc ab effectu apparet ſocietas. Item dicit, ꝙ ſi vnus ſit maior, alter pupillus, ſi pupillus habet tutorem, qui communicat, & ei communicatur, ꝙ ſocietas contrahitur: quia poteſt contrahi cum authori
18 tate tutoris. Et ſi dicas, † quando tutor authorizatur, eſt opus ꝙ loquatur. ff. de autho. tut. l. 1. in fin. Reſpon. illud eſt verum in his, quæ procedunt per actum verbi, ſed in his quæ dicuntur per actum fieri, non eſt opus tutoris ſermone, vt ff. de contrah. emp. l. fiſtulas. §. fundum. Quod autem dicit Bar. quòd ſocietas tacitè reſtringitur ad actus ſociales, eſt verum in actibus vniformib. ſed in difformib. licet varietatem in ſe habentib. puto, ꝙ per talem actum præſumantur ſocietates gñaliter ꝯctæ, qñ ſe indifferenter habẽt, & indefinitè. vnde ex actib. ita promiſcuis indifferentib. præſumo ſocietatem generaliter contractam. Item in prædictis non conſidero, an vnus plus lucretur, vel expendat quàm alter: quia in ſocietate generali hoc non attẽditur, ſed omnia ſunt ęqualiter diuidenda, vt ff. pro ſoc. l. ſi ſocius
b pro filia. ¶ Sed pone [b] † qđ erant duo fratres ruſtici, qui te-
19 nebant terras ad laborandum, & vnus habebat duos filios laboratores, & omnes laborabant, quæritur de fructibus ex cultura prouenientibus quomodo diuidantur? Reſpon. in capita: quia ſocietas reſtringit capita eorum qui operas ponunt in ſocietate pretij: ponẽdo ergo quod oẽs ſunt in eo actu laboratores, vel operatij, cuilibet dabitur pars, nec debet nocere his duob. filijs quòd ſint filij; ex ſuis enim laboribus ſibi quærere poſſunt. l. cum oportet. §. ſic
20 enim. C. de bon. quæ lib. ¶† Sed pone, de facto duo erant fratres, vnus diues, alter pauper: poſuit diues in ſocietate quinque, pauper verò operam perſonalem, & cum diu duraſſet ſocietas, vno ponente operam tantùm, altero quinque, & omnia pereant, quæritur an iſte qui poſuit operam tantùm teneatur ad aliquid alteri? Et quòd teneatur ad dimidiam capitalis amiſſi alteri fratri, facit, l. cum duobus. §. ſi in coeunda. ff. pro ſoc. & ſic tenet Iac. in l. 1. C. pro ſocio. licet glo. videatur ibi aliter dicere. Et ſi dicas, quòd iſtud videtur iniquum, quòd iſte perdat totam operam, & dimidiã pecuniæ. Reſpon. illa opera in ſocietate facta, iam erat facta communis; vnde nil perditur, quòd non ſit commune vni, ſicut alteri. Item talis opera eſt repetibilis. ff. de condi. indebi. l. ſi non ſortem. §. libertus. Item non obſt. quòd debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei liberatur eius interitu. l. in naue Saupheij. ff. loca. qa ſpeciale eſt in ſocietate, quòd periculum caſus fortuiti ſit commune, d. §. ſi in coeũ
21 da, & d. §. fi. cum ſi. † Sed an fratres qui ſimul habitant, ſi non negotiantur, præſumantur ſocij? Reſpond. ſi nil negotiantur, non: quia tacitè ſocietas non poteſt intelligi, vbi
22 non eſt commercium, vt ff. pro ſoc. l. nec adiecit. ¶† Quæro, fratres, patruus, vel nepotes ſimul habitant, tamẽ vnus negotiatur, alter non, an præſumantur ſocij? Reſpond. aut qui negotiatur facit nomine proprio, vel communi. ſi proprio, non vñr ſocij. ff. de admi. tut. l. Titium, & Mæuium. §. altero. ſi communi, iudicantur ſocij. ſed quid, ſi alter eorũ eſt pupillus, qui non poteſt contrahere ſocietatem? Dicit Bar. non eſt ſocietas: quia non poſſet expreſsè conſentire, ergo nec tacitè. ff. loc. l. qui ad certum. ſed quod nomine pupilli fuerit vtiliter geſtum, poterit habere ratum. ff. de neg.
23 geſt. l. ſi pupilli. in prin. ¶† Sed quid ſi fratres ſimul habitãt & ſimul negotiantur? Reſpon. preſumũtur ſocij, & ſi indifferenter omnia communicant, præſumitur ſocietas gene-
24 ralis. † Sed an damnum contingens in perſonam vnius ex fratribus ex caſu fortuito: quia captus ab hoſtibus, vel

ob

ADDITIONES.

a ¶ Sed an duo fratres. De veritate iſtius quæſtionis, adde Alex. in l. cum duobus. §. Papinianus, ff. pro ſocio. & in l. Titium, & Mæuium. in §. altero. in additionibus Bar. ff. de adminiſtr. tut. in verſi. contracta ſocietas. & dominum meum Peruſinum. do. Petrum Cor. in conſi. 122 an 2. vol. incip. circa præſentem. in priñ. & Ias. in l. vt nemini. C. de collat.

b ¶ Sed pone. Vide Bal. hic in fi. tracta. & ibi ſcripſi.

BIU Cujas

ob eius maleficium ſoluit de communi, an erunt hæc dã-
na communicanda? dic vt l.cum duob.§.idem Papinianus.
25 & §.fin.ff.pro ſoc. † Sed ſi in vna ſpecie, ad vnam tantùm
præſumuntur.ff.pro ſoc.l.cum duob.§. duo. quod enim ex
actibus pendet, ex actibus limitatur.ff.de legi.l.de quibus.
in fi.& ff.de itine.actuque priu.l.1.§.Iulianus.ſed an fratres
qui habitant ſimul,& ſeorſum negotiantur, præſumantur
ſocij? Reſpon.ſic: quia habitatio ſeorſum facta non dero-
gat ſocietati, vt ff.quod cuiuſq; vni.no.l.1.in princ. Sed an
fratres, qui habitant ſeorſum,& negotiantur viuo patre,&
lucrum communicant, dicantur ſocij? Reſpon.aut referũt
quæſtum adinuicem, aut patri. Primo caſu præſumuntur
ſocij, ſecundo non, facit ad hoc.ff.de eden. l. prætor.§.2.
26 ¶† Viſo autem quando hic præſumuntur ſocij, videndum
eſt, quæ veniunt communicanda. Et primò quæro, ſi vnus
fratrum ex ſucceſſione, vel dotis partem lucretur ex for-
ma ſtatuti, an debeat fratri communicare? Reſpondeo nõ:
quia quando lucratur aliquid viuo patre, debet tanquam
aduentitium percipere, tex.eſt.C.de coll.l. fi. multò magis
patre mortuo: quia tunc eſt plenior ſua acquiſitio. & fa-
cit ad hoc, d.l.nec adiecit. & vide quod no.per Cy.C.fam.
27 ercis.l.2.& quod no.ff.de caſt.pec.l.dotem. ¶† Quæro quan
do fratres ſunt ſocij, an vnus poſſit capi pro debito alte-
rius? Reſpondeo primò, aut debitum eſt contractum no-
mine ſocietatis,& vterque tenetur. Facit quod no.Cy.C.fi
cer.pe.l.cum te.& arg.de pac.l.item magiſtri.& quod no.ff.
pro ſocio.l.3.in glo. Secundò, aut eſt c̃tum nomine pro-
prio,& tunc alter non poteſt conueniri, facit quod not.ff.
28 pro ſocio.l.ſi ſocij ſimus. † Sed an ſumptus [a] qui fiunt ex
a perſona vnius fratris, vel filij, vel filiæ ipſius debeant fieri
de communi? & loquimur in ſumptibus honeſtis? Reſpõ.
non, niſi ſint ſocij omnium bonorum.ff.pro ſocio.l. ſi ſo-
cius pro filia. Ex hoc apparet, quòd filius fratris debet ſta-
re in ſtudio ſumptibus patris, non de communi patrimo-
b nio. Similiter debet dotare filiam de bonis paternis, [b] non
de communibus. Item ſi ducat vxorem, debent fieri ſum-
ptus de ſua parte, niſi ſunt ſocij omnium bonorum. ff. de
29 mune.& hono.l.& qui originem.§.fi. † Sed, an ſi vnus fra
ter ſoluit condemnationem, teneatur alter contribuere iu
re ſocietatis? Reſpon.non, ſi fuerit licitè condemnatus, ſe-
cus ſi iniuſtè: quia tunc debet ſolui de communi, ſi erant
ſocij generales: aliàs non, d.l.ſi fratres.§.idem Papinianus.
& §.per contrarium quoque. cum glo. in ver. conſecutu-
30 rum.& §.cui congruit. ¶† Pone, quod pater ſoluit conde-
c mnationem filij, vel ſumptus fecit in vxorem illius, pu-
ta in conuiuijs, an hoc imputandum ſit in partem illius?
Reſpon.in condemnatione, eſt tex.quòd non.G. de capti.
l.liber captus ab hoſtib.& quod no.ff.de condi.indebi.l.fra
ter à fratre.& Guliel.& Iaco.de Aret.in l.dominus.C.loca.
Sed de ſumptib.not.glo.in d.l.& qui originem.§.fi.& quòd
talia non imputentur, facit.ff.mãda.l.creditor.§.1. & de ne-
go.geſt.l.Neſennius. niſi filius habuiſſet patrimonium ſe-
paratum à patre, de quo patrimonio præſumetur pater im
31 pendiſſe.ff.de petitio.hære. l. fina. † Sed an ſingula [d] veſti-
d mẽta, annuli,& perlæ prætioſæ, quæ facit nurui, imputẽtur
in partem filij? Reſpon.ſic, inquantum valeant nunc, non
inquantum fuerunt emptæ: quia iſtæ res non præſumun-
tur donatæ, ſed commodatæ, vt ff.commoda.l. ſi vt certo.
§.interdum. niſi magna dignitas, & multitudo diuitiarum
facerent præſumi contrarium.ff.de leg.3.l.ſi filiæ.de donat.
l.ſi filius.& vide ad materiam, quod no.Spe.de iud.§.ſequi-
32 tur.ver.quid ſi duo fratres. cum multis ver. ſeq. † Item vi-
de Cyn.C.de rei vxor.action.in l.vnica.§.accedit.in vlt.qõ.
vbi quærit an frater, qui dotat ſororem, poterit in partem
33 illius imputare tempore diuiſionis. † Item vide Guli. in l.
fi.C.fami.ercis.vbi tractat, an libri empti à patre ſint com-
municandi fratribus. Et quod not.glo.C.ad Maced.l.Mace
34 doniani. † Item vide, quod not.Gul.C.fami.erci.l. certi iu
ris. & ibi glo.vbi quærit quid ſi vnus filiorum furatur gra-
na patris, an patre mortuo teneatur ſibi imputare in legiti
mam? Item de debitis quæſitis viuo patre, an eo mortuo
debeant eſſe communia? hæc eſt propriè materia.l. frater
à fratre.ff.de condi indeb.& C.fami.ercis.l.certi. Item vide
Spec.in tit.de teſte.§.1.ver.ſed nunquid.vbi dicit, quòd fra-
35 ter poteſt eſſe teſtis pro fratre. † Item adde [e] quod dixi ff.
e pro ſocio.l.ſi ſocietatem mecum. & ibi dixi, quòd ſi ſunt
fratres ruſtici,& vnus habet filios quotidie laborantes in
agro, qui communiter laborant, alter non habet filios; qd
ille qui habet filios, quia plus ponit de opera, plus debet
percipere in diuiſione fructuum: & illud plus intelligitur
arbitrio boni viri per operarum qualitatem. Item de his
quæ vnus filiorũ lucratur viuo patre, quid iuris ſit eo mor
tuo? vide C.de bo.quæ libe.l.cum oportet.§. 1. & dicit Ni-
36 cola. † Mata.in d.l.cum oportet. quòd quodcũque lucrum
ſit commune ex opera quacunque, ſi filius ponit in com-
muni expendendo in paterna familia, quòd non repetit: qa
apparet, quòd non voluit ſibi quærere, ſed patri referre. ar-
gu.C.de bonis quæ libe.l.fi.in prin. tamen non firmo præ-
cisè. Item vide quod legitur,& not.C.commun. vtriuſque
iud.l.ſi patruus. & circa ea, quæ viuo patre contingunt, vi-
de ff.fam.ercis.l.fi.& l.ex parte.§.fi. Item vide l.cum allegas.
37 C.de ca.pec.lib.12.vbi dicitur, † quòd frater habitans cum
fratre præſumitur amicabilior ſibi, quàm illi cum quo nõ
habitat. Item ſi vnus frater expendit in ædificijs, habuiſtis
de nego.geſt.l.ex duobus.in prin.

ADDITIONES.

a ¶Sed an ſumptus. Vide Alex.de Imo.in conſi.70.in 5.vol.incip.caſus talis eſt.

b ¶De bonis paternis. Sed quid, vbi ſunt plures ſocij omnium bonorum, an debeat attendi, quòd vnus faciat maiores expenſas in domo quàm alius, vel q vnus plus lucretur quàm alter. vide Bar.hic. & vide Bal.in l.ſi patruus.C.commun. vtriuſque iudi.& Petr.de Anch.conſi.303.incip.materia, de qua quæritur, non eſt noua. Lud. Rom.in conſi.172.incip. in propoſito themate.in vlt.dub.& plenè per Iaſ.in l.vt nemini.C.de collationib.

c ¶Sumptus. Vide Bar.in l.ſi cum dotem.§.ſi poſt ſolutum.ff.ſol. mat. & ibi doctores, & ibi ap & Bal.in auth. ex teſtamento.C.de colla.& in auth.niſi rogati.C.ad Treb. & in auth ſi captiui.C.de epiſc.& cler.& in l.filij.C.fam.ercis.& in l.2.§.1.ff.ſol.mat. in l.ſcimus.C.de inof.teſt.& Alex.in l.in quartam. ff. ad l. Falc. in verſ.quantum. & in verſi. ad pecuniam.

d ¶Sed an ſingula. Vide Alex.in l.in reb.§.ſeruus.ff.ſol.mat

e ¶Item adde.No.de duob. fratribus qui habent filios, & laborant. & adde Bal. ẽ. in iſto tractatu, in ver.ſed pone. & Bald. in l.ſi patruus.C.commu. vtri. iudi.& in l.1.in 9.q.C.pro ſocio.Ang.in l.ex duobus.ff.de nego.geſt.cum concor. de quibus per Iaſ. in l.penul.C.de colla.cui adde Bar.in conſi.186.incip.Cucciarellus. & Bal.in conſi. 453.in 2.vol.incip.iſte quærit.vide Ange.de Are.in §.actionum.Inſti.de act. & Petr. de Vbal.dominum meum in iure canonico.Peru.in ſuo tract.de ſocietate. in 4. parte principali.in q.7.8.& 9. & in 6.parte.in 23.q.Et vide plenè Alex.in conſi.77.in 5. vol.incip.circa primum,& in conſi.135.in 2.volum.incip.titulus quæſtionis talis eſt. & in conſi.99.in eo.vol. incip.habita ſuper narratis.& ita conſului in cauſa magna, in ciuitate Eugubij.

¶Expletio Baldi ſuper tractatu de duobus fratribus ſimul habitantibus.

TRACTATVS

DE TYRANNIA.

1 *Tyrannus à Tyros Græcè, quod latinè dicitur fortis, ſiue anguſtia.*
2 *Tyrannus eſt qui communi Reip.non iure principatur.*
3 *Verba Gregorij pro lege ſeruanda ſunt.*
4 *Superbia radix omnium malorum.*
5 *Tyrannus alius prouincialis, alius ciuitatis, alius domus, alius ſuiipſius.*
6 *Tentans, vel procurans Tyranniam punitur, licet non perfecerit.*
7 *Tyrannicus actus ſpecialiter conſiſtit in affligendo ſubditos.*
8 *Tyrannia non datur in vicina, nec villa, vico, vel caſtro.*
9 *Aſſumens ſibi poteſtatem, vel præeminentiam in vicinia, vel parte ciuitatis, quòd vniuerſitas nihil poſſit, niſi quantum ipſe velit, dicitur tyrannis.*
10 *Exiſtens in caſtro ita forti, quod ciuitati rebellat dicitur tyrannus, & ita in vico, & in villa.*
11 *Tyrannus in domo propria quis eſſe poteſt.*
Si aliquis de domo facit contractum cum tali, reſcinditur.
Quis dolus, vel metus requiratur.
Abbas intruſus in monaſterio, poteſt dici tyrannus in domo propria.
12 *Tyrannus ciuitatis eſt, qui in ciuitate non iure principatur.*
Tyrannus ciuitatis quotuplex ſit.
13 *Tyrannus manifeſtus in ciuitate quis dicatur ex defectu tituli.*
14 *Tyrannus etiam dicitur electus à ciuitate in rectorem per metum, quando ciuitas habet ius eligendi.*
15 *Violentia, vel metus qualiter inferatur in populum.*
16 *Facta per modum iuriſdictionis à tyranno manifeſto, ex defectu tituli non valent.*
17 *Facta ab officialibus exiſtentibus in ciuitate, in qua ſit tyrannus, & quos ipſa ciuitas ſibi eligit tyranno patiente, quando ſit nulla.*
18 *Comparere in loco ſibi ſuſpecto, & coram iudice, & inimicis quis non debet.*
19 *Reſtitutio in integrum competit illis, contra quos tempore tyrãni aliqua iniuſtitia facta eſt.*
20 *Tyrannia finita, tempus petendæ reſtitutionis currit.*
Geſta per contractum tempore tyranni manifeſti ex defectu tituli, quando valeant.
21 *Rogatio maioris, dicitur iußus.*

Contra-

BIU Cujas

22 *Contrahenti ignoranter cum tyranno manifesto ex defectu tituli subuenitur per titulum, quod fal. tuto. autho.*
Ignorare quem esse tyrannum, quomodo sit possibile.
23 *Soluens tyranno, vel eius officialibus, quando sit liberatus.*
24 *Debitor speciei, specie sibi per vim ablata ipso iure liberatur.*
25 *Præconium factum à tyranno inducit iustum metum.*
26 *Si tyrannus patitur bona ciuitatis deperire contra ipsam ciuitatem, non præscribitur.*
27 *Tyrannus ex parte exercitij, licet habeat titulum, minus propriè dicitur tyrannus.*
28 *Decem signa ad cognoscendum tyrannum.*
29 *Occidere fratres, & potentes ciuitatis, & eos expellere, non est actus tyranni, si ex iusta causa hoc fit.*
30 *Conseruare ciuitatē in discordia, depauperare subditos, & eos affligere in personis, & rebus, sunt signa tyrannidis.*
31 *Superior deponit Ducem, Marchionem, vel Baronem habentem iustū titulum, & tyranniam exercentem.*
32 *Tyrannus absque titulo incidit in legem Iuliam maiestatis.*
33 *Tyrannus exercitio, licet habeat titulum, quas pœnas incurrat.*
34 *Tres rationes, per quas superior licitè tyrannos creat vicarios, & dominos ciuitatum tyrannizatarum.*
35 *Processus factus per tyrannum habentem titulum; quando valeat.*
36 *Facta per tyrannum pendente processu contra eum per superiorem, quando teneant.*
37 *Tyrannus habens titulum, quòd habeat beneficiū, non potest ei à populo addi aliquid iurisdictionis, & ciuitatem submittere non potest.*
38 *Tyrannus tacitus, & velatus quis sit, & duo velamina tyranniæ.*
39 *Qui sibi facit concedi titulum à ciuitate propria non habente potestatem concedendi, dicitur tyrannus sine titulo.*
40 *Refirmatus in officio à ciuitate habente potestatem eligendi, quando dicatur tyrannus.*
41 *Qui se facit in confallonerium ciuitatis eligere, vel capitaneum, quā do tyrannus dicatur, & quomodo probetur talis tyrannus.*
42 *Facta tempore tyranni velati quomodo valeant, & communem vtilitatem respiciant quo ad existentes in ciuitate, & quid quo ad expulsos.*
43 *Rarò reperitur aliquod regimen, in quo simpliciter ad bonum publicum attendatur.*
44 *Regimen bonum dicitur, in quo publica vtilitas plus præualet, quàm propria: regentium ècontrario malum.*
45 *Qui nullum titulum in ciuitate patitur sibi concedi; sed ita ordinauit regimen, quòd omnia procedunt secundum velle suum, dicitur tyrannus, & quomodo probetur hæc tyrannia.*

1 a b PRimò quæro, † [a] vnde dicatur tyrannus, & dicitur à tyros [b] Græcè, Latinè fortis, siue angustia, vnde fortes Reges tyranni vocabantur. Posteà accidit tyrannos vocari pessimos, & improbos Reges, & luxuriosæ dominationis crudelitatem, & crudelissimam dominationem in populis exercentes, à tyros, quod est angustia: quia angustiant, & cruciant seruos suos, secundū Hugo. ꝙ tyrus interpretetur, vt dictum est, patet ex interpretationib. Bibliæ, vbi sic habetur, Tyrus interpretatur, vel tribulatio, siue saluatio, aut fortitudo, & hęc vtilia sunt, cum quæritur de conditione tyranni, & de modo probandi.

2 * Secundò quæro, qualiter † diffiniatur tyrannus. * Respond. Greg. lib. 11. Moralium, sic diffinit: Propriè tyrannus is dicitur, qui communi Reipublicæ non iure principatur. Sed sciendum est, quòd omnis superbus iuxta modum proprium tyrannidem exercet, nonnunquam alius in Repu. hic per acceptam dignitatis potentiam, alius in prouincia, alius in ciuitate, alius in domo propria, alius per latentem nequitiam hoc exercet, & cogitatione sua non intuetur Deum, qui quantum mali valeat facere, & tamen deest potestas. fortis apud se tyrannus est, cui iniquitas dominatur intus: quia si exteriùs affligit proximos, intrinsecùs tamen habere potestatem
3 sufficit appetere, vt affligat. Hæc sunt † verba Greg. ad literam, quæ pro lege seruanda sunt. 15. dist. cano. sancta Romana. quæ verba aliqualiter discutiamus. Propriè tyrannus, &c. sicut enim Rex, seu Imperator Romanorum est iustus, & verus, & vniuersalis; ita si quis illum locum vult iniustè obtinere: appellatur propriè tyrannus, & de tali tyranno habemus C. de sacros. eccl. l. decernimus. & l. omni nouatione. & ibi no. Communi Republ. &c. de republ. intelligitur, vt l. eum qui vectig. ff. de verb. sig. Non iure principatur, &c. hoc contingit, quia caret titulo: quia est electus non de iure, & reprobatus, vt extrà de electio. c. venerabilem. vel non electus coronatus, & posteà reprobatus in iudicio, vt extrà, de re iud. cap. ad apostolicæ. lib. 6. & de Saul Rege. j. Regum. 13. c. vbi Samuel propheta sic ait, Stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ tibi præcepit; quod si non fecisses, iam nunc præparasset dominus tuum Regnum: sed nequaquam regnum tuum consurget, &c. Apparet ergo, ꝙ propter peccata rex priuatur regno, & ex tunc est tyrannus: quia non iure principatur. Sed superius dixi de tyranno vniuersali, hic de particulari, qui non ita propriè tyrannus est. Omnis superbus, &c.
4 Superbia † est radix omnium malorum, quæ præcipuè in tyrannis apparet. Et sequuntur quinque species tyranno
5 rum, quas prosequitur eo loco. † nam alius tyrannus generalis in communi Rep. Romanorum, alius prouincialis, qui in prouincia non iure principatur, alius ciuitatis, alius vnius domus, alius suiipsius. Sed vidēdum est, an sit vnius
6 viciniæ, & † dicam. hic per acceptam dignitatis potentiā. hoc potest determinare præcedentia, vel sequentia. Alius in prouincia. In prouincia aliquis non iure principatur, vt s. dixi in communi Reipubl. Est alius modus, si quis factus est præses ad tempus, vel ad placitum, illo finito tempore successorem non admisit, hic tyrannus est, & in l. Iuliam Maiest. incidit, vt ff. ad l. Iul. Maiesta. l. 1. Alius in ciuitate. de tyranno ciuitatis principaliter. j. tractabitur. Alius in domo quomodo hoc posset esse, j. dicam. Alius latentem nequitiam exercet apud se, & incognita est sua tyrannia, quæ est in sola cogitatione. & ista non pertinet ad iuristam; quia cogitationis pœnam nemo meretur, vt ff. de
6 pœn. l. cogitationis pœnam. Sciendum † tamen est, quòd si quis curauerit, seu procurauerit, licet non perfecerit, punitur ac si perfecisset. ff. ad legem Iul. Maiest. l. 2. in fi. quod in hoc, & in quibusdam alijs speciale est; litera verò quæ sequitur, loquitur de punitione quæ fit in examinatione æterni iudicis: ideo hoc non expono, sed dimitto Theologis. Illud tamen excipio, quod vobis expedit: Habere potestatem appetit vt affligat. Notandum est singulariter,
7 † quòd actus tyrannicus specialiter consistit in affligendo subditos; dicitur enim tyrannus qui angustiat, & cruciat suos, vt dictum est. Multi alij sunt actus tyrannici, vt infrà dicetur. Hæc ad literæ expositionem sufficiunt.

8 Tertiò † quæro, an in vna vicinia dicatur tyrānus? Respond. non. vt patet ex verbis Greg. qui hanc tyrannidis speciem non posuit, hoc probatur rōne. Nam regimen tyranni pessimum est, vt dictum est. Oppositum enim est directè regimen, quod est optimum. & cū est tyrannus qui non iustè principatur, apparet, quòd vbi non est regimen, nec principatus: & meritò ibi non cadit tyrannus: at in vicinia non consueuit esse Rex, vel regimē aliquod per modum iurisdictionis. ideò ibi non cadit tyrannus; vicinia enim non regitur per vnum, sed per eum qui totam ciuitatem regit: & licet in vicinia sint aliqui magis potentes, qui alios opprimunt, non tamen sunt tyranni, sed sunt alij potentiores de quibus loquitur. ff. de alien. iud. mut. cau. fact. l. 4. in prin. & ff. de offi. præsid. l. illicitas. §.
9 ne potentiores. nisi poneres, † quòd in vna vicinia, vel circa partem ciuitatis quis assumeret tantam præeminentiā, quòd vniuersitas ibi nihil posset, nisi quantum ipse vellet, vt faciunt Romani nobiles; tunc enim rectè dicuntur tyrāni illius partis ciuitatis. Sed contra prædicta posset dici, cō muniter contingit, ꝙ in qualibet ciuitate fit diuisio per quarteria, & parochias, & in qualibet parte sunt aliqui, qui vocantur capitanei, siue syndici, qui præsunt negotijs illius partis ciuitatis, de quib. not. ff. de pact. l. item magistri.

certè

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶Primò quæro. Dicit Bal. in l. decernimus. C. de sacrosan. eccle. quòd Bar. fecit istum tract. Tyrannidis valde verbosum, & addit multa breuiter ad dicta Bart. hic: & ibi vide Albe. de Rosa. & adde quòd de potestate Tyrannidis nunquam præscribitur, secundum Bal. in l. decernimus. & Alex. in sua disputatione quæ incipit, Sigismundus. posita in l. Imperium. ff. de iur. om. iud. & quid, si metus affuit tempore contractus à Tyranno illatus, an si posteà tradit rem ex interuallo videtur subesse metum, ex quo non est purgatus, vide Ang. in l. qui in aliena. in §. Celsus. ff. de acqui. hære. & ibi vide Barto. an requiratur protestatio. & ibi vide apposti. & ibi vide plures quæstiones per Barth. Soc. in consi. 22. incipien. sequendo. in fi. & dicit S. Thomas de Aquino, in tracta. de principibus, quòd omnes principes Italiæ sunt tyranni, præter Ducem Venetiarum.

b ¶Tyros. Tyros græcè caseus dicitur, à tyreo, quod cogere, coagulareque est, ideoq; neque fortem, neque angustum esse significat, secluſa metaphora, quare viderit Bar. quod de Tyro ciuitate subijcitur, nihil ad rem, superba quippe non norunt qui historicorum monimenta, vel etiam ab alijs audierunt.

* ¶Tyrannus. Seneca in prouerbijs dicit, ꝙ tyrannus distat à Rege factis, non nomine: & circa tyrannos vide pulchra posita per Pari. de Put. in tract. de Synd. in tit. de excess. Reg. c. Rex autem. & seq.

BIU Cujas

certè cum ibi sit regimen, apparet, ꝙ ibi posset esse tyrannus. Resp. tales non habent iurisdictionem, licet quandoque eis aliqualis prohibitio mittatur pro quibusdam exactionibus fiendis, vt in maleficijs denunciandis. Isti enim magis dicuntur famulari his, qui regunt ciuitates, q̃ ipsi regere, & sic non principantur, sed principantibus famulantur; vnde non p̃nt dici tyranni, sed sunt potentiores ratione officij, & possunt timorem incutere, & incidunt in constitutionem illam, si per impressionem. C. de his, quæ vi metu sue causa. & ff. de concus. l. 1. Prætereà istorum potentiorum, qui sunt in vicinia maleficia possunt citò corrigi per eos, qui regunt ciuitates, ideò non possunt dici tyranni. Ideò B. Greg. tyrannidem in vicinia non posuit. Eadem ratione † dico, ꝙ in villis, vicis, & castris comitatus alicuius ciuitatis, in quib. iurisdictio non exercetur de iure, nec de facto, ꝙ ibi non potest esse tyrannus, licèt sit aliquis potentior: si tamen esset ita fortis, ꝙ quis rebellaret ciuitati, & se ab ea defenderet, ita ꝙ propter gentes ciuitatis maleficia ibi non p̃nt corrigi sine magna difficultate, tunc posset ibi esse tyrannus, de quo habemus. ff. ad legem Iul. maiest. l. 3. ibi, aut arcem non tenuerit. & C. de fun. li. l. quicunq; lib. 11. facit, quod not. ff. qui satisd. cog. l. 2. in prin. iuncta gl. 1. vbi dicitur, ꝙ non idoneus facilitate conuenię di est, qui est in loco, vel castrò munitissimo.

Quartò quæro, † an in vna domo possit esse, tyrānus? Et videtur, ꝙ non: quia ibi non exercetur iurisdictio, ergo, &c. vt dictum est. In contrariū sunt verba Greg. relata s. 2. q. Respō. in domo propria posset dici, ꝙ paterfamiliàs aliqd iurisdictionis realis exercet: ius. n. dicit in filio, & in seruo. l. serui, & filij. ff. de fur. & C. de pat. pot. l. congruentius. Itē maior, seu antiquior domus habet quodammodo quandam iurisdictionem in vxorem, liberos, & seruos, & etiam antiquior frater, vel patruus in minores 25. annis, qui sunt in illa domo. C. de emēda. propin. l. vnic. meritò, si in illa domo non iure principatur, dicitur tyrannus. Et ideò si aliquis de familia faceret aliquem ꝯctū, vel aliquid aliud metu talis, qui est tyrannus in domo, rescinderetur, sicut si factum esset metu tyranni, vt ff. qua. re. act. non dat. l. 1. §. quæ onerandę, & quod ibi no. Qualiter autem probetur metu factum, ibi dixi. Si quis tamen in domo habet fratrem, vel fratris filium minorem se, tñ maiorem 25. ann. tunc antiquior non habet in illum illam potestatem: cum per seipsum se regere debeat, vñ talis metus non sufficeret; deberet ergo probari dolus: vel metus communis. Si quis tñ gesta per talem vellet rescindere, non potest. Possumus etiam dicere tyrannum in domo propria Abbatem monasterij, si in eo non iure principatur: qa intrusus, vt extrà de prębendis. c. eū, qui lib. 6. vel licet habeat iustum titulum, tyrannicè regit, vt dictum est. s. de tyrāno.

12 Quintò quæro † de tyranno ciuitatis, quotuplex sit eius species. Resp. ex prædictis cōstat, ꝙ tyrannus ciuitatis est, qui in ciuitate non iure principatur. sicut autem non iure principatus multis modis cōtingit, ita multæ sunt tyrannorum species. Nam quidam est tyrannus manifestus, quidam velatus, & tacitus. Item esse quem tyrannum, manifestè contingit, qñq; ex parte exercitij, qñq; ex defectu tituli. Item eodem modo tyrānus velatus est, quandoq; propter titulum, quandoq; propter defectum tituli. de quolibet ergo videamus.

Sextò quæro, † quis est tyrannus manifestus, ex defectu tituli in ciuitate? Respon. ille qui in ciuitate sine iusto titulo manifestè principatur, vt ex prædicta diffinitione patet: hoc autem contingit multis modis. Primò si ciuitas, vel castrum, in quo manserit, non habet ius eligendi Rectorem, si aliquis in illa pro Rectore se gerit,
a iste tyrannus est: quia non iure principatur, & tenetur [a] lege Iulia maiest. ff. ad l. Iul. maiest. l. 1. in fi. Item si finito officio, eo inuito, ad quem spectat, remanet in eodem, vt ibi-
14 dem notatur. Sed si ponas, † quòd ciuitas, vel castrum habet ius eligendi sibi Rectorem, & ciuitas ei aliquam iurisdictionem dedit, licet per vim, non potest dubitari: quia facta metu valent, licet rescindantur per actionem, quod metus causa. ergo interim est Rector, nec potest dici, quòd sit tyrannus ex defectu tituli. In contrarium est veritas, nam iurisdictio debet transferri voluntariè, etiam si per metum fiat, non valet ipso iure. ff. de iudi. l. 2. & no. ff. quod met. cau. l. si mulier. §. si dos. ¶Nunc autem viden-
15 dum † est, qualiter violentia, vel metus inferatur in populum? Respond. si exercitus fiat contra ciuitatem sine consensu superiorum, d. l. 3. ad leg. Iul. maiest. vel si, cum gente forensi pugnando expugnauit ciuitatem, vt ff. ad l. Iul. de vi pub. l. 3. ver. in eadem causa. Sed si cum hominib. eiusdem ciuitatis facto rumorē, & seditione se faciat eligi in dominum, tunc plus dubitationis habet: quia maior pars videtur hoc facere, quæ maior pars esse videtur ex eo qd̃ obtinet. Sed dicendum est hoc casu contingere quem non esse tyrannū manifestum ex defectu tituli, sed ꝓpter vim & metum, esse creatum: quid enim, si cum modica gēte quis occupat fortilitia ciuitatis alicuius, quibus occupatis, iustus timor cadit in populum? Certè per metum creatus est, argu. extrà, de resti. spol. c. Pisanis. vel qd, si non cum maiori parte populi ipse obtinuit, sed fuit gens vilis abiectæ conditionis, vt cōmuniter accidit? Certè ex hoc non dicetur factus à maiori parte populi; tales enim nō dicuntur esse decuriones, vel de consilio, vt de digni. l. ne quis. lib. 12. C. Item si hoc fecit cum comitatensibus, vt C. ne tu. ad ul. obseq. deuo. lib. xj. l. j. Vel pone, cum modica gente eiusdem ciuitatis eleuauit rumorem, cum alij starēt separati per domos: nam pauci vniti prævalent multis separatis. Certè iustus fuit timor in populo. Vel pone, ꝙ primò cum modica gente expulit, vel occidit vnū, vel plures è maiorib. ciuitatis, pp qd̃ alius ppl̃us iustè timet: qa est scriptum, Percutiā pastorem, & dispergentur oues, hūc esse iustum metum in populis multis antiquis approbatur historijs, & specialiter in libro Iudic. & similiter dico, ꝙ si facto rumore, vel seditione illicita, quis eligitur, est tyrannus manifestus, & ex defectu tituli. casus est expressus. 1. q. 1. c. principatus. & 14. q. 5. c. neque. n. vbi etiam dicitur, ꝙ si ex post facto bene regat, tyrannus est, qd̃ intelligēdum est, nisi ex postfacto dispensetur vt ī c. nisi cum pridē. de renun. Prædicta etiam vera apparent ex eo, qd̃ aliquos de ciuitate indebitè, cum creatur electus, illi expulsi possunt dici contempti; debuerunt enim vocari, vt C. de decur. l. 2. lib. 10. sic ergo electio facta, ipsis contemptis, non valet, vt extrà, de electio. c. quod sicut. & c. venerabilem. & c. bonæ. el 2. & sic est tyrannus manifestus ex defectu tituli. Apparet ergo ex prædictis modus probandi, quem esse tyrannum.

Septimò quæro, an gesta per tales tyrannos manifestos ex defectu tituli, vel eorum tē-
16 pore, valeant? Ista quæstio habet multos articulos. †Pri-
b mò quæro[b] de his quæ fiunt per modum iurisdictionis an valeant? Et constat, quòd ea quæ fiunt per ipsos tyrannos tanquam iurisdictionē habentes, sunt ipso iure nulla. C. de sacrosan. eccle. l. decernimus. vbi tex. dicit, infirmatis funditus. q. d. fundamenta eorum sunt nulla, & sic nullo tempore valuerunt. Idem de his, quæ fiunt ab officialibus positis per ipsos eadem ratione. & sic est expressum extrà,
17 de sciſma. c. 1. & in c. ordinationes. † Sed dubitandū est de his, quæ fiunt in ipsa ciuitate, vbi tyrannus est electus, ab alijs officialibus quos ipsa ciuitas sibi eligit patiente tyrāno. & dic, ꝙ non valeant per d. legem, decernimus. vbi dicitur, nullum est ipso iure, qd̃ factum est tempore tyranni, & hoc suadet ratio. Nullus enim officialis fit in ciuitate liberè, quando est ibi tyrannus, & videtur factum ab ipso tyranno: pro hoc extrà de prę̃scrip. c. cum nobis. vbi dicitur ꝙ tempore schismatis non potest agi, vel præscriptio
c currere; Sed tempore tyranni potest dici tempus schismatis; Scindit enim tyrannus, & separat communionem vniuersalis Imperij: qd̃ patet: quia incidit in legem Iul. maiesta. vt dictum est. In contrarium facit: Nam in d. l. decernimus, non dicitur, ꝙ sunt nulla, nisi quæ facta sunt contra ecclesias, ergo alia videntur remanere valida. Prætereà insurget iniquitas. Si enim in ciuitate durauit tyrannus longo tempore, dicimúsne omnia celebrata, & acta in eorum curijs, esse nulla? Durum videt, ꝙ si aliqui processus fiant contra rebelles seu inimicos tyrāni, ꝙ tales processus sint ipso iure nulli: Nam non debet comparere coram
18 iudice sibi notoriè inimico, vel in† loco notoriè sibi suspecto, vt ff. ad Treb. l. de ętate, & ff. q. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. j. & de legationibus. l. sciendum. & est expressum de re iud. c. pastoralis. in clem. Quædam verò ordinamenta, sen-

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶Et tenetur. Vide Barth. Soci. in consi. 22. inci. sequendo ordinem. & Raph. Cuma. in consi. 158.

b ¶Primò quæro. Vide Barth. Soc. in consi. 22. inci. sequendo.

c ¶Currere. Vide Bart. in l. naturaliter. & ibi Alex. in additio. ff. de vsuca.

BIU Cujas

ta,ſententię,& proceſſus fiunt cõtra ipſos intrinſecos, & tunc plus dubitationis habet. Sed aduertendũ eſt in homine libero,qui detinetur ab aliquo ſub patria poteſtate,vel dominica,ſi ſic exiſtens aliquid facit ſcienter valet, vt ff. de acqr.re.do.l.liber homo.§.fi.in prin.& ibi no.& de acq. hæred.l.q in aliena.§.1.ita in propoſito, quædã facit ipſe populus nunc ſub poteſtate tyrãni detentus, vt officiales à populo electi, qui feciſſent in omnem euentum, etiam ſi in poteſtate ſua libera eſſent, vt deciſiones quarundam cauſarum contrariarum, quas quilibet tyrannus patitur ire ſub regulis iuſtitiæ,& tunc illa valent:quia voluntariè facta ſunt.Quædam ſunt,quæ facta non fuiſſent, niſi propter tyrannum,& iſta non valent, tanquàm facta non liberè,ſed per metum tyranni, per iura prædicta.d.l. decernimus. Certum.n.eſt ꝙ ꝯ eccleſias non fuiſſet diſpoſitum per alios, q̃ per prælatos iuſtos, ſi tyrannus non fuiſſet: ideò dñr prædicta infirmata funditus ex qualitate factorũ. Iſta ponebantur ſicut dicimus in minore, qui fecit ea, q̃
19 maior diligens non fuiſſet facturus.Puto tẽt,ꝙ ſi in cauſis fiunt iniuriæ per iudices his, quos tyrannus habet ſuſpectos,eis detur reſtitutio ex clauſula generali,vt ff.ex quib. cauſis maio.l.1.in fi.& no.ad Trebel.l.ſeruo inuito.§.cum prætor.& puto ꝙ tempus petendæ reſtitutionis curret, finita tyrãnia,ſicut aliàs finita abſentia, vel minori ætate.
20 facit ex̃,de præſc.c. cum nobis.Secunda inſpectio † [a] circa prædicta eſt de his, quæ fiunt per modum contractus, & hoc multipliciter. Nam quandoque ciuitas donat, vel aliquid concedit ipſi tyranno, & tunc contractus eſt ipſo iure nullus. Nam ſi nõ valet promiſſio facta illi, qui alios detruſit in carcerem,ab eo,qui detentus eſt:ita non valet promiſſio, vel aliquis ꝯctus factus à populo ipſi tyranno, qui eum detinet captiuatum, & quodammodo carceratum. Tyrannus.n.dicitur tenere populum in ſeruitute, vt extrà,de immu.eccl.c.non minus. Poſſumus etiam dicere contractus eſſe nullos,per l.1.C.de contrac.iudic. Si enim in vero iudicę dicti ꝯctus annullantur,multò magis in tyranno iniuſtè iudicante,arg.in auth.de reſti.& ea quę parit.§.fi.& qđ not.C.qñ muli.tutel.offi.fung.pot.auth.ſacramentum. Quandoque fiunt aliqui contractus inter ipſum tyrannum,& homines ſingulares ſub eo extantes,& tunc etiam poteſt dici ꝯctus nullus, per l.primam.C. de contrac. iud.Poteſt etiam dici dictum ꝯctum annullandũ, l.ſi per impreſſionem.C.quod metus cau.maximè ſi fecit rem ſibi vendi per impreſſionem,tunc enim incidit in cõſtitutionem illam,vt rem cogatur reddere, &c. Impreſſionem autem probabit quis, ſi ille tyrannus non permittebat rem colligi, vel poſſeſſori minabatur, niſi venderet, vel alios colores quærebat, vel multa rogamenta fecit fie
21 ri ei qui non habebat rem vænalem. Rogamen enim † maioris,eſt iuſſus,vt ff.qđ iuſſu.l.1.in prin.in glo.in verb,quẽadmodum.Quandoque talis tyrannus contrahit cum extraneis nomine ciuitatis, & tunc ſi quidem ipſam ciuitatem ſubmittendo, vel obligando alteri, & non valet ipſo iure.C. ne quis lib.inuit.actum Reip. ger. cog. l.1.lib.x. & extrà,de ſciſmati.c.1.de elect.c.fundamenta.in.6.in fi.Quã doque non ſubmittit ciuitatem alteri, ſed contrahit, ſi quidem in fauorem ciuitatis tyrannizare videtur, ꝙ non valet,ſicut dicimus in malefidei poſſeſſore hæreditatis.l. ſi quid poſſeſſor.§. ſed & ſi ipſi.ff.de peti. hære. Contrariũ determinat Hoſt. extrà, de ſciſmati.c.1. ſcilicet, ꝙ valeat quantùm eſt in vtilitatem ciuitatis,ſicut dicimus in pupillo.arg.C. de proc.l.non eo minus. Sed ſi celebraret vnus contractus partim pro ciuitate,partim ꝯ ciuitatẽ, tunc ſi quidem ſunt diuerſa capitula,& idem: quia valet pro ciuitate.ff.de minoribus.l. etiam.§.1. Si verò ſunt plura capitula connexa ſimul, tunc ſi ciuitas reprobat, quatenus eſt ꝯ ſe,non poteſt approbare quatenus eſt pro ſe,vt ff. pro ſoc. l.de illo.§.fi.& ff.de minori.l.ſi iudex.& l.qđ ſi minor.§. reſtitutio. ita tenuit ipſe in d.c.1.de ſciſmati. Prædicta ſatis puto vera,& iuri ꝓſona in eo, q̃ non ignorabat talem eſſe tyrannum;huic.n.nõ ſubuenitur per tit.qđ fal.tuto.autho.
22 Si verò † poneremus ipſum ꝯhentem ignoraſſe, ſubueniretur ei per reſtitutionem ex illo titu. ꝙ fal.tuto.autho.l. 1.in fi. quomodo aũt poſſibile ſit quem ignorare factum ita notorium,ſicut eſt quem eſſe tyrannum,no.per glo. in verſ.niſi probare.9.q.1. cano.ordinationes. Quandoque
23 verò non † contrahit tyrannus, ſed diſtrahit [b] per ſe, vel
b ſuos officiales, ſolutionem eorum quæ Reipublicæ debebantur recipiendo, an ſint liberati ſoluentes? Circa qđ dicendum, ꝙ aliquando ſoluunt illi, qui ſunt debitores ciuitatis ꝯctu celebrato cum ipſo tyranno, tunc videtur, ꝙ ſoluentes ſint liberati.l. ſi vrbana.ff. de ꝓdictio. indebi. Sed illa loquitur, quando contrahit cum prædone promittendo ſibi proprio nomine;hic loquitur de eo,qui cõtrahit cum tyranno nomine ciuitatis:videtur tamen, ꝙ ſibi poſſit ſolui ex ſuo ꝯctu, ſicut ſeruo,& filio,vt ff. de pactis.l.ſi vnus in princ.& de pecu.l.quod ſeruus.& ff.de ſolutio.l.qđ ſeruus.Aliqñ ſoluitur ꝙ debeẽ ciuitati alio mõ, quàm facto ipſius tyranni,& tunc videtur, quòd ſoluens non liberatur. d.l. ſi vrbana. Pro quo facit optimè ꝙ not. per Inno.de electio.c. nihil. vbi videtur dicere ꝙ ſoluens prælato intruſo ſine aliquo titulo non ſit liberatus. Mihi
c autem videtur, [c] ꝙ prædicta ſunt vera in eo qui ſoluit prędoni, vel prælato intruſo, vel tyranno tali, qui ſoluenti metum inferre non poteſt, nec terrorem minari,vt ſi debitor erat alterius ciuitatis. Si autem poteſt ei metum,& vim inferre, ſeu minacem feruõrẽ ratione iuriſdictionis, qua exercet, licet de facto: vt quia erat ſubditus ſibi,tunc ſoluendo ei,vel ſuo officiali, liberatur.vt l.Paulo Callimacho.§.fi.de leg.3.& de ann.leg.l.liberto. §. Lucius.hoc etiã probatur ratione. Nam iſta violentia exactionis, quæ fit à debitore,fit in iniuriam ciuitatis, cuius ipſe eſt debitor: ipſam enim ciuitatem tyrannizat, & ideò culpa ipſius videẽ contingere,vt ff.loca.l ſi merces.§.culpæ. & ſolut.matrimo.l.penul.Sed quando quantitas debita in genere perit culpa creditoris, debitor liberatur per exceptionem,l. qui decem.in princip.ff.de ſolutioni. ſed ſi ſpecies eſſet debita,tunc minus dubij eſt, quòd liberaretur ipſo iure.d.l. qui decem.Pro hoc, ſcilicet quando ſpecies debita vni au
24 fertur per vim, † facit optimè, ff. de pericu. & commo. rei vendi.l.lectos.& l.ſequenti,& quod ibi no.& de pigno ra.actio.l.fi.in fin.facit ff.de euictio.l. Lucius.de rei vendi. l.item ſi verberatum.§.1. Similem diſtinctionem facit tex. ſcilicet, aut vis infertur ab eo, qui habet iuriſdictionem: aut non.ff.ſi quis cau.l.2.§. fin. Sed forſan poſſet dici, ꝙ ſi talis tyrannus eſſet talis cõditionis,à quo ſine magna difficultate ſolutum poſſet repeti, tunc debitori ſoluenti nõ daretur exceptio,vt not.in d.l.2.in fi.ſecus ſi non eſſet facilis repetitio,vt l.fin.de eo,per quem factum eſt.Sed(vt puto) hæc diffinitio habet locũ, quando alicui infertur violentia in iniuriam ipſius,cui infertur: ſecus ſi in iniuriam ipſius creditoris ſui per prædictas rationes. & puto in præ
25 dictis † quòd quis non habeat neceſſe dicere metum ſibi
d illatum à tyranno: ſufficit enim, ſi legem [d] fecit,vel præconiũ,quòd quilibet ſic ſolueret: Qui enim propter prædictum præconium ſoluit,timuit iuſtè,ne metus inferret, quod ſufficit,vt dicit tex.ff.quod falſo tutore authore.l.no uiſſimè. qui text.multùm facit ad excuſandum dictos debitores ſoluentes.Nam ibi cogebatur tutor in perniciem principalis,ſed hic debitor in perniciem ciuitatis. Ex prædictis apparet, quòd exactores, & alij poſiti ab iſtis tyrannis,qui pecunias exigunt,& poſteà expendunt eas ad mãdatum tyranni, vel ipſi tyranno tradunt, ꝙ ſint liberati.
26 Quandoq; tales tyranni non contrahunt, † nec diſtrahũt, ſed patiuntur bona,& iura ciuitatis deperire,& præſcribi, tunc puto,ꝙ ꝓtra ciuitatem non præſcribaẽ, vt C.de ſer. fug.l.1.ſecundum tertiam lecturam.& extrà.c.cum nobis. de præſcrip.& de reſcr.c.coram.Dico ẽt, ꝙ ſi aliqua iuriſdictione cõpetenti ipſi Ciuitati tyrannus vteretur,non aũt à ciuitate,ſed ab altero recognoſceret, qđ quantum ad ſe videtur vti nomine alieno, ſed quantum ad ciuitatem videtur vti nomine ſuo,ſi ꝑillũ vſum ciuitas retinet ius ſuũ, vt no.colligitur de itine.actuq; priua.l.1.§.ſi tibi fundum.
27 Octauò quæro † de tyranno ex parte exercitij, li cèt habeat iuſtum titulum:an minùs ꝑ priè dicaẽ tyrãnus,14.q.5.canone,neq.n.Dico ꝙ eſt tirãn° ex parte eius, q̃ opa tyrãnica facit:hic.n.ex opera eius nõ tendit ad bonum cõe,ſed ad ꝑpriũ ipſius tyranni.Iſtud.n. eſt non iuſtè principari: & hoc eſt de facto in Italia. Sed vt modus probandi facilius habeatur, ad actus magis particulares deſcendamus, qui actus ponuntur in magna parte ſu-

ADDITIONES.

a ¶Secunda inſpectio. Vide Bar.in l.prohibere.§. planè.ff.de vi & vi arma. & in l.cũcte.C.de his,quæ vi metusve cauſ.& Bal.in l.decernimus.C.de ſacroſan.eccl.& Pet. de Anch.in conſi.300.

b Sed diſtrahit. Vide Bar.in l.creditor. ff.de ſol.& Bal. in conſi.404.in.2. vol.factum tale proponitur.& in l.falſus procurator.C.de fur.& in l. nouiſſimè.in prin.ff.quod fa l.tutore.& in l.ſi te bonis.vbi Pau.de Caſt.& Iaſ.C. de iur. deliberan. & Fely. in c.1.de offic.dele.& plenè per Phil.Decium in conſi.25.inci. & pro tenui facultate. & Imo.& Docto in d.l.creditor.& ibi vide apoſt.Ale. & meã, in ver. illam qſtionẽ.

c ¶Mihi autem videtur. Vide Barto.in l.ſi vrbana.in fine.ff.de condi.indebi.& ibi Ale. in apoſtil.& ibi dñm meum do.Iaſ.plenè,& Fel.in c.fi.in fi.vbi plenè, de accuſatio.

d ¶Si legem. Vide plenè per Ale.in conſi.57.incip.quoniam.in fi.in 1. vol.

BIU Cujas

te ſupra in princ.huius tract. qui actus conſiſtunt in hoc,
28 quòd ſubditos †affligat: quos actus clariùs enumerat egregius Plutarchus, de regimine principum, per decem titulos. Primò enim eſt tyranni potentes, & excellentes homines ciuitatis perimere, ne contra ipſum poſſint inſurgere: videmus enim, ꝙ proprios fratres, & conſanguineos occidunt, qđ ſignum eſt peſſimæ tyrannidis. Secundò, ſapientes diſcriminant, al. diſterminant, ne cognoſcentes eorum mala arguãt, & populum contra ipſum ꝓuocent. Tertiò, quòd nedum diſciplinam, & ſtudiũ perimant; ſed etia operantur, ne fiant ſapientes ſemper enim timent per ſapientiam reprehendi. Quartò, ꝙ ſodalitates, & congregationes etiam licitas non permittunt; timent enim ne contra ipſos inſurgant. Quintò, habent per ciuitates multos explo ratores: cum enim cognoſcant ſe malè gerere, ſemper credunt, ꝙ homines de eis malè loquãtur, & contra ipſos machinentur; & ex hoc tales relatores libenter audit. Sextò, ꝙ tirannus conſeruat ciuitatem in diuiſione, vt quælibet pars de alia timeat, & contra eũ non inſurgat. Septimò, curat ſubditos facere pauperes, vt ſic occupentur circa curas eorum, vnde viuant, & ꝫ cum non contingat aliud machinari. Octauò, procurat bella, & mittere bellatores ad partes extraneas, ita ꝙ interim nõ cogitent contra eum: & quia propter bella homines depauperantur, & à ſtudijs auocantur, ꝙ tyrannus quidem quærit, & etiam vt habeat bellatores pro ſe, quando expedit. Nonò, ꝙ cuſtodiam ſui non facit per ſuos, ſed per forenſes: timet enim de ciuibus. Decimò, cum in ciuitate ſunt partes, ſemper adhæret vni, vt cum illa aliam fugat.
29 Ita dicunt dicta Plutarchi, quę examinemus. † Primum, excellentes, & etiam fratres perimere eſt actus tyrãnicus: verum eſt, niſi ex iuſta cã, vt fecit Romulus de Remo. vt l.fi.ff.de rerum di. Quis.n. dubitat, ꝙ ſi aliquis in ciuitate potens ſit, rixoſus, & ſeditioſus, de ciuitate debet expelli à quolibet iuſto iudice. vt.ff.de pœn.l.capitalium.§.ſolent. & l.ſi quis aliquid.§.authores.eo.tit. de offi. præſid.l.1.§.fi. tunc enim cum iuſta cã fieret, non eſſet actus tyrannicus. Secundum.ſ.perimere prudentes, ſimiliter intelligendum eſt ſine iuſta cauſa. Tertium, qđ diſciplinam, & ſtudium perimunt. iſtud intelligo de ſtudijs ipſi ciuitati congruentibus. vt ff de excu.tuto.l. ſi duas.§.eſt autem. Si verò perimãt ſtudium, ad quod ciuitas non eſt apta, non eſt actus tyrãnicus. in 1.conſti.ff.§. hæc aũt tria. Quartum, ꝙ non permittunt congregationes, ẽt licitas, ſi ſemel delinquunt, certè põt de iure diſſoluere, vt ff.de re mil.l.3.§.ſi plures. Vidi.n. prætextu religionis, aliquos ꝯgregari, & ſtatim ciuitatem turbare. Ex qualitate ergo perſonarum comprehenditur, an iuſtas ſodalitates diuidere ſit actus tyrannicus. Quintum, ſ. vt habeant in ciuitate multos exploratores, hoc põt eſſe actus iuſti rectoris, ſi ad finem debitum fiat, vt ff.de offi.pręſe.vrb.l.1.§.pen. Rectus.n. iudex habet exploratores, & corrigit delicta, & alia, quæ iniuſtè fiunt in ciuitate; tyrannus verò habet exploratores eorum, à quibus ſtatus eius poſſet lædi, tunc refert ad propriam vtilitatem. Sextum, ꝙ tirannus ſtudet ciuitatem ſeruare in diuiſione, hic eſt actus tyrannicus; quoniam ad iuſtum iudicem principaliter ſpectat quietem ciuium ꝓcurare.l.1.§. quies.ff. de offi.præſe.vrb.& ff.de offi. præſid.l.congruit.in princ. & in authen.de mand.prin.§.deinde competens.vbi hoc magis expreſsè ponit. Septimũ, ꝙ curat ſubditos facere pauperes. hic eſt ſimpliciter actus tyrannicus. Nam rectus iudex nil põt ſibi debitè accipere, nec debet ſubditos affligere grauaminibus realibus, vel perſonalib. C.ad l.Iuliam repetunda.l.iubemus.& l.fi.& in auth.de man.princi.§.illud tamen. Octauum, ꝙ procurat bella, &c. procurare bella intrinſeca ſimpliciter eſt actus tyrãnicus: bella verò extrinſeca quandoq; poſſunt eſſe iuſta, bellũ verò iniuſtũ ſimpłr eſt actus tyrannicus, vt in vſib.feu.in tit.hic finit lex.c.dño guerram faciente.in princ. Nonum, qđ cuſtodiam ſuã nõ facit p ciues: hic aũt actus põt eſſe iuſtus. põt.n. populus ita eſſe indomitus, & ita peruerſus, ꝙ dñs ẽt iuſtus nõ põt de eo confidere, qđ magis contingit in ciuitatib.q̃ de nouo recuperãtur, & ꝑ iuſtos dños; & ideò Imperatores qñque expellebant hoſtes de vna ciuitate, & ponebant alibi, vt C.de iure fiſci.l.1.li. x.ſicut videmus iuſtos dños qñque facere munitiones, & fortilitia in ciuitate, & iſta quidẽ iure regunt, ſed talia in dño iuſto cãlia ſunt; in tyranno cõia. Decimum, adhærevni parti, & aliã opprimere, eſt ſimpłr actus tyrannicus, cum vltimus finis ciuitatis ſit qęs, & pax
30 ciuium, vt dictũ eſt. Oĩa ergo †põdicta ſunt ſigna ad ꝓbandũ tyrannidem, ſed principaliter illa duo, ſ. ꝙſeruare ciuitatẽ in diuiſione, & de paupare ſubditos, & eos affligere in perſonis, & rebus: qđ optimè probatur in capitulis.ſ. relatis. Ex prædictis apparet quem eſſe tyrannum.

31 **Nonò** †quæro, ſi aliqs eſt Comes, Dux, Marchio, vel Baro, q̃ hẽt iuſtum titulũ, & ꝓbeť tyrannus exercitio, qđ dẽt facere ſupi or? Rñ. dẽt eum deponere, qm̃ q̃ talia agunt, detinent ppłum in ſeruitute, ſed ad ſuperiorẽ pertinet populũ de ſeruitute eximere, vt C.de offi. præf. Aphri.l.2.in nomine Dñi nři.in prin.vbi dicit, fortiſſi
32 mos tyrannos deiecimus. Sed †in q̃ legem incidunt hi, qui abſq; iuſto tit. regnant? Certum eſt, ꝙ tenenť l.Iulia maie.
33 l.3.ff.ad l.Iul.maie. de iſto verò tyranno, †qui hẽt iuſtum titulum, ſed exercitio apparet tyrannº, dico ꝙ ex eo, ꝙ ſubditos affligit in corpore, incidit in l.Iuliã de vi publ. Item ex eo, ꝙ ciuitatẽ tenet in diuiſione, & ſic iudicia non patiť fieri, vt oportet, incidit ĩ eandẽ legẽ de vi pub. vt eo. tit. l.q
a dolo malo. Itẽ ex eo, [a] ꝙ nouas exactiones, & noua vectigalia imponit, in eandẽ legẽ incidit, vt eo.tit.l.fi. cuiº legis pęna eſt deportatio. Inſt.de pub.iud.§. itẽ lex Iulia de vi. & ſic amittit oĩa, q̃ ſunt iuris ciuilis. l. quidã. ff. de pęn. & ſic tanq̃ infames ꝓdunt dignitates, & iuriſdictiones, expreſsè dicit ad l.Iul.de vi priu.l.2.in prin. Item ex hoc incidit in l.Iuliã de ambitu, vt ff.ad l.Iul.de ambitu.l.1.§.1.& in ϙſtitu.l. fin. C.noua vectig. Item forſan incidit in pęnã capitalẽ, vt C. de exac.trib.l.1.li.x. dico ẽt, ꝙ ſi exiſtentes in tali tyrannide, quoquomodo publicè, vel occultè machinanť ꝯ principẽ, vel eius officiales, ipſo iure ſunt rebelles Imperij, & dignitatẽ perdunt ſcđm legem nouam Theodoſij Imperatoris.

34 **Decimò** quæro, q̃d dicemus † de his, quæ vidimus feciſſe ſummum Pontificem, & Imperatorem, & Legatos? Nam quoſdã, quos clarè cognoſcebant eſſe tyrannos, quos propter tyrannidem detinebant, & eos Eꝑos, ſ. ſedis apoſtolicæ, vel Imperij conſtituebant Vicarios, vt fecit Clemens 6. in ciuitate Bonon. de
b dño Thadeo de populis, [b] & eius filijs. Hoc idem fecit Carolus Imperator cum tyrannis in Lombardia: hoc idem dñs Legatus cum multis tyrannis fecit in Marchia Anconitana? Rñ. præſumẽdum eſt, ꝙ tanti dñi hoc ſine magna cauſa non faciunt, & põt eſſe duplex cã. Prima, ꝓp aliqua
c magna, & ardua, [c] q̃ eis expedire incũbat. ſicut.n. diligens naura ꝓijcit viliora, vt ſaluet p̃tioſiora, vt ff.ad l.Rhod. de iactu.l.qui leuandæ. & diligens paterfamiliàs debet præeligere, vt res p̃tioſiores ſaluas faciat, vt not.ff. cõmodati.l. ſi vt certo.§. qđ verò ſenectute. Sic ẽt dñs iuſtus cum vno tyranno pertranſit, & eum Vicarium facit, vt ea, quę ſunt magna, & ardua, reformare poſſet. Secunda rõ põt eſſe, charitas, & dilectio eorum, qui ſunt ſub tyranno: ſicut.n. videmus naturaliter Phyſicos facere. qñ vna infirmitas nõ põt ſine magno periculo perſonæ curari, tunc ipſi procurant ſuſtentare naturã, ne infirmitas procedat vlterius, ex quo contingit, ꝙ natura ſemetipſam adiuuat; ita quandoque Rectus Princeps facit, vidẽs, qđ qñque vnus tyrannus nõ põt deponi ſine magno exterminio eorum, qui ſunt ſub tyranno, ꝓp bona eorũ ipſum tyrannum facit Vicariũ, vt ex hoc ille tyrannus minùs timeat, minùs ppłum grauet, & interim caſus occurrit, ꝑ quẽ, ſuadẽte iuſtitia, ſine populi detrimento deponeť tyrannus: ꝓp aũt dictum tit. ſupueniente dicti tyranni non deſinunt eſſe tyranni, ſi p̃dicta tyrannica opera exercent, hęc.n. quę dicta ſunt in cõmiſſione eis facta, non veniunt, vt ff.de condictio.indebi.l.ſi procurator.ff.quæ in fraudem creditorum.l.ſi pater.

35 **Vndecimò** quęro, an† ꝓceſſus facti p ſupradictos tyrãnos, q̃ iuſtũ hñt tit. valeant? Et dico, qđ aut fecit proceſſus contra ſuos exititios, & rebelles, & non valent; quia non debuerunt ϙparere corã iudice ſibi notoriè inimico, vt dictum eſt in præcedenti.
d Ea verò, quæ ipſe fecit contra intrinſecos, [d] valent, donec ipſi tolerantur cum ipſa dignitate.l.Barbarius.ff.de officio prẽt.& C.de ſentẽtijs & intelo.l.ſi arbiter.& de teſta. l.1.& extrà, de reſti.in integ.c.ſciſcitata. & ibi per Inno.de re iud.c.ad probandum.& hæc vera, donec tolerãtur. Sed
36 quid ſi iam† cẽptus eſt proceſſus ex quo ferenda venit ſen

ADDITIONES. tentia

a T.D. ¶Item ex eo. Vide Ale in l.imperium.ff.de iur.om.iud.

b ¶De populis. Vide Raph.conſi.162.inci.viſa copia priuilegiorum. circa fi.& Bar. in l.filio præterito. ver.ſeptimò eſt videndum.ff. de iniuſt.rup.teſt.& in l.1.in x.q. ff. de iur.codic.

c ¶Aliqua magna & ardua. Vide plenè per Fel.in c.poſtulaſti.de reſc. & vide Ale. de Imo.in conſi.123.in 4.vol.in vlt.col. Et adde Philip. Franc. in c.ſi gratioſè. de reſcr. in 6.& vide apoſt.meam ad Bart.in l.authoritate.C.vnde vi.

d ¶Contra intrinſecos. Vide Feli. in c. cum omnes. de conſtitu.& Iaſ.in l. Barbarius. in prima limita.ff.de offic.prætor.

BIU Cujas

tentia declaratoria contra talem tyrannum, an facta pendente processu ante sententiam teneant? Respon. quando fit processus ex quo ferenda venit sententia declaratoria vt quia faciat aliquod delictum, propter qđ ipso iure priuatus est iurisdictione, vel dicitur seruus, vel infamis, tũc facta post processum inchoatum non valent, vt C. de testa. l. 1. in fi. Nec vsque adhuc aliquis status controuersiam mouit, vt ff. qui, & à quib. l. quæsitum. Si verò fit processus, ex quo priuandus venit per sententiam, tunc interim gesta per eum valent, quia interim dignitatẽ retinet, [a] ff. ad Municip. l. Lucius. §. in quæstionibus. & no. C. de reis post. l. 1. lib. x. & eo. modo, si quid contraheretur, vel ipsi tyranno solueretur, valeret, vt no. per Inno. de electio. c. nihil. quod intellige, nisi faciat contractus submittendæ ciuitatis, vt j. dicam. & hæc dico † quòd si aliquis est in nobili potestate, & habet iustum tit. licèt respectu exercitij sit tyrannus, tamen habet bñficium: extrà, de bapti. c. 1. in clemen. donec in dignitate toleratur, secus si esset defectus titu. vt j. not. Item dico, quòd postquàm talis habens titu. deuenit ad tyrannidem per modum exercitij, si aliquid sibi plus iurisdictionis concedi fecerit à populo non valeret, quasi populus per metum faceret, vt dcm̃ est in præce. ltẽ omnis contractus, quem faceret de ipsa ciuitate submittendo, vel obligando eam, non valeret. non. n. loco domini est, cum ipsam ciuitatem spoliat sua libertate. vt ff. de vsucapio. pro emp. l. qui fundũ. §. si tutor. expressius extrà de iureiu. c. intellecto. facit de ele. c. fundamẽta. §. pen. li. 6.

38 **Duodecimò** quęro † de tyranno tacito, & velato, vt est ille, q̃ sub quodam velamine non iustè principatur in ciuitate. Istud autem velamen contingit duobus modis, scilicet per titulum, quem facit sibi concedi. Sciendum est, q̃ supradictum est, q̃ tyrannus propriè opponitur Regi, sed de Regia potestate est, q̃ sit perpetuus. Item q̃ habeat omnẽ iurisdictionem, vt patet ex capitulis suprà relatis. Ex his duobus duo velamina tyrannica sunt inuenta. Primum q̃ quòd qdam faciunt sibi concedi iurisdictionem, & finito tempore refirmari, & sic regimen eius magis videatur iudicis,
39 quàm tyranni. Sed circa hoc dico, † si quidem habeat iurisdictionem, & sibi faciat concedi in ciuitate propria, titulus est nullus: nam nullus potest talem iurisdictionem habere, vt C. de assessoribus. l. in consiliarijs. fallit in vrbe Romana, vbi quis potest esse prætor. l. 2. C. de offi. præto. & Senator per annum tantùm, & non vltrà. d. c. fundamẽta. in fi. Item fallit in defensore ciuitatis, vt in authen. de defen. ciui. §. sed interim. sed illi non habent merum, & mixtum imperium, sed nudam iurisdictionem, & sic de tali qui nullum titulum accepit, esset dicendum idem quod
40 dictum est s̃. de Tyranno ex defectu tituli. † Sed si poneres ciuitatem ex priuilegio, vel cõsuetudine taliter, quòd potestas populi concedentis non posset in dubium reuocari, & sic titulus pro loco concessus valeret: tunc videndum est, an ex eo, quòd fecit refirmari, sit tyrannus. quod videtur de iure communi, quia talis refirmatio non valet, imò incidit in legem Iuliam de ambi. vt C. ad l. Iul. de ambi. l. 1. Sed si poneres, q̃ tanta esset potestas dicti populi, q̃ posset contra dictam legem dispensare, tunc videndum, an tempore primi regiminis ita se fortificauit, quòd populus habeat necesse eum eligere pro sequenti tempore, & tunc verè tyrannus est electus per metum ex defectu tituli. Si verò esset sponte electus, sed modò exercitio esset
41 tyrannus, dic vt in præced. Secundum velamen est, † quia quidam tyranni faciunt sibi fieri aliquem titulum, cui nulla quasi iurisdictio ineſt, putà facit se creari vexilliferum vel confalonerium, vel facit sibi commiti custodiam ciuitatis, vel facit se fieri Capitaneum stipendiariorum, vel gentis armigeræ, & ex hoc non dñt se esse tyrannos, cum ad tyrannum debeat spectare omnis iurisdictio sicut ad Regem. non. n. potest dici principalis, qui nullam, vel mediam iurisdictionem habet. certè ex illo titulo tyrannus non est, sed ex hoc q̃nque in tantam venit potentiam, qđ officiũ ciuitatis ordinat prout vult: quòd officiales ei obediunt, vt dño, tunc dico, si opera tyrannica facit, vel fieri facit, verè tyrannus est: nam principaliter in ciuitate regimina obediunt, & non iure principantur: quia opera tyrannica facit, & sic est tyrannus. Sed hoc qualiter poterit probari, cum talis sit velatus tyrãnus, & per se non facit, in Palatijs rarò intrant, sed suis scripris, & nuncijs regimina obediunt? Respondeo, dura probatio est, cum quando fiunt prædicta, testes non vocentur: & hoc considerans decretalis in certo casu statuit probari per alicuius iurm, vt extrà, de reseri. c. 1. lib. 6. sed hoc non puto generale esse: ibi enim iurans nullo alio præiudicio grauatur, & ideò puto hoc aliter probandum. Sciendum est. n. quòd licèt quidam actus per se directò probari non p̃nt; probantur tamen, vt dixi in libro de alluuionibus, quæ licet videri nõ possint, cum crescunt, ex eo tñ, quod factum est, sequitur de necessitate, q̃ flumen attulit. ¶ Item licèt filij generatio non videatur, pro plena tñ probatione est, quòd natus est in domo ex muliere cohabitante cum viro, vt ff. de his qui sant sui, vel alien. iur. l. filium. cum enim probatio faceret fidem iudici, ista statim fidem iudici adducunt. Ita in proposito si aliquis probauerit ciuitatem esse in diuisione: est enim vna pars expulsa foris, & quòd in ea fiut maleficia, & enormia, nec puniuntur, & q̃ ciues multum grauantur, & similia, pertinent ad actus tyrannicos, de quibus diximus. ¶ Item qđ ille talis, q̃ habet illum titulũ est potentior hõ, qui sit in ciuitate, & est publica fama, quòd facit prædicta fieri, satis puto probatam tyrannidem. Prædicti. n. actus ab alio, quàm à prædicto potentiore procedere non possent: satis. n. cum fama prædicta ad fidem iudicem inducunt cui congruit id, q̃ dicimus in eo, qui iustè principatur, sufficit, qđ sic habeatur, & sic reputetur. l. Barbarius. ff. de off. præto. eadem rõne multum facit, q̃ qs
42 tanquam tyrannus habeatur, & reputet. An aũt facta † tpe
b dicti tyranni, valeant? [b] dico idem, quod dixi de tyranno manifesto, qui facit fieri per officiales electos à ciuitate. Et prædicta vera, q̃n maior pars populi opprimitur, grauatur, vel malè cõtentatur. Si. n. aliqui ex̃ ciuitatem teneret, vel aliqui in ciuitate essent malè tractati ad honores non vocati, in alijs aũt ciuitas bene regeret, & ad cõem vtilitatem bñ attenderetur, tunc talis hns talem titulum, vel similem per excellentiam, non esset tyrannus, simp̃r loquendo, quia per tale regimen cõis vtilitas attenditur: qđ directè est oppositum tyranni. Sed in his, quæ fierent contra extrinsecos, & inimicos illius hois sic p̃cellentis, licèt bene regat Rempublicam, puto dicendum idẽ, ac si à tyrãno factu esset. nullus. n. dubitat, qđ qs respectu aliàs dicatur tyrannus, respectu verò cõitatis iustus iudex, C. si quac. p̃di. pote. l. 1. Propter qđ sciendũ est, q̃ sicut rarò reperit vnus hó sanus per oĩa, quin in corpore aliquos pa-
43 tiatur defectus; † ita rarò reperitur aliquod regimen, ĩ quo aliquid tyrannidis non sit: magis. n. diuinum esset, quàm humanum, si illi, qui principantur nullo mõ proprium
44 commodum, sed coem vtilitatem respicerẽt. Illud tñ † dicimus bonum regimen, & non tyrannicum, in quo plùs prævalet cõis vtilitas, & publica, quã propria regentium: illud verò tyrannicum, in quo propria vtilitas attenditur. Et istud dicit Aegidius in tertio lib. de regi. princip. c. 11. & istud est p̃cipuè aduertendum, qm̃ tractatur de probando
45 an aliquis sit tyrannus. Tertium velamen est † qm̃ quis nullum titulum in ciuitate sibi concedi patitur, sed regimina ciuitatis ita ordinat, q̃ omnia procedunt fm velle suum, istos esse Tyrannos potest probari eo modo, quo suprà proximè dictum est, s. q̃ sit homo potentior, habens maiorem sequelam. ¶ Item q̃ est publica vox, & fama, & facit prædicta fieri, & multa oportet q̃ tempore tyrannidis fiant, propter quæ prauitas Tyranni latere nõ potest, & faciliùs apparebit modus probandi. De his autem quæ fiut tempore talis Tyrannidis, dico, q̃ suprà proximè dixi. An autem in vicinia, vel certa parte ciuitatis posset esse Tyrannus, suprà dixi, &c.

ADDITIONES.

a ¶ Retinet. Vide Ias. in l. Barbarius. versi. 5. limita. ff. de offi. præto.

b ¶ Valeant. Quod illegitimè factum est à tyranno aduenientе iusto domino debere cassari, tenet Bar. per illum tex. & idem Bal. & Pau. de Ca. in l. decernimus. C. de sacrosanct. eccl. Philip. Dec. plenè in consi. 190. inci. in causa, in qua agitur.

¶ Explicit tractatus de Tyrannia do. Bart. à Saxoferra.

TRACTATVS.

REPRESALIARVM.

1 *Represaliæ à quo tempore frequentari cœperunt.*

2 *Represaliæ, & si latè accipi possunt; tamen sunt, quando conceditur licentia capiendi personam, vel res alterius pro altero.*

3 *Represaliæ, vt sint licitæ in foro conscientiæ, requiritur authoritas superioris, causa iusta concedendi, & intentio iusta, & recta.*

4 *Represaliæ de iure ciuili licitæ sunt duobus concurrentibus, scilicet authoritate superioris, & iusta causa.*

5 *Represalias ius concedendi inductum videtur de iure diuino, & de in regentium.*

BIU Cujas

6 *Ciuitas potest bellum indicere ob tutelam vnius ciuis.*
7 *Liberi debitoris possunt capi, quando alia remedia cessant contra debitorem.*
8 *Statuta concedentia represalias, vltra casus à iure communi permissos, quando fieri possint, & valeant. & nu.10.*
9 *Statutum Florentiæ, quòd mercatore fugiente, vxor, & liberi teneantur, valet.*
10 *Terræ quæ submittunt se protectioni ciuitatis certis pactis, non dicuntur subditæ, sed fœderatę fœdere inæquali, & liberæ sunt.*
11 *Statutum concedens represalias in subditos, an exerceri possit extra territorium.*
Statutum, quòd filij cedentis foro, vel rumpentis, quando possit contra filios extra territorium exerceri.
12 *Statutum, quòd homines vnius villæ, vnus teneatur pro alio, non comprehendit illum, qui de nouo est effectus homo illius villæ, in debitis antiquis.*
13 *Statutum quòd vnus homo villæ teneatur pro alio, intelligitur de debitis contractis intra territorium statuentis.*
14 *Represaliæ per pactum quando licitè fieri possunt.*

a REpresaliarum Materia[a] nec frequens, nec quotidiana erat tẽpore, quo ĩ statu debito Romanum vigebat Imperium: ad ipsum n. tanquam ad summum Monarcham habebatur regressus; & ideò hanc materiam legum Doctores, & antiqui iuris interpretes minimè per
1 tractauerunt. † Posteà verò peccata nostra meruerũt, quòd Romanum Imperium prostratum iaceret per tempora multa, & Reges, & Principes, ac etiã ciuitates, maximè in Italia, saltem de facto in temporalibus dominum non agnoscerent, propter quod de iniustitijs ad superiorem non potest haberi regressus, cœperunt represaliæ frequentari, & sic effecta est frequens, & quotidiana materia. Ego itaque Bartolus à Saxoferrato ciuis Perusinus, minimus legum Doctor, speculationibus ad ius ciuile spectantibus operam dans, ad communem vtilitatem, & maximè vniuersalis studij Perusini, super ista materia libellum composui, quem correctioni cuiuslibet meliùs veritatem intuentis suppono. mihi enim satis est, ꝙ hic libellus alijs, quos Deus sui gratia sublimauit ingenio, altiùs inuestigãdi materiam tribuat. Ipsum itaque libellum ordine infrascripto transcriptum vniuersitati prædictæ tradidi anno Domini à natiuitate 1354. die penult. mensis Februarij.

De represalijs tractaturi, quæritur de aliquibus quæstionibus principaliter, quas posteà per particulares quæstiones clarè examinabimus. Prima quæstio est, an represaliæ sint licitæ. Secundò, quare possint concedi. Tertiò, per quem iudicem represaliæ possũt cõcedi. Quartò, qualiter conceduntur. Quintò, quibus concedantur. Sextò, contra quos concedantur. Septimò conceſſæ contra quas personas exerceantur. Octauò, contra quas res. Nonò, qualiter exerceant. Decimò, d remedijs exactis. &c.

Quæstio prima, an represaliæ sint licitæ. Circa quam quæritur, an sint licitæ in foro conscientiæ. Secundò, an sint licitæ in foro ciuili. Tertiò, an statuto possint fieri licitæ vltra casus à iure permissos. Quartò, an statuta quæ circa hanc materiam represaliarum fiunt, possint exerceri extra territorium. Quintò, an per pactum represaliæ possint licitè fieri.

Ad primum, an represaliæ sint licitæ. Respondeo, & ad declarationem huius tractatus, & totius quæstionis præmitto, quòd re-
2 presaliæ possunt † multùm latè accipi, pro omni eo, quod habet potestatem, personam, vel res alterius capiendi, & sic comprehenderent eum, qui habet potestatem capiendi ipsum principalem debitorem, vel res ipsius, quod hic non intendo tractare, sed solùm quando conceditur licentia capiendi personam, vel res alterius pro altero. & ista sunt quæ in vulgari nostro vocantur represaliæ: de iure verò communi vocantur pignorationes, vt in authen. vt non fiant pignora. & extra, de iniur. & dam. dat. capitulo, primo. libro sexto. Alibi verò, vt Pisis aliter. Alibi autem habent alia nomina, de quibus non curo, quia imponuntur ad placitum. Prout ergo hoc nomen capitur, vel exiga
3 tur, quæro † an sint licitæ in foro conscientiæ. Et videtur ꝙ non: nam anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris. Ecclesiastici. xviij. sic patet ꝙ alius pro alio non potest capi. Præterea, non licet in foro conscientiæ facere id, quod repugnat naturali rationi, sed istæ represaliæ naturali rationi repugnant, vt extrà, de iniur. & dam. dat. c. 1. lib. vj. ergo non sunt licitæ. In contrarium ꝙ sint licitæ, videtur authoritas Augustini in libro quæstionum. Iusta bella solent diffiniri, quæ vlciscuntur iniurias, si gens, vel ciuitas plectenda est, quæ vendicare neglexerit quòd à suis improbè est factũ. xxiij. q. 2. c. dominus noster. Secundò, ad hoc vt represaliæ sint licitæ in foro conscientiæ, requiritur primò authoritas superioris. Secundò, causa iusta concedendi, quia denegauit iustitiam. d. c. dominus noster. Tertiò, requiritur, quòd intentio sit iusta, & recta eius, qui habet represalias. vnde Aug. in li. contra Faustum. Nocendi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacatus, & implacabilis animus, feritas debellandi, libido dominãdi, & si qua sunt similia: hæc sunt, quę in bellis culpantur: & sic licèt esset authoritas superiorum, & iusta causa; tamen animus iniquus faceret represalias illicitas in foro conscientiæ. Hęc sentit Sãctus Thomas in secunda secundæ. quæst. xl. c. 1. in foro autem ciuili, de tali animo non curatur; quia de cogitatione non curatur, l. cogitationis ff. de pœnis. in prædictis tamen est standum Theologis.[b]

Ad secundum, an represaliæ, sint licitæ in foro ciuili? & videtur, quòd non, vt in authen. vt non fiant pign. posito. C. ne vxor ꝙ mari. auth. sed omnino. & in auth. vt nulli iudic. §. quia verò posito. C. de actio. & obligat. auth. imò. & ad idẽ C. de decu. l. prouidendum. lib. x. vt nul. ex vica. pro alie. vica. debi. te. l. 1. lib. xj. & extrà, de iniur. & dam. dat. c. 1. li. 6. & C. ne fi. pro pat. auth. habita. ibi, ex peruersa consuetudine, &c. Et videtur, quòd sint licitæ, cum gens, & populus iustitiam requisiti facere neglexerint, vt. 23. q. 2. can. dominus. vbi hoc est expressum. & facit, quod no. C. de Iudæ. l. nullus. ff. de incend. ruin. naufra. l. nc quid. & ff. quod vi aut
4 clam. l. si alius. §. bellissimè. & quod ibi not. Solut. † Doct. * *omnes communiter* in sententiam istam inclinant, quòd si quidem contra illum hominem, vel populum, qui iustitiam facere, & debitum reddere negligit, non potest haberi recursus ad superiorem, tunc represaliæ sunt licitæ duobus interuenientibus. Primò requiritur superioris authoritas; non enim licet alicui sua uthoritate ius sibi dicere, vt iura vulgaria dicunt, & est expressum. xxxij. q. 2. can. 1. Secundò, quòd superioris authoritas interponatur sibi ex iusta causa; nam ista decreta, nisi ex natura, & iusta causa interponantur, sunt ipso iure nulla. l. cum verò. §. subuentum. ff. de fideicommiss. liberr. & l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat. & per totum. Causa autem legitima esse videtur, quòd dominus, gens, vel populus requisitus iustitiam facere neglexerit, d. c. dominus noster, & c. olim. de rest. spol. in authen. habita. C. ne fil. pro pat. in fi. & Iac. de Belu. in q. sua disputata, quam ponit in authen. vt non fiant pign. Hoc idem videtur tenere Sanct. Thom. de Aquino, vt dixi in præceden. q. Si bene aduertantur prædicta,
5 mihi videtur, † quòd ius concedendi represalias non iure ciuili, vel canonico sit inductum, sed magis iure diuino, d. c. dominus noster. & de iure gentium quidam permittunt bella licita, l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & quod ibi not. & bellum licitum est ex causis prædictis, quod etiam probatur, quia de iure gentium est, quòd id quod quis ob tutellam sui corporis fecerit, videtur fecisse iustè, vt ff. de iusti. & iure. l. vt vim. corpus intelligo, siue loquamur de
6 vno indiuiduo, siue de vno corpore mixto. Vnde † ob tutelam vnius ciuis potest ciuitas indicere bellũ, sicut vnus particularis potest indicere bellum contra omnes ob tutelam personæ suę, & suarum rerum, vbi superioris copia, vel aliud remedium haberi non potest, vt dictis iurib. & ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. bellissimè. & quod not. in d. l. nullus. C. de Iudæis. & ff. quæ infrau. credit. l. ait prętor. §. si debitorem. cum si. ergo, &c. & prędicta puto iurigentium, & veritati ciuili consonare. † Nam vbi alia remedia cessant contra debitorem, possunt capi homines liberi, in quibus debitor ius habebat, vt puta liberi: casus est singularis. ff. de acq. hær. l. pro hæredę. §. si quid tamen: & ibi not. in fin. glo. mag. Sed ciuitas, vel dominus iustitiã facere negligens, vel recusans, est debitor iustitiam postulãtis; ergo hoĩes subditi illi, dño, vel ꝙ o, capi poterũt.
7

ADDITIONES. Præ-

a T.D. ¶ Represaliarum materia. Iste est trac. Bar. de quo meminit idem Bar. in. l. nã & Seruius. in prin. ff. de neg. gest. & in l. prouinciales. ff. de ver. sig. vbi dicit intendere facere tracta. de represalijs.
b Theologis. Vide Rapha. Cuma. in consi. 140. inci. dominis. iudicis. in fi. princi.
* Omnes. Adde & vide ad hoc dictum Bar. correctum in consilio 160. in 2. parte.

BIU Cujas

Præterea, propter delictum domini negligentis facere iu ſtitiam poteſt indici bellum contra totam terram,& omnes gentes ſubditas ſibi, vt in auth. ſi verò dominus temporalis.C.de hæret. & ſic cõcluditur repreſalias eſſe licitas ex cauſis legitimis. De iſtis autem cauſis dicitur latius ℑ. in 2.quæſt.principa.ſufficiant prædicta quantum ad hunc paſſum.

a 8 **Ad tertium,** [a] an † ſtatuto poſſunt fieri licitæ vltra caſus à iure communi permiſſos? Dico quòd ſi ſtatuta fiant contra terras,vel villas ſibi ſubditas, quòd tunc poſſunt fieri licitæ repreſaliæ, per ſtatuta etiam extra cauſas prædictas à iure communi permiſſas. Vnde valet, ſi ciuitas ſtatuit, quòd quilibet de villa poſſit capi pro debito alterius, vt C.de omni agro deſerto.l.1. lib. 11. ſicut quandoque ſtatuit, quòd vxor teneatur pro viro,vt C.in quibus cau.pig.ta.cõtrah. l.ſatis. & quòd filius teneatur pro patre.C. de primipi.l.fi.
9 lib. 12. Et ſic patet, † quòd ſtatuta communis Florentiæ,
b quæ dicunt,quòd mercatore fugiente, [b] teneantur vxor & liberi, licèt non ſint hæredes, procedunt de iure communi, & intelligo terras ſubditas ſimpliciter, ita quòd
10 ſint de comitatu. † Terræ verò, quæ ſubmittunt ſe protec
c tioni ciuitatis, certis pactis, ſubditæ non dicuntur, [c] ſed dicuntur terræ liberæ fœderatæ fœdere inæquali, de quib. loquitur lex,non dubito.ff.de capt.& poſtli.reuer.& in illis puto idem quod in alijs terris omnino liberis. Si verò ſtatuta fiant in vna ciuitate cõtra aliã terram liberam circa repreſalias concedendas, tunc aduertendum, quia in cauſis concedendarum repreſaliarum vertitur iuſtitia nõ facta, ſeu iuſtitia denegata à terra, contra quam repreſaliæ conceduntur, & circa hoc non poſſunt fieri ſtatuta. Non enim vna ciuitas poteſt facere legem ſuper alteram, quia par in parem non habet Imperium,& quia non poteſt extra territorium ſuum ſtatuere, quæ ſunt iuriſdictionis alterius, & non ſuæ, vt dicunt iura vulgaria. Secundò vertitur in cauſa, ſi ſuperioris copia haberi non poſſit, & circa hoc ſimiliter non poteſt fieri ſtatutum,putà ſi ſtatutum diceret, ꝙ repræſaliæ cencedantur, nec teneatur ꝙs ire ad ſuperiorem, vt extrà, de iureiu.c.veniẽtes. & arg. l.pen.ff. de aqua plu.arc. Tertiò vertitur in cauſa ſuperioris authoritas,id eſt,authoritas ipſi⁹ ciuitatis ꝙcedentis repreſalias.& tunc circa hoc põt facere ſtatutũ,an in talib. p̃ dictis concedatur, & quo ordine. Nam cum iſta cauſa & iſta inſtantia ſit ſua,poteſt circa hoc ſtatuere, cum quælibet ciuitas ſtatuta facere circa ordinationem,quæ in foro eius agitur, poſſit.ff.de teſtibus.l.3.§.fin.C. de iura.calum. l.2.§.fin.& quemadmodum teſtamenta aperi.l.2.

11 **Ad quartum,** an † ſtatuta,quæ circa repreſalias fiunt in ſubditos poſſint exerceri extra territorium. Exemplum. Dicit ſtatutum Florentiæ, qui rumpit, ſeu foro ceſſit, an filij vigore illius ſtatuti poſſint exigi extra territorium? Reſpond. ſi quidem talis filius erat natus tempore quo pater rupit, fefellit, ſeu foro ceſſit in ciuitate Florentiæ, & tunc ſi qui
d dem extra territorium Florentiæ [d] aliquis vellet exercere dictum ſtatutum faciendo executionem facti, hoc non poſſet: quia nec ſententia vnius iudicis extra torritoriũ executioni mandari debet abſque literis primi iudicis.l. à diuo Pio.§.1.& ibi plenè dixi.ff.de re iudi.& eꝛ̃, de foro com.c.Romana.§. contrahentes. lib. 6. Sed ſi vellet quis extra territorium agere contra talem filium condictione ex illo ſtatuto, ordinariè hoc poſſet: quia actio vbiq; ſequitur eum, contra quem competit, vt C.de præſcrip. lon.temp.l.fin.ſicut contra vnum ex contutoribus poteſt agi per contutorem vbicunque ſortitur forum.l. hæres abſens.§.1.coniuncto.§.fin.ff.de iud.Credo tamen quòd ſi talis filius ſortiretur originem propriam alibi, licèt eſſet de Florentia ratione originis paternæ, vel haberet domi-
e cilium alibi,antequàm pater rumperet, [e] quòd tunc ciuitas illa,in qua ſortitur forum ratione originis, vel domicilij,ſimiliter ex vigore talis ſtatuti ciuis eius, vel incola ſubijceretur ſibi,& poſſet eum defendere, quaſi præueniſſet, & ſtatutum communis Florentiæ non poteſt habere effectum, quo talem ciuem ſubtrahat abſque facto ſuo, argumen. eius quod not.C.de incolis.l.ciues.lib. 10. Si verò talis filius natus fuerit poſteà, quàm pater rupit, vel foro ceſſit,tunc ſtatutum non ligat eum, quia verba ſtatuti dicunt de filio eius eo tempore, quo rumpit.l. in
12 delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxalibus. & l.Titius.ff. de teſtam.mili.Et idem dico, † ſi ſtatutum dicat quòd homines vnius villæ teneantur,vnus pro alio. Nam ille qui de no-
uo effectus eſt homo illius villæ non tenetur pro debitis antiquis,vt C.de decur.l.prouidendum. lib.10. & qd̃ not.
13 per Dy.ff.ad m uni.l.incola. Item eſt aduertendum † quòd
f prædicta ſtatuta [f] facta in ſubditos qd̃ vnus teneatur pro alio, debent intelligi, ſi ſimpliciter loquantur, de debitis cõtractis intra territorium ciuitatis.l.cum vnus.§. is qui. ff.de bon.auth.iud.poſſi.& in c.vt animarum.extrà,de conſtit.lib.6.& ideo ſtatutum Florentię ſi ſimpliciter loquitur de filijs rumpentium, vel foro cedentium non habet locum in rumpentibus extra ciuitatem Florentiæ, cum ibi fortè non haberent apothecam,vel ſtationem.

14 **Ad quintum,** an † per pactum repreſaliæ poſſint fieri licitæ: reſpondendum eſt, ſiquidem eſt pactum priuatorum, tunc non valeret,vt expreſſum eſt in auth. vt non fi.pig.§.1. non.n. poteſt vnus paciſci,vt alius pro eo exigatur,vt ibi dicitur. qd̃ intelligo etiam ſi vnus paciſcatur, vt exigatur alius,in quo habet ius, vt patronus in liberto,& dominus, in vaſallo,& ſimilibus,vt C.ne fi.pro pat.l.fin.niſi eſſet talis dominus,qui poſſit condere legem,vt ℑ.dicam. Licèt per pactum fieri non poteſt; Iudex tamen homines ſic conditionatos in ſubſidium capere poteſt,vt dixi.s̃.in 2.q. circa finem. Si verò eſſet pactum vniuerſitatis,tunc ſi talis eſt vniuerſitas, quæ non poteſt legem condere, tunc idem quod.s̃.dictum eſt de pacto priuatorum. Si verò talis ſit vniuerſitas,vel dominus,qui,vel quę poteſt legem condere,eſt lex,vt ff.de publica.l.Cæſar. & C.de do. inter virum & vxo.l.penul. quod eſt notabile ad multa, & ſpecialiter ad ea,quæ dixi.ff.de re iud.l.4.§.ſi actor. Et ex prædictis patet ꝙ ſtatutum ciuitatis, vel domini concedentis repreſalias non poſſit fieri hodie in extraneos, vt in præced. dictum eſt, tamen per ſtatuta ciuitatis,contra quam conceduntur, poſſunt fieri licitè vltra ius commune contra ſuos,&c.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶Ad tertium. Ad dicta per Bar.hic adde plures concordan. ne. Ale.de Imo. in conſi.42. in 1.vol.inci.ſuper præmiſſo themate. & d.Ia ſin l.ſi quis. §.legis.C.de inoffi.teſt.in l.de quibus.ff.de legi.

b Fugiente. Vide Ale.xin l.ſæpè.ff.de re iudi.v bi plenè examinat dicta per Bar. hic.

c ¶Subditæ non dicuntur. Nota quod dicit Bar.hic,& idem ponit, & ſequitur d.Maria. Soci.in conſi.55.& Pet. de Anch.poſt Pau de Leaza.in clem. ne Romani.§.ſanè.de elect.in fin.5.q.vbi referunt fuiſſe de facto Bononiæ, & Fede.de Senis in cõſ. 130.incip. factum tale eſt, quædam domus. & plura ponit Feli.in.c. Rodulphus. de reſcrip. & in c. cum Bertholdus. de re iudi. & vide etiam Fel.in c. poſtulaſti. in quarta declaratione, de foro comp. & multa ad hoc ſcripſi in tractatu de Venetæ vrbis libertate, & eiuſdem Imperij dignitate, & priuilegijs. in xl.priuilegio, in reſponſione ad 13.arg.quòd illuſtriſſimum dominium etiam de facto nunquam fuit ſuppoſitum Imperio Romano, quicquid ſcribant Blondus Foroliuienſis,& Paulus Diaco.

d Florentiæ. Vide Iaſ in l.de quibus.ff.de legibus.

e ¶Rumperet. Vide Apoſti. a l Bar. in l.1.C.de ſum. Trinit. & fi. cath.in verſic.vlt. quæro.

f ¶Prædicta ſtatuta. Vide Phil. Dec.in l.1.ff.de bon.poſ.contra tab.liber.

1 *Repreſaliæ, vt concedantur, primò adeundus eſt iudex cauſæ, & denegata iuſtitia requiritur iudex concedens repreſalias, vt ſcribat.*

Iudex non audit requirentem quòd ſcribatur iudici rei quòd faciat iuſtitiam; aliàs concedentur repreſaliæ, niſi primò conſtet de iuſtitia denegata.

2 *Ciuitas non poteſt ſtatuere quòd fiat requiſitio per literas quòd fiat iuſtitia,aliàs repreſaliæ concedentur.*

3 *Requiſitio iudici qualiter fieri debeat, vt repreſaliæ poſſint concedi.*

4 *poteſtas concedens repreſalias ſuccedit loco deficientis ſuperioris, & ſuprà numero.1.*

5 *Pupilli, & miſerabiles perſonæ non coguntur litigare in foro aduerſarij,quinimo iudex eorũ ſcribit iudici alterius ciuitatis, vt aduerſarium ipſorum cogat alibi litigare.*

6 *Perſonæ miſerabiles quæ dicantur.*

7 *Actor de iure canonico etiam poteſt trahere reum ad litigandum extra propriam diœceſim.*

8 *Ciuitas ad petitionem ſui ciuis,poteſt requirere aliam ciuitatem, vt compellat aduerſarium in ciuitate propria litigare.*

9 *Repreſaliæ vt concedantur, quis requiratur vt iuſtitiam faciat ad hoc.*

10 *Litigauit ſi quis in ciuitate, quæ habet iudices primæ, & ſecundæ appellationis, & contra iuſtitiam ſuccubuit qualiter ei ſuccurratur.*

11 *Repreſaliæ non conceduntur pro modico, & niſi totaliter ius partis tollatur.*

12 *Copia ſuperioris quomodo intelligatur quòd non poſſit haberi ad hoc, vt procedit poſſit ad repreſalias.*

Secunda quæstio principalis est de causis concedendarum represaliarum,& quia inter cætera requiritur,quòd dominus,gens,vel populus requisitus,iustitiam facere neglexerit, seu recusauerit,& superioris copia
a haberi non possit,[a] ideo quæritur primò, quis debeat requirere populum, dominum, siue gentem, vt faciant iustitiam.Secundò quæritur,an possit requiri,vt alterius iudicis iurisdictionem proroget, vel arbitros eligat,cum ibi nequeat litigare.Tertiò quæritur, quis requiratur,vt iustitiam faciat. Quartò quæritur, quæ iniustitia sit sufficiens causa concedendarum represaliarum? Quintò, quomodo intelligatur, quòd superioris copia haberi non possit.

b 1 **Ad primum** [b]quæritur,quis† debeat requirere dominum, populum, seu gentem,vt faciat iustitiam.Respon. potestas eius,qui concedit represalias succedit in locum superioris deficientis, si esset,vt dictum est.ꝛ.in 2.quæst.Sed superior si esset, quis non posset adire,& conqueri de iniustitia iudicis, nisi primò ipsum iudicem requisiisset, vt in auth. vt diffe.iud. & de mand. Prin.§. sit tibi quoque tertium . ergo, & modò ista pars ad hoc vt possit petere represalias, debet priùs adire iudicem primum,& ab eo iustitiam petere, vt dictis legibus, quæ sunt mirabiles ad hoc.imò dico, ꝙ si pars iret ad iudicem suum,& diceret,domine scribas tali iudici, ꝙ faciat iustitiam, aliàs concedat represalias, ꝙ iudex eum audire non debet.d.§.sit tibi quoque tertium. Dico etiam,
2 † ꝙ ciuitas non potest de hoc facere statutum, videlicet, qđ sufficiat requisitio per literas, & sic vt faciat iustitiam, nam ante,quàm iustitia sit denegata,non pertinet ad cognitionem superioris, & per consequens nec alterius ciuitatis vbi deficit superior, & sic non potest de hoc facere statutum . facit quod dixi ꝛ. in q.3. Item quilibet reus, vel actor, debet primò iudicem requirere. Ex prædictis appa-
3 ret† qualiter debeat fieri dicta requisitio, debet enim actor offerre libellum cum omnibus solemnitatibus debitis, quando causa requirit libellum, vel implorare officium iudicis pro executione, quando causa habet paratam executionem,vel reus debet modo debito exceptionem opponere in casu, quando requiritur, ꝙ vnus iudex scribat alteri iudici,scilicet pro exequenda sententia ab eo lata, vt extrà, de foro compe.c. Romana.lib.6. & dixi.ꝛ.in q.3. Item in alio casu, quem vide.ꝟ.proxi.

Ad secundum quæritur an possit requiri, vt alterius iudicis iurisdictionē proget,vel arbitros eligat,cum in dicta ciuitate ne-
4 queat actor litigare securè. respōdeo vt dixi ꝛ.proxi.† Potestas enim qui concedit represalias, succedit in locum deficientis superioris. Videndum est ergo, si superior
5 hoc facere deberet. Et reperio † de iure ciuili hoc debere seruari pro pupillis, viduis, & miserabilibus personis, maximè si aduersarij potentiam perhorrescunt.C. quando impera.int.pup.& mis.per. cog.l.1. in fin. Pro istis er-
c go personis [c] ciuitas earum propria posset scribere alteri ciuitati, vt aduersarium dictarum personarum cogeret alibi litigare, cum tales miserabiles personæ ipsius aduersarij potentiam perhorrescant, quòd si non faceret,
6 statim apparet iniustitia. ¶† Quæ autem intelligantur miserabiles personæ, declarat plenè Azo, in summa illius
7 tituli. † De iure verò canonico est latiùs introductum,vt vbicunq; quis litigium haberet cum dño,vel cū vniuersitate terræ, seu ciuitatis, seu quomodocunq; aduersarij potētiam perhorrescat,etiam si non sit dedictis personis miserabilibus, posset per superiorem trahi extra propriam diœcesim, vt extrà,de rescrip.c.statutum.§.cum verò.lib. 6.plus videtur quòd vbicunque actor, & reus sunt diuersarum ciuitatum, actor potest trahere reum per superioris rescriptum extra propriam ciuitatem, dum tamen nō trahat eum,in ciuitatem ipsius actoris,vt d.c.statutum.§. cum autem actor. quasi præsumatur semper, quòd forenses cum ciue in ciuitate propria non litigant securè: per
8 quam decretalem dico, † quòd vna ciuitas ad petitionem sui ciuis potest requirere aliam, vt compellat aduersariū extra ciuitatem propriam litigare,& maximè ad petitionem miserabilium personarum: vel cum aduersarij potentiam perhorrescunt, vt dictum est, & super hoc credo ciuitates posse facere statuta. Et hic modus videtur mihi multum æquus,& iuri, & rationi consonus.

d 9 **Ad tertium** [d]quæritur, † quis requiratur, vt iustitiam faciat? respond. vt dictum est, potestas concedendi represalias succedit in locum deficientis iudicis superioris: sed de iure antequàm ad eatur superior, debet primò requiri iudex, ad quem spectat prima causa: & ipso negligente, debet requiri proximus superior, qui primo præcipiat, vt iustitiam faciat, qui si non faciat, adeundus est Princeps, vt in d. authen. de mand.Prin.§.sit tibi quoque tertium. & si non est proximus superior, adeundus est Episcopus, antequàm eatur ad Principem, vt in auth. vt diffe. iud.in princip.Ex hoc videtur, quòd antequàm quis adeat iudicem terræ suæ pro petendis represalijs, debet adire primum iudicē, & ipso negligente superiorem, scilicet populum, vbi populus dominatur, vel dominum, vel regem, vel principem: hoc autem non est indistinctè verum. Nam illud, quod dicitur de adeundo Episcopo non arbitror opportunum esse, quia vsus talem constitutionem non admittit,nec Episcopi tali iurisdictione vtunt̄ in partibus istis. Simile not.extrà, de treuga & pace.c.1.& de reb.eccle.nō alien.c.1.lib.6. In eo quod dicit authen. hoc ius porrectū C.de sacrosan.eccle.non est de necessitate seruandum.facit,quòd dicta constitutio,vt diffe. iud. non reperitur approbata ab ecclesia: ergo, &c. in c. ecclesia sanctæ Mariæ.extrà,de constit.sed illud quod dixi de adeundo proximum superiorem de populo, vel domino, videtur esse verū p dicta iura, qñ populus iudex primus requisitus de
negat facere iustitiam nil faciendo, ita loquuntur dicta
✲ iura.Si verò iustitiam denegat pronunciando,* vel aliqd faciendo ꝟ iustitiam, tunc si est iudex appellationis, ille proximior debet adiri,antequā ad auxilium ciuitatis, vel terræ propriæ,vel domini proprij recurratur,vt ff.de appel. l.1.§.si quis in appellatione. Si verò iudicē appellationis non hꝫt,vel appellari non posset,tunc recurreretur pro represalijs ad iudicem suum:est.n.qđ imputetur illi populo,vel dño,cur appellationis iudicem nō ꝓstituit:ipse verò populus,vel dñs adeundus est:qa contra,vel præter leges præteritas non pōt facere lite pendente, vel finita, vt C.de transa.l.cās.& in auth.in me.litis non fie.sa.for.& dixi plenè.ff.de iust.& iu.l.omnes populi.eorum tñ est culpa,vt dictum est. Ex prædictis patet,qđ si in ciuitate esset aliquod statutum qđ manifestam iniquitatem cōtineret, ita qđ si ciuis alterius ciuitatis ibi litigaret, certum est eū perdere, non est necesse quòd iudex illius ciuitatis requiratur, sed directò poterit quis requirere iudicem suum, qui requirat illam ciuitatem, vt ciui suo iustitiam faciat, & iniquitatem illius statuti quantum ad ciuem suum tollat,ar.C.de sacros eccl.auth.cassa.& extra,de hære.c.statu-
10 tum ciuitatis.lib.6. Sed circa † prædicta dubitat̄,pone qđ ciuitas vna hēt iudices primæ, & scđæ appellationis,succubuit ꝟ iustitiam, qualiter succurretur huic? Videtur.n. destitutus omnia auxilio. Nam ad Principem non potest haberi regressus, quia non licet tertiò prouocare: ergo nec ad ciuitatem propriam habere recursum. sed dicendum est, quòd si quidem esset sententia lata ob gr̄am partis, & iniquè, tunc posset peti restitutio, & sic posset peti coram maiore, vt ff.de minoribus.l.præfecti.ar.C. de accu.l.absentem. & ita poterunt peti represaliæ coram iudice proprio. Si verò sententia esset lata ob gr̄am,vel dictum eorum qui regunt ciuitatē, tunc ipsi parti tenerent̄ ad interesse:qđ apparet, quia criminaliter puniunt̄.l. pen. C.vt lite pend.& de his,q̄ pen.no.l.1.& sic perꝺñs tenetur actione in factum ad interesse,vt ff.ad leg. falcid.l. qui nomine.& ff.pro socio.l. nec quicquā. Si verò sn̄ia esset lata iniquè solum ex iudicis motu, tunc nō video remedium ꝟ partem, vel ciuitatē: quia non est quid eis imputetur, sed est remedium ꝟ ipsum iudicem, qui iniquam proprio motu tulit sententiam,de quo remedio dicam ꝟ. &c.

Ad quartum quæritur, quæ iniustitia sit sufficiens causa cōcedendarū
11 represaliarum? Resp.qđ primò † videndum est qđ non sit circa modicum.istud.n.remedium represaliarum cum sit odiosum,vt ex̄. de iniur. & damno dato.c.1.lib.6.& est subsidiarium ꝟ ius cōe,vt dictum est,nō debet dari p modico,

ADDITIONES. vt l.

a T.D. ¶Haberi non possit.Not.ꝙ vbi dominus negligens habet superiorem, à quo sperari potest iustitia, represaliæ non tenent licitè. vide per Fely.in c.postulasti. in 3.declaratione,de foro compe.& ponas hic.

b ¶Ad primum. Vide plenè per Barth. Soci. in consi.120.in 1.vol.incip.cum in præsenti. Adde ꝙ dicta Bar. in hac q.3.& 4.refert, & sequitur dominus meus Soci.in consi.121.in 1.vol.& dupli.& in con.231.vol.2.

c ¶Pro istis ergo personis. Vide do.Mar.Laud.in tract.de principibus.vbi sequitur dicta per Bar hic.

d ¶Ad tertium. Vide Barth.Soc.in consi.120.inci. cum in præsenti.

✲ ¶Pronunciando. Adde,ꝙ hoc idem consulendo voluit Cor. qui refert Bar.hic cōcord.in consi.62.vol.3.

BIU Cujas

vt l. scio. ff. de in integ. rest. & ff. de dolo. l. si oleum. §. fi. cum fi. Secundo aduertendum est quòd per prædictam in iustitiam ius partis totaliter lædatur; secus si lædatur aliqualiter. C. de prec. Imperator. offer. l. quoties. vt si totaliter iustitiam non facit, vt C. de ser. fugit l. mancipia. in fi. & ff. de dam. infe. l. 4. §. in eum. vel probationem non recipit, vt l. si quando. C. de testib. vel sententiam diffinitiuam in iustam tulit, vt C. de pę. iud. qui malè iud. l. 1. & 2. Si autem partem grauaret ferendo aliquam interlocutoriam, tunc recurremus ad distinctionem, quæ fit, an ab interlocutoria possit appellari, vt eo casu esset sufficiens causa, quo possit appellari de iniustitia ad petendas represalias, aliàs secus. Qualiter autem hæc iniustitia probetur, dicam. j. &c.

a **Ad quintum** quæritur, [a] quomodo intelligatur, quòd superioris copia
12 haberi non possit? Respon. quandoque † non potest haberi copia superioris de iure, nec de facto, quia non est: & tunc est clarum. vt d. c. dñs noster. 23. q. 1. & quod no. C. de Iudeis. l. nullus. & ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. bellissimè. cum gl. sua. Quandoque potest haberi copia de iure, sed non de facto. Exemplum, Imperator est modò in Alemania, & de iure est superior, tamen de facto in partib. istis ei non paretur. Vel ponę, In Marchia est rector pro sancta matre ecclesia, tamen de facto nil potest propter occupationem tyrannorum, s. ꝙ videtur superiorum copia non haberi. Quandoque tamen non potest haberi copia de facto, nec de iure. Exemplum*, Aliquis tyrannus occupauit multas terras de facto, non de iure, non est dñs, & puto recurrendum ad ea quæ no. Inno. in c. nihil. extrà, de elec. videlicet quòd aut tyrannus ille sua authoritate occupauit, & tunc non habetur pro superiore, & non valeret quod ab eo fieret, vt C. de sacrosan. eccl. l. decernimus. Aut fuit electus ab habentib. ptestatem facere per vim, vel metum; & tunc aut hoc non est notorium, sed pro verè domino se gerit, & sic reputatur communiter, & tunc habetur pro superiore, vt l. Barbarius. ff. de offi. præt. Aut est publicè notum, quòd est tyrannus, non dns, & tunc non habetur pro superiore, nec debet requiri. debet enim sic reputari, licèt non sit, vt C. de testa. l. 1. & per alia iura quæ alleg. Inno. in d. c. nihil. &c. Quandoque copia superioris potest haberi de iure, & de facto, sed haberi non expedit, quia fortè expenderetur plus, quàm sit id, de quo contenderetur, vel fortè passus iniuriam est pauper, & tunc etiam puto, ꝙ non sit necesse ꝙ adeatur superior, imò sit procedendum, tanquam si superioris copia non haberetur, argu. C. de anno. & tribu. l. mediterrancę. lib. 10. & ff. de pignoratitia actio. l. si seruos. siue ex parte iudicis, siue ex parte superioris adiri non possit, idem iuris videtur, vt l. 1. ff. de diuer. & tempo. præscrip. &c.

ADDITIONES.

a Ad quintum quæritur. Vide do. Ias. in l. Barbarius. in j. limita ff. de offi. præto.
* ¶ Exemplum. Adde tu, & vide Ale. de Imo. in cons. 138. vers. excedit. vol. 1. qui allegat Bar. hic.

1 *Statutum, vel constitutio permittens represalias, condictione illius iuris aditur iudex.*
2 *Represalię de iure communi petuntur manu regia.*
Represalię permittuntur de iure diuino, & de iure gentium.
3 *Represalias concedens non debet habere superiorem.*
4 *Potestas ciuitatis non recognoscentis superiorem de facto non concedit represalias, nisi statuto caueretur, sed regentes ciuitatem.*
5 *Ciuitas quę subest alicui Regi, vel Principi, non potest represalias concedere.*
6 *Superioris copia ex parte concedentis represalias quando haberi non possit, vt ciuitas subdita illas concedere possit.*

Tertia principalis quæstio est, per quem iudicem represaliæ possunt concedi. Circa quod quæritur. ¶ Primò, quo iure adeatur quis, vt represalias concedat. ¶ Secundò, quis est ille iudex, cuius potestas debet implorari pro represalijs concedendis, &c.

Ad primum quæritur, quo iure adeatur qs,
1 vt represalias concedat. Respon. † siquidem per statuta terrarum, vel constitutiones dominorum aliquibus est concessa potestas, tunc iudex adibitur condictione ex illo statuto, vel constitutione, vel iudicis officium implorabitur, secundum quod ex illo statuto, vel constitutione præcipitur. l. vnica. ff. de condictio. ex lege. & ibi plenè dixi. Qualiter autem circa hoc statutum factum est, probabiliter illud ignoro, vt extrà, de
2 constit. c. 1. lib. 6. Si verò quærimus † de iure communi, tũc aduertendum est, ꝙ de istis represalijs concedendis nulla iuris ciuilis constitutione cautum est, & rationes, & iura quæ ad hoc cogunt, sunt magis de iure diuino, & de iure gentium, quo bella licitè permittuntur, quàm de iure ciuili, vt dixi. s. 1. q. 2. Sed illo iure gentium non erat actio, neque istæ formulæ agendi, sed omnia expediebantur manu regia. l. 2. in prin. ff. de orig. iuris. Vnde dico, quòd etiam hodie vbi ex iusta causa represaliæ postulantur, de iure communi non dicitur intentari actio, vel officium iudicis implorari, sed magis dicitur requiri manus regia, seu potestas regia, secundum instituta iuris diuini, & gentium, ꝙ à iure ciuili non est immutandum.

Ad secundum quæritur: quis est ille iu-
1 dex, cuius potestas debet implorari? Respon. si quidem per statuta edita ab his, qui habent authoritatem circa hoc, aliquid est gestum, illi adeundi sunt. Sed si de iure communi †
3 loquuntur, tunc sicut ex parte illius, contra quem represaliæ conceduntur, requiritur ꝙ superioris copia haberi non possit, vt dictum est, sic ex parte concedentis represalias requiritur, quòd sit talis, qui superiorem non habeat, quod probatur: nam concedere represalias est indicere bellum, licèt quandoque istud bellum non indicatur vniuersaliter ex parte indicentis, vel eius contra quem indicitur, quòd vni permittitur alios capere, scilicet particulares homines, & sic in dubio est particulare ex vtraque parte, vt dicam. j. s. quæstio. 4. posset etiam esse vniuersale ex vtraque parte: sed bellum iustum non potest indicere, nisi ille qui superiorem non habet, vt ff. de capti. l. hostes. ergo nec concedere represalias: ita tenet Innocen. extra de restitu. spoliato.
4 cap. olim. † Ex hoc sequitur, ꝙ si est aliqua ciuitas, quæ solùm de facto non recognoscit superiorem, & regitur per populum, secundùm suos ordines, & statuta, quòd potestas, & rector illius ciuitatis non posset concedere represalias, nisi eis specialiter aliquo statuto esse permissum. Deberet ergo adiri pro represalijs ipse populus, vel ordo, vel apud quẽ est omnis cõis potestas, & hoc puto verum, † Item ex prædictis sequitur, quòd si est aliqua ciuitas, quæ subest alicui Principi, seu Regi, quòd nec ipsa ciuitas, nec aliquis officialis Principis, vel Regis, potest concedere represalias, sed ipse solus Princeps, vel Rex. Dico tamen, quòd in omnibus casibus, in
6 quibus dixi s. secunda quæst. s. † ꝙ superioris copia haberi non intelligitur ex parte, contra quam conceduntur, in illis intelligendum est superioris copiam non haberi ex parte concedentis, & in illis casibus ciuitas subdita Regi, vel Comes Regi subditus posset represalias concedere. Sicut enim in quibusdam casibus propter vrgentẽ necessitatem permittitur aliquibus quòd ius sibi dicant, vt ff. quæ in fraudem creditorum. l. ait prætor. §. si debitorem. & ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. bellissimè. & not. C. de Iudæis. l. nullus. ita in proposito ex dictis causis poterit ciuitas, vel dominus subditus concedere represalias: quia superioris copiam non potest habere.

1 *Represaliæ ad hoc vt concedantur, sufficit quòd petantur manu regia, nec aliqua solemnitas iuris ciuilis requiritur.*
2 *Repræsaliarum concedendarum causa vera esse debet, & contra quos conceduntur, ius saltuum suæ defensionis. & nu. 3.*
4 *Represaliarum sufficit ostendere solam concessionem absque processu.*
5 *Cautela, vt fiat processus, & in scriptis redigatur antequàm concedantur.*
6 *Ordo impositus per statutum in petendis represalijs, ille seruatur.*
7 *Statutum si concedit potestatem officiali concedendi represalias, tunc libellus datur, citatur pars, & lis contestatur.*
8 *Mandatum habens, potest comparere ad defensionem eorum, contra quos represaliæ postulantur. Item quilibet de populo.*
9 *Represaliæ si petantur, quilibet de populo ciuitatis comparere potest, ne concedantur,*
10 *Defensiones quæ opponantur ad hoc, ne represaliæ concedantur.*
11 *Represaliæ iuri petendi quo pacto quis renunciare potest.*
12 *Iustitiam denegatam modus probandi.*
13 *Iudex, populus, vel gens faciens iniustitiam, vel denegans iustitiã, obligatur parti ad interesse.*
14 *Libellus, quando represaliæ petantur quid contineat.*
15 *Represaliarum causa conceditur captura, & detentio ex primo, & secundo decreto.*
16 *Liber homo in casu necessitatis pro debito alieno capi potest.*

BIU Cujas

Quarta. quæstio principalis est, qualiter, & quo ordine represaliæ concedantur. Circa quod quæruntur plura. Primò, quo ordine concedantur ab eo, qui non recognoscit superiorem. Secundò, quis sit ordo quando petuntur ab his, quibus est concessum per statuta populi, vel per constitutiones alicuius domini. Tertiò quæritur, parte requisita quis potest comparere ad defensionem ne represaliæ concedantur. Quartò, si aliquis compareat, quib. defensionibus vti potest. Quintò qualiter iniustitia facta, vel iustitia denegata probatur. Sextò, an cum represaliæ conceduntur permittatur capi, & detineri, vt ex primo, aut secundo decreto. &c.

Ad primum quæritur, quo ordine concedā tur quando petūtur ab eo, qui non recognoscit superiorem? Respon. vt in præcedenti
1 † quæstione dixi. Isto casu non dicitur intentari actio, vel officium iudicis implorari, sed magis dicitur requiri manus regia, [a] seu potestas regia, secundùm iustituta iuris diuini, vel gentium, sed illo iure omnia erant in potestate regia, vnde nullus ordo, nulla solemnitas requirebatur, sed illud erat qđ regi placebat; d.l.2. in princ.ff. de orig.iur.facit.ff.de constit.princ.l.1.in princ. Vnde in proposito dico, ꝙ nulla ciuilis solemnitas requiratur, nec libellus, nec alius ordo, nec scriptura: solùm ergo illud re-
2 quiritur, quod ius gentium requirebat, † scilicet, ꝙ causa propter quam represaliæ conceduntur, sit vera: aliàs fieret iniuria, & de iure gentium alterum alteri insidiari nefas est, l. vt vim. ff. de Iusti. & iur. Item ꝙ eis, contra † quos conceduntur, sit salua defensionis facultas, quod est de iure naturali, vel gentium, quod per Principem tolli non potest, vt extrà, de re iud. c. pastoralis. §. cæterùm. in clem.
4 Vnde credo, † ꝙ ille qui haberet represalias sibi concessas à domino Papa, vel populo, cum non habetur superior, non habet de alio processu, vel ordine docere, sed sufficit solam concessionem ostendere, & omnia alia præsumuntur rectè acta, cum omnia in potestate concedētis essent, & sacrilegij instar est, &c. l. sacrilegij. C. de diuer. rescrip. & l.2. C. de cri. sacrile. & hoc verum in territorio concedentis.
5 Sed periculum est primò, quia gens † illa, contra quā fit hæc concessio represaliarū poterit eodem iure vti contra concedentes, per tit. ff. qđ quisque iur. & de hoc dicī. Secundò, quia si aliquo pacto contingat de hoc cognosci coram arbitris, vel alio iudice, non subdito ei, cui cōcessit dominus repres. necesse est probatio, quomodo iustè esset processum ea iustitia, quæ de iure gentium requiritur, vt. s. dixi, aliàs appareret, quòd iniustè essent concessæ, & ideò tutius est, quòd processus fiat super hoc, & redigatur in scriptis, vt cesset omnis scrupulositas, &c.

Ad secundum quæritur, quis sit ordo, qñ represaliæ petuntur ab ali-
6 quibus, quibus † est concessum per statuta populi, vel per constitutiones alicuius domini? Respon. si quidem per statutum imponitur, ordo ille est seruandus: super hoc enim ordine potest statui, vt. s. dixi in q.3. Sed si circa ordinem nihil est statutum, tunc procedit quæstio. Pone, sta-
7 tutum † est ꝙ aliquis officialis habeat potestatem concedendi represalias cuilibet iustè petenti, quis ordo seruabitur illo casu? Et certè talis officialis habet potestatem iure ciuili, quia talia statuta sunt iuris ciuilis, l. omnes populi. ff. de iust. & iure. & ipsius officialis officium implorabitur. & sic secundùm ordinem ciuilem erit procedendū, vnde dandus erit libellus, pars citanda, & parte comparente lis contestanda secundum formam auth. offeratur. C. de lit. contest. parte verò non comparente procedendum erit, sicut contra contumacem de iure proceditur, ꝙ declarabo. ſ. in vlt. quæst. huius quæstio.

Ad tertium quæritur, quis parte requisita, pōt comparere ad defensionē, ne re-
8 presaliæ concedantur? Respon. † partem requiri intelligo gentem, vel populum, contra quem represaliæ postulātur, quo casu ad defensionem pōt comparere ꝑsona quælibet habens mandatum ab illa gente, vel populo, & de hoc non est dubium. Secūdo modo pōt ꝑparere quilibet de populo illo, vel gente, ꝯ quem, vel quam represaliæ postulantur, quoniam omnium interest, vt. ff. de ope. no. nu.
9 l.in prouinciali. §.1. Tertiò, † (vt puto) poterit ꝑparere quilibet de populo illius ciuitatis à qua petuntur represaliæ. Nam eorum interest, ne represalię indebitè concedantur, ne fortè ciuitas, ꝯ quā concedunt, eodē iure vtat, & faceret capi homines illius ciuitatis represalias concedentis.

Ad quartum quæritur, si cōparet aliquis, quibus defensionibus vtatur,
10 ne represaliæ concedantur? † Respondeo, quædam sunt defensiones, quæ causantur ex defectu iuris petentis, de quibus in præcedenti dictum est. Quædam sunt, quæ causantur ex defectu personæ petentis represalias, de hoc dicetur ſ. Sunt etiam quædam aliæ defensiones. Primò, vt puta si paratus est emendare qđ improbè factum est, vt ꝑ allegato cano, dominus noster. 23. q.2. qđ intelligo, si de hoc satisdat idoneè, argumen. C. de ho. author. iud. poss. auth. & qui iurat. Secūdo si esset dubium, an esset denegata iustitia, tunc potest petere, quod super hoc dubio, an sint cōcedendæ represaliæ, cognoscatur, cum ibi nō possit litigare secure, secundùm ea quæ dixi suprà. 2. quæst. 2.
11 per easdem rationes. Sed pone, † vt de facto sæpe accidit in his, qui eliguntur rectores alicuius ciuitatis, & promittunt non petere represalias, an poterit contra eos exoripi de tali promissione? Videtur quòd non, sicut nō valet pactum quòd quis non possit laudum reducere ad arbitrium boni viri. Tu dic, vt. s. dictum est sæpius. Ista enim petitio represaliarum succedit in loco deficientis iurisdictionis superioris: & ideò represaliæ si petant, quasi iniquè sit condemnatus, vel iniustè, & sic habet recursum ad ciuitatem suam, sicut haberet ad iudicem appellationis, & tunc potest opponi de pacto: sicut enim potest iuri appellandi renunciari, vt C. de temp. appel. l.fi. & ff. à quibus appell. non licet. l.1. §. si quis ante sententiam: ita & huic iuri, quod succedit in locum eius. Si verò petat represalias propter aliam iniustitiam sibi factam. vel iustitiam denegatam, & tunc non potest opponi de primo pacto: quia iam non valet pactum, per qđ remittitur delictum futurum. l. si vn°. §. illud. ff. de pact. & l. quenire. de pact. dot. &c.

Ad quintum quæritur, qualiter iustitia denegata probetur? Respondeo
12 † per acta, vel per testes; puto etiam ꝙ potest requiri iudex primus, vt actorum copiam faciat: ꝙ si non faciat, istud est iniustitiam facere, vt. C. vt lit. penden. l.2. Est etiā alius modus multum expeditus, videlicet, ꝙ factis omnibus requisitionibus debitis, vt. s. dictum est: tunc ille, qui patitur iniustitiam, vel se pati dicit, adeat iudicem, à quo intendit petere represalias, qui iterum mittat nuncium, vel ambasiatorem, ꝙ huic iustitiam faciat. & relationi talis nuncij, vel ambasiatoris stabitur, vt in auth. vt differ. iud. §.1. vbi dicitur, ꝙ stetur literis eius, cui hoc fuerit cōmissum: sic ergo idem erit in proposito &c.

Ad sextum quæritur an cum repræsaliæ conceduntur, permittatur capi, & de-
tineri, vt ex primo, aut secundo decreto. Circa quod scien-
13 dum est, † quòd iudex, gens, vel populus qui facit iniustitiam, vel denegat iustitiam, obligatur parti ad interesse. vt Instit. de obli. quæ ex quasi delicto. in prin. & ff. de var. & extraor. cog. l. si iudex. C. de testibus. l. si quādo. in fi. C. de ser. fugi. l. mancipia. in fi. ff. de magi. conue. l.1. in prin. de dam.
14 infe. l.4. §. in eum. Vnde libellus, † qui datur, quando represaliæ conceduntur, primò debet continere, qualiter factæ fuerunt requisitiones debitæ, & fuit iustitia denegata, propter quod partis interest in tanta quantitate: quare petit dictos officiales, commune, & homines ipsius condemnari in quantitate prædicta, sibiq́ue concedi licentiam capiendi, & detinendi homines dictæ terræ, & res ipsorum vsque ad satisfactionem dictæ quantitatis: tunc si quis cōpareret, & ordinariè litigaretur, et sententia daretur pro actore, dictæ represaliæ haberent vim executionis rei iudicatæ, & illud posset fieri, quod fieret de rebus, quæ in causam iudicati caperentur, & ordo est manifestus. Si verò
15 nullus compareret, † tunc debet dari primò licentia capiendi vel detinendi, vt ex primo decreto, vt tędio affecti veniant responsuri, tunc si in contumacia perseuerauerint perquisita veritate, dabit licentia capiendi ex secundo decreto, sicut in alijs causis iura sunt vulgaria. Nec mirū, si in causam iudicati capiuntur liberi homines in quos,

ciuitas

ADDITIO.

a Thom. D. ¶ Manus regia. Nō. quòd dicit Bar. hic, quòd ille, qui non recognoscit superiorem, non tenetur seruare ordinem, & quòd nulla solemnitas requiritur, nec libellus, nec alius ordo, nec scriptura, & quòd habens represalias ab eo, non debet de alio processu docere, sed sufficit solam concessionem ostendere; omnia alia præsumuntur tanquam manu regia facta. Ita dicit Bal. in consi. 112. in 2. vol. incip. quatuor ad probandum. in princ. & alleg. Barto, hic, & inducit dominos Venetos, qui non recognoscunt superiorem, qui concesserunt represalias contra d. Malatestas dē Arimino.

BIU Cujas

ciuitas illa contra quam conceduntur represaliæ ius ha-
16 bet, quare hoc fit † aliàs in casu necessitatis l. pro hęrede. §. si quid tamen. ff. de acq. hæred. in fin. glo. mag. & ibi not. Sed si statutum aliter disponeret, tunc illud esset seruandum. Possunt enim super his, quæ expedienda sunt super concedendis represalijs statuere, vt in præcedentibus dictum est, &c.

1 *Represaliæ conceduntur incolis, qui munera, & grauamina cum ciuitate soluunt.*
2 *Priuilegia alicuius artis quis non habet, si artem non exercet.*
3 *Represaliæ conceduntur ciuibus non subiectis, & factiones communis non facientes ex priuilegio.*
4 *Ciuis non faciens factiones ex contumacia, si petit represalias, ciuitas potest illas ei denegare, alius autem conqueri non potest.*
5 *Represalias petens vt incola, probet duo, scilicet se incolam, & munera subire.*
6 *Prælaturam habens in ciuitate, an dicatur ciuis.*
7 *Ciuitas an possit concedere represalias ciui suo ex conuentione contra ciuitatem originis. & nu. 9. vbi quòd sic.*
8 *Ciuitatis potestas est maior in ciuem, quàm potestas patris in filium.*
10 *Represaliæ non conceduntur forensibus.*
11 *Represaliæ non possunt concedi ei, qui post factam iniustitiam effectus est ciuis, vel incola.*
12 *Potestas, stipendiarij, & scholares habentur pro ciuibus in loco vbi exercent officium, stipendium merentur, & student: non quo ad omnia.*
13 *Represaliæ, quando, & quo casu possunt prædictis concedi.*
14 *Statutum q̃ ciues vnius ciuitatis tractentur vt ciues, quomodo intelligatur, & quando represaliæ talibus concedi possunt contra tertiam ciuitatem.*

Quinta Principalis quæstio est, quibus represaliæ sunt concedendæ? Circa qđ quęruntur plura. Primò an represaliæ sint concedendæ incolis. Secundò an ciuibus non subiectsi iurisdictioni seculari, vel non facientibus factiones communis. Tertiò quæritur an ciuibus nostris ex conuentione possint concedi represaliæ contra ciuitatem originis, vel ècontra. Quartò quæritur, an ei qui postquàm passus est iniuriam tactus est ciuis, sint represaliæ concedendæ. Quintò quæritur, quid de his, qui pro ciuibus habentur ex lege, vel statuto. Sextò quæritur, quid si ciues vnius ciuitatis in alia ciuitate dẽnt tractari, vt ciues illius ciuitatis, an ibi possint petere represalias contra tertiam ciuitatem, vel non, &c.

2 **Ad primũ.** [a] quærit, cum represaliæ sint cõcedendæ, an sint concedendæ in-
1 colis? Respon. si quidem † est talis incola, qui munera & grauamina ciuitatis quam colit, subijt, tunc ei sunt concedendæ represaliæ ex causis legitimis: si verò non su-
* bijt * ibi muneta, & grauamina, nec ad ea scribi se fecit, tunc ei non sunt concedendæ represaliæ. Hoc probatur per regulam iuris, qui sentit onus, debet sentire commodum, & ècontra, vt C. de fur. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. ff. de reg. iur. l. secundùm naturam. extrà, de reg. iur. c. qui sentit. lib. 6. Secundò per l. qui sub prętextu. C. de sacrosan. ecc. & C. de collegiat. l. 1. li. 11. Tertiò, qa illi ꝓpriè dicuntur municipes, qui munera simul subeunt, vt ff. ad munici. l. 1. in prin. ergo & ei, qui non subit munera,
2 non competunt priuilegia municipum. Quartò † quia non habet quis priuilegia alicuius artis, vel ciuitatis, vel officij: nisi qui re ipsa illud gesserit, vt C. de consu. l. nemini. li. 12. Facit. ff. de excu. tu. l. fi. in prin. & C. de test. mil. l. ex eo tempore. & C. de test. mil. l. scriniarios. & l. ne quidam. Quintò, quia inter ciuitatem, & incolam tacitè celebratur quidam contractus vltrò, citroque obligatorius; est enim incola obligatus ad munera. ff. ad muni. l. 1. in prin. & l. incola. ita est ciuitas ad defensionem, & protectionem ipsius. & idem in quolibet domino, vel rectore. l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. præsi. ille autem, qui non implet contractum ex parte sua, non potest petere, ꝓ sibi impleatur, vt ff. de actio. empt. l. Iulianus. §. offerri. vnde ille qui munera non subijt, non potest petere represalias.

Ad secundum quæritur, an ciui nõ subie
cto iurisdictioni seculari, vel non facienti factiones communis, sint repræsaliæ cõ-
3 cedẽdæ? Respon. † Quidam sunt ciues non subiecti iurisdictioni, & nõ facientes factiones communis ex priuilegio, vt clerici, vt C. de epis. & cle. l. 2. auth. statuimus. & auth. item nulla communitas. Item alij priuilegiati propter dignitatem secularem, vt C. vt sena. vel cla. l. 2. & ff. de vac. mu. per totum. & istis sunt concedendæ represaliæ, ne priuilegium in eorum fauorem cõcessum redundet in odiũ. l. quod fauore. C. de legib. l. nulla. ff. eo. facit auth. sed episcopalis dignitas. C. de epis. & cle. & in corpore vtile sumitur. facit etiam. C. de decur. l. neque Dorotheum. lib. 10. vbi Imperator interpretatur legem quæ dicebat, ꝓ filij sequantur matrẽ, si nõ sequuntur patrẽ. Ex quo intelligatur, si nõ sequuntur pręm priuilegio d. l. neq; Dorotheũ, ver. 1. Et est de clericis expressum 81. dis. c. Maximianus. Si verò ex quadã
4 † contumacia nõ faceret factiones, tunc ciuitas sua, à qua peteret represalias, posset ei denegare, vt ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. sed & si dum decreto. si tñ ciuitas taceret, alius non posset de hoc conqueri, arg. C. de iure emph. l. 2. & quod no. ff. si ager vectig. vel ex phy. l. 1. & 2. vbi dr, ꝓ propter pensionem non solutam, licet dominus volenti eum expellere, q. d. extraneus non potest de hoc conqueri, & hoc dicit glo. parua. in l. 2. ff. si ager vect. Sed dices tu, quare in præcedenti quæstione dictum est incolam non subeuntem munera, esse repellendum à petitione represaliarum? Respon. sola voluntate, aliàs natiui tate, in ciue perficitur obło inter eum, & ciuitatem, quæ mutari non potest. l. assumptio. ff. ad munic. sed incola nõ, nisi recipiatur à ciuitate. l. 1. in prin. ff. ad munic. ibi, recepti in ciuitatem, &c. potest enim ciuitas non eum recipere, arg. ff. de leg. l. fi. Vides ergo ꝓ ille, qui petit represalias, vt ciuis, debet probare se ciuem, & adhoc consulo, ꝓ fiat
5 specialis articulus. Si verò † petit represalias, vt incola debet probare duo, scilicet se incolam, & se subire munera, vel fecisse æstimum, & simil. Hic autem posset dubitari,
6 vtrum † forensis, qui habet in hac ciuitate prælaturam, vel ecclesiam, vel est hic morachus, dicatur ciuis huius ciuitatis, & quid de aliquo cap. faciente hic residentiam, & hoc plenè dixi in lectu. ff. ad municip. l. 1.

7 **Ad tertium** quæritur, † an ciuibus nostris ex conuentione possint concedi represaliæ contra ciuitatem originis, vel contrà? Et videtur ꝓ non per regulam, positam. ff. de vsufruc. l. si seruo. §. regulariter. & de ver. obl. l. liber homo. ij. in prin. vbi dicitur, ꝓ ex quo facto quæritur mihi ius, ex eodem, si agatur & sit meum, non obligor: ita in proposito si per aliam ciuitatem huic ciui fieret iniuria, ciuitati originis quæreretur ius concedendi represalias, ergo ex eo, quòd ista ciuitas facit cum illo suo ciue originario, contra eam non potest agi, & sic represaliæ concedi. Secundò probatur: quia duabus ciuitatib. ad idem concurrentibus præfertur ciuitas originis, & sic contra eam non possunt concedi represaliæ. Tertiò sic. Non est dubium, ꝓ ciuitas originis poterat statuere in suum ciuem antequàm efficeretur ciuis ex conuentione alterius ciuitatis, & alia ciuitas de hoc non potuisset conqueri, vnde ciuis per conuentionem posteà factam non poterit iuri originalis ciuitatis, seu originis pręiudicare, ipsa ciuitate originis non consentiente, vt ff. de pac. l. fi. & l. si vnus. §. ante omnia. eo. tit. C. res iter al. acta. per totum. Quartò probatur à simili, fructuarius potest nũciare nouum opus aduersus omnes, præter dominum, vt l. 1. in fi. ff. de ope. not. nun. ita ciuitas, quæ habet ciuem ex conuentione poterit concedere represalias aduersus omnes, præterquàm aduersùs dominum. ff. de publicia. l. pen. Quintò, quia si quam iniustitiam ciuitas originiis fecit, videtur sibi magis feciſſe, quàm alij ciuitati, vt. ff. ad l. Aquiliam. l. legis Aquiliæ actio debitori. Sextò, videtur casus. ff. ad muni. l. de iure. quod de his quæ quæruntur inter ciuitatem, & suum ciuem solùm coram iudice suæ ciuitatis agitur. Et sic concluditur, ꝓ sicut si ciuitas originis faciat in iustitiã, alia ciuitas non potest se impedire. Ita ècontra, ꝓ ciuitas originis non potest se impedire de his, quæ facit ciuitas extra conuentiones, aliàs, ex conuentione. Septimò, quia represaliæ sunt quoddam remedium extraordinarium, sed tale remedium non debet dari contra ciuita-
8 tem originis: quia † ciuitatis potestas est maior in ciuem suum, quàm potestas patris in filium. l. 2. ff. de iust. & iure. & l. postliminium. §. filius quoque familias. de capti. Sed contra patrem auxilium extraordinarium non datur, vt C. qui & aduer. quos. l. fi. ergo nec contra ciuitatem originis. Econtra videtur, ꝓ vna possit contra aliam represalias con-

ADDITIONES.

a T.D. ¶ Ad primum. Vide Bar. in l. 1. ff. ad munic. in ver. 2. ex ista. & ibi vide Alexan. in addi. & ibi apostil. meam. & Bar. j. in j. q. vij. q. prin. & Alex. de Imo. in consi. 41. in 7. vol. incip. ex multis quæ in themate. in j. col. & seq. & Bapt. Seu. in l. j. C. de summa Tri. & fide catho.

* Ber. Land. ¶ Subijt. hoc dictum refert, & sequitur Soc. consi. 292.

concedere. Primò quia quando sunt duo, qui habent vnũ subditum, quilibet potest defendere eum contra iniuriã quæ ei infertur ab alio. Exemplum, Pater habet filium subditum, & ciuitas similiter. d. l. 2. ff. de iusti. & iure. & l. postliminium. §. si filius. de capt. sed si pater deliquit in filium, ciuitas punit eum, vt ff. & C. ad leg. Pom. de parri. Et si ciuitas procederet ꝯ eum filium, pater admitteretur pro suo interesse ad defensionem filij, vt C. de accu. l. si cuiusdam. & arg. ff. de appel. l. non tantum, & l. Lucius. eod. tit. ita in proposito vna ciuitas ꝯ aliam ad defensionem sui ciuis poterit concedere represalias. Secundò sic. Quando sunt plres, qui habent ius in re, licet vnum ius sit potentius altero, tñ etiam ille qui habet ius debilius, poterit agere ꝯ illum qui habet ius potentius, si rem illam damnificat. l. Item Mela. §. fi. & l. seq. & l. si domin⁹ seruum. ff. ad l. Aquil. ita etiam in proposito, ciuitas quæ habet illum ciuem ex conuentione, licet habeat illud ius debilius quàm ciuitas originis; tamen pro eius defensione poterit sibi concedere represalias. Tertiò sic, Licet duo sint domini eiusdem personæ, tamen si vnus in illam delinquat, potest ab alio coerceri, vt ff. ad l. Aquil. l. sed & si cõem seruũ. ita in proposito. Quartò sic, pro propulsanda iniuria potest quis conuocare amicos, vt de vi, & vi arma. l. 3. §. eum igitur. & ibi no. & no. extrà, de homi. c. significasti. ergo multò magis passus iniuriam poterit conuocare ciuitatem, cuius est ciuis. Sol. Dicendum est † ꝙ vna ciuitas
9 contra aliam poterit represalias concedere, qđ probatur: quia potestas concedendi represalias succedit in locum superioris, vt dictum est. s. in q. 1. & 2. non est dubium, ꝙ si ciuitas mea mihi fecit iniustitiam, possum adire superiorem, vt ff. qđ met. cau. l. metum. §. animaduertendum. & de dolo. l. sed & ex dolo. §. 1, ita ergo in proposito, & ad hoc concludebant omnes rationes factæ pro hac parte. Prætercà potestas ciuitatis, vel alia quæcunque tunc attẽditur, cum bene gerit, vel iustitiam facit, non cum aliquẽ spoliat, vel facit iniustitiam, vt ff. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor. & de furt. l. interdum. §. qui tutelam. & ibi not. vnde in proposita qõne, quando ciuitas facit iniustitiam ciui suo, non vtitur potestate, quam habet in eum. Sicut ergo ꝯ ciuitatem extraneam, ita contra illam possunt licitè repræsaliæ concedi, alijs ꝯcurrentibus, de quibus in præcedentibus dictum est. Et per hoc apparet respõsum quasi ad omnia allegata in ꝓrium. Non obst. ff. ad munic. l. de iure. qa illud est verũ, ꝙ primò dẽt agi corã illo iudice, tñ si denegat facere iustitiã, vel facit iniustitiã, & non habet copia superioris, recurrit ad remedia represaliarũ.

Ad quartum quæritur, an ei qui postquàm passus est iniustitiam, factus est ciuis, sint represaliæ cõcedendæ? Ad cuius declaratio-
10 nem primò sciendum est, † ꝙ represaliæ non possunt cõcedi forensibus. Nam ꝯcessio represaliarum est quodammodo iuris gentium, vt dixi s. 3. q. 2. & 3. q. 1. sed illud, qđ quis facit ad tutelam corporis sui, fit licitè, vt l. vt vim ff. de iusti. & iure. & intelligo suum corpus, siue loquamur de corpore indiuiduo, siue de corpore misto, vt de vna ciuitate, vel collegio. Ista. n. appellant corpora, vt ff. qđ cuiusq; vni. no. l. 1. in princ. & de colle. illic. l. 1. & super rub. not. vnde ciuitas pro eo, qui est de corpore suo defendendo ab iniurijs potest concedere represalias, non pro eo qui est extra corpus suum. Pro hoc est qđ legitur in decretis 2. q. 1. c. multi. circa medium. ibi, quid. n. mihi de his, qui foris sunt iudicare. q. d. de his, qui sunt extra nostrum corpus, non pertinet ad nos iudicare. Hoc præmisso ei,
11 † qui tempore denegatæ iustitiæ erat forensis, licet posteà efficiatur ciuis, vel incola, non possunt de iure ꝯcedi represaliæ; intelligitur. n. de ciue tẽpore factæ iniustitiæ, nec tale ius transit ad nouam ciuitatẽ. ff. de ser. corrup. l. doli. §. fi. & l. 1. §. si seruus. ff. depos. & de actio. & oblig. l. quæcũque. & ibi sunt concord. in glo.

a **Ad quintum** quæritur,[a] quid de his qui pro ciuib. hñr ex lege, vel statuto quò ad quid, vt potestas, stipendiarij, scholares, & similes?
12 Circa qđ † est sciendum, qđ potestas alicuius ciuitatis efficitur ciuis illius ciuitatis, seu pro ciue habetur, lib. 10. C. de incolis. l. ciues. & ibi no. per glo. Item milites, seu stipẽdiarij habentur pro ciuibus in loco vbi stipendium merentur, & ibi forum sortiuntur, vt ff. ad muni. l. municeps. & no. in d. l. ciues. & ff. de iudi. l. hæres absens. §. i. in 2. glo.
b magna. Item scholares [b] in terra studij, licèt ibi non efficiantur ciues, vt l. lex Cornelia. §. domum. ff. de iniu. & C. de incol. l. 2. lib. 10. ff. de iud. l. hæres absens. §. 1. in glo. super verbo, domicilium; & tamen in dicta terra habent, & proteguntut à rectore ipsius terræ, vt ciues, vt in 1. constitutione. ff. §. penul. & C. ne fil. pro patre. authen. habita. Aduertendum etiam, quòd prædicti non habentur vt ciues quò ad omnia, sed quò ad quid. Nam potestas, vel rector huius ciuitatis non potest hic conueniri, nisi pro his, quę hic contraxit, vel ratione officij, vt l. 2. §. legatis. ff. de iudi. ibi, vel si qui iudicandi causa accersiti sunt, coniuncto. §. omnes. in ca. l. Et idem intelligo de stipendiarijs, & scholaribus. Et ita debet intelligi, qđ no. in d. l. hæres absens. §. 1. in 2. glo. magna. ff. de iud. s. quod scholares sortiuntur
13 ibi forum pro his, q̃ ibi contraxerunt. Hoc ꝑmisso sicut prædicti hñt ius ciuis limitatè, ita hñt limitatè ius petẽdi represalias in terra ꝑdicta. Nã si potestas in his, quos secũ ducebat cã officij, vel milites in his, q̃ cã militiæ vel scholares in his, quæ causa studiorum secum ducebant, vel reducebant: passi sunt iniustitiam, vel iustitia denegata fuit eis: quò ad illa ciues non sunt: ergo, &c. vt s. proxi. dixi.

Ad sextum Quæritur, si ciues vnius ciuitatis
14 in alia debent tractari vt ciues illius ciuitatis ex pacto, vel statuto, an ibi possint petere represalias contra tertiam ciuitatem. Circa quod sciendum est, quòd per prædicta verba, scilicet tractentur vt ciues,
15 non efficiuntur ciues, arg. ff. de verb. sign. l. mortis appellatione, & quòd ibi no. per gl. & Iac. de Are. ¶ Item prædicta verba hoc important vt in his, quæ ibi tractare possunt, alias de iure addatur ista qualitas, scilicet, quòd tractentur vt ciues, quod prodest ad multa propter statuta, quæ fa-
c ciunt differentiam[c] inter ciues, & forenses, Hoc patet ex tenore ipsorum verborum: quia nullam potestatem dant, sed solùm modificant quòd tractentur vt ciues. Simile dicit lex quòd tutor loco domini habetur, quod intelligitur in his, quæ de iure facere potest, vt ff. pro emp. l. qui fundum. §. si tutor. Sed si aliàs in dicta ciuitate non poterat petere represalias; ergo nec modo poterit. Dico tamen qđ possent esse verba ita latè concepta, & posset esse tanta confœderatio duarum ciuitatum, quòd essent quasi vt vnum corpus, & quælibet ciuitas posset de ciue alterius ciuitatis, sicut de proprio suo ciue facere, vt ff. de capt. l. non dubito. & tunc posset petere ibi represalias, sicut ciuis illius ciuitatis. hoc autem factum est.

ADDITIONES.

a Th. D. ¶ Ad quintum quæritur. Vide Bar. in l. si maritus. §. 1. ff. de adul. & ibi Ale. in addi. ff. de adul. & ibi vide apostil. meã Bar. in l. hæres absens. §. pinde. & ib. Alex. in addit. ff. de iudi.

b ¶ Scholares. No. quod dicit Bar. hic, ꝙ scholaris non potest in loco studij conueniri ex contractibus alibi gestis, & vide Phil. Franc. in c. Romana. §. nec etiam. de foro comp. lib. 6.

c ¶ Differentiam. Vide in l. si maritus. §. legis Iuliæ. de adul. ff. de adulte.

1 *Represaliæ contra rectorem ciuitatis forensem, qui iniustitiam fecit, quando concedi possunt.*

2 *Officialis, qui fecit iniustitiam, de qua durante officio poterat conueniri, si conueniretur in loco proprio, debet ad locum officij remitti.*

3 *Represaliæ, contra officiales, & potestates facientes iniustitiam, quãdo concedi possunt.*

4 *Consilium, vt officiales Potestatis non teneantur pro iniustitia per Potestatem facta, & contrà eos represaliæ non concedantur.*

5 *Represaliæ contra consules, & priores ciuitatis facientes iniustitiam concedi possunt.*

6 *Represaliæ possunt concedi contra singulares homines ciuitatis.*

7 *Homo liber pro alio capi potest necessitate existente.*

8 *Represaliæ possunt concedi contra terras subditas simpliciter, non si sint subditæ quo ad quædam.*

9 *Represaliæ possunt concedi contra certum genus hominum ciuitatis denegantis facere iustitiam.*

Sexta principalis quæstio est, contra quos represaliæ concedantur. Circa quod quæritur primò, an contra rectorem ciuitatis forensem, qui iniustitiam fecit, vel iustitiam denegauit, possint concedi represaliæ. Secundò, an contra officiales dicti potestatis, seu rectoris possint represaliæ concedi. Tertiò, an contra consules, seu priores ciuitatis possint represaliæ concedi. Quartò quæritur, an contrà singulares homines, qui nihil habent facere in regimine, vel in officio ciuitatis possint represaliæ concedi. Quintò, vtrum represaliæ possint concedi contra homines terrarum subditarum quo ad quædam, non tamen simpliciter. Sextò, vtrum represaliæ possint concedi contra certum genus hominum ciuitatis denegantis facere iustitiam.

Ad

BIU Cujas

Ad primum quæritur, an contra rectorem ciuitatis forensem, qui iniustitiam fecit represalię possint concedi. Ad qđ dicit Iac. de Belui. in quæstione sua quam ponit in auth. vt non fi.pig. quòd contra eum concedi possint, arg.ff. qđ quisque iur.l.1.extrà, de sent.exc.c.Romana.§. caueant. lib. 6. Mihi autem videtur † sic dicendum. Aut potestas fecit talem iniustitiam, pro qua non potest conueniri durante officio, vt ff.de iudi.l.pars literarum. de iniurijs.l.nec magistratibus. & tunc contra eum non possint concedi represaliæ. Ratio, quia nec iudex superior habet durante officio, in cuius locum succedit, ius concedendi in eum represalias, vt dictum est, & finito officio, non possunt similiter concedi, nisi requisito iudice, qui habet eum syndicare, sicut in quolibet alio priuato debitore, vt dictum est s̃.2.q.3.iudex autem terræ propriæ ipsius rectoris debet requiri: vt j̃.dicam. Aut rector † ille fecit talem iniustitiam, de qua durante officio potest conueniri, & tunc, durante officio, poterunt represaliæ contra eum concedi eadem ratione, præcedentibus solemnitatibus requisitis. Iudex autem ciuitatis propriæ illius potestatis, seu rectoris non debet requiri: quia ibi talis causa non debet agitari, imo ad locum officij oportet remitti, vt C.vbi de ratiocin. agi opor.l.2. & C. vt omnes iudi. tam ciui. quàm crim. post depo. admi. & c.l.vnica. & in auth. vt iudic. sine quoquo suffra.§. necessitatem.

Ad secundum queritur, an contra officiales potestates, seu rectores possint concedi represaliæ? Iac. de Belui. in prædicta quæstione dicit, ꝙ sic. Ego † dico, quandoque sunt aliqui officiales, qui expressè iuuerunt rectorem ad talem iniustitiam faciendam, & contra illos sine dubio possunt concedi represaliæ, vt l.nullam. C. de exec. & exac. lib. 12. Quidam sunt, [a] qui expressè contradixerunt, & contra illos non possunt represaliæ concedi, vt C. de appell. l. quoniã iudices. & l. omnes iudices. in fi. de decur. lib. x. Et ideo cõsilium † est officialibus, quando talia occurrunt, ꝙ protestentur ꝙ non consentiunt, & quòd illa, quæ fiunt, non fiunt de iure, & de hoc fiat instrumentum: hoc ibi videtur requiri. d.l. quoniam iudices. Quidam sunt officiales, qui nec consentiunt, nec contradicunt, quia fortè sunt absentes, vel ignorantes: contra illos non possunt concedi represaliæ. l.1. in prin. ff. de magi. conue. ibi, præsentes, &c. in glo. ibi posita. in verb. eos. Quidam sunt officiales præsentes, qui non contradicunt, nec consentiunt, & tunc est aduertendum quòd quidam sunt officiales, ad ea, quæ sunt merè facti, nec ad consilia requirũtur, vt notarij, beruarij, & similes, & tunc etiam contra hos non possunt, concedi represalię, quia non possunt resistere domino sine dedecore, ideo resistere, non tenentur l.vnica.§. officium. C. vt omnes iud. tam ciui. quàm crim. Nec ob. quod gl. ibi, in verb. debito tamen honore. dicit esse correctum: quia verum est in casu illo: quia quilibet potest resistere fugienti, non autem alijs casibus ibi notatis. Quidam sunt officiales, qui adhibentur ad consentiendum, & contra istos, si non contradicunt possunt concedi represaliæ, d.l. quoniã iudices. cum si, & hoc, si sciuerunt: aliàs non est, quid eis imputetur. Sed si dubitatur, an officialis fuerit præsens, vel absens, & vtrum fuerit sciens, vel ignorans, quid præsumatur in dubio, cogita per te ipsum.

Ad tertium † quæritur, an contra consules, seu priores ciuitatis iustitiam denegantes possunt concedi represalię? Iac. de Bel. in q. prædicta disputata per iura alleg. s̃. in hac. q. 1. dicit quòd sic, qđ ĩtelligo verum contra priores, vel consules præsentes: secus contra absentes, vt d.l.1. in prin. ff. de mag. conue. tunc n. contra illos absentes non possunt concedi represalię, tanquam contra consules, seu priores, sed tanquam contra quoslibet alios de populo, vt dicam. j̃. proxi.

Ad quartum [b] queritur, an contra singulares homines, qui nihil habent facere in officio, vel regimine ciuitatis possunt represaliæ concedi? Iac. de Bel. in prædicta disputatione dicit, quòd nullo modo possunt contra tales repræsaliæ concedi: quia pro debito ciuitatis non tenentur homines singulares, vt ff. quod cuiusque vni. no. l. sicut municipum.§. si quid vniuersitati. quod met. cau. l. metum.§. animaduertendum. & de dolo. l. sed,& ex dolo.§.1.& de reg. iur. l. aliud.§. refertur. & extrà, de sen. exc. c. Romana.§. vniuersitatem. lib. vj. † Sed mihi videtur contrarium per d.c. dominus nr̃. 23. q. 2. vbi dicitur, gens vel ciuitas plectenda est, tota ergo gens ciuitatis plectitur. Pręterea, licet sententia excommunicationis non posset ferri in vniuersitatem, vt d.c. Romana. tamen fertur sententia interdicti, quæ ligat in quolibet populo etiam innocentes. vt c. si sententia. extra, de sent. exc. lib. vj. Si ergo potest hominibus singularibus propter delictum interdici ecclesiasticum sacrm, & sepultura, multò magis possunt eorum bona temporalia auferri, & possunt capi, propter quod interdicitur ei vti propria libertate, hęc enim animam non ligant. Præterea, concedere represalias est quasi quoddam bellum particulare indicere, vt s̃. dictum est in prędcedentibus, sed in illo bello etiam innoxij capiuntur: ergo, &c. Hoc probatur in d.c. dominus noster. Præterea, licet ille, † qui capitur, sit innocens, tamen 7 ciuitas habet ius merum, & tunc ex causa necessitatis potest capi, vt dixi s̃.1.q.2.pro hoc, in vsib. feu. de stat. contra libertatem ecclesiæ.§.1.& §. si verò dominus. & C. de sacrosan. ecc. auth. cassa. ibi, bona eorum per totum nostrum imperium ab omnibus occupentur. & C. de hæreti. auth. si verò dominus. & sic contra omnes possunt concedi, & ita de consuetudine obseruatur. Sunt tamen quidam, qui capi non possunt vigore represaliarum sic generaliter concessarum, de quibus dicemus. j̃. in seq. q. prin.

Ad quintum [c] quæritur, vtrum represaliæ possint concedi contra homines terrarum subditarum, quo ad quædam non simpliciter? † Respon. quædam sunt terræ subditæ alicui domino, terrę, vel ciuitati, vel principi simpliciter, sed in quibusdam 8 sunt priuilegiatę, vt habeant certas iurisdictiones, & exceptiones, vt sunt multæ in multis regnis, & cõtra istos possunt concedi represaliæ: quia verè subditę sunt, ar. l. Titius. C. de operis libert. & de liber. caus. l. fi. Quædam sunt terrę, quæ simpliciter sunt liberæ, sed se submiserunt quò ad quędam, vt sunt multæ terræ subditæ huic ciuitati, & contra istas non possunt concedi represaliæ propter delictum ciuitatis, vel domini qui eas habet subditas: quia illæ sunt liberæ, vt ff. de cap. l. non dubito. Propter delictum tamen ipsarum terrarum subditarum possunt concedi, sicut posset eis iustum bellum indici, si denegarent transitum per territorium eorum. 27. q. 2. c. notandum, &c.

Ad sextum quæritur, vtrum † represaliæ possint cõcedi contra certum genus 9 hominum ciuitatis denegãtis facere iustitiam? Ad quod dico, sicut iudex, qui exequitur sententiam, debet capere res, quæ non sunt in controuersia, si potest, ita concedens represalias (quantum potest) cum minori scandalo ita concedere, vt capiatur certum genus hominum, vel res, vel quod quilibet homo ciuitatis, contra quam conceduntur, cogatur soluere certam quantitatem, cum transit, pro persona, vel pro æstimatione rerum. Et hæc omnia vidi obseruari de facto, secundùm diuersitatem locorum.

ADDITIONES.

a Th.D. ¶Quidam sunt. Vide per Bar. in l. quoniam iudices. & ibi Alex. in addi. C. de appella.

b ¶Ad quartum. Vide per Pau. de Cas. in consi. 314. incip. super eo quod primo loco, in secundo dubio. & ibi uideas omnino, qui concludit in ciue, ꝙ represaliæ non extenduntur ad filios, & personas natas post represalias, & vide Alex. de Imo. in l. si quis.§. fi. in addi. Bar. quæ inc. facta. ff. quod quisque iur.

c Ad quintum. Vide Bar. in l. non dubito. ff. de cap. & postli. reuer. & ibi Alex. in addit. & ibi vide meam apost. facit quod consuluit Bal. in fauorem forensium, in cons. 121. in 2. vol. inci. quatuor. in fi.

1 *Represaliæ concessæ contra ciuitatem poßunt exerceri contra eius incolas, subeuntes tamen munera.*

2 *Homines de Florentia, & homines Florentini idem important.*

3 *Represaliæ, an possint concedi contra ciues alibi moram trahentes. Ciuis Florentinus alibi habitans, dicitur Florentinus, si sui subeunt ibi munera.*

4 *Represaliæ non poßunt concedi contra ciuem ciuitatis concedentis, qui etiam sit ciuis ciuitatis, contra quam conceduntur.*

5 *Represaliæ non conceduntur contra mulieres, vt personaliter capiantur.*

6 *Represaliæ contra clericos exerceri non poßunt.*

7 *Represaliæ non exercentur contra scholares, nec contra nuncios, nec famulos eorum.*
Non exercentur contra scriptores, & bidellos. & nu. 8.
Non exercentur contra patrem scholaris visitantem filium in studio, & num. 9.

10 *Scholarem esse probatur, ex qualitate rerum, quas defert ex consuetudine eundi, & redeundi.*

11 *Represaliæ non exercentur contra ambasiatores.*
Ambasiatorem quem eße probatur per literas.

N.

Non exercentur contra testes, qui causa testimonij accedunt, vel contra eos qui inuiti trahuntur, nec contra eorum famulos. & nu. 12. Contra euntes ad nundinas in loco nundinarum non exercentur in alio loco sic. & nu. 13. Non exercentur contra euntes ad indulgentiam, nec contra eorum famulos. & nu. 14. Nec contra tenentes hospitium in loco vbi sunt indulgentię. & nu. 15. Nec contra applicantes vi ventorum in aliquo loco. & nu. 16. Nec contra eos, qui in ius vocari non possint de iure communi. & nu. 17.

Septima principalis quæstio est, si represalię simpliciter concedantur contra homines & personas alicuius terrę, contra quas personas possint exerceri. Circa quod quęruntur plura. Primò, an contra incolas ciuitatis possunt represalię exerceri. Secundò, an contra ciues illius ciuitatis alibi moram trahentes. Tertiò, an contra ciues illius ciuitatis, qui sunt ciues, vel incolę illius ciuitatis concedentis. Quartò an contra mulieres possunt represaliæ exerceri. Quintò, an possunt exerceri contra clericos. Sextò, an possunt exerceri contra scolares. Septimò, an possint exerceri cõtra ambasiatores. Octauò an contra euntes ad nundinas possint represaliæ exerceri. Nonò, an contra cuntes ad indulgentiam. Decimò, an contra nauigantes, qui vi ventorum impelluntur in alium locum. Vndecimò, an contra eos, qui in ius vocari non possunt represaliæ exerceri possint. Modò veniamus ad singula per ordinem.

a **Ad primum** [a]quæritur, an contra incolas ciuitatis possint represaliæ exer-
1 ceri. Ad† declarationem huius quæstionis præmittendum est, represalias concessas simpliciter, vt contra homines Florentinos, vel contra homines, & personas de Florentia. Et sciendum est, quòd ista verba homines de Florentia, vel homines Florentinos, idem important, vt ff. de excusat. tut. l. sed & reprobari. §. amplius. & ibi not. per gl. super verbo, Cumanus. sed ista verba, homines Florenti-
b nos, [b]referuntur ad municipes ciuitatis, vt ff. ad munici. l. 1. ibi, Campanos Puteolanos, &c. & in versi. seq. Sed verbum municipes, est genus ad ciues, & incolas, vt not. C. de incolis. l. ciues. lib. x. & probatur, ff. ad munic. l. filij. §. municipes. apparet ergo quòd virtute illorum verborum incolæ comprehendantur: quòd intelligo de incolis subeuntibus ibi munera, vt ff. ad munici. l. 1. ibi, recepti in ciuitatem, &c. & dixi s. 4. q. 1. secus si munera non ibi subeunt, & hoc esse verum apparet: quia Potestas ciuitatis si non vult quem admisit, reijcere potest. l. fi. ff. de legibus. Sed illud quod quis potest acceptare, antequàm acceptet, non dicitur in bonis suis, ita incola antequàm recipiatur ad munera, non dicitur propriè ciuis illius ciuitatis, & sic contra eum non poterunt represaliæ exerceri, &c.

c **Ad secundum** [c]quæritur, †an contra ciues
2 illius ciuitatis alibi moram trahentes possint represaliæ exerceri, semper retento eodem themate quòd represaliæ sunt concesse contra Florẽtinos, vel homines de Florentia: est dubium, vtrum ex eo, ꝙ ciues de Florentia alibi habitant, desinant esse Florentini, vel de Florentia? Videtur, ꝙ non: quia origo non mutatur. l. assumptio. ff. ad munici. Nec obst. ff. de verb. sig. l. prouinciales. quia subauditur ibi tantùm secundum primam lecturam glosæ, & hæc est vera opinio. Vel secundum alios, aut represaliæ sunt concesse contra homines de vna prouincia, vt contra Marchianos, & tũc qui nõ habitat in prouincia, dicitur prouincialis. d. l. prouinciales, aut contra homines de vna ciuitate, & procedit præcedens opinio. Ita sentit gl. in verbo, non eos. in d. l. prouinciales, quæ opinio non placet; non. n. video rationem diuersitatis inter ciuitatem, & prouinciam. vel secundum alios, aut habitat in alia ciuitate eiusdem prouinciæ, & tunc remanet Florentinus, aut in alia ciuitate alterius prouinciæ, & tunc secus. d. l. prouinciales. Et ita sentit glo. in verbo, non mutat. C. de adopt. l. in adoptionem quidem. quod non placet eadem ratione. Alij dicunt, aut loquimur secundum propriam significationem vocabuli, & remanet Florentinus, vt d. l. assumptio. aut secundum communem vsum loquendi, & non est Florentinus: quia ibi non habitat. d. l. prouinciales. & ita dicebat dominus Iac. de Are. et Old. sed communis vsus loquendi præualet omni propriæ significationi, vt l. librorum. §. quod tamen Cassius. de lega. 3. ergo talis alibi habitans non poterit capi pro represalijs. Alij dicunt, ꝙ hęc verba, Florentinus, & de Florentia, debent intelligi de eo, qui ibi conuersatur, & moratur, arg. l. 1. §. bestias. ff. de postula. & magis debemus inspicere accidens, quàm originem. ita consuluit dominus Lamb. de Ramponibus. Ego † aliàs in discursu lectionis, in d. l. prouinciales ff. de verb. sig. dicebam, quòd ille talis, qui alibi moratur, non potest capi tanquam Florentinus: quia ipse non fuit in culpa, ar. l. 1. in prin. ff. de magi. conue. quod esset verum sine dubio, secundum opi. Iac. de Bel. quam reprobaui s. vj. q. prin. q. 4. & isto modo videtur sic dicendum quòd Florentinus, siue de Florentia est, qui inde est municeps, vt dixi s. prox. q. & intelligitur de municipe propriè, qui ibi munera subit. Aut ergo aliquis habitat alibi, & Florentiæ munera nõ subit p se, nec p prem, nec p fratres, nec p alios, et nõ dicit Florentinus propriè.
✻ Aut ibi subit * munera per se, vel per patrem, vel per fratres, vel per alios; & tunc licet alibi moretur, Florentinus est. d. l. 1. ff. ad munici. & de excu. tu. l. sed & reprobari. §. amplius. & videtur hoc expressum, C. de agri. & censi. l. cum scimus. §. illud. lib. xj. Illud autem, quod dicit Iac. de Are. de communi vsu loquẽdi est facti, scio, quod hic talis vsus loquendi non est, &c.

4 **Ad tertium** quęritur† an represaliæ possint exeterceri contra ciues illius ciuitatis, qui sunt ciues, vel incolæ illius ciuitatis concedentis? Videtur, ꝙ sic: quia si possunt exerceri contra non subditum ciuitati concedentis, multò magis contra subditum. Præterea dominus potest petere, vt vsufructuario denegetur ius vtendi, fruendi, propter eius contumaciã, & ècontra. l. si proprietarius. ff. de dam. infe. & l. hoc amplius. §. fi. cum l. seq. eo. tit. ita hic poterit capi propter ius, qđ habet in eo ciuitas, contra quam sunt concessæ, licèt etiam habeat in eo ius ciuitas concedens. In contrarium videtur qđ istud ius concedendi represalias est inductum in defectum iurisdictionis, quam ordinarij debent exercere, vt in præcedentibus pluries est dictum; sed ciuitas ꝓcedens potest in suum ciuem exercere iurisdictionem ordinariè: ergo contra eum non extenduntur represaliæ. Pro hoc videtur casus. ff. si quis testa. lib. esse iuf. fue. l. 1. §. habet itaque. arg. l. serui, & filij. in prin. ff. de fur. Præterea ciuitas concedens represalias, tenetur ciuem, vel incolam suum defendere ab iniurijs, quæ inferuntur per alium, vt dixi s. in. q. 1. ergo ipsa ciuitas ciui suo non deberet inferre violentiam: licet sit ciuis alterius ciuitatis, arg. ff. de euic. l. vẽ
d dicantem. Præterea [d] quando ciuitas aliquid concedit, intelligitur concedere, vt ille, cui conceditur, ꝺ se non vtatur, vt l. in fraudem. §. neque instrumenta. ff. de iure fisc. & l. si peculium. §. sicut autem. de pecul. leg. sed si ciues possent capi: ergo videretur concessisse ꝺ seipsam. Præterea in concessione, subintelligitur sine iniuria priuatorum ꝓcedentis, vt C. de emanc. lib. l. nec auus. & l. 2. §. meritò. & §. si quis a principe. ff. ne qd in loco publ. multò magis intelligitur ꝓcedere ꝙ exerceantur represaliæ sine ipsius ciuis iniuria: quia si ciuis caperetur, læderetur Respub. cuius interest locupletes hĩe subiectos. Et istud puto verum, etiam si talis ciuis fuisset particeps criminis. Nã ex vigore talium represaliarum simpliciter cõcessarum nõ posset capi, sed deberent specialiter concedi, vel contra talem ciuẽ ordinariè procedi per ciuitatẽ ꝓcedentẽ represalias.

5 **Ad quartum** † Quæritur, an represaliæ possunt exerceri ꝺ mulieres? Videtur qđ sic: Sicut. n. in bello capiuntur mulieres, & hñt postliminium. l. 1. C. de postlim. reuer. cum simil. ita in hoc particulari bello. Sed dico, qđ in persona capi non possent. C. de offi. diuer. iudi. auth. sed hodie. de custo. reorum. auth. sed nouo iure. licet. n. quasi de iure gentium concedantur, tamen debent ciuiliter intelligi: arg. l. si cui simplici. ff. de serui. titulo generali, &c.

6 **Ad quintum** †quæritur, an possunt exerceri ꝺ clericos? Tex. est expressus ꝙ non, in c. & si pignorationes. extrà, de iniu. & dam. da. lib. 6. Sed quid de clericis coniugatis non euntibus in habitu? Respon. tunc priuilegio clericorum non gaudẽt, vt extrà, de cler. coniu. ca. 1. lib. 6. Sed dubitatur quid si vnus episcopus non facit iustitiam de clericis, & ad superiorẽ non

ADDITIONES.

a Th. D. ¶Ad primum. Vide Bar. in l. 1. ff. ad munic. & ibi Alex. in addi. & Bar. s. in 1. q. v. q. prin. & in l. prouinciales. ff. de ver. sig. & ibi Alex. in addit. & Fran. de Are. in l. 2. in prin. ff. de verb. obli.

b ¶Florentinos. Vide Alex. in rub. ff. fol. mat. & in l. 1. de lega. 1.

c ¶Ad secundum. Vide Ang. de Are. in §. pauonũ. in fi. Inst. de rer. diui. & Bar. in l. prouinciales. & ibi Alex. in addi. & ibi apost. meam. ff. de ver. sign. & Petr. de Anch. in c. statutum. §. cum verò. & ibi Phil. Franc. de rescrip. lib. 6.

* ¶Subit. Adde, ꝙ hoc idem consulendo tenet Soc. referendo ad arg. hic in con. 292. vol. 2.

d Th. D. ¶Præterea. Vide Alex. in consi. 22. in 7. vol. inci. consideratis in fi.

BIU Cujas

non poteſt haberi recurſus fortè quia ille epiſcopus eſt tyrannus, vel ſciſmaticus, vtrùm tunc ꝯ clericos illius epiſcopi poterunt ꝓcedi, & exerceri repreſaliæ authoritate iudicis ſecularis, vel alterius epiſcopi? Videtur quòd ſic: quia d.c.& ſi pignorationes, loquitur quando repreſaliæ conceduntur propter delictum laicorum. In hoc autem ſtandum eſt Canoniſtis, quibus relinquo.

7a **Ad ſextum** †quæritur[a] an ꝯ ſcholares poſſint exerceri repreſaliæ, tex.eſt. qđ nō, in auth.habita.C.ne.fil.pro patre; ſiue iam applicuerit ad ſtudij locum, ſiue peregrinetur ſtudij cauſa. Sed nunquid prædicta habent locum in ciuitatibus non habentibus priuilegia ſtudij? Reſpon. aut loquimur in alia ſcientia ſtudentibus, quàm legali, & tunc talis ſcientia poſſit vbiq; doceri, vt ff.de excuſ.tut.l.ſi duas.tunc aūt credo idē in omni ciuitate: quia d.auth.habita.loquitur generaliter. Aut loquimur de ſtudentibus in ſcia legali:& tunc illa non poteſt legi in ciuitatibus non priuilegiatis, & ſi alibi doceſ, delictum eſt, vt in proœmio digeſtorum.§.hæc autem tria. & ideò in alijs ciuitatibus non haberet locum tale priuilegium,& hoc de iure ſtricto. Dicunt tn quidam doctores, qđ illi.§.hæc autem tria.eſt hodie derogatum per deſuetudinem, cum & in ciuitatibus non priuilegiatis docentur iura,& ꝓ hodie ratio iſtius §.ceſſet: quia cum multi ſciāt hodie iura, non eſt dubium,nec timor,qđ tradetur adulterina ſcia. Ideò æquum putarem qđ euntes ad talia ſtudia gauderent hoc priuilegio; & qđ dico de ſcholaribus, idē puto de nuntijs,& famulis eorum.d.auth.habita, ibi eorū nuncij,&c. & †idem de ſcriptoribus,& bidellis,& ſi quidē neceſſarij ſunt in ſtudio, arg.ff.in proœmio, circa finem, vbi eodem modo conceduntur iuriſdictiones, vt in alijs, argu.ff.de teſta.mil.l.1.& de bon.poſſ.ex teſta. mil.l.vnica.
9 & C.de teſta. mil.l.ſcriniarios. & †idem de patre, qui iret ad videndum filios in ſtudio.not.ff.de iudi.l.2.§.idē Clau-
10 dio.in glo.ſuper verbo, venerat. † Sed qualiter probabit qđ ſit ſcholaris, vel ꝓ vadat cauſa ſtudij? Ege rndeo, ex qualitate rerum, quas defert, & ſimilibus,arg.ff.de re mil. l.non omnes.§.à Barbaris. Item ex conſuetudine eundi, & redeundi ad ſtudium, arg.l.naturalem.§. ceruos.ff. de acquir.re.dom. & ex multis alijs, quæ diligens iudex, qui ſuper hoc cognoſcit, poterit inuenire.

11 **Ad ſeptimum** † quæritur, an ꝯ ambaſciatores poſſint repſalię exerceri? Reſpon.non,vt l.ſanctum.ff. de rer.di.de leg.1.l.fin.& l.2.§.legatis.ff.de iud.& hoc verum qđ non poſſunt capi in ciuitate, ad q̄ ſunt deſtinati, nec in alia, per quam tranſitum facerent.d.§.legatis.& ibi not.in glo.ſuper verbo,deſtinati: qđ autem ſint legati, probabitur per literas ſuæ ambaſiatæ, vel alio modo legitimo.l.vnica.C. de manda.
12 prin.†Et idem videtur dicendum de his,qui cauſa teſtimonij,vel aliàs trahuntur inuiti, vel deſtinati ſunt in aliam ciuitatem, & idem de ſeruitoribus prædictorum, arg. eorum quę s̄.proximè dicta ſunt.

13 **Ad octauum** †Quæritur, an ꝯ euntes ad nū dinas poſſint repreſaliæ exerceri? Rn.in loco,ſeu territorio eius, qui tenet nundinas, non pñt ꝯ venientes ad nundinas repreſaliæ exerceri. caſus eſt.C.de nundi.l.vnica.& ſi vadens ad nundinas tranſit per alienum territorium, an poſſint repreſaliæ exerceri non reperio prohibitum,licèt ſit arg.ꝯ id qđ s̄.proximè dixi, & aliud in illis,qui neceſſario munere funguñ, hi aūt voluntariè vadunt ad nundinas.Qualiter aūt probabitur, ꝓ qs vadit ad nundinas? Rn.vt s̄. in præcedentibus dixi.

14 **Ad nonum** †quæritur, an ꝯ euntes ad indulgentiam poſſint repreſaliæ exerceri.Rn.non,vt C.cōmunia de ſucceſ. auth. omnes peregrini,ibi,liberè hoſpitentˉ,&c. & tenet gl.in verbo,ob aliā cām venerit.l.2.§.legati.ver.nā Celſus.ff.de iud.& in ſignū huius propter eorum ſecuritatem, vt cognoſcātur q̄ ſunt peregrini euntes ad indulgentiam portent baculum, & p vlam ſicut legati olim portabant, vt l. ſanctum.ff. de rer. diui. & idem puto de famulis, & de ſeruitoribus eorum.
15 †Et idem puto de his qui vadunt ad loca,vbi ſunt iſtæ duæ indulgentiæ generales,vbi ibi teneant hoſpitium in ſeruitium peregrinantium.arg. eorum quæ dixi circa ſcholares de ſcriptoribus, & bidellis,& ſimilibus.

16 **Ad decimum** quæritur,† an ꝯ homines nauigantes,qui vi ventorū impelluntur in aliquem locum,poſſunt repreſaliæ exerceri? Et puto quòd non,& hoc per auth.nauigia.C.de fur.quæ hoc expreſsè vult.C.de naui.l.1.& de nauf. lib. 11. Ad hoc etiam facit optimè.l.Cæſar.ff.de publica.

17 **Ad vndecimum** quæritur, † an ꝯ eos, qui in ius vocati ſunt, poſſint exerceri repreſaliæ.Rn.nō,vt ſunt hi qui ponuntur in l.2.& 3.ff.de in ius vocan.Si enim eſſent condēnati,ipſi non poſſunt capi,multò magis pro debito,vel delicto alterius. Eſt e im captio quædam citatio realis, & ideò ſi aliquis de ciuitate contra quam conceſſæ ſunt repreſaliæ eligeretur Poreſtas, non poſſet hic capi propter officium. Idem ſi aliquis duceret vxorem de vna ciuitate ad aliā, ad faciendū nuptias. Idem ſi aliàs iret ab vna ciuitate ad aliā ad funus conſanguinei. Idem ſi eſſet furioſus,vel infans, vel impubes. Contra eos enim non poſſent repreſaliæ exerceri,vt d.l.2.& 3.& l.impubes.de in ius vocan. &c.

ADDITIO.

2 ¶Ad ſextum quæritur. Vide Fel.in c.2.de foro comp.

1 *Repreſaliæ quando poterunt exerceri contra res perſonarum, contra quas non poſſunt exerceri.*

2 *Res aliorū portatæ per eos,contra quos repreſaliæ exerceri non poſſunt,poterunt pro repreſalijs capi.*

3 *Res exiſtentes in territorio ciuitatis, contra quem conceſſæ ſint repreſaliæ,non poſſunt capi,& duci ad ciuitatem concedentem.*

4 *Res exiſtentes in territorio alterius ciuitatis, etiam ſcribendo iudici illius ciuitatis,non poſſunt capi pro repreſalijs.*

Octaua Principalis qō eſt, ſi repreſaliæ ſimpliciter ꝓcedant, circa quas res poterūt exerceri:& quia dubitatum eſt, ꝓ poſſunt exerceri in rebus,& contra res mobiles, & immobiles,& ſe mouentes hominum, & perſonarum illius loci, contra quem repreſaliæ ſunt conceſſæ,quæ reperiuntur in territorio ciuitatis concedentis; quædam tamen poſſunt occurrere dubia, quæ examinanda ſunt. ¶Primò dubitatur an res dictarum perſonarum, contra quas non poſſunt exerceri repreſaliæ, poſſint pro repreſalijs capi. ¶ Secundò, quæ ſint dictæ perſonæ, contra quas non poſſunt exerceri. ¶Tertiò,an poſſint capi res exiſtentes in territorio ciuitatis,contra quam conceduntur repreſalię,& duci ad ciuitatem concedentē. ¶Quartò,an poſſint capi res exiſtentes in territorio alicuius tertiæ ciuitatis ſitæ,ſcribēdo iudici illius ciuitatis, &c.

Ad primum quæritur,vtrum res dictarum perſonarum, ꝯ quas pñt exerceri
1 repreſaliæ,poſſint pro repreſalijs capi.† Ad quod dico, q̄dam ſunt perſonæ,ꝯ quas non poſſunt exerceri repreſalię ſolùm rōne perſonæ,vt quia mulier, infans, vel furioſus, vel ſimilis,& tunc ſine dubio ꝯ res eorum poterunt exerceri,vt l. ſatis.ff.de in ius vo.& in auth.vt nul. iud.§.neceſſarium vero credimus.ver.ſi verò mulier poſt legitimam. Intellige tamen ꝓ non capiuntur res eorum taliter, vt p hoc viderētur retineri perſonæ.Non.n. poſſet mulier ſpoliari veſtimentis,vel alijs rebus,ſine quibus honeſtè viuere non poſſet,vt l.in eadem.§.fin.ff.ex quibus cau.maio.& quod ibi no. Quædam ſunt perſonæ,contra quas nō poſſunt exerceri repreſaliæ ex certa cā,vt ꝯ ſcholares,vel ambaſiatores,vel ſimiles;& tunc contra res eorum,quas portarent, vel haberēt neceſſarias ad illam cām,non debent exerceri repreſaliæ, ſed ꝯ alias ſic.l.publicanus.§.de reb.ff. de publi.facit quod dixi s̄.proxi.q.circa ſcholares,&c.

2 **Ad ſecundum** Quæritur,† qd ſi dictæ ꝑſonæ,ꝯ quas nō poſſunt exerceri repreſaliæ, portent res aliarum perſonarum, an ꝯ eas poſſint exerceri? Rn.ſi quidem portent dictas res neceſſarias ad ſuum vſum,vt equum ad equitandum, & ſimilia, de quibus in l.lege cenſoria.ff.de verb.ſig. & tunc nō poſſunt capi,vt dixi s̄.in qō.præcedenti,circa ſcholares. Si verò non eſſent eis neceſſariæ,tunc poſſunt capi; nec eſt qui repugnet.l.ſacroſan.de ſacroſan.eccl.

3 **Ad tertium** †Quæritur,an poſſint capi res exiſtentes in territorio ciuitatis, ꝯ quam repreſaliæ concedantur,& duci ad ciuitatem concedentem? ſi quidem repreſaliæ ſimpliciter ſunt conceſſæ, tantùm intelligitur data poteſtas vtendi in territorio concedentis. Non enim vltrà extenditur ſimplex conceſſio.l. cum vnus.§.is cuius.ff.de bon. autho.iud.poſſi.& extrà,de conſti.c.vt animarum.lib.6.¶Præterea, conceſſio repreſaliarum eſt quoddam bellum particulare conceſſum priuato ꝯ priuatos, vt dictum eſt.s̄.16.q.4. ſed ſi equitaretur in territorio ciuitatis, ꝯ; quam eſſet bellum vſe, & contra ipſam ciuitatem;ergo, &c. Præterea aggredi in territorio alterius ciuitatis eſt cauſa maioris tumultus, ergo non videtur conceſſum in dubio.l.non eſt ſingulis.ff.de regu.iur.

Conclu-

BIU Cujas

Concludo, ergo ꝙ ſolùm in territorio cõcedẽtis poſſunt repreſaliæ concedi, aliàs exerceri, nec poteſt quis aggredi territorium alterius, niſi hoc ſit expreſſum per verba hoc de neceſſitate importantia. Qui ergo vult, faciat hoc exprimi ſpecialiter in conceſſione.

4 **Ad quartum** Quæritur, † an poſſint capi res ſitæ in territorio alterius tertiæ ciuitatis, ſcribendo iudici illius ciuitatis? Reſpon. licèt de iure communi in executione ſententiæ hoc permittatur. l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iudi. & ff. de bo. autho. iud. poſ. l. cum vnus. §. pen. cum ſim. tamen cum repreſalię ſint quoddam bellum, vt dictum eſt, quis non poteſt cogere alium ad bellum, niſi ſibi ſubditum, in vſib. feud. in tit. hic finitur lex Corra. c. domino guerram. & quis non cogitur alium iuuare, niſi eum, cui ſubeſt, vt l. culpa caret, & quod ibi not. ff. de reg. iur. & per Dyn. extrà, de reg. iur. c. non eſt ſine culpa. lib. 6. niſi fortè eſſet ciuitas fœderata, quæ debe ret facere guerram, & pacem, ad petitionem hoc ſcribentis, per ea quæ dicta ſunt, & argu. ad hoc optimũ. ff. de cap. & poſt. re. l. non dubito. circa finem, &c.

1 *Capere homines, & res vigore repreſaliarum propria authoritate quis poteſt, quando copia iudicis haberi non poteſt.*
2 *Perſona capta pro repreſalijs debet ad iudicem duci.*
3 *Res captæ pro repreſalijs poſſunt per capientem retineri.*
4 *Res pro repreſalijs captæ venduntur, & æſtimantur iudicis authoritate.*
5 *Repreſaliæ poßunt exerceri die feriato ob neceſſitatem hominum: in ferijs autem in honorem Dei poßunt ex cauſa.*
6 *Repreſaliæ ſi conceduntur per habentem poteſtatem legis condendæ, poſſunt concedi, vt exerceantur etiam diebus feriatis in honorem Dei.*
7 *Cognitio ſummaria, vel ordinaria, an requiratur, quando quis vult defendere ſe, & res ſuas, occaſione repreſaliarum captas.*

Nona Quæſtio principalis eſt, qualiter repreſaliæ exerceantur. Circa quod quæruntur multa. ¶Primò, an quis poſſit capere homines, & res vigore repreſaliarum per ſe, an per miniſtros iuſtitiæ, & ſuos. ¶Secundò an homines, & res captas teneatur quis iudici præſentare, an verò poſſit in ſuo priuato carcere retinere. ¶Tertiò, qualiter res captæ vendantur, & æſtimentur. ¶Quartò, an repreſaliæ poſſint exerceri die feriata, vel non. ¶Quintò, ſi aliquis vult defendere ſe, & res ſuas occaſione repſaliarũ captas, qualis cognitio debeat adhiberi.

1 **Ad primum** Quæritur, † an quis capere poſſit homines, & res vigore repreſaliarum per ſe, an verò per miniſtros? Et videtur ꝙ per ſe, ſicut in bello per ſe homines, & res capiuntur. Sed certè, vt dixi. s. 8. q. 4. verba iſtius conceſſionis debent intelligi ciuiliter: & ideò puto, ꝙ non poſſit capere homi
a nes, nec res ſua authoritate.[a] l. miles §. qui iudicati. ff. de re iud. & de reg. iur. l. non eſt ſingulis. qđ tenet Iaco. de Bel. in auth. vt non fi. pig. in quæſtio. quam ibi ponit, qđ intellige ſi poteſt haberi copia iudicis, q̃ cõcedat ſuos miniſtros, aliàs poſſet capere ſua authoritate, vt l. ait ptætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in frau. cred. & C. de decu. l. generali. lib. 10. & ff. quod vi, aut clam. l. ſi alius. §. eſt. & alius & quod ibi not. Eſt ergo tutius, vt ceſſent prædicta, ꝙ in conceſſione expreſsè ponatur, ꝙ ille, cui conceduntur repreſaliæ, poſſit homines, & res capere per ſe, & ſua authoritate, &c.

Ad ſecundum Quærit̃, an homines, & res captas teneatur quis iudici præſentare, an † verò in ſuo priuato carcere retinere? Iac. de Bel. in quæſtione prædicta dicit, ꝙ debet iudici præſentare, d. l. non eſt ſingulis. & ne fiant illicitæ exactiones, vt l. illicitas. ff. de offic. præſi. & ne inde naſcatur iniuriandi occaſio, &c. vt l. meminerint. C. vnde vi. Ego, quando capitur perſona, puto eum verum dicere, vt captus debeat duci iudici. caſus eſt in d. l. generali. C. de decurionibus. lib. x. & not. in l. 1. C. vbi decurio, vel cohor. & Inſt. de actionib. in prĩ. & in vſib. feud. dé pace iura. fin. c. 1. niſi exp̃ſsè dicat in ꝯceſſione, qđ poſſit in ſuo priuato carcere retinere. Q̃ñ
3 verò † capiuntur res, dico ꝙ res capiuntur, vt in cauſam iudicati, vel, vt ex primo, vel vt ex ſecundo decreto, ſecundum ea, quæ dixi. s. 4. q. vlt. & non eſt dubium, ꝙ res debẽt remanere penès capientem, vt l. is, cui. §. qui legatorum. ff. vt in poſſ. leg. & pro hoc non eſt neceſſe plus ire ad iudicem, ſed ſufficit prima conceſſio. Qualiter autem vendantur, vel æſtimentur, vel ſibi quis accipiat in ſolutum, dicam ſtatim.

4 **Ad tertium** †Quæritur, qualiter res captæ vẽ dantur, & æſtimentur, vt ſibi qs accipiat in ſolutum? Reſpon. venditio non poteſt propria authoritate fieri, vt d. l. miles. §. qui iudicati, ff. de re iudi. Item æſtimatio debet fieri per iudicem, vt l. 2. & in l. fina. C. de iure do. impe. requiritur ergo in omnibus prædictis authoritas iudicis. Et ſemper intellige, niſi aliud in cõceſſione exprimatur. Dico etiam ꝙ in computatione ci', ꝙ quis recipit, debet fieri detractio expenſarum factarum in prædictis, vt l. fi. §. in computatione. C. de iur. delib. ff. ad l. Falc. l. quantitas patrimonij.

b
5 **Ad quartum** [b] Quæritur, an repreſaliæ † poſſint exerceri capiẽdo homines, & res die feriata, ẽt in honorem Dei? Ad ꝙ dico ꝙ diebus feriatis ob neceſſitatem hominum pñt repreſaliæ exerceri, ſicut etiam poteſt fieri executio rei iudicatę, vt extrà, de iud. c. fi. lex enim ſolùm prohibet ne illo tempore quis cogatur venire ad iudicium ad litigandum, vt ff. de fer. l. 1. ſed in executione iudicati non eſt litigium, ergo. &c. Si verò quærimus de diebus feriatis in honorem Dei, tunc eſt dubium per l. dies feſtos. C. de fer. Tamen putarem ſic dicendum eſſe, ꝙ poſſibile eſt repreſalias concedi ꝯ homines alicuius terræ, ſi hoc ſeruaretur, ꝙ diebus feriatis non pñt capi, nunquam caperentur, & ſic conceſſio repreſaliarum eſſet inutilis; qđ poſſet contingere, vel pp longinquitatem, & diſtantiam loci, & ſic homines perrarò veniunt, vel propter paucitatem populi ciuitatis, vel terræ, ꝯ quam ſunt conceſſæ, ita ꝙ ſunt cauti, & non venirent niſi diebus feſtiuis: & iſto caſu poſſent exerceri die feriata in honorem Dei, vt ff. de fer. l. 1. & 2. C. de fer. l. 2. Si verò iſtud periculum non ſubeſt, tunc tali tempore non pñt repreſaliæ exerceri, vt d. l. dies feſtos. facit qđ not. per glo. in verſi. fideiuſſionis. in d. l. dies feſtos. in 2. glo. ibi, dum dicit, niſi timeatur de eius receſſu, quæ videtur probare hãc diſtinctionem, & hoc erit in ęſtimatione iudicis. vul. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. verſi. toties. ff. de op. no. nunc. Tu-
6 tius eſt ergo facere † hoc exprimi in conceſſione, ꝙ poſſint eas exercere dieb. feriatis, & in honorem Dei, qđ põt fieri, q̃ conceduntur per eum, qui hẽt poteſtatem condẽdi legem, vt per populum, vel dñm, arg. C. de fer. l. prouinciarum. Sed ſi ꝙcederent̃ per aliũ iudicẽ, nõ valeret dicta expreſſio, vt ff. de fer. l. 1. arg. C. de fer. l. à nullo. in fi. quatenꝰ fierei ex cã legitima ſecundùm diſtinctionẽ. s. dictam, &c.

7 **Ad quintum** Quæritur, ſi aliquis † vult defendere ſe, & res ſuas occaſione repſaliarũ captas, qualis cognitio debeat adhiberi? Ad qđ dic, ꝙ ſi qdem poſt capturam eſt facta pfecta executio, vel qa res vendita, vel data ĩ ſolutũ, ſm ea q̃ dixi. s. e. q. 3. tunc adhibet̃ cognitio ordinaria, nec hẽt locũ officiũ iudicis in hac cognitione, vt ff. de re iud. l. à diuo Pio. §. ſi poſt addictũ. Si verò pſona, vel res adhuc durat capta, nec ẽ facta executio, tunc ille qui vult pſonã, & res defendere, iudicis officium implorabit, p qđ fiet ſibi editio oĩum actorum, quorum vigore captus eſt ipſe, vel res eius, vt C. de eden. l. is apud quem. vt. li. pen. l. 2. ff. de eden. l. 1. §. edenda. ſemp edenda ſunt, q̃ facta ſunt in abſentem, vt d. l. is apud quẽ. ſm ſecundã lecturã. Quib. adhibitis poteſt opponere quis, vel ex parte cauſæ iniuſtę, vel ex defectu ꝯcedentis, vel modi, vel ex eorũ defectu pſonę, vel rei capte, q̃ capi nõ poterat, vt ex p̃dictis patet, & i hoc ẽt adhibet̃ sũmaria cognitio, vt ff. de re iu. l. à diuo Pio. §. ſi ſup reb. Sđ dubitat̃, an ſup hoc poterit impetrare cognitionẽ ex̃ illũ locũ ſm ea q̃ dixiſ. 2. q. Rñ. ſi quidẽ vellet hoc impetrare ſup cognitione, q̃ adhibetur officio iudicis nõ poſſet: quia ſm hoc diuideret continentiam cauſæ. l. nulli. C. de iudi. hoc. n. pertinet ad officium iudicis exequentis. in d. §. ſi ſuper rebus. & ſi ſuper hoc vellet principaliter agere competentib. actionibus, poſſet ſecundum ea, quæ dicta fuerunt. s. 2. q. 2.

ADDITIONES.

a Tho. Dip. ¶Sua authoritate. Not. hanc deciſionem Bar. & per ipſam conſuluit Pa. de Caſt. in conſi. 314. incipien. ſuper eo, quod primo loco. in primo dubio, vbi videas.

b Tho. Dip. ¶Ad quartum. vide Ale. de Imo. in l. filiusfa. in addi. Bar. ff. de do. in verſ. præterea ſolemnitas feriarum. & in l. 1. §. ſed excipiuntur. ff. de ferijs. in additione inci. Addo inquantum. & Bal. in l. milites. C. de teſtam. milit. & facit ꝙ debitor ſuſpectus de fuga, poteſt per iudicem perſonaliter capi, & incarcerari tempore feriato in honorem Dei, ſecundum glo. ſi. in l. fin. verſi. fideiuſſionis. C. de fer. quam Bal. & alij ibi ſequuntur, & illam pro ſingulari etiam allegat Bal. in c. fin. extrà, de ferijs. vbi ampliat, etiam ſi feriæ eſſent ſolemniſſimæ, vt natiuitatis, vel Paſchæ Domini, cum concord. de quibus per dom. Iaſ. in l. 2. ff. de iuriſ. om. iud. & in l. 2. §. fin. ff. e. & in l. plerique. ff. de in ius voc. & do. Io. Bapti. de S. Seue. plenè. in tract. de debitor. fugi. in 8. quæſtio. princi. & Alex. in l. diuus. ff. de fer. & glo. illam etiam reputat ſingu. Ange de Are. in §. 1. Inſtitu. de act. & vide quæ no. Bal. per illam glo. in l. ſi. C. de exhib. reis. Et adde Iaſ. vbi ſ.

Exacto

BIU Cujas

1 *Exacto pro repreſalijs quomodo ſuccurratur in propria ciuitate contra illum, cuius occaſione conceſſæ fuerunt repreſaliæ.*
2 *Contra officialem negligentem facere iuſtitiam quomodo ſuccurratur pro repreſalijs exacto.*
3 *Exactus nō poteſt capere homines, & res illius ciuitatis, in qua exactus fuit pro repreſalijs.*
4 *Titulus, quod quiſque iuris. non habet locum in executione facti.*

Decima principalis quæſtio eſt de remedijs exacti per repreſalias, circa quod quærūtur plura. Primò quæritur an exacto ſuccurratur in ciuitate propria contra illum priuatum, cuius occaſione ſunt conceſſæ. Secundò an exacto ſuccurratur contra rectorē qui neglexerit facere iuſtitiam, cuius occaſione fuerunt repreſaliæ conceſſæ. Tertiò, an talis exactus poſſit ſine alia conceſſione capere homines, & res ciuitatis, in qua captꝰ fuit exactus occaſſione repreſaliarum, &c.

a 1 **Ad primum** [a]quæritur, †an exacto ſuccurratur in ciuitate propria ꝓtra illum priuatum, cuius occaſione conceſſæ ſunt repreſaliæ. Iaco. de Are. tāgit hoc. ff. de ver. obl. l. 2. §. fi. & dicit ꝙ huic exacto ſuccurritur contra illum, per tex. l. 1. ff. de ne. ge. & l. licet. §. fi. ff. nau. caup. ſtab. l. ſi verò. §. cum legis. ff. de his qui deie. vel effu. Sed contrarium videtur determinatum per gl. in verb. qđ accepit. in l. ſi quis dolo. §. 1. ff. de re iudi. Nam iſte non exigitur ꝑp delictum illius priuati, ſed ꝑp delictum totius ciuitatis denegantis facere iuſtitiam, vt in præcedentibus dictum eſt; & ideò ſic dico. Aut repreſaliæ ſunt conceſſæ contra ipſum iudicem, vel officialem, ꝙ non fecit iuſtitiam: quod poteſt fieri, vt dixi s̄. vj. q. 1. & ille eſt exactus. aut eſt exactus alius de populo non officialis. Primo caſu, aut ille officialis non fecit iuſtitiam, ſ. faciendo aliquid iniuſtum; aut denegando facere iuſtū. Primo caſu, illi officiali non ſuccurritur contra illum principalem debitorem, vt no. in d. l. ſi quis dolo. §. 1. Secundo caſu, ſuccurritur ei contra principalē debitorem. tex. eſt not. C. de exact. trib. l. miſſi opinatores. in fi. lib. x. Secūdo quando exactus eſt alius de populo, eſt vera opin. Iac. de Aren. per l. alle. per eum, propter quod puto, ꝙ ille captus ſoluens poteſt petere ꝙ ſibi cedantur actiones contra illum principalem debitorē, vt l. licet. §. fi. ff. nau. caup. ſtab. ad ſimilitudinē correi, fideiuſſoris, & eius, qui exactus eſt per hypothecariam, &c.

2 **Ad ſecundum** quæritur, †an exacto ſuccurratur, contra rectorem qui neglexit facere iuſtitiam? Ad quod reſpondetur, ꝙ ſicut contra principalem debitorem ſuccurritur, vt dixi s̄. prox. q. ſic contra officiales, etiam ſi ipſi ſunt debitores, vt s̄. probatum eſt in præcedentibus; ſed hoc fiat cum ordine. Primò enim conueniendus eſt ipſe principalis debitor, quo exiſtente non ſoluendo vel nō reperto, peruenīt ad illū, qui principaliter iuſtitiam facere neglexit, vt l. 1. in prin. ff. de magiſt. conuenien. & C. de conue. fiſ. debi. l. quoniam Augerio. lib. x. & ipſo iudice non exiſtente ſoluendo, veni tur ad alios officiales, qui requiſiti cum poſſent alios cogere ad faciendum alijs ſoluere, neglexerūt, arg. l. 1. §. nūc tractemus. ff. de tutel. & rationibus diſtrahendis.

3 **Ad tertium** Quæritur, †an talis exactus poſſit ſine alia ꝯceſſione capere hoīes & res ciuitatis, ī qua captus fuit exactus occaſione repreſaliarum? Et videtur ꝙ ſic, per tit. ff. quod quiſque iuris. Præterea, vt dictum eſt, repreſaliæ ſunt quoddam bellū, licet eo ipſo ꝙ vna ciuitas, q̄ pōt bellū indicere ꝯ vnam ciuitatē, & facit illā ſibi hoſtem, eo ipſo illa ꝯ quam indicitur, vr̄ illam indicentē ēt ſibi hoſtem facere, vt ff. de capti. l. hoſtes. & ſic ab vtraque parte ſunt captiuitates, & poſtlimi-
4 nia. Cōtrariū puto verum. † Nā tit. ff. quod quiſque iuris. loquitur in iuris executione, vt ſi ciuitas vna conceſſit repreſalias contra aliam ex cā non legitima, vel modo non legitimo, ex eadem cauſa, vel eodem modo poſſunt ꝯcedi ꝯ aliam; non aūt habet locum in executione facti. Nā ſi vna ciuitas aliquid facit de facto, non poteſt priuatus eodē modo facere de facto. tunc enim permittitur vindicta, & vindicatio, quod non licet l. ſcientiā. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. Nō ob. quod dicitur, ꝙ ſtatim ex vtraq; parte indicitur vniuerſaliter: hic aūt ex parte indicentis vni perſonæ tm̄ conceditur, non autem cuilibet de populo, & ſic non poteſt intelligi ex aduerſo, ꝙ quilibet de populo poſſit capere, propter quod populus concedens repreſalias hoc facit ſupplens defectum ſuperioris, vt dictū eſt. s̄. in 1. q. princ. Sicut ergo ſi ſuperior hoc conceſſiſſet, alius non poſſet ſua authoritate capere; ita ex aduerſo, nec hoc caſu, Ille ergo, qui eſt exactus ſi paſſus eſt iniuſtitiā, petat à terra ſua repreſalias more legitimo, aliàs ſua authoritate nō poteſt exercere, &c.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Ad primum. Adde Bar. in l. nam & Seruius. in prin. ff. de neg. geſt. & vide Alex. in l. dedi. §. fi. circa med. ff. de condic. ob cau. & in l. 2. §. item ex facto. ff. de ver. obli. & ibi apoſt.

¶Explicit Tractatus Repreſaliarum editus à do. Bar. à Saxofer. leg. docto. Perufino.

TRACTATVS

DE INSIGNIIS, ET ARMIS.

1 *Inſignia conceſſa dignitati, vel officio, portat ille qui habet dignitatem illam, vel officium; alij non.*
2 *Inſignia ſingularis dignitatis, puta Regis nemo defert, nec rebus ſuis depingere facit principaliter; acceſſoriè ſic.*
3 *Habentes ex conceſſione inſignia, & arma, illi ſoli illis vtuntur.*
Arma Bar. & ſucceſſorum ex conceſſione, eſt Leo rubeus cum duabus caudis in campo aureo.
4 *Quilibet poteſt ſibi aſſumere arma, & inſignia illa portare, & in rebus proprijs impingere.*
5 *Portans arma, vel inſignia vnius, quomodo, & quando poſſit prohiberi, & per quem.*
6 *Aſſumens arma, vel inſignia alterius, quæ portauit ab antiquo, ſi ille veriſimiliter non lædatur, nec iniuriatur, licitè aſſumit, & portat.*
7 *Faciens ſignum vnius artificis quod facit in gladijs, & alijs operibꝰ, licitè prohibetur ab illo, & etiam à quolibet tertio.*
8 *Notarius non poteſt aſſumere ſignum alterius, & ſi aſſumit prohiberi pot eſt.*
9 *Habere arma ex conceſſione Principis prodeſt: quia alūs præfertur, & non poteſt ab alio prohiberi.*
10 *Arma, ſeu inſignia domus tranſeunt in omnes deſcendentes de illa agnatione.*
11 *Baſtardi non vtuntur inſignijs de iure, licet de conſuetudine non ſeruatur in Tuſcia.*
12 *Signum ſocietatis ſocietate diuiſa apud quem remanere debeat.*
13 *Inſignia, ſeu arma qualiter ſunt pingenda, infigenda, ſeu portanda.*
14 *Animalia quæ portantur in armis, ſi depinguntur in vexillis, facies debet reſpicere haſtam, ſecus ſi pars animalis portaretur.*
15 *Animalia quando deſignantur, debent deſignari in nobiliori actu eorum, etiam quo magis ſui vigorem oſtendunt.*
16 *Leo, Vrſus, & ſimilia ſunt pingenda erecta, eleuata, & ore mordaci, ac pedib. radentib.*
17 *Equus, deſignandus eſt rectus & eleuatus, quaſi ſaliens.*
18 *Agnus deſignatur, quaſi planè ambulans per terram.*
19 *Pes dexter ſemper debet antecedere, quando animal deſignatur.*
20 *In vexillis inſpicitur illa pars, quæ reſpicit portantem, non pars conuerſa.*
21 *Facies animalis depicti in vexillis tubarum, non debet reſpicere tubam.*
22 *Si duo animalia inuicem ſe reſpicientia portantur pro inſignijs, non refert quomodo pingantur in vexillis.*
23 *Inſignia conſiſtentia in varietate diuerſorum colorum, quomodo depingantur.*
Locus prior, & ſuperior nobilior eſt poſteriore, & inferiore.
Color nobilior debet poni prope haſtam.
24 *Aureus color nobilior eſt cęteris, & per eum figuratur Sol.*
Nil nobilius luce.
25 *Color rubeus, ſeu purpureus repræſentat ignem, & eſt nobilis.*
26 *Azureus color eſt tertius, & repræſentat aerem.*
27 *Color albus eſt nobilior nigro, & color niger eſt infimus.*
28 *Arma quæ portantur in veſtibus, ſuperior pars debet reſpice caput, inferior pedes.*
Nobilior pars armorum debet reſpicere latus dextrum.
29 *Arma quæ pingenda ſunt à parte poſteriori hominis, pars nobilior debet reſpicere latus ſiniſtrum hominis.*
Mos ſcribendi noſter, quare ſit nobilior more ſcribendi Hebræorum.
Bartolus didicit literas Hebræas.
30 *Literæ, & arma in ſigillis per conuerſum inciduntur.*
31 *Arma in clypeis depingendæ, nobilior pars debet reſpicere partem clypei, quæ in portando reſpicit latus dextrum.*
32 *Arma depingenda in coopertorijs equorum, nobilior pars reſpicere debet caput equi.*
33 *Arma quomodo pingantur in coopertorijs lectorum, in parietibus, et alijs locis ſtabilibus.*

Horum

BIU Cujas

HOrum Gratia de Insignijs, & Armis, q̃ quis in vexillis, & clypeis portat videamus. † Primò, an hoc sit licitum, & eo casu quo est licitum, qualiter sint pingenda, & portãda. Circa quod dico, q uòd quædam sunt insignia dignitatis, vel officij, quę portare potest quilibet habens illam dignitatem, vel officium, vt insignia proconsularia, & legatorum, vt l. 1. ff. de offic. proconsul. & leg. & de rer. diui. l. sanctum. sicut de facto videmus hodie insignia episcoporum, & ista potest portare quilibet habens illam dignitatem. d. l. 1. alijs autem portare non licet, imò portans incurreret crimen falsi, vt ff. de falsis. l. eos. §. fin. & ideo puto, quòd ille qui portat insignia doctoratus, [a] cum non sit doctor, teneatur illa pœna. † Quędam sunt insignia cuiuslibet singularis dignitatis, vt videmus, quilibet Rex, qlibet Princeps, & cæteri potentiores habent arma, & sua insignia, & ista nemini alteri licet deferre, vel suis reb. depingere, [b] vt C. de his quę pę. nomi. l. 1. & not. in auth. de mand. prin. §. pen. quod intellige principaliter, sed accessoriè nõ est ꝓhibitũ, vt puta in signũ subiectionis supponere insignijs ꝓprijs in signis domini Regis, vel comitatus: hoc de consuetudine obseruatur. Quædam sunt insignia. † seu arma priuatorum hominum, seu nobilium, vel popularium; de istis quidam reperiuntur, qui habent arma, & insignia, quæ portant ex concessione Imperatoris, vel alterius domini, vt vidi concedi multis à Serenissimo Principe Carolo 4. Ro. Imperatore, nec non Rege Bohemię, & mihi tũc consiliario eius concessit inter cætera, vt ego & cæteri de agnatione mea Leonem rubeum cum caudis duab. in campo aureo portaremus, & istis licet portare talia insignia, nec est dubiũ. De Principis. n. potestate disputare, sacrilegium est, vt C. de crim. sacril. l. 2. ad idem. C. vt nemi. lic. sine iudi. auth. in rub. & nig. sine enim iudicis authoritate prohibetur; ergo cum iudicis authoritate permittitur. Arma autem † quidã & insignia sibi assumunt propria authoritate, & istis an liceat, videndum est: & puto, quòd licet. Sicut. n. nomina inuenta sunt ad cognoscendum hominem. C. de inge. ma. l. ad recognoscendos. ita etiam ista insignia ad hoc inuenta sunt. ff. de rer. diuis. l. sanctum. sed talia nomina cuilibet licet imponere sibi ad placitum. d. l. ad recognoscendos. & ff. de fals. l. falsi nominis. in princ. ita ista insignia cuilibet portare, & impingere in suo; tamen non alieno, [d] vt. C. vt nem. lice. sine iudi. autho. sign. l. 2 & ibi gl. in verb. aliquis. & facit c. dilecta. & ibi gl. in verb. vnum corp⁹. extrà, de excess. præla. ¶ Sed quæ ro, vnus † portat certa arma, vel insignia, alius vult portare eadem, an licet, vel prohiberi possit. Videtur, quòd possit portare: quia quilibet potest sume re nomen alterius. ff. ad Treb. l. facta. §. si dandæ, ver. si verò nominis. de leg. 2. l. cum filius. §. pater. & possunt esse plures eiusdem nominis, vt d. l. duo sunt Titij. de testa. tut. & de le. 2. l. sed & si quis seruũ. §. si inter duos. ergo potest quis sumere arma aliena, & plures eadem insignia portare, vel reb. imponere possunt, cum vtrunque fiat ad cognoscendum. Econtra videtur de regu. iur. l. id quod nostrum, si. n. prius est nostrum, sine facto nostro à nobis auferri nõ potest. Sed hoc non bene facit, loquitur. n. in his quib. plures insolidum vti nõ possunt, aliàs secus, vt in vsu plateæ, balnei, theatri, & si. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commoda. Prætereà signũ quod portat alius non est vnũ & idem, imo sunt diuersa, habentia tamen eãdem similitudinem. Ad decisionem ergo prędictorum præmitto, ꝙ signum alienum portare prohibere potest ille cuius est signum, seu petere ꝙ prohibeatur, si ex hoc ipse iniurietur: quia fortè ille cum vituperio portat, seu tractat. C. de epis. aud. l. minę. & est expressum extra, de excess. præl. c. dilecta. arg. C. de Iudæ. l. Iudęos, quos. Secundò de hoc potest conqueri quilibet tertius qui lędit̃r, & ad ipsius petitionem potest prohiberi ne portet. C. de his quę pę. no. l. 1. & ibi no. & in auth. de man. prin. §. pe. Tertiò si iudex ex officio suo viderit hoc ad scandalum posse esse, & dissensionem subditorum potest prohibere. argu. C. de iati. lib. tol. l. 1. §. sed & qui domini. vbi circa eos qui pileati incedunt, lex Iul. statuit ne populus decipiatur, expressius extrà, de Iud. c. in nonnullis. His præmissis, † in q. præmissa distinguitur ꝙ si vnus assumit arma, quæ alius portauit ab antiquo, & illius non interest, nec ex hoc verisimiliter lædi potest. Exemplum, vnus Theutonicus tempore indulgentiæ iuit Romam, vbi reperit quendam Italicum portantem arma antiquorum suorum, & insignia, volebat de hoc conqueri. Certè non poterat, tanta est enim distantia inter vtrunque locum, siue domicilium, ꝙ ex hoc ille primus lædi nõ posset, & in his in quibus quadam publica facultate quis occupat sibi vsum, non licet queri, nisi ex magna causa, vt ff. ne quid in flumi. publi. l. 1. §. sunt autem qui putant. † quãdoque potest contingere, ꝙ alterius potest multum interesse, quid. n. si odijs plenus, cuius vitæ multi insidiantur, assumat arma, & insignia hominis quieti, & pacifici? Certè illius interest, & poterit facere cum prohiberi, si vituperosè portet, vt dictum est: multò fortius potest peti prohibitio, ne ex hoc propter vnionem armorum alius pro alio occidatur, vel iniurietur. Idem, si ex hoc pudor primi aliquo modo lædatur. arg. d. l. minę. & l. Iudęos. & per officium iudicis ad quem spectat quies popularis. vt ff. de offi. præfe. vrb. l. 1. §. quies. Quandoq; põt ꝙ tingere, ꝙ multorum de populo interest. Ponamus exemplũ in alijs insignijs, quã in his quæ portant pro armis. Pone quendam fabrum esse doctissimum, qui in gladijs, & alijs operibus suis facit certa signa, ex quib. opus ipsius magistri esse cognoscitur, & per hoc tales merces melius venduntur, & auidius emuntur; tunc puto ꝙ si alius faceret tale signum, posset prohiberi: quia ex hoc populus læderetur, accipere tur. n. opus vnius ꝓ opere alterius. arg. l. 1. de Lati. lib. tol. & de Iudæ. c. in nonnullis. † Et eadem rõne dico de insignijs, quib. vtunt notarij. [e] C. de assess. & do. l. nemo. §. nec callidis. & in auth. de instr. cau. §. sed & si instrumenta. ver. oportet. & qd ibi no. vbi si alius signum alterius acc ipe ret, posset prohiberi. Idem de signis, quibus vtuntur fabricatores chartarum de papyro, in similibus per eadem rationes, & hoc similiter expedit iudicis officio, vt dictũ est. ¶ † Sed fm hæc, quæro, qd releuet hẽre ista arma ex concessione Principis? rñdeo multum. Primò, qa est maioris dignitatis, sicut dicimus in testamento facto coram principe. C. de test. l. omnium. Secundò, quia non possunt ab alio prohiberi illa portare. C. de iureiur. l. 2. & ff. de min. l. minor autem magistratus. in princ. §. 2. Tertiò quia si duo assumpserũt eadem arma, seu eadem insignia nec de prioritate, nec de posterioritate appareret, præfertur ille, qui à principe habuit. l. si duas. ff. de excu. tut. Quartò, quia si esset in exercitu, vel alio loco, & quæreretur quis deberet præcedere, [f] debent præferri illius arma quę à principe sunt concessa. ff. de albo scri. l. final. C. de consu. l. 1. lib. 12. & extrà, de maio. & obed. c. per tuas. & arg. l. si duas. ff. de excu. tut. Et prædicta intelligo cæteris paribus, scilicet, ꝙ aliàs illi, qui habent arma, sint æqualis dignitatis, aliàs præcederent arma illius, qui esset in maiori dignitatis,

ADDITIONES.

Th. D. ¶ Insignia doctoratus. Not. ꝙ si quis non est doctor, & portat insignia doctoratus, tenetur pœna falsi. Adde Bar. in l. eos. § fi. ff. de fal. & in l. reddatur. C. de profess. & med. lib. x. cum concor. de quib. per Fel. in proæ. Gregoria. Cui adde d. Fel. in c. vt apostolicæ. de priu. lib. 6. faciunt not. per docto. in l. Barbarius. & ibi vide Ias. de offic. præto. Limita tamen præfatam conclusionem per Alex. in d. l. eos. in addi. Bar. si doctorem se appellat, & aliquem actum facit doctori conuenientem: quia tunc tenetur pœna falsi, aliàs non. & adde ꝙ ita vt esse de mente Bal. in l. qui prætextu. C. de sacros. eccl. & in specie Lud. Ro. in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acq. hær. & d. Masue. de Peru. in repe. rub. C. de test. mili. Secundò limita, si fuisset priuatus doctoratu, & vteretur insignijs doctoratus, quia tunc extra ordinẽ debet puniri, per ea quæ not. Bar. de notario, in l. data opera. C. qui accus. non possunt. cum concor. de quibus per Ias. in l. sciendum. §. fi. ff. qui satisda. cog. & scripsi plenè in tractatu meo, de præstan. doct. lib. 4. de insignijs doctoratus. in 11. q. princ.

b ¶ Depingere. Vide Ias. in l. 1. C. vt nemo priuatus. in princ. vbi dicit, ꝙ insignia principis non debent depingi, nisi super rebus, quæ sunt principis, prout videmus in armis sancti Marci, quæ non pinguntur super ostium domus, nisi sint illustres.

c ¶ Tunc consiliario. Vide Marti. Lauden. in suo tract. de leg. maximè principum, in conclusione 35. in fi. vbi dicit, ꝙ Bar. in legatione, qua vsus fuit ad Imperatorem Carolum quartum Pisis nomine communis Perusij, impetrauit arma, de quibus hic, sed vide Bart. hoc dicentem in l. Gallus. §. forsitam. in 1. q. ff. de lib. & posth um. quem non alleg. do. Marti. & dicit Ang. de Peru. in l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. quòd Carolus quartus quando assumpsit Bart. in suum consiliarium fecit illum illustrem. de quo per Ias. in l. 1. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdictio.

d ¶ Non in alieno. Vide Pau. de Ca. do. Ale. & d. Ias. in rubr. C. vt nemini liceat sine iud. autho. vbi ponunt casum, qui fuit de facto de quadam fraternitate, quæ fecit depingere arma in vna possessione, super quam habuerunt sententiam, & pendebat appellatio, quòd non poterat, &c.

e ¶ Notarij. Vide plenè per Fel. in proę. Grego.

f ¶ Præcedere. Facit quod dicit do. Abb. in c. per tuas. de maio. & obed. qd miles creatus à maiore, præcedit militem creatum à minori, quamuis prius idem dicat Fran. Trig. in l. 2. de albo scriben. Secundò facit, quòd doctor creatus ab Imperatore præcedit doctorem creatum ab alio inferiore, licèt prius, secundum Lud. Ro. in l. si verò. §. de viro. in xlix fallen. ff. sol. mat. quem refert, & sequitur Alexan. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pup. & ibi vide Ias. Adde do. Masue. de Perusio, in repet. rub. de testa. mil. & Mar. Lauden. in suo tract. de digni. in conclu. xvj. & eundem in conclu. xxxij. Tertiò facit, quod dicit Fran. Tig. in d. l. 2. ff. de albo scriben. de canonico facto à Papa, ꝙ debet præferri canonico facto ab inferiore. de quo per Andr. Sicu. c. quod clericis. de foro compet. & Fel. in d. c. per tuas. de maio. & obed. de quibus plenè scripsi in tracta. meo de præstan. doct. lib. 1. in xvij. q. 2. princ. & in ix. lib. xv. q. princip.

BIU Cujas

dignitate.arg.ff.de albo scrib.l.1 & C. de consu. l.1. lib. 12.
10 ¶ Quæro qualiter ista † arma, vel insignia transeant in
successorem? Respond. quædam sunt vnius domus, seu
agnationis, & ista transeunt in omnes de illa agnatione
descendētes, siue sint hæredes patris, vel aui eorū, siue nō,
arg.ff.de relig.l.familiaria. & l.seq. nec per diuisionem po-
test assignari vni, arg.C.de relig.l. si sepulchrum. ad cogna
tos verò, vel affines nō pertinent, vt C.de relig.l.ius fami-
11 liarum. ¶ † Ex hoc posset quæri, an bastardi, [a] vel spurij
a possint vti illis insignijs. & vī ꝙ non, quasi non sint de fa-
milia, vel agnatione, vt l.pronunciatio.ff.de verb. sig. ꝺriū
tñ obseruatur in Tuscia de consuetudine, cui standum est.
Quandoq; tamen multiplicātur hi, qui portant talia insi-
gnia, vel arma, & consuetum est per aliquos aliquid appo
ni vltrà, vt ab alijs dignoscantur, & discernantur, qđ licet,
sicut nomini additur prænomen. Quædam verò sunt in-
signia alicuius societatis aliquorū negotiatorū, & hic cū
societas ad hæredem non transit, non est tractandum. Sed
* apud * quem remanebit signum † societate diuisa. quòd
12 enim omnes vtantur eo signo, non est æquum, vt dictum
est? Respond. si quidem erat vnus in societate, qui erat ca
pitaneus, & quasi magister societatis, sicut dicitur in simi
li.ff.de leg.2.l.peculium.§.1. tunc apud eum debet remane
re signum: quia ipse erat inter cæteros maioris honoris.
arg.ff.de fun.instru.l.fi. Si verò hic non erat, tunc apud eū
remanebit, qui erat socius maioris quantitatis, vt ff.fam.
ercis.l.si quæ sunt cautiones. Quid si oēs sunt ęquales? tūc
sorte dirimēdum est, vt d.l.si quæ sunt cautiones. Puto tñ
qđ si dissoluta societate remanet negotiator, debet rema
nere signum, hoc ideo quia aliorum non interest. Item qa
quamuis dissoluta societas sit, tñ negotiatio remanet pe-
nes illum, ergo iniquum est qđ signum, qđ erat accessoriū
negotiationi, separetur ab ea, arg.C.communia vtriusque
iud.l.possessionū. Quædam verò sunt signa artificij cuius-
dam, seu peritiæ. Et hic aduertendum; qñque sunt signa q̄-
dā artificij, in quibus principaliter operatur qualitas loci.
Exemplum in Marchia Anconitana est quoddam nobile
castrum, cuius nomen Fabrianum, vbi artificium faciendi
chartas de papyro principaliter viget, ibiq; sunt ædificia
multa ad hoc, & quibusdam artificijs meliores chartæ ve-
niunt. licet ēt in alijs faciat multū bonitas operātis, & vt
videmus hic quodlibet folium chartæ hēt suum signum,
per qđ significatur cuius ædificij est charta. Dic ergo, quòd
isto casu apud illum remanebit signum, apud quem rema-
nebit ædificium ipsum, in quo fit, siue iure proprietatis,
siue iure conductionis, siue in mala fide remaneat toto tē
pore, quo teneat, non potest prohiberi vti signo, sicut in
cæteris iuribus realibus.arg.ff.de serui.rust. præ.l. via con-
stitui.§.fi.& ff.si ser.ven.l.2.§.fi.& l. seq.& quemad.ser.ami.
l.vsusfructus. & l. sequen. & idem in conductione talium
officiorum, argu.ff.loca.l.sed addes.§. illud. & l. videmus.
§.item prospicere. Quædam verò sunt insignia artificij, in
quo principaliter bonitas artificij operatur, vt videmus
in signis, quæ apponuntur in spatis, gladijs operibus me-
tallorum; & isto casu omnes qui stant in vna statione, pos
sunt vti isto signo quasi magister principalis istius statio-
nis approbet illa opera, vt in auth.de tabe.§.nos autem.&
no.in gl.in verb.ipsis per se.quæ incipit, & caue tibi.in fi.
gl. Si verò separentur, tunc signum debet remanere apud
ipsum qui principaliter erat in statione, arg.ff. de fun.inst.
l.fi.& ſ.dixi. Sed si fortè omnes erant ęquales, vbi inuicē
conueniunt, apud quem remaneat illud signum, sorte diri-
metur, vt d.l.si quæ cautiones.fam.ercis.

13 Secundò principaliter † est videndum, qualiter
ista arma, seu insignia sunt pingenda,
infigenda, & portanda. Ad quod sciendum est, quòd quan
doque portantur in vexillis, & vehiculis, quandoque in
vestib.hominis, qñque in clypeis, qñque in coopertis le-
ctorum, & similib.locis stabilibus. Circa quodlibet prædi-
ctorum aliqua videamus. Circa quod sciendum est, ꝙ ista
insignia quandoque summūtur ex aliqua re existente, vt
multi assumunt aliquod animal, vel castrum, vel mon-
tem, vel florem, vel aliquod simile, quandoque insignia
non assumuntur ex aliqua re existente, sed sunt signa sim-
plicia, s. variationes quorundam colorū, vel per dimidia,
vel quarteria, vel per aliquas rectas transuersas, vel simi-
les; quandoque mistum ex vtroque. His præmissis videa-
14 mus † qualiter portentur in vexillis illa signa, quę signifi-
cant aliquam rem præexistentem. Ad qđ dico, ꝙ ars imi-
tatur naturam, inquantum potest, vnde ista insignia de-
bent esse secundū naturam rei q̄ figurant, & non aſr. arg.
l.si pr.in fi.& l.seq.ff.de adop.& de sta.ho.l non sunt liberi.
De natura aūt vexilli cum portatur in hasta, sm illū vsum
ad quem vexillum destinat, hasta præcedit, vexillū sequit.
Vñ quandocunq; animal qđ debet designari in vexillo, fa-
ciēs eius debet respicere hastā, cum de natura faciei sit an
tecedere idem & in omni re, & figura quæ habet partes, q̄
denotant per antè, & pòst, vt in præcedenti libro dictum
est. tunc.n. semper pars anterior rei debet esse versus ha-
stam, aliàs videretur retrò cedere tanquā monstrum. Sed
si alicuius rei ꝑs anterior solùm portaretur pro armis,
& insignijs. vt sunt quidam qui faciam arietis, vel bouis ꝑ
suo signo portant, tunc non potest pars anterior respice-
15 re hastam, sed à latere respicit: Sed dubitatur qualiter † dic
ta animalia debent designari, vtrum quasi stent recta, an
quasi per terram planè ambulent, vel quomodo? Rñ. dicta
animalia dēnt designari de nobiliori actu eorum, & ērquò
magis suum vigorem ostendant. ff.de sta.ho.l.quæritur. &
de acq.rer.do.l. quicquid.§. cum partes. sic ēt ab antiquo
vsitatum esse videmus, qđ princeps in maiestate, pōtifex
in pontificialibus depinguntur, & designātur. Nunc ad ꝑ-
positum dico ꝙ quędam animalia sunt, quorum natura
fera est, vt ff.de postulan.l.1.§.bestias. & ista debent designa
16 ri in actu feroci † vt Leo, Vrsus, & similia. Figuratur ergo
Leo erectus, eleuatus, mordax ore, & radens pedibus, &
idē in similibus animalibus, ex hoc enim actu magis suū
vigorem ostendit, Quędam sunt animalia non ferocia, &
in his inspici debet nobilior eorum actus diuersimodè.
17 Vnde † si quis equum pro suis armis portaret, non debe-
ret eum designare rectum, & eleuatū. hoc enim vitiosum
esset in equo, ideo debet designare rectum, & eleuatum
parte anteriori aliqaaliter, quasi equus saliens. In hoc.n.
18 actu magis eius vigor ostenditur. ¶ † Sed si quis pro suis
armis agnū portet, tunc designare debet quasi planè am-
bulantē per terram. In eo.n.actu maximè eius vigor osten
19 ditur. De quib.& omnibus aīalibus similia dicenda sunt. †
Circa pedes ēt aduertendum est, qđ semper pes, qui ante-
cedat, sit pes dexter: quia vt in præced.lib. dictum est, pars
dextera est principium motus, aliàs signare talem, figurā
leuam, esse quod vitium sonat, vt ff.de ædi.edic.l.qui cla-
uum.§.item sciēdum. Sed hic erat dubium. Quid, si in vna
parte vexilli figuraretur tanquam pes dexter præcedere,
ab alia parte videbitur pes sinister præcedere, hæc autem
incongruitas magis euidenter apparet in his, qui pro suis
armis aliquam literam, vel literas portant. Nam ab vna
parte sunt literæ rectæ, ab alia parte communiter non est
forma literarum, quod apparet si quis literas conuersas à
20 latere conuerso respicit. Sed dicendum est, qđ † sicut in
literis respicitur alia pars, quæ respicit scribentem, non
pars conuersa, ita in vexillo inspicitur pars quæ respicit
portantem, non alia. qđ.n. ex alia parte est, non ex princi-
pali proposito contingit, sed per accidēs, sicut si quis seip-
sum in speculo aspiciat, quod.n. in se dexterum est, in spe-
culo sinistrum apparebit. Et prædicta vera in vexillis, quæ
portantur in hasta, cuius recta natura est, vt eleuata por-
tentur, & recta, vt ff.de serui.rust. l. qui sella. in prin. Sed si
21 loquimur † de vexillis, & vexillulis, quæ portantur in tu-
bis, quarum natura propriè est, vt ad os tubicinum posi-
tæ, quasi per planum sint, gerentes positum: tunc facies
rei designatæ, vel pars anterior non debet inspicere tu-
bam, sicut hastam. non enim tuba est pars anterior, sed
superior, & sic debet partem anteriorem illius vexilli tu-
bæ planè iacentis portare. Et prædicta vera in dubio quā
do de proprietate armorum, & quid inspiciat, tractatur.
22 Sed quid † si portentur duo animalia se inuicem respi-
cientia? & tunc non est locus prædictæ inuestigationi:
quia in incertis, non certis, locus est coniecturis.l.con-
tinuus.§.cum ita.ff.de verborum obligat. & nota in l.tres
denunciationes. C. quomodo & quando iudex. Circa
23 secundum nota, † quòd quando arma sunt quædam insi
gnia simplicia, & varietates quorundam colorum, tunc
aduertendum est, qualiter debent portari, & in nobilio-
ri loco poni. C.de offic. præfec. vrb. l. 1. & de offic. rec.
prouin.l.potioris gradus. & de ꝓsuli.l. 1. libro duodecimò,

Item

ADDITIONES.

a ¶ An bastardi. Vide plenè de hac quæstio. per do. Nicol. de Vbal. auditoerm Rotæ
dignissimum, in suo tract.de successio. ab intesta.

* Sed apud. Adde & vide ad hanc materiam do. Pet. de Vbal. in tract.de duobus fra.
in 11.parte prin.versic. 11. quæro. vbi latè examinat.

BIU Cujas

Item prẽmitto.qđ locus prior,& ſuperior eſt nobilior poſteriore,& inferiore.d.l. potiores. & ff. de al.ſcrib.l.1.Hoc præmiſſo dico;qđ arma quandoque variantur per mediũ, vt quia quis portat banderiam duorum colorum, tunc aut diuiduntur per medium antè,& pòſt,in iſtis caſibus in dubio etiam color nobilior debet eſſe.ſ.id eſt, in ea parte,quæ reſpicit cœlum, vel ante.i.in ea parte quæ reſpicit haſtam.Si verò variatur per quarteria, tunc nobilior color debet eſſe in quarterio ſuperiori,& anteriori, ꝓpe haſtam.Si verò variatur per liſtas directas,tunc iſta liſta colorum nobiliorum dẽt eſſe prope haſtam.Si verò variatur ꝑ liſtas tranſuerſales, iſta nobilioris coloris dẽt eſſe verſus cẽlum.Si verò liſtæ,vel bandæ ſint pendentes,tunc cũ haſta hẽt ſe tanq̃ pars prior in banderia,ideò pars magis eleuata debet reſpicere haſtã.Iſta oĩa ptobanť ex p̃ſuppoſitis. Sed dubitať qs color ſit nobilior,tunc aduertendũ eſt diligẽter.Nam color vnus eſt nobilior alrero reſpectu eius,
24 quẽ repreſentat ſecundũ ſe. Primò † color aureus nobilior eſt: quia per eũ repræſentať lux,ſi qs.n.vellet figurare radios Solis,qđ eſt corpus magis luminoſum, hoc non poſſet congruentius facere, q̃ per radios aureos. & cõſtat aũt qđ nil luce nobilius, & certè nihil eſt.C.de ſum.Trin. & fide catho. epiſtola inter claras.ibi, nihil eſt.n.qđ lumine clariore præfulgeat, & C.ne fil. ꝓ pat.auth.habita.ibi, totus mundus illuminatur. Et ideo in ſacra pagina prore maximę excellentiæ figuratur,vt ibi,fulgebunt iuſti,ſicut Sol.Matth.vij.& alibi,Reſplenduit facies eius,ſicut Sol.vt Matth.23.& propter huius nobilitatem nulli licet portare veſtes aureas,niſi Principi.C.de veſti.holo. & aura.l.1.& 2.
25 lib.12.Sequens color nobilis eſt, † color purpureus, ſeu rubeus,qui figurat ignem, qui eſt ſuper alia elementa, & nobilius elementorum eſt, & corpus poſt Solem ſecundariò luminoſum,& propter eius nobilitatem nulli licet portare veſtes comptas eius colore, vt C. de ueſt. holo. l.2.& 4. & 5. lib. 12. & in dicta lege exprimitur dictum co-
26 lorem eſſe nobiliorem alijs.Sequens † poſt prædictos color eſt azureus. per eum enim figuratur nobilis aẽr, qui eſt corpus tranſparens, & diaphanum, & maximè receptiuum lucis,& eſt elementum ſequens, poſt ignem,nobilius alijs,vnde prædicti colores propter id,qđ repreſen-
27 tant, dicuntur nobiliores. Qualiter † autem colores dñr nobiliores ſecundũ ſe,dico,ſicut lux eſt nobiliſſima, eius ꝯrium dicuntur tenebrę, & ſic viliſſimæ: ſic in coloribus ſecundum ſe, color albus eſt nobilior: quia magis appropinquat luci.Color niger eſt infimus: quia magis appropinquat tenebris. Colores autem medij ſunt nobiliores, & ẽt minus nobiles ſin plus,& minus.qđ appropinquant albedini,vel nigredini.Iſtud vĩ dictũ Ariſto.in lib. de ſenſu,& ſenſato.Dixi, ꝓ qñq; iſta arma portantur ſuper veſti-
28 bus hominum, nunc iſtud † ꝓ in armis habet ſe, vt pars ſuperior dẽt eſſe verſus caput hoĩs,qđ verò hẽt ſe vt inferior,versùs pedes. Item in eo qđ depingitur in anteriori
a parte hominis, [a] vt in pectore pars nobilior armorum debet reſpicere latus dextrũ.eſt.n.illa nobilior pars,& prin-
29 cipiũ,vt in præcedentib.dictum eſt. De eo † verò qđ depingitur à parte poſteriori hominis poteſt dubitari. Pro cuius declone præmitto illã.q.quæ fuit inter Iudæos, & me,dum Hebraicum addiſcebam.dicebant.n.qđ mos ſcribendi nr̃ non erat rationabilis. Incipimus.n.à latere ſiniſtro ſcribere, & trahimus literam ad latus dextrum, & illud,qđ debet eſſe principium motus, eſt terminus: & illud,quod debet eſſe terminus, eſt principium: at modus ſcribendi eorum eſt rationabilior,qùia incipiunt à latere dextro, & vadunt verſus ſiniſtrum. Ad quod tollendum dicebam, qđ aliquid rationabiliter debet fieri reſpectu finis,ad quem ordinatur; ideò finis dicitur primus intellectus operantis,& hæc naturaliter ſunt vera, & probantur per legem.Nam & ſi intellectus operantis, finis ſit rationabilior,etiam ſi poſteà non ſequitur, non dicitur rationabiliter operari.ff.de neg. geſt. l. ſed an vltrò.§.1.cum ſi.Sed prædicta ſcriptura fit, vt legatur. Legere autem eſt oculis inſpicere. ff. de his, quæ in teſta. delen.l.1.§.1.& ſic legere fit per viſum: videre autem eſt facti,vt Phyſici dñt: ſcriptura autem repręſentata in oculis noſtris agit in oculos noſtros: oculi autem pati dicuntur: qđ patet: quia ex hoc læduntur: Cum ergo ſcriptura agat in oculis, debet iſta actio incipere à latere dextro ipſius ſcripturę,quia illud latus eſt principium motus, ſeu actionis: ſed latus dextrum ſcripturæ, quæ nos reſpicit, eſt reſpectu lateris noſtri ſiniſtrũ, ſicut ſi homo voluat vultum ſuum verſus meũ directò, latus ei⁹ dextrũ reſpectu mei ẽ ſiniſtrũ.Et ſic apparet, quòd nos in ſcribendo magis rationabiliter operamur: inſpicimus enim finem,ſicut à latere dextro ſcriptura in omnibus incipiat operari: ſecundum modum Iudæorum incipiat à latere ſiniſtro.Ad propoſitam q.qualiter arma debeant pingi rationabiliter à parte ſuperiori ſuper veſte hoĩs,dico,qđ illa pars armorum,quæ ſe hẽt,vt anterior,vel vt nobilior, debet eſſe verſus latus ſiniſtrum hoĩs portantis.Rõ,quia illius arma ſi quis alius reſpiciat, recta illa videat,facies ergo iſtius arma à parte poſteriori. Sed fingo vnum hoĩem habere vnam faciem retro, proculdubio latus qđ erat ſiniſtrum ex parte poſteriori erit dextrum. Sed pone aliquem velle ſcribere latinè in ſpeculis alicuius,abſque dubio incipiet à patre ſiniſtra: qm̃ illo
30 reſpectu literæ erit dextra,vt ſ.oſtenſum eſt. † Ex his ẽt apparet,qđ literę, & arma dẽnt incidi in ſigillis per conuerſum: qm̃ fit ad finem imprimendi in ceram,vel aliam materiam,& remanet rectum,& ſic inſpicere debemus finem ad quem fit, nõ id qđ fit. Si verò incideretur in aliqua re, non ad ſigillandum,ſed vt ſic eſſet,tunc debet incidi dire-
31 ctè. Q̃nque † dicta arma depinguntut in clypeis, tunc ſi'r pars clypei inſpiciunť,quæ ſm̃ näm portandi reſpicit latus dextrum.illa.n.aſſumitur,vt potior,vt patet ex his,quæ di-
32 cta ſunt. Q̃nque † portãtur,& pinguntť in coopertis equorum,& tunc ſiue à parte dextra, ſiue à parte ſiniſtra, dẽt reſpici pars nobilior. caput equi. monſtruoſum.n.eſſet, qđ vnus caput eq̃ reſpiceret,& alius caudã: hoc aũt, qđ nulli liceret,magis accideret,& cũ dẽrent ſtare in fronte,vel in groppa,tunc latus dextrum reſpiceret, ſm̃ ea quæ dicta
33 ſunt. Q̃nque † depinguntur in coopertis lectorum,& ſimilium,& tunc dẽt inſpici ea res,in qua dẽt pingi, cũ ſtat in ſuo proprio eſſe. ſunt.n.in coopertorijs lectorum quædã partes,quæ circa lectum,quædam verò, quæ planè iacent. s. & in parte iacenti formam pingendi ſumunt à forma hominis iacentis in lecto,in parte verò pendenti. In omni autẽ loco aſſumatur forma pingendi arma,à forma hominis rectè iacentis. Quandoque figurantur, vel pinguntur in parietib.vel alijs ſtabilibus locis. & tunc ſi quidem locus,vbi pingitur,habet ſe, vt paries,conſiderať paries, vt faciem ſuam voluat verſus nos. & ſic latus dextrum parietis cognoſcetis, & ſic facies nobilior armorum voluatur verſus partem dexteram. Prędicta vera, niſi ex cauſa. Quid.n.ſi in medio vnius parietis depingatur ſtatua Principis, vel alterius excellentis, vel fortè arma regia; tunc alia arma,quæ ab vtraque parte depinguntur, debent illã ſtatuam,vel ipſius arma inſpicere,non inſpecto à dextris, vel ſiniſtris voluatur, ad ſimilitudinem hominum trium circa dominum exiſtentium: homines.n.ſe voluunt verſus eum.Sed ſi locus,vbi pingitur, habet ſe,vt cœlum,veluti cameræ,vel aulæ, tunc ex dictis in prẽcedenti lib.cognoſcendum eſt,vbi dicať caput,& vbi pes aulę,vel cameræ: poſteà finge hominem iacentem, & vultum verſus nos voluentem,ex quo conſidera dextram partem,& ſiniſtram,& ſic modum depingendi,& ingreſſum,vt ex præcedentibus patet.Si autẽ locus vbi pingitur,habet ſe,vt cœlum,ſeu terra,tunc eodem modo conſidera caput, & pedem,iacentem ibi,& voluentem vultum verſus nos,& cognoſces dexteram,ſiue ſiniſtram, ex quo modum rationabilem depingendi inuenies. Vnum tamen ſcias quòd licet arma ſua, & inſignia ſua poſſet in terra ſculpere, vel depingere, tamen arma alicuius domini ſui, vel maioris non licet in terra ſculpere, vel pingere, vt C.ne li.ſig.ſalua.Chriſti,&c.in rubro, & nigro.&c.

¶Hunc Tractatum de inſignijs, & armis editum à dom. Barto. de Saxoferrato, publicauit poſt mortem dicti do. Barto.d.Nicolaus Alexand.legum doctor,generque ſuus, viij.die Ianuarij.

ADDITIO.

a Tho.D. ¶Parte hominis. Vide per do. Barth. Ver. in ſuo tract. de Impe. militum eligendo. in 1. priuileg. dignitatis, vbi omnino videas, vbi arguit contra dominos Venetos.

TRACTATVS
DE ALIMENTIS.

1 *Alimentorum appellatione continentur omnia neceſſaria ad vitã, ſine quibus corpus humanum ali non poteſt.*

2 *Alimenta ſi ſint remiſſa tranſactione, vel pacto, non remittitur veſtiarium, vel habitatio.*

Alimenta

BIU Cujas

3 *Alimenta debita iure ſanguinis, debentur etiam magiſtro tribuenti liberales artes, ſecus ſi debentur ex diſpoſitione hominis.*
4 *Lectus quòd debeatur illi, cui legata ſunt alimenta, vel victus, vel educatio.*
5 *Famulo, ſi legatur vita in domo teſtatoris, debentur omnia neceſſaria ad victum.*
6 *Alimentis legatis, vel ſi legatur victus, vel educatio, debentur medicinæ.*
7 *Cibario, vel diario legato, non veniunt veſtitus, nec habitatio, nec medicinæ.*
8 *Pater cogitur alimentare filium neceſſitate naturæ, & filius patrem.*
9 *Filius emancipatus, qui non alit patrem, poteſt in patriam poteſtatem reuocari.*
10 *Filius nolens alere patrem, poteſt exhæredari. & eſt iuſta cauſa.*
11 *Pater ex cauſis, ex quibus poteſt filium exhæredare, ex illis poteſt ei denegare alimenta.*
12 *Pater filium, & filius patrem tenetur alere, niſi alendus habeat artem ex qua ſuſtentari poſſit.*
13 *Mater alet filium vſque ad triennium, & etiam poſt, ſi pater eſt inops & ipſa diues.*
14 *Pater non alens filium, quando tenetur lege Cornelia de ſicarijs.*
15 *Frater tenetur alere fratrem, vel ſororem.*
16 *Socer tenetur alere nurum.*
17 *Pater filium naturalem, & etiam natum ex damnato coitu de iure canonico alere tenetur.*
18 *Alimenta ſi relinquuntur alicui, cui diuerſimodè præſtare conſueuit teſtator, debentur inſpecto tempore teſtamenti.*
19 *Iudex conſtituit alimenta deberi per vnum hæredem, quando plures hæredes ſunt inſtituti, & incommodum eſſet legatarios conuenire ſingulos.*
20 *Alimenta non debentur per eum, qui eſt ſoluendo pro eo, qui non eſt ſoluendo.*
21 *Alimenta ſi ſunt relicta, an debeantur menſtrua, vel annua.*
22 *Alimenta præſtantur iuxtà teſtatoris conſuetudinem: ſi de ea non conſtat, arbitrio boni viri.*
23 *Legatum alimentorum quando factum eſt pauperi, dicitur ad pias cauſas.*
24 *Alimenta in quo loco præſtantur.*
25 *Filius præſtans alimenta patri, illa portat ad locum vbi pater eget, & degit.*
26 *Filius an alat patrem deportatum.*
27 *Incapax, cui alimenta ſunt legata, admittitur officio iudicis.*
28 *Alimenta præſtans coniuncto, quando repetat.*
29 *Alimenta an petantur pro tempore futuro.*
30 *Alimenta præſtans per triennium, inducit obligationem perpetuam.*
31 *Legatum alimentorum non minuitur, licet teſtator diminuat in codicillis ad tertiam legata facta in teſtamento.*
32 *Aeſtimatio pro alimentis præteritis debetur pro habitatione, medicinis, & ſimilibus, pro frumento, vino, oleo, carnibus, & veſtibus non, & peti poteſt.*
33 *Tranſigi ſuper alimentis debitis, vel ex contractu inter viuos, vel vltima voluntate quando poſſit.*
34 *Ratio quare ſuper alimentis debitis ex contractu tranſigatur, non ſuper debitis ex vltima voluntate.*
35 *Paciſci ſuper alimentis ſine decreto non poteſt, quando debentur ex vltima voluntate.*
36 *Alimenta ex vltima voluntate quomodo intelligantur deberi.*
37 *Tranſactio ſuper alimentis, ſi alimentandus facit ſuam conditionem meliorem, tenet ſine decreto.*
38 *Alimenta ſi ſunt relicta pluribus, bi inter ſe ſine prætore, non tranſigunt.*
39 *Ciuitas petit legatum factum ad alimenta pauperum.*
40 *Extraneus hæres filij, tenetur alere patrem filij.*
41 *Monaſterium ſuccedens monacho, tenetur alere patrem monachi.*
42 *Ratio præſtandi alimenta venientibus per ſexum fœmininum, non eſt par, ſicut venientibus per maſculinum.*
43 *Abbas lit monachum pendente quæſtione an ſit monachus.*
44 *Res quæ vendi non poteſt, venditur pro alimentis.*
45 *Vaſſallus alit dominum egenum.*
46 *Tutor denegans alimenta pupillo, remouetur à tutela, & punitur.*
47 *Sententia ſuper alimentis eſt diffinitiua, & ab ea appellatur, tamen interim alimenta præſtantur.*
48 *Vir alit vxorem nullam dotem habentem ſi ei operetur, vel per eam non ſteterit.*
49 *Vxor alit virum inopem, & eius bona habet obligata pro reſtitutione.*
50 *Tutor tenetur alere matrem, & ſororem pupilli, egentes.*
51 *Tutor pauper debet ali de bonis pupilli.*
52 *Alimenta debentur ex fructibus, & reditibus.*

a TRactaturus de Alimentorum materia: quia alimenta deberi contingit tam ex iure naturali, quam ex iure ſanguinis, & affectionis, & tam ex hominis mortui diſpoſitione, quam ex diſpoſitione viuentis: & quia quæ à natura ſunt, digniora eſſe noſcuntur: ideò de his alimentis putaui priùs oſtendere, quæ à natura debentur, deinde ſucceſſiuè dicam de his, quæ hominis voluntate debentur, ſubdam quæſtiones quaſdam, & dubia parti cuilibet adaptanda. Et quia fruſtrà eſt de alimentis quærere, ſeu tractare, niſi ſcrutemur, quid eorum
1 appellatione contineatur: Ideo quæro, quid † continetur alimentorum appellatione? Et dico, ſi tractamus de alimentis præſtandis, appellatione alimentorum continentur omnia neceſſaria ad vitam, ſine quibus corpus humanum ali non poteſt, vt cibaria, alimenta, &c. quæ hominum natura demonſtrat: Item habitatio, vt l. legatis ali-
b mentis. ff. de alim. & ciba. lega. Item calcearium, [b] vt l. cum
2 hi. §. de calceario. ff. de tranſactio. Si verò tractemus † de alimentis remittendis tranſactione, vel pacto, remittens alimenta ſimpliciter, non videtur remittere veſtiarium, vel habitationem, vt l. cum hi. §. qui tranſigit. ff. de tranſact.
3 ¶ Quæro, an ei, † cui debentur alimenta, debeantur ſumc ptus [c] præſtãdi magiſtro, qui eum imbuit liberalibus artibus? Dic, aut alimenta debentur iure ſanguinis, vt ĩ. dicam, & tunc tales ſumptus debentur: caſus eſt in l. qui filium. ff. vbi pup. educ. deb. Aut debentur ex diſpoſitione hominis, & tunc non debẽtur: caſus eſt in d. l. legatis. Quid ſi debeat educari? Reſpon. idem eſt l. fi. de alimen. & cib. leg. ¶ Quæ-
4 ro, † an in dictis trib. caſib. parem ſignificationem impord tantibus contineatur lectus, [d] vt ille cui legantur alimenta, vel victus, vel educatio, debeat habere lectum? Reſpon. ſic. l. quos nos. §. verbum viuere. ff. de verb. ſig. cum viuere
5 non poſſit quis commodè ſine eo, vt ibi not. ¶ Quæro, † ſi aliquis legat vitam aliàs, victum famulo ſuo in ſua domo, vt quotidie faciunt teſtatores, quid videatur legatum? Reſpon. quod videntur legata omnia, quæ ad victum ſunt neceſſaria, & ſic omnia prædicta, vt probatur in d. l. quos nos.
6 §. verbum viuere. ff. de verbo. ſign. ¶ Quæro, † an illi, cui de-
e bentur [e] alimenta, vel victus, vel educatio, debeantur medicinæ? Credo quod ſic, & cum non ſit poſſibile ſine eis ducere vitam ſuam, & ſic debentur, cum neceſſarium corpori debeatur. l. ſi cum dotem. §. ſinautem in ſæuiſſimo. ff. ſolut. matrimo. licet in contrarium poſſit tractari, quaſi ibi
7 ponatur ſpecies ſeparata. Sed, quid ſi debeatur † diarium, vel cibarium? Dic ſolum cibum deberi, non veſtiarium, nec habitationem, vel alia ſuprà dicta, vt l. diarijs. de alimentis, & cibarijs legatis. & appellatione cibariorum intelligo potum. l. & ſi non ſint. §. Stichum. ff. de auro & arg.
f leg. & cui debentur cibaria, non debentur medicinæ, [f] quia ſolum eum cibare tenetur, & ita retulit conſuluiſſe ſæpè dom. Franciſ. Tig. de Piſiis legum docto. in perſona dom. Ioan. de Luciano, dum Spoleti aſſeſſoris officio fungeretur. ¶ Viſo quid contineatur appellatione alimentorum, videamus quibus perſonis ex neceſſitate naturæ, & ſan-
8 guinis alimenta debeantur. Et primò † pater tenetur alimentare filium, & cogitur officio iudicis, vt l. ſi quis à liberis, & ibi gl. ff. de lib. agn. & C. de pat. pote. l. nec filium. item filius

ADDITIONES.

a ¶ Th. D. ¶ De alimentorum. Dicit Io. de Imo. in l. ſi cum dotem §. ſi maritus. ff. ſol. matri. q. Bar. compoſuit tract. iſtum de alimentis, & poſteà alium tractatum longiorem, & ſic ſecundum ipſum Bar. compoſuit tract. alimentorum duplicatum, & ſic dicit ita ſe habere. Sed aduerte q. Alex. non vult allegare Bar. in iſto tractatu, ſed in tractatu de teſte, dum alleg. in 6. oppo. prudentiæ. Et adde quòd iſte tracta. eſt Bar. & ita pro tract. Bar. allegat do. Abb. in c. 2. de conuerſ. infide. & Alexan. in l. ſi cum dotem. §. ſinautem in ſæuiſſimo. ff. ſol. mat. & in l. diuus, & in l. hæreditatum. in 1. col. ff. ad l. Falc. & in conſi. 26. & in conſi. 178. vol. 6. incip. videretur forſan ad conſultationem. verſi. ſed in præteritis dicit. & Iaſ. in l. de alimentis. in prin. C. de tranſa. & in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſtitia & iure. & do. Baptiſ. de S. Seuer. in ſuo tracta. de tranſac. in 9. q. in fi. tamen iſte tractatus eſt do. Nic. Alex. de Peruſio. qui fuit gener Bartoli. & ita vidi in multis libris antiquis manu ſcriptis, in quibus iſte tractatus adſcribitur prædicto do. Nico. nihilominùs cogita.

b ¶ Item calcearium. Vide Phili. Dec. in l. de alimentis. in prin. C. de tranſact.

c ¶ Sumptus. Vide Bart. in l. legatis. ff. de alimen. & ciba. leg. cum concor. de quib. ibi per Alex. in add. & ibi vide apoſt. meam. & vide Ale. in l. ſi cum dotem. §. ſinautem in ſæuiſſimo. ff. ſol. matr.

d ¶ Lectus. Vide Bar. in l. legatis. in fi. ff. de ali. & ciba. legatis.

e ¶ Debentur. Vide Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſinautem in ſæuiſſimo. ff. ſol. matr. Phil. Dec. in l. de alimentis. nume. 3. C. de tranſactionibus. & vide ĩ. in apoſtilla. in verbo, medicinæ.

f ¶ Medicinæ. Vide Bar. & doct. in l. ſi cum dotem. §. ſinautem in ſæuiſſimo. ff. ſol. mat. & ibi Alex. & Bart. in l. legatis. ff. de alim. & ciba. leg. & Bald. in l. in reb. §. poſſunt. ff. commoda. & in l. quod in vxorem, C. de neg. geſt. & domi. Vitalem in ſuo tract. claruſularum. in rub. an poſſit renunciari beneficio alimentorum.

BIU Cujas

filius patrem tenetur alere.d.l.si quis à liberis.in prin. & C.de alend.liber.l.1. in fi. & eadem de auo, & nepote dispositiuo,qui tenet locum patris, vt l.2.§.non solùm. ff.
9 de excu. tuto. ¶ Quęro † circa hoc, filius emancipatus non alit patrem, nunquid ex hoc potest reuocari in patriam potestatem? Videtur quòd sic, vt l. vnica. C. de ingratis liberis. Nam atrocem iniuriam committit in eũ si patri egenti denegat alimẽta.vt l.necare. de liberis agn. propter quam atrocem iniuriam emancipatus reuocatur in patriam potestatem, sicut etiam libertus reuocatur, vt d.l.vnica.C.de ingr.lib.vbi no.per glo.in versi.rescissa.Pro
10 pter † qđ dicerem, quòd sit causa sufficiens exhæredandi filium patri,cum patrem necare dicatur,ex quo ei indigẽ-
11 ti denegat alimenta,vt dixi. ¶Quæro, † an ex causis [a] ex
a quibus pater filium potest exheredare, possit pater, & filio,vt ingrato denegare alimenta? glo.in verb.detulerat. dicit quòd sic, in d.l.si quis à liberis. §. si quis ex his.ff.de
b liberis agnoscen. [b] Item † hoc procedit; quia pater filiũ,
12 vel econtrà alere teneatur, nisi alendus habeat artem, ex qua sustentari possit, vt d.l.si quis à liberis.versic. sed & si filius. Quod intelligo,nisi sit persona,quæ operari dedignaretur, vt miles: quia eo ipso quod eget, licet operari possit,alendus est,vt d.l.si quis à liberis.§.2.versi. quorundam necessitatibus facilius, &c. & quod ibi apostillauit Iac. de Aret. pro quo facit quod. infrà proximè dicam.
13 ¶Quæro † an mater [c] teneatur filium alere? Et dico quòd
c sic vsque ad triennium,& etiam vltra,si pater laboret inopia, mater autem affluat opibus, vt l.1.§.si mulier.ff.de liberis agn.quod est verum, scilicet quòd vsque ad trienniũ alere teneatur,nisi sit persona talis conditionis, quam lactare non deceat, vt not.Azo.in summ.C.de pa.po.in fin. Pro quo facit quod not. Iacob. de Aret.in l.si maritus. ff.
14 solut.mat. ¶Quæro † an in casibus.in quibus,pater tenetur alere filium,si eum faciat perire fame; an teneatur lege Cornel. de sicarijs? Glo. tenet quod sic, in d.l.neca-
15 re.ff. de liber. agn. ¶Quero an † frater [d] fratrem, vel
d sororem teneatur alere? Respond. quòd sic, vt l. mutus. §.manente.ff. de iure dotium. & per text. in l. quamuis. ff. solut.matrimo. in d. l. si quis à lib.§.1. & ff. de tuto. & rat.
16 dist. l. prima. Quæro † an socer teneatur alere nurum? Dic quòd sic, vt dicta. l. si quis à liberis. §. non tantum.
17 ¶Quero † an pater teneatur filium naturalem [e] tantum
e alere? Respondeo, quòd sic, vt dicta lege, si quis à liberis.§.primo.C.de incest.nup.auth. ex complexu.vt ibi notatur, sed ex æquitate canonica etiam natos ex damnato coitu tenetur alere, vt in capitu. cum haberet. extrà, de eo qui dux. in matri. quam pol. per adult. ¶Viso cui debeant alimenta præstari ex necessitate, modo videamus quibus debentur alimenta ex mandato hominis. Circa quod quæro, † si testator sic dixit. Legoei alimen
18 ta, quæ solitus sum ei præstare in vita mea si testator ei præstitit vario modo, quia quandoque ei præstabat ampla alimenta, quandoque stricta, quod ergo tempus inspicietur? Dic quòd inspicietur tempus conditi testamenti, vt quo modo tempore conditi testamenti ea præstabat, eo modo præstari debeant alimenta post mortem testatoris,vt dicta l.Mela.§.sed si alimenta.ff.de alimẽ-
19 tis.& cibarijs legatis. ¶†Quęro, quid si relinquuntur alimenta,& sunt plures hęredes instituti in testamẽto, ita ꝙ sit incommodum legatarijs conuenire singulos hęredes, & pro hęreditaria portione, qualiter consuletur legatario? Dic ꝙ iudex ꝓstituet per vnũ hęredẽ illi p̃stari alimẽta,
20 vt ff.de alimen.& ciba.lega.l solent. ¶Quęro † plures dẽnt alimẽta, quorũ aliqui sunt soluendo, aliqui non, nũquid propter existentem non soluendo,tenebit̃ ille q̃ est soluẽdo? Dic quòd non.l.3.in fin.ff.de alimen.& ciba. leg. & l.
21 pecuniæ.eo.ti. ¶Quæro,† quo tempore sint alimenta prę-standa,vtrum menstrua, vel annua: Iac.de Are.in l.fi.ff.de lib.agnos.distinguit. Aut debet ali usque ad dictum tẽpus, vel perpetuò donec viuit,& alimenta sunt prętanda,& tã gitur in d.l.fi.C.de epis.& cle.l. si quis ad declinandam. & in l.pecunię.in fi.ff.de alimen.& cib.leg.& not.gl.in verb. decesserit.in l.nec semel.§.si in habitationem.ff.q̃n di.leg. ced.& l.Firmo.§.pater.ver.sed non initio.Facit.ff.de trãsac.
22 l.cum hi.§.causę. ¶Quæro, † legata sunt alicui alimenta, hĩs dicit, volo tibi prętare necessaria ad vitam,sed tu potes viuere cum tanto pane, & aqua in die, & volo tibi id prętare,& non aliud,quid iuris? Dic quòd si testator consueuit prętare alimenta,illa talia per hęredem prętabuntur, aliàs considerabuntur facultates debentis alimenta prętare,& dignitas legatarij cui deberentur,& consuetudo regionis:& his consideratis,præstabuntur alimenta arbitrio boni viri,vt l.cum alimenta.ff.de alimen.& cib.leg. & l.si cui annum.ff.de ann.leg.& l.cum hi.§. in persona.ff.
23 de transac.& l. sed & si quid.post prin.ff. de vsufr. ¶†Quęro,vtrum legatum alimentorum dicatur ad pias causas? Glo.in verb.vt ministrum.dicit ꝙ sic,in leg.si quis Titio. ff.de legatis secũdo.& C.de sacrosan.eccle.leg. sancimus, circa finem.dum dicit,quoniam non absurdum,&c. iuncta ibi gl.in verb.animas hominum.Sic glo. exemplificat legatum ad pias causas legato alimentorum, quod est verum,quando legatum est pauperi,vt in authen. vt cum de appella.cog §. si vnum de prędictis parentibus. & est glo. in lege,si cui annuum.ff. de annuis legatis.& probatur in lege,cum hi.§.si in annos singulos.ff. de transactionibus; & hic soluit quęstionem, an in legato alimentorum pos-
24 sit Falcidia detrahi. ¶Quęro† in quo loco habeant alimẽta præstari? Vide gl.in verb.alteruter.in lege,cum hi.§.causæ.ff.de transactionibus.tamen in casu notabili,quãdo filius debet prętare alimenta patri, debet portare ad locũ
25 vbi pater eget,& degit,vt probatur,in auth.de incestis nuptijs.post principiũ.versi.si verò cõtigerit.iuncta ibi gl. in verb.alia necessaria.in fi.Et si dicatur, illud est ideo: quia pater erat ibi deportatus,& sic nõ potuit venire ad filium pro alimentis,non bene dicunt:quia per procuratorẽ,vel nũcium potuit mittere, vt dixit domi. meus in l.item illa
26 de constitu.pecu. ¶†Quæro,an filius teneat alere patrem deportatum? Dic vt in d.§.1.& in auth.incestas.C. de incestis nuptijs.l.mutus.§.manente.ff.de iure dotium.facit gl. in l. legatum.ff. de capi. diminutio. & ĵ. proximè dicam.
27 ¶†Quæro,si legantur alimenta in capaci, vt damnato in metallum, vel similibus, an possint ad legatum admitti? dic quòd sic iudicis officio:vt l.seruos ad custodiam.de alimentis & cibarijs leg.& quod no.in d.l.cum hi.vbi seruus vel incapax potest de alimentis transigere, vel paciscí.
28 ¶Quæro,quid si aliquis habens †de bonis alicuius,vel aliquo modo coniunctus prętet alimenta alicui, an possit ab eo repetere? vide.ff. de negotijs ge.l. Nesennius. & C. de transactio.l.de alimentis.& C.de nego.gestis.l. alimen
29 ta.† quomodo alimenta possint peti pro futuro tempore vide in.d.l.alimenta. C. de negot. gestis. & l. non quemadmodum.

ADDITIONES.

a ¶ Ex causis. Vide Ias.in l.ius ciuile.ff.de iustitia & iure.& in authent.vnde si parẽs. in prin. C.de inoff.test.

b ¶De libe.agnoscen.Vide ibi apposti. meam.

c ¶An mater.Vide Abb.in c.2. de cõuer. in fi.& Ale.in l.2.C.de pat.pot.in addi.Bar. ibi,apost.meam,vide in l.si quis,§.si mater.ff.de lib.agno.

d ¶An frater. Vide Ang.de Are.in §.sed & si quis.ver.quid in fratre. instit.de actio. & Alex.in l.1.ff.sol.ma.& vide Bar.in l.si quis à liberis.§.vtrum.ff.de lib.agnoscen. & in l.quàm vis.ff.sol matrimo.gl.& Bar.in l.parentum.C.de alen.libe.& in l.secunda,vbi pupill.educ.debe.Quid autem in fratre vterino,dic. ꝙ Cynus post multa in l.1.ff.de liberis agnoscen.tenet idem: quia non reperitur prohibitum, qđ intellige sano modo verum esse,vbi frater non habet,vnde aliunde se alat, vt no. glo.in l.qui filium.Super versi.hæc aliter.ff.vbi pupillus educ.& cum frater aliter sibi cõsulere non potest,id est,cum ab alio ali non debet.d.l. qui filium. Sed pone, quod frater habet patrem diuitem & fratrem diuitem.à quo debet petere alimẽta? Dic, ꝙ à patre, idem si haberet auum diuitem, & patrem diuitem,dẽt à proximiori ali, vt no.Cy.in l.prima.C.de alendis liber.Saly.in lege finali.C. eod. & per Bartolũ in l.pen.eodem titulo,& idem de patre,& filio diuite. quòd pater filium alit, vt l. penulti.ff.de liberis agnoscend. Præterea ratio esse debet: quia horum alimentorum præstatio descendit ex charitate sanguinis,& ex æquitate, vt no. tex.in l. si qs à liber. in ver.& magis.ff.de liberis agnoscend. & sic horum alimentorum præstatio est facienda secundum proximiorem gradum magis strictum petenti, vt dicta lege penulti.& petit tam à genere masculo. quam fœmini,vt dicta.l.penulti.sed tunc descendit ad lineam fœmininam in subsidium, scilicet alijs non extantibus proximioribus:& idem est censendum de alimentis fœminæ: cum alij proximiores non supersunt, sed tantum frater, per iura superius allegata, & ea quæ notat etiam Bar.in dicta lege pen. Ad prædicta quoque facit notabilis quæstio domin. Dyn.in l.alimenta.C.de negotijs gestis. vbi vide omnino,an frater teneatur alere fratrẽ, existente matre in medio. An autem si pater egenus habeat fratres, qui tenentur eum alere, & habet heredes extraneos filij, & habet matrem, ad quos pertinet onus alimentandi,vide Bartolum in lege, si quis à liberis.§.item rescriptum.ff.de lib.agnoscend.

e ¶Filium naturalem. An autem pater teneatur alere filium prodigum,vide Bal. argument.illius tex.in c.pe. de consuetudi. quòd pater potest denegare alimenta filio prodigo,& vide l.pen.ff.de iure dotium.& glo.in l.iniquum.C.qui accusa.non possi.& Bal.in l.fina.C.de do.promis.& Ioan.And.in capitu.Quintauallis. de iureiur. & Bart. in l.si quis à liber.§. si vel parens, & ibi apostil.ff.de lib.agno. quando pater potest denegare alimenta filio, & ibi,an alimenta sint de iure naturali. An autem filio robusto, & sano possit pater denegare alimenta, quãdo filius nihil vult operari,vide Bartolum in l.prima.in fine.C.de mendi.vali.libro 11.& lege si quis à liberis.§.sed & si filius.ff.de lib.agnoscend.An autem pater teneatur alere filium diuitem,vide Alex.in l.1.soluto matrimonio. An autem pater teneatur alere filium incestuosum,& filios ex dãnato coitu,vide eundem Ale.in l.2.ĩ principio in vlt.col.ff.de in ius vocan.& Bar.in l.si quis à liberis.§.vtrùm.ff.de liber.agnoscend.An autem pater teneatur alere filium spiritualem, quem de sacro fonte leuauit,dicit Bal.fortè,quòd sic,sicut adoptiuum, vt ipse not. in auth. nisi rogati. C.ad Treb.& Doc.in l.si quis.§.vtrum.ff.de lib.agn.

BIU Cujas

admodum.ff.de iudi. ¶Item not. † ſpeciale in alimentis, quia ſi per triennium præſtentur, inducunt perpetuã obligationem ad ea præſtanda in futurum, vt in l.1.C.de fideicomm.& l.ſi certis annis.C.de pactis.¶ † Quæro, teſtator legauit alimenta,& plura alia legata fecit, deinde in alio teſtamento,& codicillis legata minuit,dicendo,quæ legaui volo pro tertia tãtum parte præſtari, an hoc refertur ad legatum alimentorum? caſus notabilis quòd non,in l.libertis quos §.poſthumis. ff. de alimen. & cibarijs lega.& eſt caſus notabilis in l.Caius. ff. de annuis leg.¶ † Quæro debetis mihi alimenta in æſtimatione, de preſentibus nõ eſt dubiũ,vt ipſa ſpecies debeatur,vt d.l.legatis.ff.de alim. & cib.leg.& l.verbo victus.de verb.ſign. & l. 1.C.de erog. mili. anno. lib. 12. De præteritis autem alimentis videtur idem,per legem,cum vnus.§. verbis. & l.liberis. §. manumiſſis.ff.de alimen.& ciba.leg. vbi text. denotat alimenta præteriti temporis peti poſſe.In cõtrarium videtur, quòd eſtimatio ipſa peti poſſit, vt l. ſi vſusfructus mihi in biennium.ff. de vſufructu lega. Vnde vt prædicta iura concordentur, diſtingue, quod quædam ſunt alimenta de præterito tempore, & ipſa non petentur,vt habitatio.nam impoſſibile eſt dari habitationem preteriti temporis,& ideo tenetur pro ipſa habitatione petere æſtimationem, vt d.l. ſi vſusfructus. ¶Quædam ſunt quæ non pereunt, tamen expedit nobis quod preſtentur,vt medicinę,quibus anno præterito indigebam,& nunc non egeo: quia ſum ſanus, & pro iſtis etiam peteretur eſtimatio,vt d.l.ſi vſusfructus. & l.patronus qui operas.& l.Libertis.in fi.de ope.lib.quę bene probant.Quædam ſunt,quæ expediunt nobis, vt hodie debetur,ſicut heri,vt frumẽtum,vinũ,oleum, carnes, veſtes,& ſimi.quæ anno præterito dare debuiſti. Et de iſtis dico petendum quod debitum fuit,vt d.l.libertis.§.manumiſſis.& l.cum vnus.§.verbis.ff. de alimen. & ciba.leg.petitur autem pro his præteritis,non etiam petendis, caſus eſt not.in l.nulli.C.de ero.milita.anno.lib.12.Verùm quia multoties petimus eſtimationem alimentorum,& aduerſarius reſiſtit,& ſic deuenitur ad tranſactionem, ideò vidẽ dum eſt † qualiter ſuper alimentis debitis tranſigatur. Et dic,ꝙ aut alimenta debentur ex vltima voluntate, aut ex contractu inter viuos. & iſto vltimo caſu poteſt ſemper creditor tranſigere,& paciſci.l.cum hi. §.planè.ff.de tranſactio.Si ex vltima voluntate,& tunc aut vult tranſigere ſuper alimentis præteritis, aut futuris, de præteritis poteſt tranſigi.d.l.de alimentis.C.de tranſaction.& not.in d.l.cũ hi.in ſecunda glo. Super futuris verò alimentis nõ poteſt tranſigi ſine decreto Prætoris, vt l.cum hi.in prin.ff.de trã ſactio.Ratio,quare licet tranſigi ſuper alimẽtis preteritis; eſt,quia ceſſat ratio, ne fame pereat alimentarius.Sed quæ eſt ratio, † quòd ſuper alimentis debitis ex contractu licet tranſigere,non ſuper debetis ex vltima voluntate? Reſpond.ratio eſt multiplex.Prima eſt duplex, ſcilicet fauor alimentorum,& vltimæ voluntatis,vt l. alio. & l. ſeruos. & l.Mela.ff.de alimen.& cib. leg. & l. fin.C.de nccc.ſeruis hæred. inſtit. In alimentis vero ex contractu inter viuos eſt vnus tantùm,ſ.fauor alimentorum.Item alimenta mihi debita ex contractu inter viuos, debentur mihi ex mea induſtria, & ſi fui diligens in quærendo ea, ita præſumor diligens in retinendo: ſed alimenta mihi debita ex vltima voluntate non debentur mihi ex mea induſtria,ſed ex aliena prouiſione.& ideò ceſſat præſumptio in remittendo,vt probatur Inſti.de verb.obli.§. ex conditionali. † Itẽ ſicut non poteſt tranſigi ſine prętore ſuper alimentis ex vltima voluntate debitis,ita non poteſt paciſci, vt not.in dicta l.cum hi.in ſecunda glo.in verſicu. alimentorum. ff. de tranſactio.Et intelligo † deberi alimenta ex vltima voluntate,ſiue debeantur ex teſtamento, ſiue ex donatione cauſa mortis,ſiue relinquantur ab eo, cui mortis cauſa aliquid eſt relictum,vel cauſa cõditionis implendæ. dicta lege,cum hi.§.ſecundo,& tertio. & debet prætor decretum interponere.dic.l.cum hi.§.cauſæ huiuſmodi. Cauſas autẽ iuſtas, quæ debeant mouere prætorem, vide vt ibi habetur in §.ſequenti.Si verò ſine † prætore tranſigat ſuper alimentis,& meliorem facit conditionem ſuam,tenet tranſactio, aliàs non, vt dicta l.cum hi. §.quid ergo. Item † ſi pluribus alimenta relinquuntur,non poterunt ſine prætore inter ſe tranſigere: quia durat ratio prohibitionis, vt dict.l.cum hi.§.ſi vni.aliàs ſecus,vt l.voluntas. C. de fideicom.& de tranſactione ſuper alimentis fienda dic plenè, vt d.l.cum hi.de tranſaction.per totam legem.¶Quęro, † relictum eſt aliquid ad pauperum alimenta, an ciuitas habeat petitionem illorum alimentorum? Dic quòd ſic, cum dicatur relictum in honorem ciuitatis, vt l. ciuitatibus.poſt princip.ff.de legatis 1.Guliel. in Specu. de inſtrument.edi. §. nunc verò aliqua. verſicu. ſed nunquid quilibet de populo.¶Quæro, an † extraneus hæres filij teneatur alere patrem egenum? Dic quòd ſic per text. in lege, ſi quis à liberis ff.de libe. agno. Et ſimiliter † monaſteriũ ſuccedens monacho tenetur alere patrem monachi, cum ſit ſuus hæres cuiuſdam ſemimortui, vt not. in authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccle. ¶ † Quæro an ſit par, & eadem neceſſitas alimenta præſtandi venientibus per ſexum fœmineum, ſicut venientibus per ſexum maſculinum? Tex. videtur velle quòd non, in l. penulti. ff. de liber. agno. vide in l. ſi quando negotium. vbi gloſſ. notat quæ incip.no. in argumen. pro ſubdito. C. de ordi. cogna.& ibi allegantur multa iura.¶ † Item monachus alendus eſt ab Abbate, dum pendet quæſtio, an ſit monachus,vel non, & cauſa cognita. preſtabuntur, vt extrà, de accuſa.capitu. ex parte. & l. ſi inſtituta. §. penultim. ff. de inofficio. teſtamen. Quid autem in cauſę cognitione verſetur, vide in d.capitu.ex parte. ¶Quæro, † aliquis non habet vnde ſe alat, niſi venderet aliquam ſuam rem, quæ tamen eſt ad petitionem iudicis ſequeſtranda? Dic quòd propter alimenta vendi poteſt,& vide text.in l.fina. C.de ordi. cogno. ¶Quæro, † an vaſallus teneatur alere dominum egenum? Certè ſic, aliàs poſſet dominus, cui alimenta denegantur, auferre ei feudum, vt in vſibus feud. de for. fid. capit. 1. ¶Quæro, † tutor denegat alimenta pupillo, an ſit iuſta cauſa remouendi eum? Reſpond. ſic, & etiam puniendus eſt, vt l. finali. ff. vbi pup. edu.deb.& l.3.§.tutor qui alimenta.ff.de ſuſpec.tu. ¶Quęro, † an ſententia lata ſuper alimentis ſit interlocutoria,vel diffinitiua? Reſpond. quòd eſt diffinitiua, vt d.l.ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. de liber. agno. Quæro, an à ſententia lata ſuper alimentis poſſit appellari? Dic,quòd ſic. Dom. Franc. Tig. de Piſ. dicit oppoſitum, quia iterum prouideri poterit, quòd cum non ſit informata conſcientia iudicis per alimentarium, tamen ſententiam pro eo tulit,& facit interim alimenta præſtari, vt dicta.l.ſi quã do negotium. quæ communiter intelligitur, quando pars petens alimenta intentionem ſuam fundauerat, & iudicis conſcientiam informauerat. ¶Quæro, † an maritus teneatur alere vxorem? Quando habet ab ipſa dotem, non eſſet dubium, quòd teneatur eam alere: quia dos tenetur, & debet reſeruari oneribus matrimonij, vt l.pro oneribus.C. de iure dotium. Sed quando vxor nullam habet dotem, [a] dico idem,ſi ipſa marito operatur,& idem in hærede mariti diſſoluto matrimonio,vt not.glo. in verbo,eſſe debet.l.ſicut patronus.ff. de oper. liber.aliàs ſi ei

ADDITIONES.

Tho.Dip.¶Iſtæ ſunt additiones Ang.de Peruſio, quas inueni in 20. libro conſilio. poſt Tracta.Bar.de alimentis,manuſcriptum.

¶Adde prædictis ꝙ poteſtas, & alij maiores officiales tenentur alere eorum iudices,& officiales ſi infirmentur, & eis medicinas dare,& expenſas tantum condecẽtes facere.inſpectis conditionibus,qualitatibus, & gradibus perſonarum ad recuperationem ſanitatis.Ita dicit Cy.in l.quod in vxorẽ.C.de nego.geſtis. quẽ ſequit ibidem Bald.& not.per Bartolum in l.legatis alimentis. ff. de alimentis, & cibarijs legatis.& per eundem in l.ſi cum dotem. §. finautem in ſæuiſſimo. ff. ſolut. matrimo.in fin.lec.illius l. & nota.per Specul.in titu. qui filij ſiut legitimi.§.1.verſic.ſed nunquid is,qui tenetur præſtare alimenta. Item do.Barto.in quodam ſuo tractatu dicit,ꝙ per alimenta edu cationis, vel victus, debẽtur medicinæ, cum non ſit poſſibile ſine eis vitam ſuam ducere.Pro quo eſt textus in dicto. §. finautem. ibi, alimenta præſtare,& medicina eis ſuccurrere, & nota. in ſimi. in l. indignum. iuncta gl.ff.de his qui.vt indi.Item not.ꝙ per diarium, vel cibarium, ſolus cibus debetur, non autẽ veſtimenta,habitatio,vel alia.ſ. dicta,vt l.diarijs.ff. de alimen.& cibarijs legatis. & ꝙ appellatione cibi, etiam potus intelligitur, vt l. & ſi non ſunt §.ſi cui eſcarium,de auro, & argento legat. & l. 1. de alimen. & cibarijs legat, & cum debentur cibaria, medicinæ non debentur, quia eum ſolum cibare, & non alimentare tenetur, quorum appellatione veniſſent prædicta, & ita refert Bartol. conſuluiſſe. Idem dicunt Franci. Tigr. & Ioannes de Ligna. de quo nota. in fine in l.ſed ſciendum. ff. ad Trebel. ibi, impendiorum quoque, quæ ad iter explicandum, & ibi, ſed & ſalutis, ac dignitatis, &c. & nota. in dicta. l. idemque. §. idem Labeo.ff.manda.& in ſimilibus.in l.ſumptus.ff.de pact.in l.qui pro prio. §. litis impendia.ff.de procu.& nota in l.1.§.item ſumptus litis. ff. de tute. & rat.diſtra.Nam cibaria congrua debentur in obſequium aliorum exercentibus, vt nota. in Specul. de ſalarijs. §. ſequitur, verſicul. quid ſi aduocatus aliquo caſu. & verſicul. & ſunt hæc in argumentum. cum ſimilib. Idem not in teſtibus, qui in obſequium alicuius teſtificantur, vt eius ſumptibus producantur, & alantur, vt not.in l.quoniam. C. de teſtibus, & l. eos C. de appe. & in l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemadmodum teſt. apper. cum ſi. vide in ſimili. ff. de lib. agnoſc. l. ſi quis à liberis. in prin.ibi,quorundam ægritudini.& cum æquitate hæc res deciditur.Ange.de Vbal. de Pruſio.

a ¶Nullam habet dotem. Vide Ale.in l. ſi cum dotem.§.finautem in ſæuiſſimo.ff.ſol. mat.& in conſi.26.in 6.volum.

BIU Cujas

si ei non operaretur, credo eam non alendam, nisi ipsa esset furore detenta, vel si maritus eam expulerit, cum tūc non stet per ipsam, quò minus operetur marito, vt l. si cū dotem. §. sinautem in sæuissimo. ff. solut. matrimo. & not.
49 per Cyn. in l. quod in vxorem. C. de neg. gest. ¶ Quæro, † quid ècontra, an vxor teneatur alere virum egentem? Specul. tenet quòd, sic, in titu. qui filij sint legit. §. primo, versic. quid si mulieri. & vide etiam. C. de iure dot. l. vbi. &
50 ff. solu. matrimo. l. si cōstante. in prin. Quęro, an vxor †ha-
a beat bona viri obligata pro restitutione? [a] Iacob. de Arena, dicit, quòd sic per l. Lucius. ff. qui po. in pigno. hab. oppositum tamen tenet do. Franc. Tigri. de Pisis. per leg. 1. ff. solu. matrimo. Quęro, an tutor teneatur alere pupili matrem, & sororem egentes? dic quòd sic, vt l. 1. §. Sed nonnul
51 los. ff. de tute. & ra. distr. Quęro † tutor est pauper, nec habet vnde se alat, an debeat ali de bonis pupilli? Text. videtur, quòd sic, in l. 1. §. si pupilli. ff. de tute. & ra. distr. ¶ Vlti-
52 mò † quęro, [b] an alimenta sint pręstanda de pecunia reda-
b cta ex venditione rerum, an ex fructib. earundem? dic qđ ex fructibus, & reditibus debent alimenta præstari, vt l. 3. §. Modestinus. ff. vbi pu. edu. debe. ff. ad Trebe. l. Imperac tor. [c] in fin. &c.

ADDITIONES.

a ¶ Pro restitutione. Vide Bar. in l. Lucius. ff. de alimentis & cibarijs legatis, & Pau. de Ca. consi. 8. inci. quo ad primum.

b ¶ Vltimò quæro. Vide Bartolum in l. Imperat. in fin. ff. ad Trebellia. & dominum Vitalem in suo tractatu clausularum, in clausu. an iuri alimentorum possit renunciari, vbi plenè examinat dictum Bartol. & quomodo intelligatur.

c ¶ Imperator. Hic finit tractatus Bartoli, siue domini Nicolai Alex. de Perusio, cui fecit additiones dominus Ange. de Vbaldis, de Perusio. Alium quoque alimentorum tractatum fecit dominus Pet. de Vbaldis, frater ipsius Angeli, & Baldi, maximus Canonista, quem posuit super capit. cum hēret. de eo, qui duxit in matrimonium, quam pol. per adulterium. incip. tractatus de alimentis. 4. simpliciter videamus. adde ad supradicta etiam, quòd si creditor fecit aliquem incarcerari, & non est soluendo, tenetur præstare alimenta debitori in carceribus, secundùm Baldum in tractatu de carceribus, & Ang. de Aretio in §. final. in fi. institutionibus. de actionibus, & not. quia pluries practicaui in Romandiola, & etiam Venetijs diebus proximis elapsis coram Reueren. domino Cæsare Bachono, Vicario Reueren. domini Hieronymi Quirini, Patriarchæ Venetiarū, Vicario dignissimo, & cōpatre meo. ¶ Adde etiam dominos de Rota, in decisione. 145. in antiquis, incipiente, nota, q accusato de crimine, vel super bonis, pendente lite administrantur alimenta. Itē in causis alimentorum proceditur summariē: vide text. glo. & Barto. in dicta l. si quis à liberis, quod limita in alimentis de futuro, secus de prēteritis, secundum Bartolum in l. de alimentis. C. de transactionibus. & ibi vide Iason. & eundem Iasonem, in l. cum hi. in principio, post Alberic. de Rosat. ff. de transactionibus. & Petrum de Anchara. in clementina prima, de iure patronatus. Item in causis alimentorum proceditur diebus feriatis, vide Alexand. in l. 1. ff. soluto matrimonio. & ibi vide q alimenta cum maiori facilitate præstantur, & alia priuilegia alimentorum ponit Bart. in l. Mela. in principio. ff. de alimentis, & cibarijs lega.
¶ Adde etiam, q vbi relinquitur pecunia pro alimentis, videtur esse de mente testatoris, q de emolumento percipiendo ex illa pecunia legata præstentur. tex. est in l. diuus. & ibi Alex. ff. ad legem Falcidiam. Item alimenta legata Titio, & familiæ, quæ & quibus veniant, vide Alex. in consi. 178. in 6. volumine, incipiente, videretur forsan. in principio. Item iudex, nemine instante, & petente, ex officio se interponit fauore alimentorum, l. diuus. & ibi Alexan. vbi uideas. ff. ad legem Falcidiam. Item alimentorum onus sequitur bona ad quemcunque transeant. l. 2. in prin. & ibi Bartol. in princi. & circa medium, & in l. solent. ff. de alimentis, & cibarijs legatis. Imo. & Pau. de Ca. in l. nihil proponitur. de leg. 1. versicu. & si contra fiant. Item alimenta per testatorem relicta Titio, si non petijt ab hærede, & vixit suis sumptib. potest illa petere. Vide Pau. de Castr. de Vidua, in l. diuortio. ff. soluto matrimonio: Et Fel. plenè in capitulo, ex parte, in fine, de accusationibus. qđ notā, quia practicaui in causa Federici de Superchis, de castro Medij de Pisauro. Item an ille, qui tenetur præstare alimenta, sufficiat sibi dare præbendam, vel ponere ipsum in hospitali ad alimentandum, vide Cardinalem Alex. in ca. cum haberet. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulteriū. & an si quis teneretur quem alimentare, teneatur ad mercedes magistrorum, vide Baldum in lege, qui filium. ff. vbi pupillus educa. deb. Item legatum alimentorum est arbitrarium, etiam si hæres non confecit inuentarium. quia non debetur insolidum, nec vltra vires hæreditarias. Bal. in l. voluntatis. versiculo, nunquid ergo propter. C. de fideicom. & in consi. 115. in 4. vol. & taxatio istorum alimentorum dēt fieri ex fructibus hæreditatis, vt per doc. in l. Imperator. ff. ad Treb. & tenet Bal. in d. l. voluntatis. Item in alimentis præstandis debet haberi ratio ad bona emphyteotica. Item ad legitimam ipsius filij debentis. Item etiam debet deduci æs alienum, vt plenè per Ale. in cōs. 100. in 1. vol. inci. super primo casu. Item debet haberi consideratio, ne filius fame pereat; Vt prouideatur filio, & hæredi, sicut & legatario, vel vxōri, in dictis alimentis taxandis, vide plenè per Baldum in d. consi. 95. vbi omnino videas.

Explicit Tractatus de alimentis, editus per domi. Bar. à Saxoferrato excellentissimum legum doctorem, &c.

TRAC. QVAESTIONIS

VENTILATAE CORAM DOMINO NOSTRO IESV CHRISTO

Inter Virginem Mariam ex vna parte, & Diabolum ex alia parte.

1 *Christus humani generis verus est Saluator authorizans.*

2 *Iudices interdum secundum iura vtuntur mera iustitia, quandoquidem iuris rigore, vel etiam æquitate, prout persona, locus, causa, & tempus desiderant.*

3 *Qui malè agit, odit lucem.*

4 *Iudicium quot, & quibus personis constet.*

5 *Mores mulierum leuiter offenduntur.*

6 *Mulieres ab omnibus officijs publicis abstinere debent; tamen pro miserabilibus personis, pupillis, & viduis ad postulationis officiū admittuntur.*

7 *Nulla dierum præscriptio iuuat malæfidei possessorem: quia hi verè possident, quorum nomine possidetur.*

8 *Quid si patres comederunt vuas accerbas; & dentes filiorum obstuperunt.*

9 *Remedium ordinarium vbi habet locum, non est recurrendum ad extraordinarium.*

10 *Quibus dolis, & laqueis, vel insidijs ad fallendum genus humanum vtatur Cacodæmon.*

11 *Angelus, qui peccauit, iusto Dei iudicio fuit puniendus.*

12 *Deus (vt omnium in ore versetur) creauit hominem ad imaginem, & similitudinem suam.*

13 *Qui occasionem damni dat (vt regula canit) damnum dedisse videtur.*



Nostis Fratres charissimi, qualiter Sathanas ꝓditoria ministeria Iudæ procurauit: & ipse Iudas magistrum suum Prophetam qui filium Dei se dicebat, morti tradiderit. Nostis etiam, qualiter genus humanū ab ortu, & creatione mundi, fuit damnatum propter inobedientiam Euę, ac posteà fuit saluatum per Virginem Mariam gloriosam: nam mulier damnauit, & mulier saluauit. Cogitauit itaque nequitia infernalis, ac etiam ineffrenata cupiditas inter se cū astutia, conuocato, habitoque diabolicę fraudis consilio, qualiter possit genus humanum in suam pristinam reducere seruitutem; & intuens ille fraudulentus machinator naturam mulieris debiliorē existere viri, suggessit vxori Pilati, volenti impedire mortē Christi, & dū à somno discederet, eius viro Pilato dixit hæc verba, Multa enim passa sū hac nocte &c. & profectò cū Iudæi viderūt Deū saluatorē nostrū, multa miracula facientē dicebāt: Expedit, vt vn⁹ homo moriatur pro populo. Alij aūt dicebāt, nō expedit Christū mori, vt voluit inferre mulier Pilati, quia solatiū est miseris socios habere pœnarum, vt ff. qui, & à qui. l. ꝓspexit. 19. q. 3. c. memoria. volebāt ipsi Iudæi ipsis stantibus in Iudaica perfidia, vt totus populus Christianus deperiret, faciēs ad instar canis, q dū iacet in paleis asino ibidem existente non comedit paleas, nec quòd asinus comedat vult consentire, vnde in hoc dubio existens Pilatus, dixit: Quod scripsi, scripsi, vt probatur secūda, quæstione prima. canone, multi corrigūtur. & ita fuit crucifixus, mortuus, & sepultus. arg. 50. distinctio. canone, ponderet. vnde cogitauit malitia, & nequitia infernalis, longo ac malitioso ponderato consilio, quòd procuratorem mitteret ad præsentiam Iesu Christi sufficienter instructum. Accedat qđ legitur 13. q. 2. canone, iussit. circa principium. ad petendum qđ genus humanum ad ipsius pristinam reduceretur seruitutem, aliàs non valuisset procurator, vt extrà. de ꝓcura. c. 1. & C. de satisdan. l. vnica Nec miremur, si dicim⁹, quòd dæmon ad præsentiam superioris potest accedere: q̃a loquimur verum esse Christum humani generis saluatorem authorizantem. † Quia sicut scitis, dæmon vbicunque est præsentialiter, potentialiter cruciatur: quia pęna ipsum comitatur, sicut lepra leproso est infixa, & sicut vānus, caro, vel tuba præconis, laneis, vel pellibus, vel ferro; & licèt dæmon sit vbique, vt dictum est s. prę̃sentialiter, hæc sua tamen pęna nullatenus in aliquo relęuatur: quia propter eius immensam superbiam ad pęnam inferni perpetuam extitit condemnatus. Procurator legitimè constitutus, & assuetus ad præsentiam Christi accedens. dixit: Creator cæli, & terræ, ego sum damnatus, & procurator nequitię infernalis, vnde coram vobis compareo, & ad informationem vestram placeat aliquantulum me audire: quia si vobis placeat, quædam breuiter explanabo. Respond. dominus. Tuscis quòd merita causarum partium assertione panduntur, vt C. si per vim, vel alio modo. l. fin. in

1

fine

fiſſe. & extrà, de accuſ. cap. qualiter, & quando. 2. vnde à te nullatenus volumus informari. Recolimus enim dum ꝑ mundum ambulabamus, qualiter nos informare volebas, dum dixiſti nobis, Dic, qđ lapides iſti panes fiant. dixiſti quoque ꝙ mirabilia nobis dares, ſi te adoraremus, Dixit dæmon prædictis auditis. Domine Deus, vos eſtis iuſtitia, vt 45. diſt. c. cōis. vñ à vobis iuſto iudice peto mihi iuſtitiā exhiberi, peto namq; genus humanū in ius vocari, cū ab ea parte ius incipiat. vt inſti. de pę. te. li. §. fi. & extrà. de ꝓb. c. qm̃ ꝫ falſam. & ipſum genus humanum corā vobis cōpareat ad tertiam diem vtilem ad reſpondendū mihi ꝓcuratori nequitiæ infernalis. Et ecce procuratoriū meū, vel mandatum, qđ coram vobis allego, & produco, cum aliàs admitti non debeo. l. 1. C. de proc. & extrà, de proc. cap. 1. Quo inſpecto, cum diabolus non careret in iudicio omni calumnia, dixit Dñs, de die agatur. Rñ. Demon, Ad diē craſtinam fiet dilatio. Tūc rñdit Ieſus, Tu. s̄. dixiſti de trib. dieb. vtilib. qūo ergo reuocas quod dixiſti? Tu bene noſti experientiam facti. l. 2. in prin. C. vt in poſ. leg. & ſcis qđ lōga via eſt à terra, vſque ad cœlum, q̄ viam tu bene expertus es, dum per ſuperbiam tuam de cælis noſtra authoritate cecidiſti. Vnde cū diſcordes ſimus in aſſignatione diei, non tibi, ſed nobis, vt iudici, eſt diem partibus aſſignare, vt ff. qui ſatiſ. cog. l. de die. in prin. & arg. extrà, de iur. pat. c. cū aūt. & extrà, de off. deleg. c. de cauſis. Ideò nos tibi, & humano generi aſſignamus tertiam diē vtilem, vt diem Veneris ſancti: quia in ea die in crucis patibulo mortem ſuſtinuimus acriter corporalem. Reſpōdet Dæmon, ea dies vbique locorū eſt inſignis, & celebris, vt extrà, de ſo. ꝙpe. c fi. ſic etiam iura per ora Principum diuinitus promulgata teſtantur, vt C. de præſc. long. tēp. l. fi. & probatur C. de vete. iur. enucle. l. 1. quare citatio, & quicquid ex ea ſequeretur, non valeret, & nullius eſſet momenti. arg. extrà, de noui oper. nunc. c. 2. ff. de reg. iur. l. cum principalis. Rñdet Ieſus, nos iura condimus, & authoritatem damus iurib. non iura nobis; quare volumus citationem valere, vt Inſti. de iur. nä. §. ſed, & ꝙ principi. Nō obſt. ꝙ talis dies Veneris ſancti ſit iuridicè feriatus, & dixit Angelo Gabrieli Ieſus, præcipiendo notificare cum tuba ferrea, vt extrà, de appella. c. cum parati. & C. de fer. l. dies feſtos. vt ad dictum diem genus humanum veniat rñſurū corā nobis ꝓcuratori nequitiæ infernalis. Quib. pactis receſſit dæmon ad inferos, cū talib. nouis, qualia ſuperius audiuiſtis, & oīa geſta ꝑ Ieſum, & cū diabolis ſocijs ſuis infernalib. reuelauit. Vidētes aūt dæmones ꝙ nullū grauamē, nullamq; iniuriā in dñm inuenerunt, habito conſilio eorū ſtatuerunt eundē procuratorē ad diem ſtatutum mittere, vt viderent iuſtitiam iudicantis, qua die ſancta adueniente cogitans dæmon, quòd maior erat contumacia actoris, quàm rei, argu. C. de iud. l. properandum. §. & ſi quidem. & §. ſequēti. & ꝙ in regno cœlorum habebat inimicos, comparuit tēpeſtiuè, vt loquamur more humano, in loco, vbi, ſeu in quo pro tribunali Ieſus ſtare cōſueuerat, vt ff. de iuſt. & iu. l. ius pluribus. §. alia. & ff. quis or. in bo. po. ſerue. l. 2. quia in domo Dei manſiones multæ ſunt: facit pro hoc gl. no. 89. diſt. no. ad hoc ſuper verbo, & potiores. & eſt tex. de pœ. diſtin. 4. can. nouit. & can. in domo patris mei, &c. facit etiā ꝙ hf Ioan. 14. c. ¶ Aduenientе itaq; die Veneris ſancti, ſtatim comparuit dæmon dicens, Domine Deus, ego ſum ille damnatus qui habeo conqueri coram vobis ꝫ genus humanum. Dixit dominus. Vade, & expecta, tu ſcis, ꝙ totus dies cedit humano generi, vt in authen. de iud. §. ſedebunt. & inſt. de inuti. ſtipula. §. pe. Expectauit ergo dęmon vſque ad horam nonam, & videbat (vt more humano loquamur) alios litigantes euntes, & redeuntes, vnde ſatis dolebat: quia ipſe ſolus audiri non poterat. Quapropter aſſumpta auducia iteratò dixit, O pater qui es ſumma iuſtitia, ego me pñto coram te contra genus humanum. Cui Dominus Deus ait, O importunè, & proterue, nonne dixi tibi, ꝙ tota dies cedit humano generi? Et ſic expectauit dæmon vſque ad noctis tenebras: vt extrà de offi. del. c. conſuluit, & cępit vociferari diabolus, dicens, Vbi eſt iuſtitia tua Dñe, quā ēt in cęlis vix inuenio? Dixit dñs: Veni maledicte, quia iā eſt hora, vt te audiamus, & exhibuit ſtatim citationē, qua exhibita exclamatum extitit per Angelum Gabrielem, ſi eſt ibi aliquis pro genere humano. Verumtñ quilibet obmutuit. Tunc dixit dęmon, Nemo credat ꝙ ego velim procedere niſi curiali modo, quo poſito conſtat de contumacia generis humani: quare cum ſuper hoc dicant iura qualiter iudices agere debeant, non tamen ſtatim ſentētiam excommunicationis fulminare, vt vos ſcitis ego non peto hoc, ſed peto tm̃ lr̃as quib. cōtineatur ꝙ ego ſufficienter comparui nemine pro humano gñe comparente. Neſcio igitur quid minus poſſim petere, vt ff. de ſer. vrb. præd. l. quidā Iberus. quia ſicut ego alʒ dixi curialiter agere propono. veruntñ non quærebat dæmō, niſi ꝙ cautè redigere poſſit in priſtinam ſeruiturem, & in primæuam obediētiam, ad quam, vt noſtis, fueramus condemnati per factum Euæ. Reſpon. Dominus, qui no-
2 uit abſcondita tenebrarum; † Tu ſcis, ꝙ iudices quandoque ſecundum iura vtuntur mera iuſtitia, & rigore iuris, quandoque æquitate ſecundum perſonas, cauſas, loca, & tempora, vt legitur extrà, de homi. c. ſicut dignum. C. de legi. & conſti. l. 1. & 93. diſtin. cap. dominus. Vnde cum ęquitatem ante oculos habeamus, vt ff. de eo quod certo loco. l. ꝙ ſi Epheſi. in fi. volumus ipſa æquitate ſuadente præſentem diem, in diem craſtinam prorogare, quam tibi & humano generi aſſignamus ad comparendū legitimè coram nobis, ipſamque prorogamus, vt ſuperius eſt expreſſum, quod de iure poſſumus, vt extrà, de offic. delegat. cap. conſuluit. Exclamauit voce magna dæmō, & dixit, Domine vbi eſt iuſtitia tua. Iam. n. bis per ea, quæ video in exercenda iuſtitia defeciſti: dixit Dominus, Eijcias eum foras, nōne tibi diximus ꝙ volumus æquitatem ſeruare? & ipſe dæmon ſic eiectus de Regno cœlorum ad inferos rediēs, primò dura ſocijs ſuis retulerat, modò retulit duriora. Verumtamen dixerunt dęmones adinuicem, Si æquitate penſata Dominus Ieſus iudex noſter proceſſiſſet, certè te procuratorem nequitiæ infernalis totaliter audiuiſſet. Ex quo. n. æquo quis vtitur nemini facit iniuriam, vt ff. de aqua plu. arc. l. 1. Sed ex quo te audire noluit, à iuris tramite diſcedere non tardauit, vnde poſtquàm res ſic ſe habet, craſtina die ad Ieſum iudicem noſtrum hora tempeſtiua dirigas greſſus tuos. Sero autē facto, fuit magnus rumor in cœlis, qualiter genus humanum erat in contumacia: chorus ſanctorum exclamauit dicens, Domine Ieſu Chriſte rex gloriæ, & mundi ſaluator, non eſt bonū humanum genus deperire. ſcis enim niſi fuſſet clementia tua, qui æquitate penſata, diem prorogaſti in diem ſequētem, qualiter genus humanum firmaſſet pedes ſuos in ſtabili gradu, & ſic finaliter clamauit voce magna chorus ſanctorum in fauorem humani generis, qui rumor aſcendit ad aures beatæ Mariæ virginis, quo audito & intellꝫo, ipſa amariſſimè fuit turbata. Et inquirens ꝙ erat innouatum, nec poterat innouari dilatione pendente, vt C. de dilat. l. ſiue pars. dixit publicè ꝙ voluiſſet eſſe aduocata humano generi. quo audito omnis chorus cœleſtis magno gaudio fuit repletus. Mane autem redit procurator nequitiæ infernalis tempeſtiuè ſubitus ad conſiſtorium, & iudicem cum cordis amaritudine vidit Chriſtum cum magnitudine ſedente pro rribunali. Poſteà autem aduocata humani generis, venit cum comitiua gl̃iæ cęleſtis, & cum multitudine Angelorum alta voce canentium, Aue regina cœlorum, & ad ipſam magnanimandam erant interpretes humani generis, & dicebant, mater miſericordiæ nos qui ſumus humanum genus, ab hoſte maligno protege. Quib. auditis aduocata vltrà proceſſit, & ſedit ad dexteram filij ſui Dei patris omnipotentis, & turbata valde, vt eius facies indicabat, allocuta eſt filium ſuum dicens. Reſpon. fili mi, audio genus humanum vocatum ad pñtiam veſtram; quare ſi eſt aliquis qui contra genus humanum cauſam ſe habere dicat, aſſurgat. Dixerunt Angeli, ò aduocata humani generis, vide verſutum procuratorem nequitiæ infernalis dānatū ex eius immēſa ſupbia, dū inter nos reſidentiā faciebat; ipſe. n. ē ille, qui nō ceſſat infeſtare iudicē ꝫ genus humanū. Qui ſtatim cū vocatus fuit citò ꝙpar uit demiſſa facie, & aīo petulāti. Quo audito diabolus beatā Verginē aduocatā humani generis eleuatis oculis nō
3 audebat aſpicere: † quia qui malè agit, odit lucē, vt extrà de of. del. c. conſuluit. ff. de vent. inſpi. l. 1. circa mediū. Virgo. n. Maria ipſum procuratorē nequitię infernalis cū horribili oculo reſpiciebat, & magnā perturbationem eius facies indicabat. Dixit autem Dominus dæmoni. Modò dicas quicquid hēs dicere ꝫ genus humanum. Rñ. Dæmon, Sancte pr̃ nō moueat te caro, & ſanguis tuus, nec ēt amor matris tuæ, arg. extrà de præben. ca. graue. ibi, carnalitatis ſequentes affectum. &c. ſed tota iuſtitia, quia vos eſtis iuſtitia, vt 13. di. c. Deus noſter. vos. n. eſtis charitas, ęquitas, & veritas: & vos dicitis, via, veritas, & vita vbique loco-
4 rū ſum: ergo faciatis, ꝙ ſcribit̃ Io. c. 1. Dixitq; demō: † Ego dicā cām meā, ſed nō video cū quo loquar: qa vt ſcis, iudiciū ꝙſtat ex trib. pſonis, vt ext. đ ver. ſi. c. for°. & C. ad l. Cor.

de fãl.l.vbi.perſonam autem rei,ſeu conuenti non video: qũo ergo cauſam dicam ? quia non habeo reſpondentem legitimè, quis ſit legitimus contradictor, vide Cy.in l.fi. C.de edi.diui Adri.tol. Reſpondit beata Maria Virgo,Dictum demonis facit pro me;dicit enim, q̃ iudicium conſtat ex trib.perſonis,ſ.iudicis, actoris, & rei.Sed ego non video perſonam actoris,q̃ eſt primum fundamentum, vt ff.ſi pars hær.pe.l.1.§.1.& ff.de iur.codi.l. quidam referunt. cum ſi.ergo dęmon audiri non debet, & ita pronunciari, & declarari peto cum inſtantia quantum poſſum: ipſe.n. quod de ſeipſo deberet dicere,de alijs atteſtatur, qđ eſt ꝯ l.in arenam.in fi.C.de inoffi.teſta.Reſpon.dæmon: fundata eſt amodò perſona actoris,ſ.ex procuratorio meo, iam s̃.all.& producto,ſcripto manu notarij publici,anno domini 1354.ind.5.pñte Raphino de Machometto,& Cerbero: & q̃ pluribus adhibitis,rogatis, & vocatis ad chartam procuræ, ita qđ amodò fundata eſt perſona actoris, maximè cum ex parte iudicis ad mei procuratoris legitimi petitio
5 nem citatio emanauit. Dixit aduocata, † quòd mores mulierum leuiter offenduntur, vt extrà, de verb.ſig.c.forus. & C.de ſpon.l.4. vnde ne teneamus diem in longo ſermone,peto copiam citationis mihi exhiberi: quia ſic oportet fieri antequàm ad alia procedamus, vt ff. de procu.l.2. & extrà, de proba.c.quoniam contra falſam .Dæmon ait, Cui fiet copia ? Partem enim conuentam quæ in iudicio legitimè intereſſe deberet,non video. Reſpon.aduocata, Ecce me, quæ ſum aduocata humani generis, & pro ipſo genere humano parata ſum ſtare in iudicio, & tibi iuridicè reſpondere.Reſpon. diabolus, Audi pater, & domine iudex,& reſpice veritatem: quia tua mater ab omni aduocationis offo excluditur. Aduerte primò,quia mulieres q̃ aliquo poſtulare prohibentur: quia virile eſt officium, vt ff.de poſt.l.1.& 3.q.8. can. 3. in prin. Prætereà ipſa eſt mater tua, vnde ipſam reddo ſuſpectã,vt extrà đ app.c.poſtremò. & c.cum ſpeciali.& C.de aſſeſ.& dome.l.domeſticus.Nã ſi matris tuæ officiũ admitteretur, ſcilicet, vt aduocare poſſet pro humano genere, poſſet de leui mater tua te Ieſum filium ſuum ad ſuam partem trahere,& ſic ius & iuſtitia à ſuis terminis totaliter deuiaret, ex quib.dico eam nõ eſſe admittendam,& pronunciari,& declarari peto.Dicit Aduocata filio ſuo,Caue fili mi, ne fraus illius verſuti te circumueniat. Aſſerit.n.me Aduocatam generis humani nõ eſſe admittendam.mentitur.n.cum verè ꝯ veritatẽ loquatur, & etiam ꝯ iura,nam in eius ore nunquam fuit veritas
6 inuenta. Noſti domine iudex fili mi, † q̃ licèt mulieres non admittantur ad poſtulationis officium,tamẽ pro miſerabilibus perſonis,ꝯiunctis, pupillis, & viduis bene admittuntur: arg. extrà, de procu.c.pe.& c.certis de cauſis, 15.q.3.& l.fœminis.ff.de proc.vtile eſt etiam, ſi bene inſpiciamus fili mi,vbi ſunt magis miſerabiles perſonæ, quàm in mundo,quem iſte procurator nequitiæ infernalis nititur redigere ad primæuum ſtatum, & ad priſtinam ſeruitutem: q̃ eſt ꝯ bonos mores,& iuſtitiam, & iura naturalia, vt ff.de iuſti.& iur.l. manumiſſiones. cum ſi. Prætereà ipſe dicit,& alle.q̃ ego ſum mater iudicis, vnde tanquam mater, quia ſuſpecta admitti non debeo in iudicio,ſed contra hoc eſt,q̃ debeo admitti, & audiri,nã poſſum pñtem cãm defendere,ipſamq̃ proſequi, quia mea intereſt tãquàm Aduocata.nam ſi eſſem Iudæa,vel excommunicata,defenſiones meæ mihi ſaluæ eſſent, & audiri deberem: arg.extrà, de exce.c.cum inter priorem. & c. dilectus filius.cum ſi. Multò ergo magis admitti debeo, cum nulla infamia penitus ſim detenta.Prætereà noſti fili mi chariſſime,tres eſſe ordines approbatos.Primus eſt ordo coniugatorum. Secundus virginum.Tertius eſt ordo continentium: quibus trib.ordinibus approbatis,ego ſum inſerta,ſcis, q̃ cõiugata fui primò cum Ioſeph viro meo Sciſq̃ ſecundo q̃ virgo fui ante partum,virgo in partu, & virgo poſt partum: concepi, & peperi te ex ſola tua potentia ſine cohęrentia alicuius, ſicut granum ſine alterius cohærentia germinat, & ſicut virga Aaron florens frondes, & fructus pertulit abſque ſemine,& radice.Sumq̃ tertiò,& fui cõtinens ſicut ſcis,& hoc dico, & corã te allego fili mi dulciſſime, & iudex iuſte, ad denotandum tres ordines s̃.dictos eſſe in humano genere fixos nodo indiſſolubili: vnde cum propter me ipſam genus humanum ſit in me, debeo, & poſſum neceſſariò Aduocata generis humani nũcupari, quare aduocata admitti poſtulo tanquam factum meum proprium proſequens,vt C.de procu.l.qui ſtipendia.& ff.de procu.l.fęminis.Dixit Dæmon,Domine iudex hoc ſeriò peto per vos interloqui vt legitimentur perſonæ.Et interlocutus eſt Dominus, & pronunciauit,& declarauit Mariam virginem eſſe legitimam aduocatam, & admitti,& audiri debere,ipſumq̃ procuratorem nequitiæ infernalis eſſe etiam admittendum.Et ſic etiam admiſit, & procurationis, & citationis copiam Virgini Marię exhiberi,& edi iuſſit, & ſic factum eſt, vt l.2.C.de eden.& cũ in nullo poſſit redargui, aduocata dixit; ſi vult aliquid dicere,dicat procurator nequitię infernalis.Proponit itaq̃ procurator nequitiæ infernalis in hunc modum.Moris eſt,& diſcretionis,& cautelæ, cuilibet ſapienti viro volenti contra alium agere, primò interdictum reſtitutoriũ, quod ſibi de iure competit intentare, vt ff. de rei ven.l.1. & l.is q̃ deſtinauit. quia ſicut ſcitis domine iudex, melior eſt conditio poſſidentis, vt ff.de re ven. l.fi.& Inſti.de interdi.§.1.& extra.de fid.inſt.c.inter dilectos. & ff.de verbo. ob.l.ſi ſeruum. Quare ego procurator, & procuratorio nomine primò, & principaliter peto me reſtitui ad priſtinam poſſeſſionem genus humanum torquendi, & cruciandi,vt prius, & paratus ſum ſtatim probare Sathanam, & me nomine quo s̃.fuiſſe in ipſius humani generis poſſeſſione pacifica,& quieta,& me ſpoliatum eſſe, & fuiſſe. nam iſta duo conueniunt probari, vt extrà,de reſt.ſpol.c. olim.& extrà,de offi.dele.c. conſultationib.& 3.q.1.c.3.& per totum: quia redintegranda ſunt omnia ſpoliato, antequàm procedatur vlterius,vt ff.de vſur.l.videamus.cum ſim.Aduocata autẽ reſpondit, Audi fili mi benedicte iniquitatem diaboli, qui cum gerat partem actoris falsò,nullo modo agere debet, neq; poteſt petere,vt ſui moris eſt, primò, & ante omnia reſtitui debere in poſſeſſionem generis humani,& bene ſcis domine iudex,quòd iura loquũtur in reb. ſpoliatis reſtituendis, & ſic loquitur totus tit. de reſti.ſpol.quare reſtitui nequaq̃ debet, quia non eſt deneganda eis reſtitutio,qui poſſident non vi,non clam,nõ precariò,ſed iuſto tit.& bona fide, vt ff. q̃ vi aut clam.per totum.extrà,de præſ.vigilanti cum ſi.demones autem nequaquam homines poſſederunt, ſed velut cuſtodes carceris inferni,vt ad ianuas ſtarent deputati ſunt,ſicut fuit Beelzebub,& Graſeus diaboli infernales, qui cuſtodierunt,vnde non poſſederunt, ſed ſolùm ſimplices cuſtodes fuerũt prædicti diaboli ipſius humani generis, & procuratores nequitię infernalis,vnde cũ eos cuſtodierint,& non poſſederint,meritò dicto procuratorio nomine,nec ſuo reſtituere debet,& ita pronunciari peto,facit. l. 3.§.fi.ff.de acquir.
7 poſ.Prætereà fili mi, audi queſo:ſcriptum eſt † enim, q̃ hi poſſident,quorum nomine poſſidetur, vt extrà, de reſtit. ſpo.c.cum veniſſent,in fi.& C.de præſcr.30. vel 40.an.l.malè agitur.& Inſti.de interd.§.poſſidere. Sed ſic eſt q̃ vos domine iudex fili mi,homines poſſidetis, quia vos homines creaſtis,& ſic homines veſtri ſunt, ergo in aliena re, & in homine quem creaſtis non potuit dæmon habere bonã fidem,quantocunque tempore poſſederit,vel tenuerit,cũ nulla dierum præſcriptio iuuet malæ fidei poſſeſſorem,vt extrà, de præſ.c. vigilanti. vnde bona fide dæmon caruit, & caret, ergo non eſt bonæ fidei poſſeſſor, ſed malæ fidei detentor dicitur.nam aliud eſt poſſidere, & aliud detinere,vt ff.de rei ven.l.officium.in fin.& ff.de acq.poſſ.l.3.§.fi. igitur nulla fuit poſſeſſio.vt l.fi.ff.de verb.ſig.Item vbi nulla eſt bona fides, nullus eſt tit. præſcriptionis: ergo non habet locum reſtitutio,& ſic pronunciari peto.Quid vltrà dices mihi damnate,reprobate, maledicte, nonne filius meus,qui eſt hic pater,filius & ſpiritus ſanctus, & iudex đ nihilo hominem creauit ? Ergo homo fuit, & eſt ſuus,& inde ſecuti,& geniti, & procreati; quomodo ergo rẽ alienam poſſides,cum ſcias alienam? certiſſimè dicendum eſt te nullo modo poſſidere,vt C.vnde vi.l. cum quærebatur. 16.q.6.c.ſi res.cum ſi. ergo non habet locum reſtitutio, & pronunciari,& declarari dico,& peto cum inſtantia quanta poſſum per iura ſuperius alle.Reſpon.iudex ſuper hoc, & ita factum q̃ dominus iudex de medio interlocutus eſt dæmonem non eſſe reſtituendum. Tunc dæmon ſtridens dentes, miſſa manu ad marſupium, extraxit foràs libellũ, & cępit legere in Geneſi.ca.3.vbi dicit Dominus Adę, & Euæ, De omni ligno vos comedite excepto de iſto: quia quacunque hora comederitis, morte moriemini. vt 1.q.4.c.iam itaque.& can.ſi habes.24. q. 3. Vnde peto illa verba ſic ſcripta in Geneſi ſtare firma, & remanere in pedib. & non mutari,aliter autem ſi ſecus fiat, ex nunc dico, qđ vos non eſtis veritas, neque iuſtus iudex.Adam.n.& Eua, ſicut vos ſcitis,dum erant in mundo, & in paradiſo terreſti, ꝯ ſuum magiſtrum, & dominum fuerunt,voluntariè inobedientes,dũ pomum ꝯ voluntatem Dñi comederũt,

ex quo

BIU Cujas

ex quo infecti, & leprosi ipsi cum eorum sequacib. meri-
8 tò sunt effecti. de consec. dist. 4. cap. placuit. † alibi legitur, qđ patres comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupuerunt, vt in auth. vt omnes obe. iudi. prouin. circa fi. in verb. secuta. quare peto cum vos præceperitis, Domine iudex, ipsos propter peccatum fore damnatos, eos deberi ad pñs condemnari, mihi restituendos esse. Non ob. interlocutoria. s. dicta, quæ sicut de facto, & non de iure ex abrupto processit, ita peto eam ꝯrio imperio tolli, cassari, & reuocari. Aliter autem, & si secus fiat, vos domine iudex, nō estis veritas, neque iustus iudex. Respon. Aduocata mundi. Attende fili mi charissime ad verba mea, & non consideres parabolas dæmonis. Allegauit. n. iste versutus solum caput, sed caudam abstulit, ꝙ est ꝯ. l. inciui le. ff. de legi. omisit. n. verba, quæ sequuntur in Genesi, quibus in effectu dicitur, ꝙ Dæmon ex sui maledicta versutia fecit Adam, & Euam peccare: ex quib. omnib. sequitur, ꝙ iste versutus fuit institutor, & author talis peccati, vnde ex quo dedit occasionem damni, damnum dedisse vr̃. vt ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. pen. Cā igitur sunt Dæmones quia Adam, & Eua peccauerunt. quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, vt extrà de rescr. c. sedes. extra. de dolo & contu. c. ex literis. circa fi. & extrà, de cle. non resi. in ecc. vel præb. c. fraternitati. ne ex dolo commissò gaudium reportent: repellitur ergo Dęmon à limine iudiciorum, & ab actione sua totaliter exclusus est. Inflammatus autem Dæmon ait ad iudicem. Ex huiusmodi responsione pater sancte fac mihi, vt faciunt boni iudices, qui etiã in huiusmodi casib. sequuntur iustitiam. posito. n. sine præiudicio, prout asserit aduocata mundi, ꝙ ab agendo repellar, & expulsus fuerim ꝯ formam iuris, & ꝯ meum ius, imploro tamen vestrum nobile officium, domine iudex, qđ etiam parte tacente ex mero iudicantis officio procedere potest, ne crimina remaneant impunita, vt ff. ad l. Aqu. Lita vulneratus. & extrà, de sent. excom. c. vt famæ. & hoc dico motus æquo, & bono iudicio. Ad hoc. n. vt scitis, pro necessitate tenetur quilibet bonus, & iustus iudex. l. congruit. ff. de of. præs. & nulli parcere debet, vt extrà, de priuileg. c. ex tuarum. Qđ audiens aduocata, respondit, Audi fili mi benedicte, vos estis rigor iustitiæ, necnon summa ęquitas, & plenus dulcedine, & misericordia, & primò de rigore iuris petit procedi, nunc ad hoc ꝙ ipse petit officium iudicis implorando, non est vlterius audiendus: quia vt vos scitis, rr̃ de iure est, qđ vbi duo, vel plura auxilia, seu remedia vni competunt ad vnum & idem, vnum ex his tenetur eligere, & vno electo, & posthabito in iudicio deducto, sicut fecit Dæmon, vr̃ alij renunciare, vt ff. de trib. l. ꝙ in hærede. §. eligere. cum si. sic est in proposito quòd licet dæmoni plura competant remedia ad prosequendum ꝙ petit (ꝙ tñ non fateor) ab initio elegit vnam actionem q̃ in iudicio produxit, vt patet clarè per processum in actis vestræ curiæ publica manu Io. Euāg. notarij vestræ curiæ, & scribæ publici, igitur meritò ab his, & ab alijs quibuscũque inde dependentib. & connexis censeꝫ penitus exclusus, vt ff. de tut. & cur. da. ab his. l. scire oportet. §. sed cũ lis. ¶ Item cum denegatũ sit dęmoni id, ꝙ vna via petit, quomodo est ad aliud admittendus? Certè nullo modo, sic est in proposito; & accedat ꝙ legitur, Quod vna via alicui denegatur, per aliam viam concedi nō debet, nec potest. Et est rō, quia circuitus est euitandus, vt l. dominus testō. ff. de cond. inde. Sed cum iste talia auderet: iam seruirent nobis iura de vento, & vr̃ lex esse imposita verbis, & non
9 reb. ꝯ. l. 2. C. com. de le. in fi. ¶ † Præterea, vbi habet locum remedium ordinarium non est recurrendum ad extraordinarium, vt ff. de min. l. auxilium. & l. in causę. sic autem est in proposito, & fuit ꝙ dæmon auxilium extraordinarium intentauit, & ipsum in iudicium deduxit, vt s. tetigi, & in eo succubuit; ergo amplius audiri non debet. Præterea vos scitis fili mi, ꝙ iste versutus iamdiu restitutionem petijt, ꝙ est auxilium ordinarium, & ꝯ ipsum interlocutus fuisti. s. ipsum non esse restituendum in possessionem humani generis, de qua sententia interlocutoria, licet eam petierit verbo simplici reuocari: tamen per eum ab ipsa non extitit appellatum, eo maximè cum sapiat naturam diffinitiuæ, & sic amodò talis sententia transiuit in rem iudicatam, vt ff. de cond. inde. l. eleganter. & extrà, de re iud. c. causam. & in c. ꝙ ad consultationem. Vnde meritò videtur exclusus, & obstante exceptio. rei iud. non est amplius admittendus, nec audiendus, vt ff. de re iu. per totum. Aduocata humani generis sequens non obstan. alle. supradictis mulierum sexum fragilem, & miserabilem, ſp timens subuersionem humani generis, faciem suam mutauit in lachrymis, atque singultib. infinitis, adeò ꝙ tota cęlestis militia eam vidēs ita acerbissimè lachrymantem, & fortiter condolentem vnà secum non cessabat aliquatenus lachrymari, virgoque Maria flexis genib. coram filio scissis vestimentis suis filium suum alloquitur hoc modo; Fili mi, ecce dæmon, qui spuit in faciem tuam, qui te lapidauit, qui te ad columnam ligauit, qui te verberauit, qui te in statera crucis tanquam latronem confixit, qui te tradendo amarissimè mori fecit, & nunc animo petulanti euersa facie tam audacter tuum officium implorauit. Ego verò tua mater dulcissima, te nouem mensibus in vtero portaui, & de his meis vberib. lactaui, his pastus es, & Herodis Regis furiam fugere volui, te nunquã de manib. relaxando. Vnde ergo procedit, fili mi, ꝙ tu uis istum versutum in tanta pertinacia permanere? scis ꝙ ꝯ formam rationis expostulat: quare instanter peto mihi aduocatæ humani generis iustitiam exhiberi, & illi versuto tuum officiū totaliter denegari: ego verò sum mater, ipse autem diabolus: ego quæro salutem humani generis, ipse verò mortem: ego sum amica filij mei, ipse verò dānatus, & infamis, & à coronatione cælestis gloriæ penitus exclusus: quomodo ergo est audiendus? Certè nullatenus. Item quare debet ipse versutus esse meli oris conditionis me? Certè non video, ar. ff. de noxa. l. non solùm. & extrà, de dolo, & contu. ca. contingit. quare postulo mota immensa tristitia, & magno dolore perterrita, qđ si magis hosti faues quã matri tuæ, de libro cœlestis gloriæ debes me cancellare. Videns autem Iesus matrem suam in tanto dolore, pietate immensa commotus facie dixit ad dæmonem. Vade retro Satanas: qnia petitum officium tibi meritò denegamus. Dæmon autem iracundia motus dixit ad iudicem, Domine Iesu Christe vos non estis iustus iudex, bene video & clarè cognosco, ꝙ caro, & sanguis vester facit vos à iustitiæ tramite deuiare. arg. extrà, de præben. d. c. graue. circa prin. & 8. q. 1. c. si ergo. cum si. & ca. Moyses. ea. causa, & q. & bene nostis ꝙ de forma iuris licitum non erat matrem vestram ꝯ me postulare cãis, iurib. & rationib. s. dictis. Ego modò ostendo vobis Euangeliũ, ꝙ si bene inspiciatur, directè facit pro me; dr̃. n. qđ princeps huius mundi venit. Queso igitur pater sancte qđ vos obseruetis verba vestra hic scripta, q̃ processerũt ex labijs vestris, & non faciatis ipsa fore irrita, & inania. Sed queso, prout litera iacet, executioni mandetur. Vos scitis ꝙ ego sum princeps huius mundi, & in hoc de me loquitur scriptura, verba & sensus verborum, seu literæ, qđ ego sum Princeps malorum peccatorum, vos estis princeps bonorum, & iustorum. Modò scitis qđ cum litigantes ad rixã veniunt, boni iudicis interest litem dirimere, vt ff. si cert. pet. l. quidam existimauerunt. & dare debet iudex vnicuique partem suam, vt ff. de vsufr. l. cuius rei. vt ff. de condictio. indebiti. l. fin. §. si tñ. ergo placeat vobis mihi dare genus humanum, cum propter peccatum commissum ego sum Princeps huius mundi. Et sicut scitis, verba sunt intelligenda cum effectu. facit. l. eum qui. §. docere. ff. ne quis eũ qui in ius voc. est vi exi. iuncta. l. 1. §. hæc autem verba. ff. qđ quisque iur. & de cle. non resi. in ecclesia, vel præbenda. c. relatum. circa medium. & extrà de verb. sign. c. præterea. & de pœn. it. dist. 1. hæc autem verba. cum si. Si ergo sum princeps malorum, & peccatorum, (si pro quia) & genus humanum peccauit, vt s. dictum est, faciatis ergo cu effectu qđ ego sim princeps, & non auferatis mihi qđ meum est. Vos vidistis pater sancte, ꝙ quotidie est discordia inter vos, & me, vos quoque dicitis illud esse vestrum, quod est meum, & ego dico quandoque ꝙ est meum illud, qđ est vestrum. Igitur vt omnis cesset discordia, faciatis sicut bonus, & iustus iudex, & æqua lance procedatis. Placeat vobis bonos, & malos diuidere, vos sitis dominator bonorum, & ego sim dominator malorum, & si hoc facietis, promitto vobis qđ regnum vestrum non erit maius quã sit vnum granum milij respectu regni mei. Et dixit filius matri suæ, O aduocata mundi, responde dæmoni, quia prima facie ius, & iustitiam postulare uī. Aduocata respondit, & dixit, Absit fili mi, ꝙ ipse versutus ius, & iustitiam vllatenus videatur postulare, ipse. n. vnum petit ab extra, intus verò habet ꝯrium, vt ff. de exce. l. generaliter. vos scitis, sicut omnes sciunt, ꝙ tali die sicut fuit hæri dies vene-
10 ris Sancta, iste versutus quot & quanta mala commisit: † habet. n. ille modos nocendi, nec ignoramus astutiã eius, vt legitur 16. q. 2. c. visis literis. Scitis. n. qđ ad petitionem eius vos fuistis in statera crucis ponderatus, vt legītur. 23.

quæstio.

quæſtio.r. c. paratus debet eſſe.Scitis.n.quòd pro humani generis redemptione de ſummis cœlorum ad ima mundi deſcendens ſuſtinuiſti penitus mortem temporalem, vt in c.pro humani redemptione.in princ. extrà de hom.lib. 6. Iſte.n.verſutus horrenda immanitate, deteſtandaque aſtutia mortem appetit aliorum. d. c. pro humani. §.cum igitur,ſuperius alleg.Vnde cum ſemel fili mi, ad inferos deſcendiſti,& captiuos inde extraxiſti,nō eſt congruum, neque iuſtum ſuper humani generis ſeruitute diſputare amplius, maximè in ipſius humani generis detrimentū. tranſiuit.n.amodò ſententia in rem iudicatam,vt extrà,de re iu.c.cum inter vos.& à ſententia non extitit appellatū: ideo non eſt amplius appellādum,ne pueris aſſimilemur, quib.ſi non placet ꝙ geſtum eſt in libro dñt adinuicem. Iterum faciamus. Ex quib.fili mi, clarè concluditur iſtum verſutum à tramite iuſtitiæ eſſe penitus alienum,& reſpiciens dæmonem facie turbata dixit ei: alloquere maledicte,& vide an ſis perterritus de tanta reſponſione. Dixit dæmon,dimitte me: quia deeſt hora vt loquamur mirabilia,neque teipſam laudare debes: quia omnis laus in ꝓprio ore ſordeſcit,ſed veniamus ad alia. Et dico qđ Deus viuit in veritate,& iuſtitia,vt extrà,de iureiur.c. & ſi Chriſtus.§.Iacob.ipſe punire meritò debet magnum,ſicut paruum,nec apud eum debet eſſe acceptio perſonarum. Item debet punire coniunctum ſicut extraneum.l.fi.& ibi gl.in verb.Remus.ff.de re.diui.Quare cum hoc ſit, inſtanter peto hominem eſſe damnādum, & hoc fortiſſimo argō: Tu ſcis,ꝙ Angelus Lucifer fuit de cœlo deiectus, nullo præcepto præcedente, & ſic inobediens dici non potuit.Sed Adæ,& Euæ præceptum fuit factum,ne de pomo comederent: quia qua hora comederent, morte morerentur: & præceptum eis factum tranſgredi nō curarunt, & ego cui nullum præceptum de obediēdo fuit factum,fuit deiectus de cœlo,& ſum damnatus.Quantò ergo,& multò fortius debet damnari humanum genus qđ præceptum Domini præteriuit. Fortius eſt ꝺ̄ præceptum, q̄ pręter præceptum facere,vt C.de neg.ge.l.fi. & ſic dico humanum genus debere damnari.& tunc peto,quòd reſpondeat aduocata.Re
11 ſpondit aduocata: ò miſer infelix,† nō eſt ſimile illud ꝙ poſuiſti de Angelo,Angelus enim qui peccauit, fuit meritò pnniendus: quia nihil infirmum in ſe habebat quod ipſum induceret ad peccandum: quia non aliqua infirmitate,ſed malignitate deliberata peccauit. 6.q.4.c.quòd bene.& 19.diſt.c.ſecundum. & ſicut ſcis,nullo modo præcepto indigebat.homo autem cum peccauit, habuit qđ ipſum ad peccandū induceret,ſ.corpus fragile, vt de pæ.diſtin.3.c.ille Rex.& de pę.diſt.1.c. nunquid. Angelus enim ſine præcepto aliquo à natura habuit in ſe ſapientiam omnium:quia cognoſcebat certitudinem boni, & mali,propter perfectionem ſuæ naturæ, vt de pœnit.diſt.2.c.in primo.vñ habito reſpectu ad certitudinem ſ̄. dictam grauius peccauit Ang. quia ſcienter per ſuperbiam ſe prætulit ꝺ̄ Deum, quàm peccauit homo, qui ignotanter deceptus fuit doloſa verſuti malitia.Et ideo Angelus de altiori gradu cecidit.de pœ.diſt.1.c.ſi homo.hō.n.talem certitudinē non habuit propter corpus,qđ animam grauabat,& ideo non eſt bonum ꝙ de Ange. dicis. vñ ſile amodò perfide damnate: quia ſatis dictum eſt.Dixit dęmon.Non ſilebo, aperias aures tuas ò aduocata humani gñis,& audies ea q̄ dicam tibi.Dixit aduocata, Finē litigijs amodò faciamus, ſcis enim qđ in omnib.ſuccubuiſti, vnde ad hoc amplius redire non potes, petis amodò interlocutionem fieri.ſ̄. poſitis ſicut ſuperius in reſtitutione facere non tardaſti? Reſpondit dæmon, ò aduocata, ſatis admiror de vobis: quia non ſolùm mihi, ſed ſummæ deitati vultis finem imponere.Sed attende vnum,adhuc inſiſto,& dico,quòd homo peccauit. Aduocata autem conuerſa ad filium dixit, Fili mi,tu iudex viuorum,& mortuorum, ego ſcio quòd vltrà vult dicere iſte verſutus, vult enim arguere falſis cauillationibus,& argumentis oſtendere hominem peccaſſe,& cōcludere vult, quaſi dicta ſua originem extraxerint ex fonte iuridico,vos enim ſcitis fili mi, qđ propoſitum, & fundamentum ſuum falſum fuit: quomodo ergo credendum eſt ad pręſens verū dicere? Certè nullo modo: quia ſemel malus ſemper præſumitur eſſe malus. l. ſi cui. §.eiſdem.ff.de accu. iuncta.l. Caſſius ff. de ſena. ipſe enim verſutus adeò faſtidia dicit, qđ amodò neſcio in qua parte me voluam.Quare te ſupplico,fili mi, ꝙ ſibi præcipias ꝙ vno verbo dicat quam clauſulam velit, & ego ipſam punctabo,& gloſſabo ſecundum veritatem.Dixit dæmon, Ego audio hodie mirabilia in Sole, Luna, & ſtellis: quia aduocata mundi vult eſſe mea aduocata me inuito, & nolente, qđ eſt ꝺ̄ l. quia beneficium non confertur in inuitum,vt l.nec emere.C.de iu.delib.& ff. de re.iu.l.inuito.cū ſuis ſi.vult.n.eſſe mea tutrix, & nutrix facere de me ſicut fit de pueris,qui neſciunt punctare, neque gloſſare. Ego enim verba mea ita apertè dico,qđ non egent aliqua punctatione, vel gloſſatione de mundo: vnde quantum ad hoc ipſam ego poſtulo non audiri,cum partes actoris velit ſuſtinere,quæ meæ ſunt,vt l.1.circa princip.ff.de proba. Replicando autem dixit aduocata. Non modicum turbata ſum,nolo enim quòd falſitatem alleget,fili mi, iſte verſutus coram te,non enim debet audiri ratione mendacij, vt C.de indi.vi tol.l.2.in fi.Sed ſi falſitatem vult dicere,dicat in regno ſuo,non autem in regno tuo.Dixit Dęmon, Si non vultis me audire,ego recedam, & ex nunc apertè videbo ſi erit iuſtitia iudicantis.Tunc dixit pater omnipotens matri ſuæ,Sine videamus, an velit iſte verſutus iuſtitiam poſtulare.Scis.n.quòd ego ſum iuſtitia, & neceſſe eſt me ius ſuum vnicuique tribuere, vt l.iuſtitia. ff. de iuſti.& iu.& Inſt.eo.in prin.iuncto canone 1.diſt.Reſpiciamus ergo an dæmon foueat iuſtam cauſam. Tunc mater reſpondens dixit;Fili mi, iuſtitia tua eſt in hoc, vt non dimittas eum dicere mendacium in tuo regno.Dixit autem oms̄ matri ſuæ: ſi iſte verſutus dicit mendacium,de mendacio acerbiſſimè punietur, vnde ſinas eum dicere. Dixit tunc aduocata.Dicas ergo damnate qđ dicere intendis. Dixit tunc dæmon,Homo peccauit,meritò puniendum,& damnandum poſtolo.Dixit aduocata,nō vltrà procedas: quia iam à tramite iuris recedis.Non.n.dicis, qualiter ipſe peccauerit,& an ſui culpa peccauerit,an verò tua.Scis.n.quòd in culpa fuiſti,vt ſuperius dictum eſt, quare ſileas amodò: quia tempus eſt: tunc dixit Ieſus, ò mater dimitte ipſum dicere: quia inciuile eſt, niſi tota lege perſpecta aliquid iudicare,vel reſpondere,vt ff.de leg.l inciuile. Dixit tunc dæmon, Homo peccauit contra bonitatem infinitam, & non curo qua culpa peccauerit,an ſua,vel aliena: quia poſito millies,qđ ego ipſum induxerim ad peccandum,ſcriptum eſt in lege, ꝙ agens & conſentiens pari pęna puniū tur,vt extrà,de ſent.excom.c.nuper.cum ſe.& ibi tex.iuncto c.vt clericorum.circa fi.extrà,de uit.& hon.cle.& in §. ope.Inſt.de ob.quæ ex deli. facit etiam decretalis, mulieris.in fi.extrà,de ſen.excom.& ibi no.in glo.iuncta decre. quantæ.& ibi tex.no.in eo.titu. cum ibi alle.in gl. Facit 11. q.3.c.quoniam multos.Facit.l. is qui opem. ff. de fur.iuncta.l.verum.& eſt glo.multum no.in l.iubemus nulli poſthac.2.§.ſanè.circa fi.C.de ſacroſ.ecc.iuncta.l. ſi quemquā. eo.tit.Facit.l.adigere.in prin.ff.de iur.pat. iuncta.l.liberorum.in fi.ff.de his qui no.infa.concor.tex.ad literam in c. 1.extrà de offi.dele.cum infinitis ſim.Vnde amodò ſufficit mihi, qđ homo peccauit: pœna.n.debet ſecundum iura correſpondere culpę: quare peto,ad hoc.vt ſeruetur æqualitas: quòd ſicut ego per peccatum ſum damnatus: ſic homo,qui peccauit,ſimiſ condemnetur.Commiſit.n.homo crimē læſæ maieſ. vñ ipſe cum hæredib. ſuis eſt meritò dānandus.Scriptum eſt.n.ꝙ filij pr̄no debēt perire ſupplicio, in quib.hęreditarij criminis exempla metuuntur,vt l.quiſ quis.circa prin.C.ad le.Iul.maieſt.extrà.de ho.ca. ſicut dignū. cum ſi.Aduocata reſpondit,Audi fili mi,qui ſemper ſis benedictus ſuper omnem creaturam,in cuius nomine flectitur omne genu cęleſtium,terreſtrium, & infernorū: dicit iſte verſutus, qđ homo peccauit contra bonitatem infinitam,ergo eſt puniendus in infinitum.Ad qđ reſpondeo,& dico,qđ vos,fili mi, eſtis Deus, & homo, & eſtis bonitas infinita, ergo homo peccauit ꝺ̄ vos, ergo vobis eſt iniuria illata,q̄ remittere poteſtis,vt ſ̄.dicetur:quia aut vult dicere iſte verſutus, qđ homo ex leuitate proceſſit ad peccandum,& tunc non eſt condemnandus. Aut proceſſit ex inſania,& tunc ſibi eſt miſerendum. Aut ex iniuria, & tunc eſt ſibi iniuria remittenda. textus ęſt multum no. in l.1.C.ſi quis Imper.ma. Sic ergo concludetur ipſum nō debere puniri,nec condemnari. Reſpon.dęmon: ego bene dixi.ſ̄.ꝙ durum mihi erat habere matrem iudicis aduocatam ꝺ̄ me,vt C.de aſſeſ.& dome.l.domeſticus.& dixi Reginæ cœlorum.Vos malè facitis, quia nō vultis ꝙ homo puniatur de peccato commiſſo,ꝙ eſt ꝺ̄.l. ſancimus. C. de pæ.& 14.q.4.c.ſi quis.Tunc dixit Ieſus dæmoni, Sile amodò, quia bene ſcis ꝙ in cruce pependi pro redemptione generis humani, quod ſemel propter peccatum damnatum fuerat.Vnde non eſſet iuſtum, qđ de eodem peccato bis ꝺ̄ genus humanum ſententiā proferamus. arg. ff. nau. cau.ſtab.l.licet gratis.§.fi.in fi.vbi dr̄,qđ non debet ſępe de

delicto

delicto eiusdem hominis quæri. Expectãdum est ergo vsque ad diem iudicij: quia tunc malos malè perdam, bonos autem faciam in cęlesti gaudio triumphare. Dixit dæmõ, Domine Iesu Christe Rex glorię, noli sic interloqui, qa tu bene scis, q̃ homo peccauit infinitè, vnde ad olim, & ad hodie extenditur pœna sua; est ergo hodie puniendus: quia lex hodie loquitur. l. Arriani. C. de hær. & in oĩb. auth. quæ incipiunt, sed hodie, &c. Rñdit aduocata, Tu falsè concludis, & scis, q̃ non probat hoc esse q̃ ab hoc cõtingit abesse. l. nõ nudis, & l. nõ epistolis. & l. neq; natales. C. de proba. scis enim qđ si qua culpa in homine fuit, qđ non credo, fuit per gratiam abolita, & per misericordiam cancellata; ergo cum nullatenus est in culpa, non est aliqualiter puniendus: non. n. credas q̃ precib. tuæ calamitatis facias iudicem lachrymari: hoc. n. esse non dẽt, vt l. obseruandum. §. sed & in cognoscendo. ff. de offi. præsi. & ibi tex. facit. l. quisquis. C. de postu. vnde est bonum obuiare malitijs tuis, & te perturbare peruersum: quia si sic nõ fieret, nihil aliud esset quàm fauorem impietati pro virib. impartiri, q̃ esse non debet, vt in Decretis. 24. q. 3. c. qui p̃t obuiare. cum si. Tunc dixit dæmon ad Iesum. Domine, peto iustitiam exhiberi, aliter non est aliquo iudicio pręmunita persona tua, si in te deficit iustitia: quia deficiente iustitia, non es iudex, vt in Decretis. 23, q. 2. c. iniustum est. Re
12 spondit aduocata, Adhuc loqueris maledicte? † scis. n. qđ Deus creauit hominem ad imaginẽ, & similitudinẽ suã. vt C. de pæ. l. si quis in metallu m. & ipsum hominẽ voluit esse hẽdem vitę æternæ, quam olim promisit Abrahæ, & semini eius. Igitur humanum genus non dẽt esse tuũ, sed dẽt cęlestis gl̃ę gaudio collocari. Respondit demon, Tu scis aduocata, qđ Deus creauit hominem, sed vnum scio q̃ ipsum creauit cum sapientia: si ergo sapientiam hẽbat, & ipse in sua sapientia peccauit, ergo scienter, & dolosè peccauit, & sic dolus suus sibi patrocinari nõ dẽt, vt extrà de dolo. c. ex literis. circa fin. cum si. ergo venit puniendus, & sic pronunciari peto. Respondit aduocata. Sile amodò fili iniquitatis, nonne dixit tibi, qđ homo propter fragilitatem mulieris inductus fuit ad peccandum? Certè sic, vñ
13 homo non venit puniendus; sed tu diabole maledicte; † Quia q̃ occasionẽ damni dat, damnũ dedisse vr̃, vt s̃. dixi in l. qui occidit. ff. ad l. Aqui. cum si. non. n. est amodò super hoc insistendum amplius: quia satis disputatũ est, & multa dixi, quæ recapilogare non erat necesse, & multis vti iuris articulis nõ est idẽ dicere, sed se est ipsis loquacib. adaptare, vt est tex. in l. in cuius. §. cũ quis. ff. de le. 2. imò q̃ plus est, effuso sermone loqui, vt l. fi. in fi. C. de do. promis. modo. n. cognoui omnia contraria tua, sicut etiam primitus cognoscebam. Nam cognito vno contrariorũ, cognoscit̃ & reliquũ, vt Insti. de his qui sunt sui, vel alie. iu. in prin. ff. de ver. ob. l. vbi aũt non apparet. & 32. q. 1. c. cũ renunciat̃. Peto ergo fili mi chariſſime, Rex gloriæ, & mũdi saluator, vt in fauorẽ generis humani sñiam proferatis, ipsumq́ue genus humanum ab impetitione procuratoris nequitiæ infernalis, aliàs penitus absoluẽdo. Iesus aũt iustus iudex prękepit Angelo Gabrieli, vt tuba aurea citaret beatã Virginem Mariam aduocatã humani generis ex vna parte, & procuratorem nequitiæ infernalis ex alia, ad sñiam audiẽdam die paschatis resurrectionis Iesu Christi, & ita factũ est per Angelũ Gabrielem. Iesus aũt aduenientę die sentẽtiã p̃ tribunali protulit hoc modo. In æterni noĩe amen. Nos Iesus mundi saluator, visa citatione s̃ genus humanũ, visa etiã charta à procuratore producta, & allegata p̃ procuratorẽ nequitię ifernalis, visis ẽt allegationib. factis per Mariã Virginẽ aduocatam humani generis, visis positionib. rñsionib. & exceptiõib. & replicatiõib. ẽt iurib. ambarũ partium: & his oĩb. visis consideratis, q̃ in p̃dictis, & circa prædicta videnda, & consideranda fuerunt, sedentes pro tribunali ad nostrum solitum banchum iuris positũ super thronos angelorũm in cęlesti palatio nr̃o, vbi residentiam facimus personalem, humanum genus hac mera diffinitiua absoluimus, & ab impetitione procuratoris nequitię infernalis reddimus absolutum, cum hoc consonet sanctissimis scripturis, & iuridicæ veritati, quã in hoc sequi volumus. Ipsumq́ue procuratorem nequitiæ infernalis, ex nunc præcipimus ad damnationem inferni perpetuam penitus ambulare, vbi est fletus, & stridor dentium infinitus: Recessitq́ue diabolus scissis vestib. & dolore p̃territus ad infernos maledictus. Lata, data, in his scriptis pronunciata, & promulgata fuit s̃. scripta sententia in omnib. & per omnia prout superius continetur, & scriptum est per s̃. dictum dñm nostrum Iesum Christum pro tribunali sedentem in s̃. dicto loco, pñtib. s̃. scriptis partib. lecta, & vulgarizata per me Ioan. Euangelistam notarium do. nõstri Iesu Christi, & dictę curiæ scribam publicum; præsentib. Ioann. Baptista, Franc. & Dominico confessorib. Petro, & Paulo principib. apostolorum, & Michaele Archãgelo, & multis alijs sanctis in multitudine copiosa. Testibus ad hæc vocatis, & habitis, & rogatis. Anno Domini Mcccxj. ind. 2. die vj. mensis Aprilis. Tunc Angeli videntes hæc, & chorus cœlestis, cœperunt alloqui Virginem gloriosam dicentes, Salue regina mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra.

Explicit processus, & tractatus quæst. ventilatæ coram Domino nostro Iesu Christo, inter Virginem Mariam aduocatam humani generis ex vna parte, & diabolum contra genus humanum ex alia parte compositus, & compilatus per eximium legum doc. do. Bar. à Saxoferrato. ciuem Perusin. cuius anima requiscat in pace. Amen.

TRACTATVS

BANNITORVM.

1 *Bannitus non æquiparatur damnato vltimo supplicio, nec efficitur seruus pœnæ.*
2 *Sententia, quæ suspenditur per aliquam conditionem, etiam tacitam, non inducit capitis diminutionem.*
Damnatus ad mortem in præsentia, statim efficitur seruus pœnæ.
3 *Bannitus non æquiparatur deportato.*
4 *Præses prouinciæ, & magistratus municipales non possunt deportare.*
5 *Bannitus non efficitur infamis.*
6 *Bannitus non æquiparatur relegato.*
7 *Bannitus non æquiparatur excommunicato, & de vno ad alium licitè non arguitur.*
8 *Bannitus, qui ex forma statuti impunè occidi potest, æquiparatur transfugæ.*
Et transfuga dicitur. Item dicitur hostis suæ ciuitatis.
9 *Subditus rebellans domino, vel potestati: dicitur hostis.*
10 *Bannitus perdit tantummodo iura ciuitatis, à qua exbannitus est in eius fauorem facientia, non autem ius gentium, nec ciuile.*
11 *Opi. Ia. de Are. vt plurimum videtur de mente iuris.*
12 *Bannitus testamentum facere potest secundum ius commune, non secundum iura suæ ciuitatis.*
13 *Bannitus non potest hæres instituì in testamento condito secundum iura suæ ciuitatis, sed secundum ius commune sic.*
14 *Bannitus non succedit ab intestato respectu statutorum suæ ciuitatis, sed iuris communis sic.*
15 *Bannitus, qui non potest impunè occidi, licet offendens eum mitiùs puniatur, non dicitur transfuga, retinet etiam iura suæ ciuitatis, & æquiparatur vilibus personis.*
16 *Banniri quis potest iure communi.*
17 *Bannitus iure communi ea perdit, quæ in banno exprimuntur.*
18 *Bannitus de iure communi non habetur pro confesso, sicut bannitus ex forma statutorum.*
19 *Iudex non potest ponere quem in banno, quòd termino elapso possit impunè occidi.*

a 1 PRimò videamus, [a] vtrum † bannitus æquiparetur damnato vltimo supplicio, vel ad bestias, & sic efficiatur seruus pœnæ. Quod videtur: quia damnatus ad mortem etiam hodie seruus efficitur, vt no. C. de do. inter virum & vxo. authen. sed hodie & ff. de pę. l. qui vltimo. sed talis erat bannitus, & damnatus ad mortem, vt probatur: ergo &c. Contrarium dicas, q̃ non efficitur seruus pęnę. Nam sententia quæ suspendit̃ per aliquam conditionem tacitam, vel expressam non inducit capitis diminutionem, vt ff. de iniust. test. l. si quis filio exhæredato. §. eius qui deportatur. & de legat. 3. l. 1. §. hi quib.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Primò videamus. Iste tracta. est Bar. & de ipso meminit idem Barto. in extraua. qui sint rebelles. in versi. rebellando. in versi. Reges verò, & ciuitates. vbi remittit se ad ea, quæ dicit in tract. de bann. nostri temporis. & istum pro trac. Bar. all. Ias. in l. 1. col. pen. versic. extrà glo. quærunt doct. hic. C. de hæredib. insti. tamen iste tractatus est insertus de verbo ad verbum per eundem Barto. in disp. sua incip. Lucanæ ciuitatis statuto. in versi. saluatoris nostri. ibi, Primò igitur videamus, vsque ibi, ad argumenta, & orationes in contrarium factas. & ponas hic additiones, quas ibi scripsi.

BIU Cujas

quib.de pę.l.1.§.1.Sed iſte eſt ꝯdemnatus ad mortẽ ſub iſta ꝯdictione,ſi in fortiam peruenerit, ergo, &c. ¶Prætereà, nullus ſuperuiuens hodie efficitur ſeruus pœnæ ex ſententia,vt d.l.1.de pęn.& d.auth.ſed hodie. dic vt ibi no. hic ergo bannitus , & condemnatus in abſentia ſuperuiuit,ergo, &c. Dices tu , expreſſa condõ,quę tacitè ineſt,habet ſuſpendere conditionem. aliàs , diſpoſitionem. l. hæc verba,cum ſi.de le.1.¶Secundò,quia illa lex loquitur quo ad trãſmiſſionem ad hęredes,ſed quo ad obligationis effectum nulla dr̃ia eſt inter expreſſam,& tacitam,vt l.item
2 quia.ff.de pac.fateor † tñ ꝙ ſi eſſet in præſentia,& eſſet dãnatus ad mortẽ,ſtatim ẽt hodie efficeretur ſeruus pœnę , vt dictis iur.nec valeret eius teſtam.ff.de teſt.l.eius qui.& ibi not.& melius. per Dy.quia ibi gl. in aliquo non bene
3 dicit. ¶Tertiò videamus vtrum† æquiparetur deportato. gl.quæ eſt Inſt.quib.mo.ius pa.po.ſo.dicit. ꝙ ſi bãniti bona publicentur de iure,vel de conſuetudine, æquiparetur deportato,& idem dicit gloſ.in c.hic finitur lex. Contrarium credo,videlicet ꝙ non æquiparetur deportato , qđ
4 ſic probo; Præſes prouinciæ , & † magiſtratus municipales non poſſunt deportare, vt ff.de le.3.l.1. §. deportatos. de iniu.teſt.l.ſi quis.§.eius qui.& de of.præ.l.illicitas.§.veritas. Si ergo non poſſint ipſi, multò minus poterit Ptãs vnius ciuitatis , cum ex banniti ab eis non æquiparentur deportatis. Prętereà, ſententia deportationis non fertur in abſentes.ff.de pęn.l.abſentem.ſed bannum fertur in abſentem,ergo non ęquiparatur deportato. Prętereà deportatus perdit iura ciuilia Romanorum.ff.de pę.l.quidã.Sed ſi diceremus talem bannitum æquiparari deportato, talis bannitus perderet Ro.ciuita.& iura ciuium Romanorũ . ¶Secundò vnus iudex extenderet iuriſdictionem ſuam,ꝯ l.inter pœnas.in prin.& l.relegatorũ.in prin.& in §.ad tempus.ff.de interdi.& relega. Prætereà fama eius, qui deportatur,diminuitur:quia efficitur infamis. imo eius fama in totum tollitur,vt ff.de varijs,& ext.cog.ſ.cognitionũ.§.fi.
5 Sed exbannitus † nõ efficitur infamis : quia edictum.poſitum in abſentem de maleficio non infamat,niſi de facto, vt de req.re.l.fi. Nam expreſsè dr̃ bannitus ꝯdẽnatus extra ordinem, vt in glo. de modo mulcta. l. 1. Facit ꝙ dr̃ in l.3.§.prætereà.& ibi not.per Dy.de ſuſpectis tutorib. ergo patet ꝙ non æquiparet deportato. Prætereà non reperitur lege cautum, ꝙ deportatus poſſit impunè occidi, ſed bannitus poteſt impunè occidi ex forma ſtatutorum, ergo non æquiparatur deportato. Prętereà bannitus eſt tanquam ab ipſo principio contumax, & extra obedientiam cõmunis,ſed deportatus eſt obediens, & ſic, ſi poſt deportationem inobediens ſit,capite punitur.de pę.l.relegati,& l.capitalium.§.in exulib.ergo,&c.Prætereà,deportatum nemo poteſt reſtituere,niſi Princeps , vel ſenatus. de pęn.l.relegati.in fi.de poſtu.l.1.§.de qua autem reſtõne. ſed exbanniti tota die reſtituuntur per cõia, & eorum rectores:ergo nõ ęquiparantur deportato.In iſta ſnĩa eſt la. de Are.& no.Cyn.C.de hę.inſt.l.1.Et ita determinatũ fuit Bonon. in pub. diſpu. per do. Fed. & *communiter* tenent Moder. ¶Tertiò videamus,†vtrum ęquiparantur relega-
6 tis. Glo. quę eſt in d.§.relegati. dicit ꝙ quando bannitus non amittit bona,ꝙ tunc ęquiparatur relegato.Idem ſentit glo.ff.ex quib.cau.in poſ.eat.l.ad cognitionem. in fin. vlt.glo.Contrarium credo verum.nam aliquis eſt exbannitus per ſolam contumaciam nulla de delicto præcedente cognitione ſecundum ſtatuta,& conſuetudines Italię; ſed ſententia relegationis licet in abſentem poſſet ferri , tamen debet cognoſci de crimine, dr̃ quod debet ferri in abſentes more priuatorum,iudiciorum,ſed conſtat, ꝙ in cauſis priuatorum non fertur in abſentes ſententia , niſi cognitio de cã præcedat, vt C.de iu.l.properandum.§.ſin autem reus.& C.qũo,& qñ iu.in auth.qui ſemel.Pro hoc facit in auth.de inceſt.nup.§.1.& ꝙ ibi no.in prin.magnæ glo.quę inci.Ex hoc patet,ꝙ bannitus non æquiparatur relegato . ¶ Primò relegatus eſt infamis, vt ff.de var. & extraor.cognit.l.cognitionum §.minuitur. ſaltẽ interim,cũ eſt in relegatione,vt l.quid ergo.§.pœna grauior de his qui not.infa.ſed bannitus non eſt infamis,vt ſ̃.dictum eſt.Prętereà relegato non põt dari licentia reuertendi,niſi à principe.l.relegati.ff.de pę.in fi. ſed exbanniti reſtituuntur à ci-
7 uitate:ergo,&c. ¶†Quartò eſt vidẽdum, vtrùm bannitus ęquiparetur excõicato in omnibus ita ꝙ de vno ad alium arguatur. Nam iſti exbanniti ſtatim elapſo banno habent pro confeſſis de maleficio , nec poſſunt innocẽtiã purgare , ſecundum ſtatuta,& conſuetudines Italię,ſed excommunicati ſtatim præſtita ſatiſdatione de parendo mandatis iudicis abſoluuntur,vt ex̃,ꝙ met.cau.c.1. & de ſen. excom.c.nuper.& c.ſacro.in fi.Ex effectu ergo patet, ꝙ non procedit ęquiparatio.Prętereà. excommunicatus à ſacramentis , & comunione fidelium excluditur. extrà , de ſent.excõ.c.1.& c. pe. Certum eſt aũt bannitũ prædicta nõ perdere : igitur,&c.Prætereà ſententia excõicationis à iudice ſuo lata,valet apud omnes.d.c.pe. ſed exbanniri non facit quem haberi pro exbannito, niſi in illa ciuitate , vbi eſt exbannitus : ergo,&c.Prætereà,nõ reperitur quod excommunicatus poſſit impunè occidi,ergo, &c.hoc intellige,niſi excommunicatus eſſet incorrigibilis,vt 23.q.5.c. excommunicatorum.& ibi no. & ſic vr̃ bona argumenta-
8 tio de vno ad alium ſimpliciter. Quid dicemus ? Dico † talem bannitum ex forma ſtatuti impunè occidi poſſe,& recte,& propriè dicit transfugam ciuitatis ſuæ. ¶Item propriè poteſt dici hoſtis ciuitatis ſuæ. hoc probo tam ex modo conſtituendi,quàm ex modo conſtituti. Ex modo conſtituendi patet,ſicut ille dr̃ transfuga , qui ab alijs , qui ſub imperio ſunt de cauſa deſiſtit,in hoſtium numero [ſe cõferendo,&] aliorum exbannitorum, & hoſtium ciuitatis ſuæ. ergo propriè poteſt dici transfuga ciuitatis ſuæ. ¶Itẽ hoc probatur ex effectu conſtituti.Nam licitum eſt transfugam impunè occidere.¶Item exbannitus ſimpliciter redeundo ad ciuitatem ſuam non recuperat eam . Sed poterit inſtare: hoſtes ſunt, quibus populus Roma. bella indixit,vel ipſi populo. ff. de capt. l. hoſtes. ſed exbanniti non ſunt huiuſmodi : ergo , &c. ſi non contulerunt ſe in numerum hoſtium, & ſic non poteſt dici transfuga.¶Secundò hoſtes inter quos habent locum inra captiuitatis, ſunt hi , de quibus loquitur d. l.hoſtes. ſed alio modo loquendo videtur , quòd ciuitas poſſit habere hoſtes ſuos ſi ipſis bellum indixerit,vt ff.de cap.l.ſi quis ingenuam. §.fi. & no.in d.l.hoſtes. in 1. glo. ſed talibus exbannitis indixit ciuitas bellum,permittendo,ꝙ poſſunt occidi, & ſtatuendo officiales ad eos capiendos,ergo ſunt hoſtes ciuitatis.
9 ¶Item quando ſubditus ſe rebellat † domino, vel poteſtati,dicitur hoſtis , vt C.de his qui ad ecc.confu. l. ſeruus.in fi.glo.Pro hoc facit ꝙ no. Cyn. C. de iniu.l.ſi non conuitij.in prin.& exbannitus poteſt dici transfuga ſuæ ciuitatis : Itaque poſſunt dici hoſtes. Nam illi , quos ſenatus ẽt iudicat hoſtes,ſunt hoſtes populi Romani.d.l.amiſſione. ver.ſed & hi.cum gl.ſua,ita illi ſubditi, quos commune iudicat ſuos hoſtes ſunt hoſtes ſuæ ciuit. ſed exbanniendo eos iudicat ſuos hoſtes : ergo,&c.& poſſunt dici transfu-
10 gę,& hoſtes ſuæ ciuitatis.¶ † Reſtat videre,quid bannitus amittit pro tali banno.Ad ꝙ vos debetis ſcire,quod tranſfugę,& hoſtes populi Romani vltrà alias ciuitates perdũt ciuitatem Rom.& omnia iura gentium , vt d.l.amiſſione. & l.quidam ſunt.ff.de pœ.Hoc verum, quod perdunt iura ciuitatis Rom. inquantum reſpicit commodum ſuum, ſed prout reſpicit incommodum , iura ciuitatis Rom. remanent apud eos,ſecundum vnam ſolu. in l.poſtliminiũ. §.filius.de capti.& probatur hic. Et patet : quia promitten do vobis,obligat ſe ciuiliter,vt no.ff de cap. l. tutelas.§.fi. Hoc etiam patet : quia lex ciuitatis Romanæ, quę permit tit eos occidi,eos ligat,vt C.de ſic.l.3.in fi. Sic itaque dico de tali bannito.Nam cum ipſe propriè ſit transfuga,& hoſtis populi ciuitatis,vbi eſt exbannitus. vt l. probaui,dico ꝙ exbannitus perdit illam ciuitatem,& omnia iura,& priuilegia illius ciuitatis.Iura autem gentium, item iura cõmunia ciuitatis Rom. ſunt imperij Romani . Ideo non perdit ea . Nam non eſt transfuga Romani imperij , ſed illius ciuitatis tantum,vbi eſt exbannitus , & ſic idem de parte quo ad partem,ꝙ eſt de toto quò ad totum.Prętereà hoc eſt verum,quia ſi aliquis eſt transfuga vel reprobatus ab aliquo collegiò,iura & priuilegia illius collegij perderet,remanet tamen in diſpoſitione iuris communis , vt ff. de excu.tuto.l.ſed & reprobari.& C. de epiſ.& cle.auth.generaliter.& C.de quæſtionib.l. milites. de tab.l.2.lib.10.Ita ergo cum ipſe bannitus ſit remotus ex delicto ab vniuerſitate perdet iura , & priuilegia tãtum ipſius vniuerſitatis. pro hoc facit.C.ſi de curia. vel cohor. l. 1. in fi.libr.10.Ad
11 iſtam † opi. induco teſtem Iac. de Are. cuius opi. videtur eſſe de mente iuris,vt plurimum,qui hoc tenet, vt ff.ad S. C.Treb.l.ex facto. & inter cætera his verbis vtitur . Quod de bannitis noſtri temporis dũt quidam idem,quod in deportato,arg.ĩ.de bon.dam.l.1.ſed cõtrarium videtur , quia ſententia deportationis etiam à præſidibus dari non poteſt,vt ff.de pę.le.2.de leg.3.l.1.§.deportatos. multò minus à ciuitatum rectoribus : non ergo perdit quæ ſunt iuris ciuilis Romanorum propter bannũ, ſicut relegatus : licet

ſibi

sibi bona adimantur: ꝙ interdum fit: licet regulariter nō habeat fieri, vt ff. de interd. & releg. l. relegatorum. §. 1. C. de postu. l. nemo, & argum. ff. de pœn. l. interpretatione. Ea autem, quæ sunt propria ciuitatis, à qua est exbannitus, amisisse credo: quia quantum ad illam peregrinus est, vt C. de hæred. institu. l. 1. & de in ius vocand. l. sed si hac. §. sed si per pœnam. Ista sunt sua verba, per quæ, vt patet, posuit suam voluntatem ponendo: non argumentum inducendo. Patet ergo, quòd iura suæ ciuitatis perdit, seu à qua est exbannitus, sed iura communia retinet, vt dictum est.

12 ¶ Quæro, nunquid † bannitus possit facere testamentum. Dy. in d. l. eius qui. §. fin. de testa. dicit quòd si ei auferuntur bona, quod æquiparatur deportato, secundum glo. in d. §. deportatos. & non potest facere testamētum. Idem tenet Spe. in titu. de instru. edi. §. compendiosè. ver. quid de bannitis. Alij communiter contrà: quia negant ipsum æquiparari deportato, vt dixi s. cum distinctione tamen. Aut fecit testamentum secundum ius commune, & potest. Aut secundū ius ciuitatis suæ, & non potest, vt puta; quia erat in ciuitate statutum, ꝙ testamentum possit fieri cum minori numero septem testium. ¶ Sed nunquid poterit hæres instituí? quidam ꝙ non, quia equiparatur deportato,

13 vt plenè per Cy. in l. 1. C. de hære. insti. Tu autem † distingue, aut instituitur in testamento facto secundum ius proprium illius ciuitatis, & tunc non potest institui: quia il-

14 lius iuris non est capax, vt patet ex prædictis. ¶ † Item posset quæri, an bannitus succedat ab intestato? vī dicendū, aut loqueris de successione ab intestato de iure statuti, vt si per statutum dī, ꝙ agnatus præferatur mulieri proximiori in gradu, tunc nō succedit: qa ipsius iuris oīno est incapax, vt patet ex prædictis, qđ tene menti; quia multæ aliæ qōnes poterunt fieri si bene inspiciatur. Prædicta verò credo in omni bannito, qui fm. formam statutorum impunè potest occidi. nam ille propriè est transfuga, & hostis ciuitatis, & ei ciuitas potest indicere bellum, vt s. probaui.

15 ¶ Sed quæro, † quid de bannito, qui non impunè occidi potest, sed offendens, vel qui occidit minori pœna punit? Respondeo, qđ talis bannitus non est propriè transfuga, nec hostis ciuitatis, vt l. amissione. & l. capitis. de capi. dim. vbi requiruntur duo copulatiuè, s. quod desistat ab his, sub quorum imperio, & obedientia eorum quibus subest: sed non facit secundum: quia non se contulit in hostium numero, quod patet: quia ciuitas nō habet eum pro hoste, cum puniat offendentes eum, licet minori pœna. æquiparatur autem talis exbannitus personis vilibus, quibus qui iniuriatur, minus punitur, vt Instit. de iniu. §. atrox. & §. pœna. & ff. de iniu. l. fi. retinet ergo iura communia, & iura suæ ciuitatis, & solum perdit illud qđ tantum est expressū quod perdat. & si aliter diceretur, oportet te dicere omnē contumacem esse transfugam, & hostem suæ ciuitatis, qđ

16 esset iniquissimum. ¶ † Sed pone quod in statutis nihil cōtinetur de exbannito, quod esset de iure communi? Dic qđ de iure communi potest quis exbanniri: nam annotatio, quæ olim fiebat, erat quoddam bannum. Dicebatur. n. si non veniret intra terminum, qđ omnia bona sua ponātur in bonis fisci, vt ff. de requi. re. l. 1. & not. in gl. in verb. requirendus. quæ incipit. i. requisitus, non est dubium qđ iudex potest mulctare contumacem inobediētem sibi, vt ff. si quis ius. di. non ob. l. vnica. Nam illud est bannire, & mulctare contumacem inobediētem sibi, vt ff. de ven. insp. l. 1. §. qđ ergo. in gl. super verbo, mulctis. quę incipit, id est, aliquib. bannis. facit. C. de epis. & cle. auth. item nulla communitas. & qđ no. in l. 1. in vlt. glo. C. qui bo. ced. pos.

17 † Sed quid perdit talis exbannitus, de iure communi? Rñ. perdit id qđ fuit expressum in banno, puta fuit bannitus, ꝙ si non venerit intra tempus tale, solueret centum, vel perderet oīa bona in casibus, in quib. de eis loquitur. ¶ Irē, quia in banno veniunt bona, non poterit interim sibi sol

18 ui, vt l. fi. de requi. rer. ¶ Item, si tale crimen erit qđ † infamat, interim erit infamis de facto. C. de requiren. re. l. fi. Est autem differētia inter istos, & bannitos nostri temporis: quia habentur pro confessis ex forma statuti, nec post bannum audiuntur ad aliquam excusationem: secus in bannitis de iure communi, qui non hñtur pro confessis, vt ff. de cust. re. l. diuus. versi. sic & diuus Pius. & dic vt ibi not. p

19 Dy. ¶ † Item quid, si iudex apponit in banno, ꝙ elapso termino possit impunè occidi, an valeat? Dic quòd non, nisi sit permissum per statutum, cum bannum sit quædam mulcta, vt dictum est, semper debet esse pecuniaria, vt ff. de verborum significat. l. aliud. §. inter mulctam, & etiam mulcta, quæ à maioribus iudicibus infertur, non potest vltra tantam summam ascendere, vt C. de modo mulct. l. eos qui. Iste autem iudex pro mulcta imponeret pœnam corpalem: ergo, &c. Ex prædictis patet quod exbanniti secundum formam iuris non sunt transfugæ, nec hostes: quia non possunt impunè offendi, & sic retinent iura ciuitatis Romanæ. Item iura ciuitatis suę. Et hæc de materia bannitorum dixisse sufficiat, quę licet vera mihi Bartol. videantur: scribo tamen, vt alijs materiam inuestigandi tribuam, & vt materia quotidiana benè minus intellecta, lucem veritatis assumat, &c.

TRACTATVS

EXBANNITORVM.

a PRimò quæro, [a]an exbānitus possit agere cōtra aliquem suum debitorem, vel suæ rei detentorē? Et videtur, ꝙ sic. Nam & relegatus bona sua retinet, vt ff. de interd. & releg. l. 1. & ff. de bon. eo. qui mor. sibi consci. l. 2. in fine. ergo videtur quod agere possit. Facit ad hoc. ff. de bon. pos. l. edicto. §. rei autem capitalis. Et hoc verū, nisi bona simpliciter fuerint adempta. Facit ad hoc. C. si pend. appe. mors interue. l. 2. Sed contrarium puto, ad instar excommunicati, qui agere non potest, vt in decret. de offic. iudic. ordina. c. 2. & extrà, de iudic. c. intelleximus. Nec videtur de iure ciuili agere posse ad similitudinem eius, cui aqua, & igni interdictum est. Si. n. diceremus, ꝙ agere posset, iam pœna exbannitionis esset eius præmiū: quod lex non vult, vt ff. solu. mat. l. ab hostibus. in princip. & l. siue hęreditaria ff. de neg. gest. Sed etiam statuta terrarum dicunt, ꝙ non fiat ei ius, qui alijs non vult fieri rationem, & potest induci in arg. illud no. ad hoc. Quod quis facit, semper expectet, vnde si non faciat alteri ius, nec sibi fieri expectet, nec debet. arg. C. de epis. aud. l. nemo. & id quod dicitur. C. de pac. l. cum proponas, & nil Iudæus Iudæo, &c. vt C. de Iud. l. nemo. & quod not. in authen. vt cū de appel. cogno. §. causas. & in authen. vt exactione instante dotis. §. illud quoque. & illud, Patere legem, quam tu ipse tuleris. Item: quia propter contumaciam inobedientis fit exbannimentum, siue annotatio, vnde non debet ei prodesse, vt ff. de doli exceptio. l. apud Celsum. §. illa etiā. & C. de transac. l. transactionem. & in decret. de donatio. inter virum, & vxorem. Sicut. n. excōicatio reijcit quem à communione fidelium, in decre. de proc. c. fi. sic exbannimentum à communione ciuium. Et potest hoc videri de eo qui deuiat à fide, qui hæreticus dī, vnde hominum dēt carere suffragijs, vt C. de apostat. l. 3. nihil. n. debet esse cōe exbannito cum ceteris hominibus eximioribus, vel legibus, vt dī in hæretico, vt C. de hęret. l. Manichæos. ¶ Item quæro, an actiones suas bannitus alteri cedere, & mandare possit? & si cessit, an ille, cui cessit possit illas intētare? Et certè vī qđ non: quia iura faciunt transitum cum sua cā. & cum suis vitijs, vt ff. de acqui. pos. l. Pomponius. §. 1. & de excep. doli. l. apud Celsum. §. idem tractat. in pluribus alijs. §. illius legis: nam traditio nihil aliud trāsfert, quàm quod fuerit apud eum, qui tradidit. ff. de acquir. rer. domi. l. traditio quia vī quod iste qui habet iura cessa ab exbannito, agere non possit, sicut nec exbannitus poterat, vt dixi s. in 2. quæstio. Nam si agere posset, eueniret illud quod fieret alia via. contra le. qđ nec hoc licet. ff. de tutorib. & curat. datis ab his. l. scire oportet. §. 1. & l. voluntas. C. de fideicommissa. liberta. l. oratio. ff. de sponsa. & totum illud brochardicum, quod facere, &c. vt ff. de postu. l. quos prohibet. & C. de vsur. l. eos. in fin. Sed certè tamen hoc videt distinguendum: aut ille qui habet ius cessum, habet ex lucratiua causa: & tunc obstat illa exceptio, quæ obstaret cedenti. vt ff. de doli exceptio. l. apud Celsum. §. de authoris. Si verò non habet ex causa lucratiua, tunc non obstat illa exceptio, vt eadem l. §. sed si cum legitima. & d. §. de authoris. Nec mirum: quia, quod apud me est inutile, alij cedendo, apud eum cui cedo est vtile, vt dī, & colligitur apertè. ff. manda. l. Papinianus, quod aūt dicitur de exbannito, quod actiones suas cedere possit, intellige ī eo casu, quando

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Primo quæro. Istum tractatum inueni in 13. volu. consi. diuersorum doc. & in 14. vol. consilio. Et adde, quòd de isto tracta. facit mentionem Bar. in extraua. qui sint rebel. in verb. rebellando. in versi. quid si aliquis. & vide Bar. s. in proximo tracta. ibi vide meam apostil.

BIU Cujas

quando propter exbannimentum eis bona non ſunt adꝺ̃pta,vt ſ̃.dixi. vnde ſi bona retinet:ergo & actionem. ff. de ver.ſig.l.bonorũ. Et quando eſt exbannitus per ſententiã occaſione alicuius criminis,cuius bona auferũtur,& ceſſio prohibetur, vel etiam ſi non ante ſenrentiam in caſib. de quo dic,vt no.ff.de dona. l.poſt contractum. ¶ Tertio quæro,an exbannitus per procuratorem agere poſſit? Et videtur quod ſic: quia quod per me non poſſum, per aliũ poſſum arg.ff.de in ius voc.l.quæſitũ. ff. de priuilegijs creditorũ.l.1.§.ſi quis.& ff.de tranſa.l.& poſt.§.fi.& melius in l.Ariſto.qui potio. in pig. hab. in fi. Sed contrarium puto: licet enim poſſit procuratorem relinquere,vt ff.de minoribus. l. Papinianus exuli. non tamen puto ipſum procuratorem agere poſſe: quia ipſe idem exbannitus agere videtur arg.ff.de adminiſt.tut. l.ita autem. §. geſſiſſe. item fraus fieret legi de perſona ad perſonam: quod eſſe non debet,vt no. ff. de legibus.l.contra legem. & ff.ad Maced. l.ſed & Iulianus. ¶ Quartò quæro,quid ſi exbannitus cõueniatur, an poſſit ſe defendere, & in iudicio adeſſe? Et videtur quòd non, quia in exceptionibus, & defenſionibus quis eſt actor,vt ff.de teſtib. l. 1. & C. de exceptio. l.ſi quidem.& ff.de probatiõnibus.l.quoties. §.qui dolo. Sed certum eſt exbannitum non poſſe agere,vt dixi. ſ̃. in 1.q̃ſtio.ergo nec ſe tueri,per rationem prædictam. Sed certè contrarium puto, nec eſt eadem ratio. Non enim poteſt agere,ergo nec excipere:quia multa conſequuntur aliqui magis excipiendo, quam agendo conſequi non poſſunt, vt arg.C.etiam ob chirogra.pecu.l.j.& ff. de pigno. l. 1. in prin. & ff.ad lcgem Falc.l.1.§.id quod. Et ad idem optimum ſimile in minore, qui non poteſt agere communi diuidundo: tamen ſi conuenitur, poteſt ſe defendere: & prædiorum fit diuiſio.C.de prædi. minor. l.inter omnes. Et hoc ideo: quia iudicium redditur in inuitum.ff.de ver. obl.l.inter ſtipulantem.§. 1. Pro hac opinione videtur caſus in auth.credentes.C.de hæreticis. Sed tutius puto dicendum,vt ſi conueniatur,per procuratorem ſe defendat, ad exemplum excommunicati,cui bannitum ſ̃.æquiparauimus,vt in decreta.de iudi.c.3.Et multa alia dici, & notari poſſent ſuper hac materia, ſcilicet vtrũ exbannitus poſſit excipere ſi conueniatur. Et vtrum poſſit exceptiones ſuas probare. Et vtrum ſi exbannitus conueniatur,poſſit ipſe actorem reconuenire. Et dicamus quod non, vt notatur de exceptionibus cap. cum inter. quæ breuitatis cauſa omitto. ¶ Quintò quæro, vtrum exbannitus poſſit appellare? Et videtur, quod non,quia contumax non appellat.C.de iud.l.properandum.§.ſinautem reus. Sed certè dicendum eſt,quod appellare poteſt,vt dicitur manifeſtè. C.ſi pendente appellatione mors interuenerit. l.3. & dic, vt ibi notatur in d.l.properandum.§.illo.& §.ſinautẽ reus. ¶ Sextò quęro,cui æquiparetur bannitus. Quidam æquiparant eum,ei qui eſt relegatus. Et videtur quod bene: nã relegatis bona non auferuntur, vt ff.de interdictis, & relegatis.l. 1.& omnium eorum iura retinent relegati, & ẽt liberos in poteſtate, vt ff.de interdic. & releg. l. relegatorum. Alij æquiparant bannitum triplici exilio generi relegatorum:quia aut eſt certorum locorum interdictio facta,aut omnium præter certum locum, aut inſulæ vinculum, quæ relegatio appellatur, vt l.exilium. ff. de interdi. & releg. Alij æquiparant exbannitum duobus generibus relegatorum.Sunt enim quidam, qui in inſulam relegantur: & ſunt alij, quibus prouincijs ſimpliciter interdicitur.vt d.l.relegatorum.Item ſicut in inſulam,quæ ſub vna iuriſdictione non eſt, non habet ius relegandi: ſic in exbannito,vt d.l.relegatorum.§.ſicut. Et de his dic, vt plenè no.Inſti.quibus modis ius patriæ poteſta.ſolui,§.1. 2. & 3. & ibi plenè per glo. ¶ Septimò quæro,vtrum exbannitus poſſit teſtari? Dic vt l.eius, qui apud, & ibi no. ff. de teſta. ¶ Octauò quæro, vtrum exbannitus agens contra exbannitum poſſit repelli per exceptionem bannitorum ſi excipit:& an actor exbannitus poſſit replicare ꝯ reum de banno?dic vt plenè dixi in l.cum mulier.ff.ſol. matr.

TRACTATVS

a DE CITATIONE.[a]

1 *Reus citandus eſt,antequam libellus offeratur.*
1 *Præſens in iudicio non eſt citandus.*
3 *Citatio ad domum valet, quando aliter perſonaliter citari non poteſt: quia citandus eſt in prouincia, & ad eum notitia citationis peruenire poteſt.*
4 *Citari in eccleſia quis poteſt verbaliter,non autem realiter.*
5 *Citatio facta ſine cauſa à iudice competenti eſt nulla.*
6 *Procurator non debet citari ante litem conteſtatam, ſi dominus eſt præſens, poſt litem conteſtatam poteſt citari.*
7 *Nuncius non citat ſine iudicis commiſſione.*
8 *Citatio facta die feriata non tenet.*
9 *Citatio facta die feriata ad non feriatam non tenet de iure, ſed conſuetudo contrarium obſeruat.*
10 *Dies termini appoſiti in citatione computatur in termino, ita quòd vltima die termini appoſiti poterit comparere.*
11 *Citatus vt compareat intra decem dies ſi vltima eſt feriata, an teneatur comparere die ſequenti, & admitti debeat: quòd ſic.limitatiue tamen vt in duobus numeris ſequentibus.*
Clauſula apponenda in citatione, quòd ſi illa dies fuerit feriata,compareat die ſequenti.
12 *Dictio,vſque.ſtat excluſiuè.*
13 *Relatio nuncij ſi in actis appareat, licet non de commiſſione,ſatis eſt.*
14 *Nuncio referenti ſe citaſſe creditur,niſi appareat contrarium.*
15 *Iudex in ciuilibus non poteſt citare quem,vt perſonaliter compareat niſi ex magna cauſa.*
16 *Iudex delegatus non citat perſonaliter,niſi expreſsè committatur.*
17 *Citationis terminus peremptorius eße debet, ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus.*
18 *Citatus reus in termino,ſi non comparuit, & accuſata contumacia per actorem iudex poſt terminum intra duos dies pronunciat,tenet.*

1 QVia vt dicitur in auth. offeratur. C.de lit.conte. offerendus eſt libellus reo,qui ad iudicium vocatur,patet; quia citandus eſt reus † antequã poſſit libellus offerri,& non proceditur contra reum,niſi citetur tacitè,vel expreſsè,vt extra,de procur. c.cũ pro cauſa.in fin. adeò ꝙ ſine citatione proceſſus eſt nullus. C. de ſen.& interlo.l.ea,quæ de accuſ. l.4.extra de maio. & obe. c inter.Idcirco dicendum eſt de quæſtionib. circa citationem, licèt autem in primis præcedere debeat citatio, vt Inſti.de pœna teme.lit.g.§.omnium. Ante litem conteſt. non dicitur quis agere.ſed agere velle.ff. rem ratam ha.l. amplius.& vſque ad lit.conteſt. poteſt mora purgari. ff. de arbi.l.ſi cum dies.§.1.de verb.obl.l.ſi inſulam.& quia poſt lit.conteſt.non debet iudex recuſari.C.de iudi. l.apertiſſimi.nec forum declinari.ff.de iudi.l.1. & eſto quòd licet ſit in vno articulo contumax, non præſumitur in alijs contumax,& ideò citandus ad ſingulos actus iudicij, aliàs in alijs nil agitur:quia de vnoquoque negotio, &c. ff. de re iud.l.de vnoquoque.& no.Arch.extra,de accuſ. c.ad petitionem. Ex prædictis ergo inſurgit talis quæſt. Pone † ꝙ quis eſt præſens in iudicio, contra quem petit actor ius de eo fieri. Reus dicit interrogatus,domine nolo ad pręſens reſpõdere,ſed faciat me citari ſolemniter, quia volo habere dilationem ad comparendum, actor verò inſtat, quod Ille reus debeat reſpondere, ex quo præſens eſt. Quæro quid iuris? & primò videtur, quod citari debeat: quia vt dictum eſt, à citatione incipiendum eſt. d. §. omnium.& quia intereſt citati habere dilationem ad quærendum aduocatum,cuius conſilio reſpondeat.arg.ff.ex quibus cau.maio.l.ab hoſtib.in fi. Econtrà videtur,quòd omnis circuitus eſt euitandus.l.dominus teſtamento. de cõdic. indeb. Secundò qui ſcit,non debet certiorari. de act. empt.l.1.Ad idem denunciatio eſt fienda venditori, vt ff. de eui.l.ſi ideò.§. fin. Item ſi fiat euictio ſine dennnciatione ſufficit,vt no.C.de eui. l. emptor fundi. In hac q. videtur verius,ꝙ non ſit opus citatione. Offeratur ergo ei pſenti libellus,& intra terminum poterit deliberare, & iura ſua præparare,vnde iura præalleg.non obſtãt. Sic dicimus, vbi te inuenero, ibi te iudicabo. C. vbi de crimi. agi. opor. l. fin. niſi tale eſſet negotium, ad quod oportet comparere deliberatè, tunc poſſet petere tempus ad deliberandum.ff.de interrog.act. l.qui interrogatur. Et hanc quæſtionem mouet Spe. in titu. de libe. obl. §. ſequitur. 3 ver.item dicuntur. Secundò quæro, † nunquid ſufficit quem citari. ad domum? Et videtur quòd ſic. ff. de dam. infe.l.4.§.toties.ff.de lib.agn.l.1.§.1. quod vi aut clam l. aut qui aliter.§.j.& 3.in fi.C.de ann.exce.l.vt perfectius.eẍ. de dolo,& contu.c.cauſam quæ. Econtrà ꝙ non, imo ꝙ pſonaliter

ADDITIO.

a ¶ Tractatus de citatione.Iſtum pro trac.Bar.alle.Alex.in l.1.§.cura carnis, in prin. ff.de offic.præſe.vrb.in addi.Bar.& in l.1.§.nunciatio.ff.de ope.no.nũ. in addi.eiuſdem inci.in verb,an citatio teneat.& do.meus.d.Ia.in d.l. 1.§. nunciatio,in duobus locis.

BIU Cujas

naliter ſi eius prę̃ſentia haberi poteſt, ita ꝙ citatio in eius notitiam perueniat. ff. quæ ſen. ſine appe. re. l. 1. §. item cum ex edicto. aliàs non videtur citatus, nec valet quod agitur. C. de accu. l. 4. C. quomodo & quando iud. l. ea, quæ. & ſi ꝙ vim vel alio modo. l. fi. ff. de re iudi. l. de vnoquoq;. Tu dic breuiter, ꝙ ſi citandus poteſt perſonaliter reperiri, ſp perſonaliter eſt citandus, d. §. item, cum ex edicto. ita ſi in eius notitiam poteſt peruenire. Nam intelligendum eſt, ꝙ citatio ad domum valet, tunc, ſ. quando eſt abſens, vel quando per eum fit quominùs citatio ad eum poſſit peruenire: puta ianua clauſa, vt ff. qd̃ vi aut clam. l. vim. & no. in d. c. cām, quæ. & plenius in c. fi. eod. tit. qd̃ tamen intellige, quando citatus in eadē̃ prouincia inuenitur, extrà, de dolo & contu. c. cū olim. circa fi. & vide Archid. in c. 1. extrà, de for. comp. lib. 6. & hæc ſunt maximè vera, vbi in criminibus citandus eſt reus, ſm Gof. ff. de pœ. l. abſentem. & de pub. iud. l. inter accuſatorem, &c. C. qui accu. nō poſ. l. qui crimen. de accu. l. 4. Prædicta autē ſecundum ius operātur, vel ſecundum formam ſtatutorum: quia in quolibet municipio fit citatio, vel ad domum, vel in perſonā. Qualiter aūt citetur pupillus, dic vt ff. quibus ex cauſis in poſ. ea.
4 l. hæc aūt. ¶ † Quæro circa hoc, an quis poſſit in eccleſia inuitus citari? Dic breuiter ꝙ ſi loquimur de citatione reali, per quam inuitus extrahitur, Et dic, quòd non, per tit. C. de his qui ad eccle. confug. Si autem loquimur de citatione verbali, dic ꝙ inuitus citatur, vt in eo. tit. l. præſenti. §. ſic vbi depoſitæ. Neq; obſtat. l. pleriq;. ff. de in ius vo. vbi dr̃ ꝙ de domo inuitus non citetur verbaliter, ſi non patiatur ſe conſpici: quia eccleſia eſt iuris publici, & quilibet in ea hēt aditū. l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. ¶ Ter
5 tiò † quæritur, an citatio facta à competēti iudice, valeat, ſi fit ſine cauſa? Et vr̃, ꝙ ſic, vt ff. in ius voca. vt eant, aut ſatiſdent. l. ex quacunque. ergo citari poteſt ēt ex nō vera, ſed citatio ex non vera cā reducitur ad non cām, arg. ff. de do. exce. l. 2. §. circa primā ſpeciem. in fi. ergo, &c. nam illa lex, ex quacunque. permittit, quòd ex cauſa citari debeat: ibi, ex quacunque cauſa. pro quo extrà, de off. deleg. c. prudentiam. Si igitur deficit cauſa, cenſetur citatio nuda, & non valet, argu. ff. de leg. 1. l. filiusfa. §. diui. de legat. 3. l. pater filium. in §. Iulius Agrippa. ſic dicitur de cautione ſine cauſa, quæ indeterminata dicitur. extrà, de fide inſtr. cap. ſi cautio. ff. de proba. l. cum de indebito. Item libellus ſine cauſa non procedit. ff. de eden. l. 1. & extrà, de excep. ca. vlt. & ibi no. Item promiſſio ſine cauſa non valet, vt in d. c. ſi cautio. Item tranſactio ſine cauſa non valet, vt ff. de tranſ.
a l. cum hi. §. cum prætor. [a] Item contradicens ſine cauſa nō auditur. C. de edi. diui Adri. tol. l. fi. Item confeſſio ſine cā non valet, vt. ff. de interrog. actio. l. 1. Item ſtipulatio ſine cā non valet, arg. extrà, de fide inſtr. c. ſi cautio. c. ſolito. in prin. Adde qd̃ no. C. de non nu. pecu. l. generaliter. ff. de acquir. re. do. l. nunquam. & de don. l. nuda. cum ſimi. Et hæc videtur veritas, quia cauſa debet præcedere ſuum cauſatum, ſicut materia ſuum materiatum. ff. de orig. iu. l. 2. in §. & cum. adeò ꝙ priùs eſt res nuda, cauſa facti, quàm ipſum factum, vt no. 15. q. 6. c. ſi quando à ſacerdotibus. ff. de fur. l. fi. in fi. ¶ Item cauſa ſufficienti poſita neceſſariò ſequitur effectus, ſ. finis. C. de rei vend. l. doce. extrà, de ꝓſti. c. translato. vnde cauſa probatur per effectum. 12. q. 2. contractus, igitur durante cauſa durat effectus. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. & in c. cum ceſſante. de appel. tñ ceſſante cā, ceſſat priuilegium, vt ff. de iud. l. 2. §. legatis. in fi. C. de epi-
6 ſc. & cler. l. generaliter. 17. q. 1. cap. generaliter. ¶ † Quartò
b quæro, an ſufficiat, ꝙ citetur ſolus procurator, [b] non dominus, vt procurator veniat pro domino reſpōſurus: an verò non ſufficiat, niſi ipſe dominus citetur. Et primò vr̃, ꝙ ſufficiat ſola citatio procuratoris, arg. C. de proc. l. eū. & ff. de verb. obl. l. ſed ſi ex ſtipulatu. ¶ Item quia de mercenario poteſt fieri procurator. ff. qd̃ vi aut clam. l. aut qui aliter. §. 1. de trib. l. proc. extrà, vt lit. non conteſt. c. accedens. Contrà vr̃, ꝙ non ſufficiat: quia denunciatio facta procuratori non nocet domino. ff. de pet. hær. l. item veniunt. §. petitam. extrà, de poſtul. c. ex parte. glo. alleg. Ad hoc dixerūt quidam, quod primò dominus, poſteà procurator eſt citandus, maximè poſtquàm eſt effectus dominus litis, vt ff. de euic. l. ſi ideò. & l. ſi dictum. §. ſi pręſente. & no. extrà de dolo, & contu. c. cauſam. Sed dicendum eſt, ꝙ ſi dominus ſit præſens, ipſe eſt citandus. 4. q. 5. quiſquis. & d. c. cauſam. Si autem dominus eſt abſens, tunc ſufficit citari procuratorem, quem dimiſit, iuxta no. ff. ex quib. cau. ma. l. item ait prætor. §. hæc autem teſtō. & ſi non dimiſiſſet procuratorem, poteſt vt contumax puniri, d. c. cauſam. ſed poſt lit. conte. eſt dominus, & tunc ſiue dominus ſit præſens, ſiue abſens, procurator eſt citandus: cum poſteà non habeat dominus facultatem litis proſequendę, ergo fruſtrà citat̃. Et de hoc dic per Inno. in c. qm̃ ꝓ falſam. extrà, de prob. & in Spe. in tit. de actore. §. 1. verſi. hoc tñ fallit. ¶ Quintò quę
7 ro, † an ſufficiat citatio nuncij, abſque iudicis cōmiſſio-
c ne? [c] Dic, ꝙ non. ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. prætor ait. & C. de exhi. re. l. nullus. & l. neminem. & C. qui accu. non poſ. l. 3. imò deberet puniri, vt ff. de fal. l. qui nomine prę-
8 toris. & qd̃ dicam. ꝯ. in 10. quæſtio. ¶ Sextò quæro, † an citatio facta die feriata valeat? Dic, ꝙ non. ff. de fer. l. 1. C. eo. l. fi. 15. q. 4. c. placita. Conſtat autem ꝙ citatio eſt de proceſſu iudiciorum: extrà, de proba. c. quoniam. Inſti. de pę. teliti. §. fi. ſed proceſſus factus die feriato non valet, etiam citra appellationem. ff. de fer. l. 1. extrà, de re iud. ca. 1. adeò, ꝙ citatus ire non debet. l. 2. ſiue cōſentientibus fiat, ſiue nō, vt not. C. de fer. l. oēs. Sed ſecus in ferijs meſſium, & vindemiarum, ſi partes conſentiant. ff. de fer. l. 1. §. 1. & iudice cōſentiente. Sed quid de ferijs repentinis? Vide gl. ꝙ idem, quòd in ſolennibus, in cle. ſæp è. de verb. ſign. ¶ Septimò
9 quæro, † ſi quis citetur die feriata, vt compareat die non
d feriata, [d] an valeat? Dyn. tenet, ꝙ valet: quia effectus citationis ꝓfertur in eū diem, quo citari debuit, & potuit. C. de do. inter vir. & vxo. l. inter eos. & l. 1. §. item nunciatio. ff. de ope. no. nunc. & l. ſi ego Seiæ. §. 1. ff. de iure dot. Alij autem cōmuniter dñt, ꝙ non valeat: quia in iudicijs initiū eſt ſpectandū. ff. de min. l. 3. §. 1. vnde nō vr̃ ſm eos multùm operari, ſi citatio ꝓfertur in diē iuridicā, ar. ff. de ſerui. l. ſi minor. Sed primū dictū de conſuetudine obſeruat̃, &
10 ſic obſeruat ſtylus curię Ro. ¶ † Octauò quæro, quid ſi fiat citatio ad 10. vel tres dies, nunquid ille tertius, vel decimus, computabitur in citatione, vel in illo die poſſit comparere citatus, an verò ante diem illam comparere teneatur? Et dico, ꝙ ille vltimus in citatione, vel in termino computatur. l. 1. ff. ſi quis caut. & l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. vt dixi. Nam licèt ſit appellandum intra 10. dies, tñ decimus dies comprehenditur, vt no. 2. q. 6. c. anteriorum. ff. de ſuc. edi. l. 1. §. quod dicimus. & per d. l. probat̃. Ad qd̃ facit Inſti. de verb. obli. §. oīs ſtipulatio. ver. aut. Item dic, ꝙ hæc citatio expediatur per nuncium. ff. de arbi. l. ſed & ſi interpellatur. §. arbiter. ſm Inn. poteſt iudex facere mā datum per nuncium verbotenus deſtinatum; mandatum autem cauſæ cognitionem requirit. ff. de offic. procon. l. nec quicquam. §. vbi decretum. Vnde ſecundum eum ſaltē debet dicere deſtinatè. vt ipſe no. extrà, de accu. c. licet. ar.
11 ꝯ. ff. de arbi. l. diem proferre. in prin. & qd̃ ibi no. † ¶ Nonò quæro, ſi fiat citatio, ꝙ compareat infrà 8. vel 10. dies: & in illis diebus veniat feriata, in qua eſt certum, ꝙ citatio nō valeat, vt dictum eſt. ſ. in 6. q. nunquid nihilominus tenebitur comparere citatus die ſeq. non feriata? Et vr̃, ꝙ nō: quia de ſeq. die in citatione non eſt facta mentio, & non de illo magis, quàm de alio adſtringitur: ergo vr̃, ꝙ non dēt comparere nec illa die, nec ſeq. Vnde ad hoc vitandū adijciunt quidam in citatione, ꝙ ſi illa dies feriata exiſteret, compateat ſequēti die, ac eorum citatio propter diem feriatam vr̃ conſumpta. ſ. illo citato, die feriata comparente. Cum. n. in mandato ſunt duæ citationes. ſ. dies expreſſus, qui eſt dies feriata, & dies ſeq. arg. extrà, de accu. c. veniens. citato eligente diem feriatam in comparendo, nō videtur cogi in ſeq. comparere. argu. ff. de verb. obligat. l. vbi autem. §. pen. ideò videtur citatio conſumpta, nec etiā iudex ſibi mandare poteſt, vt ſeq. die compareat ſine ſolemnitate, quæ traditur in cap. actor, qui. extrà, de dolo, & contu. lib. 6. imò cum fuerint temerarię citationes: actores ipſi citati ad expenſas tenentur. ff. de iud. l. eum, quem temerè. ſecundum Ioan. de Deo. Econtrà videtur per cap. veniens. extrà, de acc. Nam ſecundum Inno. citatio prædicta habet duas partes; prima eſt, vt compareat illa die,

& ꝙ

ADDITIONES.

a ¶ §. Cum prætor. Per quem tex. ibi Fulg. inuehit contra prætores, & iudices, qui interponunt decretum cauſa non cognita.

b ¶ Procurator. Adde Barto. in l. quamuis. ff. de damn. infect. & in l. ſolet. in vlti. not. ff. de alim. & cib. le. cum concord. de quibus per Iaſ. in l. eum qui. in 1. not. C. de proc. & Alexand. in d. l. quamuis. in fine. & Mar. Soc. in tracta. de cita. articul. 5. in 4. q. princip.

c ¶ Abſque iudicis commiſſione. Adde Bar. per illum tex. in l. neminem. C. de exh. re. & in l. Palatinos. C. de colla. fun. fiſ. li. 11. & Anto. de But. & doc. in c. 1. de iudi. Bal. in l. cum cler. C. de epi. & cle. & in c. 1. de mil. vaſ. qui contu. eſt.

d ¶ Feriata. Vide plenè per Iaſo. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nou. nunciat. & plenius in l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius voca. non. ierit. vbi examinat iſtud dictum Barto. hic.

BIU Cujas

& ꝙ compareat, arg. l. Celsus. ff. de arb. & de condi. & demon. hæc conditio, quamquã. n. habeat excusationem illa die propter ferias; tamen si in sequenti non compareat, habet excusationem, d. c. veniens. & de dolo, & contu. ca. cum dilectus. c. fi. de dona. & de in inte. rest. ca. ex literis. in fi. & c. coram. sed reprehendunt quidam, ꝙ ibi non fuit citatio ad diem festiuum, sed vsque ad festũ, vt compareat
12 circa festum, † & vsque, intellige excluſiuè, vt extrà, de fid. instr. c. cum dilectus. sed tu dic, secundum qđ dicit Spe. & tenet in tit. de dil. §. 1. ver. sed quid. & no. 15. q. 4. placita. in fi. ¶ Decimo dicas, ꝙ si propter diem fuit impeditus, & iudicis copiam habere non potuit, non est, quid ei imputet, imò est restituendus. ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si p̃ p̃torem. §. sed & si magistratus. & ideo videtur in diem seq. dilatum. ff. si quis cau. l. 2. §. 2. in fi. & l. si post tres. & ff. de vsucap. l. vbi lex. Ad idem extrà, de dolo, & contu. c. cum dilecti, licèt. n. in non veniendo in pœnam quis incideret; tamen post modicum tempus cõparendo moram videtur purgare, vt not. in d. l. & si post tres. Ad idem ex quib. cau. ma. l. ab hostib. §. sed qđ simpliciter, quia in mora modici temporis non est magnum damnum. ff. de iud. l. si debitori. quando ius actoris, & eius actio non est facta deterior, d. l. & si post tres, etiã maximè admittatur ex illa clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur. Et ꝯ videt, ꝙ data fuit forma solemnior: ergo nõ potuit, nec debuit sibi præiudicare, vt eod. tit. l. sed & si per prætorem. §. si feriæ. & ideo de talib. ferijs non est curandum. & idem, aliàs dies, à dilatione non excipitur. C. dila. l. siue pars. in fi. Itẽ quia dilationum materia est amputanda. C. de temp. app. l. 2. Cum ergo die dilationis non comparuit, alia die non est admittendus. C. quando prou. non est nec. l. cum non ex eo die. nec se arctare debuit ad vltimum diem termini feriatum. ff. si quis caut. l. 2. §. si quis. quin verius de mero iure. Nec obstat. d. l. 2. §. 2. ĩ fi. quia ibi fuit tpe iusto, & ineuitabili impeditus impedimento: & ideo crederem tunc secus, cum iudex ex quadam æquitate possit ipsum admittere sequenti die, arg. C. quomodo & quando iud. l. 1. & extrà, de offi. deleg. c. consuluit. & ideo est cautela, ꝙ appareat, ꝙ iussu iudicis fuit admissus die sequenti. & ita potest
13 loqui d. l. & si post tres. ¶ Vndecimò quæro, quid, si appareat in actis relatio nuncij citantis, non tamen appareat de commissione, nunquid sufficiat sola relatio citationis? Et videtur primò ꝙ non, suprà. 3. & 4. q. vbi semper debet fieri citatio ad petitionem p̃tis, vt in auth. de man. princ. §. non permittas. Item de mandato iudicis, vt in auth. de quæstore. circa med. In contrarium videtur l. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eo. & de of. præfe. vig. l. 1. extrà, de app. c. cum parati. Si ergo in actis constat de relatione, [a] sufficit. Hanc approbat Inn. extrà, de prob. c. quoniam. in glo. citationes, vt ipse exponit. i. citatio nuncij; alij contra in d. q. 7. licet standum sit relationi: tamen relatio non est cõmissio iudicis, vnde sine commissione iudicis non potest fieri, vnde vnum per alterum non probatur, vt C. de do. inter vir. & vxo. l. si maritus. extrà, de test. c. cum causam. 2.
14 ¶ † Duodecimò quæro, quid si citatus negat se citatum, cuius dicto standum, nuncij vel negantis? nuncio creditur
b in dubio, [b] nisi aliud de contrario ostendatur, vt no. gl. 4. q. 3. c. si testes. & vide plenè no. extrà, de sen. excom. c. venerabilis. in §. porrò. li, 6. Idem vĩ tenere Inn. in c. qm̃. de proba. & secundum Gof. erant validæ probationes producendæ in ꝯrium. Inst. de inuti. stip. §. alteri. & omnia vera, nisi
15 referatur relatio ad delictum commissum, vel ad alium, † vltrà citationis effectum: quia tunc non creditur, vt ff. de accu. l. ea quę. & de cust. reo. l. diuus. ¶ Decimotertiò quæritur, nunquid iudex possit citare aliquem ciuiliter corã se, vt personaliter compareat; Et vĩ ꝙ non, quia iuris beneficium alicui non est auferendum. ff. de re iud. l. 4. §. si quis condemnatus. Cum concessum sit omnibus habere potestatem constituendi procuratorem in causis. l. j. §. vsus. ff. de procu. & Insti. per quas per. agere pos. §. 1. Econtrà videtur extrà, de maio. & obed. c. fi. & ibi not. Iudicis enim officium latissimum est. ff. de iurisd. om. iud. l. 1. De iure ciuili prima pars est vera, nisi res exigat magnam causæ cognitionem, vt in casibus expressis. l. vlt. C. de procu. De iure ca
no. aliud vĩ vt in d. ca. no. nec poterit mittere ex tunc pro-
16 curatorem: & prædicta vera in ordinario, † in delegato verò non potest personaliter citare, nisi in sua commissione contineretur, præterquàm in casibus extrà, de iud. c. 1. lib. 6. & die, vt ibi no. & de procu. ca. querelam. & adde
17 qđ dr̃. j. tit. de testib. per eundem in q. 6. ¶ † Item dic, siue sit iudex ordinarius, siue delegatus, tunc dẽt citare primò, & secundò, & tertiò. ff. de re iud. l. contumacia. §. 1. vel vno peremptorio pro omnib. vt ibi, & vide extrà, de testib. ca. 2. aliàs autem sine peremptorio, de iure communi nõ est legitima citatio, nec reputandus est contumax. C. qũo & qm̃ iud. l. tres. & auth. qui semel. & 24. q. 4. de illicita. vnde primus terminus nõ dr̃ peremptorius, nisi ex causa, vt puta propter locorum distantiam. extrà, de rest. spol. c. ex literis. in fi. ¶ Item si in primo termino nõ peremptorio non comparet, non punitur, nisi in expensis. ff. si quis in ius voc. non ier. l. 2. no. ff. de re iud. l. ꝙtumacia. & no. extrà, de procu. c. querelam. in gl. quæ expensæ sunt prestandæ tam in cã ciuili, q̃ in criminali. no. extrà, de dolo, & ꝙtu. c. cum
18 dilecti. in fin. ¶ † Decimoquartò quæro, citatur quis legitimè. s. trib. citationib. vel vna pro oĩb. vt ff. de re iud. l. ꝙtumacia. §. 1. ꝙ compareat ad rñdendum actori. quo expectato non comparet in vlt. hora termini, nec post; actor verò comparens accusat ꝙtumaciam in termino eius. demum iudex, nec in die termini, nec in die seq. sed post per duos dies, vel plures pronunciat ꝯ reum contumacem, quæriẽ, an valeat? Et primò vĩ ꝙ non, quia vĩ ius circunductũ, vt ff. de iud. l. & post. §. circunducto. & no. extrà, de offi. deleg. c. consuluit. & ideò ex integro videtur citandus, vt extrà, de dolo, & contu. c. actor, qui. lib. 6. prædictus namque processus videtur nullus ipso iure, & citra appellationem. C. qm̃ prouo, non est necess. l. cum non ex eo die. & instit. de verb. obli. §. oĩs stipulatio. versi. id autem. Ecõtrà, ꝙ valeat: quia iudici non imponit̃ necessitas pronunciandi. C. qũo & qm̃ iud. l. 1. qui potest differre, & expectare reũ, an in sua ꝙtumacia perseueret, vt eo. tit. l. consentaneum. & extrà, de do. & contu. c. cum dilecti. Item quia non vĩ iniuria facta absenti, sed gratia, in expectando. d. ca. consuluit. imò nec debet festinare ad decretum interponendũ. ff. de dam. infe. l. si finita. §. & si fortè. idem in l. & si post. ff. si quis cau. imò quantò plus expectatur vt veniat, tantò maior est ꝙtumacia, vt extrà, vt lit. non contest. c. qm̃ frequenter. in fi. de offi. dele. c. sanè. & in d. c. cum dilecti. quæ contumacia cumulat pœnã, vt ff. de pœ. l. relegati. C. de hæret. auth. Gazaros. extra, eo. c. excommunicamus. quæ quidem contumacia multis modis cõercetur, ff. de re iudi. l. contumacia. & d. c. qm̃ frequenter. Quantò igr̃ tpe durat contumacia, durat culpa, & ideo non minùs, sed grauiùs punienda: qa pro modo culpæ est pœna infligenda, vt ff. de pœn. l. respiciendum. nec ideò videtur iudex in mora, arg. ff. de vsur. l. sciendum. & extrà, de elect. c. 3. cum ibi no. nec per lapsum termini videtur reus absolutus, vt extrà, de do. & contu. c. cum dilecti. §. præterea. igitur est verius: quia non videtur æquum ꝙ propter dilationem, quam fecit iudex assistens debeat priuari iure suo sine culpa, arg. C. de inoffic. testam. l. si quis in suo. Et ad contraria de circunductione, respon. quòd ibi non loquitur de reo, sed de actore, cuius maior est contumacia, quàm rei, d. ca. actor. Nec obstat. l. cum non ex eo die. quia illa loquitur in sententia diffiniti ua, quæ cum maiori solemnitate debet ferri. C. de sent. l. cum sententiam. nam prima lex loquitur in dilatoria, quæ sententia exerceri non potuit, vt ibi not. &c.

ADDITIONES.

a ¶ De relatione. Sed quid, si apparet de citatione per nuncium, qui postea facit relationem pòst, an valeat, vide Barto. in l. multum, & ibi dixi. ff. de condit. & demonstr.

b ¶ Dubio. Vide Alex. in l. 1. §. cura carnis. in addi. Bart. ff. de offi. præfe. vrb. & Iaſon. in l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic.

TRACTATVS DE FALCONE.

a  Omes [a] Guido de Blanchardo cum iuisset venatum, amisit Falconẽ, quidã rusticus cepit eũ cũ sonaleis, & iectis, & ipsum captũ posuit sub bancho, dando ei beccare panẽ, & caseũ, & rapas: deinde occasione mali cibi falco est interemptus. Ex parte Comitis proponitur actio in factũ ꝯ rusticũ, q falconi præbuit cãm mortis, quęritur quid iuris? Videtur primò quòd rusticus debeat in æstimationẽ falconis condemnari ad similitudinẽ mulieris, quę marito dedit poculũ amaricatũ ad bibendum,

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Comes, Istud est consi. Bar. quamuis ponatur hic pro tractatu: & ita habeo pro consi. Bart. in 10. vol. consi. inci. 294.

BIU Cujas

bibendum, vt ff.de pœ.l.si quis.§.qui abortionis.sicut medico imputat,qui secuit imperitè,vt ff.de off.pręsid.l.illicitas.si cui medico.ff.ad legem Aquiliam.l. idē iuris in prin. §.prætereà.& l.item obstetrix.§.2. ita isti rustico est imputandum. Prætereà tāquàm prædo & fur debet iste rusticus teneri: quia sciebat & scire poterat, cum eum cū iectis,& sonaleis inuenisset, ꝙ non erat iactatus, nec habitus pro derelicto,arg.ff.de furt.l.falsus.in §.si iactum,argu.l.1.§.si iactatum. & C. vnde vi.l. cum q̄rebatur. nec potest rusticus ignorantiam allegare, ꝙ dicat falconem in naturalem libertatem peruenisse, cùm à natura falcones non nascātur cum iectis, & sonaleis. Sicut per contrarium non potest stuprationis libidine accusari, qui stuprauit virginem indutam veste meretricali.ff.de iniur.l. item apud Labeonē. §.si quis virgines. & C. de epis.audien.l. nemini. & l.sed si accepto.ff.de iure fisci. Quemadmodum non potest conueniri iniuriarum, qui clericum sine tonsura incedendo percussisset, vt tanquam percussor clerici puniatur, sed punitur ac si quendam laicum percussisset.C.de epis.& cle.l.si qua p̄ calumniam: imò nullus potest istum rusticum excusare,cum ipsum falconem volātem cum iectis, & sonaleis, credere debuit esse fugitiuum. vnde vel ipsum capere non debuit,vel ipsum captum publicè portare debuit: sicut in eo, qui alienum seruum repererit fugitiuum, & in eo,qui rem inuenit alienam: ad hoc.n.vt non videatur rē alienam contrectasse,debet eam in publicum consignare, & libellos de eo publicè dare.& ista probantur.ff.de seruis fugiti.l.1.& l.fugitiui.& ff.de furt.l.falsus.§. qui alienum.in fin. Ad hoc accedat de eo, qui pecudes alienas intrusit,& fame necauit, qui tenetur easdem mortuas dño emendare. vt ff. vi bono.rapto.l.1. §. si publicanus. & C. ad legem Aquiliam.l.de pecorib. & ff. ad legem Aquiliam. l. quemadmodum.§.magistratus.& l.Quintus.Mutius.§.vlt. In super cum rusticus portet ea,quæ eum habere non licet: qa aurum portare non potest,sed quod percipit ex illa terra: sic non debuit rusticus prædictum falconem portare, nec occupare,arg.C.de agric.& censi.l.domini prædiorum.lib. 11.nec excusatur rusticus eò, qđ dicit dominum falconis incognitum habuisse: Sicut nec excusatur receptor Illyricani,eò,quod dicit se colonum Illyricanum minimè cognouisse: imò hoc ipso punitur, qui se seruum fatetur incognitum tenuisse.C.de colo.Illy.l.1.lib.11.Quid plura? In lege Aquilia culpa leuissima venit: sed iste rusticus nedum in leui culpa fuit, sed in lata culpa fuit, dando falconi carnes salsas ad comedēndum, vnde perinde debet teneri,ac si eum proprijs manibus occidisset, vel strangulasset: quia culpa est se immiscere rei ad se non ptinenti.& ista ꝓbantur.ff.ad legem Aquil.l.in lege Aquilia. & ff. de lib.agno.l. necare.ff.de reg.iur.l.culpa.nil.n.interest an ꝙs occidat,vel causam mortis p̄beat,vt ff.de sica.l.nihil interest.& ff.ad legem Aquil.l.itē Mela.§.si quis. ¶ In ꝓtrarium,vī quod rusticus sit omnino absoluendus: imò qđ magis est, vī posse repetere expensas, quas fecit,à domino falconis, sicut repetijt ille,qui insulam ruentem fulsit, & seruum ægrum curauit,licèt sit seruus mortuus,& insula exusta, vt ff.de neg. ge.l.sed an vltrò.§.1.nec debet rustico suū officium esse dānosum.ff.de fur.l.si seruus.§. quod verò & ff.ex quib.causis maio.l.cum miles. Item videtur ipsum rusticum excusare sua simplicitas,& ignorantia, sicut alibi excusatur in corruptione, & in malè edita actione, vel ratione in ius vocationis, & in testamenti confectione. & in facti bonorum delatione,vt ista probatur.ff.de iurisd. om.iud.l.si quis id.§. doli mali. ff. si quis in ius vocatus non ierit.l.3.§.fin. C. de testa.l.fi.credidit enim rusticus falconem in naturalem lasciuiam deuenisse,cum à nemine prosequitur. ex hoc licitè credidit eum occupare,arg.ff.de acquir.rer.do.l. naturalem.& Insti.de rerum diuisione.§.feræ.Adhibuit enim rusticus talem diligentiam in falcone, qualem adhibebat in seipso, dando ei comedere de eo, ꝙ ipse comedit,existimās se dominium falconis acquisiuisse, ideò falcone mortuo, non tenetur.arg.ff. de petit.hære.l.si quid possessor §. sicut autem sumptum.& C.mand.l.in re manda.In ista quęstione pronuntiauit elegans,& vrbanus dominus Vber.de Bonacursis.dictum rusticum in æstimatione falconis fore condemnandum,arg.dictarum legum,& aliarum dicentium, quod si aliquis fabricensem,qui bene poterat cognosci per signum,seu bullam,quæ in eius brachijs apparebat, occultauit,ꝙ occultans,& liberi fabricæ vendicētur. C.de fabri.l.stigmata.lib.11.& aliter est dicendum de eo, qui pro medicamento venenum porrexit, ex quo homo perijt.ff. ad legem Aquil.l.qua actione.§.Celsus.Ex quo dixit actionem Aquiliam non fuisse contra rusticum proponēdam, vt quidam ex aduocatis ꝓposuerunt,& succubuerunt propter ineptam petitionem: quia rusticus non occidit: sed p̄buit causam mortis.vnde actio in factum fuit proponenda,& non Aquilia,vt probatur per dictum.§. Celsus, &c.

TRACT. COPVLÆ

a ET, [a] SECVNDVM BAR.

ADDITIO.

a Tho.D. ¶ Tractatus copulæ. Istum pro tractatu Bar.allegat d.Fran. Pauinus in sua tracta.de offi.& pot.cap.sede vacante.in præludijs.in 3 præambulo. in princ.& vide plura de copula, & coniunctione,per Ias.in l.1.ff.de iusti. & iure. & ibi plenè scripsi in meis additio.

COniunctio, quæ tria operatur,adijcit,repetit, & cōiungit. Adijcit, vt l.ea tamē.ff.de leg.3. Repetit.l.si auia. de condi.& demon.& idem est de dictione,item, vt l.in repetendis.de leg.3.Idem dicas de puncto,qui regulariter ponitur pro coniunctione inter nomina substantiua,appellatiua, soluta.l.triplici.de verb. signifi.& l.liberorum.§.præter hæc omnia.eo.tit.arg.l.pretia.ff.ad l.fal.Item quò ad cōiungendum de dictione cum,text.in l.Titiæ textores.de lega.1.§.nihil.& l.illi cum illo. de vsufr.lega.& d.l. triplici. licèt pariter non coniungat, sicut superius nominatæ: quia dictio, cum, dispariter. nam primum est principaliter, secundum accessorium in hoc exemplo, vt lego fundum cum instrumento, vt l.si cui.de fun.instr.sed quando dictio, &, interponitur inter contraria, tunc distinguit.l.coniunctionem.de verborum significa.& in l.in vsu. eod.titul.

ALIVS TRACT.

BAR. DE COPVLA, ET.

VTliqueat materia copulatiuæ,&; aut ea ponitur inter contraria, ac incompatibilia: aut inter ea quæ aliquo respectu sunt idem: aut inter diuersa. Primo casu resoluitur in disiunctam.l. si Titio fundus.ff. de vsufr.lega. & C.de codi.l.fin.Secundo casu,aut illa duo sic sunt idem, vt vnum necessariò insit alteri, & tunc abijcitur copula, & vnum resoluitur in adiectiuum alterius.l.1. ff. de pact. ibi, placitum & consensus.& ibi no.glo.de hoc est glo.in rub. C.de agri.& censi.lib.11. aut sunt vnum. quia vnum genus est, aliud est species contenta sub genere: vel vnum species, aliud illius speciei indiuiduum: & tunc, quandoque restringitur genus per speciem: quandoque non. quod dic per Dyn.in cap.generi per speciem.de re.iu.lib.6.& per glo.in l.quæsitum.in §.pen.ff.de fundo instru. Tertio casu, quando cadit inter diuersa: & tunc aut sunt duo substantiua: aut sunt duo adiectiua: aut sunt duæ orationes diuersæ. Si sunt duo substantiua,putà, lego Titio, & Seio, tunc stat propriè, & ambo coniunguntur ad eandem dispositionem pariter,vt l.huiusmodi legatum.§. si Titio,& Mæuio.ff.de leg.2.& l.duob.eod.tit.& in omnibus legibus, quæ tractant materiam coniunctorum,quādo ponitur inter duo adiectiua: aut illa adiectiua copulantur etiam alicuius substantiæ, vt in hoc exemplo, Titius est albus, & magnus, & seruus talis, & re vera tunc requiritur vtriusq; concursus l.Titiæ textores.ff.de leg.1.& l.seruis vrbanis,in fi.ff.de leg.3.aut illa adiectiua copulantur neutraliter, non respectu alicuius substantiæ, vt lego empta, & parata, & tunc perinde est,ac si copula caderet,inter duas orationes, quasi legaret empta,& parata,vt statim dicam,quandoque cadit inter duas orationes diuersas, & tunc aut copulantur respectiuè ad aliud, & requiritur concursus vtriusque l.si hæredi plures.ff. de condi.insti.& l. si ita quis promiserit. de verborum obligatio. Si verò copulantur principaliter, & per se, non requiritur concursus, sed quælibet per se verificatur. l. 1. ff. de his qui not. infam. & l.prima.ff.de sicar.Barto.

BIU Cujas

TRAC. DICTIONVM QVARVNDAM, SECVNDVM Bart. à Saxoferrato.

DIctio. nisi,includit positionem,de qua in l. actione.C.de transac. & per Dy.in regula peccatum non dimittitur.de regu.iur.lib.6. per gl.in l.si eum.§.fi.in versi.idem Pomponius. ff.si quis caut. De dictione,continuò,gl.in l.stipulatus sum Damam.in versi.continuò.ff.de verb.obl. Dictio,penitus, ponitur,vt de ea habetur.in l.3.secundo rñ.de vsur. rei iud. De dictione decies millies,ponitur in auth.de hær.& falc. §.exhæredatus.vbi glo.in verb.decies.de trien.& semis.De dictione illicò,vide tex.in l.fi.C.de iudi.nam inter duo verificatur. De dictione,vnà,habes in auth.cassa, de episc.& cler.& C.de vete.iur.enuc.l.2.in fi.& l.4.& l.fi.C.de impub. & alijs substi.De dictione,absolutè,habetur in l.Seia.in fi. de dona.caus.mort.De dictione,id est, qualiter assumatur, not.in l.qui liberis.in prin.de vulg.& pupil.& in l.2.§.1. de operis noui nun. De dictione protinus,& continuo,in l. stipulatus sum Damam.de verb.obli.l.3.§. in amittenda.de acq.pos. Dictio, quid,nota est incertitudinis,vt per me in l.cotem.de publica. Verbum,meum,tuum,suum, ad directum trahitur dominium , vt ff.de relig. & sumpt.fune.l.2. & ff.si ager vecti.vel emph.pe.l.1.8.distin.c.quo iure.vbi de hoc.Quid importat istud verbum,dictum, quid ꝓmissum, no.de ædil.edic.l.sciēdum §.dictum. Quid importat,idem dic vt l.cum quæritur.de excep.rei iud. Dictio, modicum, quantum tempus includat,no.si ager vecti.pe.l.fi.Verbum cadat,qualiter intelligatur,ab ipso iure, no.glo.in auth.de litig.§.fi.in ver.actione : & in auth.vt nulli iudicum.§.quia verò,& huiusmodi. Dictio,imò,quandoq; ponitur correctiuè,quandoq; prout, qñq; pro vel,quandoq; dispositiuè. ff.de hæ.inst.l.si ita scriptum.De dictione,secundum,an inhæreat verbo,cui adiungitur ? dic vt C.de contrah.empt.l. fi.& ff.loca.l.si merces.§.conductor.Dictio,tantummodo, est taxatiua.l.2.C.de pat.qui fil.dist.interdum tamen extenditur in materia fauorabili, vt not.Bart.in l.serui nomine. de vsucap. & solet. notari in l.illud. C. de sacrosan. eccle. tetigi in l.si constante.ff.solut. matrim.

TRACTATVS

DE FLVMINIBVS,[a] SEV Tiberiadis,& alluuione domini Bartoli à Saxof.

TYberiadis est Regio iuxta flumen Tyberis cōstituta,est autem Tyberis flumen, & est notabile in Italiæ partibus . Transit.n.per vrbem Romam , quæ cunctarum ciuitatum caput est , & magistra & in eiusdem vrbis territorio mare ingreditur , & ibi nauigabile est, & vsque ad mare retinet nomen suum. dicitur autem Tyberis à Tyberio Romanorum Imperatore, à quo aliquas leges latas habemus, & sub hoc nomine flumen hoc in nostris legib.pluries nominatur. Hoc autem flumen montē illum laudabilem circuit,in quo est ciuitas Perusina situata,& per eius territorium longo spatio trāsiens planities, & colles , & cætera loca ipsi flumini circunstantia habet. Item bene habitata ædificijs multis,& pulchris ornata,fructifera valde,& delectabilia viridaria esse videntur . Cum igitur à lectura vacarem, & recreationis causa in quādam villam prope Perusium suprà Tyberim constitutam accederem,incepi Tyberis circuitus, alluuiones,insulas in flumine natas,mutationesq; aluei contemplari, & circa multa dubia,quæ de facto occurrerant,& alia quæ ego ipse ex aspectu fluminis excitabam, quid iuris esset,cæpi aliqualiter intueri. Non tamen credens vltrà procedere,ne recreationem,propter quam accesseram,impedirem . Cumque nocte illa dormirem prope diem visum est mihi, quod ad me quidam homo veniret , cuius aspectus mihi placidus erat,dixitque,hæc quæ cogitare cæpisti, scribe : & qa oculorum aspectione indigent,per figuram signa: eccc.apportaui tibi calamum,quo mensuras,& figuras facies circulares,& lineam,qua lineas ducas,figurasq; formes.Cui dixi, absit, ꝙ ea, quæ ad iura pertinent, per figuras signem.si.n. facerem, longè plures essent derisores, quàm laudatores. tunc ille turbato vultu aspiciens ait, Bartole, cognosco,ꝙ modicum Dei amorem vel timorem habes.times.n.de beneficio derideri,quod vitæ Christi,& sanctorum omnium, contra dicit : quia bene facientes non curant cotumelias, derisiones, & verba iniuriosa. Modicum etiam boni moralis habes.Timor.n.hic,per quem à bono recedis, illi virtuti morali opponitur, quæ fortitudo nuncupatur . In te enim est bene agere : tui verò arbitrij non est, qđ quisque loquatur ? Cui verecundus dixi, Tibi assentio. Sed primo motu ductus sic respondi, dicendo,quæ erit via huius operis inchoandi ? qui ait : Incipias securè : quia in eius operis prosecutione dominus tecum erit : & multa tibi aperiet,quæ tibi incognita sunt. Surgēs igitur confisus in gratia eius,qui in prosecutione mecum se futurum pollicitus erat,istud opus incæpi, & totum opus appellaui Tyberiadis , vt non solùm de ipso Tyberi , sed etiam de multis , quæ in regione Tyberis occurrunt,in ipso tractentur, putans congruum,ꝙ sicut ab vrbe Roma iura omnia processerūt , ita ꝙ de Tyberi flumine Romano dicetur,ad fluminа cuncta trahatur.Et id.s.opus in tres libros diuisi.In primo tractatur de alluuione. In secundo de insula in flumine nata.in tertio de alueo fluminis,in quo tertio primi libri figuras consideraui penitus componendas,ipsasq; cōposui,& exposui circa eas. Et tunc secūdi libri figuras incepi,& cum ibi aliqua dubia occurrissent,& circa ea vehementius cogitarem, me visitauit quidam frater Guido de Perusio , magnus Theologus , qui meus fuerat & erat in Geometria magister, ibiq; erat non in ꝓposito remanendi : sed tunc insurrexit pluuia magna , ita ꝙ mecum pernoctare coactus est,& sic morari per diem integrum naturalem. Tunc dixi,Verè cognosco ꝙ in prosecutione operis dictum est.cum ipso prædicta contuli,& figuras secundi libri formare compleui: & multa spiritualia gaudia ex collationibus spiritualibus secum habui. Quod autem in 3. lib. dicturus eram , in mente seruaui , & cum omnibus istis Perusium sum reuersus , & ea reuidi, & sub forma infrascripta libellum composui , & vniuersitati nostræ tradidi sub anno Domini. 1355.

Caius, in l.Adeo.§.1.ff.de acquir.rer.do. quod per alluuionem (ait) agro nostro flumē adiecerit,iure gentium acquiritur nobis. Per alluuionem autem id videtur adijci,quòd ita paulatim adijcitur,vt intelligere non possimus, quantum quoquo momento tēporis adijciatur.ꝙ si vis fluminis partem aliquam ex tuo prędio detraxerit,& meo prædio attulerit,palam est tuam permanere.Planè,si longiore tēpore fundo meo hæserit,arboresq; quas secum traxerit,in meū fundum,radices egerint,ex eo tempore meo fundo videntur acquisitæ esse.Hęc ille.Optimum fuit hoc quod de iure gentium erat in scriptis redigere,cum ex hoc cōtentiones variæ oriantur. Verba itaq; dictæ legis cōstruamus. Ait lex,quod,istud neutraliter accipitur,id est,quamcunq; rem,vt ff.nau.cau.sta.l.1.§.ait prętor. siue igitur terram puram , siue lapides terræ comistos adiecerit fundo nostro , nostrum efficitur,etiam si fuerint
b gemmæ,vel lapides pretiosi.[b] Nec obst.Insti.de rer.diui.§. item lapilli , quia loquitur de lapillis in littore maris inuentis, qui in nullius bonis sunt : hic de lapillis , qui prædio nostro adijciuntur.Idem,si ligna,vel aurum,vel argentum,vel pecuniam prædio nostro flumen adiecerit,nostrū erit.de quacunq; enim re lex loquitur: dum tamen ita adijciatur , quod terræ cohæreat. qđ patet ex verbo adiecerit, quod.j.exponetur.nec hoc fieret inuentoris pro parte, vt de thesauro dicitur Insti. de rer.diui.§.thesaurus.ff.de acq. rer. do.l.nunquam.§. thesaurus. ibi.n.erat hæc pecunia ab antiquo posita,qui thesaurus in dict.l.dicitur , sed pecunia est per vim aquarum ab incognito loco transducta,& prædio nostro adiecta.Nec etiam obst.ff.de damn.infect.l.hoc amplius.§.1.& l.2.de incen.rui.nau.l.nequid,quia hoc intelligo,ꝙ cuius sint dictæ res adiectæ,ignorat : aliàs dominij nostri non efficerentur,vt ibi,& inferius declarabitur,&c.

ADDITIONES.

a Th.D.¶Tractatus de fluminibus. Adde, quòd iste tract,est do.Bar.prout communiter tenetur,de quo dicit Bart. Vero.in suo trac,de seruitutibus. in rub. alluuionum, quòd materia alluuionum abundè , & subtiliter tractata fuit per Bart.in isto tract. Tyberiadis , qui etiam de alluuione inscribitur , ad quem tractatum vnusquisque remittere poterit.

b Th.D. ¶Lapides pretiosi. Dicit Bart.hic ꝙ si ligna , vel aurum , vel argentum, vel pecunia prædio meo flumen adiecerit nostrum erit. Vide do. Fede.de Senis consi. 107.inci do. Fran.vbi voluit, ꝙ si ego ignoro cuius sint res in agrum meum delatæ, erit remedium , ꝙ per iudicem fiet proclamatio. de quo vide Alex.de Imo.in l.hoc amplius.§.de his autem.in 1.not.ff. de dam.infec.

Per

BIU Cujas

Per alluuionem. Hoc ab ipsa lege exponitur, vt infrà patebit.

1 *Ager est locus sine ædificio.*
2 *Agri tres partes sunt.*
3 *Via media inter agrum, & flumen non impedit ius alluuionis.*
4 *Ripa, & loca, quæ cedunt ripæ, agro vendito, non veniunt mensuranda nisi dicatur.*
5 *Sepes prædiorum, quæ in vijs publicis cohærent, & se habent sicut ripæ, quæ sunt communes.*
6 *Fossæ, quæ sunt inter viam, & fundum sunt eorum, quorum prædijs adhærent, vsus tamen eorum est publicus.*
7 *Fossæ, quæ sunt in fundo qualiter mensurentur.*
8 *Ripæ, quæ fiunt in fundo qualiter mensurentur.*
9 *Concauitas sulcorum, quæ est annalis ratione culturæ, vel aquæ deriuandæ non mensuratur.*
10 *Foueæ agri, dicuntur fieri ad perpetuam vtilitatem.*
11 *Montes regulariter sunt inculti, & magnæ magnitudinis. Colles verò mediocris altitudinis, & culti, & distinguitur mons à colle altitudine, vel æstimatione circumcolentium.*
12 *Vallis dicitur locus montibus, vel collibus circundatus.*
13 *Planus dicitur, quando est latus, & partes sunt æquales.*
14 *Vallis qualiter à plano distinguatur.*
15 *Æqualitas in plano qualis esse debeat. Planus quando dicatur notabiliter in vnam partem pergere.*
16 *Fossæ agrorum, & ripæ viarum, quæ sunt in plano, plani sunt.*
17 *Statutum puniens factum in plano Tyberis, habet locum in facto in fossis agrorum, vijs, & ripis planis.*
18 *Factum in loco, in quo propter attractionem aqua versus flumen vergit, an dicetur commissum in plano Tyberis.*

1 **Agro.** †Ager in iure est locus quidam, qui sine ædificio sic appellatur, vt ff. de verb. sign. l. fundi. quid ergo, si cum domum iuxtà flumen haberem, ibidem per alluuionem flumen adiecerit? Certè meum erit idcirco. n. legislator agri nomine vsus est, vt ostendat alluuionem respectu soli fieri, non ædificij superimpositi. Et ad hoc etiam ostendendum in inferiori parte legis quam. s. retulimus, prædij, & fundi nobis facit mentionem, quorū appellatio generalis est, etiam ad ædificia, vt ff. de verb. sig.
2 l. locus. & l. qō. & l. fundi. Sed cum † agri tres partes sunt: ipsius agri planicies. Item loca quæ ripæ cedunt. s. ex quo primo à plano vergere inceperint vsq; ad aquam, intelligendum est de his quę incipiunt vergere pp attractionem aquæ. ff. de flu. l. planè. & ibi not. Item ripa hoc est id, quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui retinens, vt ff. de flu. l. 1. §. ripa. Quomodo dicatur adijci, posset quæri. Sed respon. cuicunq; dictarum partium adijciatur, satis
3 est, ꝙ appareat: quia † si via media esset, ius alluuionis nō impeditur, vt ff. de acq. rer. dom. l. Martianus. & ideo gl. insti. e. §. prætereà. dicit ponendo super verbo adijcitur, expo
4 nendo iuxtà prædium. † ¶ Quæritur, qñ ager venditur, an ripa, & loca, quæ ripæ cedunt, veniant mensuranda? ꝙ non vī. ff. de contrahen. emp. l. litora. In ꝺrium facit quod. s. dixi, & vī casus. ff. de fun. Instru. l. prædia. §. ita legatum. & ibi not. pro quo facit ꝙ d. l. litora. loquitur in litorib. maris, quæ cōmunia sunt. Ripæ autem fluminis sunt eorum, qui ꝓpè ripas prædia possident, vt ff. de re. diu. l. riparum. Rñ. ꝙ prædia non veniunt mensuranda nisi sit dictum, sicut dicimus in limitibus fundi, quæ cohærent vijs publicis, vt ff. de peri. & cō. rei ven. l. id qđ. §. 1. Ratio autem est, quia prædicta non venduntur, sed magis rei venditæ accedunt. Qđ apparet, quia per se vendi non possent. Cum. n. riparum vsus est communis de iure gētium, apparet, ꝙ proprietas sola per se esset inutilis, cum semper duret vsus alterius, vt ff. de vsufru. l. 3. tñ ideo per se non censetur, sed alteri cedit, & hoc vult dicere tex. in d. l. id quod. §. 1. de peri. & com. rei
5 vend. qđ not. Ex illo collige, † ꝙ sicut se habent ripæ, quæ sunt cōes, ita etiam se habent sepes prædiorum, quæ vijs
6 publicis cohærent, arg. d. l. id quod §. 1. Et qđ. s. dictum est, idem intelligo de fossis, quæ sunt inter viā & fundum, ea. ratione. Illæ. n. fossæ sunt eorum, quorum prædijs adhærēt. quod patet, quia ripa viæ est ipsorum, vt limites prædij, vt l. Martianus. de acq. rer. do. & not. Insti. de rerum di. §. riparum. ergo fouea, quæ est inter illam, & fundum nostrum, est nostra. vt ff. de aqua plu. arcen. l. 2. §. posteà. & ibi no. Via autem non potest dici, quia per illam non itur, nec commeatur: ergo non est via, vt l. 2. §. ait prætor. ne quid in loco publico, puto tñ, ꝙ vsus sit publicus, sicut viarum, qđ. s. dictum est idem intelligo de fossis, quæ sunt inter viam & fundum eadem ratione. Nec prædictis obst. l. prædia. §. ita legatum. de fun. instr. quia ibi loquitur in aggeribus, & fossis, quæ sunt inter ipsum fundum. & sic sunt iura proprietatis, & vsus dominij ipsius fundi. vnde cum vendātur ve
7 niunt mensuranda. † Sed dubitatur qualiter istæ fossæ, quæ in fundo, mensurantur, videlicet, an mensuretur superficies, quæ sit à latere foueæ, & qua sint in fundo foueæ, an verò mensurēt cum toto agro, sicut si foueæ planæ essent? Rñdeo ager dicitur ab agendo ſm Hugutionem, & sic ab actu, quia per eum pñt boues, & alia animalia duci: qđ importat nomen actus. Si igitur fouea esset ita plana, & eius latera ita lata laborarent, vel laborari possent cum bobus, dico eam mensurandā. Si verò (vt sæpè accidit) ripæ foueārum sunt erectæ, ita ꝙ per eas iri & agi non possit, tunc foueæ non mensurantur cum fundo, ac si planæ essent, & ita
8 obseruatur. Ita dico † de ripis, quæ in fundo essent, vt si qui dem cum bobus coli possent, eorū superficies veniat mēsuranda: secus, si ita essent erectæ, qđ sic coli non possent: tunc. n. mensurātur solum, qđ dicta ripta ꝓtinet, sicut si in fundo aliquis murus esset, eadem ratione. Prædicta vera, nisi aliter actum sit expressè, vel tacite, l. id qđ §. 1. de peric. & commodo rei vend. Dico autem tacitè, puta, si ad mensuram aliquod prædium venderet montuosum, saxosum, vel plagiosum, seu riposum. licet. n. hoc propriè agi non potest, tñ mensurabitur, sic. n. actum videbitur. De concaui
9 tate † verò sulcorum, q̄ sunt annalis culturæ, vel aquæ deriuandæ, vt ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. de eo opere. dico in mensura rationem non habendam, qm̄ illa non est forma
10 agri perpetua, sed culturæ causa factum Foueæ † verò agri ad perpetuam vtilitatem fieri dicuntur, vt ff. de impen. in reb. dot. fa. l. impensæ. Ei autem, quod dixi, prædium qđ totum est riposum, vel plagiosum esse mensurandum, ꝺdicere vī quod. s. dixi, ripam & loca quæ à plano incipiunt vergere vsq; ad aquā, intelligendum est ꝓp alluuionem aquæ. si. n. intra duos montes vadat flumen, non omnes penditiæ montis dicentur ripæ, qm̄ naturaliter vergent versus
a aquam, vt not. in d. l. pen. de flumi. Huius gratia, † quid sit
11 planities, inuestigandum est. Ad quod sciendum est habita notitia eorum quæ plano opponunt̄, vt mons, vallis, collis, & similia, mons locus altus est, l. si ædes. s. de serui. vrb. præd. qđ intendo de magna altitudine, qđ. ꝺ. dicam: dī autem mons, ſm Hugutionem, & Papiam, à mouendo per ꝺrium: quia non mouetur, qđ intelligo non de ea immobilitate, quæ vniuersæ terræ ꝓgruit, sed quia non mouetur. s. per culturam. i. non colitur. terra. n. quæ colitur, bene mouetur. Durat igitur mons vsq; ad locum, quo coli incipiūt penditiæ. Igitur mōtium appellatione non ꝓtinetur, quia ibi terminat̄ mons, & ita vtimur, nisi certi loci vsus aliter se haberet. si tñ intrà montes essent aliqua culta, montis appellatione continetur, sicut pars appellatione totius, vt ff. de rei vendi. l. in rem. §. quæcunque. Collis autem ab altitudinis montis dici potest. Propriè autem collis dī à colendo, quasi mediocres montes, qa coluntur. Ita exponit gl. scripturæ diuinæ super illo vers. Psalmi. Montes exultauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Sunt. n. mōtes magnæ altitudinis, & cōiter sunt inculti. Colles verò mediocris altitudinis, & cōiter sunt culti. Intelligo autem colles habentes altitudinem propriam, non ꝓtinuatam cum montib. non habentibus maiorem altitudinem. Si. n. continuarentur, tunc si essent culti, dicerentur penditiæ montium, vt dictum est, tñ in nonnullis partibus locus magnæ altitudinis, licèt cultus, dī mons, & locus paruæ altitudinis licèt incultus dicitur collis. Distinguitur ergo mons à colle, altitudine, vel cultura, vel æstimatione circuncolentiū,
12 simile. ff. de flu. l. 1. §. 1. Vallis verò dicitur locus † montibus, vel collibus circundatus, à vallo, vallas, quod idem est, qđ circundare, & est locus planus, paruæ, seu mediocris ma-
13 gnitudinis, Planus dicitur † platos, Græcè, ꝙ idem est, qđ æqualitas, secundum Papiam, duo igitur requiruntur. Primò, ꝙ sit latus. Secundò quòd sint eius partes æquales, id est, æqualiter planæ, ita quòd vna aliam non superexcedat.
14 Distinguitur ergo † vallis à plano, circundatione. Potest enim planus esse non circundatus à montibus, vel alia altitudine, & iuxtà mare: vallis autem non dicitur, nisi ab altitudine circundata. Item differt etiam latitudine, quia si sit locus paruæ latitudinis, montibus, vel collib. circundatus,

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Huius gratia. De ista materia ponit plenè do. Fel. in c. Rodulphus. in versi. declarāntur. de rescrip. & vide Alexan. de Imol. in consil. 25. in 7. volum. incipien. cōsideratis hic.

BIU Cujas

tus,tunc dicitur vallis. Si autem est magnæ latitudinis,tũc dicitur planus. hoc autem stat in opinione circuncolentium.Differt etiam qualitate,quia vallis dicitur etiam si habet continuitatem. Planus autem æqualitatem requirit:
15 æqualitas autem † qualis esse debeat,dubitari potest. Puto autem non omnimodam partem, quæ vergit. Vix.n.reperitur locus,qui aliqualiter in aliquam partem non vergat, saltem tamen vt profluens aqua demonstrat.Ideò dixi sufficere quod non vergat,simile.ff.de ædil.edic.l.cum ædiles. notabiliter autem in vnam partem vergere ꝓbabiliter dici potest, quando inde aqua profluens multa de terra aufert,ita quod eius vsum, & culturam faciat deteriorem.ff. de aqua plu.arcen.l.1.§.fi.& arg. de ædi.edic.l.1.§.sciendum.
16 In his autem multum cicuncolentium opin.facit. † Fossæ agrorum,& viarum ripæ ipsius plani sunt, loquor autem de plano totali, vt si de plano Tyberis loquitur. Sicut.n. fossæ quæ sunt in fundo, fundi sunt, ita quæ sunt in totali plano plani sunt.l.prædia.§.legatum. de fund.instruc.& sta tuta quæ loquuntur de his,quæ in plano Tyberis commit
17 tuntur,locum haberent ẽt in his,q̃ in dictis foueis cõmittuntur,& ripis committi contingeret.† Quid ergo,si committeretur in eo loco, quò ꝓpter attractionem aqua versùs flumen vergit,an in plano Tyberis dicatur esse cõmissum? Videtur quòd non, d.l.pen.ff. de fluminib. ex quo à plano vergere incepit, licèt dictio, à, separationem denotet,vt ff.de act.empt.l.datio.§.fi. ergo ille locus sic vergens est separatus,& distinctus à plano. Resp.si quæratur,an talis locus appellatione agri mei contineatur,dicendum est
18 quod non,per rationem prædictam.Si † verò quæritur,an totalis planus Tyberis appellatione ꝓtineatur, attendendum est, si quidem flumen planum vadit,ita qđ ab vtraq; parte fluminis planum Tyberis nominetur,quod in dicto loco fieret in plano fluminis factum esse diceretur: quinimo etiam quod in ipso flumine fieret,in tali plano,sub totali appellatione nominato,factum esse diceretur.Cum enim ipsum flumen,aditus,& exitus,ab vtraq; parte vnius plani appellatione contineatur, ergo,& ipse fluuius,aliàs flumen per medium dirimetur,nec esset vnus planus, sed plures plani.arg.ff.de verb.signi.l.rectè dicimus.facit, & est quasi casus, quia quod fit in aqua putei in ipsa re factum esse videtur,vt ff.de aqua quot.& æsti.l. is qui in puteum.§. is qui.in prin.ꝓ si in illa parte fluminis essent montes,vel colles, tunc ille locus propter aquæ attractionem vergẽs, plani appellatione non contineretur, sed vbi planus desinit,& locus ille ripæ fluminis cedit, d.l.pen.de flu.necetiã ipsum flumen aliunde habet aditum,arg.ff.vti pos.l.si duo. §.sed si supra eas. cum similib.

1 *Ager dicitur noster,vt habeat locum alluuio non solum respectu dominij, vel quasi, sed etiam iure pignoris, vel vsusfructus, vel quouis alio modo.*
2 *Via intermedia agro non impedit ius alluuionis.*
3 *Prædia ciuitatis,quæ coluntur, sicut priuata habent ius alluuionis.*
4 *Additum per alluuionem plateæ, vel campo, cui acquiratur.*
5 *Additum alluuione loco sacro, vel religioso, vel alicui cœmeterio,ei non acquiritur, & in nullius bonis est, & occupanti conceditur. Locus sacer intermedius impedit ius alluuionis.*

1 **Nostro.** † Noster[a] quidem, quantum ad præsens
a spectat,ager dicitur, siue ad nos pertineat iure dominij, vel quasi, vel iure pignoris, vel vsusfructus, vel quouis alio. Si.n.ager ad nos spectat iure dominij,eodem iure alluuio pertinebit, vt hic. Et idem si quasi dominij,vt ff.de publicia.l.si ego.§.quod tamẽ per alluuionem: idem si pignoris,vt ff.de pign.act.l.si conuenerit.§. si nuda. de pig.l.si fundum.in prin. Item si vsusfructus, vt ff.de vsufruct.l.item si fundi.§.1. Plus est, quia si fundus ad nos spe quadam spectaret,illo iure ad nos spectaret alluuio, vt ff.de leg.1.l.quod in rerum.§.1.eodem.n.iure quò fundus censetur.Item licet hic dicat,agro nostro.Instit.eod.§.præterea, dicit agro tuo, intelligo autem ꝓ sit alicuius, id est, ad ali-
2 quem iure priuato pertineat. † Si enim esset iuris publici, vt via,tunc in ea adhęreret,& iuris publici non efficeretur, sed eorum,qui prope viam prædia possident. vt ff.de acqui. rer.dom.l.Martianus.& quod not. Insti.de re.diuisi.§.ripa-
3 rum. quæ autem sint † prædia ciuitatis, non tamen in vsu publico,sed per ciuitatem coluntur, sicut per priuatum, ea ius alluuionis habent.sunt enim tanquam priuata, vt ff.de
4 contrahend.empt.l.sed Celsus,in princ.† Quid dices,si alicui campo,in quo fiet forum, vel fortè plateæ per alluuionem flumen addiderit? Respon.isti campi plateæ sunt,plat ea autem secũdum Hug. & Pap.idem est quod via ampla, seu via lata: ergo,&c.sed via cedit,si iuri publico non offi-
5 citur, vt d.l.Martianus. † Quid autem, si alicui loco sacro, vel religioso flumen adiecerit,vel alicui cœmeterio,vel loco aliter consecrato? Rspon.ei non acquiritur.non enim est ager noster, sed in nullius bonis est,vt ff.de rer.diui.l.1. Nec potest dici quòd quæratur ei, qui ab alia parte loci sacri prædia possidet. locus enim sacer medius impedit acquisitionem, licet via non impediret, vt ff.de aqua plu.arcen.l.si prius.§.sed loco sacro.& de ser.l.seruitus.§.fi. Non enim potest dici, quòd locus sacer ita dicatur prædij,sicut dicitur de via,d.l.Martianus. Via enim destructa,suppletur à prædio vicino.l.si locus.§.fin. ff. quemadmo. serui. amit. quod de loco sacro non reperitur.Puto autem, quòd talis alluuio in nullius bonis sit, sed occupanti conceditur, sicut in alluuione,quæ agris limitatis accedit.vt ff.de flum.l. 1.§.si insula.& §. seq.

ADDITIO.

a Th.D.¶Noster.Nota,quòd si arbor tua ui fluminis delata in agrum meum se coaluit cum terra,an efficitur mea, & an poteris agere contra me ad æstimationem arboris,vide plenè per Paulum de Castr.in l.hoc amplius.§.de his autem. & ibi Alex. in secundo no.ff.de damno infec.

1 *Flumen publicum dicitur,quod perpetuò currit, quæ autem in hyeme currunt, & non æstate, priuata sunt.*
2 *Flumen priuatum nihil tribuit per alluuionem: adijcere tamen potest supponendo.*
3 *Torrentia, seu fossata agrorum cur priuata sunt.*
4 *Fossata posita in confinio duorum prædiorum communia sunt.*
5 *Fossatum existens propè finem prædij, de quo apparent instrumenta antiqua, in quibus possessores emerunt prædia à latere, intelligitur esse eorum, qui prædia à latere possident.*
6 *Alluuionis ius, an habeat locum in riuis.*
7 *Fluminis ripa, quæ erat iuxtà prædium, si corruit, ita vt flumen alueum mutet,alueus acquiritur prædio.*
8 *Stagnum, & lacus si priuata sunt,non habent ius alluuionis, secus si publica.*

Flumen. De flumine publico loquor, & ista declarabimus vt patet in ea parte legis, q̃ in 3.lib.declarabimus, per quam exprimitur ꝙ loquitur de flumine, quod est iuris publici.probatur, Flumina publica
1 † sunt,quæ perpetua sunt, vt ff.de flu.l.2.§.2.& ideò gl. Insti. de re.diui.§.flumina.super text. qui dicit, ꝙ flumina omnia publica sunt, exponit omnia, id est, perpetua, vt Padus, & Rhenus.Quædam verò sunt priuata, vt fossata in agro posita,quæ quandoque currunt,quandoque non.Ista sunt verba glo. Item Roff.in libellis super interdicto, ne quid in flu.publ.dicit, ꝙ flumina, quæ in hyeme currunt, in æstate non,sunt priuata.& bene dicit. Ista.n.vocãtur torrentia,vt
2 ff.de flu.l.1.§.torrens. Si igitur † priuata sunt, ꝑ alluuionem nemini possunt aliquid tribuere, si.n.cursum mutant semper solum remanet eis,cuius primò erat. Quod autem dixi per alluuionem non posse adijcere,intelligas apponendo ita ꝙ prædium extendatur,supponẽdo verò potest adijcere,sicut pinguedo agri superioris adijcitur agro inferio
3 ri.l.1.§.fi.ff.de aqua plu.arcẽ. Et si † quæratur,[a] cur priuato-
a rum sunt ista fossata, seu torrentia? dico hoc facti esse.Potest.n.probari, ꝙ per alicuius prædium aqua prorupit, & fossatum fecit vel inter prædia plurium aqua iuit. tunc secundum terminos antiquos prædia erunt diuisa, & talia fossata. Vel si potest probari qualiter sunt ab antiquo possessa. Quòd si (vt sæpè accidit) nullum istorum, vel aliud sufficiens possit probari,tunc puto illorum esse,qui propè ab vtraque parte prædia possident,cuiuslibet vsque ad medium.argu.eius quod dicitur de insula, & aluco dimisio.ff. de acquiren.rer.dom.l.adeò.§. insula. & §. quòd si toto. & qđ dicam in 2.& 3.li.huius expressum esse comperies. ff.de aqua plu.arcend.l.2.§. præterea. vbi text. dicit, si in confinio fossa sit. & glo. exponit in confinio, scilicet duorum
4 prædiorum, & sic erat communis fouea. † Et sic infert, quòd eo ipso, quòd est in confinio prædiorum est communis. quod etiam expressiùs declarat ibi text.dum dicit, eam partem quæ tibi accedat, & sic expresè innuit, ꝙ eis qui ab vtraque parte possident prædia, accedunt.quod intelligo nisi ea fossata essent in vsu publico, tunc dicerẽtur publica,

ADDITIO.

a T.D.¶Et si quæratur.Plures quæstiones de fossatis, vide per Fely.in c. Rodulphus. de rescrip. Et vide Bart.in l.prædia.§.si ita legatum. & ibi scripsi in apostill. mea.ff. de fun. instruc.

BIU Cujas

publica, vt ff. nequid in loco publi. l. 2. §. hoc interdictum. & est expressum. vt ī flumine: publico nauig. lic. l. 1. §. fossa.

5 † Sed quid si reperiuntur instrumenta antiqua, in quibus possessores prædiorum à latere emerunt prædium, & propè finem appositum fuit fossatum? Videtur ad eos pertinere. Ipsa. n. emimus, non confines. Pro quo facit qđ fundi nihil est, nisi quod intra se continet, vt ff. de actio. empt. l. fundi. in princ. Credo q̄ similiter intelligatur esse eorum, qui à latere prædia possident, vt s̄. probatum est. Nec obst. quod fines non emuntur, nam fateor: sed tamen possibile est, quod rei venditæ accedunt. sicut si emerem fundum,

a & accessiones, & ponerem pro fine ripam fluminis.[a] sicut etiam ponerem pro fine viam, quò ad quid fundo cedit, vt ff. de acq. re. do. l. Martianus. Nec obstat. d. l. fundi. in princ. quia illa regula, quòd fundi nihil est, nisi quod intra se cōtinet, patitur exceptiones per alias regulas, vel leges, vt in aquæductu, qui est extra prædium, vt ff. de contrahen. emp. l. si aquæductus & in limitib. prædiorum, & in vijs, vt supra dictum est, & in tali fossato. l. 2. §. prætereà. de aqua plu.

6 arcen. † De riuis verò, & alijs nominib. fluuiorum, seu quæ aquarum cursus significant, quid iuris sit, & an in eis alluuionis sit ius, in secundo lib. vbi de insula tractabimus, dicetur: quoniam tex. in l. 1. ff. de riuis. de hoc ibi facit mentionem. ¶ †

7 Sed quæro, quid, si ripa prædij versùs flumen naturaliter se extendit, quia fortè ibi erat lapidicina accrescens, de qua dicitur. ff. sol. mat. l. diuortio. §. si vir in fundo, & euidenter videtur Pisis apud montem Pisanum in lapidicinis marmoreis, vel in terræmotu, & vi fluminum, vbi ripa erecta corruit, & ipsa iuncta prædio, remanens fluminis in alueo, per eum locum cessare fecit? Respondeo, puto totum locum domino prædij accedere, sicut per alluuionem: omnes enim istæ accessiones, quæ diuina natura obueniunt nullo facto humano interueniente, eiusdem naturæ sunt, vt ff. de vsufructu. l. item si fundi. §. 1. & hoc videtur sentire Azo in summa. Instit. de rer. diui. §. i. n. flumen prædio meo addat, & propterea ab eo, alias, alueo simpliciter recedat, nil addendo, nobis accreseit, vt ff. de acquir. re. domi. l. Martianus. hoc autem nil addendo recedit, sed ab eo recedit naturali impulsu. Istud autem incrementum, quod quandoque ripa naturaliter excrescente contingit, dici potest alluuio: quia latens incrementum est. quando verò ruina, vel terræmotu contingit, potest dici incrementum aluei recedentis, de quo dicemus in tertio libro huius operis. cum. n. repentè fluit, alluuio non

8 est. † De lacu vero, & stagno dicendum est, q̄ quando lacus & stagna sunt priuata, tunc non est dubium, q̄ per alluuionem non vni detrahit, nec alij addit: sed locus ille, qui inundatur aqua lacus, vel stagni, etiam ita inundatus remanet eius, cuius primo erat, vt ff. de acquiren. rer. dom. l. lacus. de aqua pluuia arcen. l. vicinus. §. fi. Quidam lacus, & stagna sunt publica, & hoc duobus modis. quandoque enim sunt publica, id est, Reipub. & ibi nullus piscatur, nisi cui Respub. commiserit, vt in lacu Perusino, tunc idem, quòd si essent priuata, vt ff. de contrahen. empt. l. sed Celsus. quædam sunt publica, vt in vsu publico: per eum enim quilibet piscatur ad placitum, tunc addit & detrahit per alluuionem sicut flumina publica, vt ff. de verb. sig. l. littus. & ff. vt in flumin. publi. na. lic. l. 1.

A D D I T I O.

a Tho. D. ¶ Ripam fluminis. Vide per do. Alex. in consi. 43. in 6. vol. incip. omissis argumentis. vbi plenè ponit de doctrina Bar. hic, & est duplicatum in consi. 120. in 2. vol. & idem Bal. in rub. ff. de rerum diuisione. in 7. col. in fi. & seq.

1 *Adiecta dicuntur, quæ ita adijciuntur, vt vniantur.*
Quicquid alluuione adijcitur, & vnitur prædio nostro, nostrum est.
2 *Proiectum per flumen in agrum nostrum, nostrum non est, sed conceditur occupanti.*
3 *Arena adiecta alluuione fundo nostro, nostra est.*

1 **Adiecerit.** † Adiecta dicuntur ea, quæ ita adijciuntur, vt vniantur, vt ff. de rei vendi. l. in rem. §. item quæcunque. Vniri autem dicuntur, quā do partes inuicem cohærent. apparet. n. euidenter id quod per alluuionem additur alteri prædio cohærere. si quid autem sit quod adijciatur, ita quòd cohæreat siue terra, siue li

2 gnum, siue æs, nostrum erit. † Illud autem † quod per flumen in nostrum proijcitur, quod non cohæret, licet nullius sit, tamen nostrum non est, sed occupanti conceditur, vt patet in apibus, & fauo mellis ab apibus facto, vt ff. de acqui. rer. do. l. naturalem. §. apum. Insti. de re. diui. §. apum. Hic etiam apparet quod fundi non est, nisi quod intra se continet, ita quod sit affixum. vt ff. de actio. empt. l. fundi. in

3 prin. facit. ff. de acqui. pos. l. 3. §. Neratius. † Quid autem dicemus de arena cuius partes inuicem non cohærent, an nostra efficiatur? Respon. cum hæc materia terrea sit, nec cuius sit, appareat, cum ipso fundo confundi dicitur, sicut dicimus de pecunia mista cum pecunia, vt ff. de sol. l. si alieni. hoc etiam apparet, quod omnia incremēta fluminum, quæ fiunt per alluuionem sunt additamenta arenosa. De isto igitur iure, vt s̄. dixi sic sentio, vt gl. sentit.

Iuregentium. Hoc est ius, quò omnes gentes vtuntur, vt ff. de iusti. & iu. l. 3. §. fi. competit ergo istud ius deportatis, & cæteris, qui iura ciuilia perdiderunt, vt ff. de pœn. l. quidam sunt.

1 *Adiectum alluuione nobis acquiritur ipso iure, absq; facto hominis.*
2 *Adiectum alluuione agro, possidetur eo iure, quo possidetur ager.*
3 *Alluuio non habet locum in agris limitatis.*
Agri limitati, dicuntur agri capti ab hostibus, & inter milites diuisi.
4 *Territorium vnum, si Princeps diuidit inter plures, dicitur ager limitatus, & non habet ius alluuionis.*
5 *Territoria diuersa, si diuersis integrè assignantur, non dicuntur agri limitati.*
6 *Alluuio non tribuit iurisdictionem, sicut tribuit dominium rerum priuatorum, & nu. 9.*
7 *Iurisdictio est iuris publici. Et qualiter sit iuris publici.*
8 *Iurisdictio si diuidatur flumine, quælibet ciuitas, vel dominus habet iurisdictionem in ipso flumine, vsque ad medium.*

1 **Acquiritur nobis.** † Acquiri nobis intelligo eo iure, quo ager primum ad nos pertinebat, vt supra dictum est, cum exposuimus verbum nostro, & fit acquisitio ipso iure gentium absque alicuius hominis facto. An autem sic acquiri dicatur, vt possideamus, q̄ per alluuionem adijcitur, dubi-

a tari potest: sed cum hoc,[a] † quod adijcitur pars primi agri

2 sit, non nouus ager, puto q̄ id quod adiectum est, sicut primus ager possidetur, arg. ff. de acqui. pos. l. 3. in princ. In eadem opinione, quis videtur esse, vt velit totum fundum possidere, vt ff. de legat. 1. l. si ex toto. in prin. & l. quod in re

3 rum. §. pe. † Prædicta autem non habent locum in agris limitatis, vt ff. de acquir. rer. dom. l. in agris. & ff. de flu. l. 1. §. si insula. Quid autem sint agri limitati, ibidem Iurisconsultus explanat, hoc est ager captus ab hostibus & diuisus inter milites, vt sciretur, quid cuique datum est, quod vænisset, & quod in publico relictum esset. d. l. in agris. in fi. si ergo Princeps vnum integrum territorium vni assignaret, non erit ager limitatus, vt hic patet: quia non est diuisus. Et hoc vult text. in d. l. in agris, dum dicit, qđ si ager totus

4 apud Rempub. retinetur, non est ager limitatus. † Sed si

b vnum territorium Princeps inter plures diuidit,[b] tūc agri limitati sunt, nec ius alluuionis habent. d. l. in agris. & de flum. l. 1. §. si insula. ratio huius potest esse, quia postquam Princeps limitatè decidit, vult quod semper limitatè possideant, vt semper sciatur quantum habuit beneficio Principis: nec possit dici, quòd habuit beneficio fortunæ. vel dic, quod ratio est, quia flumina loco censitorum habentur, & loco illorum officialium, qui propter censum accipiunt de iure vnius, & dant alteri: sicut dicti officiales nō possunt mutare concessionem factam per principem, ita nec flumen, arg. ff. de acquir. re. dom. l. adeò. §. pen. Sed huic rationi contradicit expositio Azo. quam facit in Sum. Insti. de rer. diui. versi. nouus autem alueus. vbi dicit, flumina habentur loco censitorum. i. iudicum & principum, vel iuris authoritate. ideo non habent ius alluuionis, q̄a pro illis prædijs non tenent̄ soluere functiones. ideò in alio grauantur, vt C. de fun. li. l. fi. lib. 11. Vel dic non esse rationem quærendam, post quam habemus determinationem. In

5 agris igitur limitatis nō habet locum ius alluuionis. † Sed quid, si plura territoria capiantur, & quodlibet territoriū per se integrum diuersis militibus assignetur? Respōdeo non esse agros limitatos, sicut si vnum integrum vni assi-

6 gnetur. vt dictum, est argum. ff. de verb. oblig. l. scire debe-

c mus. 2. respon. so. † Quæro, si territorium,[c] & iurisdictiones ciuitatum,

A D D I T I O N E S.

a Tho. D. ¶ Sed cum hoc. De dictis per Bar. hic vide plenè per Alex. in l. 1. in princ. ff. de acq. pos. & do. Ias. in l. 4. de acqui. pos.

b Tho. Dip. ¶ Diuidit. Vide Alex. in l. cætera. in princ. ff. de leg. 1. vbi plenè examinat doct. Bar. hic, & vide Bar. Soc. in consi. 181. incip. visis capitulis.

c Tho. D. ¶ Quæro si territorium. Adde Bart. Vero. in suo trac. de serui. in rub. de flumi. priuato. & Io. de Platea in l. fi. in fi. C. de fun. limitroph. lib. 11. & apostil. Fran. de Curte in l. 1. in addi. Alex. incip. confertur. ff. de iur. om. iud. & plenè in consi. 66.

ciuitatum, & episcopatuum sunt diuisa, & terminata per cursum alicuius fluminis, an sicut flumen accipit de iure vnius,& dat alteri iure dominij,ita facit in iure iurisdictionis? Et videtur q̃ iurisdictiones non mutentur; sunt.n. limitatæ à Principe: ergo videñt agri limitati.d.l. in agris. Et sic dico, q̃ si hoc non apparet, dicam q̃ istæ limitationes,aliàs iurisdictiones sunt antiquæ, & à tempore, cuius memoria non existit:ergo habeñt iure constituti per principem,vt ff.de aqua quoti.& æsti.l.hoc iure.§.ductus aquæ. & sic videntur limitatæ. Sed hæc ratio non est sufficiens: pone.n.quòd princeps non diuisit territoria,vel sicut diuisa inuenit, diuisa seruauit: & tunc agri limitati non dicuntur,vt dictum est.Vel dicamus,q̃ iurisdictio non mutatur,quia alluuio ea, quæ sunt publica, in alium non transfert, ar.l.Martianus.ff.de acq.rer.do.Sed huic obstat quod s.dictum est super verbo, nostro, quia ea, quæ sunt publica,hoc est ciuitatis,in vsu publico ius alluuionis habent:
7 cuius gratia videndum est, † an iurisdictiones sint iuris publici: & constat quòd sic,vt ff.de iusti.& iu.l.1.§.publicum ius.ibi,magistratibus,&c. Secundò videndum est,qualiter iurisdictiones sint iuris publici, an tamquàm ea, quæ sunt in vsu publico, an tanquam ea, quæ sunt ciuitatis, vt priuatus possidet? Ad quod sciendum est, q̃ sicut pater, & filius, dominus & seruus sunt correlatiua: ita iuririsdictio est quædam relatio domini in subditos, & sicut pater habet ius in filium, ita filius contra patrem habet quædam iura petendi alimenta, & similia. Ita in iurisdictione subditi habent quoddam ius petendi iurisdictionem à superiore; & si ille denegat, delinquit, & punitur, vt in authentica, vt differ.iud.in princ.& ff.& C.de magi.conue. cum si,& istud est iuris publici, tanquam ea, quæ sunt in vsu publico:quilibet enim potest à magistratu iustitiam petere,vt d.l.1.§.publicum ius. de iustitia & iure. Alio modo consideratur iurisdictio prout est in ipso magistratu, ciuitate, Comite, vel Barone,& isto modo iurisdictio est iuris publici eo modo, quo sunt ea, quæ ciuitas possidet vt priuatus;quod patet,quia non quilibet de ciuitate vtitur,sed solùm cui Respublica permiserit; & ea, quæ inde percipiuntur,vt mulctæ,pœnæ,bãna, & similia ipsius ciuitatis, vel dominij sunt tanquam priuata, vt ff.ne quid in loco publi.l.2.§.hoc interdictum. ¶Item videndum est,
8 † vtrùm iurisdictio competat cuilibet ciuitati, vel domino, & in ipso flumine vsq; ad medium ipsius fluminis terminantis? Et respon.q̃ sic: quia omnia, quæ sunt in confinio, sunt communia eorum, qui ab vtraque parte possident, vt l.arbor.ff.communi diui. de aqua plu.arcen.l.2.§. præterea.& de acq.rer.dom.l.adeò.§.fin.& sic de omni eo, quod committetur in ipso flumine, quilibet habet iurisdictionem vsque ad medium fluminis. † His præmissis in quæstione proposita,cùm in ipso flumine,& solo ipsius ciuitatis,domino, vel alterius loci dño, vel episcopo competit ius iurisdictionis tanquam ius priuatum, & sic tanquam hoc flumen sit priuati iuris,dicendum * est indubitãter, qd̃ per alluuionem,hoc est per additionem,quę fiat à flumine,non adijcitur,vel detrahitur iurisdictioni, sicut s.dictum est de lacu,vt ff.de contrahend. emptio.l.Rutilia Polla.de aqua plu.arcen.l.vicinus.§.fi. de acq.rer.dom.l.lacus.arg.ff.de aqua quotid.& æsti.l.hoc iure.§. si aquam. sed facilis est solutio, si bene inspiciatur.

ADDITIO.

* ¶Dicendum. Adde tu contra hanc opi.Bar.quæ tenet Bal.in rub.ff.de rer.diui.versed vlteriùs qnæritur.& in c.1.§.si quis de manso,de contro.inuest. & Ange. Are.& Io.Fab.in §.præterea. Insti.de rerum diui.consuluit do.meus Bart. Soc. in consilio, quod incipit.dominus labia mea aperiat.& Spiritus sanctus illuminet intellectum meum, præsens consultatio pulchra est, & subtilis, in qua eleganter, & subtiliter. quod non habetur in impressis.& ita consuluit collegium Papiense, quod cõsilium est inter consilia Fran.Curtij consi.56.& etiam Lud. Bologni.in consi.13. & latum consilium vide etiam per Corneum,consi.287.vol.3.

1 *Intelligere non comprehenditur per visum.*
2 *Testis deponens per verbum intellexit, non probat, nisi exponatur, id est, vidit.*
3 *Alluuio probatur per testes, deponentes, quòd viderunt minutatim incrementum allatum.*
4 *Confines reperti fracti in domo præsumuntur fracti ab eo, qui remansit ad custodiam.*
Relatum factum in consilio præsumitur ab eo solo, qui exiuit.

Per alluuionem Autem vī adijci, qd̃ ita paulatim adijcit, vt intelligere non possumus, quantum quoquo momento tẽporis adijcitur.Ista verba sunt legis,adeò.§.præterea.versi. per alluuionem.ff.de acqui.re.dom.Super verbo, momento temporis.glo.in verbo momento temporis. sic ait, nã & si tota die figas intuitum,imbecillitas visus tam subtilia incrementa perpendere non potest,vt in cucurbita ostendi potest.vnde dicitur latens incrementum,vt Instit.eo.§. præterea. Ista sunt verba Azo.in summa, Insti.de rer.diui.
1 versi.per alluuionem. Et aduertendum est † q̃ illud, quod tex.dicit intelligere glo.intelligit, hoc est per visum comprehendi non potest; & meritò.Vt enim naturales dicũt, vna est virtus intellectiua,quæ intelligit: & hæc eadem in homine mediante organo oculorum,videt, & per aurem
2 audit, & sic de simili. Hæc autem expositio licet † verbis legislatoris congrua sit: in dicto alicuius testis q̃grua non esset,qui de eo debet deponere, qd̃ simpliciter sensu corporis percipit, vt ff.de testa.l.qui testamento.§.fi. C.de testib.l.testium.& no.per Inno.extrà,de testi.c.in nomine.& in c.cum causam. Si igitur diceret testis aliquid esse,quod sic fieri intellexit,non probaret, nisi exponeretur, intellexit.i.vidit,quia potuit per alium modum ad hunc intellectum peruenire,de quo modo interrogatur.Sed hic meri-
3 tò occurrit dubitatio.† Si.n.hæc alluuio nõ potest per sensum corporis comprehendi, ergo q̃ sit alluuio per testes non poterit probari. dico autem, q̃ bene potest videri, q̃ flumen addit,sed non quantum quoquo momento, sicut in puero excrescenti videmus. Dico etiam q̃ ex diuisione loci post incremẽtum allatum potest videri, & per visum comprehendi quod per alluuionem est factum. Expositione.n.facta de terra addita hoc manifestè per omnes comprehenditur,q̃ minuatim factum est,& quòd à flumine factum est,quod per alium fieri impossibile esset.Vnde puto testem probare,qui diceret,q̃ ipse vidit minutatim incremẽtum allatum,& vidit q̃ est alluuio addita à flumine minutatim.Idem puto in quacunque materia contingere,vt si sit aliquid factum, quod nisi ab vno fieri poterit, q̃ apta
4 sit probatio illum fecisse. † Quid.n. si per certam horam vnus ad domus custodiam sit dimissus, constatq; nullum alium ingressum esse,& confines, qui clausi dimissi erant, fracti reperiuntur;proculdubio ille,qui remansit, fecit. Et quid si plures erant in q̃silio super arduis constituti; constat neminem exiuisse,vel cum alio locutum fuisse vno excepto,& reperitur negotium esse scitum, & propalatum, tunc proculdubio ab illo solo exeunte de consilio, vel cũ alio loquente factum est,cum ab alio fieri sit impossibile, sicut hic impossibile est ab alio additum, q̃ à flumine,&c.

1 *Vis in singulari pro potentia,pro violentia: item pro necessitate,& etiam pro potestate ponitur.*
2 *Vires in plurali, denotant effectum, seu efficaciam, & potentiam corporis.*

Quòd si vis fluminis. Hic tractare incipit de incremento non per alluuionem, hoc est,non paulatim, & latenter: sed manifestè,& palàm. Ait ergo,vis fluminis,id
1 est, potentia fluminis. † Multa.n.significat hæc dictio, vis. Quandoque ponitur pro potentia,vt hic, & in vulgari dicimus, talis homo habet magnã vim, hoc est, magnam potentiam,quod non intelligitur de corporali, sed de ea, quæ contingit ex multitudine amicorum, vel subditorũ, vel diuitiarum.Qñq; pro violentia, vt ff.qd̃ met. causa.l.2. & l.extat,cum sim.Qñque pro necessitate,vt ff.de statu ho. l.libertas & quod ibi not.ibi.nisi per vim,&c. Dicimus in vulgari, ego facio hoc vi,id est,necessitate,cogente. Facit C.de rescin.vendi.l.non idcirco. Item accipitur pro potestate.vt ff.de tu.l.1.in prin.§.1.& Inst.de tut.in prin. Et istis
2 casibus declinatur tm̃ in singulari per omnes casus, † plurali verò non vtimur:reperitur tñ,vires,in plurali:& istud non habet singulare: & interdum ponitur pro effectu,seu efficacia,vt ista stipulatio habet vires, vt ff.de verb.obl.l.stipulatio ista.§.hi qui.ponitur etiam, vires, i.vt virtutes, vt ait Cato,Herbarum vires,&c.ponitur etiam pro potentia corporis,vt ille homo habet magnas vires.Reperitur etiã istud aduerbium,vix,cuius significatio ponitur,ff.de iudic. l.vix.& ad Velleia.l.tutor. cum similib. &c.

Partem aliquam de tuo prædio detraxit,&c. Vt igitur hęc pars locum habeat,oportet constare, q̃ pars ila,quam flumen prædio meo applicuit,ex tuo prædio fuerit. Si verò cuius fuerit,ignoretur, tũc statim quod terræ meæ applicaretur meum esset, vt s.in princ. dictum est, & etiam super verbo, adiecerit.

Applicare,

BIU Cujas

1 *Applicare, idem est, quod imponere, & subijcere.*
2 *Adijcere fundo dicitur, quod inuisibiliter fit, applicare, quod visibiliter, & palam.*
3 *Crusta agri, quæ applicatur prædio, quando possit vendicari.*
4 *Crusta agri tui applicata prædio meo, & ita quòd inseparabiliter vnitur, efficitur mea.*

Ex prædio meo appulerit.

&c. Insti. de rer. diui. §. ℣ si vis. vbi est idem tex. Et dicitur, † applicuerit, ℣ exponit glo. in d. §. ℣ si vis. in verbo, appulerit, i. apposuerit. & subijcit, putà crustã terræ vineatę, & arboratę. Ita dicit gl. fin hoc differt hæc pars à p̃cedenti: quia ibi adiecit à latere, hic supposuit, licèt hoc in se verum sit; tamen non puto curandum. Siue enim à latere, siue super fundo talem
2 crustam posuerit, idem iuris est. Differt ergo, † quòd in prę-cedenti parte adiecit inuisibiliter. hic verò visibiliter, & palàm. Quid autem sit hoc, quod dicit, appulerit, seu applicauerit, aduertendum. Potest autem hoc esse sine vnione rei, quæ applicatur. Dicimus enim nauem ad portum applicasse, vel applicuisse: non tamen vnitur portui. Et sic hoc mo-
3 do crusta † agri, quæ prædio meo applicatur, sine dubio tua manet, vt hic, & à te poterit vendicari, vt s̃. de dam. infec. l.
4 hoc amplius. §. 1. † Quandoque crusta agri tui meo prædio applicatur aliqua leui vnione, vel quòd potest de facili reparari, & tunc idem. Io. dicit tex. palàm est tuam rem permanere, vt hic. Rarò enim terra potest apponi super terram, quin aliqualis applicatio, & vnio fiat. & ideo hæc lex notabiliter requirit, ℣ arbores radices emiserint, vt j̃. videbimus. quãdo crusta agri tui meo prædio applicatur, ita ℣ inseparabiliter vnitur, tunc p̃dij mei efficitur, vt j̃. dicetur, &c.

1 *Crusta applicata fundo meo, intra quantum tempus dicatur vnita cum meo, & mihi acquisita.*
2 *Impositum fundo meo, fundo meo acquiritur, & additum per alluuionem mihi acquiritur.*
3 *Arbor mea imposita tuo fundo, etiam si ibi coaluerit, petitur actione in factum.*
Arbor, antequàm coaluerit, vendicatur à domino.
4 *Crusta antequàm sit vnita, potest agi contra dominum, vel vt illam tollat, vel vt illam pro derelicto habeat.*

Planè si longiori tempore.

Eandem materiam prosequitur, quando ab initio crusta in meum agrum, vel fundum trãslata est sine vnione. Si enim ab initio fuerit vnita, vt quia multum cum terra agri mei vnita sit, ita quòd nec discerni, nec separari potest, aliàs possessio mea esset, vt d. l. hoc amplius. §. 1. de dam. infec. Sed quando ab initio sic vnita non esset, tunc ex post facto fieri potest vnio, & vniri potest: quod si fiat, tunc efficitur mea. Hoc
1 autem qualiter † fiat, vnum exemplum ponitur, si longiori tempore fundo meo hæserit, quod vt hic in glo. 1. in verb. longiore tempore, dicitur. quidam exponebant 10. vel 20. ann. quod glo. reprehendit: Sufficit enim quòd tanto tempore stet, quòd coalescat arbor in terra, vel si fortè crustam non habent arbores, sufficit si tanto tempore steterint, ℣ si ibi arbores essent, coaluissent; ex cursu enim tanti temporis præsumitur facta vnio terræ, & hæc est mens huius literæ. Puto etiam quòd si intra modicum tempus illa crusta propter pluuiam sit dirupta, & cum terra agri mei vnita sit, quòd statim sit effecta mea. argu. ff. de glan. legen. l. 1. & d. l. hoc amplius. §. 1. Ex eo enim tempore, quo cum terra vni-
2 tur, fundo meo dicitur acquisita. Et est aduertendum, † quia s̃. in acquisitione, quæ fit per alluuionem, dictum est, ℣ acquiritur nobis; hic verò dicitur, ℣ acquiritur fundo, ℣ verum est, prout hic glo. intelligit, ℣ loquitur de eo, quòd supponitur, quòd ipsi fundo acquiritur. illud verò, quod fundo adijcitur, potest domini destinatione possideri, vt fundus separatus à primo, & sic magis personæ, quàm rei dicitur acquiri. Sed intelligendo, quòd hic etiam per extensum, nõ est vis: quia siue acquiratur nobis, siue fundo nostro, idem est, ab initio enim fundo acquiritur, licèt possumus posteà
3 separatim possidere destinatione nostra. Licèt † autem arbor coaluerit, an vendicari possit? Glo. hic tenet, quòd pos-
4 sit peti actione in factum: & hoc de arbore. Ipsa † autem terra postquàm vnita est, peti non potest, d. l. hoc amplius. §. ita demum. de dam. infec. antequàm autem coaluerit, ipse dominus potest vendicare, dum tamen de damno infecto caueat, vt d. l. hoc amplius. §. fi. ego autem, in cuius præiudicium delata est crusta, possum agere contra dominium, vt ipsam tollat, vel pro derelicto habeat, vt l. prætor ait. §. fin. ff. de damn. infect. Postquàm verò vnita est, hoc facere non possum. vt d. l. hoc amplius. §. 1. versi. sed nec ego. Ad figuras igitur veniamus.



I.

Quia circa

diuisiones eorum, quæ per alluuionem adijciuntur, quæstiones plures vidi, quarum doctrinam dare impossibile arbitror, nisi res inspectione oculorum inspiciatur. Ideò figuras ad oculum demonstrantes inserui, per quas illa sola docere intendo, quæ communiter ignorantur: & in hoc vtar aliquibus conclusionibus geometricis. Nec hoc quis arbitretur incongruum: quia omnis scientia ancillatur huic. Est enim hæc Architectica de alijs cunctis disponens, vt dicit Aristo. 1. Politic. Sciendum est igitur, quòd inter eos, qui ex vna parte fluminis prædia possident, id, quod per alluuionem adijcitur, vel quoquo modo, scilicet dimitendo insulam, vel alueum, commune est pro diuiso, pro modo latitudinis, quæ latitudo propè ripam sit, vt in §. adeò. & §. insula. hoc autem fit ducendo lineam per directum per illam partem, quæ adiecta est per alluuionem, seu per insulam, vel dimittendo alueum. Ad ostendendum igitur, quæ sit linea recta seu per directum ducta, facta est ista figura: sed an linea sit recta, quæro tribus modis. Primò an linea sit recta secundùm se, & de hoc in figura. Secundò, an linea sit recta respectu alterius lineæ s̃. quam cadit. Tertiò, an linea sit recta respectu alterius puncti, qui est in angulo duarum linearum, hoc est, an rectè secet angulum p̃ medium. De quolibet videamus. De primo dico, ℣ linea recta secundum se, est ab vno puncto ad alium extensio, vt patet in prima linea. s̃. posita, vbi sunt duo puncti. a. b. nam si extendatur prima linea ab vno puncto ad alium, illa linea erit recta. & si vnum filum tangens illos duos punctos extenderetur in infinitum, tota linea erit recta, vt patet ad sensum, & figura demonstrat. Itẽ sciendum est, quòd si fieret aliqua linea super duos punctos æquè distantes à primis, vt c. d. æquè erit linea recta. & si in infinitum illæ duæ lineæ extenderentur, nequaquam iungerentur, vt ex figura patet ad sensum. Sed si fierent duo puncti, non æquè distantes à primis, sed vnus esset magis propinquus 1. lineæ, alius magis remotus est, vt e. f. tunc protrahendo lineam, linea est indirecta secundùm se, vt prę-cedens. nam punctus. a. est magis remotus à linea. c. d. quàm punctus. f. tamen protrahendo illas duas lineas, necesse est eas simul iungi. Si verò secundus punctus esset remotus, vt g. h. (constat. n. quòd punctus g. est magis propinquus præcedenti lineæ, & punctus h. est magis remotus) tunc quantò magis istæ duæ lineæ extenduntur, magis elongantur, vt patet ad sensum. & prædicta sunt multùm no. in geometria, vt patet. 1. libro Euclidis.



Hæc figura

facta est ad ostendendum, quomodo posita vna linea recta, super ali quo puncto ipsius lineæ alia linea recta perpendiculariter, & rectè cadit: quod cognoscitur: quia qñ super vnam lineam rectã alia recta, & perpẽdiculariter cadit, tunc vterq; angulus rectus erit. Sed si non caderet rectè, & perpendiculariter, tũc vnus angulus erit acutus, alius latus erit, & apertus, quasi obtusum oñdat. Exemplũ primi dicti sit linea posi-ta. a. b. & pũctus in ea ponat̃. d. si super illo ducat̃ linea ppendiculariter. c. d. tunc vterq; angulus rectus erit æqualis. Exẽplũ secũdi dicti sit linea posita e. f. punctus in ea positus g. si sup illo ducat̃ linea nõ rectè, sed ppendiculariter, vt sic flectat̃ versùs punctũ. f. & sit linea. h. g. tũc angulus est acutus

BIU Cujas

in illa parte,quà flectetur,& ab alia parte,erit obtusus. Sed dubitatur,si ponatur linea.i.K. & in ea punctus.m. & ducatur super illo linea.m.n.quæ in nullam partem flectatur, & tamen in aspectu non videtur linea recta, quid erit? Resp. verè est linea recta prima.i.k. & alia super ea rectè cadit, si consideretur secundum se: non autem si consideretur respectu quadraturæ istius chartæ, super qua describitur. Sed ad istud nullus est habēdus respectus, sed solùm ad lineam positam,& ad illam,quæ.s̃.eam ducitur,& hoc est vtile scire ad multa,quæ.j̃.dicentur, &c.



Quia in diuisione,de qua tractaturi sumus, sæpè expedit diuisiones fieri per medium;ideò ad hoc docendum,& demonstrandum,facta est ista figura.Ponatur ergo linea recta.a.b. quam volumus diuidere per medium, ita ꝙ in ipso libro possit cuique demostrari. Primò ponam pedem circuli in puncto.a.& extendam circulum vltra medium lineæ, vt ostendit circulus rubeus: deinde ponam pedem circuli in puncto. b. & s̃. eum faciam circulum æqualem primo,vt ostēdit circulus azureus, qui duo circuli sese protendunt in duobus locis, vt apparet;ducam igitur lineā rectam ab vno dictorum punctorum, vbi circuli se præextendunt ad alium,vt ostendit linea.c.d.dico,quòd hæc linea diuidit lineam ductam per medium,vt apparet,& probatur sic;Si ab æqualibus æqualia adimas,ea,quæ remanent, sunt æqualia, vt dicit Euclides. Sed æqualis distantia est à puncto.a. vsque ad circumferentiam circuli rubei, qualis est à puncto.b.ad circumferentiam circuli azurei,& per lineam. c.d.quæ æqualiter admittitur ab vtraque parte per distantiam: ergo patet,quòd illud, quod remanet de linea.a.b.ab vtraque parte, est æquale: & sic linea.c.d.eam secat per medium. ¶Item ex prædicta figura apparet alia demonstratio, videlicet, ꝙ si inter a.b.non esset linea ducta, sed esset spatium, quod inter duo puncta debet diuidi iure proximitatis, quòd dicta linea.c.d.diuidit dictum spatium directò per medium,ita ꝙ quicquid est suprà,est magis propinquum.a. & quicquid est infrà, est magis propinquum.b.etiam si linea.c.d.extenditur in infinitum. Apparet etiam ex dicta figura alia demonstratio,videlicet.ꝙ.s̃.vnam lineam, vel basim rectam duæ lineæ circulorum æqualium se protēdunt, & à puncto,vbi se prę̃scindent si ducatur linea ad punctum, qui est in medio dictæ lineæ, vt basis,illa linea perpendiculariter cadit ad angulum, & facit rectum ab vtraque parte, vt patet ad oculum,& probatur ex præcedentibus. Quòd si dicta linea diuidit spatium per medium,apparet,quòd non flectitur versùs aliquam partium, & sic facit angulum rectum ab vtraque parte,& ista sunt multùm necessaria ad cognitionem sequentium,&c.



Figura ista est facta ad ostendendum, qualiter posita vna linea recta, & pūcto in ea posito ꝙ supra illum punctum alia linea recta,& perpendiculariter ducatur: ex his,quę posita sunt,de necessitate cōcluditur.Sic igitur linea posita.a.b.& in ea punctus positus. c.supra quem volo aliam lineam directam perpendiculariter ducere.faciam igitur ab vtraq; parte illius puncti duos punctos æquè distantes.d.e. deinde assumam duas æquales lineas cum duabus virgulis, vel chordulis,& vnam ponam super puncto.d.aliam super puncto.e.& ambas coniungam per modum trianguli in puncto.f.posteà ducam lineam à puncto.c.posito vsq; ad punctum.f. dico igitur, ꝙ illa linea rectè & perpendiculariter cadit supra datam in puncto dato, vt hic oculus ostendit: quia facit angulum rectum ab vtraque parte, & probatur in lib. Euclidis. Vel breuiùs sic, data linea.g.h. & in ea ponatur punctus.i.supra quem volo rectè, & perpendiculariter lineam ducere, & faciam duos punctos æquè distantes ad punctum datum.vt.K.m.deinde ponam pedem circuli, in puncto.k. & extendam vsque ad punctum.m.& voluam versùs illam partem, super quā volo ducere lineam: deinde ponam pedem circuli in puncto. m.& extendam vsque ad punctum.k. & simili modo voluā. Sequitur,quòd illæ lineæ circulares se inuicem secabunt in puncto.n. dico igitur, quòd si à puncto.n. dato ducatur linea ad punctum. i. perpendiculariter, & rectè cadit supradictum punctum.i.eadem ratione, qua suprà probatum est in præcedenti figura.Quandoque supra vnam basim rectam duæ lineæ circulorum æqualium se præscindunt, & à puncto,vbi se præscindent, ducitur linea ad punctum, qui est in medio basis,& super illos duos punctos linea in infinitum producta,semper rectè cadit,vt patet ex his,quæ dixi suprà in tertia figura.hoc etiam patet ex his,quæ dicta sunt; quia dicta linea cadens ab vtraq; parte, facit angulū rectum.



Figura ista est facta ad designandum circulum, quod in secunda fuit quæsitum scilicet si ponatur vnus punctus in angulo duarum linearum, & s̃. illum volo ducere lineam rectam, seu perpendiculariter,qualiter fiat,quod docet hæc figura.ponantur ergo duæ lineæ,scilicet.a.b.& b.c.quæ conueniunt in vno puncto, & ibi faciunt angulum,cuiuscunque conditionis sit ille angulus.& super illum punctum volo ducere lineam rectam.faciā igit ab vtraq; parte anguli in illis lineis punctū. b.quod patet, si ducatur à puncto.f.vsque ad punctum.b.ꝙ illa linea rectè,& perpendiculariter cadit super.b.quod patet: quia si ducatur alia linea recta à puncto.d.e.illa secatur per mediū, & ibi illi anguli sunt recti,vt probatur in lib. Euclidis. Præterea in ipso angulo.b.sunt duo anguli æquales. Vel si vis aliter probare,& operari, ponas duas lineas.g.h.i.quæ conueniunt in puncto.h.s̃.quem vis ducere lineam rectam, faciam ab vtraque parte in illis lineis punctum,aliàs punctos æquè distantē distantes.k.m. deinde ponam pedem circuli in puncto.k.quem protendam,vsque ad.m.& voluam.s̃.versùs illam partem, super quam volo ducere lineam: deinde ponam pedem circuli in puncto.m. & extendam vsque ad punctum.k.& voluam simili modo,tunc illæ duæ lineæ circulares se præscindunt in puncto.n. Ducatur ergo linea recta à puncto.h.vsque ad punctum.n.dico, quòd illa rectè,& perpendiculariter cadit.s̃. punctum.h. eadem ratione, qua præcedens.Et si ducatur alia linea recta à puncto.k.vsque ad punctum.m.illa secatur ꝑ medium per lineam.m.h.& erunt ibi.iiij.anguli recti. Et in puncto.h.similiter fiunt duo anguli æquales. His præmissis ad euidentiam nunc ad propositum veniamus,ponendo ripas,prædia, alluuiones,&c.



Ad euidentiam dicendorum præmitto,ꝙ flumen designabitur per colorem azureum,& caput fluminis erit ab illa parte,à qua erit caput alicuius animalis, & versùs illam partem fluāt prædiorum ripæ per colorem nigrum, illud quod est medium inter prædia,& flumen, intelligatur alluuio. Item lineæ rubeæ factæ sunt illæ, quæ verè diuidunt per alluuionem. Lineæ flauæ,siue croceæ, factæ sunt causa demonstrationis,

tionis, vel disputationis, & si quandoque fieret aliqua linea azurea in ipsa figura, declarabitur, ad quem finem fiat. Nūc ad præsentem figuram veniamus, & aduertēdum est, quòd linea, quæ est ripa omnium prædiorum, est recta omni rectitudine. Item duo prædia paria habent confinia directa, adeò quòd linea diuidens prædia directa, cadit in lineam ripæ. Quod patet, quia ab vtraque parte facit angulum rectum, in istis duobus prædijs diuisio est clara, quia protrahitur linea directò per alluuionem vsque ad flumen, vt ostendit linea rubea, & illa linea est directa respectu ripæ, & directè coniungitur cum ripa diuidente prædia. Videndum est de ripa, quæ est inter prædia Titij, & prædia Seij, & inter p̄dia Mæuij. In illis est dubium: nam lineæ diuidentes prædia, licèt sint directæ in se, non tamen cadunt directè in illam lineam, quæ est ripa, vt patet; quia ab vna perficiunt angulum acutum, ab alia obtusum. Si igitur per alluuionem ducerem lineam secundum rectitudinem lineæ, non iret vsque ad flumen, sed iungeretur in puncto. a. vt ostendunt lineæ zalæ, & sic prædium Seij, quod est maioris latitudinis iuxta ripam, haberet minus de alluuione, nec protenderetur vsque ad flumen. dicendum est ergo, quòd lineæ confinium diuidentes confinia nullatenus attendēdæ sunt; quoniam in d.l.adeo. §. insula. in fi. ff. de acq re. do. dicitur ꝑ modo latitudinis, quæ latitudo, prope ripam sit. Si ergo fiet diuisio, consideretur linea, quæ est ripa, & consideretur linea, vbi cadit linea diuidens confinia, & ibi assumatur vnus punctus indiuisibilis. vt ostendunt lineæ nigræ, & ab vtraq; parte illius puncti fiant duo puncti æquè distantes. b. c. & ponatur pes circuli in puncto. b. & extendatur ad punctū. c. & voluatur versus alluuionem, & posteà ponatur in puncto c. & extēdat̄ ad p̄ctū. b. & simili mō voluat̄ ver' alluuionē. Quæ duę lineæ reuolutæ p̄scindēt se in p̄cto. d. deinde ducatur linea recta à p̄cto. a. vsq; ad punctum. d. & protrahat̄ vsque ad flumen, vt ostendit linea rubea. Dico igitur, quòd illa rectè cadit s̄. lineam, quæ est ripa, vt probatum est. s̄. in 3. figura, & est recta à puncto d. vsque ad lineam assumptam, & quantum vltrà protrahitur, recta erit, vt dictum est. s̄. in prima figura, & similis diuisio est inter Seium, & Mæuium, vt lineæ ductæ ostendunt. &c.



Hæc figura habebat lineam ripæ vniformem: & cum tractetur de alluuionis diuisione omnes rustici protrahunt lineam secundum ꝙ ostendit linea cāna ducta secundum rectitudinem lineæ diuidentis prædia. Sed hanc diuisionem rusticorum, non esse bonam apparet: quia linea debet duci recta secundum rectitudinem lineæ ripæ, vt ex præcedentibus liquet, & secundum illam non est recta, quod apparet: quia linea flaua ducta versus caput fluminis, facit angulum obtusum, versus pedem facit angulum acutum, versus angulum facit angulum obrus[illegible]m, quod repugnat lineæ, quæ dr̄citur recta. Fienda est ergo diuisio alluuionis, prout ostendit linea rubea ducta s̄. lineā ripæ, q̄ ab vtraque parte facit angulum rectum: & sic ipsa rectè cadit perpendiculariter, vt s̄. demonstratum est. Et si dicatur, quòd ripæ linea non est recta. Respondeo, imò est recta secundùm se, quod considerandum est: non autem vadit secundùm rectitudinem lineæ prædiorum quæ est ab alia parte, quod aduertendum non est, &c.



Ista Figura differt à præcedentibus. nam p̄cedentes hñt lineam rectam: hæc verò habet duas lineas in vno puncto, quæ faciunt triangulum obtusum; scilicet in illo puncto, vbi sunt fines inter Lucium, & Titium. Dico igitur ꝙ ad diuidendum alluuionem inter dicta duo prædia debet duci linea, vt ostendit linea rubea, ducta vsq; ad lineam azuream. Et ꝙ linea cadat rectè, probatur: quia factis duobus punctis æquè distantibus, & duabus lineis circularibus ductis super eis, vt ostendunt lineæ croceæ ab illo puncto, vbi se intersecant, vsque ad punctum datum, vbi linea cadit p̄pendiculariter, vt demonstratum est. s̄. in 4. figura: hoc etiā probatur ratione propinquitatis, vt dicetur in sequen. figura. Illud verò, quod est super lineam azuream, debet diuidi, ac si ripa esset recta: vt illa linea recta azurea ostendit: nā quod iuris est in eo, quod prædio primo adijcitur, idem est in eo, quod ipsi addito adijcitur, vt ff. de acqui. re. dom. l. insula. Sed si ab initio ripa habuisset illam rectitudinem, illo modo fuisset facta diuisio, vt suprà in quinta figura, &c. hoc in sequenti figura rectiùs, & clariùs demonstrabitur, &c.



Ad euidentiam istius figurę prę̄mitto, q̄d flumen addit quādoq; ita quòd ripæ sunt ab vtraq; parte eius, sicut facit flumen ꝑ alluuionem positum: & tunc illud dimissum debet esse commune inter eos, qui sunt ab vtraque parte propinqui, vt ff. de acqui. re. do. l. adeò. §. insula. & §. ꝙ si toto. Quandoque illud quod dimittitur, habet ripā tantùm ab vna parte, tunc debet diuidi inter eos qui ab vna parte prædia possident ꝑ lineā in directū ꝑ insulā transductā, vt ff. de acq. re. do. l. inter eos. & s̄. dictū est. Et aduertendū, ꝙ licet sint iura, q̄ loquuntur, quando ripa est ab vtraque parte fluminis, eadem ratio est, ꝙ si ab vno latere fluminis sunt duæ ripæ, inter quas ꝓtinetur relicta alluio. Hoc præmisso, dico, quòd hæc figura habet duas lineas rectas. sc. a. b. & b. c. quæ faciūt vnum angulum in puncto. b. Dico igitur, quòd alluuio dimissa interdictas duas lineas, habet littora, aliàs latera, ab vtraque parte: ideo debet diuidi iure propinquitatis. illud verò quod est vltra duas lineas, quod apparet ex sc. A linea autem ducta. a. vsque ad punctum. c. habet solùm ripas ab vna parte: & ideò debet diuidi per directum. Ducatur ergo linea directa s̄. punctum. b. quam apparet esse directam ex quarta figura, tunc dico quòd quicquid est. s̄. dictam lineam versus caput fluminis, est prædij Lucij iure propinquitatis; quod sic probatur. Ponatur punctus. a. in dicta linea rubea & s̄. illum fiat circulus rubeus, qui punctualiter tangit ripam Titij, dico quòd ille circulus æqualiter tangit ripam Titij, & Lucij: & sic illa linea est directè in medio. deinde j̄. dictam lineam fiat punctus. b. & super eum voluatur circulus rubeus, qui punctualiter tangit ripam Titij, dico quòd ille circulus nō tangit ripam Lucij: ergo ab illa magis distat, & eodem modo. s̄. dictam lineam rubeam fiat p̄ctus. c. & super eum ducatur alius circulus rubeus, qui punctualiter tangit ripam Titij, dico quòd non tangit ripam Titij: ergo ab illa magis distat, & sic concludit̄, ꝙ diuisio est rectè facta. Illud verò q̄d est supra lineam croceam. a. c. debet diuidi ac si tota linea esset quedam ripa recta, quod probatur sic. Quod iuris est in eo quod primo prædio adijcitur, idem iuris est in eo, quod ipsi addito adijcitur, vt ff. de acqui. rer. dom. l. insula. Scd si ab initio ripa habuisset illam rectitudinem, facta fuisset diuisio, vt dictum est. s̄. in quinta figura: ergo, &c.



In hac figura sunt duæ lineæ rectæ. sc. a. b. & b. c. quæ in puncto. b. faciunt angulum. Veruntamen linea

linea.a.b.eſt minor,quàm linea.b.c.& in hoc differt à præcedenti . Dico igitur ducendam eſſe lineam rectam à puncto. a.vſque ad punctum.c.vt oſtendit linea crocea,& quicquid eſt.ſ.dictas lineas proculdubio hēt ripas ab vtraq; parte. Et iō dēt diuidi iure proximitatis,vt patet ex præcedenti: & iō ducatur linea rubea per medium diuidens à puncto.b. vſq; ad lineā croceā in puncto. d. Illud verò qđ à linea crocea.ſ. hēt ripam tantùm ab vno latere,& per illam rectitudinem, quam oſtendit linea crocea. c.a.& ideo dēt diuidi ducendo lineam rectam rubeā à puncto.b.vſque ad lineā azuream, à puncto.c.Illud verò , qđ eſt à linea azurea.d.e. debet diuidi ducendo lineam rectam ſuper illam azurea, ſicut ſi ibi eſſet ripa, & hoc per ſuam rōnem,ꝙ additum addito eſt diuidendum,ſicut additum antiquo prædio,vt dictum eſt in præcedentibus:& prædicta vera,ſi proponatur quæſtiò ſic ſimpliciter,& per quem modum alluuio acceſſerit , ſit incertum . Si verò conſtaret,ꝙ primò alluuio addit certam partē , poſtea aliā,tunc declarabitur in ſeq.figura,&c.



Iſta figura facta eſt ad declarandū illud qđ dictū eſt in præcedenti:ſi.n.poneretur ſimpliciter totam alluuionem eſſe diuiſam,qualiter eſſet fienda diuiſio,apparet ex dictis in tribus præced.figuris.Sed pone flumen primò per alluionem diuiſiſſe illam partem,quę continetur.ſ. lineam rubeam ductā.ſ. prædium Titij & Lucij,dico primò ꝙ tota illa alluio eſſet Lucij, & Titij,quorū prædijs adhæret,& Caius nihil habebit facere ibi. Secunda verò alluuio diuidetur,ponendo alluuionem primam ꝑ ripa,vt ſic inter ipſam,& prędium Caij,& Seij, ducatur linea per medium ſecans ex doctrina data in præced. Sed opponitur, qđ de alluuione prima debeatur prædijs Caij , nā inter prædia Lucij,Titij,Caij,& Seij, ſunt duæ lineæ , quæ faciunt angulum in puncto.d.& ſic pars alluuionis hēt duo latera,vt oſtendit linea crocea. b.c.ergo illa debet diuidi iure propinquitatis, vt dictum eſt . Sed pars illius alluuionis eſt magis propinqua prædio Caij, quod patet: quia ſuper puncto lineæ alluuionis primæ poſito in linea rubea , ſecatur ꝑ lineam croceam,vt in puncto.d.Fiat ergo circulus, qui tangit punctualiter prædium Titij , tantùm occupabit partem de prædio Caij,vt oſtēdit circulus azureus . Reſpon.hoc qđ alicui accreuerat iure ꝓpinquitatis,hēt locū.qñ illud,de quo acquirēdo ageret, neutrius fundo cohæret, vt inſula qñ vni cohęret.& alij non,ſemp illi cedit,cui cohęret,nec attenditur ꝓximitas alterius,vt ff.de acq.re.do.l.inſula. in prin.&c.



Figura iſta facta eſt,vt oſtendatur,ꝙ prædia quædam poſſunt eſſe , quibus de alluuione non debetur vſque ad flumen, ſed ante intermoritur, vt ſi ripa contineatur inter duas lineas.ſc.a.b.& b. c. faciūt angulū in puncto.b.qui angulus cadit quaſi in ꝑncto prædij Titij . Primò ergo fiat linea rubea diuidens per medium, vt linea.b.vt ꝓbatum eſt.ſ.in 8.Figura. Ex quo patet,ꝙ quicquid eſt ad eam lineam ſ.verſus caput fluminis,cedit illi ripæ. a. b. quicquid eſt ab illa linea j.verſus finem fluminis,cedit illi ripæ. b. c. & hoc ratione propinquitatis , vt dictum eſt:nec prædium Titij habet diuidere ſuperiori vicino,& inferiori. Et ſi bene reſpicias,punctus diuidens prædia cadit in lineis rectis ſecundum ſe.Debet ergo diuidi,ducendo ſuper eam lineam rectā, vt oſtenſum eſt.ſ.in ſexta figura, vt oſtendit linea. c. f. & linea.g.f.& ſic in puncto. f. ſcilicet portio contingens agrum Titij finitur , & intermoritur : Si enim tranſiret vltra , vel ſi linea torqueretur,nec iret recta,vt ſi volueris lineā.e. f. verſus caput fluminis , vel ſi tranſiret vltra.b.d. dares primæ ripæ pluſquàm deberes iure proximitatis , quod iura prohibent , & ſi ponatur per alluuionem ſic ſimpliciter accreuiſſe . Sed ſi poneres ꝙ primò accreuiſſet in totum angulum prædij vſque ad lineam croceam.e.g.tunc deberet fieri diuiſio,vt in ſequenti figura,&c.



Hæc figura differt à præced. nam hic ripa continetur tribus lineis.ſcilicet. a. b. & b.c.& c.d.& habet duos angulos , ſcilicet in puncto. b. & in puncto. c.Tota igitur hæc alluuio debet diuidi iure propinquitatis,quæ tota continetur.ſ.plura latera.Primò igitur ducatur linea rubea per medium ſuper angulum.b. & ſit linea. b.c. deinde ducatur linea per medium diuidens ſuper angulum.c.& erit linea.e.f.quæ duæ lineæ ſecabunt ſe in puncto. g. dico ergo ꝙ portio alluuionis pertinens ad agrum Titij in dicto puncto. g. finit : quia ſi eſt azurea ſuper puncto. g. vtranque lineam punctualiter tangeret.ergo ille eſt pūctus, in quo vtriuſque propinquitas terminatur. Si verò excederes,& velles facere circulum ſ.punctum.c.tunc vni partium accederet,& ab alia elongaretur. quod autem eſt intra illud triangulum.b.g.c.pertinet ad prædium Titij iure propinquitatis , quod patet: quia infra illum triangulum panditur per centrum vnius circuli,in puncto. h. qui tangat punctualiter ripam Titij,nullam aliam ripam tangit inter Lucium, & Caium,per lineam directò ductam vſque ad flumen. Et hæc ſufficiant de ripa,quæ habet lineam,vel lineas rectas.Reſtat videre de ripa,quæ habet lineam circularem,&c.



Ad euidentiam eorum , quæ dicenda ſunt de figura circulari, ſciendū eſt,ꝙ circulus eſt figura plana,vna quidē linea ꝛtenta,q̄ circunferentia nominatur,in cuius medio punctus eſt.a. à quo oēs lineæ ad circūferentiā exiſtentes ſunt ſibi inuicē æquales,vt dicit Euclides in prima figura. Nā centrū eſt in pūcto. a.& oēs 4.lineæ inde exiſtentes ſunt ſibi inuicē æquales , & ſi plures ducerentur,idē eſſet.Item apparet,ꝙ oēs lineę,p̄dictaq; circūferentia in centrū faciunt angulū. Item p̄mitto ꝙ totū illud,qđ eſt in circulo.ſ. aliquas lineas ductas eſt magis propinquū illi parti circūferentiæ , q̄ in punctis duarū linearū terminatur,vt verbi gratia. Aſſumas partē circūferentiæ b.c.& duc lineā rectā ad centrū,& facit triangulū.b.a.c.& dico ꝙ quicquid eſt.ſ. illū triangulū,eſt magis propinquū illi parti circumferentiæ.b.c. q̄ alicui alij.qđ patet ad ſenſum.& poteſt probari.Nam ponatur centrum in aliqua parte.ſ. dictum triangulum, vt ſ. illum ducatur circulus azureus , qui tangit punctualiter dictam partem. b. c. dico qđ nullam aliā partem circumferentię tangeret.ergo illi magis propinqua. Et idem dicendum eſt de eo qui continetur infra illum triāgulum.b.a.d.& infra illum triangulum.a.b.d. & a.e. d.& ſupra illum triangulum.c.a.e.vt euidenter apparet,&c.



Quia

BIU Cujas

Quia in præcedenti dictum eſt, ꝙ lineæ ſunt ducendæ à centro ad circũferentiam, & quandoque ignoratur vbi ſit centrum. & ideò expedit, ꝙ ducatur linea à circũferentia verſus centrum, vel qđ centrum inueniatur: ideò facta eſt hęc figura, quæ duos habeat circulos, & ſic hoc fieri docet duobus modis. Primò ſic. Sit centrum, quòd apponatur in circũferentia vnus punctus. b. & ab vtraq; parte eiuſdem puncti, duo alij æquè diſtantes. c. d. deinde ducat̃ linea recta. c. d. & iſtius linea inueniat medium in puncto. e. deinde ducatur linea recta. b. e. dico ꝙ de neceſſitate iſta vadit directè. ſ̃. centrum. ſ. punctum. a. vt probatur in prin. ſecũ di libri Eucli. Hoc etiam patet: quia idem in alia parte circũferentiæ, ponatur punctus. f. & ab vtraque parte duo puncti æquè diſtantes. g. h. deinde inueniatur medium dictæ lineæ in puncto. i. deinde ducatur linea recta. f. i. dico quòd iſta de neceſſitate vadit verſus centrum, & ſi vltrà protendatur linea. b. e. & linea. f. i. ſecabunt ſe in puncto. a. vbi eſt centrum. Concluditur ergo, ꝙ ibi, vbi dictæ lineæ ſe ſecant, de neceſſitate eſt centrum. hoc etiam fieri alio modo ad idem tendẽti, docet ſecundus circulus. Ponatur. n. ꝙ ſic circuli centrum, quia non videtur in puncto. a. ponarur in circũferentia pũctus. b. & ab vtraq; parte eiuſdem puncti, duo alij ęquè diſtãtes. c. d. deinde ponatur pes circuli in pũcto. c. & extendatur vſq; ad punctum. d. & voluatur. ſ̃. & j̃. circulum. Eodem modo ponatur pes circuli in puncto. d. & extendatur vſq; ad pũctum. c. & ſic illæ duæ lineæ circulares ductæ ſecabunt ſe extra circulum in puncto. e. & ita in puncto. f. ducatur. igitur linea. e. f. dico, ꝙ illa de neceſſitate vadit verſus centrum. Et eodem modo ſi in alia parte circuli idem fiat, vt ponatur in circũferentia punctus. g. & ab vtraque parte duo pũcti æquè diſtantes. h. i. deinde voluatur centrum. ſ̃. h. & j̃. i. vt in præcedenti dictum eſt, & ſic dictæ lineæ ſe ſecabunt in puncto. K. & in puncto. m. ducatur ergo linea. k. m. recta. tunc illa ducit ad centrum, & ſic in illo puncto vbi ſecabunt ſe linea. e. f. & linea. k. m. ibi erit centrum. His præmiſſis ad euidentiã dico, quòd ripa prædiorum, quæ habet lineam circularem, quandoque habet ſe vt continens: quia. j̃. circulum diuiſa eſt alluuio. quandoque habet ſe, vt contentum: quia alluuio cõtinet circularem ripam. ſi primo modo, tunc aut ripa continens lineam circularem, continet minus ſemicirculo: totum autem circulum continere non poteſt: quia ſic flumen non haberet exitum, & hæc in figuris proximis declarabuntur, &c.

Figura hæc differt à præcedẽn. quia alluuio non exceſſit continentiam ripæ rotunndæ. hic verò excellit, vnde illud quod continetur infra ipſam ripam, debet diuidi eo modo, quo dictum eſt in præcedenti. Id verò, ꝙ eſt ſupra lineã azuream ductam à puncto. a. vſque ad punctum. b. diuidam, ac ſi ibi fuerit ripa, vt lineæ rectæ oſtendũt, & in præceden. pluries eſt probatum, &c.



Figura iſta ꝓtinet ſemicirculũ. qđ apparet: quia linea recta trãſiens. ſ̃. diametrũ applicat extremitates ſuas ad vtrãq; partẽ circũferentiæ, vt patet ex linea azurea ſ̃. cẽtrũ. a. & diffinit̃ ſic. Semicirculus eſt figura plana diametro circuli, & medietate circũferentiæ contenta, vt hr̃ in j. Euclidis. In hac igitur figura dico, ꝙ oĩa prædia media, quæ continentur. j̃. ipſum ſemicirculum habębunt de alluuione pro rata vſq; ad centrũ. ſ̃. illud nil poſſunt habere. Ratio, qa in illo centro portio eorum terminat̃ in puncto, qui pũctus eſt illius latitudinis. Nã punctus eſt, cuius pars non eſt. Sed ſ̃. illũ punctum linea quædam directa, vt oſtendit linea azurea debet. ſ̃. illũ punctũ fieri diuiſio pro mõ latitudis cuiuſq; ꝑdij, vt dicit tex. in l. inter eos. ff. de acq. rer. do. Sed latitudo illa eſt ſ̃. illũ punctũ, qui pertinebat ad ꝑdia media, ſ. Titij, & Caij, vt dictũ eſt: ergo, &c. Quicquid igitur eſt. ſ̃. illũ centrũ, ꝓtinet ad ꝑdia, quæ ſunt in extremitatib. ſ. ad prædia Lucij, & Seij, & ducet̃ in eos linea ꝑpendiculariter directa. ſ̃. illud cẽtrum, vt oſtenditur ſuper lineam rubeam, & prædicta ſi ſic ſimpliciter ponatur lineam ripæ eſſe circularem, & alluuionem ſic ſimpliciter accreuiſſe: imaginandum eſt. n. ꝙ ſic circulariter accreuerit, vt oſtẽdũt duæ lineæ croceę, & ſic circulariter ductæ. ſ̃. idẽ centrum, quæ duę lineę ſunt poſitæ eꝫ. eã; & eodẽ modo intelligo accreuiſſe vſq; ad cẽtrũ. Sin aũt poneres qđ in vna ꝑte alluuio appulerit, poſteà ĩ alia, tũc æqualiter eſſet fiẽda diuiſio, patet ex ꝑdictis in decima figura, &c.



Si hæc figura inſpicitur tota continetur vna ripa, quæ eſt minus circulo, & ab ipſa ripa alluio eſt contenta, & omne contentum eſt minus continente. Vnde de alluuione non poteſt dari tantum quantum eſt ripa. Item licet ſit vna linea, tamen quia eſt rotunda habet duo latera ſe reſpicientia, ideò id qđ continetur intra ipſam debet diuidi iure propinquitatis, vt in præcedentibus demonſtratum eſt: in quolibet ergo puncto vbi fines prædij terminantur, vt inducat lineam quæ reſpiciat cẽtrum, ſecundum figuram. Quo facto centrum eſt illud, quod infra duas lineas continetur, & illi parti propinquior eſt, vt ſuprà probatum eſt in 13. figura; & quia triplex eſt modus operandi, adducenda eſt linea verſus centrum, vt ſ̃. proxi. figura dixi. Ideo hic in trib. ripis tripliciter optis, ducẽdo lineã rubeã vſq; ad flumẽ: & ad hoc, vt reddaris certus, ꝙ ille lineæ reſpiciunt rectè centrũ, reperietur vltra flumẽ in pũcto. a. vt lineæ croceæ ductæ verſus rubeas oſtẽdũt, &c.



Figura iſta eſt plus ſemicirculo, quod patet: quia ſi ducatur linea ab vna parte circũferentiæ ad aliud centrum, quod eſt in puncto. a. remaneret in illa linea. dicendum eſt igitur, quòd omnia prædia media ſcilicet Titij, & Caij, ſecari debent pro rata iure proximitatis vſque ad centrum, vt dictum eſt in præcedenti. A centro verò. ſ̃. debent eſſe eorum prædiorum, quæ ſunt ab vtraque parte extremitatis, ſcilicet ad prædia Lucij, & Mæuij, vt lineæ rubeæ ductæ oſtendunt. Quòd autem linea rubea, quæ eſt ſ̃. centrũ, vadat per medium, inter Lucium, & Mæuium, pòteſt de facili inueniri: tamen vt in hac figura probatur, factæ ſunt ibi lineæ croceæ, quæ hoc oſtendunt ſic. Ponatur pes circuli in puncto. b. & extendatur veriſimiliter vltra medium, & ducatur circulariter; deinde ponatur pes circuli in puncto. c. & ſimiliter extendatur, & ducatur, & conſideretur vbi illæ duæ ſe præſcindent, & ab alijs punctis ducatur linea recta; illa de neceſſitate ſecat per medium, &c.





Hæc

Hæc figura differt ab omnibus præcedentibus: nam in illis aliquæ ꝙtinentur vna linea recta, aliquæ pluribus lineis rectis aliquæ vna circulari. Ista verò cõtinetur tribus lineis, quarum duæ sunt circulares, vt a.b.quæ est prima.c.d.q̃ est. vltima, alia media. b.c. dico ergo, quòd primo vna linea recta crocea.a. b. totum.ſ. illam lineam,& antiquam ripam contentum, est prædij Lucij,& de illo ad Titium nil pertinet, nec iure propinquitatis, nec iure adhærentium, vt patet ad sensum, & eodem modo ducatur alia linea crocea recta.c. d. & illud totum ꝑtinebit ad Caium, ad Titium verò nihil eadem ratione, quo facto remaneret figura tribus lineis rectis contenta, & sic qualiter diuisio debeat fieri, apparet ex 12.figura.s̃.posita, & hoc ostendunt lineæ ductæ rubeæ. Illud etiam notãdum est vniuersaliter ꝙ concauitates, quę sunt in ripa vnius prædij, sunt ita irregulares, quod in prædictas figuras non cadant, dẽnt reduci ad regularitatẽ,& rectitudinẽ, vt hac figura factũ est, nam portus qui sunt in insula ipsius insulæ esse dicuntur, vt ff.de publican. l. Cæsar. portus autem est quidam locus concluſus, seu quædam concauitas, quæ est in ripa vt ff. de verb.sig.l.portus appella. ita concauitates, quæ sunt in ripa prædij debẽt esse ipsius prædij. Hæc de figuris irregularibus dicta sint, vt si quando reperiantur, ad regularitatem reducantur: figuræ irregulares sunt infinitę, nec de eis potest dari doctrina, nisi reducantur ad figuras regulares. Præterea, quædam dicta sunt de linea recta quæ declarant quæstionem occurrentem de facto inter dominos molendinorum superiornm,& dominos molendinorum inferiorum, erat nanque pactum ꝙ clausura molendini superioris, non possit eleuari altius, nisi ad certum clauum immissum in quadam columna existente ab vna parte fluminis, versus littus ipsius fluminis. Accidit verò, quòd ab alia parte fluminis nulla columna reperiebatur, neque aliquis clauus, nisi solũ ab illa parte, de qua actum fuit inter dominos molendinorum. Quærebatur quantum ab alia parte fluminis de qua nihil actum erat, an dominus inferioris molendini possit, vel debeat altius eleuare clausuram, dubium erat: quia cum tãtum vnus pũctus detur, à quo linea debet duci. ſ. ille clauus qui est in columna, solum ab vna parte fluminis, ab alia verò parte fluminis non sit punctus, videtur, ꝙ ab alia parte fluminis vbi columna non fuit immissa, neq; clauus, possit altius eleuare clausuram dominus molendini inferioris, & aquam ducere in quacunque parte vult, patet cum ab alia parte non sit positum aliquid, quod declaret quantum flumen ducatur in altum, vel clausura, non poterat dari ibi aliqua comparatio, arg. l. in testamento quidam scripserat. ff. de cond.& demon. Sed respondetur, quod illa verba, quæ dicunt ꝙ clausura non possit eleuari altius illo clauo, debẽt intelligi de tota clausura, arg.ff.de ser.vrb.præd. l. si seruitus imposita, & sic debet intelligi prout ille clauus respicit totam longitudinem,& latitudinem clausuræ, per directum linea transducta, arg.C.de ædi.priui.l.1.& d.l.inter eos. de acqui.re.do. Qualiter autem linea directa transducatur, apparebit, si ex illo clauo extẽdatur chordula versus aliam partem ripæ, deinde super illam chordulam plumbum, seu per pendiculum ponatur. Et si quidem chordula plumbi illa chorda clauo ducta facit angulos omnes rectè, ad modum rectæ crucis linea est rectè ducta. Si verò anguli essent aliq acuti,& aliqui obtusi, tunc linea aut esset nimis erecta, vel nimis depressa, vt patet ex his, quæ dicta sunt. s̃. in secunda figura. Item faciunt prædicta in arg. ad aliud quod sæpè occurrit de facto, maximè in instrumentis diuisionum, vbi sæpè apponit̃, ꝙ vnus habeat à tali loco ad talem, prout trahit per directum, de quorum verb. sign. quandoque vidi dubitari. Dico igitur, quòd quandoque. in instrumento apponitur totus locus per quem debet duci extensio latitudinis quandoque ponuntur extremitates limitatæ: quandoq; ponitur vna extremitas limitata, alia verò obscura. Primi casus exemplum, dicit instrumentum, quòd quicquid est à tali via, vel à tali flumine citrà, secundum quod protrahitur ꝑ
a directum, sit primi: quod verò est vltrà sit secundi: & hoc quod dixi per directum [a], debet intelligi prout via, vel flumen vadit,& licèt non vadat rectè, tamen rectum appellatur secundum quod cursus est directus, vt ff.de excusa.tuto. l.non solum.§.annus autem. ibi, viam rectam dirigens, &c. Secundi casus exemplum, si dicatur à tali termino vsq; ad talem prout trahit per directum, sit talis, tunc verum est, ꝙ rectitudo est ab vno puncto ad alium extensio, vt dictum est in prima figura Tertij casus exemplum, quòd talis primus habeat à tali termino prout trahit per directum, nam licèt terminus ipse sit rectus, & punctualis, vt partes declarant, tamen ad nullas partes duci potest linea recta, nisi secundum qd̃ terminus est altus, vel procliuus latus, vel strictus acutus, vel planatus, rotundus in modũ columnæ, vel quadratus. Et ad hoc dico, quod lapides qui ponuntur pro termino consueuerunt poni taliter, quò in certam partem videntur respicere, vt si lapis est longus: non.n.debet respicere à lateribus, sed per directum à parte antè acuta. Et ita vidi rusticos antiquos dicentes, quibus est standum in istis, vt ff.de leg.3.l.si chorus. iuncto c.quia indicãte. extrà de ꝑscri. Ex qualitate ergo termini hoc perpenditur, vel si qualitas termini hoc non induceret, tunc esset aduertendum, ꝙ si terminus ille esset propè aliquam sepem, vel limites, ꝙ ab illis limitibus ducatur linea recta, hoc est quod angulũ rectum dimittat in ripa, quod qualiter fiat, in superioribus clarè declaratum est. Consulo tamen, quod qui talia instrumenta componunt, curent clarius exponere, & hæc de linea recta. Ea verò quæ dicta sunt de linea rotunda, faciunt argumentum imò determinant quæstionem not. de facto emergentem, prout in sequenti figura declarabitur. &c.

ADDITIO.

a Tho.D. ¶Per directum. Vide Fel. in c.olim.de excep. vbi plenè.



Figura ista dirimit quæstionem magnam occurrentem de facto Statuto cauebatur, quod qui ꝑ vim dãnificauerat alium de re valoris decem floren. auri, deberet morte puniri. Contigit, quòd quidam ad domũ alterius accessit, & vegetem vino plenam per vim effudit, & vegetem destruxit. sola vna dogha remansit, & de bonitate vini erat certum, sed de quantitate erat dubium hoc est quantæ capacitatis esset veges. dico quòd ex his quæ dicta sunt sup. in 14.figura, hoc poterit clarè haberi hoc modo. Signetur illa rotunditas illius doghæ in terra, vel in tabula, vt ostendit linea nigra.a.b. constat enim, ꝙ illa est pars rotunditatis totius vegetis. Super illam partem fiant signa ad diuidendum cẽtrum, vt in illa 14.figura dictum est, & ducantur duæ lineæ. quæ se præscindant, quod est cẽtrum, plenè constat in punct.c. Deinde pone pedem circuli immobilem in puncto.c.& extende vsq; ad lineam.a. b. & perficias circulum, vt ostendit circulus rubeus datus, dico quod de necessitate illa erit rotunditas vegetis. Sic igitur habes longitudinem ex dogha remanente rotunditate ex circulo, q̃libet communis Geometer sciret dicere capacitatem, & si veges in medio esset largior de facili ad æqualitatem reducitur per mensores communis, vel demonstratores, vt videbis breuius in sequenti figura, &c.



Ista figura facta est ad demonstrandum idẽ qd̃ præcadens, sed breuius. Constat.n. ꝙ dogha vegetis habet duas lineas circulares. ſ. interiorem, & exteriorẽ,& interior est minor, & q̃libet respicit vnũ cẽtrũ. Itẽ dogha vegetis hẽt duas lineas rectas. ſ. ab extremitate exteriori vsq; ad extremitatẽ interiorem. Sed duo puncti exteriores illarum linearum magis distant ad inuicem, quã duo interiores. Et ideò si dictæ duæ lineę protrahantur, necessarium est iungi, vt dictum est in prima figura. Sic ergo grossities vnius doghæ, vel duarum satis patet, vt ostendũt lineæ.a.b.c. ab exteriori circulo, vsq; ad interiorẽ: deinde ducantur lineæ doghæ rectæ ab vtraq; parte,& iungãt se in pũcto.b.d. ipsum enim.d.est cẽtrũ circuli interioris,& exterioris: voluas ergo circulariter,& habebis grossitiẽ vegetis,&c.

TRAC.

BIU Cujas

TRAC. DE INSVLA,

DO. BAR.

POst tractatum de Alluuione, supereſt vt de insula[a] videamus, de qua ſic ait lex, insula, quæ in mari naſcitur (quod raro accidit) occupãtis fit, quando nullius eſſe creditur. & in flumine nata (q̃ frequẽter accidit,) ſi quidem mediam partem fluminis tenet, cõmunis fit eorum qui ab vtraque parte fluminis propè ripã prædia poſſident pro modo latitudinis cuiuſque prædij, q̃ latitudo propè ripam ſit; quòd ſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tantùm, qui ab vna parte ripæ poſſident prædia, q̃d ſi ex vno latere prorupit flumen, & alia parte nouus riuus fluere cæperit, deinde nouus iſte riuus in veterẽ ſe conuertit, ager, qui à duobus riuis cõprehenſus in formam insulæ redactus eſt, eius eſt. ſ. cuius & fuit. hæc verba ſunt. ff. de acqui. re. do. l. adeò. §. Insula. Idẽ habetur modica verborum mutatione facta. Inſt. de re. di. §. insula. legis ergo verba ſingula diſcutiamus.

ADDITIO.

a Th. ¶ De insula. Dicit Fel. in c. Rodulphus. de reſcr. quod Bar. hic plenè ponit de insula, tamen vide Bal. in rub. ff. de re. di. in verſi. nunc videamus de insula. vbi ponit etiam plenè de insula, quod alia eſt naturalis, quæ ſemper fuit, vt Corſica, & Sardinia, & ſimiles: alia caſualis, & accidẽtalis, quæ in flumine ſemper naſcitur, at in mari rariſſimè, vt ibi per eum, & ibi ponit, an concedatur occupanti. & vide Alex. l. 1. in prin. ff. de acq. poſ. in ver. capio gl. in verb. mari. & ibi ponit de insula nata in flumine, & Bar. Veron. in ſuo tract. de ſeruit. ruſtic. præd. in rub. de itin. An autem ciuitas Venetiarum dicatur insula: dic quod nõ: quia non habet ſpheram terræ, ſed eſt fundata in alueo maris, & nullus alueus appellatur insula, vt patet inſti. de re. di. §. itẽ per alluuionem, & ita in ſpecie conſuluit Bal. in conſi. 429. in 3. volu. incip. quidam emerunt, & vide in conſi. ſequen. & ſequitur Iaſ. in l. ſi inſulam. ff. de verb. obligat. ſcripſi plenè in meo tract. de Venetæ vrbis libertate, & eiuſdem Imperij dignitate & priuilegijs, in priuilegio. 38. in reſponſione. ſecundi ar. quem dono dedi Sereniſſimo principi. do. Andreæ Gritti, & excellen. conſi. 10. à quibus Alex. filius meus dono habuit officium notariatus ſupraconſulum in vita ſua.

Singulorum verborum d. §. insula. diſcuſſio.

INsula, Eſt locus circũdatus aquis, qui cũ deſinit circũdari, deſinit eſſe insula, vt ff. de acq. re. do. l. insula. Vel aliter: Insula, dicitur domus in mari, q̃ eſt quaſi insula, Dicitur insula quaſi in ſalo, id eſt; in ſalſo poſita, ſecundum Iſidorum. ita notat. gl. in verb. inſulam. ff. de verbor. obl. l. ſi inſulam. cum ſimi.

Quæ in mari. Mare eſt collectio aquarum multarum ſalſarum. Propriè enim mare ab amaritudine dicitur, & oportet quòd cum magno contineatur: aliàs enim licèt mare appellatur, mare non eſt, ſed magis ſtagnum, vel lacus, vt dicimus de mari Galileæ, quod in ſacra ſcriptura mare appellatur, tamen ſtagnum, ſiue lacus eſt, & tunc iuris priuati, vel publici, vt flumen eſt, vt præced. lib. dictum eſt ſuprà in verbo, flumẽ.

Naſcitur. Naſci dicitur cum primò dicitur apparere.

Quod rarò accidit [a] Rarò accidere dicitur, q̃ ſemel, aut bis extitiſſe memoria eſt, quod verò plus euenit frequenter accidiſſe dicimus, vt ff. de legi. l. nam ad ea. & ſe. & hoc in his, quæ aliquem conſuetum ordinem in natura non habent: aliàs enim cum minus euenit, quàm ſit conſuetum ordine naturæ, rarò eueniſſe dicimus: ſi plus ordine conſueto, tunc frequenter. Rarò enim pluiſſe dicimus iſto anno, ſi ſecundum conſuetudinem non pluit: & frequenter, ſi plus conſuetudine. Facit ff. de ædil. edic. l. quæ bis. Simile eſt in moribus quia qui minus conſueto more ad forum vel ad eccleſiam vadit, rarò ire dicitur: ſed ſi ſecundum conſuetudinem vadit, tunc moderatè accedere, ſeu fieri dicimus. Facit ff. de contrahen. emp. l. fiſtulas. in fi.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Quod rarò accidit. Scribit Euſeb. in lib. de temporibus, q̃ anno mundi ſecundò. ſ. quintum milleſimum Olympiade. 145. iuxta Theram apparuit insula, quæ vocatur Hiera. Item anno Chriſti. 47. & Olympiade. 206. inter Theram, & Therasiam exorta eſt insula habens ſtadia. 30.

Occupantis fit. Occupare enim dicimus eum, qui insulam eo animo ingreditur, vt totam occupet, nec eſt neceſſe, vt omnes glebas insulæ circumambulet, vt ff. de acq. poſ. l. 3. in princip. & ſit eius iuris dominium, per rationem, quæ ſequitur, &c.

1 *Iuriſdictionem habens in territorio mari cohærenti, habet etiam iuriſdictionem in mari vſque ad centum miliaria.*
Insula in mari nata dicitur illius prouinciæ, vel iuriſdictionis, cui magis eſt propinqua.
2 *Insula in mari alto poſita, propinquæ alteri insulæ dicitur eius iuriſdictionis, & prouinciæ cuius eſt illa insula.*
Insula Sardiniæ, dicitur Italiæ.
3 *Insula nata in mari alto, & non propinqua alicui loco, vel insulæ, erit occupantis quò ad dominium, & iuriſdictionem Imperatoris de iure ciuili, de iure gentium occupantis etiam quò ad iuriſdictionem.*
4 *Insula, vel locus occupanti conceſſus ſi à pluribus occupatur, omnes totam dicuntur occupaſſe.*
5 *Plures ſi concurrunt in vnum ad occupandum locum, & quilibet per ſe vult occupare, cuius erit locus.*
6 *Locus non dicitur occupatus ex aliqua caualcata, ſeu curreria ſuper loco facta.*
7 *Conceſſo iure occupandi alicui ſi negligat occupare amittit ius ſuum.*
8 *Conceſſo territorio, ſpecialiter per ſuperiorem, quando conceſſio valeat.*
9 *Territorium an videatur occupatum ab eo, qui in eo cum exercitu ſtat, vt ſtatim ſuum fiat.*
10 *Gentes exiſtentes in loco occupato, quibus legibus regentur.*
11 *Occupans locum ob delictum habitãtium, poteſt illorum bona auferre, & alteri dare.*

Nullius enim eſſe creditur.

Ex quo enim ſequitur, ergo occupantis fit naturali ratione, vt ff. de acq. rer. do. l. 3. in princip. Licèt autem nullius
1 ſit iure dominij, † an quò ad iuriſdictionem alicuius ſit, vt maleficia quæ ibi committuntur. poſſit punire, & gentibus, quæ ad illum locum inhabitandum accederent, poſſit ius dicere, dubitari poteſt. Ad quòd videndum eſt, an qui habet iuriſdictionem in territorio cohærenti mari habeat in ipſo mari, & vſque ad quòd ſpatium. Et videtur quòd non: quia mare eſt commune omnibus. In contrarium eſt veritas, imò ſicut prę ſes prouinciæ debet purgare prouinciam malis hominibus per terram, vt ff. de offic. præſi. l. congruit, ita etiam per aquam. vt ff. de claſſic. l.
a vnic. lib. 11. Ex hoc apparet quòd etiam in mari [a] habet iuriſdictionem, & in inſulis quæ ſunt in dicto mari multò magis. Inſulæ enim illæ, quæ à prouincia modico ſpatio diſtant, illius prouinciæ eſſe dicimus, vt ſunt inſulæ Italiæ, vt ff. de verb. ſig. l. notionem. §. 1. Modico autem ſpatio diſtare puto, quando diſtant per centum miliaria, vicinus enim locus dicitur ff. de dam. infec. l. 4. §. ſi tam vicinum, cui congruit extrà, de reſcrip. c. nonnulli, vbi dicitur quòd intra duas dietas non dicitur locus remotus.
b Conſtat autem quòd centum miliaria per mare [b] minus eſt duabus dietis. Cum igitur ſit alterius quò ad iuriſdi-
2 ctionem non poteſt eſſe occupantis. Sed † ſi insula eſſet in mari alto, vt à qualibet regione diſtans, tunc videndum eſſet, an poſſet dici propinqua alteri insulæ, vt dicãtur nobis vicinæ, vel propinquæ, vt ff. de acqui. rer. do. l. pen. §. Paulus reſpõ. & eo. titu. l. inſula. & no. in fi. per Azo. in ſumma Inſt. de rer. diu. Et ideò insula Sardiniæ, Italiæ dicitur, licèt ab Italia magno ſpatio diſtet, ſed eſt propinqua insulæ Corſicæ, quæ ab Italia modicum diſtat. Secũ-
3 dum alios autem † ſi nec alicui regioni, nec insulæ alte-
c rius vicina eſt, tunc non poſſumus dicere [c] quòd aliquis in ea habeat iuriſdictionem, niſi Imperator, qui omnium dominus eſt. l. deprecatio. ad l. Rhod. de iact. Dico igitur, q̃uòd talis insula occupanti conceditur quò ad dominiũ.

Sed

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶ Quod etiam in mari. Vide Bar. in l. Cæſar. ff. de publicanis. & ibi Alex. de Imo. in addi. & vide Fel. in c. Rodulphus de reſcr.

b ¶ Per mare. No. quod dicit Bar. hic, quòd quinquaginta miliaria per mare ſunt minus, quàm vna dieta, ad ea, q̃næ ponunt doct. in c. nonnulli. de reſcrip. & in l. 1. ff. ſi quis cautio. & adde, q̃ iſtud dictum Bar. hic alleg. Fel. in c. olim. de exce.

c ¶ Poſſumus dicere. Vide Fel. in c. Rodulphus, de reſcr. & vide omnino Pau. de Caſt. in l. Inſulæ Italiæ. ff. de iudic.

BIU Cujas

Sed si quò ad iurisdictionem ibi pro magistratu, vel rectore se gereret absque principis iussu, incideret in legem Iuliam maie. vt ff. ad legem Iul. maie. l. 3. in fi. & hoc ſm iura ciuilia: ſm verò iura gentiũ, gẽs q̃ dictam insulam occuparet, faceret sibi Regem, vt ff. de iust. & iure. & ille eos manu regia reget, vt ff. de orig. iu. l. 2. circa prin. & hoc obseruandum esset inter eas gentes, [a] quæ nec iure Romano, nec aliquo iure ciuili vtuntur. ¶ Sed quæro, † quid de insulis, & locis alijs, quæ ab aliquibus gentibus habentur, & detinentur, tamen conceduntur occupanti, vt contingit aliquando, vt C. de hære. in auth. si verò dominus temporalis, & de sta. contra liber. ec. §. si verò dñs temporalis. Cõtingit etiam quandoque ex speciali concessione Papæ, vel Principis, vel alterius iurisdictionem habentis. Respõcirca hoc multa videnda sunt. Primò sciendum est, ꝙ si vna terra à pluribus occupatur, non potest dici, quòd quilibet per se occupauerit partem, sed omnes totam simul, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. in fi. & de fur. l. vulgaris. §. pen. oportet ꝙ omnes in vnum concurrant, vt vnus Rex, vel baro, vel vnus populus, vel plures simul ad vnum finem concordent. Quid † ergo, si plures in vnum concurrunt, & quilibet vult occupare per se, quis dicatur occupare? Respon. quandoque tractatur de occupatione iuris, quæ fit ratione iuris priuati, & ad priuatam vtilitatẽ, & istam materiam posui in l. si plurib. de leg. 1. Quandoque tractatur de iure occupandi ad priuatam vtilitatem ratione publici iuris, hoc est, ꝙ omnibus competit, vt in occupatione eorum, quæ in nullius bonis sunt, de quo dixi in l. quò minus. ff. de flu. Sed quando tractatur de iure prę-occupandi ad vindictam publicam, & sic principaliter permittitur propter publicam vtilitatem, licèt cedit ad priuatam vtilitatem occupantis, & ista est materia, in qua leges dicunt, quòd ante lit. conte. si plures veniunt ad accusandum, iudicis est electio, vt prę-ferat idoneiorem. ff. de accu. l. si plures. de popu. act. l. 1. quæ leges propriè faciunt. Nam popularis actio fit ad publicam vtilitatem principaliter, sed illud quòd exigitur, fit actoris. l. si cui ex empto. ff. de ver. sig. sicut hic illud, ꝙ occupatur, non est occupantis ante lit. conte. Post lit. verò conte, non admittuntur, d. l. si cui. Nunc in proposito, sicut in bello ciuili, ꝙ sit in iudicio, illud ꝙ fit ante lit. conte, dicitur prę-paratorium; per lit. conte. incipiunt tractari merita causæ, vt C. de lit. conte. l. vnica de procu. l. nulli. ita in bello naturali omnia præparatoria sunt ante bellum inchoatum. Postquàm verò qs cum exercitu iuerit super illum, cuius terram quis vult occupare, dicitur res inchoata. Si ergo plures domini, vel populi præpararẽt se ad idem, potest superior eligere vnum quem putauerit idoneiorem. Ista enim præparatoria non faciunt desinere rem esse integram, vt l. si pecuniam, in princip. ff. de condic. ob. cau. licet sit arg. contra. ff. de pollicitationibus. l. 1. §. cæpissæ. vbi dicitur ꝙ propter præparatoria desinit res esse integra, sed alius est casus ibi. Sed postquam vnus cum exercitu suo iuerit ad occupandum, alius de iure non potest ire. ius enim acquirendi illam terram iam est acqúisitum illi eunti, vt l. littus de verb. sig. Sed † quid si non iuerit aliquis dominus cum exercitu, sed aliquam caualcatam, seu curreriam fecit fieri super illam terram, an ex hoc videatur ius præoccupatum? Respon. non: sicut enim per dationem libelli, vel per respõsionem ad vnam positionem, vbi de negocio tractatur, aliquid principiati non dicitur, neque res dicitur cæpta, vt extra, de lit. conte. c. 1. ita per vnam caualcatam, vel curreriam, non dicitur res cæpta, & præoccupatio facta, sed cũ iuerit cum exercitu, cum quo poterit terram acquirere secundum rei exigentiam, ꝙ optimè probatur. ff. de ver. oblig. l. continuus. §. Item qui idsulam: potest ergo superiore integra concedere vni illud ius occupandi, & hoc pluries factum est à Papa. † Sed quid si ille, cui conceditur, negligat occupare, an ab illo iure cadat? Respon. sic, si sine iusta causa differat: Idem si iuit in exercitu, & cum potest facere, si sine iusta causa recessit, illud amittit, vt ff. de dam. infec. l. si finita. §. illud quæritur. & §. si quis metu. Et prædicta vera, quando conceditur ius occupandi. † Sed quid si superior concedit specialiter ipsum territorium? Respondeo, si quidem loquatur de concessione facta ab eo, qui legibus non est submissus, tunc si voluit: potuit: & de eius potestate disputandum non est. Quòd autem voluerit, ex modo concedendi apparet. Si verò concedens erat submissus legib. & tunc si quidem concedentis fuerint, possunt concedi, sicut multa, & infinita regna fuerunt concessa, quæ fuerunt populi Romani: & multæ terræ quæ fuerunt à Christianis regibus detẽtæ: & postea occupatæ: tunc illæ possunt concedi. Nam adhuc concedẽs, habet ius priuilegij: vt l. id quod. & l. ab omnibus. §. 1. de leg. 1. Si verò nunquam fuerunt concedentis: sed semper fuerunt hostium, non possunt concedi. vt ff. de verb. obl. l. liber homo, & vide quod ibi dixi. Sed † an illud territoriũ in quo cum exercitu stat, videatur occupasse, vt statim suũ fiat? Respon. aut cepit aliqua loca, quæ possunt retineri, ẽt si totum territorium non capiatur fortè, vel aliqua castra, vel fortilicia, vel aliquam regionem intra montes, vel intra flumina, & tunc illud suum efficitur. Si verò non possit illud retinere, nisi locum principalem capiat, tunc ille locus, in quo est cum exercitu, non efficitur suus, quia ille sustinendo, vel pliando, adhuc liberari potest, vnde nõ dicitur ille locus occupatus ar. ff. de acq. rer. do. l. in laqueũ. Sed quæro, † an illæ gentes [b] quæ sunt in illis locis, quæ occupãtur, quibus legibus regent, an legibus nouis illius Regis, vel populi, qui occupauerunt eos, an verò legibus eorum antiquis? Guil. de Cug. hoc tangit ff. de pig. act. l. si conuenerit. §. 1. & arguit, quòd debent regi secundum leges, quæ sunt in regno occupãtis: quia videtur auctum regnum, sicut dicimus in eo quòd accrescit per alluuionem quòd efficitur eiusdem iuris, cuius erat prædium, cui adijcitur, vt dictum est. s̃. in prin. lib. super verbo, nostro. Pro hoc ff. de admi. tuto. l. quoties. §. fina. ¶ In p̃rium videtur, ꝙ nõ debeant conseruari statuta regni, nisi appareat expressè ꝙ Rex accepit eo animo, vt sibi vniret, & vnum regnum esset: quia talis acquisitio debet intelligi sine præiudicio iuris aliorum, vt ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. meritò. & §. si quis à principe. & pro hoc. C. de off. præfe. præto. Afri. in l. in nomine domini. §. fi. arg. C. de colla. fun. pa. l. pen. lib. 11. & sic concluditur, ꝙ regentur suo iure, non iure regni. arg. ff. de leg. 3. l. prædijs. §. Titio. & de fun. instr. l. Seiæ. §. Tyrannæ. Illud enim territorium intelligitur vnire cum suis iuribus, de pig. act. l. aliena res. de serui. rust. prædio. l. via constitui. §. si fundus. Ista sunt verba eius. Mihi videtur dicendum, si quidem non constat de mente occupãtis, standum est iuribus antiquis illius loci, quatenus honesta sunt per ea quę dicta sunt per Gul. Si verò ille qui occupauerit expressè vult illa iura, vel cõsuetudinem mutare, an possit? Dico, aut ille locus fuit submissus occupationi propter delictum domini, qui tunc illum locum tenebat, & tunc occupans acquirit omne ius illius domini, & sicut ille dominus primus poterat mutare leges, ita & occupans. Aut propter delictum subditorum, & non domini, & tunc occupas poterit acquirere ius subditorum, & sicut subditi poterant mutare, ita ipse occupans poterit. Aut propter delictum commune, & succedit occupãs in ius vtriusque. Alteri autem qui in hoc non deliquit, nullum præiudicium facit, vt expressè prædicta probatur in dicta auth. Si verò dominus temporalis. C. de hæret. Ex prædictis autem † apparet quòd talis occupans bona eorum qui ibi habitant, possit auferre, & alteri dare, ꝙ verum est: quia poterit si ex eorum delicto talis occupatio facta fuit, aliàs secus. Et prædicta in occupatoribus, qui sunt inferiores à principe, Princeps enim solutus est legibus & omnia potest.

In flumine nata. Hæc est secunda pars. No. quòd tribus modis insulam fieri contingit, vt ff. de acq. rer. do. l. ergo. §. tribus. mod. Primò, cum circundatur ager, qui erat alicuius, de quo loquitur vltima pars præsentis relatæ legis. Secundò cum alueus dereliquit siccum, & incipit circumfluere. Tertiò cum paulatim coalluendo locum eminentem fecit. s̃. alueum. Et aduertendum est, ꝙ dicit nata, non dicit nascitura. Non igitur tempus cum incipit apparere, inspicimus, sed tunc cum opinione circumcolentium insula incipit reputari. ar. ff. de flu. l 1. §. 1. quod dicit lex esse natam, sine dubio verum est si priore æstate sic steterit, ante enim posset dubitari, an sit insula, an verò locus in medio, qui propter siccitatem vacuus remansit. Si verò æstate prio-

ADDITIONES.

[a] ¶ Inter eas gentes. Vide de ista materia per Bal. in rub. ff. de rer. diui. Verò, in suo tractatu de seruitut. rusticorum prædiorum, in rub. de mari.

[b] Illæ gentes. Vide Alex. plenè, in l. 1. in princ. ff. de leg. 1. & ibi videre poteris plures concord. & plenè per Fel. in cæranslato. de constitu. & Lud. Ro. in consi. 218. incip. præsens casus duplicem habet dubitationem.

BIU Cujas

te priore sic steterit sicut dicitur, verum dicit, arg. ff. ne qd in flu. publ. l. 2. §. is autem. Ad ꝙ facit d. l. ergo. §. trib. ver. duobus posterioribus, ibi dum dicit, cum primum extiterit, ꝙ perfectum significat. cum sit futurum subiunctiui, vt l. 1. § hæc autem verba. ff. ꝙ quisque iur. de ver. obl. l. si qs stipulatus sit Stichum. Ab eo verò tempore, si quid annua tim dicta insula reciperet iudicaretur, secundum. l. insula. ff. de acq. rer. do. Item dicitur nata. s. casu, vel diuina potestate, non dicit, facta manu hominis: si tamen ab homine facta esset, idem iuris esset, vt ff. de acq. rer. do. l. pen. §. fin. Et hoc facit ad quæstionem, cuius sit cluſa facta in flumine, de quo dixi in l. quo minus. ff. de flum. Item dicit nata, intellige, quòd solo cohæreat, si enim supra aquam staret, vt quandoque accidit, publica esset, vt ff. de acq. rer. domi. l. penul. §. 1.

1 *Frequenter accidere quid sit.*
2 *Medium est, quod consistit inter duo extrema,*
Extremitas, principium, & finis.
3 *Caput seu principium alicuius rei vbi sit, & quantum spacium occupet. nu. 9.*
Caput hominis habet tres proprietates, scilicet initium neruorum, & est pars honorabilior, & versus cœlum erigitur.
Pes hominis tres proprietates habet.
4 *Caput, seu principium, vel initium fluminis est, vnde flumen originem capit: & finis, vbi flumen terminatur.*
5 *Caput anni, tempus à quo incipit dicitur, finis à tempore, quo finitur.*
6 *Caput ecclesiæ vbi altare honorabilius.*
Caput aulæ, vbi magis homines sedere solent.
Caput scholæ, vbi cathedra posita est, & ibi de fine.
Ciuitas honorabilior caput prouinciæ.
7 *Caput montis dicitur pars superior eleuata, depressa appellatur pes.*
8 *Caput rei, dicitur locus per quem ingrediatur: sed si per omnes partes est ingressus, caput dicitur quod est versus meridiem, pes versus Septentrionem. nu. 9.*

Quod frequenter accidit.

1 † Quid sit frequẽter accidere, dixi, s. in verbo, ratò, si quidẽ mediam partem fluminis teneat, ꝙ gl. exponit. i. in medio fluminis est. Quid autem sit in medio esse. vel quæ sit media pars alicuius rei, videamus. Interdum enim accipitur media pars. i. dimidia rei, facta diuisione vnius rei in duas partes quælibet dicitur dimidia, vt ff. de verb. sig. l. nomen filiarum. §. portionis. Ne ergo sic intelligatur, exponit gl. id est in medio fluminis est. Vt autem cesset dubitatio, melius possumus exponere. scilicet vt diuidatur tota latitudo fluminis in tres partes æquales. Si ergo insula tenet illam partem fluminis, quæ est in medio facta diuisione in tres partes æquales, tunc erit communis, vt litera dicit. Videamus ergo quid est esse in medio, & quæ est media
2 pars, quid † ergo est medium? Respond. quòd consistit inter duo extrema, vt C. de iudi. ad hæc. ff. de ferijs. l. more Romano. si quis ius dic. non obtẽ. l. vnica. §. 1. facit in auth. in medio litis non fieri sacras iuſ. per totum, vt hic apparet, non ergo potest cognosci medium, nisi extremitates cognoscamus. Extremitates verò sunt caput, seu principium, & finis. Aliæ autem extremitates dicuntur latera. De latere dicemus. ſ. de capite autem, fine & medio, hic dicamus, videlicet, vbi dicatur esse, & quan-
3 tum † spatium occupet, hoc autem necessarium est. Sæpè enim in statutis fit mentio de capite alicuius rei, videlicet si quid factum fuerit in capite plateæ, vel fori, vel in pede, vel in medio, soluantur decem. Item in contractibus, sæpe vidi vendi tot stadia terræ in capite, vel in fine fundi. Docet ergo Iurisc. scire quid sit, & quantum duret alicuius rei caput, seu pes, & similia. Aliæ verò extremitates dicuntur latera. De lateribus dicemus. ſ. de capite, fine & medio, hic dicamus, videlicet vbi dicitur esse, & quantum spatium occupet. Caput autem in homine, habet duas, aut tres proprietates. Prima est, quia inde omnes nerui initium capiunt, & ex hoc insurgit alia proprietas, quia est honorabilior pars corporis, vt l. cum in diuersis. ff. de relig. Tertia proprietas est, quòd versus cœlum erigitur, & istud idem quandoque dicimus princ. Eodem modo pes, seu finis habet tres proprietates. Primò, quia in illa parte finitur, & terminatur corpus. Secundò, quia est pars ignobilior. Tertiò, quia versus terrã iungitur, & totum corpus sustinet. Ab istis proprietatibus diuersimodè caput, & pedem, seu finem alicuius rei dici-
4 mus. Primò † in flumine, vnde flumen originem capit, vt si ex fonte, ipse fons, & similia vt ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. §. caput aquæ illud est. & illud etiam dicitur principiũ, seu initium, vt ibi dicitur. & eodem modo pes seu finis fluminis, dicitur locus, vbi flumen terminatur, & finitur, quòd est mare, in quòd intrat, vel aliud flumen, vt ff. de lo-
5 cis, & itin. pu. l. fi. de ser. rust. prædi. l. fi. Eodem modo dicimus in tempore. dicimus enim caput anni, tempus quo annus incipit, finis, tempus, quo terminatur, vt in vllo versu, Annua si debes, tunc inspicies caput anni. &c. vt no. ff. de adimen. leg. l. 1. & hæc de prima proprietate. Secun-
6 dò contingit quandoq; aliqua esse, in quibus locus à quo originem sumunt non potest apparere, vt in superficie vnius domus, aulæ, ecclesiæ, & similium, tunc caput ecclesiæ est, vbi est altare honorabile, & caput aulæ est locus, vbi magis homines consueuerunt sedere. & caput scholæ dicitur vbi cathedra posita est, pars verò illi opposita dicitur pes, seu finis. arg. ff. de of. proconsul. l. si in aliquã. ibi prouinciæ caput, &c. Ciuitas enim honorabilior dicitur caput prouinciæ. Ad idem. C. de sum. trin. & fide catho. epistola, inter claras. in princ. ibi, caput est omnium
7 ecclesiarum. Tertiò contingit † à tertia proprietate caput dici, vt ecce locus quidam eminens est, seu montuosus. Partem enim superiorem eleuatam appellamus caput, partem autem inferiorem depressam appellamus pedem, & sic in capite, & pede, & in prin. & in fine dicimus. arg. de aqua plu. arcen. l. 1. § fi. Posset enim esse aliqua res,
8 in qua † neutrum istorum concurreret, & tunc puto quòd illius rei caput diceretur locus per quem in illam rem ingredimur, iuxta illud, In capite libri scriptum est de te, appellat enim caput libri illam partem, per quam ad ipsum librum legendum ingredimur. Ad idem quòd no. ff. solu. mat. super rub. ibi, no. quòd hic non est caput libri, &c. ff. ad l. Falc. l. quærebatur. super verb. tres partes, &c. Sed pos set contingere quòd per omnes ipsius loci partes, est ingressus, & tunc putarem caput illud dici ꝙ est versus meridiem, & pedem quòd est versus Septentrionem: vt ſ. oste-
9 dam. Videamus † ergo quantum spacium occupat caput, quantum pes seu, finis, & quantum medium. Ad ꝙ dico quòd punctus, seu linea indiuisibilis, quæ est in capite, potest dici caput d. l. 1. §. caput. de aqua quoti. & æsti. & eodem modo pes; medium dicatur ille punctus, vel linea indiuisibilis quæ est in medio distans tantum ab vna extremitate quantum ab alia, & ita intelligit hic gl. in verb. proximior sit. & Inst. de rer. diuis. §. insula. in glo. in verb. mediam partem. dum dicit, quòd hoc, scilicet poterit sciri, & apparere accepta chordula, & facto puncto in medio, &c. quòd satis placeret si materia de qua tractatur, hanc interpretationem pateretur, vt si diceretur, à capite vsque ad medium agri liceat Titio ire. Intelligo à linea indiuisibili, quæ est in capite, vsque ad lineam indiuisibilem q̃ est in medio, secundum prædicta iura, sed sæpè sermo hãc interpretationem non patitur. Quid enim si dicatur, si quis inueniatur per caput plateæ cum curru puniatur, vel vendo tibi decem stadia terræ in capite fundi? proculdubio de puncto, vel linea indiuisibili intelligi non potest, per illam enim non potest iri, nec in ea possunt decem stadia terræ esse. Aliter ergo intelligendum est, de quo tetigi. ff. de fur. l. 3. prout verò dico, quandoque extremitates sunt distinctæ, & limitatæ, tunc vna dicitur caput, seu principium, alia dicitur pes, seu finis, & quicquid est intra illas duas extremitates dicitur medium, vt ff. de ser. vrb. præd. l. si ædes meæ. ibi aut medius mons. & de seru. rust. præd. l. tria prædia. ibi, per medium fundum, &c. & de ferijs. l. more. ibi. C. de iud. auth. ad hæc. cum multis sim. Quandoque extremitates non sunt distinctæ, & tunc puto, quòd totus ille locus diuidi debeat in tres partes æquales, vnde illa, quæ erit secunda, dicetur medium, vt hic secundum lec. quam tenui: cui applaudit communis vsus loquendi; & intelligendi. Tertia dicitur finis. Quandoque contingit ꝙ locus, de quo agitur, habet multas distinctas partes, tamen in dispositione accipitur, vt totum. Vt ecce planus Tyberis est distinctus per prædia multorum, sed in statutis dicitur, ꝙ si aliquid fuit factum in capite plani Tyberis vel medio, vel fine, tunc enim consideratur per statutum illud, vt vnum totum integrum, ideò esset facienda diuisio in tres partes, vt dixi. Sed quæro, quando vendo decem stadia terræ, à capite, vel à pede, vel in medio, qualiter fiet diuisio, & vtrum certus locus videatur venditus, vel iunctus, dicam in seq. lib. in figura.

1 *Insula, in flumine communi nata, communiter acquiritur iure dominij, non possessionis, nisi apprehendatur.*

Insula

BIU Cujas

2 *Insula qualiter communiter diuidatur.*
3 *Insula parua, vsus eius publicus est, si magna, ripæ tantum, sunt in vsu publico.*

Communis fiat eorum Intelligo † cõmunem iure dominij. Non enim iure possessionis. Cum enim separata sit insula à primò fundo per possessionem primi fundi, illa non videtur possideri, nisi apprehendatur, vt ff. sequitur ibi, ℔ si alteri parti proximior, &c. & ff. de acq. pos. l. 3. in princ. in gl. super verbo, quamlibet. debet ergo post apprehendi, arg. ff. de acquiren. poss. l. cum hæredes. Item ℔ dicit, cõmunis † fiat, intellige pro æquali parte. ſ si mediam partem fluminis tenet, & ripæ, quæ essent ab vtraq; parte, sint rectæ. Item ratione propinquitatis media cedit vni, & medietas alteri, sed si insula esset plus versus vnam partem, quàm versus aliam, illa tantum pars insulæ, quæ vni parti propinqua est, illius fundi est. & illa, quæ magis propinqua est alteri, cedit alteri. Quatenus ergo cuique propinquior illi cedit. ff. de acquiren. rerum do. l. ergo. §. tribus. ibi, cuius ager proprior fuerat. Quod ergo dicit, ei agro cedit, qui propinquior est, intellige. i. quatenus propinquior est, vt ff. de leg. 1. l. Stichum, qui meus erit. cui ꝯgruit qđ in seq. lib. de alueo dicitur, qđ iure propinquitatis cedit eis, qui ab vtraq; parte possident, & sic apparet ℔ diuisio communis est. Hoc etiam declarat gl. hic in verb. proximior. & Insti. de re. diui. §. insula. in glos. in verb. mediam partem. prout dicit de puncto, in medio chordæ posito. Ex quo apparet, ℔ quantum propinquior est, eatenus cedit. Lineam autem pones diuidentem per medium, ita ℔ quicquid excedit citra lineam, sit propinquius illi, qui habet prædium citra flumen, & quicquid est vltra lineam, est propinquius ei, qui habet vltra flumen, & hoc est difficile, vtile, & necessarium. ideò hoc demonstrabo per casus, & figuras, quas ſ. subdam. † Item hoc, qđ dicit, ℔ est cõmunis, intellige iure dominij, vsus autem insulæ est publicus sicut riparũ, vt ff. de acquir. re. do. l. pen. §. 1. hoc intelligo si insula est parua, ita quod tota possit dici ripa, vel ripæ cedere pp arctationem aquæ, vt ff. de flum. l. pen. Sed si insula esset magna, ita ℔ in ea essent prædia culta, putò solùm ripas esse in vsu publico, non prædia, eadam ratione, qua cætera prædia. Item prædicta vera, nisi essent agri limitati, vt ff. de flum. l. 1. §. insula.

1 *Dictio vterque distributiua duorum tantum, & quandoque inter plura ponitur.*
2 *Insula, quæ est in medio, & ab vno latere sit ager limitatus, vel cemeterium, an alteri tota acquiratur.*

Qui ab vtraque parte fluminis. De duabus loquitur, quæ sunt fluminis latera. hæc enim dictio, vterque, † distributiua est duorum tantum, licet quandoq; inter plura ponatur, vt C. de fur. l. Ancillæ, de verb. obl. l. continuus. §. item qui insulam. & ideò si contigeret flumen ita currere, ℔ tria latera prædiorum respiceret, insula deberet inter eos diuidi iure vicinitatis tangentis, vt ſ. in figuris declarabitur. Sed quid, si ab † vna parte essent prædia limitata, quibus non possumus vti quasi insula, vt ff. de acquiren. re. do. l. in agris. & de flumi. l. 1. §. si insula. vel fortè cemeterium alicuius ecclesiæ, cui non potest quæri, vt dictum est ſ. in præceden. lib. an tota insula erit eius, qui prædia habet ab vna parte? Videtur, ℔ non, quia insula defertur vtrique pro diuiso. ergo non est locus iuri accrescendi. vt vnus capiat, qđ alteri non acquiritur, vt ff. de vsufr. accresc. l. 1. in princi. Præterea, si esset verum, ℔ vno reiecto, alijs acquiritur, malè diceret tex. in d. l. 1. §. insula, vbi dicitur, ℔ in nullius bonis est insula, qñ prædia ab vtraq; parte sunt limitata. Quare insula non erit aliorum prædiorum, quæ magis propè ripam essent. Contrarium puto. Pro cuius euidentia sciẽdum est, ℔ ius acquisitionis per alluuionem, de qua dictũ est in præceden. lib. fit ratione contiguitatis, & adhærentiæ. & ideò potentius est ius acquirendi ratione vicinitatis, de quo hic dicitur, vt patet. ff. de acquir. rer. do. l. insula. vbi illa, quæ alluuio addiderit insulæ, quærentur ipsi insulæ, non autem eis, qui ab vtraque parte prædia possident, quia prædia limitata alijs prohibentur quæri, d. §. insula. sed si cui alteri ratione vicinitatis vna particula insulæ quasi deberet, totum additum, ℔ prohibetur alijs, quasi sibi acquireretur iure cuiusdam alluuionis, & adhærentiæ; quod probatur, quia incrementum posteà obueniens sibi quæreretur. d. l. insula: ergo multò magis illud incrementum, ℔ sua particula simulq; portio vacans tempore, quo portio nostra mihi quæreretur, fortiori iure accrescit, quam illa, quæ ex post facto incipit vacare, vt ff. de acquir. hære. l. si duo, coniuncta. l. si minor. & l. cum hæreditate. eod. ti. Nec obstat. ff. de vsufr. accre. l. 1. in princ. quia separatũ est illud ius accresc. ab isto. hic enim semper fit acquisitio certæ parti diuisæ, & de certa parte accrescente.

Prope ripam prædia possident. Propè ripam possidere intelligo, ℔ prædia sũt ipsi ripæ coniuncta, vel fortè si distant mediãte via. vt l. Martianus. de acquiren. re. do. & dixi ſ. in præceden. lib. & quod dicit possident intelligo quo præcedẽti & eodẽ iure acquiratur insula, vt in p̃cedenti libro dictũ est.

Pro modo latitudinis cuiusq; prædij. Hoc declaratur, per Iurisconsultum. ff. de acqui. re. do. l. inter eos, videlicet, vt quanta est latitudo prædij iuxtà ripam, eatenus linea per directum protendatur. Circa quæ multa dubia occurrunt, quæ determinata sunt in figuris præceden. lib. sicut cum diuiditur alluuio inter eos, qui ab vtraque parte prædia possident. Ita illa pars insulæ quæ cedit prædijs, quæ sunt ab vna parte debet diuidi.

Quę latitudo propè ripam sit. Si ergo finis agri iuxta ripam est largus, licet prædium posteà in se arctetur, vel contrà, solum latitudo, quæ est iuxta ripam, attenditur, & secundum illam debet duci linea recta, vt in præceden. lib. dictum est, &c.

Quod si alteri parti proximior. Quod qualiter appareat. h. d. gl. accepta chordula, & puncto posito in medio, vt hic dicit glos. in verb. proximior sit. & Institu. de rer. diui. §. insula. in verb. mediam partem, & quod dicit, proximior, intelligo, quatenus proximior est illa pars, quæ vni parti fluminis proximior est, eorum tantum est, qui ab vna parte possident prædia, & eorum est eo iure quo prædia sunt eorum, vt dictum est.

1 *Latera sunt sex.*
2 *Sursum dicitur totus motus à parte inferiori versus superiorem. Deorsum, à parte superiori, versus inferiorem.*
3 *Pars superior, & inferior denominantur per caput, & pedes, per aduerbia localia, sursum, & deorsum, per præpositiones suprà, & infra, vel super, vel subtus.*
4 *Ante, & retro propriè cadit in animalibus.*
5 *Antè, & retrò apposita ad denotandum tempus, qualiter intelligantur.*
Tempus est quædam fluxibilitas, & cursus.
Ante, & post, posita cum casu sunt præpositiones, sine casu, aduerbia.
6 *Ante, & post posita circa locum, quomodo intelligantur.*
7 *Facies domus dicitur pars illa, per quam quis ingreditur, vel fit in via magis honorabili.*
8 *Dextra propriè cadit in animalibus se mouentibus, impropriè in alijs rebus.*
Dextra, vel sinistra domus, vel agri, quomodo capiatur.
9 *Dextra, vel sinistra fluminis qualiter cognoscatur.*
10 *Superficies terræ, dicitur facies terræ, quæ erga cælum respicit.*
11 *Cælum habet dexteram, quæ est Oriens, & sinistram, Occidens.*
Orbis caput est in meridie, pes in Septentrione.

Quod si ex vno latere. † Latera autem sex reperiuntur, scilicet sursum, deorsum, antè, & retrò, dextrũ, & sinistrum, de quibus in contractibus, & alijs dispositionibus sæpè fit mentio, vt vendo, vel lego decem stadia terræ ex parte superiori, vel inferiori, ex parte anteriori, vel posteriori, ex parte dextra, vel sinistra. Ideo quid prędicta vocabula importent, discutiamus. Sursum quidam appellant, illam partem, quæ est. suprà respiciens cœlum deorsum illam partem quæ, est. ſ. respiciens terrã licet hoc modo loquendi non vtamur. sed sursum † appellamus totũ ipsum motum à parte inferiori, versus superiorem: & deorsum totum à parte superiori versus inferiorem, & hoc siue fit motus localis, siue intellectualis de gradu in gradũ ascendendo, vel descendendo. ff. de gra. l. Iurisconsultus. §. at quoties. & §. transgrediamur. Dico ergo † ℔ pars superior, & inferior denominatur primò p̃ nomina, vt caput, pes, principiũ, & finis, vt ſ. dictũ est, sup ver. qđ frequẽter.

Secun-

BIU Cujas

Secundò denominatur per aduerbia localia sursum, & deorsum, sed illud impropriè, vt dixi. Tertiò denominatur per prępositiones, vt s̃.& j̃. vt ff. vti possi. l. si duo. §. Labeo. & de aqua pluuia arcenda. l. supra iter: de arb. cęd. l. 1. §. 1. Quartò per nomina adiectiua deriuata ab istis prępositionib. vt pars superior, & inferior. l. 1. §. fi. de aqua plu. arcen. Quintò per alias prępositiones. s. super & subter, vt ibi, super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, vt extrà. de. sepul. cap. dudum à Bonifacio. in Clemen. Vel veriùs dicendum est, quòd nunquam dictę partes denotantur, nisi per nomina supradicta, & etiam per aduerbia. Nam sup. & inf.[a] super & subtus, si adijcitur casui, tunc est prępositio, nec importat illam partem rei, de qua quærimus. s. aliquàm aliam rem esse. s̃.& j̃. illam, vt s̃. domum tuam, vel fundum tuum pendet arbor, &c. non significatur superior, vel inferior pars rei s. arborem. s̃. rem existere: sed solum denotatur existentia ipsius arboris, & idem in omnibus legib. s̃. ad hoc allegatis. Sed si dictæ dictiones ponerentur sine casu, vt vendo tibi de cẽ stadia terrę ab ea parte, q̃ est. s̃. vel j̃. tũc nõ sunt p̃positiones, sed aduerbia loci, sc̃dm Priscianũ in maiori tractatu de p̃positionib. tũc ergo idẽ est dicere, qđ à parte inferiori, vel superiori, q̃ pars, q̃ sit, & quantũ duret, dixi. s̃. dũ dixi decapite, & pede. Vidẽdum est de ante, & retrò. † Circa qđ sciendũ est. ꝙ Arist. in ij. de Cęlo. & Mundo, dicit ꝙ añ, & retrò ꝓpriè est in animalib. Appellamus. n. illã partẽ ante, in qua principaliter sunt sensus, & sic ex facie hoc iudicat. In alijs verò, q̃ carent sensib. dicta vocabula nõ cadũt ꝓpriè, sed p̃ sĩlitudinẽ quãdam. Ad qđ aduertẽdũ ꝙ † añ, & retrò, q̃nque apponit ad denotandum tps, q̃nque apponit ad denotandũ locum. Circa tps, est sciendũ, ꝙ tps est q̃dam fluxibilitas, de tpe. n. non habemus nisi instans, ꝙ. n. p̃terijt, esse desijt, ꝙ verò futurum est, nondũ fuit. Dico ergo in instanti, in quo sumus rectè loquendo, tps ꝙ præterijt appellamus retrò, & p̃ ꝙsequens ꝙ futurũ est, dicit ante, vt in 1. ꝙstitutionc. C. in prin. ibi, retro principib. ff. de cap. & postli. reuer. l. retrò ad legẽ Aquil. l. ait lex. ibi, retrosum. de reg. iu. c. ratihabitionẽ retro trahi, &c. cũ si. lib. vi. Huius ratio est: quia (vt dixi) tps est q̃dã fluxibilitas, & q̃dam cursus, & homines et cætera animalia carentia rõne, ꝙ in cursu p̃teritũ est, hẽnt retrò. Qđ verò futurum est habent antè. Ad istam similitudinem dicimus, ista. s. ꝙ de tempore habemus instans, illud ꝙ præterit habemus retrò, ꝙ futurum, antè habere dicimus. Illud ꝙ præterit esse ante, ꝙ futurum est esse posteà, vt C. de arbi. l. cum ante. de bo. dam. l. si quis post hac. ff. de aqir. poss. l. si quis ante. tunc enim similitudo sic procedit quasi cursor in certa parte itineris se reuoluat, & remoueat: tunc enim illa pars, quæ incidendo erit retrò, incipit esse antè ẽconuerso, propria igitur locutio est præcedẽs. & quia ibi illa reuolutione non egemus. Per hanc igitur dictionem ante, potest significari tempus præteritum, & futurum, ꝙ ex verbo apparet, cui adijcitur, ꝙ si est præteritum nõ significat futurũ. Sed hic potest occurrere dubitatio, pone sic. Reperi scriptum in aliqua dispositione. Si quis ante aliquem dixerit aliquid vel fecerit, &c. quomodo intelligitur hoc verbũ ante: hoc enim verbum fecerit, reperitur in futuro subiunctiui, & in pręterito. Sed qualiter debemus assumere, dixi in repe. l. omnes populi. ff. de iusti, & iur. dum tractaui de interpretatione statutorum, dixi etiam de condi. & dem. l. solemus. & prędicta cum respectu p̃tis loquimur de tempore præterito, & futuro. Quandoque tamen in p̃ti loquimur de tempore p̃ti, & post respectu alicuius temporis futuri, vel pręteriti. Respectu futuri, vt ecce promittis facere: vel dare ante pascha, vel post pascha. Et ista locutio recta est, vt ff. de verb. obli. l. qui antè calendas. & l. eum qui ita. §. qui ita stipulat. cum si. & procedat similitudo sic. Pone cursorem in medio plani videre turrim, rectè dicit totum spatium, ꝙ est inter se, & turrim, esse ante turrim: quia añ oculos eius est. & ẽt ante illam partem turris, quæ primò eius aspectui præsentatur, & sicut latus oppositum illi turri, quò ad eum dicitur retrò, seu pòst, vt j̃. dicetur, ita totum. qđ ille à latere posteriori respicit, dr̃ post: & ita propriè dicimus ex consuetudine. Reperimus. n. pascha futurum in medio: nunc ergo vsq; ad pascha dicit añ, vltrà dicit pòst, vt dictis legib. Sicut ẽt dicimus respectu præteriti temporis, vt ecce ante pascha prętcritum factum dicimus, quod prętcrijt, quod secutum est, dicimus factum post pascha. vt l. hmõi stipulatio interposita. & d. l. si ita quis. §. Scia. ff. de verb. obl. cum si. & tunc procedit similitudo, sicut in illo paschate, hõ stans retro se voluisset, vt dixi. Proprius ergo diceret à paschate retrò, & à paschate ante, venit, in præcedenti locutione dicimus antè pascha. i. primò, quàm pascha sit, & ita vtimur. Prædicta verba antè, & post si ponantur cum casu, sunt prępositiones, si sine, sunt aduerbia temporis, vel loci, & significant tps, vel
6 locum. Circa verò locum sciendum est, † ꝙ quędam sunt loca eminentia, quædam depressa, & plana. In eminentibus sicut sunt domus, &c. ædificia, montes, & colles, dicimus añ, & post. In domibus autem dicimus partem ante illam esse, quę est iuxtà viam. per quã ingredimur domum. vt ff. de via publi. l. 1. §. fi. ibi, añ ergasteria, & cõi diuidun. l. arbor. §. de vestibulo. vbi glo. exponit, ꝙ vestibulum est locus ante ostiũ, per quẽ quis habeat aditum. pars illi opposita dicitur post, vt ff. de ser. vrb. prędl. quidam iberus. ibi, post horrea, & dicitur post, illa pars, quæ est opposita illi parti, quę est ante plateam, & sic etiam vtimur, & loquimur, & hoc secundum similitudinem præcedentem. nam (vt dictum est) pars anterior in animalibus dicitur illa, in qua est facies, & facies do
7 mus dicitur † illa, quæ iuxtà viam nobis ostenditur, vt in locutione vulgari vtimur. & 2. Mach. 4. c. circa fin. dicitur. Ornauerunt faciem templi coronis aureis. Sicut enim dicimus facies operis. ff. de nou. oper. nunc. l. stipulatio. §. opus. & alibi, pristinam faciẽ ędibus reddat, vt ff. loca. l. sed addes. §. si inquilinus ostiũ. Sicut igit illa pars dicit facies, ita dicit pars anterior, & pars sibi opposita dicit posterior. Sed si domus à plurib. partib. esset circũdata vijs per illã excellentiã diceremus faciẽ, q̃ magis in honorabili via est, ꝙ si vtraq; esset ęqualiter honorabilis, illa dicit facies, p q̃ ingredimur, vt ff. de leg. 3. l. prędijs. §. balneas. de dam. infec. l. ꝙ conclaue. Prædicta vera, nisi ꝙsuetudo loquẽdi aliqd opponeret. In locis verò depressis, & planis, in quib. nõ videmus superficiẽ superiorem, non est dare partem, quæ dicatur antè, & post respectu sui, sed respectu nostri. Existens enim in fundo, rectè põt dicere aliq̃ partem esse ante eum. aliquam post eũ, vt de tpe dicimus. In montib. ẽt appellamus antè, illã partẽ, q̃ nos respicit quasi faciem: partem illi oppositam appellamus post, & sic illa pars, q̃ quo ad nos fm nostrũ aspectũ, est ante, sc̃dm aspectũ aliorũ dicit post, & sic ꝙsiderãdus est locus, in quo verba proferunt nonnunq̃ tñ ex parte mõtis est aspectus, ita notabilis, vt si respicit aliquam ciuitatẽ notabilem ꝙ semp illa pars dr̃ añ, reliqua verò post: hęc aũt sc̃dm consuetudinem circumcolentiũ intelligenda sunt. Dextra,
8 & sinistra sc̃dm † Aristo. in d. lib. de Cęlo. & mũdo. propriè cadit in animalib. quia dextra est principiũ motus, sinistra est terminus: & ideò cõmuniter contingit, ꝙ incipiens ambulare incipit cum pede dextro, vel incipiens aliquid agere incipit cum manu dextra, nisi sit sinister, vt ff. de ædil. edic. l. qui clauum. §. item sciendum. In istis ergo reb. quę nõ mouentur, impropriè loquimur. Appellamus. n. dextram, & sinistram q̃nq; respectu nostri. Si. n. diceremus, vẽdo tibi decẽ stadia terræ à parte dextra eundo ab hinc versus Florentiã tunc clarus esset sermo de illa parte intelligendum est, quæ nobis euntibus est à latere nostro dextro. Si verò ad personam non habeatur respectus, sed simpliciter dicatur à latere dextro; vel sinistro rei, tunc siquidẽ illa res est eminens, & eleuata, vt domus, ita ꝙ eam dicimus habere faciem, apertè inuenitur dextra, & sinistra. Finge enim vnum hominem stantem rectum, & voluentem faciem suam versus illum locum, quem voluit domus, tunc illa pars, quæ illi homini sic imaginato opponeretur. diceretur dextra, vel si sinistra, & dicere tur illa domus est dextra, vel sinistra, hoc probatur expresse Ezech. xlvi. ca. in fi. vbi sic ait, Facies domus respiciebat ad orientem, aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiem, &c. vnde similitudo hominis est, quia facies hominis respicit orientem. latus. n. de
9 xtrum est meridies. Si verò non † esset corpus ita eleuatum, tunc si quidem locus ille habet caput, & pedes, secundum ꝙ s̃. diximus, necessariò per eãdem similitudinem dabimus ei dextram, & sinistram. Exemplum in flumine, fingamus hoĩem iacentem in flumine tenentẽ caput vbi est caput fluminis, pedes verò vbi est pes, vel finis fluminis, faciẽ aũt versus cęlũ, tũc statim dextra, & sinistra pars fluminis cognoscitur, & ita loquitur tex. ff. cõmu. p̃d. l. refectionis. §. fi. sic ẽt in alijs locis, quę caput, & pedes hñt: fingas hoĩem sic iacere prostratũ, tũc dextrã & sinistrã cognosces. Sed si dicit, ꝙ cognoscat, cur caput, & pedes in tali parte fingantur. Sed cur facies versus Cœlum reuoluta ponatur, vellem doceri. Si enim faciem versus terram volui dicamus, tunc partem, quam primò dicebam dexteram, continget esse sinistram,

ADDITIO.

a Tit. D. ¶ Nam s̃.& j̃. Vide quæ decidit per istam doctrinam Bar. hic d. Barb. Soc. in cons. 181. 2. vol. in c. visis cap. in vers. circa tertium. vbi etiam ponit, quòd de natura dictionis, infra, est, vt contineat contingentia ęterna, quib. adiungitur.

BIU Cujas

a ſtrã, [1]& èconuersò.Rñd.totius terrę ſupficies eſt verſus cę-
lũ,& dicitur ſuperficies quaſi ſuperior facies,vt.ff. quod vi,
aut clam.l.ſi vitẽ.§.antepen.vbi in tex. habeť duplex litera:
alia.n.ſpeciem fundi,alia faciem fundi.& ibi dicit.gl.in ver.
10 faciem.†illa ergo ſuperficies eſt facies,quæ erga cœlum reſ-
picit, ideò ſic dixi. Vnde iſta loca depreſſa non habent fa-
ciem reſpectu noſtri,ſed reſpectu cœli,ideo reſpectu noſtri
non habent antè, vel pòſt, vt dixi ideò finxi hominem ia-
cere proſtratum. Si verò inueniretur aliquis fundus, cuius
non poſſit caput,nec pedes dici,ſecundum præced.doc. nec
antè,vel pòſt,tunc dextra, & ſiniſtra deberent aliter conſi-
11 derari.† Nam Ariſ. in 2. de Cœl. & Mun. quærit an cœlum
habeat dextram,vel ſiniſtram;& determinat,quòd ſic.Cum
enim dextra ſit principium motus, vt dictum eſt, apparet
quòd dextra orbis eſt oriens, ſiniſtra verò eſt occidens, &
ſic ſecundùm hoc,de neceſſitate oportet poni, quòd caput
orbis ſit in meridie,pes verò in Septentrione,& ſic fingen-
dus eſt vnus homo qui faciem figat verſus cœlum, ſpatu-
las verſus terram, & ſic in dextra eius erit ſol oriens, & in
ſiniſtra ſol occidens. hoc ergo modo, quando alij modi
inueniendi dextram,& ſiniſtrã deficiunt,facile erit dextram
& ſiniſtram,caput,& pedes cuiuſlibet rei immobilis inue-
nire.Sed ſi reſpicit faciem partis orbis, & hæc proprior lo-
cutio eſſet: & naturaliter loquendo quantùm ad mores no
ſtros,præcedentes modos puto probabiliores, & primò in
inquirendo. Sed ſi quęratur medium inter ante, & poſt,
inter dextram,& ſiniſtram, dico eodem modo, quo dixi,ſ.
inter caput, & finem. Et prædicta circa loca: tempus verò,
quod nullam latitudinem habet, non habet dextram, ſiue
ſiniſtram.

ADDITIO.

2 ¶Contingit eſſe ſiniſtram.Vide ple.per d.Bar.Ve.in ſuo tracta. de Impera.mil.eligen.
in 1.priui. digni, vbi infert per iſtam doct. Bar. vbi arguit. contra do. Venetos, qui
imaginem beati Marci in ſigillis,& aureis groſſisque argenteis imprimunt à dextra:
ab altera verò parte imaginem ducis, dixi ple.in tracta. meo de Venetæ vrbis liber-
tate,& eiuſdem Imperij dignitate,in priui.xlvij.

Prorupit flumen

Id eſt, pars fluminis, dicit gloſſ.

1 *Riuus appellatur,pars fluminis,& eſt iuris publici.*
2 *Riuus non procedens à flumine,ſed à fontibus, vel alijs venis,quando ſit publici,& quando priuati iuris.*
3 *Fouea per quam aqua ducitur ad molendinum,cuius iuris ſit.*
4 *Flumen,fluuius,& amnis,idem ſunt.*

Et alia parte riu⁹ nouus, &c.

1 Scilicet illa pars, dicit glo.hic in verſ.cęperit.vides ergo†q̃
pars fluminis appellatur riuus, & ſic non eſt dubium, qd̃
2 in hac ſignificatione riuus eſt iuris publici.† An autem alij
riui à flumine non procedentes, ſed fontibus, vel alij, ſint
publici, vel priuati,dubitatur. Et videtur qd̃ non.ff. de flu.
l.1.§.1.& ita tenet Roſ.ſuper illo tit.pro hoc facit.ff.de riuis:
per to. Sed quando Riuus eſt manufactus, per quem aqua
ducitur ad vtilitatem priuati. & tunc eſt priuatus, vt in to-
to tit.de riuis. Quandoque riuus eſt locus, per quem aqua
naturaliter fluit, & tunc regulariter puto illum locum pri-
uatum eſſe, vt ff. finium regum.l.ſed ſi riuus.& d.l.1.§.1. de
flu.& erit eorum,qui ab vtraque parte prædia poſſident, vt
in præced.li. diximus de foſſa. Sed ſi riuus talis,eſſet in vſu
publico, tunc intelligerem illum riuum eſſe publicum,vt ff.
ne qd in loco pu.l.2.§.hoc interdictũ.ibi,ad ea igit̃ loca hoc
interdictũ ptinet,q̃ publico vſui deſtinata ſunt,vt arg.ff.vt in
flu.pu.na.lic.l.1.§.foſſa.ibi.poſſunt aũt etiam hæc,eſſe publi-
3 ca, & non publica. Quid dices† de foueis, per quas aqua
ducitur ad molendinum? Reſpon. vt dicitur in l. quomi-
4 nus.ff.de flu. Et no.† qd̃ hæc nomina, flumen, fluuius, &
amnis, idem ſignificant, alia verò nomina.ſ.torrens,riu⁹,
foſſata, explanata ſunt ſ.proxi. præced.lib. Cætera verba le-
gis clara ſunt.Nunc igitur ad oſtendendum diuiſionem in-
ſulæ,veniamus ad figuras.



In hac fig.ripæ ab vtraque parte fluminis ſunt rectæ in ſe,& etiam vna ripa eſt recta per comparationem ad aliam. Et in hac figu. ſunt duæ inſulæ. Prima inſula tota pertinet ad Lucium, cuius prædium eſt vltra flumen. Ratio quia inſula non tenet mediam partem fluminis,ſed illi parti vlteriori eſt proximior. Ad hoc ſciendum vtrum inſula alteri parti ſit proximior,dat doct.glo.in hoc. §.verſi.quod ſi alteri parti. in verb.proximior ſit,&c. q̃ poterit ſciri accepta chordula, & puncto in medio poſito inter vtrumque agrum, & tunc ſi punctus eſt ab vna parte, alijs cedat, aliàs ſecundum quod punctus extenditur.ita dicit.d.glo. Sed vt iſta doct.ſit vera,non ſufficeret chordulam ſic ponere in vna parte, ſed ponatur in duabus vna in prin. inſulæ,verſus caput, alia in fi. tunc ab illis duobus punct. medijs ducatur linea recta, & ſiquidem tota inſula relinquitur ab vna parte, illorum eſt, qui ab vna parte prædia poſſident. Sit igitur prima chordula.c.d. in cuius medio ſit punctus.a.& qd̃ illa.a.ſit in medio,probatur,cum eris in medio,per menſuratorem.In hac figu.apparet q̃.a.eſt centrum circ.rubei: quia punctualiter tangit vtranque partem ripæ, deinde ſit ij. chordula in pede inſulę quæ ſit e.f. & ponatur in medio punctus.b.& q̃ ille punct. ſit in medio apparet q̃ eſt centrum cir.crocei, deinde ducatur lin. ſeu chor.a.b. & quia inſula eſt tota vltra illam chor. tota pertinet ad prædium Lucij quod eſt vltrà flumen. Ad prædium verò Caij quod eſt citra nil pertinet.In ij.verò inſula ſimili modo po natur alia chor. quæ habeat punctum medium.a. deinde in fin.inſulæ ponatur alia chor.quæ habeat punctum medium b. q̃ autem iſti puncti ſint in medio, probatur ex præced. tunc ducatur lin.a.b.& tunc q̃ illa ſecat inſulam, quicquid eſt vltrà illam, eſt Titij, qui ab alia parte prædium poſſidet, quod verò eſt citrà illam lineam, eſt Seij, vt patet ex hoc.§. Et not.quòd ſemper cum lineæ ripæ ſint rectæ omni rectitudine,vt eſt iſta chor.ducenda eſt recta,ita quòd faciat angulum rectum ab vtraque parte, per iſtum enim modum rectè inuenitur medium,vt apparet.



Hæc figura differt à præceden. quia.ſ. lineæ ab vtraque parte ſunt rectæ,ſecundum ſeipſas,& etiam dicuntur rectæ, vna reſpectu alterius: quia tantum diſtat vna ab alia in capite, quantum in fin. Sed in hac in capite minus diſtaret, & ſemper vniformiter elongatur. Erit igitur fienda diuiſio inſulæ hoc modo,quia primo ponatur vna chordula in prin. inſulæ ab vna ripa ad aliam, & notetur punctus medius. & ſit.a.deinde extenditur alia chordula longior in fin. inſulæ, & notetur punctus medius.b.deinde ducatur linea.a.b.& illa erit linea diuidens inter eos, qui ſunt vltrà, & eos, qui ſunt citrà. Sed hic occurrit dubium, qualiter ducatur linea à ripa vlteriori ad citeriorem: nam non poteſt ita poni q̃ faciat angulum rectum ab vtraque parte. Dico igitur conſiderandum, quòd quantum ille duæ ripæ diſtant in vlteriori ripa, tantum diſtant in ripa citeriori: & tunc poteſt eſſe error, quo probato; quia qualis eſt portio totius ad totum, talis eſt medietatis ad medietatem per æquale ſpatium, ſicut tota latitudo fluminis venit vniformis ampliando reſpectu diſtantiæ, quæ eſt ab vtraqne ripa inter eos,ſic ab vtraque parte fiet diuiſio,vt ſuprà dictum eſt de alluuione.



Iſta

BIU Cujas

Ista Figura facta est ad declarationem l.pen.§.Paulus.ff. de acq.re.do. vbi dicitur quod insula primò relicta in flumine iure proximitatis, habet ius in alijs insulis, posteà in flumine natis, siue relictis. In hac igitur figura constat, qđ insula primò relicta tota pertinet ad eos, qui possident vltrà flumen.s. Lucium, & Titium, quando illa insula est tota vltrà medium fluminis, vt lineæ rubeæ ostendunt. Insula verò relicta pro parte pertinet ad Luciũ, qui est vltrà, pro parte ad Caium, qui est citrà: quoniam medium partem fluminis tenet, vt lineæ ductæ ostendunt, & probatum est in præcedentib. figuris. Sed nunquid insula primo relicta ratione proximitatis debeat aliquid habere in d.ij.insula, videndum est. Ad quod sciendum est: pone à flumine vnum punctum in insula prima, qui plus est proximus insulæ secundæ, & sit a. deinde in ripa Caij assumatur alius punctus, qui magis est proximus extremitati secundæ insulæ, quæ plus proxima est insulæ primæ, & sit b. deinde pone pedem circuli in puncto. a. & extende, ita quod pertranseat aliquam partem insulæ secundæ, & volue semicirculariter, deinde pone pedem circuli in puncto b. & per tãtundem spatium extende. Et not. vbi dicti duo circuli se prę scindunt. s. in puncto. c. d. & ab illis duob. punctis duc lineã rectam rubeam. Ex quo concludo, quod quicquid est insula secunda. s̃. dictam lin. c. d. totum cedit insulæ primò relictæ & eod. modo comperies in insula tertiò relicta, vt lineæ dictæ ostendunt, quod sic probatur, Si ab æqualibus æqualia adimes, quæ remanent, sunt æqualia: sed constat quod tantum distat circulus vnus à suo centro. a. quantũ distat alius circulus à suo centro. b. & constat quod linea. c. d. adimit ab vtraque parte æqualiter: ergo patet, quod linea illa æqualiter distet ab vtroque: & sic quod est. s̃. illam lineam cedit puncto. a. iure proximitatis, quod verò est, j̃. cedit puncto. b. iure proximitatis.



Suprà dictum est de his Figuris, q̃ habent lineas rectas iuxtà ripam, hic videndum est de his, quæ habẽt ripas tortas, & curuas. Veruntamen hoc contingit dupliciter. nam quandoque sunt retortæ ab vtraque parte fluminis, & ita in vna ripa inflectitur versus aliam, quod vbique æqualiter distant, vt in hac figura ostenditur, licet hoc rarò contingat. Quandoque ripa est ab vna parte recta, & ab alia tortuosa, vel ab alia parte torta vno modo ab alia verò torta modo dissimili, & de hoc dicitur in sequentib. In hac igitur Figura, ducenda est linea per medium ea tortuositate, qua ripæ sunt tortæ, vt ostendit linea rubea, & quicquid est vltrà illam lineam, est magis propinquum eis, qui vltrà flumina prædia possident. Quicquid verò est citrà illam lineã, est magis propè eos, qui citrà flumen prædia possident, illam autem lineam sic duces, accepta chordula, & puncto in medio posito, quę chordula vniformiter ducat̃ ab vtraq; parte ripè & semper notetur locus, per quem transit ille punctus medius, illa est linea, per quam ille punctus medius transit, & linea per medium diuidens.



Ista Figura facta est ad necessariam euidentiam omnium dicendorum. docet, enim quomodo positis quibuscunque punctis per lineam non directam, illi possunt reduci ad circumfer. eiusdem circuli. Ponantur ergo tres puncti. a. b. c. tunc pone circinum super. a. & extende vltra medium spatium. b. & volue semicirculum: deinde ponas pedem circini super. b. & in eadem distantia versus. a. volue semicirculum. Et no. quod vbi, d. duæ lin. circulares se præscindunt, scilicet in punc. e. f. & ducas super punctos lin. rectam, & extend. quantum volueris, & deinde similiter facias in punc. b. c. & duas lin. circulares, quæ præscindunt in punc. g. h. & ab eis ducas lin. rectam, & extendas, tunc dico, q̃ lin. e. f. & lin. g. h. secabunt in punc. d. In illo igitur puncto vbi secant, ponatur pes circini, & extendatur vsque ad vnum punctum de datis. d. & voluantur omnes illi 3. punc. reperientur in circumfe. dicta. & hoc contingit, quocunque modo. 3. punctos ponas in lin. non recta, &c.



Figura Ista similiter ad euidentiam dicendorum facta est: docet. enim qualiter, posito vno puncto ab alia parte, & vna recta lin. ab alia, aliquod spatium quadratum iure propinquitatis diuiditur inter punctum, & rectam lin. Sit ergo punctus datus à lin. posita, b. c. & totum quadratum. a. b. c. d. Quæritur quantum de illius quadrati spatio debeatur puncto. a. iure proximitatis, & quantum lineæ. b. c. ita quod ponitur vna linea super quam quicquid sit, illud sit propinquius. a. puncto: quod verò est j̃. sit propinquius lineæ. Ad quod dico q̃ primò illud quadratum̃ diuidendum est per medium, secundum doct. præced. & sic linea diuidens. e. f. & de eo quod est j̃. nil pertinet ad punctum. a. Secundo fiat lin. per diametrum dicti quadrati. b. d. & similiter de eo quod est j̃. dictam lin. nil pertinet ad punctum. a. Illud verò quod est s̃. restat diuidendum, ex hoc constat quod hic habemus 2. punctos æquè distantes à puncto. a. & à lin. data. videlicet punctus. e. & punctus. d. Inueniatur ergo alius punctus æquè distans, & sit. g. quod hic æquè patet: quia est centrum circuli azurei, qui punctualiter tanget punctum. a. & lin. datam, tunc ergo illi 3. puncti. e. g. d. reducantur in circumfer. vnius circuli, secundum præced. figu. ducendo lineam, vt ostendunt lineæ croceę, cuius circuli centrum cadit extra quadratum in puncto. b. & ducat ille punctus, vt ostendit circulus rubeus ductus. Tunc dico, quòd quicquid est s̃. dictam lin. circularem. e. g. d. pertinet iure proximitatis ad punctum. a. residuum, quòd est j̃. pertinet ad lin. positam. Et q̃ hoc sit verum, patet, si ponatur alius punctus in lin. rubea circulari. a. & ibi ponatur circinus, & extendatur vsque ad punctum. a. punctualiter, tanget illud, & etiam lineam, vt ostendit circulus croceus, & idem vbicunque poneretur aliquis punctus in d. lin. rubea circulari, hoc dico ita quod non esset error notabilis; ita. quod si esset argentum. non esset notabilis deceptio: vnde dico ideò, quia cum ab vna parte sit lin. recta, & ab alia rotunda, non esset perfecta separatio per medium. Ex quo collige talem regulam positis tribus punctis æquè distantibus, intra punctum datum, & lin. datam, circulus in cuius etiam circunferen. illi tres puncti reducuntur per totum quadratum æqualiter distat, &c.



Si hæc Figura bene inspiciatur, propinqua est puncto acuto à ripa prædij Lucij, & toti latitudini ripæ prædij Caij. Ad prædium autem Titij non appropinquat. Videamus ergo diuisionem inter Caium, & Seium, & Lucium, & videtur quod Lucio nil

BIU Cujas

debeatur:quoniam ripa ſua, quæ appropinquat inſulæ, terminatur in puncto indiuiſibili,non habenti aliquam latitudinem,ſed inſula debet diuidi pro modo latitudinis.l.inter eos.ff.eo.Cum ergo ibi non ſit aliqua latitudo, ei nil debetur.contrarium dico.Nam inter eos, qui ſunt ab vna parte, fit diuiſio pro modo latitudinis.d.l.inter eos.ſed inter eos, qui ſunt vltrà,& eos, qui ſunt citrà fit diuiſio iure propinquitatis,vt dictum eſt: videndum eſt igitur, quod ponamus vnam lin.iure propinquitatis euidentem.& hoc fieri debet ex doct.præced.figuræ.Extendatur igitur vna chorda à puncto prædij Lu.vſque ad ripam Caij,& fiat cum chordis, vel ſignis in flumine vnum quadratũ.a.b. c. d. deinde inueniat medium quadrati per lin.e.f.& conſtat quod quicquid eſt.s̃. dictam lin.pertinet ad Caium.deinde ducatur alia linea per diametrum quadrati.b. d. & ſimiliter conſtat quod id quod eſt.j̃. dictam lineam pertinet ad Caium. Deinde inter punctum . c. & punctum . d. inueniatur punctus æquè diſtans à puncto prædij Lucij ad ripam Caij & ſit.g.f. tunc illi tres pũcti reducantur in circumferentiam vnius circuli per præcedentia, cuius circuli centrum inueniatur in prædio Lucij, & in puncto.b.vt oſtendunt lineæ croceæ. Dico ergo quod illa linea circularis.e. g. d. eſt in ea, & quicquid eſt.s̃. illam pertinet ad Lucium,quod verò eſt.j̃. pertinet ad Caium, vt ex præceden.&c.



Hæc Figura differt à præceden.q̃ in præcedenti punctus magis propinquus erat in capite inſulę, hic verò eſt in medio,vel circa, vt patet in puncto prædij Caij acuto,qui eſt.b.& ideo in flumine debent fieri duo quadrata, ſcilicet vnum.s̃. aliud.j̃. Fiat ergo verſus caput fluminis vnum quadratum.a.b.c. f. & verſus finem fiat aliud.a.b.c.d. deinde ducatur linea media.g.h. dico de eo, quod eſt ſuprà nil debet habere Caius, deinde ducatur alia linea,per diametrum primi quadrati.c.a. & alia per diametrum ſecundi. a.c. & ſimiliter de eo quod eſt ſuprà illas, nil debet habere Caius:deinde inueniatur vnus,vel duo puncti in illo ſpatio quod eſt infrà æquè diſtans à puncto Caij,ad lin.prædij Lucij,vt i. k. qui reducantur in circumferentiam illius circuli, qui circulus erit . e. i. k. c. & eius centrum cadit in prædio Caij,in puncto.m. quicquid eſt j̃. lineam circularem, pertinet ad Caium, vt ſuprà, probatum eſt. Vel verius aſſume puncta.e.n.& reducas ea in circumferen.eiuſdem circuli,& habebis propoſitum:quia redit in idem quod ſuprà.



Hæc Figura differt à pręceden.quia vel ab vtraque parte eſt linea recta, vel ab vtraque parte eſt curua, ab vna recta,ab alia punctus acutus, hic verò eſt ab vna parte linea recta, ab alia habet quandam rotunditatem, cuius caput connexum eſt verſus inſulam: inueniatur ergo in principio inſulæ punctus medius.a.in medio alius.b.in fine alius. c. & hi tres reducantur in circumferentiam eiuſdem circuli per præcedentia,& habebis medium.Ex quo collige regulam,quod poſitis tribus punctis ęquè diſtantibus inter lineam rectam,& lineam connexam,circulus, in cuius circumferentia illi tres puncti reducuntur,totum ſpatium iure proximitatis ęqualiter diuidit. Et hoc in ſequenti figura demonſtrabitur.



Figura Iſta differt à præced. quia hęc ab vna parte ri pę acutę eſt punctus, ab alia parte rotunda, eſt concauum verſus punctum, cuius ſic facienda eſt diuiſio Primò ducatur lin. ab vna parte circuli vſque ad aliam, & ſit.a.b.& ideo hoc,vt ſciamus,quod de eo,quod eſt ſuprà d. lin. nil poteſt deberi ripæ concauæ, niſi ratione illorum punctorum.quoniam quęlibet pars,quæ eſt infrà, eſt magis remota ab alia parte,quàm ſint illi puncti: deinde inueniatur medium inter punctum prædij Lucij:qui ſit.c.& illa puncta per doctrinas datas in præced.inter . a. & c. erit medius punctus b.& inter c. & b.erit medius . c. vt oſtendunt lineæ ductę, deinde inueniatur medium inter . c. & aliquam partem dictæ concauitatis, & ſit f.deinde illa tria puncta d.f.e. reducantur in circumferentiam eiuſdem circuli per præcedentia cuius centrum erit in puncto . h. dico ergo, quòd quicquid eſt.j̃.circulum.d.f. e. pertinet ad Titium iure proximitatis: qđ verò eſt.s̃. pertinet ad Lucium. Ex quo colligе regulam quod poſito vno puncto, ab vna parte circular concauitate, & alia.j̃. concauitatem inuentis trib. punctis æquè diſtantib.ab vtroque latere,linea circularis,per quam illi tres puncti in circumferentiam reducuntur, per medium diuidit,&c.



Iſta Figura differt à præced. quia ſuprà eſt punctus ripę ſuperioris, quem conſtat eſſe propinquiorem qualibet alia parte ipſius ripæ: hic verò ripa ſuperior eſt rotunda,& connexa eſt verſus inſulam, & ideo quælibet pars illius ripe ſit propinquior punctis ripæ inferioris concauis. Igitur primò ducatur linea ab vno puncto circuli inferioris; vſq; ad lineam, & ſit a.b.ea ratione,qua diximus in præced.figu. deinde ponatur circulus in puncto.a. & extendatur vſque ad ripam ſuperiorem,& ibi aliquantum voluatur circulariter,vt oſtendit linea curua crocea, & ille punctus, vbi ripa ſuperior tangitur, eſt propinquior, & ſic.c.& eodẽ modo facias in puncto.b. cui puncto propinquior eſt.d.deinde inter a.& c.inueniatur punctus medius,& ſit c.& inter b.& d.inueniatur alius punctus medius,& ſit f.deinde inueniatur alius punctus medius inter ripam ſuperiorem, & inferiorem, & ſit g.deinde illa rria puncta e.f.g.reducantur in circumferentiam eiuſdem circuli, cuius centrum cadit in prædium Lucij,in puncto.h.Dico ergo, quòd quicquid eſt infrà illum circulum.g.f. pertinet ad Titium iure proximitatis, quod verò eſt ſupra illum pertinet ad Lucium, vt ex præceden.apparet,& lineæ rectæ demonſtrant,&c.



In hac figura ripã ſuperior eſt directa,inferior eſt circularis & ɔcaua.Primò igiť in qualibet linea circuli facienda eſt diuiſio per quadratum, vt lineæ directæ oſtendunt, & dictum eſt ſuprà in 6.figu.& 7. hic verò deſcribam aliquid de dicta diuiſione. Primò.n. ducatur vna linea ab vno puncto vnius circuli, vſque ad aliam, a.b.&

BIU Cujas

a.b.& hoc ad oſtendendum qđ eſt.ſ. lineam illam nil debetur ripę circulari, niſi ratione punctorum, deinde fiat diuiſio inter punctum.a.& lineam, quæ eſt ſuperioris ripæ, quæ format vnum quadratum.a.c.d.c. quod quadratum diuidatur per medium ducta linea.f.g. Tunc dico, qđ de eo, quod eſt s̃.illam nil debetur puncto.a. deinde ducatur alia linea p diametrum quadrati.c.g. tunc ſimiliter dico, qđ de eo, quod eſt s̃.illam nil debetur puncto.a. In illo verò ſpatio quadrati, qđ remanet.ſ. inueniatur alius punctus medius.h. deinde illa tria puncta.e.f.g. reducantur in circumferentiam eiuſdem circuli, cuius centrum cadit in fundo Titij, in puncto k. & illa eſt linea diuidens inter punctum.a. & ripam præcedentem. In alio verò puncto fiet quadratum, & diuiſio ſimili modo: illud verò, ꝙ eſt in medio, diuidatur ſic, quod inueniatur alius punctus medius, inter rotundum, & ripam prę cedentem, & ſit o. tunc illi tres puncti.e.o.n. reducantur in circumferentiam eiuſdem circuli per præcedentia: cuius cẽ trum cadit ſuprà in puncto.p.& illa eſt linea diuidens, &c.



In hac Figura ab vna parte eſtripa recta, ab alia angu lars, vñ tractatur de diuiſione ſpatij medij: qđ ſic fieri debet, quod d.lineæ ducantur à linea prædij inferio ris, donec iungantur cum ſuperiore, & in capite ſit linea du cta.a.b. in fin.ſit.c.d. vt oſtendit linea crocea, deinde in parte i. inueniatur baſis vnius trianguli duorum æqualium laterum, vt oſtendit linea crocea.e.f. & eod. modo inueniatur in 2.parte. alia baſis, vt oſtendit linea crocea.f.g. deinde quilibet prædictorum triangulorum diuidatur per medium ſecundum doct. datam in 3.figu. primi.ſ. ducendo lineam à pũcto primi triunguli.a. vſque ad punctum.b. qui eſt medius baſis.e.f.& à puncto ſecundi trianguli.d. vſque ad punctum i. qui eſt medius baſis.f.g.& illæ lineæ ducantur verſus ſpatium quod remanſit in medio, & coniungentur in puncto k.& illa eſt linea diuidens directò per medium. iure propin quitatis. Sed huic opp. quod punctus.h. quem dicis ſecare per medium, magis appropinquat ripæ ſuperiori in puncto f. inferiori in puncto.m. Reſpon. quod verum eſt, vt oſtendit circulus azureus: ſed ille punctus.k. eſt ęquè propinquus puncto.e.& puncto.g. ſicut ripa ſuperior. Quod patet, quia circulus ductus à puncto.k. ęqualiter tangens.d. puncta e.f. g. punctualiter æquè diſtant. Concluditur ergo quod verè dicta linea.b.h.k.i.d. eſt linea diuidens iure propinquitatis inter dictas ripas. Ex hac.n. figura ſumendum eſt qđ poſito vno triangulo, ſi ducantur duæ lineæ diuidentes duos angu los per medium, illæ lineę iunguntur in puncto.s̃. quem po teſt conſtitui circulus tangens æquè, & punctualiter tres lineas trianguli, & demonſtratur hoc per Euclidem lib.3. conclu.4.



Iſta Figura habet punctum ſolum in ripa ſuperiori.f.d. cui de inſula debeť aliquid iure propinquitatis, in inferiori habet triangulum.a.b.c. ducatur ergo linea.a.c. q̃ lineam conſtat tangi à puncto.d. diuiſio igitur iure propinquitatis debet hoc modo fieri: quia tam in capite, quam in fi. fiant trianguli duorum equalium laterum, vt factum eſt in præcedenti figura, quorum primi baſis erit linea crocea. d.f. & alia linea d.g. & illud ſpatium quod eſt.ſ. alias lineas d.f.b.g. debet diuidi iure propinquitatis inter punctum.d. & totam ripam prædij inferioris. quæ diuiſio fiat diuidendo duos angulos per medium, ſecundum doctrinas pręceden. & illæ duę lineæ ſe cotingunt in puncto.c. ille punctus eſt centrum, qui tangit punctum.d. in ripa vlteriori. In anteriori, vel citeriori verò tangit punctum.f. & punctum.g. & omnes alij puncti ſunt magis remoti, vt oſtendit circulus croceus ductus. Reſtat ergo quod fiat diuiſio huius partis inſulę, quæ eſt extra illum triangulum.d.f.b.g.& ſi bene reſpicitur, quicquid eſt extra illud, apparet eſſe.ſ. duas lineas rectas, & tunc, aut ſunt recte ſecundum ſe æqualiter, aut inę qualiter. In quolibet prædictorum caſuum habes modum diuidendi, ex his, quæ dicta ſunt.s̃.in 1.& 2.figura huius lib. 2.&c. His circa deciſionem inſularum præmiſſis, prædicta faciunt in arg. ad quæſtiones quotidianas,& de facto emergentes. Dicamus, commune Peruſij ſtatuit, quòd ſi qua poſſeſſio reperiretur in comitatu Peruſij, quæ non eſſent attributa alicui villæ, vel caſtro, qđ talis poſſeſſio cederet territorijs illarum villarum, & caſtrorum, quæ eſſent propinquiores: contigit qđ reperitur quoddam magnum podere.ſ. confinia trium villarum, qđ nulli villæ, vel caſtro attributum eſt, quid iuris? Ex hoc themate oriuntur plures quę ſtiones. Prima eſt, quomodo intelligatur illud, qđ dicitur ꝙ cedit illi villæ, quæ eſt propinquior. Reſpon. i. quatenus eſt propinquior. non enim ſi vna villa magis propinquat vni puncto, ideo ei attribuetur totũ ſed cuilibet de dicto podere attribuaţ quatenus propinquior eſt, hoc apparet ex iſto.§. inſula. quem s̃.legimus ibi, ꝙ ſi alterius parti proximior ſit, &c. & hoc dixi.s̃.in glo.ſuper verbo, communis fiat eorum. Sed eſt videndum à qua parte villæ, vel caſtri debeat incipere menſurator. Ad quod ſciendum eſt, quomodo cognoſcatur ciuitas, vel villa, de quo per do.Io.And.de ſenten.excomm.c.ſi ciuitas, lib.6. in nouella. Tu clarius, & breuius dic, ꝙ licèt in vſu noſtro ciuitates appellamus, quę habent. Epiſcopum: tamen antequam Epiſcopi eſſent, erat appellatio ciuitatum, & denominabantur ab illis officialibus, qui tunc erant, vt lxxx.diſt.can.vrbes, & loca, &c. cum duobus ſeq. Dico igitur, ꝙ propriè dicitur ciuitas, omnis locus in quo exercetur iuriſdictio illa, quæ competit defenſorib. ciuitatum, de qua dicitur in auth.de defen.ciui.§. iuſiurandum. Et no.qđ triplex eſt ciuitas. Quædam maxima: vt ciuitates Metropolitanæ, in quib.ſtabant præſides,& præfecti prætorio, hodie reges & curiæ regum ad quos appellaţ. Alia eſt ciuitas magna, in qua eſt forum cauſarum meri,& miſti Imperij. Alia eſt ciuitas communis, in qua eſt forum cauſarum quę competunt defenſoribus ciuitatum, vt s̃.dixi, & probatur.ff.de excu.tut.l.ſi duas.§.decet. vnde licèt locus non habeat Epiſcopum, vel ſit ciuitas priuata Epiſcopo; tamen ciuitas remanet propter forum cauſarum ſęcularium. Ideò autẽ venit in vſu, vt ciuitas appelletur, quæ habet Epiſcopum: quia Epiſcopus non conſueuit ordinari, niſi in illis locis, vbi antiquitus erat nomen ciuitatis, d.c.1.lxxx.diſt. dixi.C.de Metropo.Bery.l.vnica.li.11. Secundò eſt caſtrum, & illud dicitur quaſi caſa alta, hoc eſt locus fortis in quo dicta iuriſdicto non exercetur, vt C.de fund.limi.l.quicunque caſtellorum.li.11.& diſt.lxxx.c. Epi non in caſtellis. Tertiò eſt villa', & illa ſm propriam ſignificationẽ dicitur à vallo, hoc eſt ciuitas, quæ non cingitur muro, ſed vallo, ſm Hug. Sed in vſu noſtro villa appellatur, quædam vicinia plurium habitantium ſine aliquo municipio, quę propriè loquendo dicitur vicus, ſecundum.Hug.& ita accipit, glo.de iuſt.& iu. l.ex hoc iuregentium. in glo.l.ſuper verb.collata. Ad ſm dicendum eſt, qđ menſuratio debet fieri ab illa parte loci, quę propinquior eſt loco menſurando, vt s̃. oſtẽſum eſt in alijs, vñ in caſtro erit clarum. In villa poterit dubitari: quia domus ſunt ſparſæ. Sed puto, qđ ſi eſſet aliqua domus, quæ diſtaret multum ab alijs, qđ illa domus non dicatur de vicinia ſua, maximè ſi vox exaudiri non poterit.l.1.§.eodem autem tecto.ff.ad Syl.& qđ plenè dixi de aqu.plu.arcen.l.ſi tertius, in prin. Et aduertendũ eſt, ꝙ licèt lex dicat, ꝙ mille paſſus dẽant menſurari à ꝓtinentib. ædificijs.l.mille paſſus. de ver. ſig. tñ in p̃ſenti ſtatuto puto ꝙ debeat inchoari ab ipſo muro ciuitatis, vel caſtri, vel ab ipſo loco, vbi villa terminatur, ſed quia hoc inueniri eſt difficile, ideò hoc declarabo per ſequen.figu.&c.



BIU Cujas

Illius Poderis diuiſio faciẽda eſt per iſtum modum: quia primò in qualibet villa faciendus eſt punctus, qui plus eſt illi poderi relicto propinquior: & quia circinus non poſſet haberi ita longus, qui extenderetur ab vna villa ad aliam, ſeruandus eſt iſte modus: quia prima linea ducatur ab vna villa ad aliam, prout reſpicit linea recta, & à prima villa vſq; ad ſecundam ducatur linea azurea.a.c. & à ſecunda ad tertiam lineam.d.b.ad primam, & tertiam lineam.a.d. deinde in qualibet iſtarum reperiatur punctus medius, & in linea a.c.erit puctus c. & in ea linea ducantur duo puncti ęquè diſtãtes.h.i.deinde ponatur circinus in.h. & extendatur vſq; ad.i.& ducatur linea circulariter, & eodẽ modo ponatur in puncto.i.& extendatur ad h.& ducatur linea circularis, & vbi illæ linæ ſe præſcindunt, illæ ſunt lineæ ad diuidendum per medium inter illas duas inſulas,& ſic linea.p.quia diuidit inter lineam primam,& ſecundam, & eodem modo fiat inter ſecundam, & tertiam villam, inter quas diuidit linea.q. non repetendo aliàs literas,& eodem modò fiat in prima villa, & in tertia villa diuidens inter eos erit.q.f. Ex quibus concluditur ꝙ quicquid eſt s̃.illas lineas.p.q.ſ.pertinet ad primam villam. Et quicquid eſt inter illas duas.p.q.r.pertinet ad ſecundam,& quicquid eſt vltra illas duas lineas.ſ.q.r.pertinet ad tertiam villam. Si autem plures eſſent q̃ tres, ſtatim patebit, in ſeq.figu,&c.



Facta Eſt hæc figura ad oſtendendum qualiter ſi pode re relictum eſt in confinibus plurium villarũ, quibus modis debet fieri diuiſio. Pone ergo ꝙ puncti villa runm circunſtantium, à quibus debet incipi menſura, ſint a.b.c.d.e.f.podere relictum ſit inter ipſos punctos, vt oſtendit nigra figura inter ipſos facta. Primò ergo fiat diuiſio inter tres primos punctos, ſcilicet.a.b.ſecundum doctr.præc. dico ergo, ꝙ inter a. & b.diuidit linea rubea.g.k. inter.a.c. diuidit.g.i.& ſic punctus.g.eſt centrũ, in cuius circumferentia ponunt̃ dicit tres puncti.a.b.c. ſcdm doctrinam datã.s̃. & hoc oſtendit circulus rubeus ductus. Scdò fiat diuiſio inter.b.c.d.dico, qd̃ linea.g.h.diuidit inter b.c.& linea.h.i.diuidit inter.c.d.& linea.h.p.diuidit inter.b.d.& ſic pũctus.h.eſt centrũ ponens in circunferentiã.b.c.d. vt oſtendit croceus circulus ductus. Deinde fiat alia diuiſio inter.c.d.e.ſecundũ doctrinam præced.& reperies punctum.i.& centrum,& reduces in circunferentiam illos tres punctos, & etiam punctum.i.ſecundum deſignationem præcedentem, vt oſtendit alius circulus rubeus, quod ſi punctus.f.in dictam circunferentiam caderet, tunc fiat alia diuiſio ſimilis inter d.e.f.&c.



¶ Cum ad figurarum huius aurei libelli intelligentiam neceſſarium ſit rubeas croceas, & azureas lineas demonſtrare, quas ob ipſarum varietatem coloris in impreſſione pingere, vel colorare omiſimus: ne quæ facilitate refulgent, obſcuritate aliqua notentur, paucis cuiuſque lineæ deſcribendo earum colorem recitabo. Sunt igitur omnia flumina, & lineæ puncta tria retinentes coloris azurei, quæ bino puncto deſignantur zaldi, at vno puncto linea, contenta rubea figurabitur.

Figura Iſta eſt facta, quoniam s̃. dictum eſt in verſi. qd̃ ſi ex vno latere de laterib.ſ.ſuperior, & inferior, & antè, & retrò, dextra, & ſiniſtra. Pono ergo, ꝓut de facto contingit, qd̃ quidam habebat prædium iſtius figure, vt demonſtrant lineæ contentæ ſub his literis.a.b.c.d.e. Iſte vendidit mihi quatuor ſtadia prędij à parte inferiori, & conſtituit ſe meo nomine poſſidere: ex iſto facto oriũtur plura dubia. Primò an dicta quatuor ſtadia videant̃ mihi vendita ꝓ diuiſo, aut ꝓ indiuiſo Et vr̃ ꝙ pro indiuiſo, cũ nõ ſit certũ q̃ ſint illa quatuor ſtadia. Econtra videt̃ qd̃ pro diuiſo: quia dicitur à parte inferiori, & ſic eſt certus locus vbi ſint illa ſtadia. Sol. pro diuiſo poteſt accipi duobus modis. Pro diuiſo hoc eſt, qd̃ nulla pars ſit, inqua ſit cõmunio, licet termini non ſint poſiti, vt l.inter eos, de acquir. re. dom. & iſto modo videtur venditio facta pro diuiſo, vt enim ſe extendunt quatuor ſtadia incipiendo à parte inferiori ſunt vendita, vltrà non. Secundò poteſt accipi pro diuiſo, hoc eſt terminato: & iſto modo pro indiuiſo ſunt vendita, hoc eſt tanquam non determinata, vt probatur.ff.dc acqr. poſſ.l.ſi quis fundum.§.1. ſecundum primam lecturam glo. Secundò videndum eſt an iſta quatuor ſtadia poſſent poſſideri antequam menſurentur.& videtur ꝙ non: quia pars in certa non poteſt poſſideri.l.poſſideri autem.§.incertam. & l.locus.de acquir.poſſ. ſed hic eſt incertum vſque ad quam partem vadant dicta quatuor ſtadia, ergo, &c. In contrariũ videtur qd̃ certum eſt, in quo loco debentur dicta quatuor ſtadia, licèt fines ſint incerti, ſed incertitudo finium non impedit quem poſſidere, vt ff. pro emptore.l. 2. §. ſed & ſi fundum. Sed poteſt reſpõderi, quod ibi credebat in animo ſuo poſſidere vſque ad certos fines, hic verò ignorabat. Dico ergo, ꝙ poſſidentur dicta quatuor ſtadia: quia locus eſt certus, & fines ſunt certi adhibita diligenti inquiſitione ꝑ menſorem, quod ſufficit ad poſſeſſionem, licet oculis non videatur, vt ff.de acqui. poſſ.l.poſſideri.§.Nerua filius. Item qui fundum ingreditur eo animo, vt fundum poſſideat, totum vſque ad terminum poſſidet, nec requiritur qd̃ terminum videat, vt l.3.in prin.de acquir.poſſ. alias multi dominorum non poſſiderent, qui terminos prædiorum ignorãt.

a Tertiò eſt videndum, vtrùm tranſlatum [a] ſit dominium in emptorem per talem contractum. Reſpon. iſta emptio facta eſt ad menſuram: ideò antè quàm menſuretur, non eſt perfecta venditio, ſicut facta ſub conditione, vt ff. de contrahen.emptio.l.quod ſæpè.§.in his.& de peric. & cõmodo rei venditæ.l.ſi in venditione.§.1. an autem transferratur interim dominiũ, vel vſucapio? Et de hoc ſunt opin.ff.pro empt.l.2.§.ſi ſub conditione. & ꝓ dote. l.2.teneo ꝙ trasferatur titulo pro ſuo ut ibi dixi. Quartò eſt videndum, qualiter debeat fieri menſura termini dictorum quatuor ſtadiorum, vt ex parte inferiori cognoſcatur? Ad hoc dico, quòd facta eſt præcedens figura: & pone quòd quodlibet quadratum ſit vnum ſtadium, & ſic habet fundus xxxiij. ſtadia: quia ibi vides.xxx. quadrata integra, & ſex dimidia quadrata, q̃ faciunt tria integra, & ſic ſunt xxxiij. & videtur quod emptori debet aſſignare terminatè illud quod eſt intrà triangulum.p.e.illa ſunt quatuor ſtadia, quæ habent duo quadrata, quæ faciũt duo alia, & ſic ſunt quatuor. Et quod illa duo faciunt vnum integrum probatur ex quadrato.b.& lineis ibi ductis. Item illa quatuor ſtadia ſunt à parte inferiori, vt patet ad oculum, vnde terminatio facta eſt recta. Sed cõtra iſtam terminationem op. quod ſecundum hoc eſt emptor non habebat à parte inferiori totius fundi, ſed certæ partis fundi, quod patet, quia de illa parte.fundi.c.p. & d.q. nil habet: & ideo videtur quod diuiſio ſit ſic facienda, quia ducatur linea.f.g.h.quæ tangit vltimam partem totius prædij, & conſtat quod.ſ. illam lineam.c.e.d. ſunt. xij. dimidia quadrata, & ſic ſex ſtadia, & ſic continet tertiam partem pluſquàm debeat habere emptor, & ſi diuidatur quod eſt inter dictas lineas, in tres partes, vt oſtendit linea.i.k.l.& linea.m.n.o. & duæ partes vltimæ erunt de neceſſitate quatuor ſtadia, & illa habebit emptor à parte inferiori totius fundi ſiue prædij. Iſta vidi in quæſtione de facto eſſe magni effectus, quia cum in prædio eſſet quędam domus, ſecundũ vnam determinationem, cedebat emptori, ſecundum aliã non. His opinio. poſitis videndum eſt quid iuris? Ad huius euidentiam ſciendum eſt, quòd fundus eſt quoddam totum, & quælibet gleba ipſius eſt pars totius fundi, vt l. 3. in princi.ff. de aquir. poſſ. facit de furtis. l. vulgaris. in prin. Item ſciendum eſt, quòd cùm dico, pars inferior fundi. intelligitur, ideſt pars, q̃ in fundo eſt infima, ſeu,

ADDITIO.

a T.D. ¶Vtrum tranſlatum. Vide Pet. Philipp. Corn. in conſi. 50. in 1. volu. incip. videtur in hac conſultatione. Philipi Decium in conſi. 179. & in l. traditionibus C.de pactis.

BIU Cujas

seu magis, infrà ita ꝙ ĩ.illam nulla sit alia, vt ff.de vulg.& pupil.l.ex duobus, de reb.dub.l.qui duos. de verb.signifi.l. proximus.in proposito tamen dico,vendo quatuor stadia à parte inferiori, intelligo de illis stadijs, quæ sunt in ea parte fundi,quæ est magis.ĩ.vt l.1.§.fin. de aqua plu. arcen. & de leg.2.l.Caius.§.1.videbitur ergo vendita illa pars,quæ continetur in illo triangulo p.c.q.quia in illo est inferior pars totius fundi; nec potest dici qđ sit inferior pars certę partis fundi,quia hic consideratur fundus tanquam vnum totum, vt dictum est. & per prædicta multas potes dirimere quæstiones.

TRACT. DE ALVEO,

DO. BAR.

SVpereſt, vt de alueo dicamus, sequentes ordinem, quem Iurisconsultus Caius secutus est. Primò igitur verba eius referamus,quæ posuit.ff.de acquir.rer.do.l. adeò.§. ꝙ si toto. quæ verba sunt hæc; Quòd si toto naturali alueo relicto flumen aliàs fluere cæperit, prior quidem alueus eorum est, qui propè ripam prædia possident,pro modo scilicet, latitudinis cuiusque prædij, quæ latitudo propè ripam sit.Nouus aũt alueus eius iuris esse incipit, cuius & ipsum flumen est,ideſt,publici iurisgentium. Quòd si post aliquod tempus ad priorem alueum reuersum fuerit flumen, rursus nouus alueus eorum esse incipit, qui propè ripam eius prædia possident. Si cuius tamen totum agrũ nouus alueus occupauerit,licèt ad priorem alueum reuersum flumen fuerit; non tamen is,cuius ager fuerat,stricta ratione quicquam in eo alueo habere potest; quia & ille ager,qui fuerat,desijt esse amissa propria forma: & qui vicinum prædium nullum habet,non potest ratione vicinitatis vllam partem in eo alueo habere,sed vix est,vt id obtineat. Aliud sanè est,si cuius ager totus inundatus fuerit. Nanque inundatio speciem fundi non mutat, & ob id cũ recesserit aqua, palã est eiusdem esse,cuius & fuerat (Hęc ille.) Legis ergo verba discutiamus.ait lex.

Quòd si toto. Ideò dicit, toto: quia si partẽ tantùm relinqueret,crederet tantùm illi,qui prædia possidet ab ea parte,qua alueum dimittit,& acquiretur eis per eum modum, quem.s̃.de alluuione in primo lib.diximus. non solùm est alluuio, si flumen ponat,sed etiam si paulatim retrocedat nil apponendo: vt ff.de acqui.rer.do.l.Martianus.licet glo. ibi in verb. alluuione; dicat, ꝙ impropriè dicitur alluuio, sed Azo in summa.C.de allu.& palu.dicit. ꝙ propriè alluuio est:ꝙ puto verum, arg.ff.de acqui.rer.domi.l.ergo.§.trib.sed quando totus alueus relinquitur, illa est noua accessio. nec est alluuio:nec est insula,vt dicit glo.super isto verbo, toto.

Naturali. Naturalis alueus dicitur.i.consuetus, vt ff.de flu.l.1.§.ripa,& ibi no. quia naturalis cursus æstate discernitur potius,quàm in hyeme,vt ff.ne quid in flu.pu.l.1.§.is autem.Alueus verò,qui non est naturalis,dicitur inundatio,vt.ĩ. circa finem dicitur. Vel dic alueus naturalis,id est,antiquus,& sic ad differentiam noui aluei,de quo ĩ.dicetur.

Alueo. Alueus propriè venter fluminis est,secundum Hugolinum.

Relicto. Perfectè oportet, ꝙ sit relictus, vt cedat vicinis;ꝙ autem perfectè sit relictus,cõstat in hyeme: & sic per ꝫrium est ꝙ s̃.dictum est, nec etiã alueus ꝙstat estate, qñ aqua minor est, arguendo à minori sic in æstate, de qua minus videtur, detinetur talis locus flumine occupatus,ergo multò magis detinebitur hyeme: ꝙ aũt sit derelictus,ꝙstat ex hyeme arguendo à minori negatiuè:si talis locus nõ est detentus,sed derelictus in hyeme:ergo magis erit de relictus in estate. Si talis locus nõ est detentus,sed derelictus in hyeme, de quo magis videt̃ inesse,& inest, ꝙ debeat detineri occupatus; ergo multò magis erit derelictus æstate. Et ꝙ hoc ex hyeme inspiciat, patet: quia qñque æstate flumina perennia etiam exarescunt,vt ff.de fluminib.l.1.§.1.item derelictum intelligo,ẽt si aliquantulum aqua fluat per antiquum alueu: si tamen sit ita modica,ꝙ fluminis nomen perdiderit,ꝙ ex opinione circuncolentium discernitur.l.1.§.1.ff. de flu. Si.n. aqua inde currens non est flumen,ergo locus ille nõ est alueus fluminis. Item relictum intelligo sine spe redeundi; Quid enim si ideò,quia aqua ducitur ad molendinum, cessat ire per alueum, alueus priuatus non efficitur,cum in potesta te sit ducẽtis eũ in alueũ remittere, & sic sufficit, ꝙ possit ire per alueum,licet nõ vadat:arg.ff.de aqua quoti. & æsti. l.1.§.quotidiana. Item pone, vt de facto est Nursiæ flumẽ quoddam, cuius nomẽ est Turbido, qđ septem annis fluit,& septem annis occultatur, & sic factum est à tempore cuius non extat memoria; an dicetur alueus derelictus? certè illo tempore quo occultatur,non dicitur alueus derelictus propter consuetudinem reuertẽdi,arg.ff.de acqui. rer.do.l.naturalem.§.pauonum.

Flumen. Idem in lacu,stagno,riuo, fossato, quæ sunt publici iuris, vt dictum est in præcedentibus.

Aliàs. Scribitur breue, & sic est aduerbium loci.i. alio loco. Interdum est aduerbium tpis, vt aliàs.i.alio tempore,vt ff.de arbi.l.diem,vel aliàs.i.aliquando:& quando in eadem oratione reperitur pluries,aliàs, vt ff.de condictione sine causa.l.qui sine.& de verb.obli.l. in stipulationibus.in prin.& de vsufr.lega.1. denique.§. interdum. Interdum est aduerbium qualitatis,vt aliàs,ideſt aliter,vel alio modo,vt ff.de aqua quoti. & æsti.l.1.§. illud tamen. Interdum verò est coniunctio, & idem significat quod,si non,vt l.diuortio.ff.de neg.gest.& ff.de iureiuran. l.aliàs. Interdum ponitur pro alioquin; de cuius dictionis significatione mirabili, scilicet de alioquin, dixi plenè.ff. de condi.& demon.l.1.

1 *Verbum præteriti subiunctiui rem præteritam significat.*

2 *Alueus fluminis derelictus, vt acquiratur prædio,quid requiratur, & probandum sit ex parte agentis.*

1 **Fluere cęperit.** †Præteritũ subiunctiui est, qđ rem præteritam significat.l.1.§.si ff.ꝙ quisque iur.& de verb.oblig.l.si quis stipulatus sit Stichum.in prin. † requirit̃ ergo ꝙ veterem alueũ
2 reliquerit,& qđ per alium locũ perfectè fluat,& hoc ideò: quia quotidie cõiter contingit,ꝙ alueus non dimittitur, nisi alius assumatur.Sed si contingeret,ꝙ flumẽ occultaretur,nec alio loco flueret, idem esset ꝙ si alueus dimissus esset eorum qui propè ripam prædia possident. Idẽ puto, si in iudicio probaretur solùm qđ alueus est dimissus,licet non probaretur qđ alio loco cœpit fluere; tamen agens debet obtinere. Sufficit ergo primum,si à primo incipias, scilicet ab alueo derelicto. Si verò incipias à scđo.s.ꝙ alio loco cepit fluere, requiritur vtrunq: Põt.n. esse ꝙ per duo loca fluat,& in quolibet retineat nomen fluminis,vt appareat in Pado propè Ferrariam.Facit ad prædicta.ff.de aquir. re.domi.l.quemadmodum.& quod ibi not.

Prior. Prior quidem dicit̃ comparatione sequentis, vt ff.de aqua quoti.& æsti.l.1.§. priorẽ. & ideò si flumen se celasset,alueus derelictus non esset alueus prior,& tamen haberet locum hæc lex, vt dictum est,& probatur.ff.de aqua quoti.& æsti.l.1.§.qui hac æstate.

Alueus. Vocat alueum,qui non est modò,sed iã fuit.sic,ff.de aquiren. rer. do.l. insula. in fi.ff.de nego. gest. l.diuortio.in prin.ꝙ facit pro notarijs, & testib.quando dñt:talis filius Titij,cũ Titius sit mortuꝰ.

Eorum est. Iure dominij,vel quasi,vel alio ꝙut sunt prædia quibus adhæret, prout dictum est in primo.

Qui propè ripam prædia possident. Quid sit propè ripam prædia possidere?dic,vt dictum est in p̃cedẽtib. libris: aduertendũ tñ est, ꝙ hic non dicit ab vtraq; parte licet in præcedenti dixi,qm̃ ripa non põt esse insula quæ ab vtraq; parte hẽt p̃dia; alueus verò derelinqui põt ab vna parte.tunc si quidẽ derelinquitur paulatim, fit acquisitio iure alluuionis.ff.de acqui.rer.domi.l.Martianus.& s̃.dixi. Si verò tũc simul fit acquisitio aluei derelicti, vt hoc.§. si tñ alueus totus ab vna parte relinquitur, tunc inter eos q̃ ab vna parte p̃dia possident,fit diuisio pro mõ latitudinis cuiusq; p̃dij,q̃ latitudo prope ripam sit, vt statim sequit̃: & ideo eodem mõ quo s̃.in alluuione ostẽdimus.Si verò alueus ita derelinq̃retur ꝙ ab vtraq; parte essent p̃dia; tunc inter eos q̃ possident ab alio,fiet diuisio iure vicinitatis,& ꝓpinquitatis,& sic ꝙ medium,vt dictum est de insula,& probatur ĩ.ibi, nõ potest iure vicinitatis, &c. Inter eos verò qui ab vtraque parte possident, fiet diuisio pro modo latitudinis, vt dictũ est de alluione; & sic eodem modo fiet diuisio, diuerso tamen iure: q̃a ibi iure alluuionis,hic iure aluei derelicti.

BIU Cujas

Pro modo prædij cuiuſque latitudinis, quæ latitudo propè ripam ſit. Hæc verba ſatis. §. proximè, & in præcedentibus expoſita ſunt.

Nouus. Nouus autem alueus dicitur ad diferentiam veteris, & ſic ſi per multos annos ſteterit, ſic appellatur, donec nouus alius alueus ſuperuenerit, vt ff. de vſufr. lega. l. vſufr. & quod no. ſi cer. peta. l. cū quid, aliàs autem dicitur nouum. i. inſolitum. vt C. de iudi. l. rem non nouam. & ff. de vent. inſpicien. l. 1. in alijs etiam ſignificationib. accipitur. ℣. de quibus dixi. ff. de oper. noui nuncia. ſuper rubrica.

1 *Incipit, & deſinit, adiecta facto habenti tractum ſucceſſiuum, quomodo accipiantur.*
2 *Incipere impropriè, & largè dicitur, qui ſe præparat ad incipiendum.*
3 *Incipere propriè dicitur, qui aliquid incipit facere de eo quod eſt faciendum.*
4 *Incipere etiam dicitur, qui multa ipſi inceptioni adijcit.*
5 *Iuramentum calumniæ ſi præſtatur poſt litem conteſtat. dicitur præſtitum in exordio litis.*
6 *Deſinere aliquid quando dicatur.*
7 *Incipit, & deſinit ſi adijciuntur tempori, quomodo accipiantur.*
Dies quando dicatur incipere, & quando deſinere.
Annus quando dicatur incipere, & quando deſinere.
8 *Incipit, & deſinit, ſi adijciuntur loco, qualiter accipiantur.*
9 *Incipit, & deſinit quando adijciuntur eſſentiæ alicuius ſubſtantię, vel qualitatis, qualiter intelligantur.*
10 *Incipit, & deſinit quando adijciuntur potentiæ alicuius, qualiter intelliguntur, vt quis dicatur poſſe.*

Eius iuris eſſe incipit. In hoc text. pluries Iuriſconſultus vtitur verbo, incipit. Item vtitur hoc verbo, deſinit, vt ℣. ſtatim ſubditur, ibi, deſijt eſſe, &c. de quorum verborum ſignificatione varias contentiones vidi inter dialecticos, ad quorum ſenſum ſi reduceretur iuris noſtri ſenſus peruerteretur. Ideò ſecundum legalem doctrinam
1 quid iſta verba ſignificent, explanemus. Ad qđ† ſciendum eſt qđ hæc verba adijciuntur quandoque facto ꝙ hēt tractum, ſeu ſucceſſionem quandam in faciendo. Quandoq; adijciuntut tempori, quandoque loco, quandoque eſſentiæ alicuius rei, quandoque potentiæ. De quolibet videamus. Primò adijcitur facto, & tunc tribus modis accipit.
2 Primò largè, †& impropriè, vt dicatur incipere ille, qui ſe præparat ad incipiendum, vt in caſu ſpeciali, ff. de polli. l. 1. §. cępiſſe. ibi, ſi apparatum ſiue impenſam in publico poſuit. aliàs ante dicta præparamenta non dicitur quis incipere. l. ſi pecuniam. in verſic. nam ſi ita res. ff. de condi. cau. da. & de procur. l. ſi defunctus. † Secundò accipitur propriè
3 eo ipſo quòd incipit aliquid facere de eo, qđ eſt faciendū, vt ſi fundamenta facit, & ſimilia, vt in alijs exemplis poſitis ī d. §. cępiſſe. & de op. no. nuntiatione, ibi, inchoet, &c. & d. l. ſi pecuniam. Et hoc modo dicimus qđ lit. conteſt. incipit iudicium: quia tunc incipit tractare de his, q̄ ſunt
4 de ſubſtantia cauſæ. † Tertiò modo dicitur quis incipere non ſolùm in ipſo actu, quo incipit, ſed etiam in multis, q̄ ſunt poſita propinquius ipſi inceptioni, vnde iſtud verbū incipit, non ſolùm verificatur in primo lapide, qui ponit, ſed etiam multa, quæ poſteà fiunt, dicunt eſſe de inceptione: vt ff. de ope. no. nunc. in l. ſtipulatio. §. opus. ſic etiam iuramentum calumnię qđ præſtatur poſt litem conteſta. ſic
5 †poſtquàm lis incipit, dicitur fieri in exordio litis, vt C. de iuramen. calum. l. 2. §. ſed prædictum. Itaque eodem mo-
6 dò in verbo, deſinit. Primò dicimus † deſinere qui ad hoc tendit, vt deſinat, arg. de excuſatio. tut. l. non tantum. & de dam. infect. l. damni. §. Sabinus. Item deſinere dicitur res, q̄ non perfectè deſinit, ſed incipit deſinere, vt de contrahen.
7 empt. l. domum. † Secundò dixi ꝙ hæc verba quandoque adijciuntur tempori, & tunc ſimiliter tres ſignificationes habent. exemplum in die artificiali. dicimus enim, ꝙ incipit mane, deſinit, ſeu finit ſero, vt ff. de liber. & poſthu. l. Titius. §. 1. & tunc dicemus, dies incipit, ſed tunc non eſt dies, ſed ſtatim erit: hæc tamē nō eſt propria locutio. Secundo modo dicitur mane in ipſo puncto, quo Sol oritur, & tunc verè dicitur, incipit dies, cum Sol eſt ſ. terram, dies eſt, vt ff. de verb. ſignifi. l. hęc verba, ille, aut ille. Tertiò per aliquale ſpatium poſt ortu Solis adhuc dicimus, dies incipit, & ita loquimur, licèt non ſit propria locutio: tamen hoc ſcire neceſſe eſt propter dicta teſtium, & propter multa. Eodem modo deſinit, ſicicet cum eſt propè occaſum, & cum verè occidit; & ali
quo ſpatio poſt. Facit ad prædicta quæ dixi. ff. de poen. l. aut
a facta. §. tempus. Eodem modo in anno incipit, [a] & deſinit, habet tres ſignificationes, ſed in aliquo differunt: nam in tempote antequàm verè incipiat, & in ipſa inceptione, idē eſt in die, & in anno; ſed in eo, ꝙ ſequitur, poſtquàm incipit, defferunt in tempore. Nam cum annus, & menſis ſit longius tempus, longiori ſpatio durat illud tempus quo dicimus, incipit rectè per vnum diē, & fortè ꝑ plures dicimus, mēſis incipit, vel annus incipit, arg. ff. de furt. l. fur eſt manifeſtus. & qđ ibi dixi, & ſtatim dicam de verbo, deſinit. Similiter contingit in verbo deſinit, nam primum, tempus, quo incipit deſinere, & cum dicitur deſinit, eſt longius in anno quàm in die. Nam aliquando tota vltima die dicitur, deſinit, vt ff. de teſt. l. qua ætate. in alijs duo
bus idem eſt in anno, & die; & ſicut annus, & dies in verbo incipit, concordat in primo, in tertio diſcordat; ſed in verbo deſinit, diſcordat in primo, & concordat in duobus
8 vltimis. ¶† Tertiò dixi, ꝙ hæc verba quandoque adijciuntur loco, & tunc verbum, incipit, habet duas ſignificationes. Prima eſt propria in illo puncto, in quo incipit, vt patet in principijs cuiuſlibet libri, vbi rubr. dicit, incipit liber primus, vel ſecundus. Secundò poſtquàm incipit, per aliquod ſpatium, adhuc dicimus incipit, vt ſ. dictum eſt. & de his, quæ conſiſtunt in facto, & patent ex vſu communi. Rectè enim dicimus, territorium illius ciuitatis incipit in tali caſtro, vel villa, longum ſpatium occupat. & rectè dicimus, talis prouincia incipit in tali ciuitate, antè verò quàm perueniatur ad illum punctum, in quo incipit, verè in illo loco non vtimur verbo, incipit. De verbo verò deſinit, dico, ꝙ duobus modis accipitur, ſed ēconuerſo ad præcedentes. Nam antequàm peruęniatur ad vltimum pū ctum in quo deſinit per aliquod ſpatium, dicimus, deſinit. Item in illo puncto in quo deſinit. Poſt verò illum punctum non vtimur verbo deſinit in præſente, ſed deſinit in
9 præterito, & hoc per ſe ſatis patet. Quartò dixi† ꝙ hæc verba quandoque adijciuntur eſſentiæ alicuius rei, ſiue illa res ſit ſubſtantia ſiue qualitas, & tunc propriè incipit eſſe, cum conſummatione recipit formam, vt ff. ad legem Falcidiam. l. ſi is qui quadringenta. §. quædam. & propriè deſinit illo inſtanti, quo perdit formam vt hic in tex. patet ibi, deſijt eſſe, amiſſa forma apparet hoc in qualitate. Dicimus enim quòd res incipit eſſe eius iuris, cuius eſt flumen, & ſic illius qualitatis, quæ conſtituunt, & conſtituta deſinūt modis, & ex his contingit qđ aliquā do aliquid eodē inſtanti incipit, & deſinit, vt C. de poſth. hær. inſtituen. l. pen. ff. de nouatio. l. quoties. de ſolutio. l. ſub conditione. & prædicta procedunt propriè loquendo. Impropriè verò dicitur, incipit, & deſinit hic, ſicut. ſ. diximus quando additur facto; Quandoque enim dicitur aliquid eſſe, ſeu durare eſſe factum cum ſucceſſione, & iſto modo deſinere non poteſt dici, niſi illud qđ fuit, vt ff. de conditio. & demonſtratio. l. Titio vſusfructus. in princ. licèt impropriè ponatur, vt in l. 3. §. deſinere. ff. quibus mo-
10 dis vſusfructus amit. ¶† Quintò dixi ꝙ hæc verba incipit, & deſinit, adijciuntur potentiæ, vt aliquis incipit poſſe, vt aliquis deſinit poſſe, & tunc dicta verba vnam ſignificationem tantùm habent: tunc enim dicimus ꝙ quis incipit poſſe, quando omnia concurrunt quæ requiruntur, vt quis poſſit, vt ff. de diuer. & tempo. præſcript. l. 1. de verbo. ſignificatio. l. nepos Proculo. & tunc quis deſinit poſſe, quando deſinit omnis ſpes potentiæ, qđ quandoque eſt ad vltimum vitæ ſpiritum; quandoque deſinit ab aliquo ſpatio ante, vt ff. de hæredibus inſtituen. l. ſuus quoque. §. penul. in fin. & ibi de hoc plenè dixi. & de conditio. inſtitu. l. fina. Et prædicta vera, quando dicta verba, incipit, & deſinit, ponuntur in tempore præſenti. Si verò ponuntur in præterito, tunc haberent ſignificationem certam.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ In anno incipit. Vide & adde eundem Bartol. in l. fur eſt manifeſtus. ff. de furt. & in l. tertia, C. de temp. appella. & Angel. & Bal. in l. prima, in princip. ff. de origi. iur. & in rubr. ff. de rerum diuiſio. in verſicu. Secundò quæro, quando dicatur principium. & Alexand. in conſil. ix. in 7. volum. incipien. attentis verbis. in princip.

Cuius & ipſum flumen. Nota mirabile. Nam quicquid aliàs ſuperimponitur, cedit ſolo: hic verò ſolum cedit aquæ cui ſuperimponitur, & eſt ſpeciale

a ciale in flumine, & mari.[a] & in cæteris aquis, quas in primo lib. diximus habere ius alluuionis

ADDITIO.

a Tho.D. ¶Et mari. Facit text. in l. riparum quoque vsus. cum princip. l. sequent. ff. de rer. diui. Et rationem assignant Ioan. Fab. & Angel. de Aret. in §. cum in suo. Instit. de rerum diuisio. & in l. in tantum. ff. de rerum diuisio. & vide Ioan. de Imol. Alex. & Iaso. in l. prima. §. nunc videamus. ff. de operis noui nuntiatio.

Id est. Hæc est coniunctio expositiua, sunt aliæ, scilicet, videlicet. ver. gra, hoc est, vt varijs legibus reperitur.

Publici iuris gentium. Oēs enim gētes isto iure vtuntur, vt talia loca sint publica. Et puto talia loca esse in dominio eius, qui ibi tenet Imperium, quod patet per leges quæ soli principi permittūt disponere super his, vt l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obl. & de ꝯhen. empt. l. sed Celsus. in prin. & ff. de flum. l. quominus. &c.

1 *Perempta propria forma rei res perit, & esse desinit.*
2 *Propria forma rei quę sit.*
Plus, & minus non faciunt rem differre specie.
3 *Forma rei substantialis qualiter cognoscatur.*
4 *Forma rei substantialis rerum inanimatarum est id, per quod ipsa consistit, & vnde denominationem nominis appellatiui accipit.*
5 *Res inanimatæ tunc perdunt eorum substantialem formam, quando illa communia accidentia, ex quibus sic denominantur, perduntur.*
6 *Res vna, & eadem, & diuersimodè secundum diuersas considerationes accipitur.*
7 *Acetum licet in eadem substantia sit vt vinum, tamen non venit appellatione vini.*
8 *Forma substantialis rerum animatarum anima vegetatiua, est ipsa anima vegetatiua.*
9 *Arbor propriè quæ sit, & quæ dicatur secundum Iuristas.*
10 *Herba dicitur quæ terra continetur, & separata à terra non dicitur propriè herba.*
11 *Anima sensitiua est forma substantialis rerum animatarum anima sensitiua.*
12 *Anima intellectiua est forma substantialis rerum corporalium, & intelligentium, vt homo.*
Homo anima separata non est homo, sed cadauer.
13 *Anima rationalis non præsumitur esse in monstro nato ex muliere non habente formam exteriorem hominis: secus, si communi aspectu videtur homo.*
14 *Hominem non esse liberum non est de forma substantiali, sed accidentali.*
Homo est animal ciuile, politicum.
15 *Hominum duæ sunt species, scilicet liberi, vel serui, considerando in esse mentali.*
16 *Seruus factus liber, vel ècontra, videtur alius homo, & non tenetur ex ante gestis.*
17 *Forma substantialis hominis politici, est esse liberum.*
18 *Hominum species secundum ius ciuile sunt duę; quia alij sui iuris, alij alieni.*
19 *Forma subsantialis in rebus artificialibus est quædam aptitudo, quam habent ad illum finem, ad quem per artificem factæ sunt.*
20 *Forma substantialis rerum incorporalium, quæ secundum iuris dispositionem sunt indiuidua, ex natura ipsius rei.*
Actionis natura dicitur figura ipsius.
Noua actio dicitur, cum aliquid additur, vel detrahitur naturæ actionis.
21 *Seruituti si aliquid detrahitur, non valet detractio, si additur, non est seruitus.*
22 *Stipulatio vitiatur, quando aliquid additur, vel detrahitur de eo, quod erat positum in interrogatione.*
23 *Obligationi de his quę ipsam respiciunt, nil potest addi, vel detrahi.*
Obligationi si additur vel detrahitur, quantum ad exceptionem obligatio non mutatur, nec lęditur.
Obligationi respectu rerum quæ sunt in obligatione, & ipsis rebus diuisionem recipientibus potest addi, vel minui, & isto respectu dicitur obligatio pro parte perimi.
24 *Iurisdictio in se non recipit augmentum, nec diminutionem, & ipsa non prorogatur, sed dicitur prorogari respectu materiæ.*

Quòd si. Suprà dixi quando dimittitur alueus antiquus. Hic incipit secunda pars, quando dimittitur alueus nouus. Et diuiditur hæc pars in tres: Prima loquitur, quando tempore occupationis noui alueī nullius ager totus fuit occupatus. Secunda, quando alicuius ager totus fuit occupatus. quid sit de rigore iuris declaratur. Tertia, quid sit de æquitate.

Post tempus aliquod. Hic ꝑ dictionem, post tēpus, neutrum significatur, quod qualiter procedat, dixi in præcedenti lib.

Ad priorem alueum. Facti communiter accidentis euentum ponit; tamen idem videtur si per alium locū fluere cęperit separatum ab antiquo, & nouo alueo.

Reuersum. Idest retrò, seu iterum versum. vt. ff. de leg. 2. l. cum quidam. & de ver. sig. l. verbum reddendi. Cætera verba quæ sequuntur exposita sunt in præcedentibus.

Si cuius. Idest alicuius.

Stricta ratione. Strictam rationem vocat illā, qu am infrà ponit ibi, quia ille ager, &c. quam rationem sic forma. Acquisitio alueī dimissi fit occasione vicinitatis, sed ei, qui nullum ꝑdiū habet, nil potest deberi ratione vicinitatis. ergo, &c. Quòd autem nullum prædium habeat probatur: quia desinit esse amissa propria forma. Ex quo nota, † ꝙ perempta forma rei desit esse res. Simile. ff. de statu ho. l. nō sunt liberi. ad exhi. l. Iulianus rem. §. sed & si quis. Nota, ꝙ quando forma est perempta, perit res, sed solùm cum perit propria forma rei. Quæ igitur sit ista propria forma, videamus. Vnde sciendum est, quòd quędam est forma substantialis, alia accidentalis. De accidentali non potest intelligi hic; quia licet vna res mutet sua accidentia, quia heri albus, hodie niger: heri iuuenis, hodie senex: heri paruus hodie magnus, per hoc non desinit esse idem, vt ff. de iud. l. proponebatur. & de ven. inspicien. l. 1. §. de inspiciendo.
2 & ideo † dicimus quòd plus, & minus, non faciunt res differre specie, vt ff. de fund. dot. l. fi. oportet ergo, ꝙ hoc intelligatur de propria forma. s. substantiali. De ista igitur † videamus qualiter cognoscatur. Ad quod dicendum quòd rerū qdā sunt corporales, qdam incorporales. Item corporales, aliæ naturales, aliæ artificiales. Itē naturales possunt considerari secundum esse naturale, & secundum esse mētale. Videamus ergo primò de rebus naturalibus corporalibus. Et istarum quædam sunt inanimatæ, quædam animatæ. Animatæ quædam sunt animatæ anima vegetatiua, quædam animatæ anima sensitiua, quædam animatæ anima rationali. † Rerum inanimatarum substantialis forma
4 est id, per quod ipsa consistit, & vnde denominationem accipit; loquor de denominatione nominis appellatiui. Forma autem substantialis in qualibet re inuisibilis est secundum Philosophos: Exemplum in homine, in quo substantialis forma est anima, vt in cle. de summa tri. c. 1. anima tamen videri non potest, sic nec forma substantialis ligni, vel lapidis, vel cuiuslibet rei. Sed per formas accidentales, quas videmus, iudicamus de forma substantiali: quia homo habet corpus sic organizatum, ideo dicimus quòd est homo, & si non haberet illam formam, diceremus ꝙ non est homo, vt l. non sunt liberi. de sta. ho. ita in rebus inanimatis, in quibus cognoscimus terram: quia habent accidentia terrę exteriora: si illa accidentia perderent: vt quia de terra, fieret lapis coctus, tunc amissa propria forma desinit esse terra, & transit in aliam speciem, & perdit primum nomen appellatiuum, & assumit aliud. Sic econuerso, si glans, vel aliud pomum in terra corrumpitur, perdit nomen glandis, vel pomi & assumit nomen terræ, vt ff. de glande legenda. l. vnica. sic si vinum, vel mel commisceantur, quodlibet perdit sua accidentia exterio ra, & transit in aliam speciem, & vocatur mulsum, vt. l.
5 adeo. §. cum quis. de acq. rer. dom. † Concludo ergo, quòd in istis inanimatis tunc perditur substantiale, quando ꝑduntur illa communia accidentia, ex quibus res sic nomi natur: & sæpè apparet, quando res perdit nomen appellatiuum, & transit in aliud nomen appellatiuum alterius speciei, & hoc sic apud Iuristas dicitur, qđ sic communiter accidit, vt patet ex prædictis, & est expressum. ff. de aur. & argen. lega. l. Seia. §. fina. & ideò dicit lex quòd nomina appellatiua sunt imnutabilia, stante, scilicet identitate.
6 ff. de le. 1. l. si quis in fundi vocabulo. Sciendum † est etiam circa prædicta, ꝙ vna & eadem res secundum diuersas cō siderationes diuersimodè accipiuntur, vt ecce. In agris potest considerari respectu materiæ, quia terra est, & tunc ibi si flumen faciat alueum, non desinit esse terra, & sic terra remanet in suo gsnere. Potest etiam cōsiderari ꝑut

est

est terra apta, vt per eam possit agi, hoc est animalia duci, & laborari, à quo ager recipit propriam denominationē, vt dictum est in principio huius libri. Et isto modo perdit propriam formam. Ita loquitur hic tex. non enim ipsam materiam primam debemus inspicere, sed illam qualitatem, à qua denominationem recipit, & sub illa denomi-
7 natione apud nos sic appellat; sic simile in vino, † si enim fiat acetum, adhuc eadem substantia est secundum considerationem materiæ, vt ff. de contrah. empt. l. in venditione. secundùm autem considerationem propriam non est vinum, sed alia species est, & vini appellatione non continetur, vt. ff. de vino tritico, & oleo legato. l. si quis vinum §. 1. & §. si quis acetum. & §. item si quis vinum. Secundò
8 videndum est † de rebus animatis anima vegetatiua, vt plāt æ. & istarum omnium forma substantialis est anima vegetatiua, licet etiam ipsæ in se habeant speciem, vt arbor, &
9 herba. † Arbor quidem dicitur tunc propriè, cum radices ita in terram emisit vt terræ alimento vegetetur, & eius materia dura est & non tenera, tunc arboris appellatione continetur, vt. ff. arb. fur. cęsa. l. 3. §. 1. & l. 4. & ideo si quod istorum deficeret. s. quòd desineret à terra vegetari, vel qđ fiat ita tener, sicut herba etiam si non haberet formam substantialem, non est arbor, vt dictis legibus. & hoc strictè loquendo. veruntamen quia apud Iuristas hoc esset durę inuestigationis, suadente æquitate statutum est, vt arbor intelligatur illa quæ stirpitus euulsa est, & in aliam terram translata, licet nondum cum terra comprehensa. Item quòd dicatur arbor etiam illa, cuius radices mortuæ sunt, quamuis terra contineatur, & hoc etiam casu propriè dicitur arbor, cum anima vegetatiua sit priuata, tex. in d. l. 3. §. 2. arbor. fur. cæsa. Illud verò qđ à terra succisum est, & sic animam vegetatiuam, quæ est eius substantialis forma, perdidit, non est arbor, sed vel est lignum, si causa comburendi paratum est: vel vocat̄ materia, si parata est ad aliquod ædificium, vt ff. de leg. 3. l. ligni. Eodem modo
10 videtur dicendum quòd † herba dicatur, quando terra continetur. Postquā verò separata est propriè desinit esse herba, & cadit in speciem rerum naturalium, quæ anima carent, licet apud quosdam nomen non mutet, sed adiectionem recipit, quod primò dicebatur herba simpliciter, nūc dicetur herba sicca, vel herba siccata, vt ff. de verb. sign. l. syl
11 ua. §. 1. & l. pratū. C. de pascuis publici, per totū lib. 11. † Tertiò videndum est de rebus animatis anima sensitiua, vt sunt animalia, & istorum forma substantialis est ipsa anima sensitiua, & cum ipsam perdiderit, desinit esse illud, & vocatur cadauer, vt. ff. de leg. 3. l. mortuo boue. in princ. de condicti. furti. l. si seruus. §. boue. Verùm quia istorum habentium animam sensitiuā diuersæ sunt species, vt equus bos, & similia, si quid nascatur, quod non habeat figuram exteriorem dicti animalis, dicamus non esse illud animal; quia ex hoc quòd non habet figuram, dicimus non habere formam substantialem, vt in homine. de statu homi. l.
12 non sunt liberi. † Quartò videndum est de rebus corporalibus animatis anima intellectiua, vt homo. In his dico, quòd forma substantialis est ipsa anima, vt in c. 1. de summa Trin. in cle. & ea separata desinit esse hō, & cadauer vo
13 catur, vt ff. de cada. punito. per totum. Item dico q̄ † si quid est, quod non habeat formam exteriorem hominis, vt qa ex muliere nascatur monstrum aliquod, quod in communi aspectu non dicitur homo, ius præsumit q̄ ibi non sit anima rationalis, & sic deficere præsumit formam substātialem, & iudicat q̄ illud non sit homo. d. l. non sunt liberi. de sta. homi. & de verborum significatione. l. quæret aliquis. Sed si aspectu communi vī homo, licet ibi esset aliquid à natura auctum, vel diminutum, ius prę sumit q̄ ibi sit forma substantialis, scilicet anima, & sic sit homo, d. l.
14 non sunt liberi. Quod † ergo ibi dicitur non sunt liberi, qa contra formam, & è contra. intelligitur de forma, hoc est figura, quæ est quædam forma accidentalis, quæ non dat, nec tollit esse rei, vt dictum est; sed pro tanto dicitur non sunt liberi, qa est defectu talis figuræ, lex præsumit q̄ deficiat forma substantialis, quæ est inuisibilis: sicut etiam dictum est in cæteris rebus, & hoc prout homo consideratur in esse naturali. Sed quia est homo animal ciuile politicum in esse ciuili, & politico, habet aliquas dīas quæ inducunt diferentiam specificam, & ea existente, vel deficiente videtur alia res esse. hoc autem esse politicum, vel consideratur secundum ius gentium, prout commune est omnibus gentibus, vel secundum ius ciuile, quod
15 proprium est ciuium Romanorum. † Primo modo sunt hominum duæ species, quia alij liberi, alij serui, vt. ff. de statu hominum. l. 3. liberi dicuntur esse. serui verò secundum esse ciuile, & politicum dicuntur non esse; quia seruitus morti assimilatur, vt. l. seruitutem. ff. de reg. iur. & l. quod
16 attinet. ff. eodem. Videndum est autem † quid de seruo facto libero, vel de libero facto seruo, videtur alius homo, vt l. si seruus. §. 1. de adimen leg. & si est factus liber, non tenetur ex ante gesto, quia nouus homo est secundum istam considerationem, vt C. an ser. ex suo fac. per totum. For-
17 ma † ergo substantialis hominis politici secundum hanc considerationem est esse hominem liberum; deficiente libertate, desinit homo esse politicus; & sic de eo, & super eo, contrahitur, sicut de animalibus brutis. Aliquem verò esse liberum non inducit differentiam specificam inter homines, quia liber est; sed magis est differentia acciden-
18 talis: vt not. ff. de iust. & iu. l. manumissiones. † Si verò cōsideratur secundo modo, scilicet secundum ius ciuile proprium Romanorum, tunc alia est diuisio; quia quidā sunt sui iuris, quidam alieni, vt liberi qui sunt in aliena potestate, vt. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. 3. & tantùm in hoc inducunt differentiam specificam, q̄ olim filiusfa. si efficiebatur sui iuris, videbatur alius homo, quia mutabatur forma substantialis secundum illud esse ciuile, & per consequens non tenebatur illis obligationibus, quibus erat primò obligatus, cum sit alius homo, licet per pretorem restituantur contra eum actiones, vt. ff. de capi. dim. l. 2. §. ait prętor. & ibi not. in glo. in verbo iudicium dabo. Ex prędictis apparet ratio, quę mouit Iuristas ad dicēdum q̄ manumissione, & adoptione, sicut quis natiuitate naturali efficitur ciuis, ita ista natiuitate ciuili; videtur enim nasci nouus homo. Alię vero qualitates hominum, vt quidam nigri, quidam albi, quidam nobilies, quidam plebei, quidā furiosi, quidam sanę mentis, & similia, non inducunt differentiam specificam, vt not. Insti. de iure perso. in §. vlt. in glo. pen. & fi. & sic propter illam qualitatem esse, & non esse, videtur alius homo; sed quò ad multa varios effectus
19 habet. † Quintò videndum est de rebus artificialibus. Circa quę dico, qđ istę assumunt formam substantialē ex quadam aptitudine, quam habent ad illum finem, ad quem p artificem factę sunt, vt domus; tunc enim dicitur domus cum habet debitas partes compositas, ita quòd est apta ad habitandum, vt. ff. ad legem Falcidiam. l. si is qui quadringenta. §. quędam. & ideò ea deposita si quidem aliqua res permanet apta ad illum vsum, adhuc retinet essentiā domus, vt. ff. de vsufr. l. si cui insulæ. & ff. de contrahē. empt. l. domum: secus, si in totum esset deposita. d. l. domum. & quibus modis vsusfr. amittat. l. repeti. §. fi. Itē in scypho, vel alio vase facto ad finem bibendi, vel comedendi, donec retinet illam aptitudinem, scyphus vocatur. cum verò ita fuerit conflatum, vt ad illum vsum esse non possit, dicitur perdere formam substantialem, & desinit esse scyphus: vt. ff. ad exhibend. l. Iulianus. §. sed & si quis. & probatur ex presse. ff. de auro, & argento lega. l. Quintus Mutius ij. §. cui aurum. Maior capacitas, vel minor non mutat formam substantialem rei, nec eius substantiam: vt ff. de fundo instructo. l. fi. nisi fortè ex capacitate certę quantitatis assumeret denominationem: vt contingit in mensuris publicis. C. de suscep. & arc. l. modios. libro 10. dico, q̄ falsus modius modium facit. vt no. ff. de dolo. l. arbitrio. §. de eo.
20 Sextò videndum † est de rebus incorporalibus, vt sunt iura, seruitutes, actiones, & obligationes, & similia. Dico, q̄ quædam sunt iura secundùm iuris dispositionem indiuidua, & tunc ipsorum forma substantialis est ipsius rei natura. Et ideo natura actionis dicitur ipsius figura, vt. C. de rei vxor. actio. l. vnica. §. cum autem. & hoc etiam patet, quia si naturæ actionis aliquid addatur, tunc dicitur noua actio. l. vnica. §. cum aūt. C. de rei vxo. actio. Vbicunq; aūt reperitur aliter, est impropria locutio, vt patet cum iura senatusconsulti, sicut regula ista, attribuuntur Trebelliano, vt Insti. de fideicommiss. hære. §. sed quia, & ff. de pact. l. iurisgentium. §. adeò. Sed quia consistit in indiuisibili, adeò qđ in ea non potest aliquid addi, nec detrahi, quin corrūpatur, & transeat in aliam speciem, vt. ff. de iusti. & iure. l. ius ciuile. statim vbi aliquid detrahitur, vel additur iuri na
21 turali, vel gentium, efficitur ius ciuile. Hoc patet † in seruitutibus, in quibus si aliquid detrahitur, nō valet detractio, vel transit in aliam speciem: vt. ff. de acceptilation. l. & per iusiurandum. §. 1. &. §. sequen. Item nil potest addi, & si addatur, non erit seruitus. ff. de aqua pluuia arcen. l. si prius.
22 in prin. & quod ibi not. Et hoc † patet in stipulationibus, ff. de verb. oblig. l. 1. §. si quis simpliciter. &. §. sequen. vbi si responsioni aliquid additur, vel diminuitur de eo, quod

erat

erat positum in interrogatione vitiatur stipulatio. vbi dicit tex.quòd alia res est.& ista sunt vtilia ad multa,vt ibi dixi.Sed hîc obijcitur,quòd obligatio potest tolli pro parte, solutione,acceptilatione,& similibus, vt l. stipulationes. §.secundo, de verbo. obliga. Potest etiam tolli in modo contrahendi,& huic nil potest addi,vel detrahi.Et ideò dicunt iura,quòd certi sunt modi.l.obligationum ferè.§.placet.de actio. & obligatio. Primò potest † considerari ipsa obligatio,prout contracta est,& idem, quia de his,quæ ipsam obligationem respiciunt,nil potest addi, vel detrahi, & ideò nec conditio,nec tempus,nec locus adijcitur, vt. ff.de leg.1.lege, nemo potest. & d.l. obligationum ferè.§. placet. & ideo dictum est s. quod variatio in conditione, vel tempore non facit esse aliā rem; sed ipsæ adiectiones apponuntur quantùm ad exceptionem,per quam ipso iurè obligatio non læditur,nec mutatur, vt dictis legib.Secundò potest considerari obligatio respectu rerum, quę sunt in obligatione,& tunc ipsis rebus potest addi, vel detrahi, & illo respectu dicitur obligatio pro parte perimi in his quæ diuisionem recipiunt.Item prædictis † obijcitur iurisdictio,quæ res indiuidua est,& tamen dicimus,qđ multis modis iurisdictio prorogatur.Respondeo, ipsa iurisdictio non prorogatur, sed dicitur prorogari respectu materiæ,quia in plures personas,vel in plures res extendi tur, ipsa tamen in se non recipit augmentum,vel diminutionem.Exemplum.Vna scientia dicitur crescere,quando à pluribus scitur, tamen in veritate ipsa in se non crescit. hæc non prosequor,licèt vtilia,& necessaria sint.

1 *Ager inundatus à flumine si flumen postea recessit, quando primo domino restituatnr.*

Sed vix est vt id obtineat. Id est nullo modo id obtinens.Sed cōtra istud est Instit.de rer.diui. §.alia sanè causa. Sol. illud verum de rigore,hoc de ęquitate,secundum Azon. & bene cum determinatione, quam infrà dicam. Dantur in glossa.aliæ solutiones, quæ etiam
1 sunt bonæ in casu suo. † Ideo pro ipsarum declaratione distinguamus.Aut flumen recessit cum impetu,& restituatur primo domino, vt infra proximè. & ita loquitur hic tertia solutio.glo.1.in ver.sed vix.Ratio, quia magis videtur fuisse inundatio, quàm alueus. Aut non recessit cum impetu, & tunc aut apparet forma primi agri, & domino primo restituitur,vt hic in 2.gloss.Ratio,quia non desinit esse ager,sed remanet forma. Aut forma non apparet, & tunc aut loquimur de rigore,& non restituitur primo domino,vt in præcedenti rubrica, & Insti. de rer.diui.§. alia Aut de æquitate,& tunc restituitur primo domino, secundum Azo.vt hic, quod intelligo nisi flumen fecerit ibi alueum per decē annos inter prędentes, & viginti inter absentes.Sic enim quilibet præscripsisset,ergo flumen, cum habeat titulum de iure gentium,argum.ff.de capt.l. in bello.§.si quis seruum. Item quod dicit in toto fundo, idem in parte fundi eadem ratione. Item sicut recūperat fundū, seu partem eius, ita videtur per eandem rationem ęquitatis quòd habeat ius acquisitionis aluei dimissi, vel eius qđ adderetur per alluuionē. & ista est mens istius literæ si bene inspiciatur.

Aliud sanè. Tertia pars,quæ loquitur de inundatione fundi.

1 *Species pro figura sumitur.*
2 *Inundatione licet perdatur possessio,tamen dominium non mutatur.*
3 *Præscriptio nunquam potest perfici in possessionibus existentibus iuxta flumina.*

Speciem. Id est formam,vel speciem, id est figuram,vel speciem propriè,† hoc non facit transire in aliam speciem.
1

Non mutat. Magis.n. est tegere, seu cooperire ad tempus, quā inundare, facit.ff.de acquir.rer domi.l.ergo.§.alluuio.de flu.l.1.§.si fossa.Sed contra de acquir.possessio.l.3.§.Labeo.Sol.†Per inūdationem non mutatur dominiū,vt hic,sed perditur possessio, vt ibi:quia illo instanti non potest possideri,quod no-
2 ta pro†possessionibus,quæ sunt propè flumina, in quibus
3 nunquam potest perfici præscriptio[a] propter interruptionem.Item contra.ff.quibus modis vsusfr. amitta.l. si ager. Solu.Potest dici,quod donec aqua iacet dominium perditur,sed aqua recedente,restituitur,vt ibi.& quod hic dicit non mutat,expone, id est mutare non videtur, recedente aqua. Vel verius dic, q̄ in lege contraria ponuntur duo casus.Primus quando flumen fecit alueum, & sic concordat cum præcedenti.Secundus, quando nō fecit alueum, & quod ibi dicit non reuertit dicit quatenus de facto exiuit,vt ibi no.per gl. Item contra.ff. quibus modis vsusfru. amit.l.cū vsusfructus in prin. Sol. vt dicit hic glo. in verb. speciem.in fi.Deo gratias.

a

ADDITIO.

a Th.D. ¶Præscriptio. Vide Alex. consi. 177. in 6. volu. incipien. in causa, & lite vertente.

TRACTATVS

DE IVRISDICTIONE[a]

editus per Do.Bar.à Saxof.

a

ADDITIO.

a Tho.D.¶Tractatus de iurisdictione. Adde q̄ inuenitur alius tract. de officio iud.& in quibus casibus habet locum officium iud.incip. Quoniam quotidiana magis sciri debent,& ille tract.attribuitur Bar.& est in meo.lib.consi.13.& charta.77.tamen credo q̄ nec iste tract.nec ille est Bar.quia stylus non est ipsius.Et de materia iurisdictionis quando sunt duo fratres habentes iurisdictionem,& merum imperium,& vnus delinquit,an possit alius punire fratrem,vide Alex.de Imo. in l. serui electione.§.Labeo.ff.de legatis.1.& ibi multa ponit.

1 *Factum à iudice,quod ad eius iurisdictionem non pertinet,vel spectat ad eius officium non est ratum habendum.*
2 *Sententia,confessio,processus, & præceptum facti coram iudice non suo,sunt nulli,nisi in causa reconuentionis. & quando iurisdictio ordinarij sit prorogata.*
Iurisdictio delegati non prorogatur.
3 *Prorogans iurisdictionem iudicis ordinarij potest pœnitere vsque ad litem contestatam,licet teneatur ad interesse,si conuenerit.*
4 *Sententia lata in ducentis à iudice,qui vltra centum iudicare non poterat,licet non valeat in ducentis,valet tamen in centum.*
5 *Vtile ab inutili in contractibus in quantitate separatur.*
6 *Rei vendicatio an detur pro iurisdictione.*
7 *Officium iudicis datur habenti ius in aliqua dignitate,& est actio confessoria.*
8 *Laicus,qui delictum commisit,& postea effectus est clericus à quo iudice puniatur.*
Fraus ex quibus præsumatur.
9 *Incola delinquens in loco,& transferens se ad alium locum,inquisitus,& positus in bannum à iudice delicti,poterit inquiri,& condēnari à iudice domicilij pro dicto delicto.*
10 *Fur qui furtum commisit Mutinæ,postmodum aliud Parmæ,& deprehensus per potestatem Parmæ, potest per ipsum tanquam famosus suspendi,si non fuit aliter pro primo punitus.*
11 *Consuetudo in criminalibus inducitur per binum actum.*
12 *Iudex ille ex pluribus habentibus eandem cognitionem in criminalibus,præfertur alijs in procedendo,qui prœuenit in citando.*
13 *Iudices duo si concurrant in citando delinquentem, & non apparet quis primo,quis secundo citauerit,debent conuenire quis eorum procedat,vel per superiorem concordentur,& pœna per medium diuidatur.*
14 *Delicto commisso in confinio duarum ciuitatum,vterque rector ratione dubij procedit.*
15 *Mandans homicidium fieri,an secuto homicidio in loco mandati delicti possit per iudicem loci,in quo mandatum fuit factum, & delictum sequutum,puniri.*
Argumentum de contractibus ad delicta procedit.
16 *Remissio in criminalibus de vrbanitate,non de necessitate fieri dicitur.*
17 *Iurisdictio delegati qualiter finiatur morte delegantis.*
18 *Iurisdictio delegati Papæ,Papa mortuo,non expirat.*
19 *Iurisdictio vicarij episcopi,etiam re integra, non expirat morte episcopi.*
20 *Officium executoris gratiæ apostolicæ non expirat, etiam re integra morte concedentis.*
21 *Procurator quando censeatur reuocatus morte constituentis.*
22 *Iurisdictio delegati an expiret morte ipsius delegati.*
23 *Delegatio si est facta pluribus iudicibus sine clausula, quod si non omnes,& aliquis eorum prœueniat,ille erit potior.*
24 *Clausula q̄ si non omnes, vel q̄ conditio occupantis non sit melior apposita in delegatione,operatur,q̄ si vnus incipiat, collega non excludatur.*
25 *Electio si est facta de pluribus ad aliquod officium,vno eorum abente, vel recusante exercitium totius iurisdictionis, interim pertinet ad collegam.*

26 Assess-

BIU Cujas

Aſſeſſor præſidis non habet iuriſdictionem in ſententiando, licet conſuetudo contrarium obſeruet.

27 *Præſes ſi remouetur ante tempus, dicitur culpa aſſeſſorum.*

28 *Præſidentium vnus ciuitatis ſi fuit cum exercitu extra territorium ciuitatis, ibi non habet iuriſdictionem, niſi fiat reformatio, vt facta in exercitu valeant.*

29 *Præſidentes ciuitatis habent iuriſdictionem puniendi ſuos familiares in officio delinquentes.*

30 *Præſidentes ciuitatis poſſent cognoſcere de iniuria familiaribus ſuis illata.*

31 *Iudex extra prouinciam exiſtens poteſt iuriſdictionem delegare, & excommunicatum ſibi ſuppoſitum abſoluere.*

32 *Syndicus qui habet ſyndicare officialem, an poterit cognoſcere de homicidio per officialem, commiſſo, durante officio.*

33 *Parmenſis ſi accuſatur coram Bononienſi de delicto in territorio Bononiæ commiſſo, & accuſatus comparet declinando forum, & ſi delictum dicit illud ſe commiſiſſe in regno, an ſuper accuſatione procedi poſſit, non obſtante exceptione.*

34 *Iuriſdictio eſt nomen generale comprehendens merum, & miſtum imperium licet non conuertatur.*

35 *Cauſæ meri, vel miſti imperij, vt delegari poſſint duo requiruntur de iure ciuili, de iure canonico ſecus.*

PRimo igitur Circa iuriſdictionem ſciendum eſt, quod iudex ordinarius, vel delegatus ſtatim quòd fines ſuæ poteſtatis excedit, nil agit: quia factum per eum non valet ipſo iure, vt extra. de ſenten. & re iud. c. 1. Cum ergo iudicat de eo, quod ad eius iuriſdictionem non pertinet, ſeu vltrà quantitatem ad eius iuriſdictionem ſpectantem, non valet quod agitur. C. ſi à non comp. iudi. l. 1. & C. quando prouo. non eſt neceſſ. l. certa ratione extra, de conſuetud. cap. quanto. & l. fin. ff. de iuriſdi. om. iudi. Non enim intelligitur iudicium, quando iudicatur ab eo, qui ius iudicandi non habet. ff. ad Trebel. l. 1. vel ius damnandi non habet. ff. de pœn. l. 2. in fi. Item ſi iudicat inter homines non ſuæ iuriſdictioni ſubiectos, vel ipſius delegationi ſubiectos, & contentos, vt dicta. l. 1. ff. de officio præſid. l. 2. & extra, de iud. c. at ſi clerici de officio dele. c. penul. & xj. q. 2. c. 1. & l. fi. de iuriſ. om. iud. Non. n. debet immittere falcem in meſſem alienam. vj. q. 3. can. ſcriptum. & extra, de elect. c. venerabilem. in prin. & ff. ſi ſer. ven. l. ſicuti. §. Ariſt. Et talis ſententia ab extraneo, ſiue à non ſuo iudice late dicitur ſententia peregrina. 3. q. 5. cano. peregrina. Idem ſi iudicat vltrà tempus ſuę iuriſdictionis, vt ff. de pœn. l. fi. nam tranſacto tempore, iuriſdictio expirat: vt. ff. de off. præſi. l. 3. & ff. de offi. præfec. vrb. l. 3. & de iuriſd. om. iud. l. fi. Idem, ſi exiſtat in loco, ſui territorij: ſi tamen pronunciat de reb. extra territorium, vel intra exiſtentibus quia ſi dici poſſet ℘ iudicare de his valeat, tamen miſſionem facere non poteſt. ff. de bo. author. iud. poſſ. l. cum vnus. §. pe. & de re iu. l. à diuo Pio. in prin. & dic vt plenius

1 not. C. vbi in rem act. l. fi. Concluſio autem † ad omnia prædicta eſt, ℘ factum à iudice quod ad eius iuriſdictionem non pertinet, vel ſpectat ad eius officium, non eſt ratum habendum, vt ff. de reg. iur. l. factum à iudice. & extra. eo. tit. c. 2. & c. quoties. lib. 6. & l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. & id cir

2 co † tam ſententia, quàm præceptum, quàm confeſſio, & omnes proceſſus coram iudice facti, nullius ſunt momenti, vt extra. de iu. c. at ſi clerici. &. ff. de pęn. l. 2. in fi. Prædicta autem fallunt in caſibus ſuis, videlicet in reconuentione cauſæ ciuilis. vt. C. de ſent. & inter lo. om. iud. l. cum Papinianus. per auth. & conſequenter. C. eo. & d. c. at ſi clerici. Aliquando partes conſentiunt ſcientes eum, qui habet aliàs ordinariam iuriſdictionem (non dico delegatam) licet inter eaſdem perſonas non conſentientes, non de illa re, vel quātitate, vt. C. de iuriſd. om. iudi. l. 1. & ff. de iudi. l. 1. & 2. plenius not. in d. c. at ſi cleri. Sed tamen non attendas

3 hic † eſſe differentiam, ſi talis conſenſus durat quouſque lis conteſtetur. ſi enim pœniteret conſentientem quandocunque ante litem conteſtatam, non compellitur huic conuentioni ſtare, vt eſt caſus de iuriſ. om. iu. l. ſi conuenerit, licet pœnitens poſſit conueniri ad pęnam, vel intereſſe, ſi adiecta fuerit, vt. C. de pact. l. ſi pacto. & Inſtit. de inut. ſtip. §. alteri. & adde caſus, qui not. x. q. 2. in fi. ¶ Ex prædictis

4 igitur primo quæro. Quid † ſi iudex profert ſententiam vltra quantitatem ſuæ iuriſdictionis, vt puta habet poteſtatem cognoſcendi de cauſis conſiſtentibus vſque ad quantitatem centum aureorum: ſed ipſe fert ſententiam in ducentis aureis, nunquid valebit ſententia in aliquo? & an valebit ſententia? & in quibus iudicare potuit? Et certe de vlteriore quantitate non eſt dubium, vt ſupra dictum eſt, & ad idem. ff. mand. l. rogatus. ſed in ea quantitate, in qua poteſt, an valeat ſententia? glo. variauit Nam. ff. de iuriſd. om. iudi. in. l. ſi idem cum eodem, in fin. gloſſ. dicit idem eſſe. & allegat. ff. de fideiuſſoribus. l. ſi à reo 2. reſponſ. & l. Græcè. §. illud. & aliter gl. dicit. C. de re iu. l. 2. Vnde quidam ita diſtinguunt. Aut iudex pronunciat vltra quàm poſſit, & debeat, & tunc ipſo iure non valet ſententia. Idem ſi vltra quàm poteſt, vt. C. quando prouo. non eſt neceſſ. l. certa, aut vltra quam debeat. ſi vltra id, quod poteſt, non valet. C. de mod. mul. l. fi. ſed videtur verius, ℘ illud inutile tan-

a tum vitietur, a vt d. l. certa. & ff. man. l. ſi procurator. & quod not. C. de ſacroſan. eccle. l. illud. & clarè dicitur extra. de prę ben. c. dilectus. quia licet ſententia non poſſit pro parte valere, & pro parte non valere. d. l. in hoc iudicio. ff. fami. ercif. & C. eo. l. licet. verum eſt quando vna ſpecies alteri cohæret, non aliàs. vt d. l. in hoc iudicio. ſed in contracti-

5 bus † ſeparabitur vtile ab inutili: quia quantitas eſt ipſo iure diuiſa, vt no. de re iud. l. à diuo Pio. §. hoc amplius. & cum vitiata quantitate inutili, remanet vtilis, & in ea valet. vt ff. de vſur. l. placuit. & de verb. obl. l. 1. §. ſi ſtipulati. quæ quidem inutilis adiectio, ita vitiatur, ℘ non habetur pro adiecta. ff. de ver. obl. l. ſi quis ſtipulatus abs te.

6 Secundò quæro, An † Papa poſſit iuriſdictionem vendicare? Et dixerunt quidam ℘ non, quia dicunt ℘ iuriſdictio eſt quoddam genus: ſed aliquid in genere vendicari non poteſt. ff. de rei ven. l. ſi rem in prin. ergo, &c. Item alia ratione, quia (vt dicunt) iuriſdictio eſt quoddam ius incorporale. in iure. n. conſiſtentia incorporalia ſunt, vt ff. de rer. diu. l. 1. §. 1. ergo vendicari non poteſt? cum ea vendicantur, quę poſſidentur. C. de alie. iudi. mut. cau. fac. l. 1. & ff. de euic. l. vendicantem. & l. vendicatio. ff. de rei ven. ſed incorporalia non poſſidentur. ff. de vſuc. l. ſequitur. §. ſi viam. ergo vendicari non poſſum. ſic diſpenſatio, cum conſiſtat in iure, vt lex diſponit, tamen verum diſtinquitur. Econtra videtur, ℘ ſic, quia cum non pro iure incorporali, ſed ſeruitutis, vel vſusfructus datur actio, vt Inſtitu. de act. §. 2. & 3. Sed poteſt reſponderi ℘ illud ideo, quia ſunt actiones in rem ſcriptæ, vt ibi dicitur. Item videtur ad id, quòd ſicut filium meum, ſiue libertum vel colonum, in quibus ius poteſtatis habeo, poſſum vendicare, vt plenè not. ff. de lib. exhib. l. 1. §. pen. ſic hic fiet vendicatio ad iſta, tamen de iure Rom. vel Quiritum. Prætereà, ibi vendicatur perſona propter ius quod in ea prætenditur, ſed in propoſita quæſtione, nunquid poſſit iuriſdictio vendicari? Sed ad hoc reſpondeo, quòd ſi rectè intelligas, quòd per prædicta iura quæſtio eſt ſublata. Nam ſemper oportet eſſe perſonam vel in qua, vel propter quam iuriſdictio vendicatur, quod poteſt eſſe multis de cauſis, extra. de præſc. c. cum olim. extra. de mai. & obe. per totum. 16. q. 7. c. omnes baſilicæ. ff. de iuriſ. om. iud. l. & quia. Vel dic quòd ibi petitur iuriſdictio temporalis, vel ſecularis dignitatis, vt puta ius Comitatus vel Marchiæ, vel Baroniæ, vel ius alterius dignitatis ſpiritualis, vt puta Decanatus, vel Præpoſitura, vel alia dignitas. Implorabit etiam cognitionem prætoris, vel officium

7 iudicis. Licitum eſt enim ei † qui habet ius in aliqua dignitate, vt poſſit eam petere, ſed quia non cōpetit ſibi aliqua actio, habet officium iudicis. ff. de mino. l. qđ ſi minor. §. fi. & de lib. exhib. l. 1. §. hoc interdictum, & talis actio ſiue officium erit nobile. Et hoc tenet Spe. in titu. de act. §. ſequitur. verſ. vtrum autem petens. & de religioſis domibus. verſi. porrò ſi aliquis petit. Rei vendicatio autem in prædictis non competit, quia pro rebus tantum corporalibus datur, vt ſ. dictum eſt, & poſſet dici, quod actione confeſſoria agi poſſit, ſecundum Innoc. & plenè extrà. de excep. c. venerabilis.

8 Tertiò quæro, † Quidam laicus delictū cōmiſit, & poſteà effectus eſt

b clericus, b quęritur ad quem ſpectet cognitio illius delicti, an ad iudicem ſecularem, de cuius foro erat tempore perpetrati criminis, an ad iudicem eccleſiaſticum, in cuius iuriſdictione nūc inuenitur per ſuſceptionem ordinis clericalis? Et primo videtur ℘ ſit cognitio iudicis ſecularis, quia debemus ſpectaret tp̄s delicti. ff. de pœnis. l. 1. & l. moris. in fin. & de quæſt. l. ſtatuliber. & ſic ſpectamus tempus contractus. ff. de contrahen. emp. l. Rutilia. extra. de ele. c. dudum. & videtur caſus de adul. l. adulter. §. ſi eo tēpore,

ADDITIONES. vnde

a Tho. Dip. ¶ Vitietur. Sequitur Lud. Ro. in conſi. lxj.

b Clericus. Vide Old. conſi. 3. quod incip. quòd laicus delinquens, & vide Bart. in l. 1. ff. de pœnis. & ibi Apoſtil. Alex. & meam, vbi videas.

BIU Cujas

vnde per commissionem delicti videtur præuentus à iudice seculari, arg.ff. de iudi.l. si quis posteà, & de iurisd. om. iud.l.pen.extra.de foro compe.c. proposuisti. Ad idem facit,quia obnoxius muneribus realibus,licet efficiatur, miles,cogitur ad illa munera subeunda.ff.de mu. & hon.l.curia.in fi. & C. de sacrosan.eccl.l. qui sub prætextu.ff. de iur. immu.l.semper.§.diuus.quia noxa caput sequitur,vt delicta & honores cum capite ambulent.ff. de noxa.l.1. & de car.l.cum sine. & ff.de iniur.l.iniuriarum. Item, quia seruus delinquens si posteà efficiatur monachus vt pœnam euitet, debet de monasterio extrahi, & pœnæ tradi, d.§.si quis.de furtis.l.si seruus nauem. Sic etiam eximitur à militia, & à militari soluitur sacramento miles, qui propter metum delicti,quod ante commisit, nomen militiæ dedit vt ff.de re mil.l.fi.Ad idem.C.de decu.l.omnes.lib.x.C. de Epis.& cle.l.officiales.in prin.C.ad l.Corne.de fal.l.si qs de curio.§. nec verò.C. de cu.vel cohor.l.1. & extra de pœ.c. cum dilectos. & de voto, & vo.re.c.2. & de excu.tut.l.tutor.& ff.ad Muni.l. incola. Econtrà videtur, ꝙ cognitio istius spectet ad iudicem ecclesiasticum,de cuius foro effectus est. Nam per ordinis assumptionem exemptus est à iurisdictione laicorum.C.de epis. & cler.l.quisquis emensis.imo punitur pœna sacrilegij laicus, qui cognoscit, & iurisdictionem exercet in clericos.extra de foro compe.c. 2.& de iu.ca.c.cum olim. vnde si iudex laicus se intromittat,non valet quod agitur, tanquam ab incompetente factum, vt extra. de iud.c.1. lib.6. Item quia deuenit ad eum casum,à quo non potuit incipere ideo vitiatur.ff.de seru. l.pro parte.&.ff.de re mili.l.qui cum vno.§.reus.quia sicut superueniens dignitas temporalis eximit quem ab alterius potestate, vt in authen. sed Episcopalis.p osita. C. de epis.& cler.l.sascrosanctæ. &. C. de dec.l.fi. ita multo fortius dicitur,ꝙ superueniens dignitas spiritualis debet eximere à iurisdictione laicorum,vt. C. de hære. auth. Gazaros.Item quia per assumptionem ordinis est posteà defendendus excusando.ff.de vaca.mu.l.3.in princ.& l.his honoribus.§.1.ff.si quis cau.l. qui autem.ff.de excu.tut.l. spadonem.§.si autem.& l.iurisperitos. & ff. de arb.l. hoc distinguemus.§.sacerdotio.Respon.distinguendo.Nam si constat, quod laicus propter commissum delictum efficiatur clericus in fraudem,& causa euitandi pœnam delicti, puniendus est per iudicem secularem, per iura primò alle.& maximè per l.hos accusare.in fi.primi responsi.ff.de accusat.& de adul.l. si maritus.§. legem. fraus autem præsumitur,secundum Dy. si iam erat accusatus,vel in crimine deprehensus,per.l.post contractum.ff.de dona.Si autem non constat,nec est fraus præsumpta, etiam puniendus est per iudicem ecclesiasticum, per iura secundò alleg. arg.ff. de bo.co.l. fi. maximè vt cum de damnatione agitur, deprehenditur in habitu.probatur extra de sententia excom.c.si
9 iudex libr.6. vel dic vt ibi not. Sed rursus † quæritur, quidam post delictum commissum fit nouiter incola alterius loci, vel se transfert ad alium locum, vbi primò domicilium habebat,contra quem iudex loci,vbi deliquerat procedit,& eum ex contumacia ponit in bannum,iudex verò loci vbi nunc inuenitur delinquens, procedit contra eundem ex eodem delicto,quæritur vtrum de iure possit? Et videtur,quod non, quia quoties de delicto est semel cognitum,non debet amplius cognosci,siue absoluendo.ff.nau. cau.stab.l.licet.ff.de accusa.l.si cui.§.2.ijsdē criminibus.C. co.l. si quis homicidij. siue etiam condemnando, vt.ff.de accu.l.senatus.& de exce.rei iud.per totum, cum non debeat de delicto eiusdem hominis sæpius queri.Sed in casu proposito iudex loci delicti cum semel quæsierit eum ex contumacia condemnando, sequitur quod secundus iudex eum punire non debet.Contra,quod sic, non obstante dicto banno,quia per bannum non dicitur à pœna delicti absolutus, vel condemnatus. Non.n. fuit nomen eius receptum inter reos, quod fit per litis contestationem.ff. de adul.l.si maritus.§. prescriptiones.C.e.l. adulteram.& ideo diffinitiua ferri non potuit. C. de lit. contest.l.1.in authen.de exhiben.reis.§.si verò.C.de accu.l. absentem.ff. co.tit.l.4.Et si obijciatur,ꝙ licuit ex forma statuti,quo cauetur vti etiam ꝛtumax possit diffinitiuè condemnari:respondeo, ꝙ ex tali condemnatione nulla pœna est secuta, vnde condēnatio opitulari nō debet.ff.de de excep.rei iud. l.euidenter.nec ex suo delicto, vel ex sua improbitate debet actionem,vel lucrum consequi.ff.de furt.l.itaque.ff.de interd. & rele.l. relegatorum.§. fin. & de nego. gest. l.siue hereditaria. hoc videtur verius. quòd bannum fuit ratione contumaciæ, & etiam pro delicto aliter fuisset punitus: nam si præsens fuisset, sine pœna non euasisset.

10 Quarto quæritur, Quid si † Mutinæ furvnum furtum commisit aliud Parmæ, nec inuenitur, quòd fuerit de aliquo prædictorum punitus,nunquid si deprehendatur per Potestatem Parmę, possit eum furcis suspendere? quod videtur, quia sæpius commisit.ff.de pœn.l. capitalium.§. famosos.& quia binus actus inducit cosuetudinem.C.de Epis. au.l.3.& quia sæpius comittendo videtur famosus, id est fama,vt ibi vī.Et no.quòd plura delicta concurrentia aggrauant pœnam delinquentium,quia grauius puniuntur.ff.de re mil.l.non omnes.§.qui desertioni.&.C. de rap. virg.l.1. §.fi. Econtra videtur,quòd non: quia in territorio Parmę vnum tantum furtum commisit, de quo tamen habet punitionem Potestas Parmensis,vt in authen.qua in prouincia.C. vbi de cri.agi opor.ff. de offi. præsi.l.1. & secundum omnes,fustibus erit puniendus regulariter pro vno furto, quod in loco suæ iurisdictionis cōmisit, vt in authen.sed nouo iure.C.de ser.fug.vnde de alijs,nil ad eum,vt ff.si ser. vend.l.loci corpus.§. competit. Constat.n.ꝙ de alijs non est iudex per eandem.l.3.& dictum est plenius s̄.in prin.huius tractatus, imò,quod ob alia maleficia,alibi commissa, est remittendus ad locum criminis, puniendus per suum iudicem, vt in auth.vt nulli iu.§. si verò quis comprehensorum.& de accus.l.si cui.§.fi.& hoc videt verius.Sed Gui. de Suza. secundum feroces rectores contrarium seruat: dicens,ꝙ constat eos tunc famosos esse,& ideo,vt famosi
11 puniendi sunt. Et intelligit † ꝙ binus actus inducat consuetudinem in criminalibus, aliàs non, vt extra. de cau. pos.& propriet.c.cum dilectus. Qualiter autē quis puniatur pro pluribus furtis, dic vt plenius no.ff. de pœnis.l.capitalium.§.famosos. de causa, dic, ut in authen. sed nouo iure.iuncta gl.ibi.C.de seruis fug.

12 Quinto quæro, † Qn̄ plures sunt iudices, qui parē habeant iurisdictionem in causis,vt puta Potestas, & Capitaneus,quorū vterque habet iurisdictionem in maleficijs,& eius cognitionem, vt est in aliquib. ciuitatibus,vt Perusij. Vel pone in scholaribus,qui habent tres iudices,vt in authen.habita.C.ne fil.pro pat. vel pone in iurisdictione præsidis prouinciæ,& rectore ciuitatis illius, vt puta in Marchia, vel in patrimonio. Modò accidit ꝙ perpetratum est delictum in illa ciuitate,vel territorio, cuius occasione rector prouinciæ,& Potestas illius ciuitatis incipit procedere, quæritur quis eorum præfertur? & præferendus est, qui in citatione præuenit,ff.de iudi.l.si quis posteà.& l.vbi cœptum.
13 & c.proposuisti.extra.de fo.comp.Quid,† si ita concurrāt in citando ꝙ non appareat quis prior, & quis posterior citaue rit? Et primò videtur, ꝙ inuicem se impediant per concursum, & qui prœuenit, procedere,debet ff.de leg.1.l. huiusmodi.§.fi.C.qui admit.ad bo.pos.l.fi.ff.de reb. dub.l. quoties. vnde ratione incertitudinis neuter admittendus videtur.ff.de vsufr.l.si quis.§.interdum.& de re iu.l.à diuo. Ad idem,quia vbi ratio aliàs,citatio,ista inuenitur eo.tempore, & die confecta, ita ꝙ non appareat quod fuerit primum, & quod posterius ratione incertitudinis neuter valet.ff.de bo.poss.secūdū tab.l.1.§.1. & ibi not.& in §.si quis. Ecōtrà videt, ꝙ vterque habeat iurisdictionem.ff.de excu. tu.l.si vnus.§.oriundus. ne vnus per alium impediatur:qa in hoc sunt pares: quia par in parem, &c.l.ille à quo.§.tēpestiuum.ff.ad Trebel.& l.digna vox.C.de legi.Sed ex hoc sequeretur valde absurdum: quia non debet pro eodem furto citari, & ad diuersa tribunalia vocari.ff.de re iud.l.ꝫ pupillum.§.1.C.de iud.l.nulli, ff.de iud.solu.l. iam tamen. & quia de delicto eiusdem hominis non debet sæpius queri.ff.nau.ca.stab.l.1. in fi. de accus.l. senatus. Et ideo dic ꝙ vnusquisque horum rectorum in dubio consequitur medietatem illius pœnæ, & sic diuidantur inter se pro dimidia parte,& est expressum.ff.de pig.l.si fundum.§. si alio. in fin.& l.in delictis.& ff.loca.l.in operis. & ideò inter se debent conuenire quis eorum procedat, & alter desistat, ita ꝙ tempore exactionis quilibet dimidiam consequatur, vt dictum est: aliàs per superiorem compellentur concordare.ff.de excu.l.chirographis.& de pet.hær.l.3.& de præb.
14 c.ad hæc.& not.lxv. dist.can. si fortè. † Et idem dicitur in simili quæstione, videlicet quando commissum est delictum in confinio duarum ciuitatum, & dubitatur in cuius territorio est commissum.Nam ratione dubij vterque ciuitatis rector procedere potest, vt plenè not.ff. de. lib. agno.l.siue ꝫ.in beneficijs autem simul pluribus cōcessis, dic,vt extra,de præben.c.si à sede apostolica.lib.6.

Sextò

15 Sextò †Quæritur, ciuis veteris vrbis tractatum habuit, & mandauit in ciuitate Viterbij cuidã Seio ꝙ occideret ciuem Viterbiensem in Viterbio. Ibi ipse captus cõfitetur, ꝙ de mandato ciuis vrbis veteris, prę dicta commisit, qui transtulit se de vrbe veteri, & ibidem sibi mandauit ciuem occidi; rector Viterbij, formato processu, procedit ad sententiam contra alium ciuem Viterbianum mandatorem: post tempus venit talis mandans in fortia communis Viterbij, petitur contra eum executio tanquam bannitum, & condemnatum. Sed pro parte mandantis excusatur, ꝙ nullus est processus tanquam ab incompetenti iudice factus, quia rector Viterbij nullã habet iurisdictionem in eo: ideò censendus est processus nullus tanquam factus ab eo, cui ius & potestas damnandi non fuit, vt plenè dictum est. s̃. in prin. huius tractatus. Econtrà per Rectorem Viterbij allegatur ꝙ validus est ꝓcessus, ex eo ꝙ mandans prædictus mandauit secuta offensione, vt s̃. probatum est multis iuribus, & argu. Et firmatur, primò quia licet arguere de contractibus, delicta. ff. de iud. l. omnem. Sed constat, quòd ibi videtur quis contraxisse, vbi se soluturum constituit, vt l. contraxisse. ff. de actio. & obli. ergo in proposito ibi delinquisse videtur, vbi delinquendum mandauit, & sic Viterbij deliquisse videtur: quia considerandæ sunt non solum verba, sed eius effectus sequutus. C. de libe. præte. l. 3. Item, quia non inspicimus tempus conditionis appositę, sed existentis. ff. de cond. & demo. l. legata sub conditione. Igitur & hic inspicitur tempus perpetrati criminis, & locus vbi perpe tratũ est quasi præcedentia ex post facto confirmentur. ff. de reb. cred. l. proinde. Ideò Viterbij dicitur esse commissum. Itẽ quia ad confirmandam donationem factam inter virum, & vxorem, non attenditur tempus factæ donationis, sed illud tempus, ad quod confirmari potest, scilicet, mortis, vt ex tunc valeat, vt. ff. de don. inter vi. & vxo. l. si eum. §. fi. & l. seq. & ff. de admi. tut. l. seruus. ideò sic punitur mandãs, sicut mandatarius. C. de accu. l. non ideò minus. imo mandans pro principali percussore habetur. ff. ad Silla. l. fin. & si percussit, tunc consummatum est mandatum per consummationem delicti mandati. ff. de verbo. signifi. l. sæpè. ad fin. Igitur, & si inspiciendum est delictum consummatum, igitur & locus vbi consumatur, ad illud referendo. d. l. proinde. Ecõtra videtur ꝙ iudicium sit nullum, tanquã factum ab incompetenti iudice, cum in ciuem vrbis veteris nullam habeat iurisdictionem, mandatum autem interuenit extra territorium Viterbij, vt s̃. proponitur: ergo &c. arg. ff. de iũ. l. eum quem. & in l. fi. ff. de offi. rect. prouin. l. 3. C. qui pro sua iurisd. l. 1. & ideo ad locum delicti remittendus est, vt ibi puniatur, vt in authen. vt nulli iud. §. si verò quis comprehensorum, cum sit delictum graue. Si verò esset leue in loco delicti puniretur, vt eo. tit. §. si quis verò cognoscat. & no. 3. q. x. in prin. & hoc videtur verius. Ad d. l. contraxisse. respondeo, quod hęc lex non obstat: quia in casu nostro plura facta, seu delicta commissa fuerunt aduersus quemlibet pro se; sed ibi prouisio aliàs promissio & solutio sunt ad idem, quo ad obligationem dissoluendam, ideo diuersum. ¶ †

16 Quod autem dixi de remittendo ad suum iudicem, intelligitur de vrbanitate, non autem cogitur, vt not. ff. de accu. l. si cui. §. fin. Sed contrà, prouinciæ iudex non tenetur reum fugientem remittere ad locum delicti, vbi puniendus est, & ita loquitur d. §. sive rò. quis comprehensorum. qua judex loci delicti cognoscit, & punit. ff. de accu. l. fin. & d. authen. quia in prouincia. Sed cum non sit graue, sed leue delictum, tunc suæ prouinciæ iudex non cogitur remittere, sed puniet ipsum, vt in authen. vt nulli iudi. §. si verò cognoscatur. & not. 3. q. 6. ex prouincia. vt s̃. dixi.

17 Septimò quæritur, †Nũquid morte delegantis finiatur iurisdictio delegati? Et distingue, aut delegans moritur naturaliter, aut ciuiliter. Item aut moritur re integra, aut non. Primo casu, scilicet quando moritur naturaliter, & re integra, in totum finitur iurisdictio delegati, vt ff. de iurisd. om. iu. l. & quia. Insti. mandati. §. rectè. & extra. de offic. delc. c. licet. & eo. tit. lib. 6. c. si delegatus. à contrario sensu. Si autem moritur ciuiliter, puta quia relegatur, deponitur, vel excommunicatur, vel deportatur, tunc si est res integra, finitur delegatio, vt ff. de lega. 3. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de iure fisc. l. Statius. §. fi. ff. de do. inter vir. & vxo. l. cum hic status. §. si donator. & d. c. licet. Ad idem quod no. extra, de offi. dele. c. 1. lib. 6. In alio verò casu, quando delegatus re non integra moritur, ꝙ est ex sola citatione etiamsi ciuiliter, siue naturaliter moriatur delegans, non expirat iurisdictio delegati. ff. de iud. l. venditor. §. 1. quia per citationem perpetuata est iurisdictio, vt extra. de offic. dele. c. gratum. & d. c. si delegatus. & d. l. & quia Prędicta fal-

18 lunt †in delegato Papæ, cuius delegatio obitu non finitur committentis, sed tanquam ordinarius remanet in iurisdictione sibi concessa, etiam post obitum committentis, nõ inspecto quod res sit incepta, vel non, vt extra de offic. de-

19 leg. c. 2. lib. 6. † & ibi no. idem in officiali, vel vicario episcopi. quia licet sit extraordinarius, vt extra. de de ꝓfuc. ca. nõ putamus. libr. 6. non tamen re integra expirat iurisdictio eius obitu committentis, vt not. de offi. vic. c. 1. lib. 6. vnde summi Pontificis est speciale propter dignitatẽ, & hono-

20 ris prærogatiuam, vt s̃. dictum est. vt. d. c. 1. † Sicut etiam nõ finitur officium executorum ad exequendam aliquã gratiam, vel præbendam ab apostolica sede ꝓcessam, licet re integra concedens moriatur. extra. de offic. deleg. c. si su-

21 per gratia. lib. 6. † Sed quid de procuratore? Dic ꝙ procurator re integra reuocatur morte constituentis, vt C. de procu. l. procurator. nisi sit factus dominus per litis contestationem: tunc enim non reuocatur, vt eod. titu. l. nullum. Item in alio casu mortis constituentis non finitur mandatum, si dominus procuratore præsente, & volente satisfecit pro eo: quia tunc etiam lite non contestata non reuocatur, vt. ff. eod. l. si defunctus, si autem sit procurator ad negotia, dic qđ reuocatus est morte domini. ff. man. l. inter causas. & Inst. eod. titu. §. rectè quod est verũ, si res est integra, scilicet, nõ inceptis negotijs, vel negotiationi ceptæ non connexis. Si vero res non est integra, vt quia sunt cœpta iam negotia, vel eis connexa, moritur dominus, tunc procuratio durat. ff. de inst. l. si quis mancipijs. §. si impubes. extra. de off. dele. c. fi. §. officium. lib. 6. & ff. de nego. gest. l. eum actum. & l. atqui natura. §. Scæuola.

22 C. vbi causa pupil. l. 1. & de pac. pig. l. fin. Sed quid †ècontrà, si moritur is cui facta est delegatio? dic ꝙ si moritur re integra, nõ extinguitur eius iurisdictio, sed reuertitur in delegantem. extra. de offic. delega. c. 1. lib. 6. Si autem moritur re non integra, extincta est iurisdictio eius, quia non reuertitur, vt dictis capitulis; & argu. eius quod legitur. & not. ff. man. l. inter causas. in prin. & l. si quis alium. §. morte.

23 Octauò quæritur, †Quid si fiat delegatio pluribus iudicib. de eadem re, nec in delegatione est adiecta clausula, quòd si non omnes, &c. quæ ponitur ext. de off. dele. c. vno, an si aliquis eorum preueniat in cognoscendo, erit potior alijs consocijs suis? Primò videtur ꝙ sic ff. de iurisd. om. iud. l. cũ quædam. etiam si nondum tulit sniam. d. l. 2. ij. rñso. Ad idẽ. ff. de procu. l. si plurib. & qđ no. ff. de iu. l. vbi. & qđ no. in l. 1. C. ẽt per procu. &c. quod no. in authen. habita. C. ne filius pro pa. ff. de leg. 1. l. si plurib. in fi. Ad idem. ff. de iudi. l. si qs posteà. extrà, de foro comp. c. proposuisti. Ecõtra videtur ꝙ non. quia cum duob. cã committitur, in dubio omnib. commissa vr̃, vt. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. cum in plures. pe. rñso. Igit̃ snĩa vnius nõ tenet. extra, de offi. dele. c. cum cãm matrimonij. ff. de re iudic. l. duo ex tribus. Vñ vr̃ ꝙ nõ sit potior. ff. de nox. l. si quis à multis. & ff. de pecu. l. si verò. In quib. dr̃, ꝙ non præuenitur agendo, vel litẽ contestando, nisi perueniat ad snĩam, sed dic ꝙ primum verius est, & cum alijs casibus soluitur. Ideò solue sm Dy. vt ipse no. in d. l. si plurib. §. fi. sed in quæsito perdẽdo desideratur

24 snĩa. l. si quis à multis. s̃. ff. de noxa. † Quandoque autẽ adijcitur clausula, ꝙ si non omnes, &c. vel illa, ꝙ nõ sit melior conditio occupantis: tunc siue vnus, siue alter incipiat, tñ collegam non excludit. d. §. cum in plures. & d. c. 1. extra de proc. c. si duo. li. 6. Idem si non sit ibi clausula insolidũ. Nam quilibet agit pro parte d. l. si pluribus. ita tñ vt simul procedant, vt dictũ est; hoc in delegatis, secus in ordinarijs, qlibet per se, & seorsum habet iurisdictionem, vt. ff. de offic.

25 proconsu. l. prima. Et non † facta coniuncta commissione, vel electione de plurib. ad aliquod officiũ, vel iurisdictionem exercendã, absente vno eorũ, vel recusante, interim totius iurisdictionis exercitiũ pertinet ad collegã, q exercitiũ occupauit, vt ff. de app. l. Imperatores. §. si magistrat⁹.

26 Nonò quæritr̃, †Nunqd assessor præsidũ, habeat iurisdictionem inferendo snĩam quib. assidet? Et dic ꝙ non, sed sunt ferendę per eos, s. prędides, vt no. ff. de officio assess. l. 1. in gl. fi. Vnde snĩa lata per assessores non valeret, nisi eam ferant ex delegatione à præsidibus eis facta, vt in cãdem gl. quæ innuit,

etiam

etiam si sint causæ ciuiles,vel tales criminales, quæ delegari possunt,vt ibidem dicitur. sed de consuetudine secus
27 obseruatur in ciuilibus.†Item dicit ꝙ remoto præside ante tempus,dicitur culpa assessorum,licet autem contra,vt sibi imputet,qui imperitum elegit.ff.de rei vendi.l. vtique §.fin.& ibi not.& vide quod not.gl.in l.2.C.de officio eius qui vic.alte.gerit.

28 **Decimò quæritur,** †Quidam de præsidentibus ciuitatis iuit extra territorium,vt puta quando ciuitas eorum facit exercitum contra aliquod castrum extra ciuitatis territorium consistens,nunquid habeant illi iurisdictionem mãdandi inter suos subiectos:Certè dicendum est ꝙ non, vt 2.q.2.c.1.quia ibi priuatus est,vt no.s.in prin.tituli:sed cautela est,vt vel ante exercitum, vel post in loco sui territorij faciant reformari,vt quæ in exercitu fiant, valeant,per
29 ea,quæ not.in cap.sententia.2.q.vij.†Primo quæri potest, nunquid præsidentes habeant iurisdictionem puniendi suos familiares in iurisdictione,siue in officio delinquentes.quod videtur ff. de custo.re.l. milites. & de pœnis.l. si quis forte.§.si quos comites.& aliàs per l.2.ff. de off. præsi. licet posset dici contrarium,vt.C.de offi.præsi.Aug.l.2.sed ibi forte loquitur de ordinarijs iudicib. vnde in eorum priuilegium, quia forte habebat per se officium adminis-
30 trationis à populo.†Sed vlterius quæritur, nunquid præsidentes possint cognoscere de iniuria eorum familiarib. illata?Et primo Petr.videt ꝙ sic.ff.de arbi.l.etiam. de iud.l. in priuatis.Econtrà videtur,ꝙ non,quia ille loquitur in ciuili,sed in criminali non videtur.ff.de iurisd. om.iud.l.qui iurisdictioni.sed do.Iac.de Are.dicit ꝙ sic,quia per hoc videtur suam tueri dignitatem.ff. de offi. præsi.l. obseruandum.& tunc non est dicenda quæstio potestatis,sed dignitatis,vt C.de hæret.l.Manichæos. Ad hoc facit quod no. ff.ad Muni.l.de iure.& 2.quæs.vij.c.si quis Episcopus. Iure vero Decretalium non distinguitur, vt extra. de præb.c.1.
31 lib.6.†Postremò dic, ꝙ licet iudex non possit extrà territorium suum,vel prouinciam iudicare,vt ff.de iud.l.1.& ff.de interdi.& releg.l.relegatorum & §.sicut.& §. si quis.& dixi in prin.huius quæstionis,nec etiam potest ibi ordinare,vt not.1.q.2. extra voluntariam iurisdictionem potest idem exercere,& de legare,vt no.extra de verb. sign.c. ex parte. Item potest absoluere excommunicatos suos in quacunque prouincia, vt ibi. Pro tribunali autem sedere in alterius prouincia non potest, vt extra. de offi. leg.c. nouit, item non parochianum alterius prouinciæ ad pœnitentiam recipere.vt not.extra.de sepul.c.1.

32 **Vndecimò quæritur,** † Si corã syndico, qui habet aliquem officialem syndicare proponitur, vel institui tur actio de aliquo maleficio personali,quod dicitur commissum per eum officialem, qui syndicatur suo durante officio, vt puta de homicidio, vel alio crimine personali commisso cum eius durabat officium, nunquid habet iurisdictionem cognoscendi, & puniendi?Et primò videtur ꝙ non quia syndicus non habet merum, vel mistum Imperium,sed solam cognitionem,& punitionem de administratis,neglectis,vel ablatis per illum officialem occasione illius officij, de quibus puniẽdus est per iudicem illius loci, vbi officium gessit;de alijs potius videt cognitio rectoris succedentis in illo officio siue alterius, qui de hoc habet iurisdictionem, quàm ipsius syndici, quia ad ipsum nequaquam spectat cognitio meri, vel misti secundũ formam statuti. Econtrà videtur ꝙ possit, quia examinator villicationis audire debet generaliter omnem villicationis speciem,& ipsum de omni eo, quod commisit,punire per c.qualiter, & quando,el.2.extrà de accu.sed generalis nũquam syndicatur de omnibus in officio contingentibus audire, & cognoscere debet, quia q omne dicit,nihil excludit.extra,de maio.& obe.c.solitæ.in fi. & quia verbũ gñaliter ꝑ platũ gñaliter,est intelligendũ.ff.de ser.vrb.ꝓdio. l.si seruitus.videtur ẽt ꝙ oĩs syndicus de ꝓdictis punire nõ possit, cum in generali commissionem non veniant, nisi nominatim spaliter demonstretur.ff. de off. eius cui mãd. est iurisd.l.1.extra,de offi.vica.c.1.lib.6. Vnde dicẽdum est, ꝙ omnis sua authoritas depẽdet ex forma suæ electionis, & potestatis illi attributæ.ff. de arb.l. non distinguemus.§. de officio.Sed cum dictus officialis dictum delictum commisit,suum officium exequendo,an tenetur,vel non,dic vt plenè not.infra d. q.2.q.3.

33 **Duodecimò quæritur,** † Quidam accusauit- in curia Bononiensi Titium ciuem Parmensem, quẽ dicit deliquisse in territorio Bono. dicit accusatus,ego dico,nõ animo litis ꝓtestandæ, hoc delictũ me non cõmisisse. sed posito ꝙ delictum probaretur, ego declino forum vestrũ, quia non estis in hoc iudex competens: nã hoc maleficiũ est commissum in regno,eẍ. vestrum territorium,vñ non habetis de hoc notionem: iudex aũt mandat ꝙ rñdeat:cũ ex serie causę appareat eũ esse iudicem.replicat accusatus, dñe,ista exceptio est emergens, & ideò prius est tractãda. ff.de lib.cau.l.liberis.§.fi.C.de ord.iud.l.1.de dilatio.l.à procedente:ita ꝙ cã cognita,pronunciare debetis vos esse iudicem,vel nõ esse.ff.de iud.l.si qs ex aliena. Dic secundum Guido.de Suza. ꝙ procedendum est super accusatione & in processu apparebit,quem finem causa habere debeat.C. qui accu.non pos.l.1.nam si constiterit de territorio, tunc non valebit processus,sed extrà territorium remittit ad suũ iudicem,vt s.in q.vij. in pronunciando se non esse iudicẽ. per dicta iura. Si autem de necessitate sit pronunciandum
34 dic,vt j.de q.verè emergẽtib⁹.q. pen. † Circa materiã huius tract.sciendũ est,ꝙ iurisdictio est nomẽ generale comprehendens merum, & mistum imperium, sed non conuertitur, quia non omnes, qui habent modicam coercitionem, habent omnem iurisdictionem, vt not.ff.de iurisd. om.iu.l.Imperium. & quia non omnes, qui habent hanc iurisdictionem, habet merum imperium.& mistũ.Omnis enim minor magistratus hẽt iurisdictionẽ, & ꝑbet authoritatẽ manumittere volentib. aut apud eũ instra aperiunt, & pecuniarias cis iudicat,& leues criminales, vt not.in d. l.Imperium.ergo,&c.vocatur modica coercitio,vt eo.tit. l.mandata.§.1.Et possunt hæc omnia alteri delegari,d.l.1.2. responso,& ff.de iurisd.om.iud.l.Imperium.in fi.l.solent.& l.prætor.de offi.vica.c.licet, & c. cum generali non tñ ille magistratus habet merum imperiũ, & mistum, quia illud non competit nisi maioribus magistratibus, de quib. habetur in d.l.1.in gl.in verb. tribuũtur.de offi. eius cui man.
35 est iurisd.†Ea verò,quæ competunt iure magistratus, vt maioribus,sicut merum imperium, quod consistit in facinorosos homines animaduertere, & mistum imperium cõsistens in missione in possessionem,vt d.l. Imperium, alteri demandari non possunt,vt d.l.1.maximè punire. vt d.l.1. §.huius rei. Quæ enim meri, vel misti imperij sunt per libellum, id est iudicem delegatum expediri non possunt, vt d.l.1.de offi. procon.l.nec quicquam.§.vbi decretũ.ff.de offi.procõ.& maximè hęc nõ veniunt in gñali delegatione.vt ea.l.in prin.Vt ergo delegatio meri, vel misti imperij valeat,duo ſm ius ciuile requiruntur,s.specialis cõmissio,& ꝙ ad esse non possunt,vel abesse necesse contingãt, vt ibi: sed tunc non venit vltimum supplicium,nec membri mutilatio,nisi quo ad cognitionẽ tñ,vt ī authẽ.de coll, §.ad hęc prohibemus.de iure can.ea quę sunt meri,vel misti imperij,de quib.no. ext.de offi.leg.c.qđ traslationẽ.possunt delegari, & à præsente, si specialiter cõmittantur.ex. deoffi.ord.c.qđ sedes,dicit,23.q.4.illud.exrta,de rap.c.in archiepiscopatu.& non solum quo ad cognitionem, sed ẽt quo ad examinationem,vt dicit,mere quoq; talis delegatio facienda est habenti iurisdictionẽ,vt puta alicui magistratui,vt no.in l.1.de offi.eius cui man.est iurisd.& c.qđ sedes.Princeps aũt hęc oĩa delegat, vt.ff.de testib.l.3.§.idem diuus,& no.in d.c.illud.Patet ergo ꝙ in terris ecclesię nõ est dubiũ,ꝙ possunt cõmitti, vt dictũ est:dicũt.n.in alijs ꝓuincijs,iudicem de consuetudine obseruare contrarium.

TRACT. CASVVM

DE QVIBVS CITATIO NON VALET,

Secundum Bartolum.

QVando Intrà angusta tpa,vt 5.q.2.ca.1. & vlti.Qñ non exprimit causa,qua re sit citatus. 5. q.2.c. vlti. Qñ nimis maturatur peremptorium.c.dilecti.de dilationibus, extrà. Non valet ratione tẽporis, vt quia fit die feriata, vt extra. de ferijs.c.conquestus. Ratione loci, vt si fit extra diœcesim vltra duas dietas,vt extrà.de rescript. capi nonnulli.Si fiat ad locum periculosum,vt extra de appell.c.ex parte.& ex qui.b.cau.maio.l.metum.in glos. & ad Trebel.l. de ętate.& vt lit.non contest.cap.accedens. Ratione iudicis, si est euidens quòd non sit iudex,vt extra de offi.delega.c.ex literis. Si rescriptum apostolicum non seruatur, vt extra de offic. delega.c. cum in iure. Si euidens est iudicem esse inimi-

inimicum,vt 3.quæstio.5. cap.quod suspecti. Si citatur spoliatus,ante restitutionem factam.vt 3.quęst.2.cap.si Episcopus . Si libertus citet patronum.i.3. quæstio.3.c.si testes.§. liberti aduersus . Vbicunque euidenti exceptione potest quis se tueri,vt ff.de iudi.l.non videtur. sed vbi est dubium debet ire allegaturus priuilegium,vt extra,de appella.cap. si duobus.l.ex quacunque sunt. si quis in ius voca.non ierit . & l. si quis ex aliena.ff. de iudic. Sciendum tamen est, quòd si citatio nulla est,& citatus non defenditur, proceditur,vt ff.iud.solu.l.si reus. Hi casus not.3.q.2.c. si Episcopus.in glo.in verb. conuocari . Vbi vide plura alia in fine versi.inuenio tamen,&c.

RITVS IVDICIORVM

AD PRACTICAM PER DOMI.

Bar. à Saxoferrato.

Aliàs dicitur Tractatus , quem debent seruare Iudices in cognitionibus, & decisionibus causarum .

ADDITIO.

a Tho.D. ¶Ritus iudiciorum. Adde,ꝙ iste trac. sine glo.est.Bar.& ita inueni in 3. li. consi.char.114.qui tractatus fuit postea glossatus , prout in primis impressionibus inuenitur, & confusè. Quis autem glossauerit ignoro , tamen hic est positus tractatus istc Bart.pro textu,& postea additio sine glossis.

ab cd  Emoriæ [a b] Iudicis , [e] qui in tribunali[d] quolibet
c præest,occurrũt infra scripta seruanda, [e] circa cognitionem , & decisionem causarum quarumlibet, vt in
f eis ordinatè [f] procedat . Item ꝙ
gh Iudex[g] facilem[h] se præbeat in audiendis clamoribus [i] quorumcunque q-
i bus auditis,conuenientem[k] petenti
k lm fieri faciat citationẽ . [l] ¶Item ꝙ si ex querela[m] facta com
n petat actio curiæ,iudex inspecta defensa [n] & alijs crimini-
o bus , [o] in quibus ex officio proceditur , non aliàs citationem concedat,nisi denuncians obliget se apud acta ad cer
p tam pœnam[p] de prosequendo,& probando posita,ita quòd
q curia inde obtineat. ¶Item quòd super quocunque[q] negotio sit facienda citatio,quæ contineat rem,quæ petitur:petendi causam:nomen actoris,& rei; & coram quo sit quæ-
r stio agitanda. ¶ Item quòd assignata [r] responsali per cita-
s tionem , scribatur dies præsentationis [s] ipsius responsalis apud acta,scilicet talis baiulus præsentauit tali die apud talem locum pro tali contra talem . ¶Item ꝙ veniente ter-
t mino citationis vocetur citatus ad instantiam actoris , & si non compareat,accusetur eius contumacia in termino
u & scribantur apud eum acta, & si citatio incidat [u] in diem
x feriatam,vocetur die seq. ex præcedenti die . ¶ Item post[x] primam citationem expectetur vocatus per triduum de
y æquitate : quo termino elapso iterum vocetur [y] citatus in
z curia,& si non compareat , instante accusatore, bannia[z]tur, si quæstio criminalis est:si ciuilis,non bannitur , sed damnetur ad tertiam partem bonorum mobilium reperto-
a rum, [a] & decernatur actorem mittendum in possessionem bonorum suorum repertorum pro mensura debiti declarati. Et hoc habet locum in curia iustitiarij : nam in curia baiulorum non damnatur ad tertiam partem bonorum,
b mobilium , sed ad pœnam vnius Augustani [b] tantum,decernendo mittendum in possessionem pro mensura debiti declarati , quod debitum declaratur secundum consuetudinem regni,quæ incipit,Contumacem . & in illa constitutione,quæ incipit,Rei vendicatione conuentus.& si-
c mili.Item reus[c] si compareat in termino,offerantur duo li
d belli[d] in curia per actorem. quorum vnus apud curiam remanet,alius à iudice assignetur conuento , & hoc scriba-
e tur apud acta in hac forma : Die tali [e] talis mensis apud talem locum libellus præsens oblatus est in iudicio,& apud acta per talem,& similiter per curiam oblatus est,& lectus dicto præsenti conuento,& recipienti eum.Item si lecto li-
f bello,[f] petat conuentus terminum ad proponendum exceptiones dilatorias , detur sibi : dummodo nominet vnam exceptionem incontinenti . secundum quòd cauetur iure canonico,licèt non multum expressè dicatur ibidem , & hæc omnia scribantur apud acta , vt dicitur extrà, de exc.c.pastoralis , in glo. & in const. regni, exceptiones
g dilatorias. Item si opposita exceptione [g] dilatoria incontinenti de ea non constet,sed dilationes requirat, debet iudex recipere sacramentum ab opponente , ꝙ non faciat animo calumniandi,seu prorogandi. & propterea pro firmo se credat probare posse, quam postea si non probauerit in termino sibi dato,opponens ad expensas omnes,sa-
h i cramento partis cum taxatione iudicis declarandas, damnetur.[h] Item si lecto libello reus non opponat dilatorias, sed lis contestatur, incontinenti scribatur litis contest. in
k hunc modum,Die tali[k] apud talem locum dictus talis conuentus lecto sibi dato libello lit. contest. negauit posita in libello:saluis iuribus,& defensionibus suis sibi competentibus,& competituris . Si verò fit litis contestatio per
l procuratorem,fiat per verbum ignorantiæ, [l] de ineptitu-
m dine[m] libelli semper protestatione præmissa.Item post lit.
n contesta. [n] recipiatur sacramentum calumniæ ab vtraque parte,secundum formam consuetam iuri,& authen. signatæ.C. de iuram. calum.authen.principales. Item post iura-
o mentum [o] calumniæ detur terminus ad probandum vtrique parti,& hoc scribatur apud acta curiæ . Item dato ter-
p mino[p] ad probandum offerantur defensiones , articuli , & exceptiones in causa , scribatur dies receptionis ipsorum, hoc tamen attento, ꝙ offerantur die , quo contestatur lis, vel sequenti,per principales personas . Sed si per procuratorẽ causa agitetur , debet procurator offerre etiam articulos generales eodem,vel sequenti,vt suprà.aliàs autem intra terminum sibi datum ad probandum offerre potest & hæc omnia apud acta scribantur cum diebus , & locis quibus offeruntur , videlicet , die tali apud talem locum præsentes articuli , siue exceptiones oblatæ sunt in iudicio, & apud acta per talem saluo iure impertinentium.re
q cepti . Item ꝙ si testes producuntur,intra terminum iu-
r rant[q] aduersa parte præsente, vel contumaciter absente.& hoc scribatur apud acta,videlicet,die, tali , apud talem locum prædicti testes producti per talem contra talem , in tali causa iurati sunt corporaliter ad sancta Dei euangelia dicere veritatem super articulis, siue exceptionibus in ipsa causa oblatis,prętermissis prece,pretio,[r] odio, vel amore,parte præsente,& protestante contra personas,& dicenda per eas,vel si pars est contumax, parte contumaciter ab
s sente cuius contumacia primò accusetur,seu accusata pro
t betur , antequàm iurent testes . Item si testes [t] iurauerint die non feriato,possunt etiam examinari die feriato.Item postquàm sunt testes producti examinentur in secreto,[t] & interrogentur de causa scientiæ , loco & tempore , &
u alijs circunstantijs [u] diligenter.Item post examinationem
x testium [x] intra terminum post elapsum terminum datum ad probandum,vel intra terminum,dummodò per partes renuncietur eidem termino, fiet publicatio in hac forma. Die tali apud talem locum partibus præsentibus,& volentibus , facta fuit publicatio testium hinc inde productorum , & datus est terminus vtrique parti ad recipiendum
y copiam eorundem vsque,& per totam talem diem , [y] quæ copia data,vel non,si aliqua partium. vel ambæ eligant reprobare testes , detur ei terminus competens ad hoc, in
z forma quæ sequitur,Die tali [z] ,apud talem locum,talis elegit reprobare testes partis aduersæ,cui datus est terminus ad reprobandum vsque,& per totam talem diem. Post verò examinationem testium ad repulsam productorum debet fieri publicatio testium in simili forma . Post hæc verò aduocati facient rubricas de dictis testium, & recipiantur rubricæ , licèt hodie non multùm habeatur in vsu. Item
a post rubricas[a] factas, vel non factas,debent aduocati disputare super efficacia probationum , siue allegare in scriptis quod sibi de iure videtur allegandum cautè . Nota quòd post rubricas assumptas,aduocatis dabit iudex dilationem ad disputandum , & concludendum, aliàs allegandum in causa,de iure constitutionis regni,vt not. in text. constit.
b vniuersos,& singulos iudices. quibus peractis [b] fiat conclu-
c sio , & renuntiatio in causa,& detur terminus [c] ad audiendum sententiam in hac forma, Die tali apud talem locum facta est conclusio, & renuntiatio in causa prædicta vtraq; parte præsente , & volente , & datus est terminus vtrique parti ad præcisum peremptorium ad audiendam sententiam ipsam , videlicet per totum talem diem : hoc tamen habeat in memoria iudex , quòd à die renunciationis,seu conclusionis det suam sententiam intra decem dies , vt
d in d. consti. in vniuersos. Item ferratur sententia [d] secundum qualitatem negotij agitati , & secundum allegata, &

probata

BIU Cujas

e probata. [e] Item ꝙ post [f] ſententiæ prolationē ſi pars ſuc-
f cumbens, antequàm iudex ſurgit, viua voce appellat ab
ipſa ſentētia, eius appellatio recipiatur, & ſcribatur apud
g acta in hac forma, Die tali [g] apud talē locum dictus talis
poſt prolationem ſententiæ prędictæ, iudice ſedente pro
tribunali, ab ipſa ſententia appellauit ſtatim viua voce,
h petens cum inſtantia apoſtolos [h] ſibi dari, & proceſſum
totius cauſæ prędictæ, quorum apoſtolorum copia detur
ſibi intra.30.dies, aliàs non. Sinautē fiat appellatio, poſtq̄
iudex ſurgit, eſt facienda in ſcriptis intra decem dies enu
i merandos à die pronunciationis ſententiæ, Et oīa [i] quæ
dicta ſunt de appellatione recipienda, habent locum, qñ
reus eſt victus, vt ſuprà, ſed ſi confeſſus, tunc non auditur
appellans, neque iudex appellationem recipiat.

BAR. PRAECEDENTIVM EXPLICATIO.

a Memoriæ. Neceſſariò in ſcriptis re-
b digendæ, quia memoria hominis labilis eſt, vt C. ſi min. ſe ma. dixe. l.3. circa medium. & de veteri iur. enu. l. tan ta. §. ſi quid autem in tanta legum, &c. ibi omnium habere memoriam, &c. Et ſcriptu ra ad æternam rei memoriam eſt inducta, vt C. de teſtam. lege iubemus. §. ſed ne aliqua. ibi eorum nomina ſcribere non differant ad ęternam rei memoriam.

c ¶Iudicis. Deum primò coram ſe, & ante oculos habere debet in faciendo iuſtitiam. C. de iu. l. rem non nouam. ibi, ſic etenim attendentes ad ſacroſanctas ſcripturas, & Dei præſentia conſecrati, &c. & extrà, de accuſationibus. cap. qualiter & quando. 1. §. ſi verò præſcrip. ff. de eo. quod cer. lo. l. ꝙ ſi Epheſi. §. fi.

d ¶In tribunali. In quo neceſſe habet ſtare, & ibi ſedere. ff. de in integ. reſtitutio. l. diuus. ibi, pro tribunali ſedere. ff. quod met. cau. l. metum autem præſentem. §. ſed ex facto. ibi prętorem me aſſidente interlocutum, &c. Sed in quo loco? dic in loco conſueto, & honeſto, aliàs non valet. ff. de iuſt. & iu. l. pen. & C. de ſenten. & interlo. om. iud. l. cū ſententiam. ff. de arbi. l. cum dies. §. pen. & de interro. acti. l. voluit prætor. in fine.

e Seruanda. Quę ſeruari debeant per iudicem, & quis ritus, & ordo in cauſis criminalibus, & ciuilibus, dicitur, & ꝙbatur. C. de fideiuſ. l. fi. in fine.

f ¶Ordinatè. Vt l. conſentaneum. C. quomodo & quando iu. & in auth. qui ſemel. ibi poſita: nam ſi non ſeruat ordi nem, & proceſſum, non facit ordinatè, nec valet quod facit, vt C. de ſent. & interlo. om. iu. l. prolatam. extra de pro bat. c. quoniam contra falſam. ꝙ ſententia feratur ſuper certo inquantum poſſibile eſt, vt inſti. de act. §. curare aūt. Item ꝙ benè: nam ſi malè proferat iudex, non ordinatè, aut imperitè, punitur, vt Inſti. de ob. quæ ex quaſi delict. in princ. & ibi dicitur facere litem ſuam, imo arbiter cum malè, & iniquè decreuit, vt C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. in fi. & ibi no. Item ꝙ affectione iudex non iudicet. vt ff. de manumiſ. vindi. l. illud in cauſis. Et ꝙ non affectione conſanguinei, vt ff. de re iud. l. diuus Adrianus. in fi. cum in iudicio non debeat eſſe acceptio perſonarū, vt in d. c. qualiter & quandò. extra de accu. Et ſecundū allegata, & probata iudicet. ff. de offi. præſid. l. illicitas. §. veritas. Et ſacramentum præſtet iudex de officio fideliter exercendo: vt in authen. iuſiur. quod præſt. ab ijs. Et ſi contrafecerit, poterit de periurio accuſari. vt C. ad l. Iul. repet. l. fin. in fi.

g ¶Item ꝙ iudex. Quicunque ordinarius, & delegatus ordinem iuris debet ſeruare, probatur in l. prolatam. & toto tit. C. de ſent. & interlo. omn. iud. cum ſi. Idem in arbitris compromiſſarijs: cum arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum. vt ff. de arbit. l. 1. ſecus in arbitratore, & amicabili compoſitore, quia non tenetur, nec debet ſequi ordinem iuris, vt no. plenè ff. pro ſoc. l. ſocietatem. §. arbitrorum. cum tribus legibus ſequentibus. Nam arbiter fuit inuentus ad ſimilitudinem iudiciorum, tamen in multis locis exponitur, arbiter, id eſt, iudex delegatus, & maximè in l. arbitro. & l. ſeq. ff. qui ſatiſd. cog. Quinimo & filiusfamilias iudex eſſe poteſt, vt ff. de iud. l. cum prætor. §. fi.

h ¶Facilem. Audiendo, & reſpōdendo benignè, vt & aliàs fecit Imperator in l. precibus. C. de impub. & ali. ſub. & C. de tranſa. l. vt reſponſum. & de precib. impe. offe. l. 1. in fi.

i ¶Clamoribus. Supple nobilium, & potentium accuſare de iure. nam multi ſunt, qui ab accuſando repelluntur, vt C. qui accu. non poſ. per totum tit. ff. de accu. per totum, maximè in l. hos accuſare. cum l. ſeq. & ſeq. etiam à denū ciando multi repelluntur, vt not. extra de accu. c. cū opor teat. & c. inquiſitionis. cum ſimi.

k ¶Conuenientem. Quandò agitur, vt hic. Nam ſi citatio, & ſententia non fuerint concordes inuicem, proceſſus non valet, vt ff. communi diuid. l. vt fundus. & ff. de exce. rei iud. l. ſi ex teſtamento. in fi. cum ſim.

l ¶Citationem. Continentem quinque, vt in cōſtit. regni, quę incipit, edictorum ordinem, & ſi omittatur, non eſt de iure, quia omnium actionū ipſa citatio eſt principiū, vt Inſti. de pœna te. li. §. fi. quę citatio, niſi fiat de mandato iudicis, non valet. vt C. de exhib. reis. l. neminem. Fallit in caſibus ibi not. quando per officiales. l. ea quidem. C. de accu. cum ſimi. Et peremptoriè, dictum eſt, ad differentiā aliorū edictorū, quę no. ff. de iud. l. ad peremptoriū. cu l. ſeq. Aliud eſſet de alijs, quæ dicunt cōminatoria, & commouentur per conſtitutionem regni hodie, vt in prælle gata conſtit. edictorum. Et committitur alicui probo viro, vt citet, & reſponſalem mittat, & coram quibus, & quandò citauit, ſecundum quod vſus tenet hodie in curia regia magna, quod pro lege ſeruatur, vt dixi. Et nota, ꝙ magna curia committit alicui citationē habenti aliquod officium, puta, baiulis, iudicibus, vel notarijs aut alijs quodcunque aliud officium habentibus, vt in ipſo ritu apparet. & ff. de diuer. offic. & app. l. 2. lib. 12. Sed curia aliorum, cōmittit iuratis ſeruis, vel famulis, & eis creditſine aliquo alio teſte. & poteſt hoc probari per glo. ordinariā extra de proba. c. quoniam contra falſam. in glo. in verb. citationes. quæ incip. vt per hoc appareat. & hoc fuit de conſuetudine Longobardorum, vt ibi dicitur. & not. manifeſtè in ciuili. ſed de iure non eſſet eis ſolis credendum, vt ibi etiam tenetur.

m ¶Item ſi ex querela facta competat actio. Id eſt, competere poteſt. & eſt figura hyppallage; quia ponitur tempus pro tempore. vt ff. quando actio de pecu. eſt an. l. 1. §. quandiu. ibi, perpetua eſt, glo.

n ¶Inſpecta defenſa. Hoc eſt nouiter inductum per conſtitutionem regiam de defen. in conſt. iuris gentium, cum tribus ſeq. & dic vt ibi not. in ver. in pœnis aliter defenſa, &c. Si non obtemperat ille, cui imponitur, iure accipit tertiam partem bonorum mobilium, ſine armis: ſi cum àrmis, tunc omnium bonorum, ſpretis defenſis, i, proceditur ex officio contra eum, vt & in d. conſtit. dicitur.

o ¶Criminibus Publicis, vt ff. de publ. iudi. l. 1. & non plus eſt quàm in omnibus criminibus, quæ pœnam ſanguinis imponunt, procedi poteſt ex officio, & maximè, quando perſona pupilli, eccleſiæ, viduæ, & debiles, læduntur à potentibus, quæ omnia ſunt hodie per conſtitutionem regni, vt pœna merita. & c. tua. & c. plures. cum ſimil. vt ſunt multi alij caſus in corpore iuris ciuilis, & canonici, qui iudicis arbitrio committuntur: & in totum pœnam ſanguinis ingerunt, qui not. extra ordinem. Inſti. de offi. iudi. & dic vt ibi, quæ quidem forma procedit ſatis clarè, & dicitur extra de accuſa. c. qualiter & quando 2. & c. cum oporteat.

p ¶Ad certam pœnam. Hoc nouum eſt, quòd ad certam pœnam obliger ſe denuncians, & eſt de ritu nouæ curiæ, qui ritus (vt dixi) pro lege ſeruatur; ſed denuncians de lege conſtitutus, obligat ſe ad pœnam talionis, ſcilicet calumniæ, ſi non probat, vt not. C. de probatio. l. prima. ff. eo. tit. l. 1.

q ¶Item ꝙ ſuper quocunque. Nota ꝙ citatio quinque debet continere, vt hic, & in cōſtit. regni edictorum. & ſem per intelligas ꝙ fiat citatio de mandato iudicis, vt plenè dixi ſ. in c. 2. & peremptoriè. cum ſimilib. & pro hoc vltimo eſt tex. rotundus. in l. neminem. C. de exhiben. reis. & ibi not. Bal. qui dicit, quod de commiſſione, & mandato conſtare debet. vide eundem Bal. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. quæ autem requirantur in citatione, expreſsè declarat tex. in l. aut qui aliter. §. ſi quis ſe denunciauerit. ff. quod vi aut clam. debet enim continere nomen iudicis, nomen actoris, & rei, & dicit Bart. ibidem ꝙ citatio debet eſſe clara, & certa, & limitata vſq; adeò, vt citatio incerta ob incertitudinem vitietur, Alex. in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de verborum obligationib. per glo. primam in l. eum quem temerè. ff. de iudi. Quod autem diximus citationem debere continere nomen iudicis, intelligendum eſt de iudice ſuo, per tex.

formalem in l.extra territorium.ff.de iurisd.om.iud. & vi de de hoc Guid.Pap.decis.ccccxlv.post Dyn. in ca.ea quæ fiunt à iudice.de reg.iur.lib.6.

r ¶Item ꝙ assignata. Quòd habet facere necessariò: alias præsumitur, vt in authen.de mand.princip.§. 2. aliàs punitur pœna contempti mandati regij, vt not. plenè in constit.regni.in princip.in glo.quæ incip.Posse ex hac litera. & est in arbitrio iudicis, si pœna non est in mandato,vel citatione appositа.Sed quæro cuius expensis respõ salis citatio debeat mitti? Respond. aut in citatione respondetur, & continetur factum curiæ,aut alicuius priuati,si factum curiæ,& tunc credo quod officialis, qui habet salarium,tenetur mittere expensis suis,vt arg.C. de re militari.l.fin.lib. 12. & ad hoc etiam facit text. constit. regni, quæ incipit, grauamina. Aut illa responsalis continet factum priuati. & tunc expensis illius, cui tangit, debet mitti.& ita not.C. de statuis & imaginibus. l. fin. & C.de defen.ciuit.l. iubemus.

s ¶Præsentationis. Hoc casu non reperitur, sed factum, scilicet post tempus,quando reus,vel actor coram iudice comparere debet, & absolui,seu condemnari, vt factum indicat. Sed argumentari potest,quòd possit probari, & quòd inueniat, qui nõ debet ponere diem in rationibus cum necesse fuerit.ff.de edendo.l.1. §. rationes. Sic etiam iudex in instrumentis, vbi dies poni debet, vt in auth.de fide instrumen.per totam authen.

t ¶Item ꝙ veniente termino. Vocetur in curia alta voce tribus vocibus,vt l.consentaneum.& l.tres denunciationes.C.quomodo, & quando iudex.authen. qui semel.ibi posita.quæ requisitio appellatur.C de iudici. l. properandũ.§.& si quidem pars actoris.ibi,actorem requirere, per vocationem fortè reuocare ope illorum,qui dicũt,quòd commonitoria sunt sublata,salua eorum reuerentia.Nam satis potest dici has voces commonitorias, & tertia vice consueuit dici per vociferationem,è chi lo scusa, è chi lo defende,hac vocatione facta si venit inchoauit iudicium secundum ius,si verò non comparet, accusetur eius contumacia per accusatorem curiæ pro parte officij, vel alia persona officiali curiæ præsente,ꝙ eius contumacia sit ex presse accusata,dic,vt C.de iud.l.properandũ. §.& si quidem pars actoris.ibi, ex vna parte actoris absentiam incusante,quę omnia in seq.c.magis clarè notantur.

u ¶Incidat.Hoc etiam debet dici de ritu nouæ curiæ,quòd potest probari, quod no.do. Dyn.allegat. Nam dicit ipse, casus legis est,vbi citatio cadit in diem feriatam, & vocat die præcedenti.& sequenti,& per duas leges,vna est.C.de ferijs.l.dies festos,ibi,solemnitas incideret,differatur ergo in sequenti die.Alia est.C.de tempo.appella.l.2.ibi,prę cedentes eos dies,&c.& istę duæ leges probant,ꝙ non dicunt præcedenti, & sequenti die. cum cadat in feriatam, vt est in præalle.ritu magnæ curiæ. c. item si datus terminus.& dic,vt not.seq.hoc est de antiquo iure, vt modò dixi,& prædicabilius de iure can.extra,de dolo, & contum. c.cum dilecti.circa med.

x ¶Item post. De æquitate, quam iudex semper debet habere ante oculos, vt. ff. de eo quod certo loco. l. quòd si Ephesi.in fi.cum similibus.

y ¶Iterum vocetur.Quo vocato,& monitorium edictũ est, vt modò dixi.& no.ff.de iudicijs.l.ad peremptorium.cum l. seq. Breuiter hodie citatio abbreuiata est magis, quàm olim,vt euidẽter curiosus lector videre poterit. Nã olim per interuallum nõ minus triginta dierum, per eiusdem Regis edictum quod erat per triginta dies, hoc tempus hodie in citatione extendi non potest,sed abbreuiari pro qualitate: & illud ius antiquum,quod inducebat, iiij.hodiè est diminutum,per hoc ius,& per consti. regni illam, edictorum,vbi manifestè patet.

z ¶Bannitur.hoc nouum est secundum consti.regni: est inductum etiam in criminalibus,vt in consti.& generalia iura,&c.cum consti.seq. pœnam eorum, &c.Ad hoc,vt habeas pleniſſimam materiam,dic,vt no.Rofred. in libellis suis criminalibus,ibi,& qualiter ſm constit. regni in accusationibus conceditur.cum duobus.seq.Et dic ad maiorẽ declarationem: ꝙ si steterint per duos menses in banno, impetratur ab ea curia, à qua bannitur, vt fiant literæ de capiendo eum,& monentur per constitutio.illam,clemẽtiæ imperialis,& per illam constitu.sequi potest interim, quod dicitur,quòd si captus est bannitus, tanto tempore stabit in carcere,quanto stetit in banno. Sed officiales nostri temporis pro illo tempore, pro quo debent esse in carcere, componunt pro pecunia ciuiliter, de quo quæro, quia ciuilis non bannitur, sed damnatur, vt sequitur in constit.regni, pœnam noue,&c.

a ¶Repertorum. Hoc probatur de bo. auth. iud.poss.l.cum proponas.auth.ibi posita,ei qui.& dic, vt ibi not.

b ¶Vnius Augustani.In ꝑstõne regni,q̃ incipit,in ciuilibus aũt causis, aſs est.§.ꝑstõnis pęnam.9. vnciarum. & caue, quia posset te decipere, quia confusè loquitur. cautè no. quia in criminalibus omnia bona aduocantur ad opus curiæ: in ciuilibus decerni debet per iudicem actorẽ mittẽdum fore in possessionẽ pro mensura debiti declarati, & non in plus.Cum hoc concordat curia baiulorũ cũ curia iustitiarij,& aliorum maiorum,sed diuersificatur: quia iustitiarij damnant contumacem in ciuilibus coram eis ad tertiam partem bonorum mobilium,vt dicta constitutione,pœnam nouem vnciarum. sed baiuli nostri pro contumace,& pro quolibet mense, vt in dicta constitutione in ciuili.aliàs est.§.constõnis pęnã.9.vnciarum.quę pęna Augustani nõ excedit pęnã quatuor August. Per quatuor vices potest de ea contumacia damnari, si perseueret quolibet mense,vna quatuor mensium,quolibet mense ad vnũ Augustalẽ,vt dicit no.consti.vna.ad officium baiulorum, præcipuè circa medium.& in fi.no. eam, & sic quantũ ad hoc vr̃ correcta.l.eos,qui.C.de mod.mulct.quæ permittebat mulctari infra tres vncias de eodẽ peccato.Hodie verò quasi mulctari dẽt in præal.ꝑsti.ad offi. baiulorũ.Cętera dic,vt habes ibi in tex.Not.hunc tex.declaratũ cautè in eo,quod dicit,debitũ declarari, ſm illas duas ꝑstõnes,videlicet contumacẽ,& aliã,rei vendicatione: nã scire debetis, ꝙ in oĩbus actionib.personalibus, quæ multæ sunt in corpore iuris: & maximè in arbore loãnis,Insti.de actio. in illis habet locum,quod dicit, debitum declarari: quia mittitur in possessionem pro mensura debiti declarati,vt ſ.prox.dixi: ac per illam solã consti.tantùm;sed in actionibus realibus,vbi punitur reus in aliquo etiam ciuiliter, tunc non potest dici,ꝙ declaretur debitũ: imò falsum diceres,Sed dices, ꝙ poneretur actor in possessionẽ rei pro causa custodiæ intra annum: quod not. ſm iura antiqua petitur primũ decretum,post annũ dẽt mitti, vt adiudicetur immisso in possessionem,res illa,conuocatur,& scd̃m decretum interponitur,& possessor efficitur,si contumax est ille reus,& missus,verus dominus illus rei efficitur secundum constitu.regni,rei vendicatione conuentus,nuper proximè alleg.& sic referas prædicta,& nõ decipieris referendo constitutionem, contumacem conuentum,ad tales: & curiosus lector videre potest, & de ista materia vide in his duabus constit.& sic intelligas.

c ¶Item si reus Est ꝑtumax,tam in ciuilibus,quàm in criminalibus,ſm quod,si compareat reus,& actor non compareat,&c.Et prædicta hic,quæ locum habent quò ad crimina,aut non venit actor, quia contumax ante litem contestatam,& punitur ad sextam partem bonorũ mobiliũ,& applicatur fisco,aut curiæ, & in expensis resarciendis, vt iure antiquo,vt ff.ad Carb.l.quæsitum. Idem de iure constitutionis regni accusatorum temeritas dic vt ibi. Aut est contumax accusator post lit. contesta. & tunc condẽnatur ad tertiam partem bonorum suorum mobilium,& si esset reus, & sic iteratò citatur procurator vt veniat ad probandum, & si non veniat, puniatur in centum Aug. Ista est pœna inducta de nouo, loco Turpil.per constitutionem regni prædictã: sed in causa ciuili non video aliquid innouatum esse,ergo.l.properandum. C. de iud. qd̃ non puniatur actor, si non veniat ante lit.contesta. & sic vtimur,sed innouata est pœna in x.parte litis, si datus est per curiam terminus partibus ipsis, ad veniendum post litem contesta.quod si non veniunt puniuntur pro æqualibus portionibus in decima parte litis, vt in constitutione regni,quæ incipit,interdum.& dic vt ibi no.& Insti.de pę.teme.lit.in prin.& in auth.de lit.§.ad excludendum.

d ¶Offerantur duo libelli. Et infra.cap.prox.Sed cui offertur? Certè iudici,alioquin malè faceres, licet d.authent. offeratur. videatur dicere contrarium, sed gloss.supplet, offerantur à iudice, vel ab actore, &c. quia semper iudici fides est adhibenda,vt C.de edendo.l.procurator.de condictio.ob turpem causam.l.1. C. de litigio.auth.litigiosa, &c.denique iudex vnum det parti,vt j̃.sequitur, sed olim libellus fiebat sine scriptis, & cum scriptis, vt ff.de eden. l.1.hodie verò necessaria est scriptura, vt in dicta authen. offeratur. Sed in modicis,& in leuibus causis, quæ sunt à media vncia.j̃.non datur libellus,vt in constitutione regni,quę incipit dilationes in iudicijs,sed per caput nouũ saltem offerẽda petitio, per clementinã sępè. de verborũ

BIU Cujas

ſignificatio. Sed quid ſi reus non vult recipere, vt accidit multoties? Dic, quod iudex poteſt ipſum cogere, cum iudicium reddatur in inuitum. ff. de verborum obligationibus. l. inter ſtipulantem. §. 1. & ipſum mulctare, vt dixi ſupra, nam multa ſunt iuris remedia, quibus iudex poteſt defendere iuriſdictionem ſuam, quę nominari ſolent ex ordine. ff. ſi quis ius dicen. non obtemperauerit. in fi. dic vt ibi.

c ¶Die tali. De quo dic ſemper eſt, memor, quod ſcribatur, & ponatur, aliàs proceſſus vitiaretur, argum. rationum vbi dies, & conſul non ponitur, non valent. vt ff. de eden. l. 1. §. editiones. & ff. de accuſationibus. l. libellorum. cum ſimilibus dic, vt ibi notatur.

f ¶Item ſi lecto libello. Hoc nouum, vt lecto libello petat triduum, quod conceſſum eſt ſibi de iure conſtōnis regni hic in textu, aliàs vide plenè ibi, & extrà. de except. c. paſtoralis. & in dicta conſtōne, exceptiones dilatorias ſacramẽto prius præſtito, quod non iudicij differendi cauſa hoc facit, aliàs non auditur, vt ibi, & ĵ. prox. c. & vnam exceptionem nominare puta excōicationis, & aduerte quod capitulum hoc, locum habet tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & in dilatorijs, vt in regula conſtitutionis, ſupra alleg. curioſus lector videre poterit.

g ¶Item ſi oppoſita exceptione. Vt in d. c. paſtoralis. & in ꝙ ſtitutione, exceptiones dilatorias.

h ¶Damnetur. Nota quòd damnari debeat in expenſis, ſed nunquid in eodem iudicio, an debet ſuper his expenſis libellus dari? Reſpond. eadem ſententia fieri debet, vt C. de iudic. l. ſancimus. in authentica poſt iuſiurandum. ibi ſignata, in fine, ibi not.

i ¶Item ſi lecto libello ſic. Hic quęro vtrùm iudex, vel pars teneatur ei, qui vocatur, vulgarizare libellum. Credo de iure ꝙ non, vt ff. de inſtito. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. ſed debet venire, & habere aduocatū ſuum, qui intelligat pro eo, ſed de conſuetudine ſeruatur contrarium, vt tota die videmus fieri. ſ. in litis conteſta. ſecundum tenorem legis. C. de lit. conteſta. auth. offeratur. probare verò poterit per teſtes, inſtrumenta, literas, & cōfeſſiones partis & per alium omnem modum probandi. Item qñ ſuper aliquą interrogatione facienda parti ſuo ſacramento, ſi interrogatio fit procuratori, interrogabitur procurator de credulitate dicenda, quid inde creditur, ſic cogitur reſpōdere per verbum, credit: quòd poſſit ſic, & debet fieri, eſt regula. C. de iuramento calumniæ. l. 1. §. qđ obſeruari, in gl. in verbo, exiſtimat. & ſic poteſt dici tripliciter iuramentū hodie eſſe præſtandum in iudicio, quæ duo ſacramenta probātur de facienda calumnia. c. 1. de iuramento calum. lib. 6. & tertiū fit ex conſuetudine, quod vocatur credulitatis, vt dixi, & omnia tria genera ſacramentorum in iudicio verſantur. Caueat autem reſpondens, quòd non varius inueniatur in reſpondendo. Et hæc quidem vera ſunt in principali, quæ non habent locum in teſte per dicta iura, vt ibi not. per c. ex literis. de iureiurando.

k ¶Die tali. Et infrà negauit. & affirmauit. ſcribatur ſimiliter lite conte. confeſſus hoc, &c. bona eſt cautela, quod ſi ſaluis iuribus, &c. vt ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. l. ſi debitor. ibi, ſalua cauſa pignoris, &c.

l ¶Si verò fiat, &c. per verbum ignorantiæ. Si verò per principalem fiat lit. conteſt. oportet fieri per negationem, vel affirmationem, & animo conteſtandi litem, aliàs non valeret, vt not. C. de lit. conteſta. l. 1. &. in conſtitutione regni, dila. cum ſimilibus. ibi no. quia bonus aduocatus neceſſe habet ꝙ proteſtatio ſeruetur.

m ¶De ineptitudine libelli. Id eſt, ius in futurum, vt ff. de neget. l. Neſennius. & de verborum ſignifica. l. deteſtatio. cū ſimilibus. & quia ſi inepta eſt actio ſiue libellus, perditur lis, vt ff. de inſti. l. ſed & ſi. §. pen. & ff. ſi men. fal. mod. dix. l. 1. cum ſimilibus. Caueat autem aduocatus, quòd non alleget in iudicio falſa; aliàs puniretur de falſo, ſicut videmus in Tabellione, & iudice, vt C. de teſtamen. l. iubemus. in fine. Si autem aliquis aduocatus allegat contra iura, puta exceptionem dilatoriam opponendo poſt litem conteſtatam, punitur libra auri, & mulctabitur in hoc, vt C. de exceptio. l. ſi quis aduocatus.

n ¶Item poſt litem conteſtatam. Quod ſacramentum ſi recuſatur ab actore, non auditur in cauſa, ſi à reo, punitur pro confeſſo, vt C. de iuramento calumniç. l. 2. §. quòd ſi actor. §. ſinautem reus.

o ¶Item iuramentum calumniæ. Item poſt ſententiam ad probandum ſecundum arbitrium iudicis, vt in cōſtitutione regni de ꝓceſſu iuris ꝓſti. lit. legitimè. in fi. & dic, vt ibi dicitur, & in d. c. quoniam contra falſam. extra. de proba.

p ¶Item dato termino, ibi, offerantur. Dic ꝙ hæc præall. cōſtitutio, lit. legitimè, corrigit multa, & infinita iura: olim enim omnes defenſiones, ſeu articuli dabantur vſque ad ſententiam, vt C. ſen. reſcin. non poſſ. l. peremptorias, hodie verò ſecundum iſtam conſtitutionem, & aliam huius regni, offeruntur eodem die, vel ſequenti.

q ¶Item ſi iurent teſtes aduerſa parte præſente, vel contumaciter abſente, vt C. de teſtib. l. ſi quando. & no. quòd teſtes debent eſſe iurati, aliàs eis non crederetur, niſi ſint iurati, vt 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. item iuriſiurandi. & extra, de teſt. t. quoties. & d. l. ſi quando. Die tali. & ĵ. iurati ſunt corpora liter. d. l. ſi quando & c. quoties. & c. ſint. cum ſimilibus.

r ¶Pretio. Vt extrà. de teſtibus cap. 1. & cap. quoties. cum multis ſimil. & de hac oppoſitione facienda cōtra teſtes, & proteſtatione, dic vt not. in ca. ſicut. extrà de teſtib. opponi autem poteſt.

ſ ¶Item ſi teſtes. Quia non eſt de ſubſtantia recipere teſtes, poſtquam ſunt iurati, vt recipi pñt die feriata, imo plus ꝙ poſtquam ſunt intra terminum iurati, pñt etiam poſt terminum examinari. Ratio eſt, quia lex dicit, quod teſtes iurati hñr pro examinatis, vt. ff. de acquir. hære. l. Antiſtius. de bono. poſſ. l. ex teſtamento. & ff. de teſta. mil. l. 1. §. 1.

t ¶In ſecreto. Vt. C. de teſtib. l. nullum ibi, & ita ad iudicantis intrare ſecretum, &c.

u ¶Alijs circunſtantijs. Videlicet auditu, viſu, ſcientia, credulitate, & fama, & certitudine: omnia prædicta textualiter no. extra. de teſt. c. cauſam quæ.

x ¶Item poſt examinationem teſtium, publicatio. Hoc eſt dicere, redigātur in publicū, quæ teſtes dixerunt occultè, vt l. nullum. C. de teſtib. & etiam inſtrumenta, vt poſſit ſciri quid in cauſa probatum eſt. Sed vtrum publicatio ſit neceſſaria, ſeu de ſubſtantia proceſſus, ita ꝙ ſi omittatur, nō valeat id quod agitur? Dic, ꝙ eſt neceſſaria, vt no. in gl. ordi. C. de ſent. & interlo. om. iud. l. prolatam. & C. de iudi. l. iubemus. & in auth. de teſtib. §. quia verò.

y ¶Talem diem, ibi copia. Quod eſt de iure Romano, cum concord. ff. de iure fiſci. l. in fraudem. C. de eden. l. is apud quem. cum ſimi.

z ¶Tali apud talem locum. Intellige ſanè de teſtibus, quos pro te non produxiſti, nam ſi quos teſtes etiam examinatos ꝺ te, eos reprobare non potes, vt C. de teſti. l. teſtium. dic vt ibi. & non mirum ſi reprobantur teſtes: nam edictū de teſtibus eſt prohibitorium, vt. ff. de teſti. l. 1. §. 1. ibi, quib. non interdicitur, &c. Nam illi admittūtur qui non reprobantur. ff. de iudi. l. cum prętor, &c.

a ¶Item poſt rubricas. Quod facere debēt immediatè poſt publicationem teſtium, poſtquàm viderunt proceſſum. Attendant tamen iudices, ꝙ poſt concluſionem debent ipſi iudices ferre ſententiam & dare intra decem dies, vt in conſti. vniuerſos. dic vt ibi in gl. nō. & ĵ. eo. hoc tamen habet cum ſimil. c. noui.

b ¶Quibus peractis. Concluſio, quod neceſſe eſt de ſubſtantia proceſſus vt in d. l. iubemus. C. de iudi. & dic vt not. C. de ſenten. l. ea lege.

c ¶Detur terminus. Quod facere poteſt, vt not. Inſtitu. de verb. obli. §. omnis, in gl. in verbo, tribui debet. quæ incip. hic not. quæſtionem de facto.

d ¶Item feratur ſententia. Quòd ſi non faciat, iudex tenetur ex tit. de obli. quæ ex quaſi malefi. Inſtitu. eod. tit. in princip.

e ¶Secundum allegata, & probata. Vt dicunt iura. ff. de offi. præ. l. illicitas. §. veritas. ff. de mino. l. intra vtile, vbi dicit Iuriconſultus ſecundum ea quę proponuntur, & vbicunque Iuriſcōſultus Scęuola loquitur in corpore iuris. Sed an ſententia debet eſſe conformis libello? dic quod ſic l. vt fundus. ff. commu. diuid.

f ¶Item ſi poſt. Ibi iudex ſurgat, quod poteſt facere viua voce appellando eodem die, dummodò in ea iudicij figura ſit iudex, vt. ff. de appel. l. ſed ſi apud acta. dic vt ibi.

g ¶Die tali. Iudice pro tribunali ſedente, quod dico neceſſe non eſſe, vt pro tribunali ſedeat, dum in ea figura iudicij iudex ſit, vt viua voce appellat, vide quod dixi ſupra. Si autem poſt decem dies & vltra, non auditur appellare volens, vt C. ſi contra ius, vel vtil. pub. auth. quæ ſupplicatio. cum ſimil. & auth. hodie. C. de appel. olim verò de iure Digeſtorum intra triduum, & biduum appellatur, & correctum eſt, vt. ff. quando appel. ſit. l. 1. §. biduum.

h ¶Petens cum inſtantia Apoſtolos. Quod facere tenetur iudex, vt ſuprà. & C. de appellat. proconſul. & l. eos. & §. ſuper his. & ad iudicem, ad quem appellatum eſt debent mittere per iura allegata, imo appellationē cogunt recipere,

recipere, & si non recipiunt puniuntur, vt C.de appella.l. quoniam iudices.

1 ¶Et omnia. Quia victus, & confessus non audietur appellans: secus si victus tantum, nam ipse talis bene appellat, vt C.quo.appel.non recip.l.obseruare. & dic vt ibi not.in tex.& in gl.in verbo, propria.quæ incip.idest, spontanea.

TRACT. DE ARBITRIS

PER BARTOLVM.

1 *Arbiter quis esse possit.*
2 *Arbiter dicitur, qui partes iudicis sibi vendicat.*
Arbitrator, qui consilio suo tanquam amicabilis compositor litẽ bona fide decidit.
3 *Arbitri sententiæ standum est, nisi sit nulla.*
Arbitratoris sententia reducitur ad arbitrium boni viri.
4 *Arbiter cogitur sententiam dicere, arbitrator non.*
5 *Reductio ad arbitrium boni viri à sententia arbitratoris, petitur intra decem dies, si est iniqua.*
6 *Sententia an sit lata ab arbitro, vel arbitratore, cognoscitur ex modo procedendi.*
7 *Renũciari reductioni ad arbitriũ boni viri, an possit, & infrà.nu.20.*
8 *Arbiter potest pronuntiare de expensis, & vsuris, quando debentur officio iudicis, secus si ex stipulatione.*
9 *Duo ex tribus arbitris non possunt pronunciare altero mortuo.*
10 *Duo ex tribus arbitris licet non possint tertium absentem cogere, vt pronunciet, iudex tamen cogit, vt conueniat.*
11 *Arbitrorum vnus non potest committere vices suas alijs, nisi sic sit compromissum.*
12 *Arbitri duo si absente tertio pronunciant, ipso postea ratum habente, sententia duorum non valet.*
13 *Arbiter non punit contumaciam litigantium.*
14 *Arbiter si solus stipulatus est pœnam, si eius sententiæ non pareatur, & pœna sit commissa, quia vnus non paruit, ipse exigit pœnam, quã exactam præstabit parenti, vel ei cedet actionem.*
15 *Arbiter si mortuus est eo tempore, quo certum est alterum ex litigatoribus adesse non posse die statuta, pœna non committitur.*
16 *Arbitri à sententia non appellatur, & quæ sit ratio.*
17 *A sententia lata super pœna commissa, quia non paritum est sententiæ arbitri, an possit appellari.*
18 *Arbiter ab arbitratore in quibus differat.*
19 *Clausula apposita in compromisso ibi, in arbitrum, & arbitratorem, resoluitur in disiunctam.*

1 TRactaturi De Arbitris, † primò videamus, quis possit esse arbiter. Et est sciendum, quòd potest esse homo liber, paterfam. & filiusfam. integræ famæ homo, libertinus, compos mentis, & etiam infamis, dummodo sint maiores 25.ann.ff.de arbitr.l. sed & filiusfamilias.cum.l.sequen.& l.Pedius.j.respon.& §.in seruum.& l.sed si in seruum.§.sed neque.& l.cum homo, & redde singula singulis. † Viso qui possit esse arbiter, videndum est, quid differt arbiter ab arbitratore. Arbiter est, qui vẽdicat sibi partes iudicis l.idem Pomponius.§.recepisse.eo.tit. Arbitrator est, qui consilio suo tanquam amicabilis compositor litem decidit bona fide, & bono motu, nulla iuris solemnitate seruata, & absque iudiciorum strepitu, vt d.l.idẽ
3 Pomponius.§.penult. † Item sciendum est, quòd litigatores debent stare, & parere sententiæ arbitri, siue sit æqua, siue iniqua, quia debent sibi imputare litigatores, qui talẽ elegerunt arbitrum.l.diem proferre.§.stari.eo.ti.& hoc verum, si credant se bene sententiare, & non contra legem: quia tunc secus, nam si pronuntiaret minores 14.ann. posse testari, non valeret talis pronuntiatio, vt l.2. C. quando prouo.non est necess.sed sententiæ arbitratoris, & amicabilis compositoris, si esset iniqua, non esset stãdum, & posset reduci ad arbitrum boni viri, & in hoc differunt arbiter, & arbitrator.l.societatem.§.arbitrorum.ff.pro soc.l. hęc venditio.j.respon.ff.de contrahen.empt.l.si libertus ita iurauerit, in prin.ff.de ope.lib.& de le.2.l.1.in fi. cum si. Item
4 arbiter † compellitur sententiam dicere.l.3.§.tamet si.ff.eo. tit.sed non arbitrator, etiam si suscipit. C. de cont.empt.l. fi.ibi, vel ipse noluerit. Sed quæro † intra quãtum tempus potest peti reductio ad arbitrium boni viri? Respond. potest peti reduci, si est iniqua, intra decem dies à tempore sententiæ latæ ad instar supplicationis. C. de pre-
6 cib.Imp.offe.auth.quæ supplicatio.† Sed quid si dubitatur, an ipsa sententia sit lata ab arbitro, vel arbitratore: quia si esset lata ab arbitro, esset standum, siue æqua, siue iniqua sit: sed si lata ab arbitratore, posset reduci ad arbitrium boni viri? Respon. processus negotij facti per ipsum hominẽ electum ab ipsis partibus, super hoc ostẽdet, & declarabit, vtrum lata fuerit sententia ab arbitro, an non. Facit. C. de
7 testa.l.non codicillum. Sed an † possunt litigatores renunciare, vt non possit reduci ad arbitrium boni viri sentẽtia
8 arbitratoris? Dic, vt dixi in l.1.C.eo.tit. † Quæro, an arbiter possit pronunciare de sumptibus, & vsuris? Quidam dicunt, quòd non: quia vltrà compromissum arbiter nihil potest.l.non distinguemus.§.nam & Iulianus.eo. titu. Sed dic quòd de expensis potest pronunciare: cum sint accessoriæ, & dependentiæ ab ipso negotio principali, argu. l. ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de procu.& quia iudex de his pronunciat. l. fancimus.C.de iudic. ergo & arbiter.l.1. ff.de arbitr.& l.solemus. de iudic. De vsuris autem distingue, aut debetur vsura iudicis officio, quia est fortè bonæ fidei contractus, & tunc poterit pronunciare, quia est vna obligatio sorris, & vsurarum.C.de vsur.l.3. Aut ex stipulatione, & tunc non poterit pronunciare.ff.de appel. l. cum
9 in vna. Quæro, † tres sunt arbitri, vnus decessit, an alij duo possint pronunciare? Respondeo non: quia finitum est cõpromissum ff.eo.l.itẽ si vnus.§.1. & quia mors omnia solu-
10 uit, vt in authen.de nuptijs.§.deinceps. Sed an duo † ex ipsis poterunt absentem tertium cogere, vt veniat cum ipsis? Respondeo, quòd non: quia in hoc sunt pares, & par in parem non habet imperium. l. nam & magistratus.ff. eod. Quid ergo fiet? adibunt iudicem, & eum citabit, & ei præcipiet, vt conueniat cum ipsis duobus, argum.l.3. §. ait
11 prætor.& l.litigatores.§.1.ff.eo. Sed † an vnus ex ipsis potest committere vices suas alijs duobus? Dic, quod non: nisi sit sic compromissum.l.Pedius.§.fina.ff.eo.vbi dicitur, non vt recipit dixit sententiam, &c. & dicta. l.non distin-
12 guemus. §. fina.ff.de arbi. Quid si duo † ex ipsis pronunciauerunt tertio absente, & posteà ratum habuit quicquid per eos factum sit, an sententia duorum valebit? Respon. videtur quod sic.l.fi.C.ad Macedo.ff.de iudi.licet. & ff. qui satisd.cog. l. Iulian. cum similib. & hæc omnia habes nó. in l.1.& 2.C.de arbitr. Sed tu dic contra, quia præsens esse debet, quando pronuntiatur.l.si in tres.ff.eo.& ratihabitio non habet locum, vbi facto, & præsentia opus est, probatur in l.obligari.§.tutor.ff.de autho.tuto.& Insti.de aut.tutor.§.tu.& C.de legationib.l.fi.lib.10.& l.fi.C.de prædi.cur.
13 non alien.lib 10. ¶Sed † an arbiter poterit punire cõtumaciam litigantium? Quidam, qđ sic. l. non ex omnibus ff. eo. Tu dic contra: quia hoc solum iudicibus permissum est.l.2.§.fi.ff.de iudi. nisi in compromisso hoc actum sit expressè: arg.l.non distinguemus.§.de offõ.& §.fi.ff. eo. Sed
14 quid si arbiter † est solus stipulatus pœnam si non parcatur eius sententiæ, & non paretur per vnum ex litigatoribus, vnde pœna commissa est, cui applicetur ista pœna? vñ ꝙ fisco: quia qđ ab indigno, &c.ff.de his, qui vt indi. l.hr̃ditas ff.de inoffi.test. l. Papinianus. §. meminisse. cum simi. Sed tu dic, qđ arbiter exiget eam, & exactam præstabit ijs, qui parebunt sententiæ: quia omnia commoda debent applicari sententiam seruanti. C. de trãsa.l.si quis maior. Si autem arbiter nollet exigere ipsam pœnam, tunc dico ipsum esse cogendum cedere actionem ipsi competentem, seruanti sententiam, contra non seruãtem sententiã: quia hoc videtur actum tacitè inter partes, & ipsum arbi-
15 trum, vnde expressè dr̃.l.cum quid.ff.si cer.pet. † Sed quid si eo tempore mortuus sit arbiter, quo iam certum est alterum ex litigatoribus adesse non posse die statuta, an contra eum, pœna committatur? Et vñ qđ sic, arg.l.cum stipulatus sim mihi à Proculo.ff.de verb.obli.& ff. de dam.infe. l.damni.§.Sabini. Sed tu dic cõtra per hæc iura.ff.de arbitr. l.arbitr.ff.si quis cautio.l.si eum.§.1.& j̃ de verb.obli.l.insu-
16 lam.& l.in illa stipulatione. † Vnde sciendum est qđ à sententia arbitri non appellat.l.1. C. de arbit. & l. non distinguemus.§.cum quidam.ff.eo.nisi ex consensu partium fuerit.l.ex consensu.§.1.2. respon. de appellat. Sed quæ est ratio, quod à sententia arbitri non potest appellari? Respõdeo, qđ nullam habet iurisdictionem: vñ cũ ipso iure nõ teneat eius sñia, ab ea non põt appellari.l.1.C.qñ ꝑuo.nõ est necess.vñ metu pœnæ stat̃ eius sñiæ.d.l.1.C.de arb. Quare meritò per appellationem rescindi nõ põt, sic alibi dr̃ de gradu, qui nullus est, qđ non p̃t rescindi.l.nã & si sub ꝑdõ-
17 ne.ff.de iniu.rup.& irri.testamen. † Quæro de qõne, quæ fuit in ciuitate Brixiæ, de facto iter duos fratres, Io.& Marti. litigantes adinuicẽ, qui ꝑmiserunt in amicũ cõem, tanq̃ in arbitrum, & arbitratorẽ, qui arbiter ex gratia Io.&

Martini

BIU Cujas

Martini auditis iuribus vtriuſq; partis pronunciauit cõtra Martinum. Poſteà in proceſſu temporis dum ipſe Marti. nollet parere ſententiæ ipſius arbitri, Ioan. petebat pœnã ab ipſo Martino coram iudice, qui Marti. dicebat, Domine iudex, non teneor ad pœnam, eo quia ſententia illius arbitri non tenuit, nec valet: quia non fuit legitimè lata, & ipſe iudex auditis allegationibus condemnauit ipſum Martinum ad pœnam compromiſſi: at ipſe Martinus grauatus ex ſententia dicti iudicis appellauit ad quendam iudicem appellationis: opponebatur per ipſam partem, qđ talis appellatio non valebat, nec tenebat, nec debebat admitti. Primò, quia non poteſt appellari à ſententia arbitri: ergo nec ab aliqua, quæ oriretur ex ipſa, iuxta regulam iuris, quod ſtatuitur in principali, debet ſtatui, & in acceſſorio. l. cum principalis ff. de reg. iur. & l. fi. C. per quas perſo. nobis acqui. Item ſi hoc liceret, indirectè conceditur per aliam viam, contra legem, cum hi. de trãſactio. Non enim debent captari verba legis, quæ dicit non appellari à ſentẽtia arbitri. l. pen. ad exhib. Prætereà cum quid prohibetur, & eius ſpecies. l. oratio. de ſpon. Prætereà, ſi hoc poſſet ipſe Martinus, ſequitur, quod omnes ſententiæ arbitri eſsẽt eluſoriæ, contra. l. ne in arbitris. C. de arbit. & l. ſi prętor. de iud. Item ſi hoc liceret, lites ex litibus orirentur, contra. l. fi. C. de fruct. & lit. expen. imò lites ſunt dirimendæ. l. quidam exiſtimauerunt. ſi cert. pet. Econtrà videtur pluribus rationibus: quia appellatio eſt fauorabilis, & commune auxilium. l. 3. ff. rem ratam hab. ergo appellatio admittẽda. l. 2. & l. cum quidam. de liber. & poſthumis. Prætereà nulla lege cauetur, quòd ipſe Martinus non poſſit appellare, ergo, &c. ergo videtur conceſſum l. nec non. §. quod eis, inquit Prætor. ex quibus cau. maior. Prætereà, tam in maioribus, quàm in minoribus licitum eſt appellare. l. & in maioribus. C. de appel. Non obſtat. l. j. C. de arbitr. quia reſpõdeo, quod hoc non eſt verum: quod ſic probo. Nam lex, dicit, quod ab executore non appelletur. l. ab executione, C. de appella. tamen ſi modum iudicati excedat, poteſt appellari. d. l. Item video, quòd tutor nominatus appellare non poteſt, vt Inſtituti. de excuſa. tutorum. §. qui autem. tamẽ poteſt intra quinquaginta dies excuſationes ſuas proponere, vt ibi dicitur, & niſi iudex tunc eas admiſcerit poteſt tutor prouocare. ff. quorũ appella. non reci. l. j. §. j. quapropter dicendum eſt ita in quæſtione propoſita cum nõ poſſit reddi ratio diuerſitatis, argu. l. à Titio. ff. de verb. obl.

18 ¶† Quæro, in quo diſcrepat arbiter ab arbitratore? dic, qđ in tribus. arbiter ſuper lite, arbitrator ſuper contractu. l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Secundò, quia arbiter tenetur cognoſcere ſecundum formam iuris ciuilis. l. eũ ante. §. licèt. C. de arbit. Arbitrator verò ex æquitate, vt l. fi. C. de contrahen. emp. Et ex hoc ſequitur tertiò, quòd ſententia arbitri non poteſt reduci, ſed arbitratoris ſic. l. vnde ſi Neruæ. & l. ſeq. ff. pro ſocio. Item arbiter cogitur ſententiam dicere, Arbitrator, nõ vt s. dictum eſt. Quid eſt ergo,

19 † quòd quotidie fiunt compromiſſa in arbitrum, & arbitratorem, cum iſtæ viæ ſint contrariæ? Solutio, copula, &, ponitur pro diſiunctiua, ſecundum quoſdam, & alteram viam neceſſe habet eligere verbis, vel factis, & ſic iudicamus de eo tanquàm de arbitro, vel arbitratore. Vel ſecundum Iacobum Bu. poteſt ſuſtineri communis modus: quia arbiter poteſt aſſumi ſuper lite: quia ſuper lite partes trãſigere intelligunt: & de hoc in concordia non ſunt, ideò ſuper tali tranſactione in contractu tanquam arbitrator aſſumitur, & ſic diuerſis reſpectibus ſit arbiter, & arbitra-

20 tor. Sed quæro, † an poſſit renunciari iuri petẽdi reductionem ad arbitrium boni viri? ſunt opiniones Dyn. in cap. ſcienti. de reg. iur. lib. 6. dicit, quòd non: quia in quacunq; huiuſmodi conuentionum eſt tacita diſpoſitio legalis per modum conuentionis. l. quidam cum filium. §. videamus. ff. de verborum obl. & l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. qui ſatiſdare cogantur. l. fin. Quando ergo conueniunt, tacitè intelligitur, ſi fuit arbitramentum æquum: & ſi nõ ſit cauſa conquerendi. Sed hæc argumenta Dyni non procedunt in caſu, quo conueniſſent ſimpliciter. Iac. de Aret. tenet indiſtinctè conuentionem valere, quaſi per hoc arbitramentum ex partium conuentione cenſeretur eſſe arbitrium, argum. l. in conuentionalibus. ff. de verborum obli. ſed arbitrium non poteſt reuocari per ſupradicta. Sed durum eſt, q̃ talis renunciatio inducat remiſſionem futuri doli, & inuitat arbitrum ad delinquendum, contra. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. de pact. Ex quo quidam ibi euitant abſurditatem prædictam, & aſſumunt conſilium, vt remittatur dolus futurus, & ita iacet, alias valet conuentionis forma, q̃ partes remittant petere deductionem ad arbitriũ boni viri, & renuncient arbitrio iudicis, quo merè petitur reductio, ſicut patet in actione depoſiti, in cuius conſequẽtia põt dolus futurus remitti, ſed non fuit Iaco. But. qui ſequitur opinionem Inno. in c. Quintauallis. de iureiurãdo. Aut quæritur de iure, aut de conſuetudine. Primo caſu aut laudum eſt iniquum re ipſa, & nocebit conuentio, & renũciatio: aut ex propoſito, & non valebit propter prædictam rationem, arg. l. 2. C. de reſcin. vend. ceſſante tamen conuẽtione, & renunciatione propter vtriuſque iniquitatem, vel alterius tm̃ poſſet corrigi, & reformari. De conſuetudine aũt talis renunciatio, & tale pactum, nil operatur, qđ nota.

TRACTATVS

a DE DIFFERENTIA * AL. DIFFE-rentijs, inter ius Canonicum, & ciuile.

ADDITIO.

a Tho. Dip. ¶ De differentia. Adde q̃ iſte tractatus non eſt Bar. quia non eſt ſtylus ipſius: Et credo, q̃ ille, qui compoſuit iſtum tractatum, recollegit ſcripta domini Iac. Alber. de Bononia, ſed ſine aliquo ordine. Dominus enim Iaco. Alber. de Bononia exiſtens Veronæ, compoſuit tractatum, ſiue ſum mulam contrarietatum inter ius Canonicum, & Ciuile. vbi poſuit 162. differentias interius Canonicum, & Ciuile, & incip. à citatione: qui floruit tempore dominorum Alberti. Maſti. de la Schala dominorum Veronæ, anno Domini 1330. & ſic tempore. Io. And. & ipſum etiam alleg. Bart. in conſi. 223. incip. an fratres conſobrini.

1 *Compromitti de iure ciuili cum iuramento non debet, iure canonico ſic.*

2 *Procurator iure canonico ab vniuerſitate conſtituitur, iure ciuili non licet ſecundum Iacob. ſic.*

3 *Poſſeſſorium recuperandæ iure ciuili datur aduerſus deiectorem, vel quia mandauit, vel quia ratum habuit, iure canonico aduerſus quẽcunque res illicitè peruenit.*

4 *Iudex ſecularis de iure ciuili cognoſcit de cauſa ſpirituali incidenter, ſecus de iure canonico.*

5 *Prælatus iure ciuili non conſtituit procuratorem in cauſis ſuæ eccleſiæ, iure canonico ſic.*
Prælatus in bonis Eccleſiæ, habet plus iuris, quàm tutor in bonis pupilli.

6 *Mulier iure ciuili in criminalibus teſtis eſſet poteſt, iure canonico non.*

7 *Lis inter patrem, & filium in poteſtate eße non poteſt iure ciuili, iure canonico ſic.*

8 *Contra abſentem in criminalibus lite non conteſtata iure ciuili, an procedatur, & quid iure canonico.*

9 *Caſus, quibus lite non conteſtata poſſunt recipi teſtes.*

10 *Accuſatus, & condemnatus de crimine iure canonico, ſuum accuſatorem accuſare non poteſt, ſecus iure ciuili, niſi amiſerit libertatem, vel ciuitatem.*

11 *Teſtes ſuper nouis capitulis teſtibus apertis iure canonico induci poſſunt iure ciuili non.*

12 *Crimina iure ciuili alia publica, alia priuata, iure canonico omnia publica.*

13 *Reſtitutio in integrum iure ciuili eccleſiæ non datur contra libertatẽ. iure canonico ſic.*

14 *Iuriſdictio iure canonico perpetuatur citatione, iure ciuili litis conteſtatione.*

15 *Iudex appellationis iure ciuili non delegat cognitionem cauſæ, retenta prolatione ſententiæ iure canonico ſic.*
Iudex ordinarius iure canonico ſimpliciter committit cognitionẽ cauſæ principalis, iure ciuili ſecus.
Iudex ordinarius iure ciuili audientiam cauſarum ſolum conſiliarijs ſuis committit, iure canonico quibuſcunque.

16 *Abſentia lata à ſubdelegato iure ciuili appellatur ad delegatum, iure canonico non.*

17 *Aetas virilis iure ciuili eſt xxv. ann. iure canonico eſt triginta.*

18 *Furtum iure canonico, ſumitur pro qualibet illicita detentione, iure ciuili ſecus.*

19 *Meri, vel mixti Imperij, ea quæ ſunt iure canonico delegatur, non de iure ciuili, niſi cauſa abſentiæ.*

20 *Res de qua data fuit tenuta iure ciuili recuperatur vſque ad xxx. annos, iure canonico vſq; ad xl.*

21 *Reſciſſoria poſt quadriennium iure ciuili datur poſtliminio reuerſis, iure canonico non.*

22 *Latrones, & depopulator notorius fugientes ad Eccleſiam inde extrahi poſſunt iure canonico, alij non, ſed iure ciuili homicidæ, adulteri, & raptores virginum.*

23 *Iurare per creaturas iure canonico non eſt permiſſum, iure ciuili ſic.*

Iurare per membra Dei, vtroque iure prohibetur.

24 *Actio in libello de iure ciuili exprimitur, iure canonico secus.*

25 *Instantia iure ciuili finitur triennio à die litis contestatæ, iure canonico non.*

26 *Iudex ordinarius iure ciuili non recusatur, iure canonico sic.*

27 *Delegatus de iure ciuili cum recusatur causa suspicionis non est proponenda nec probanda, iure canonico sic coram arbitris, aliàs vide. num. 167.*

28 *Ecclesia iure ciuili aduersus præscriptionem restituitur, iure canonico non: tamen ipse dicit, quòd sic sicut minor.*

29 *Torneamenta iure ciuili, & canonico prohibita.*

30 *Fama sola iure ciuili non probat, iure canonico facit vitandum esse excommunicatum.*

31 *Prædicatores, & confessores possunt eleemosynas iure canonico recipere ab vsurarijs, iure ciuili non sua authoritate, sed de manibus dominorum debent recipere.*

32 *Clerici Parisij commorantes iure canonico laicum pro causis pecuniarijs coram Episcopo conueniunt, q̃ non est iure ciuili.*

33 *Clericus iure ciuili potest in non suum iudicem ecclesiasticum consentire, iure canonico non.*

34 *Contrahens in loco potest à iudice loci, si ibi inueniatur, citari, & absens omni remedio prætorio compelli, vt compareat iure ciuili, sed iure canonico solum pronunciat de mittendo si alibi existat.*

35 *In causa matrimoniali, & in causis electionum iure ciuili non peruenitur ad diffinitiuam absque litis contestatione. iure canonico sic.*

36 *Rigor in causis ecclesiasticis iure canonico non seruatur, sed discretio, iure ciuili secus.*

37 *Sequestratio iure ciuili, non fit propter rei absentiam, iure canonico sic.*

38 *Offerens se liti, iure ciuili, condemnatur, ac si rem possideret, sed iure canonico non.*

39 *Consanguinitas iure canonico probatur per testes de credulitate, & auditu, iure ciuili testes non probant.*

40 *Sententia in causa matrimoniali iure canonico potest sine scriptis ferri, quod iure ciuili non reperitur.*

41 *Dicto vnius testis iure ciuili non statur, iure canonico sic, quando non est præiudicium alterius.*

42 *Abbas in causa monasterij iure ciuili iurat de calumnia in animam suam, iure canonico in animam maioris partis conuentus.*

43 *Testes de iure ciuili absolutè magis coguntur testificari, quam de iure canonico.*

44 *Frater iure ciuili non accusat fratrem de magno crimine, iure canonico accusat de hæresi.*

45 *Parentes iure ciuili non testificantur contra filios, iure canonico sic.*

46 *Exceptio dilatoria iure ciuili debet ante litem contest. proponi, iure canonico quandocunque.*

47 *Sententia lata, & transacta in rem iudicatam, quis vltrà non auditur iu. ciu. sed iure canonico sic in causa matrimoniali fraude probata per vnum testem, & iuramentum.*

48 *Cessio recepta à clerico iure canonico præsumitur simulata, iure ciuili non, nisi doceatur simulatio.*

49 *Laicus ingrediens monasterium, iure ciuili aliquid retinere non potest sed iure canonico potest aliquid concedere loco præbendæ.*

50 *Promittens aliquid dare sub pœna, si aliquid omittit iure ciu. tenetur ad totam pœnam, iure canonico secus.*

51 *Profure indicando licitè iure ciuili, licèt accipere, iure canonico non.*

52 *Ordinandi ad sacerdotium iure ciuili, debent aliquid offerre ordinanti, & notario, sed iure canonico non possunt.*

53 *Promissio facta de dando alteri iurata iure canonico valet, iure ciuili secus.*

54 *Transigere iure ciuili super criminibus ingerentibus pœnam sanguinis licet, sed iure canonico videtur aliter.*

55 *Matrimonium inter partes simul habitantes, iure ciuili præsumitur, sed iure canonico adulterium.*

56 *Promissio pœnæ, & datio arrharum in matrimonio, iure canonico non valet, iure ciuili sic.*

57 *Pater filia recusante non potest eam iure, canonico maritare iure ciuili potest, nisi indignum, vel turpem daret.*

58 *Consensus parentum in matrimonio iure ciuili requiritur, non de iure canonico.*

59 *Infamis, quis videtur efficitur iure canonico pro omni crimine, sed de iure ciuili non.*

60 *Filij nati, ex incestu, vel nefario coitu, iure ciuili à patre alendi non sunt, iure canonico sic.*

61 *Matrimonium inter seruos iure ciuili esse non põt, iure canonico sic.*

62 *Mulier intra annum iure ciuili licitè non transit ad secunda vota, iure canonico sic.*

63 *Vxor ẽt non perfectæ ætatis, quæ fuit à viro cognita in domo patris, & nondum traducta ad domum viri, viro mortuo lucratur quartã.*

64 *Statutum, q̃ vxore præmoriente vir lucretur dimidiam dotis, habet locum etiam in sponsa de præsenti, & ad domum non traducta.*

Item an idem sit in sponsa.

65 *Spurius iure ciuili à decurionatu non prohibetur, iure canonico sic.*

66 *Contrahentes iure ciuili licitè adinuicem se circumueniunt, sed Ecclesia iure canonico pro venditione rei suæ vltrà iustum pretium licitè non recipit.*

67 *Hæres iure ciuili non implens voluntatem defuncti perdit hæreditatem, excepta legitima si est filius, sed iure canonico etiam filius perdit totum.*

68 *Sacrilegio iure ciuili imponitur durior pœna, quàm de iure canonico, & nu. 79.*

69 *Pœna pecuniaria iure ciuili ab Ecclesia infligi potest, iure canonico non.*

70 *Pactum nudum regulariter iure ciuili non producit actionem, sed iure canonico sic, quia datur condictio canonis.*

71 *Pupillus iure ciuili non iurat, nec seruare tenetur iuramentum, iure canonico sic, si est doli capax.*

72 *Fur iure canonico dicitur, qui non intrat per ostium, iure ciuili secus.*

73 *Præscriptio in iuribus, quæ non habent causam continuam fit duplicato tempore iure ciuili, sed iure canonico in omnibus iuribus sufficit præscriptio xl. ann.*

74 *Mortui pro suis sceleribus si sint in morte contriti, traduntur sepulturæ iure canonico, sed iure ciuili non absque permissu principis.*

75 *Pœna incestus, & adulterij iure canonico mors est, sed iure ciuili mulier in monasterium detruditur.*

76 *Gestum non meo nomine, iure canonico ratum habere possum, secus iure ciuili.*

77 *Reus proponens exceptionem dilatoriam, & non probans ante sentẽtiam, in expensis condemnatur, sed iure ciuili condemnatio expensarum non fit, nisi in fine causæ.*

78 *Incendiarius aliter iure canonico, aliter iure ciuili punitur.*

80 *Plures si vulnerant aliquem, qui mortuus sit, iure canonico omnes tenentur de occiso, iure ciuili ille solus, ex cuius vulnere apparet ipsũ mortuum.*

81 *Accusatus, si accusator non probat, iure ciuili absoluitur, sed iure canonico purgatio indicitur, in qua si deficit, condemnatur.*

82 *Sortilegus punitur iure ciuili, capite, sed iure canonico, pœna quinque aureorum.*

83 *Incestum committens cum monacha iure ciuili, pœna capitali punitur, iure canonico clericus deponitur, laicus excommunicatur.*

84 *Matrimonium iure ciuili soluitur altero ex coniugibus volente monasterium intrare, secus iure canonico.*

85 *Nuptiæ inter consobrinos iure ciuili contrahi possunt, iure canonico secus.*

86 *Legatum rei alienæ iure canonico non valet, iure ciuili sic cum distinctione tamen.*

87 *Bona fides, & titulus non requiritur iure ciuili in præscriptione, iure canonico sic.*

88 *Patria potestas iure ciuili durat in omni ætate, sed iure canonico quo ad matrimonium, & iuramentum soluitur aduenïẽte adulta ætate.*

89 *Filiusfamiliàs iure ciuili voto non obligatur: iure canonico secus.*

90 *Stuprum iure canonico propriè cum virgine, iure ciuili etiam cum vidua, puero, vel soluta.*

91 *Fornicatio simplex iure ciuili non punitur, iure canonico sic.*

92 *Peccans contra naturam iure ciuili pœna capitis punitur, iure canonico mitius.*

93 *Pater occidens filiam in adulterio deprehensam iure ciuili non punitur, iure canonico sic.*

94 *Viro iure ciuili non permittitur vxorem verberare, clerico vxorato sic de iure canonico.*

95 *Coniunx iure canonico non vouet castitatem, iure ciuili sic.*

96 *Gradus aliter iure ciuili, aliter iure canonico computantur.*

97 *Mulier rapta, raptori iure ciuili non potest nubere, iure canonico sic.*

98 *Lex bene à Zenone. C. de quad. prescrip. non habet locum in rebus ecclesiasticis.*

99 *Alienantur ees immobiles ecclesiæ cum minori solemnitate de iure canonico quàm iure ciuili.*

100 *Locator, finito tempore, potest domum alteri locare iure ciuili, secus iure canonico in scholare inquilino.*

101 *Emphyteuta iure ciuili si non soluit canonem elapso biennio cecidit, iure canonico non.*

102 *Fructus pignoris iure ciui. sortem extenuant, iure canonico in duob. casibus.*

103 *Res sacræ, vel religiosæ iure ciuili non possunt in obligatione venire, iure canonico sic ex causa necessitatis.*

104 *Testes in testamento iure ciuili requiruntur septem, iure canonico sufficiunt duo, vel tres.*

105 *Institutio, vel relictum collata in voluntatem alterius, iure ciuili nõ valet, iure canonico sic.*

106 *Fructus iure ciuili dicuntur deductis expensis, sed decimæ iure canonico soluuntur de fructibus, nulla facta deductione.*

BIU Cujas

107 *Mora iure ciuili non fit re ipsa, sed interpellatione, sed iure canonico in tarda solutione decimarum fit re ipsa.*

108 *Noua vectigalia imponens aliter iure ciuili, & aliter iure canonico punitur.*

109 *Desponsata de facto, quę non potuit consanguinitate impediente desponsari, non potest cum altero fratre matrimonium contrahere iure canonico, secus de iure ciuili.*

110 *Iuuenis, qui puellam septem annorum duxit, quam attentauit cognoscere, & non potuit, iure canonico non poterit cum illius consobrina matrimonium contrahere, secus iure ciuili.*

111 *Eligentes Abbatem iure ciuili iurant, secus de iure canonico.*

112 *Matrimonium iure ciuili consensu sine verbis contrahi potest, iure canonico non in valentibus loqui.*

113 *Vestes, & ornamenta iure ciuili cum mortuis non sepeliuntur, iure canonico Archiepiscopus cum pallio sepelitur.*

114 *Archiepiscopus iure canonico pallio non vtitur extra prouinciam, quod de iure ciuili videtur.*

115 *Dignitati iure canonico quis licentia obtenta cedere cogitur.*
Cedens bonis iure ciuili re integra illa recuperare potest.

116 *Liberti ecclesiastici multa specialia habent de iure canonico, quæ nō inueniuntur iure ciuili.*

117 *Pęnæ multæ iure ciuili imponuntur, quę iure canonico nō traduntur, & contra nu. 120.*
Pęna carceris est ex grauioribus pęnis, quàm ecclesia infligat.

118 *Pęna falsi iure ciuili alia est à pęnis iuris canonici.*

119 *Patronus præsentans indignum iure ciuili priuatur, sed iure canonico non.*

121 *Interfectori canonico imponitur pęna minor, quàm de iure ciuili.*

122 *Pugnare quis potest pro defensione poßessionis, & rerum suarum iure ciuili, sed iure canonico clericus etiam cum Saraceno non pugnat.*

123 *Vulnerans, iure ciuili quando dubium est an vulneratus ex vulnere mortuus sit, non tenetur de occiso, iure canonico sic.*

124 *Corrumpens virginem, iure ciuili non tenetur eam in vxorem accipere, iure canonico sic.*

125 *Stuprum committens iure canonico minori pęna punitur, quàm iure ciuili.*

126 *Raptus propriè in sponsa committitur iure ciuili, secus iure canonico.*

127 *Empta ex pecunia fęnebri iure canonico venduntur, & pecunia restituitur, sed iure ciuili emens ex pecunia mea, & nomine suo, non habet ius in re empta.*

128 *Quis in fronte iure ciuili non bullatur in pœnam, de iure canonico ali quando.*

129 *Vtens falsis instrumentis, & pęnitens iure ciuili non punitur, sed iure canonico, secus in vtente falsis literis apostolicis.*

130 *Blasphemator Dei, & sanctorum iure ciuili punitur vltimo supplicio, iure canonico, laicus excommunicatur, clericus deponitur.*

131 *Mutans sibi causam possessionis iure canonico, tanquam indignus priuatur suo beneficio, secus iure ciuili.*

132 *Noualis terra, quæ de iure ciuili dicatur, & quæ de iure canonico.*

133 *Possidens mala fide, iure ciuili dicitur possidere, secus iure canonico.*

134 *Malefactores rerum ecclesiæ coram ecclesiastico conueniuntur iure canonico, sed iure ciuili actor sequitur forum rei.*

135 *Petens plus debito iure ciuili in triplo condemnatur, & in expensis, iure canonico solùm in expensis.*

136 *Impediens legatum iure canonico excommunicatur, iure ciuili traditur hostibus.*

137 *Fugiens ex bello publico iure ciuili capite punitur, iure canonico est infamis.*

138 *Existentia in bonis nullius occupanti conceduntur iure ciuili: tamen iure canonico Episcopus non occupat diœcesim, vel parochiam in locis nemini attributis, nisi à superiore concedatur.*

139 *Nil innouatur iure ciuili, quæstione restitutionis in integrum pendente, sed iure canonico sic, interposita cautione.*

140 *Delegatus ab ordinario iure ciuili non exequitur suam sententiam, secus iure canonico.*

141 *Sententia plurium valet iure ciuili, sed iure canonico contra eū, qui criminaliter est condemnandus omnes debent concordari.*

142 *Missus in possessionem in actione reali statim possidet, iure canonico non, nisi elapso anno.*

143 *Bona hæreticorum iure canonico publicantur, & filijs auferuntur, sed iure ciuili non auferuntur filijs catholicis.*

144 *Bona committentium enormia delicta in ecclesiam, in fiscum ecclesiæ committuntur iure canonico, sed iure ciuili bona damnatorum reseruantur filijs*

145 *Iudices seculares in criminibus exequuntur gladio iure ciuili, secus iure canonico.*

146 *Pęna mortis iure ciuili infligitur, iure canonico non.*

147 *Appellari à sententia appellationis quando possit.*
Appellatio rescindit pronunciatum.
Appellare licet à sententijs, quæ secum trahunt executionem.

148 *Iudex appellationis à quo appellatur iure canonico, statuit terminum, intra quem appellans prosequatur appellationem, iure ciuili non.*

149 *Appellari ad Imperatorem omisso medio iure ciuili non potest, secus de iure canonico.*

150 *A sententia interlocutoria iure canonico appellatur, iure ciuili non potest.*

151 *Iudex, à cuius sententia est appellatum, iure ciuili non recusatur in alia causa, secus iure canonico.*

152 *Appellare à sententia in causa momentaneæ possessionis iure ciuili nō licet, secus de iure canonico.*

153 *Testes in causa appellationis publicatis attestationibus super eisdē capitulis iure canonico recipi non possunt, iure ciuili secus.*

154 *A sententia Episcopi iure ciuili appellatur ad secularem, iure canonico ad Metropolitanum, vel ad Papam.*

155 *Præscriptio non currit iure canonico tempore prælati malè alienantis, iure ciuili hoc non reperitur.*

156 *Iuramentum calumniæ iure canonico non habet locum in spiritualibus causis, sed veritatis, secus iure ciuili.*

157 *Quæstio natalium iure canonico spectat ad ecclesiasticum, & iure ciuili secularis etiam incidenter cognoscit.*

158 *Minor iure canonico censetur maior in spiritualib. secus iure ciuili.*

159 *Positio merè negatiua iure ciuili fieri non potest, iure canonico secus.*

160 *Senes, & valetudinarij iure canonico compelluntur ad testificandum iure ciuili secus.*

161 *Criminosi etiam non damnati iure canonico repelluntur à testimonio, si crimen probatur, secus iure ciuili. & nu. 164.*

162 *Accusari post mortem quibus casibus possit iure canonico, & iure ciuili quæstio bona.*

163 *Testes iure ciuili, etiam in ciuilibus compelluntur, sed iure canonico tantum in criminalibus.*

165 *Mulier iure ciuili non accusat virum de adulterio, secus iure canonico.*

166 *Pro adulterio iure ciuili agitur pęna corporali, iure canonico ad thori separationem.*

168 *Maritus excluditur quinquennio ab accusatione adulterij, iure canonico non ad separationem thori.*

169 *Iudices ordinarij, & delegati aliquid iure ciuili habere poßunt, iure canonico delegatus habet expensas.*

170 *Sententia in notorijs contra ordinem lata iure ciuili non valet, iure canonico sic.*

171 *Officio iudicis expediuntur ea, quæ desiderant cognitionem, & decreti interpositionem, & non delegantur iure ciuili, secus de iure canonico.*

172 *Actor iure ciuili potest reum trahere coram diuersis iudicibus, pluribus actionibus, iure canonico secus.*

173 *Parentes pro filijs iure ciuili non testificantur, sed iure canonico super consanguinitate sic.*

174 *Ordinarius causam trecentorum aureorum iure ciuili nō delegat nisi iusta causa, iure canonico sic.*

175 *Prorogari potest iurisdictio de persona ad personam de iure ciuili ēt delegati, secus de iure canonico.*

176 *Vir iure canonico accusat vxorem adulteram solum ad separationē thori, ius ciuile hoc non habet.*

177 *Filius familiàs iure ciuili absque patris consensu in iudicio eße non potest, iure canonico potest eße in spiritualibus.*

178 *Hæres conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias iure ciuili, sed iure canonico videtur secus.*

179 *Consuetudo subsequens iure ciuili præiudicat iuri scripto, sed iure canonico ita demum si sit rationabilis, & legitimè præscripta.*
Consuetudo iure ciuili sumitur, quę tendit circa factum, & processū iudicis, iure canonico, quę tendit circa ius priuatum aliquorum.

180 *Locus religiosus iure ciuili efficitur ex eo, q̄ mortuus infertur: iure canonico, nisi Pontificis authoritate.*

181 *Mortui iure canonico in ecclesia sepeliuntur, iure ciuili extra ciuitatem sepeliri debent.*

182 *Bona fides in vsucapione à principio iure ciuili tantummodo requiritur iure canonico, continuò.*

183 *Bona fides in longißima præscriptione iure ciuili non requiritur, sed iure canonico requiritur titulus.*

184 *Præscriptione interrupta litis contestatione iure ciuili possidens potest etiam præscribere, iure canonico secus.*

185 *Pęna nulla iure ciuili excedit quadruplum, iure canonico secus iustitia suadente.*



Pus itaque Præsens, in quatuor partes conabor diuidere: In prima quidem differentias ponam, quę sunt inter ius canonicum, & ciuile, circa inchoandum, & ordinandum iudicium. In secunda subijciā differentias,

quas inuenio inter prædicta iura circa decisionem causarum, & negotiorum. In tertia tradam differentias circa executionem sententiarum. In quarta, & vltima adijciam differentias inter præfata iura, quas reperi in appellationi-
1 bus, & appellationum causis. ¶†In primis pono differentiam inter ius ciuile, & canonicum, quia de iure ciuili nō debet compromitti cum iuramento, vt C. de arbi. auth. de cernimus. sed de iure canonico etiam cum sacramēto est permissum compromittere, vt extra. de arbit. c. cum tempore. & c. ex parte. †
2 ¶Addo aliam differentiam, quia de iure canonico vniuersitas constituit procuratores, vt extrà. de procura, c. quia in causis. & c. petitio. & de iuram. calum. c. cum causam, & Canonistæ, omnes administratores generali vocabulo procuratores appellant. vt 1. q. 3. c. Saluator. & extra. de iuram. calum. c. in petractandis, & c. Imperatores. Sed iure ciuili, dicit Azo, ꝙ vniuersitas non potest procuratorem constituere: quia procurator fit à singulari domino, vt ff. de procura. l. 2. & quòd est vniuersitatis, non est singulorum, vt ff. de in ius vocan. l. sed si hac lege §. & si aduersus Rempublicam. & ff. quod cuiusq; vniuersi. no. l. sicut §. 1. Nec obst. authen. se sanct. Episco. §. si quando autem causa emerserit. quia exponitur ibi procurator, idest, procurans, & sic pro syndico ponitur. Alij Doctor. iuris ciuilis, vt Iacob. dixerunt argumento. d. §. si quando. quòd vniuersitas potest facere procuratorem, & quia vniuersi-
3 tas est domina, vnde procuratorem constituit. ¶†Nota aliam varietatem, quia de iure ciuili possessorium recuperandæ possessionis non datur, nisi aduersus deiectorem, vel quia mandauit, vel quia ratam habuit deiectionem. ff. de vi, & vi arma. l. cum à te. & extra. de ord. cog. c. cum dilectus. & de restitutio. spoliat. c. cum ad sedem. in fine, de iure verò canonico latius patet aduersus quemcunque res illicite peruenit, vt in d. c. cum dilectus. & ibi not. & extra. de restitutio. spoliato. c. sæpè contingit. & 3. quæst. 1. c. redin
4 tegranda. ¶†Aliam differentiam no. ꝙ de iure ciuili iudex secularis posset cognoscere de quæstione spirituali incidēter, vt probatur. C. de iudic. l. quoties. & de ordi. iud. l. adire præsidem. & ff. de iurisd. om. iud. l. si idem. & de iud. l. 1. licet non cogatur: at iure canonico secularis iudex nec incidēter quidem potest cognoscere de spiritualibus causis, extra. de ord. cog. c. tua. & qui filij sint leg. c. causam, &c. lator.
5 & de hoc dictum est de iu. c. at si clerici. ¶†Not. aliam differentiam, quòd de iure ciuili dicimus prælatum non posse constituere procuratorem in causis ecclesiæ suæ ante litē contestatam, ad instar tutoris, & curatoris, vt C. procur. l. neque. & ibi no. & in glo. in verb. debent. Sed de iure canonico est secus, extra. de procurato. ca. petitio. Et redditur ratio diuersitatis inter prælatum ecclesiæ, & tutorem, vel curatorem: qua plus iuris habet prælatus in bonis ecclesiæ, vt puta cum vtatur, & fruatur rebus, ecclesiæ, quàm tutor, vel curator in bonis pupilli, vel adulti, qui non fruuntur bonis pupilli, vel adulti, vt hic plenè no. Bern. extra de
6 rescrip. cap. edoceri. ¶†Animaduerto aliam differentiam inter ius canonicum, & ciuile: quia de iure canonico mulier non accipitur in testem, si criminaliter agatur. 32. qō. 5. c. mulierem constat. extra, de verb. signifi. c. forus. & no. extra, de testibus. tam litteris. sed iure ciuili ita potest esse testis mulier, sicut masculus, nisi in testamento, vt ff. de testamen. l. qui testamento. §. mulier. & no. in dicto cap. forus. & nisi sit damnata de publico crimine. l. ex eo quod. ff. de te-
7 stibus. & l. 1. eo. tit. Insuper notari † potest alia varietas, qa de iure ciuili non potest esse lis, vel iudicium inter patrē, & filium in patria potestate constitutum. ff. de iudic. l. lis nulla. & de hoc vide quod ibi not. sed de æquitate canonica videtur esse permissum, vt 2. q. 7. c. qualiter. dic, vt ibi no. sanè dici potest, quod non sit differentia quo ad hoc, & ꝙ illud c. intelligendum est secundum legis distinctionem.
8 Reperimus aliam differentiam, † quia de iure ciuili in crimine non proceditur contra absentem lite non contestata, fallit in casu contra apparitores, vt C. de pœnis. l. ne diu pro contumacia autem proceditur, sicut creditur, vt C. de requi. reis l. 2. Si autem lis est contestata, & liquet de causa nunquàm proceditur contra absentem, imo auditur quancunque venerit. ff. de requi. reis. l. annus. Sed in minoribus quia pœnam relegationis, vel damnum æstimationis continent, vnde proceditur contra absentem. ff. de pœnis. l. absentem. & ibi no. facit. C. de adult. l. quamuis. licet Canonist. distinxerint, aut liquet de causa, aut non: si liquet de crimine, potest condemnari absens. 4. quæst. 5. c. j. & 24. q. 3. c. de illicita. Si verò non liquet, expectandus est, vt xj. qō. 3. rursus. & c. quicunque: intra. in hoc videntur malè dicere: quia non distinguunt, si lis est cōtestata, vel non, vnde potest dicere secundum Bern. quod quando lis est contestata, & liquet de causa, loquitur, & habet locum c. rursus &c.
9 quicunque. † nam ante litem contestatam non sunt testes recipiendi in crimine, vt extra vt lite non contest. c. j. Fallit in casibus no. 4. quæstio. 2. quia ea. & C. de pœn. l. ne diu. nullo enim priuilegio gaudere debet, q malè administrando contubernales aufugit. C. vbi de ratioc. l. 2. ¶Item in causa inquisitionis, vt extra. de dolo, & contuma. c. veritatis. & ibi not. ¶Item vbi quis infamatus deficit in purgatione. extra, de purg. c. cum Pet. & de simo. c. de hoc. ¶Item in hæresi post mortem. 24, quæstio. 2. c. sanè profertur. sed in causa ciuili non proceditur lite non contesta. vt extra, vt lite non contesta. c. quoniam. ¶Item in causa appellationis. C. de tempo. appella. l. vltima. extra, de appella. c. sæpè ¶Item in absentia actoris. extra, de dolo, & contum. c. causam quæ. hodie videtur correcta per c. quoniam frequenter. & C. quomodo, & quando iud. in authen. qui semel. ¶Item vbi agitur de inofficioso, vt C. si vt se ab hæred. absti. auth. si omnes. ff. de minoribus. l. in causæ §. causa. ¶Itē in causa subiectionis, extra. de simonia. c. cum olim. ¶Item secundum quosdam in causa libertatis. argum. C. de vsufr. leg. l. 2. Item in Trebellianica restitutione. C. ad Trebellia. l. penult. §. cum autem. ¶Item cum electus non comparet, extra. de elect. c. dudum, in fi. & no. hoc 3. quæst. 8. accusato-
10 res. † Est & alia repugnantia, quia iure ciuili condemnatus de aliquo crimine post ipsam condemnationem in suum accusatorem potest accusationem inchoare, si non perdit ex illo crimine ciuitatem, vel libertatem. ff. de publ. iudi. l. is qui. & ibi plenè no. & hoc ideò, quia parcitur ei, qui prouocatus voluit se vlcisci ff. de bon. liber. l. qui cum maior. §. si libertus. in fi. In iure autem canonico cum quis est condemnatus de crimine, amodò suum accusatorem accusare non potest, neque extraneum, vt 6. quæst. j. ca. qui crimen. & de hoc no. 3. q. xj. c. neganda. Alia est differentia,
11 † quia iure canonico possunt induci testes apertis attestationibus super nouis articulis, vt extra. de fide instrum. c. cum Ioannes. & extra. de testibus. c. ex tenore. & c. veniēs. Sed de iure ciuili non possunt induci testes super nouis attestationibus, vt in auth. de testib. §. quia verò multi. & authen. at qui semel. C. de proba. & ibi glo. ordinaria. Habe-
12 mus aliam differentiam, † quòd iure ciuili alia sunt publica crimina, & alia priuata, publica crimina traduntur. ff. de publi. iu. l. j. in tex. & in glo. & Insti. de publ. iud. per totū. & ti. seq. sed de iure canonico videntur omnia crimina pu-
13 blica esse. 6. qō. 1. c. infames. ibi no. Subijcio † aliam, de iure ciuili Ecclesia non restituitur contra libertatem, sicut minor contra libertatem nō restituitur. ff. de mino. l. si ex causa. in fi. & l. 1. C. si aduer. lib. per totum. & minorem, & ecclesiam lex æquiparat, vt C. de sacrosan. eccl. l. fi. & C. ex quib. cau. maio. l. Respublica. sed de iure canonico cōceditur ecclesiæ in integ. restit. contra libertatem 12. q. 2. c. si illi. & ibi
14 no. † Refero aliam differentiam, quia iure ciuili perpetuatur iurisdictio delegati per solam litis contestationem, vt si postea moriatur delegans non finiatur mādatum. Si verò moriatur ante expirat iurisdictio delegata. C. de iurisdi. omn. iud. l. j. & quia concordat etiam auth. de lit. §. omnem. Sed de iure canonico non consideratur tantum litis contestatio, sed sufficit sola citatio ad perpetuādam iurisdictionem, vel rescriptum. de offi. dele. c. vlt. §. 1. & not. in c. relatū.
15 Surgit alia † differentia, quia secundum legem iudex appellationis non potest delegare cognitionem causæ appellationis, retenta prolatione sententiæ. C. de iud. auth. ad hęc. secus secundum canones, vt extra. de offi. iud. de lega. c. super quęstionum. §. intentionis. & ibi no. ¶Item circa idem secundum legem non potest iudex principalis causæ, causarum cognitionem committere, nisi litem faciat coram se contestari, & semel audiat in medio, & semel in fine, vt in auth. vt defun. seu fu. §. illud. & §. seq. C. de iudi. authē. ad hæc. secundum Canones verò non requiritur, quod semel audiat in principio, semel in medio, semel in fine, sed simpliciter potest causarum audientiam committere. d. §. intētionis. Item circa idem, ſm leges iudex committit audientiam causarum tantum consiliarijs suis, vt in d. authen. ad hæc. & in authen. de iud. §. si quis autem. sed secundum canones potest iudex committere cuicunque, vt extra de of-
16 fic. deleg. c. pastoralis. Est & alia differentia, † quia leges in distinctè dicunt, ꝙ si delegatus committit alicui causam, ad eum est appellandum C. qui pro. sua iurisdictione. l. unica, de hoc tamen dic, vt ibi not. Sed ius canon. distinguit, vtrum delegatus committit totam causam, & tunc appel-

letur

letur ad ipsum delegantem primum, vel non committit totam causam,& tunc appellatur ad ipsum delegatum,qui secundo delegauit,vt extra.de offi.delega.c.super quæstio-
17 num.§.porrò.& est ratio,vt ibi not. † Aliam verò diuersitatem inuenio, quia lex virilem ætatem interpretatur.25. ann.ff.de minor.l.1. & C.de his qui ven.æta.impe.l.fi. sed aliter secundum canones interpretatur, vt virilis ætas sit
30.ann.vt 78.dist.ca.præsbyter ante.& est ratio, vt ibi not.
18 Potes notare † aliam differentiam: quia iure ciuili furtū diffinitur,contrectatio rei alie.fraudulosa,&c.ff.de furt.l.j. §.furtum.& no.do.Azo in sum.de fur.in prin. Sed iure canonico furtum largè sumitur pro qualibet illicita contre
19 ctatione,vt 14.q.c.dominus. ¶†Nota aliam differentiam. de iure ciuili,ea quæ sunt meri, vel mixti Imperij non possunt delegari,nisi quando contingat ordinarium proficisci,vt ff.de offi.eius cui manda.est iurisd.l.j. Sed de iure canonico secus potest dici: nam delegatio permittitur.23.q.
20 4.c.sicut.& not.extra de offic.ordi. quod sedem. † Rursus aliam differentiam nota: nam de iure canonico potest recuperari proprietas rei,de qua est data tenuta: vsq; ad 40. ann.cum præscriptiones de iure canon.sunt quadragenales; sed de iure ciuili potest recuperari vsque ad 30. anno. C.de præscript.30.ann.l.cum notissimi.16.q.3.can.placuit, vt quicunque §.quas actiones.de hoc not.extra. de offi.or
21 di.c.pastoralis. † Aduerte ad aliam differentiam,iure ciuili postliminio reuertentibus datur rescissoria intra quadriennium Insti.de actio.§.rursus.C.de in integ.restit.l.fin. sed secundum canones, cum non curat eo tempore præscriptio,non datur rescissoria.16.q.3.can.prima actione. &
22 ibi gl.in verbo,postliminio.Item est alia differentia, † de iure canonico,qui fugerint ad ecclesiam,non debent inde extrahi.Excipinntur publici latrones,& notorius depopulator.17.q.4.c.sicut antiquitus,& extra de immuni.eccle.c. inter.Isti soli excipiuntur,& non alij, secundum canones: sed de iure ciuili,excipiuntur homicidę,& adulteri,rapto-
23 res virginum,qui in ecclesia sunt capti de iure cano.36.q. j.de raptoribus. Admitti potest † alia differentia, de iure canonico non est permissum iurare per creaturas, nisi vbi inuenitur expressum,vt per Euāgelium,per altare, per crucem,vt 22.q.1.c.considera. & c.clericum.& can. habemus. & c.si aliqua. & 10.qō.5.periurat. Sed iure ciuili permissum videtur.ff.de iureiu.l.2.§.fi.& l.seq.& l.qui per salutem.Sed vtroque iure concordante prohibitum est iurare per mēbra Dei,vt 22.q.j.si quis per capillum. & in authen. vt non
24 luxu.cōtra naturam.circa medium.Non omittimus † aliā differentiam,iure ciuili actio est proponenda in libello, quia sine actione nemo experitur, vt de negotijs gestis. l. si pupilli.§.fi.ff.de administ.tut.l.quoties.§. item si.& argu. ff.de eden.l.j.& Institu.de actio.in princ. quamuis alij, vt Azo, dicant contrarium. Ad hoc tamen dic vt no. ff. de eden.l.j.secūdum canones verò nemo tenetur edere actionem,extra.de iud.cap.dilecti,& ibi no.Maxima differentia
25 † non remanet indiscussa:iure quidem ciuili instantia iudicij perit cursu triennij, numerando à litis contesta.C.de iud.l.properandum. fallit in casibus specialibus ibidē no. Sed de iure canonico instantia iudicij triennio non finitur,extr.de iud.c.venerabilis.quamuis recitentur aliorum
26 opi.quas dic. vt ibidem notatur. Repugnantia † etiam in alio reperitur: quia de iure ciuili ordinarius non potest recusari,vt no.C.si qua.prædi.po.l.1.§.illo, & quando Impera.inter pupil.& vid.l.1.& de iurisd.omn.iud.l.fin.& hæc est verior opinio Bulgari: sed Mart.contra,quod dic plenè,vt no.C.de iud.l.apertissimi.Iure canonico etiam ordinarius recusari potest.extra de fo.comp. c. si quis contra clericū. & de appel.c.cum speciali. Circa eādem materiam est etiā
27 differentia inter † ius canonicum,& ciuile,quia de iure ciuili quando recusatur delegatus, non est necesse allegare causam suspicionis,& sic etiam nec probare,vt C.de iud.l. apertissimi.& authen.ibi posita,si verò contigerit. & est argum.ff.ad Trebellia.l.quia poterat:& de appel.l.si pro lusorio.Alij,vt Pileus de iure ciuili dicunt causam suspicionis esse proponendam,nō probandam: quod dic,vt plenè no. in d.l.apertissimi. Sed de iure canonico coram arbitris causa suspicionis est proponenda,& probanda.extra. de offic. deleg.c.suspicionis.& extra,de appella. secundò requiris. §.j.& cap.cum speciali.Differunt ius canonicum,& ciuile:
28 † quia de rigore iuris ciuilis aduersus præscriptionem ecclesia restituitur à tempore præscriptionis completæ intra quadriennium.C.de temp.in integrum resti.l.superuacuā. Nam Ecclesia, & Respublica æquiparantur.C.de sacrosan. eccle.l.fin.& Respublica restituitur.C. ex quib.cau.maio.l. Respublica. sed de æquitate canonica,non restituitur ecclesia contra præscriptionem,vt dicit Ber. & Gofre.ne iura canonica de præscriptione loquentia sint frustra,voluit tamen præiudicare ecclesijs per præscriptionem. 16.q.3.ca. placuit. & 4.c.volumus.vt no.extra,de in integ.resti. capi. auditis. in apparatu Ber. Hoc autem non omitto dicere, de iure canonico potest subtiliter dici,vt ecclesia restituatur contra præscriptionem: cum ecclesia æquiparatur minori,extra.de in integ.rest.c.j.& c.auditis. cum simil. Item
29 differunt, † nam iure ciuili torneamentum non est prohibitum: nam iudex gratia virtutis ostendendę permittit.ff. de aleato l. solet.arg.ff.ad l.Aquil.l.qua actione.in §.si quis in colluctatione.Iure canonico prohibitum est. extra, de torne.in c.j.& hoc ibi no.sed melius puto dicēdum, quòd torneamenta sunt prohibita iure ciuili.C.de glad.l.vnica.
30 lib. xj. ¶†Item differunt,nam de iure canonico,fama aliqua facit excommunicatum vitandum esse, extra. de sent. excom.c.cum desideres. sed iure ciuili sola fama non probat,sed est semiplena probatio.ff.de tritic.l. 3. ¶Item diffe
31 runt, † iure canonico prędicatores,& confessores possunt recipere eleemosynas ab vsurarijs, & raptoribus alienarū rerum,quasi gestores eorum,quorum res extortæ sunt,cū non habeant vnde viuant aliunde,extra de senten.excom. c.cum voluntate. Sed de iure ciuili,tales prædicatores, & confessores non possunt sua authoritate recipere, sed de manibus dominorum.ff.quod met.cau.l.extat, nec possēt hoc habere contra prohibitionem dominorum,quod iure canonico conceditur.C.de neg.gest.l.vltima.& not. Inno.in allegata Decretali,cum voluntate.¶Item differunt,
32 † iure canonico clerici Parisijs morantes, etiam in causis pecuniarijs,possunt conuenire laicos coram Episcopo,extra.de fo.comp.c.quod clericis,quod non est de iure ciuili: quæ est ratio? quia Episcopus est ibi comes, vt ibi not.
33 ¶†Item differunt,quia iure ciuili,clericus posset consentire litigare coram iudice non suo,tamen ecclesiastico, vt C.de iurisd.om.iud.l.j.ff.de iu.l.2.C.de Episc.au. l. si qui ex consensu.& l.Episcopale. Sed iure canonico secus,nisi cō sensus sui Episcopi accedat,extra.de fo.comp.c. significa-
34 sti.4.q.6.c.non licet.& 9.q.1.& 2. Item † notari potest alia differentia,iure ciuili,si quis contraxit in vno loco, poterit citari à iudice illius loci,si in loco inueniatur,& si non inueniatur,potest mulctari, & omni remedio prætorio cō pelli,vt veniat,prout probatur.ff.de iud.l.hęres absens.Sed iure canoni. potest iudex loci cōtractus solummodo pronunciare de mittendo,si alibi conuentus existat,vt not.in decre. Inn.Romana.de fo.comp.& vide quæ no.in decre.
35 licet.eo.tit.per Inn.Item † differunt,iure ciuili non potest procedi ad diffinitiuam sententiam lite nō contest. nisi in causa appellationis vt C.de tempo.appella.l.vlt.§.illud. de iure canonico in causis mrimonialib.vbi igitur de coniungendo fędere mrimonij,non de dissoluendo, & in causis electionum,bene potest procedi ad diffinitiuam vsque ad lit.contest.vt extra,vt lit.non contest.c.j. & c.qm.§.porrò.
36 ¶†Item differūt iure canonico in ecclesiasticis personis, & negotijs,non tamen rigor,sed discretio est seruāda, sed aliter de iure ciuili,extrà de dolo & contu.c.j.de resti.spol.
37 c.sæpè.& ff.si quis ius dicen.non obtemp.l.1. ¶†Item differunt,iure canonico potest fieri sequestratio propter absentiam rei.extrà de dolo & contu.c.ex literis. Sed de iure ciuili in eo casu non fit sequestratio. C.de prohib. seque. l. vnica.& ibi no.& alijs casibus fit de iure canonico sequestratio,qui de iure ciuili non sunt expressi, vt no. extrà de sequest.poss. c.cum dilectus. ¶Item differunt, iure ciuili,
38 †si quis offerat se liti, condemnatur, ac si possideret rem, quæ petitur.ff.de rei vend.l.is qui se.& ff.de per.hære. l.qui se liti. Sed iure canonico, in negotijs ecclesiarum cessat hoc ius: ne delicta personæ redundent in damnum ecclesiæ.26.q.6.c.& ne si Episcopum.& extrà vt lit.pen. c.eccle-
39 sia.vbi de hoc. ¶†Item differunt,iure cano.ad probandum consanguinitatem admittitur testimonium de credulitate,& de auditu.extrà de proba. c.quoties. & c.licet. Sed de iure ciuili non reperitur, quòd admittatur talis probatio
40 in hoc casu. ¶†Item differunt, iure cano. in causa matrimoniali sententia potest ferri sine scriptis,de testi. c.Albericus.& ibi no.sed iure ciuili non inuenitur, quo casu possit sententia ferri sine scriptis.C.de sent.ex breu.reci. l.fi.&
41 ibi not. ¶†Item differunt, iure ciuili non creditur dicto vnius testis.C.de testi.l.iusiurandi. Sed iure cano. creditur aliquando vni testi.quando. s. non est præiudicium alicuius: puta, quæritur inter aliquos,vtrum quis sit baptizatus,vel ecclesia sit conse.dis.4.c.paruulos.& c.cum itaque.

& quan-

BIU Cujas

& quandoque quæritur vtrum quis pœnitentiam egerit, extrà de ſimo.c.nemo. & extrà de pœn. & remiſ. c.omnis.
42 ¶Item differunt, † iure ciuili Abbas in cauſa monaſterij iurat de calum.in animam ſuam,quia perſonam habet legitimam, & cauſa fit cum eo tanquàm cum legitima perſona.C.de iur.calum.l.2.§.quod obſeruari. & §.hoc etiã.& ibi no.& C.de Epiſc. & cler.auth. cauſa, quæ fit cum mo. ſed de iure canonico debet iurare in animam maioris partis conuentus in concilio Lugdunen.c.præſentium. de te
43 ſtib.& not.extrà de elect.c,dudum. ¶†Item differunt,iure ciuili magis abſolutè compelluntur teſtes ferre teſtimonium,quàm iure cano.C.de teſtib.l. quoniam liberi. & extrà de teſt.c.ſuper ſecundo.& not.Inno. eo.tit. c.1.Prætereà clerici de iure cano.non ſunt compellendi, niſi cum aliæ probationes haberi non poſſunt. 14. q.2. cap. quamquam.
44 ¶†Item differunt, iure ciuili frater non poteſt accuſare fratrem de magno crimine,vt C.qui accu.non poſſ.l.ſi magnum.& eo.tit.ſi ſororem.Sed de iure canonico frater poteſt accuſare fratrem de hæreſi.extrà de præſump. c.literas.
45 arg.23.q.5.can.ſi audieris.¶†Item differunt, iure ciuili parentes non poſſunt eſſe teſtes contra liberos etiam volentes. C. de teſt.l.parentes. Sed iure cano. poſſunt teſtificari contra ſe.extrà de præſum.c.literas.& 24.diſt.can.Diaconi.
46 ¶†Item differunt,iure ciuili dilatoria exceptio debet proponi ante litis conteſtationem,& poſteà non poteſt opponi,ſi ante litis conteſtationem ſit omiſſa. C.de procu. l.ita demum.& ff.de iudi. l.ſed & ſi ſuſceperit. in prin. C.de excep.l.fin.Sed de iure canonico inſtantia recipitur in exceptione,ex quo põt opponi in qualibet parte iudicij, extrà de excep. c.exceptionem. & in decre. c.pia. de excep. lib.6.
47 ¶Notari poteſt † alia differentia, nam iure ciuili lata ſententia non auditur aliquis aduerſus eam poſtquam tranſiuit in rem iudicatam. C. ſent. reſcin. non poſſ. l.1. & C.de appel.l.hi qui.& vt lit.pen.c.quoniam frequẽter. De æquitate verò canonica auditur quis fauore matrimonij,ſemiplenè probata fraude per iuramentum, & per teſtem vnũ, vt extrà de in integr.reſtit.c.ex literis.& ſic poteſt intelligi 4.q.5.c.quiſquis. in fi..Et hoc poteſt ita iurare de rigore iuris: quia ibi abſens legitimè citatus præſumitur cotumax ſi non venit,vt 3.q.9.c.decernimus.65.diſt. c.ſi fortè. ff.de re iud.l.contumacia.ſed talis præſumptio poteſt elidi per aliã præſumptionem, ſiue ſemiplenam probationem, vt ff.de re iud.l,diuus. vnde per ſacramentum potuit ibi tolli præſumpta contumacia.35.q.3.extraordinari. & optimum arg. extrà qui ma.accu.poſſ.c.cum in tua. ¶Item circa idem, & in alio dictat contrarium ius canonicum,nec ibi tranſit in rem iudicatam ſententia contra matrimonium.vt extrà de re iud. c.lator. & c.conſanguinei. Idem & in alijs caſibus
48 ſpiritualibus.25.q.9.per totum. & ibi no. ¶†Item inſurgit & alia varietas, quoniam iure canonico ſi clericus ceſſionem recipiat præſumitur de iure ceſſio ſimulata, vt extrà de alienatio.iud.mu.cau.fac.c.ex parte.clerici enim ab illicita negotiatione prohibentur. 14. q.3. in c.clerici. & c.canonum.& 88.diſt.c.fornicari.iure ciuili non inuenitur,niſi aliter doceatur ſimulatio. C. mand. l. per diuerſas. & l.ab Anaſtaſio. probari tamen poteſt. C. de procur. l. militem.
49 †Inſuper alia differentia bona, & ſubtilis inuenitur: quia de iure ciuili ingreſſus monaſterium monachus, vel canonicus regularis non poteſt aliquid retinere.C.de ſacroſan. eccl.auth.ingreſſi.& cum alterius iuris eſt, non poteſt aliquid habere.ff.de acqui.rer.dom. l.homo lib. & de reg.iur. l.qui in ſeruitute.& ar.ff.de vſur.l.placuit. Sed iure canonico poteſt purè,& ſine peccato aliquid de ſuis bonis concedere loco præbendæ,extrà de ſimo.c.tua nos. & extrà de proba. c.in præſentia. de ſucceſ. ab inteſt. c.quoniam dilectus.in fine.& de eo dic,vt not.in dicta decreta. tua nos.&
50 extrà ne cle.vel mona.c.ſi. Eſt & alia † differentia.Nam iure ciuili, qui aliquid promiſit quod conſiſtit in dando ſub pœna,ſi aliquid omittit dare,ad totam pœnam tenetur. ff. fam.erciſ.l hæredes.§.in illa.& ff.de verb.obli. l.ſtipulationum.in fi.& in l.in executione. & plenè no. ff. ſi quis cau. l.ſi ſeruus.§.ſi plurium.Sed de iure cano.obſtat exceptio.& Inn.M.ſequitur opi.vt extrà de pœn. c.ſuam ad nos rectores.quod dic,vt ibi plenè no.in apparatu ordinario.Notari
51 ſolet alia † differentia ſecundum Ioan. iure can. non licitè recipit aliquis,vt iudicet furem.extrà de fur. qui cum fure. & c.ſeq.& argu.1.q.1.c.quod quidam dñt. §.ex his verbis.& ibi not. ſed iure ciuili etiam quis licitè recipere poteſt, vt iudicet furem.ff.de condi.ob tur.cau. l.ſi ob turpẽ cauſam.
52 de præſcriptis verbis.l.ſolent.& in eis no.†Nota aliã differentiam quod de iure ciuili pro quibuſdam conſuetudinibus debebant aliquid offerre illi,qui ordinabantur; & etiã tabellionibus pro ſcripturis ordinatorum, vt in authẽ. de ſan.epiſc.§.pro conſuetudinibus.Sed iure canonico eſt ſecus: & ſi fieret,eſſet ſimonia, vt 1.q.2.ſicut Epiſcopũ. & ibi
53 not. † Habemus aliam differentiam. quia iure cano. valet hæc promiſſio, promitto tibi me daturum Titio decem, maximè ſi interueniat iuramentum.arg.22.q.5.c. iuramentum.& no.1.q.7.cap.quo.ſed de iure ciuili ſecus eſt. vt ff.de verb.obl.ſtipulatio iſta.§.alteri,niſi in caſibus,qui no.Inſti. de inut.ſtipula. §. alteri. Diuerſitatem aliam reperimus,
54 † quia iure ciuili tranſigere permittitur de criminibus publicis ingerentibus pœnã ſanguinis, excepto crimine adulterij,de alijs verò criminibus publicis, quæ ſanguinis pœnam non ingerunt,non licet tranſigere. excepto crimine falſi.l.tranſigere.C.de tranſ.& dic,vt ibi no. Sed iure cano. videtur aliud dicendum,videlicet, quod nullum crimẽ ingerat pœnam ſanguinis. ¶Item in cauſa ſpirituali nullo modo licet deſiſtere pecunia accepta,vt extra.de reſcr.c.fi. de hoc no.2.q.3.cap. ſi quem pœnituerit.§.in omnibus.
55 ¶Item differunt, † quia iure ciuili inter pares communiter habitantes, & tractantes ſe vt vir, & vxor præſumitur matrimonium,vt ff.de ri.nupt.l.in liberæ. ſed de iure can. potius præſumitur adulterium,niſi oſtendatur ſolemnitas nuptiarum,vt 35.q.5.aliter not.diſt.33.ca. is qui non habet.
56 ¶†Item alia differentia ſolet tradi à Doctoribus, iure canon.promiſſio pęnæ, & ſtipulatio arrharum non videtur valere in matrimonio,vt extra.de ſpon.c.gemma, quia eadem ratio prohibitionis eſt in pœnis,& in arrhis,vt argu. extra de tranſla.Epiſc.c.inter corporalia. ſed ſecundum legem pœnæ promiſſio non valet ff.de verb.ob.l. Titia §.idẽ reſpondit.valet tamen arrharum promiſſio.C.de ſpon.l.fi. & de hoc no.in d.c.gemma.Habemus aliam differentiam,
57 † quia de iure cano.pater non poteſt, filia renuente,eã maritare,vt extra.de deſpon.impu.c.1.& extra.de ſponſ.c.cum locum.27.q.2.c.ſufficit. Sed filia iure ciuili non poteſt patri reſiſtere volenti eam maritare,niſi ei dederit turpem perſonam,vel moribus ſuis indignam.ff.de ſpon.l.ſed ea quæ patris,& hæc differentia no.extra,de deſponſ. impube.cap.1.
58 ¶†Item circa idem differunt,quia iure ciuili conſenſus parentum requiritur in matrimonio.C.de nup.l. nec filiam, & ff.de ritu nup.l.nuptiæ.ſed iure canonico non requiritur
59 niſi de honeſtate,vt 27.q.2.c.1.& ibi plenè no.Not.† etiam aliam differentiam,quia iure ciuili non pro quolibet crimine condemnatus efficitur infamis, ſed pro quibuſdam ſic, vt ff.de pub.iud.l.infamẽ.ff.de his,qui no.infa.l. quid ergo. §.fi.& l.athletas.§.vlt.eo.tit.& plenè diſtinguè 3.q.7.c. infames.§.porro.ſed iure cano.non videtur hæc diſtinctio ſibi locum vendicare,cum omne peccatum infamet,vt 3. q.5. c.conſtituimus.& 3.q.6.c.infames.& cano.omnes.& no.in
60 d.§.porro. † Item aliam differentiam not. quia ſecundum rigorem iuris ciuilis,filij nati ex inceſtu damnato, vel nefario coitu,non ſunt alendi à parentibus, vt in auth.quib. mod.na.effi.legi.§.fi.& C.de nat.lib.auth.licet. ſed de æquitate canonica,quæ conſiderauit ius naturale,ſecus eſt, extrà.de eo qui duxit in matrimonium.c.cum haberet.in fin.
61 & ibi not.plenè.Subijcio aliam differentiam, † quia de iure ciuili non poteſt eſſe inter ſeruos matrimonium, neq; inter ſeruum,& liberam,ſed dicitur contubernium. C. de nup.l.cum ancillis.Sed de iure cano. ſeruus ſicut liber rectè matrimonium contrahit,vt extrà.de coniu.ſer.ca.1. Itẽ
62 no.aliam differentiam, † quia iure ciuili mulier prohibetur intra tempus luctus,hoc eſt,intra annum tranſire ad ſecundas nuptias,ſi contrarium facit,efficitur infamis,& patitur alias pęnas contentas in l.1.C.de ſecun.nup. Sed iure can.ſtatim mortuo primo viro,mulier poteſt nubere ſine aliqua pęna.extra.de ſecun.nup.c.ſuper illa. & ibi not.& c.
63 vlti. Sed quæro, † antequàm maritus duceret vxorem ad domum ſuam, eam cognouit carnaliter in domo patris vxoris,an eo mortuo lucretur quartam,quãuis ducta non fuit in domo viri ſui? Dic q̃ ſic, etiam ſi ipſa non fuerit pfectæ ætatis.ff.de ritu.nup.l.perfectus.& ff.de priuil.credi.l. 2.ff.de ritu nup.l.ideoq;.Item etiam alia ratione vxor lucratur quartam propter copulam carnalem, quia matrimonia iure pontificali,non iure fori reguntur.2.q. 2. ca. hinc diſtinguẽdo.& in matrimonijs malitia ſupplet ętatem,& per carnalem copulam fit matrimonium legitimum. ext. de ſponſ.c.illis.& in c.iuuenis.& c.adoleſcens. vt de malitia refert Greg.in Dial.de quodam puero nouenni,qui nutricem ſuam grauidauit, vt not.20.quæſt.1.in princ. Et no.
64 † quod ſtatutum diſponens, q̃ vir, præmortua vxore, lucretur dimidiam dotis,habet locum,ſiue fuerit traducta ad domum

BIU Cujas

a domum mariti,[a] siue fuerit secuta cõpula carnalis, siue nõ dummodò matrimonium fuerit contractum per verba de præsenti. l. nuptias. ff. de re. iu. l. nihil. ff. rerum amota. & ibi no. & de ista q. est casus singularis in l. Deo nobis. C. de epi scop. & cle. Sed iuxtà hoc quæritur, an erit idem in sponsa. Pone, q maritus debeat lucrari tertiam partem dotis vtrũ idem erit in sponso? Vel ponamus, q filia maritata excludatur per statutum, vtrum idem erit in sponsa? Doct. dicũt, q non. l. non sine. C. de bon. quæ lib. & ibi per Pet. & Cy. & Gul. ad hoc. ff. quod fal. tut. autho. l. an in partem. vbi no. & vide per scribentes in l. Deo nobis. C. de episc. & cler. Item
65 no. aliam differentiam, † de iure ciuili spurij non prohibẽ tur eligi ad decurionatum, vel ad alios honores. ff. de decur. l. spurij. in prin. & l. generaliter. sed de iure canon. secus
66 est, vt 6. dist. cano. 1. & 2. & ibi de hoc not. inuenies. † Possum aliam differentiam ponere. Ecce iure ciuili licitum est contrahentibus adinuicem se circumuenire vsque ad dimidiam iusti pretij. ff. de mino. l. in causæ. sed iure canon. potest dici, quod ecclesia de re sua quam vendidit in casibus concessis non debet recipere vltra iustum pretium, vt extra. de don. c. per tuas. & hoc no. 10. q. 2. c. ea enim. §. hoc
67 ius. in gl. ord. Nota aliam differentiam † iure ciuili si quis hæres non implet voluntatem defuncti, priuatur in totum hæreditate, hoc saluo quia si est de liberis, debet retinere legitimam. C. de fideicommiss. l. fi. & authen. hoc amplius. Sed Canonistæ indistinctè dicunt hæredes, qui non parẽt voluntatibus defunctorum priuari in totum successione. 11. q. 3. c. Sylvester. extra. de voto. in fi. & notatur in d. ca. Syl-
68 uester. † No. aliam differentiam, quia iure ciuili imponitur pœna sacrilego durior, quàm iure canonico. ff. ad l. Iuliam pecu. l. sacrilegij. Iure verò Canonico diuersæ pœnæ imponuntur. Nam si committitur in personam ecclesiasticam, talis ipso iure est excõmunicatus. vt 17. q. 4. ca. si quis. Si verò in re ecclesiæ fiat sacrilegium, tunc post tertiã admonitionem est excommunicatus, d. c. quisquis. Item imponitur pœna pecuniaria quandoque maior, vt eo. c. quis-
69 quis. & c. si quis contumax. Vide aliam differentiam, † nã iure ciuili pœna pecuniaria potest ab ecclesia infligi. 20. q. 3. c. si quis cuiuslibet. & 23. dist. c. quamquam extra. de arb. c. dilecti. sed iure canonico secus. 22. q. 2. c. fraternitas. & ext.
70 de pẽ. c. suam. & no. 12. q. 2. c. in antiquis. † Insuper est differentia, quia de iure ciuili ex nudo pacto non oritur actio. C. de pact. l. legem. ff. de pact. l. iurisgentium. §. quinimò. versic. igitur nuda. Fallit in certis casibus ibi notat. ꝛ. sed iure canonico dicimus nudo pacto dari actionem, scilicet, condictionem ex causa, argu. 22. q. 5. c. iuramenti, & 12. q. 2. quæcunque suffragia. & ibi not. extra. de testam. cap. indicante.
71 † Notari potest alia differentia, iure ciuili impubes non iurat, & eius iuramentum nullum est. C. de iuram. calum. l. 2. §. 1. & C. si aduer. ven. auth. sacramenta puberum. fallit in casu vbi pupillus obligatur ex sacramẽto suo, vt si manumissus iurat præstare operas manumissori suo, vt ff. de libera. cau. l. fi. Sed iure canonico potest pupillus iurare, si doli capax sit, & si non seruat iuramentum, periurat. 22. q. 5. ca. paruuli. & ibi de hoc. Ego dico satis probabiliter posse defendi, q etiam iure ciuili sacramentum pupilli doli capacis valeat, vt bene notatur in d. c. paruuli. Item aliam differen-
72 tiam not. † iure Canonico ipso est aliquis fur, quod non intrat per ostium, & qui intrat cameram animo furandi, vt 24. q. 4. c. tres personas. & de pœnit. dist. 1. vt si propterea, & c. si quam. de iure ciuili secus est, vt ff. de furt. l. vulgaris. & l.
73 qui furti. Habemus † aliam differentiam, iure quidem ciuili in præscribendis iuribus, quæ continuam causam non habent, requiritur duplicatum tempus, vt. C. de serui. l. fi. ff. quemadmo. ser. amit. l. si sic constituta. Sed secundum cãnones in omnibus iuribus habentibus continuã causam, vel non præscriptio sufficit 40. ann. vt extra. de præscrip. de quarta. & innuitur extra. de cau. pos. cap. cum ecclesia, & ibi not. Quinimò in primo dico, quod requiritur tantum tẽpus, cuius non extat memoria secundum legem, vt ff. de acq. plu. arc. l. 1. in fin. & iura primo alleg. quæ loquuntur de tempore duplicato, intelligo de iuribus acquisitis, vt tan-
74 to tempore non vtendo amittantur, vt in eis patet. † Item differunt, de iure canonico, qui pro suis moriuntur scæleribus, non traduntur ecclesiasticæ sepulturæ. 33. q. 5. c. placuit. extrà, de fur. fures, nisi fuerint in morte contriti. 23. q. 2. ca. vlt. Sed iure ciuili non conceduntur sepeliri alicubi, nisi prius fuerit petitum à principe, & concessum ff. de cadaue.
75 punitor. l. 1. 2. & 3. Item differunt, † iure canon. pœna incestus, & adulterij mors est, vt. 23. q. 5. c. relegantes. sed de iure ciuili mulier adultera non occiditur, sed detruditur in monasterium, secundum quod cauetur. C. de adul. auth. sed hodie. Potest dici quod. c. relegantes loquitur secundum iura, quæ erant ante ius Authenticorum, secundum quæ iura tã adulter, quam incestuosus vtriusque sexus gladio punieba tur. C. de adul. l. quamuis. & ff. eo. l. si adulterium. in princi.
76 Item differunt, † iure canonico, quod meo nomine non est gestum possum habere ratum. 16. q. 3. c. vlt. extra, de his, quæ fiunt à præla. sine con. capit. c. 3. de cle. sicut. 9. q. 2. cap. Lugdunensis. de iure verò ciuili, quod non est meo nomine gestum, ratum habere non possum. ff. de vi, & vi arma. l. si vi à me, à contrario sensu, & de neg. gest. l. si pupilli. §. sed
77 si ego. fallit in casibus ibi not. Item † differũt, iure canonico, si quis proponit exceptionem dilatoriam post fundatam intentionem actoris, & contingat eum in probatione illius exceptionis deficere, cõdemnatur actor in expensis. vt extra, de dolò, & contuma. c. finem liti. & ibi no. Sed iure ciuili hæc expensarum condemnatio non habetur, nisi in fine causæ, vbi victus victori condemnatur in expensis. C. de iud. l. properandum. §. sinautem. & ibi not. Item diffe-
78 runt, † iure canonico incendiarius patitur pœnam, quia excommunicatur, & in seruitio Dei, vel in Hispania, vel Hierosolymis stare tenetur per annum, vt 23. q. 8. ca. si quis membrorum. & c. pessimam quidem. & extra, de incen. c. j. sed iure ciuili, qui ædem, vel ædificium aut aceruũ frumenti, iuxta domum positum, incendit, debet comburi. Si verò aliàs fecit incendium in ciuitate, si vilis persona est, bestijs subijcitur: si verò alia persona, capite puniatur, vt de incẽ. rui. nau. l. qui ædes. & l. fin. & de pẽ. l. capitalium. §. qui inimicitias. & potest accusari. l. Cornelia, de sicar. l. 3. in princ. ff. ad l. Corne. de sicar. & C. qui accusare non poss. l. data. & hoc si dolosè incendium fecerit. Si autem culpa, vel negligentia incendium fecerit, tenetur emendare damnum, aliàs punitur extra ordinem officio iudicis de damno dato, d. l. qui ædes. & ff. de priua. deli. l. fina. & extrà, de iniur. & damn. da. c. fin. Item differunt, secundùm canones sacrile-
79 gi, † & fures, capitali pœna puniri possunt. 23. quæst. 5. cap. homicid. & q. 8. quicunque percutit: sed iure ciuili pro furto non moritur aliquis, sed aliàs punitur, vt C. de ser. fugi. auth. sed nouo iure, nisi sit famosus latro, vt ff. de pœn. l. capitalium. §. famosos. & dic, vt ibi. Sed in sacrilegio consonat ius ciuile cum cano. ff. de pœn. l. aut facta. in prin. & ff. ad legem Iuliam pec. l. sacrilegi. in prin. & hoc, si sit verum sacrilegium, vt surripiatur sacrum de sacro, aliàs extraordinaria pœna imponitur, d. l. sacrilegi. 2. responso. & vide de pẽna sacrilegij, secundum ius ciuile, & cano. vt not. Inno. extra, de sententia excommunicationis. c. cum pro causa.
80 Item differunt, † secundum ius ciuile si plures vulneraue-runt aliquem, qui mortuus est, & certum sit de cuius vulnere sit mortuus, ille, de cuius vulnere non est mortuus, non censetur homicida. ff. ad l. Aquil. l. huic scripturæ. Nã vulnus vniuscuiusque contemplandum est. vt ff. ad l. Cor. de sica. l. fi. sed iure canonico secus dicimus, ar. l. dist. si quis post. Sufficit enim, quòd sumpserit, arma, licèt non occiderit ipse, sed alius. extrà, de cle. percu. cap. præsentium. & no.
81 22. q. 8. c. si quatuor. & ibi vide de pẽna. Item differunt, † qa iure ciuili si accusator non probat, reus absoluitur, etiam si ipse nihil probet, seu præstiterit. C. de eden. l. qui accusare, & debent esse probationes luce clariores in criminib. C. de probat. l. sciant. Fallit in casibus in quib. tenetur reus se exonerare, etiam si non probetur contrarium. C. de fal. l. vbi falsi. & de abol. l. fallaciter. & d. l. qui accusare. Sed iure cano. si contra aliquem laborat infamia. inducitur ei purgatio, & si defecerit in purgatione, tanquam conuictus puni tur extr. de pur. can. c. cum P. & c. cum dilectus. & de si. no. c. insinuatum. & 2. q. 5. c. presbyter si à plebe. Item differunt,
82 † quia iure canonico sortilegi, & diuinatores, & qui eos consulunt, puniuntur pẽna quinque aureorum. 26. q. 1. cap. quoniam diuinationes. quod autem legitur de sortilegijs. c. 2. dispensatio est, de iure ciuili punitur capite sortilegus. C. de malefi. & mathema. l. nemo aruspicẽ. Item differunt,
83 † quia de iure canonico, qui commisit incestum cum muliere Deo dicata, vel monacha, si clericus est, deponitur, si laicus, excommunicatur. 27. q. 1. c. si quis Episcopus. iure ciuili punitur pẽna capitali 26. q. 2. can. si quis non dicam. C.
84 de episc. & cler. l. si quis non dicam. Item differunt, † quia de iure ciuili dissoluitur matrimonium, si alter coniugum vellet intrare monasterium, & intret, auth. de nup. §. distra-

huntur

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Domum mariti. Vide latè Abba. in consi. j. lib. 1. vide Barto. in l. nihil. & ibi scripsi in addi. plenissime. ff. rer. amot.

BIU Cujas

huntur itaque. Sed iure can. ſecus. 27. q. 2. cap. Agathoſa. &
85 ibi not. † Eſt & alia differentia, nam de iure ciuili poſſunt contrahi nuptiæ inter conſobrinos vt C. de nup. l. celebrã dis. & Inſt. de nup. §. duorum. & ibi no. licet de iure can. qui attinent ſibi in quarto gradu conſanguinitatis, & affinitatis prohibentur contrahere matrimonium, vt ext. de con
86 ſan. & affi. c. non debet. Item differunt, † iure ciuili ſi quis legat rem alienam, aut ſcienter, aut ignoranter, ſi ſcienter, valet legatum, & tenetur hæres rem redimere, vel præſtare æſtimationem. Si verò ignoranter, & tunc aut coniunctæ perſonæ, aut non coniunctæ perſonæ: ſi coniunctæ perſonæ, valet legatum: ſi non coniunctæ perſonæ, non valet legatum, vt C. de leg. l. cum rem alienam. ſed iure canon. non tenet legatum rei alienæ, vt ext. de teſt. c. filius. 12. q. 2.
87 ſi Epiſcopus. Item differunt, † quia iure ciuili non requiritur titulus, & bona fides in præſcriptione. 30. vel 40. ann. C. de præſcrip. 30. ann. l. ſicut in rem. & l. omnes. Sed de iure canonico, ſecus: vt ext. de præſcrip. c. ſi diligenti. & ibi
88 no. eo. tit. c. fin. & ibi no. Item differunt, † quia iure ciuili durat patria poteſtas in omnem ætatem filij, ſed de iure canonico ſoluitur patria poteſtas adueniente adulta ætate, quò ad matrimonium carnale, & ſpirituale, & quò ad iuramentum. 20. q. 2. c. puella. 23. q. 2. c. tribus, & not. 33. q. 2. c. ho-
89 norantur. Item differunt, † quia iure ciuili filius familias non obligatur voto ff. de polli. l. 2. §. voto. Sed de iure canonico ſic 33. q. 2. d. cano. honorantur. & ibi no. & vide no. gl. diſtinguentem in l. Deo. nobis. in §. hoc etiam cognitum. in verb. ingratum, quæ incipit, ob hoc ipſum. C. de epiſ. &
90 cler. Item differunt, † quia iure ciuili ſtuprum committitur in virgine, vidua, vel puero, vel cum ſoluta muliere, q̃ non habetur loco concubinæ. ff. de adult. l. ſtuprum, ſed iure cano. dicitur propriè ſtuprum virginum defloratio. vt 36. q. j. can. lex illa. licet quandoque dicatur, & ponatur ſtuprum pro adulterio. 32. q. 4. cano. nemo. 18. q. 2. cap. idolola
91 tria. Item differunt, † quia iure ciuili ſimplex fornicatio non videtur puniri, imò permiſſa videtur, argumento. C. de dona. inter vir. & vxo. l. 2. ff. de concubin. l. in concubinatu. Sed de iure canonico prohibetur quælibet fornicatio, & canonicum crimen eſt fornicatio. 32. q. 4. can. nemo. &
92 ibi no. Item differunt, † quia contra naturam peccans punitur pœna capitis de iure ciuili. C. de adul. l. cum vir. & authen. vt non luxur. contra natu. circa fin. Sed iure canonico non ita grauis pœna imponitur, extra, de exceſſib. præla. c. clerici 32. q. 2. flagitia. Itẽ differunt, quia iure ciuili igno-
93 ſcitur patri, † qui inuenit filiam in adulterio, ſi interfecit eam: vt ff. ad l. Iul. de adul. l. nec in lege. & l. ſeq. & l. marito. & in auth. vt lic. mat. & auiæ. §. pen. Sanè vir mitius punitur, ſi interficit vxorem in adulterio deprehenſam. C. ad legem Iul. de adul. l. Gracchus. ſed iure can. nec pater excuſatur à culpa, vel peccato, in caſib. prædictis: quia generaliter dicitur, non occides. 24. quæſt. 5. ſi non licet. imò expreſsè viro interdicitur. 33. q. 2. cano. admonere, & ſoli iudices ſecundum canones cognoſcant, ſi occidit. 21. q. 5. can. cum homo, & cano. ſi homicida. nam eccleſia non vtitur gladijs, niſi ſpiritualibus 33. q. 2. inter hæc, & ibi not. Item diffe-
94 runt, quia iure ciuili † non permittitur viro vxorem verberare: vt C. de repu. l. conſenſu. tamen poteſt eam corrigere. 7. q. 1. ſi quid alteri. & ibi not. arg. ff. de pœn. l. reſpiciendum. Sed iure canonicò clericis tãtùm eſt permiſſum vxores ſuas cuſtodire, ligare, & corrigere eas ad ieiunia, non tamen mortificare. 22. q. 2. can. placuit. & eſt ratio in clericis potiùs, quam in alijs: vt ibi not. Item differunt, cõiunx
95 † non poteſt de iure canonico vouere continentiam ſine licentia alterius coniugis. 13. q. 5. can. 1. 2. 3. ſed de iure ciuili, ſecus: quia rumpitur matrimonium, ſi alius velit voue-
96 re caſtitatem. Item differunt, † iure ciuili fit computatio graduum hoc modo: quia ſingulis perſonis ſinguli gradus diſtinguuntur. Vnde duo fratres ſunt in ſecundo gradu. Sed iure canonico duæ perſonæ ponuntur in eodem gradu. 35. q. 5. can. ad ſedem. & ratio vtriuſque dicti ibi habetur in text. Item differunt, iure ciuili fit computatio graduum vſque ad vj. tantum, quàmuis hoc fiat exempli gratia: vt dicitur intelligi computationem debere fieri in aliquibus gradibus vſque ad decem: vt Inſtitu. de ſucceſſi. cogna. §. fi. & Inſti. de grad. & 35. q. 5. can. ad ſedem apoſtolicã. Sed iure canon. fit computatio graduum, vſque ad vij. tantum: vt d. canon. ad ſedem apoſtolicam. & ibi habetur in
97 tex. Item differunt, † iure ciuili mulier rapta nõ poteſt nubere ſuo raptori, & hoc dicebant antiqui canones. 35. q. ij. de puellis. & cano. ſinautem. & can. placuit. & C. de rap. vir. l. vnica. §. ſinautem. & in authen. de muliere, quæ proprijs rap. Sed iure canonico ſecus eſt: vt extrà de rap. c. accedẽs
98 & 30. q. ij. can. denique. & cano. tria. Item differunt, † iure ciuili, qui emit à fiſco rem alienam, tutè facit ſecundum tenorem. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcrip. Sed iure canonico non obtinet locum lex illa in rebus eccleſiaſticis: vt extrà de rebus eccle. alien. cap. ij. Item differunt,
99 † iure ciuili in alienatione rerum immobilium eccleſiæ, requiritur ſolemnitas, authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. & x. q. ij. cano. ea enim, & cano. hoc ius porrectum. Sed iure canonico non requiritur tanta ſolemnitas: ſed ſufficit, quòd intercedat ſolemnitas, quæ traditur à can. 12. q. 2. c. ſine exceptione, & in ſuis ſimi. hoc autem plenè no. Innoc. in Decre. in c. dudum. ext. de reb. eccle. alie. in ap
100 paratu. Item differunt, † iure ciuili locator, finito tempore locationis, domum alij locare poteſt, etiam inuito alio inquilino primo. C. loca. l. ne cui liceat. Sed iure canonico ſi ſcholaris ſit primus inquilinus, prohibetur alius ſcholaris conducere ſine conſenſu primi inquilini, ext. de loc. &
101 condu. c. ex reſcripto. Item differunt, † iure ciuili poteſt dominus expellere emphyteotam, ſi non ſoluit debitum canonem. C. de iure emph. l. ij. in emphyteota eccleſiæ ſtatutum eſt biennium. vt C. de ſacroſan. eccle. auth. qui rem huiuſmodi. In colono ſimplici ſtatutum eſt biennium. C. loca. l. j. ff. loc. l. quæro. §. inter locatorem, ſed iure canonico permittitur colono, & emphyteotæ purgare morã prædictam celeri ſatisfactione, extra. de loc. & condu. cap. pro
102 pter. & c. potuit. Item differunt, † iure ciuili fructus percepti ex re pignorata extenuant ſortem C. de pign. acti. l. j. & ij. Sed de iure canonico inuenimus contrarium in duobus caſibus. Primò, quando eccleſia recipit fundum pignori ipſius eccleſiæ, vel beneficium: extra. de feu. c. j. & de vſu. c. j. & c. conqueſtus. Secundus eſt, quãdo vir recipit pignus pro dote ſibi promiſſa, ext. de vſu. ſalubriter, pro oneribus matrimonij, C. de iu. do. l. pro oneribus. Item differunt, iu-
103 re ciuili † res ſacræ, vel religioſæ nullo modo poſſunt in obligationem venire. C. quæ res pig. obli. poſſ. l. 3. ff. quę res pign. obli. poſſint. l. j. §. eam rem. de pig. l. ſed, & quod §. pro emptione. & C. de ſacroſan. eccl. l. ſancimus. Sed iure canonico poſſunt venire in obligationem cauſa neceſſitatis: vt ext. de pig. c. j. & ibi not. Item differunt, iure ciuili requirũ-
104 tur † ſeptem teſtes in teſtamento regulariter, & in codicillis quinq; vt C. de teſta. l. hac cõſultiſſima. & C. de codi. l. fi. in fi. Sed iure canonico in relictis eccleſiæ, vel ad pias cauſas ſufficiunt duo, vel tres teſtes, ext. de teſta. c. Ioan. clericus. & c. relatum. nam in ore duorum, & c. ij. q. 4. can. j. & 48. diſt. quoniam multa, & quidam dicunt idem eſſe in omnibus relictis ſecundum ius canonicum, quod dic, vt not.
105 in c. cum eſſes. & c. relatum. Item differunt, iure ciuili † nõ valent inſtitutiones, & relicta, quæ conferuntur in alterius arbitrium. ff. de hær. inſt. l. illa inſtitutio. & l. ſi quis Sempronium. & l. captatorias, & ff. de leg. j. l. captatorię. Sed iure canoni. ſi quis committat alterius arbitrio, videtur committere, quòd omnia diſtribuantur pro anima ſecundùm eius arbitrium, quem elegit: & ideo non videtur decedere intę ſtatus, extr. de teſta. c. cum inter, & ibi no. Inno. Item diffe-
106 runt, † iure ciuili intelliguntur fructus deductis expẽſis. ff. ſol. matr. l. fructus. nam nullus caſus eſt, qui talem impediat deductionem impenſarum. ff. de peti. hær. l. ſi à domino. §. fi. & ff. fam. erciſ. l. fundus, qui. Sed iure canon. decimæ ſunt ſoluendæ de omnibus fructibus prouenientib. ex prædijs, nulla facta deductione impenſarum: vt extrà. de decimis. c. cum homines. & c. non eſt in poteſtate. & c. tua no-
107 bis. Item differunt, † iure ciuili non fit mora re ipſa, ſed interpellatione ſecuta congruo loco, & tempore. ff. de vſu. l. mora, & ibi plenè. Sed iure canonico fit mora re ipſa in tarda ſolutione decimarum. 16. q. 1. can. decimæ, & not. ext.
108 de decimis, cum homines. Item differunt, † iure ciuili noua vectigalia imponens, ſi hoc ſine licentia principis imponatur, punitur exilio perpetuo. C. noua vect. l. fin. Sed iure cano. punitur: quia priuatur communione Chriſtiana, primò monitus, quouſque deſtiterit, & ſatisfecerit: vt
109 extr. de deci. c. innouamus. Item differunt, † iure can. ſi ſtatim deſponſauerit de facto eam, quam de iure non potuit deſponſare impediente conſanguinitate, cum altero fratre non poteſt matrimonium contrahere, extrà, de ſpon. c. ad audientiam, ſed iure ciuili non ſic eſſet. Nam cum nullum obligatorium vinculum contractum ſit per prima ſponſalia, conſanguinitate impediente, cum altero fratre matrimonium non impediretur: impoſſibilium enim nulla eſt obligatio: vt Inſti. de inuti. ſtipu. §. ſi impoſſibilis. & ff. quæ ſent. ſine appella. reſcin. l. Paulus reſpondit impoſſibile. &

impoſſi-

impoſsibile eſt id, quod eſt contra bonos mores. ff. de cõ di. inſtit. l. filius, & eius, quod eſſe non poteſt, nulla eſt pro
110 miſsio. Inſt. de inu. ſtip. §. 1. Item differunt, † iure can. iuue nis puellam nondum vij. ann. ducens, quam attent. auit co gnoſcere, & non potuit propter imbecillitatem ætatis, cũ eiuſdem conſobrina nõ poteſt contrahere matrimoniũ, & ratio eſt publicæ honeſtatis iuſtitia, ext. de ſponſ. c. iuue nis. ſed iure ciuili non inuenio hoc inter cauſas, quæ impediunt contrahi matrimonium, quę numerantur in ſumma Azo. C. de nup. & trib. ſeq. & Inſti. de nup. §. fi. in gl. Itẽ
111 differunt, † iure ciuili qui eligunt Abbatem, iurant eligere quem ſciunt ita vita caſtum, fide rectum: & qui monaſterio vtiliter prouidere valeat: vt in auth. de ſan. epiſ. §. iubemus igitur Abbatem. Sed iure canonico, non ſeruatur hæc forma, extrà, de elect. quia propter, & extrà de cõ-
112 ſue. c. cum dilectus. Item differunt, iure ciuili † videtur, ꝙ matrimonium poſſet contrahi ſine verbis, attñ interueniẽte conſenſu, inter eos, qui poſſunt loqui ff. de reg. iur. l. nuptias. de ſponſa. l. ſufficit, de rit. nup. l. denique. & arg. ff. de leg. 3. l. nutu. Sed iure canonico requiruntur verba exprimentia conſenſum, inter eos qui poſſunt loqui, quamuis in eis, qui non poſſunt loqui, nutus ſufficiat: vt extrà, de ſponſa. c. tuæ fraternitatis. & ibi no. Item differunt, iure ci-
113 uili, ornamenta & veſtes † cum mortuis ſepeliri non debent. ff. de relig. & ſum. fu. l. at ſi quis. §. non autem. Sed iure canonico Archiepiſcopus cum pallio ſepelitur, extrà de vſu pal. c. 2. & accedit ad hoc de conſti. diſ. 1. can. ad hæc, & cap. nemo Item poteſt qualiſqualis differentia notari,
114 † iure ciuili, Archiepiſcopus extra ſuam prouinciã ꝓ ꝯſu larib. inſignijs pallio vtitur. ff. de offi. proconſ. & leg. l. 1. ſed iure canonico Archiepiſcopus non vtitur pallio extra ꝓuinciam ſuam, extra, de autho. & vſu. pal. c. 1. & c. ex tuarũ.
115 Item differunt, † iure ciuili poteſt ille, qui ceſſit bonis, poſteà illa recuperare re integra. ff. qui bo. ce. poſ. l. is qui. Sed iure cano. obtenta licentia cedendi dignitati, vel Eꝑa tui, compellitur cedere, extrà de renun. c. quidã. & ibi red-
116 ditur ratio. in tex. Item differunt, † ſeu notari poteſt alia differentia: nam iure canonico in libertis eccleſiaſticis multa ſeruamus ſpecialia, quę de iure ciuili non inuenimus: extrà, de ſer. non ordi. c. de famulis. & ibi no. in gl. &
117 per Inno. Item differunt, † nam iure ciuili eſt quædã pœna metalli: quidam. n. damnantur in metallum, & iſti grauiorib. vinculis afficiuntur. Alij in opus metalli, & iſti leuiorib. pœnis afficiuntur, & ambo iſti ciuitatem, & libertatem amittunt. Alij verò damnantur in miniſterium metallorum. i. vt ſeruiant damnatis in metallum, & hi ciuitatẽ amittunt, non libertatem, vel hoc, ſi ad tempus damnantur. Si verò in perpetuum, vtrunque amittunt ſcilicet ciuitatem, & libertatem: vt. ff. de pœ. l. aut damnum. §. eſt pœna. & §. ſequen. ſed iure cano. huiuſmodi pœnæ non inueniuntur impoſitæ, & ſi imponerentur, non retractarentur: vt extrà. de calum. c. 1. Sed iſtis pœnis ęquiparari poteſt pœna carceris, quam pro grauiorib. infligit eccleſia: vt extrà, de hęret. c. pen. & vlt. & pœna, qua quis redigitur in ſeruitutẽ. 42. diſt. vel traditur curiæ ſeculari, vel venditur. 81. diſt.
118 c. clerici. † Item differunt, iure ciuili pœna falſi eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio, & hoc in libero homine: in ſeruo autem eſt vltimum ſupplicium. ff. de fal. l. 1. §. vlt. ſecũdum Canones verò multiplex eſt pœna falſi, ſecundũ quòd multę ſunt falſitates: vt no. Goff. in ſum-
119 ma de falſis. §. pęna falſi. Itẽ differunt, iure ciuili † ſi patronus præſentat indignos, priuatur iure præſentãdi ea vice, & deuoluitur illa poteſtas ad ſuperiorem: vt in authẽ. de ſan. epiſ. §. ſi quis oratorij domum. Sed iure cano. patronus non perdit talem poteſtatem, extrà, de offic. ord. c. cũ vos
120 plerunque. & ibi not. Item differunt, † à iure cano. quædam ſunt pœnę in canonib. conſtitutę, quas ſic expreſſas non inuenimus à iure ciuil. quę no. extrà, de offic. ord. ad
121 reprimendam. Item differunt, † à iure ciuili interfectori imponitur certa pœna, C. de his, qui pa. vel lib. occi. l. vnica. Sed iure can. non ita punitur: quia Deus non diligit mortem pctõris: ſed vt cõuertatur & viuat 26. q. 1. can. cognouimus: ſed imponitur certa pęnitentia magna: vt extrà. de his qui fi. occi. in c. ſp. infan. & ibi de hoc. Item dif-
122 ferunt, † iure ciuili quis poteſt pugnare pro poſſeſſione ſua cum armis, & res ſuas tueri, & hoſtem præuenire in percutiendo: vt. C. vnde vi. l. 1. & C. quando lic. ſe ſine iu. vin. l. 1. & C. de aboli. l. fallaciter. & 23. quæſtione 9. can. dominus. Sed iure can. nõ licet clerico pugnare cum armis, etiam cum Saraceno, extrà. de voto. cap. ex multa. & 50. diſtin. can. clericus qui pannũ, nec propter res ſuas defendas debet armis reſiſtere. 23. q. 8. can. 1. & can. plenior, & ar. 39. di. can. ſi qs vult. & ext. de hom. c. ſuſcepimus, & ibi
123 ꝺ hoc. Itẽ differũt † qa iure ciuili ſi qs vulnerauerit eo vulneratus ſit mortuus, & ſit dubiũ, an deceſſerit ex illo vulnere, non tenetur de occiſo ff. ad l. Aqui. l. huic ſcripturę. §. ſi ſeruus. Sed iure can. in tali dubio non debet occiſor talis in ſacris ordinibus miniſtrare, extrà, de homi. c. ad au-
124 dientiam. Item differunt, † iure ciuili, qui corruperit virginem, licèt aliàs grauiter puniatur, non tamen cogit eam accipere in vxorem, imò prohibitum videtur matrimonium inter eos; vt in auth. de rap. mulie. Sed iure canonico eam cogitur accipere in vxorem: vt extrà, de adul. c. 1. Itẽ
125 differunt, † iure ciuili, qui commiſit ſtuprum, nõ eam accipere in vxorem non tenetur, & ſi vilis ſit perſona, verberatur, ſi verò per vim, capite punitur: vt Inſti. de pub. iud. §. 2. & §. ſi autem, ſed iure canonico minor pœna imponitur: nam aut quis eam, quam ſtuprauerit in vxorem accipiat, aut ſi renuẽdam putauerit, in monaſterium mittitur excommunicatus, pniam agẽs ibidem, extrà. de adul. c. p-
126 uenit. Item differunt, † iure ciuili propriè raptus committitur in ſponſam, de rap. vir. l. vnica. Sed iure canonico ſecus, extrà, de rap. c. cum cauſam. 28. q. 2. §. j. & no. in d. c. cũ cauſam. per Inno. in apparatu ordinario. Item differunt,
127 † iure ciuili ſi quis rem emit ex pecuniã mea, ſed nomine ſuo, non habet ius in illa. C. de rei ven. l. ſi ex pecunia. & ff. de fur. l. qui vas. §. fi. C. de prob. l. ad probationem. fallit in caſib. not. in illa l. ſi ex pecunia. Iure autem can. ſi ſit ẽpta ex pecunia fęnebri, debet illa res vẽdi, & reſtitui pecunia: vt à peccato quis liberetur: vt extrà, de vſu. cũ tu. idem eſt, ſi de alia pecunia res ſit empta. 1. q. 1. c. non eſt putanda, &
128 ibi no. † Item differunt, iure ciuili non debet quis in pœnam ſignari, vel bullari in fronte. C. de pœn. l. ſi quis in metallum. Sed iure can. quandoque permittitur, extrà, de fal-
129 ſis. c. ad audientiam. Item differũt, † iure ciuili, ſi quis vtitur falſis inſtrumentis, & pœniteat, non punitur de falſo. C. de fal. l. ſi falſos. Iure canonico ſecus, in literis apoſtolicis, extrà, de falſ. c. durat. c ad falſariorum. Item differunt
130 † iure ciuili blaſphemator Dei, & ſanctorum punitur vltimo ſupplicio: vt in auth. vt non lux. contra nat. ſed iure can. ſi laicus eſt, excommunicatur: ſi clericus deponitur. 22. q. 1. can. ſi quis per capillum, & imponitur pœnitentia,
131 extrà, de cle. male. c. fi. & ibi de hoc no. Item differunt, † iure ciuili ſi quis mutauerit ſibi cauſam poſſeſſionis, habent locum iura, quæ habemus. C. de acq. poſſ. l. cum nemo. & l. ex libris. & quod in eis no. Sed iure can. ſi quis ſibi mutauerit cauſam poſſeſſionis, & beneficium, tanquã indignus ſuis beneficijs eſt priuandus, extrà, de cauſa poſſ. per to-
132 tum. Item differunt, † iure ciuili dr̃, ꝙ terra, quę anno ceſſat, ſi prędidetur meliùs fructificet. ff. de verb. ſig. l. ſylua. §. noualis. Sed iure canonico dr̃ noualis, terra ad culturam redacta de nouo, cuius nõ extat memoria, ꝙ culta fuiſſet. extrà de verb. ſig. c. 1. & c. quid per nouale, & extrà de priu. c. fin. Prætereà etiam de iure ciuili ſumitur in hac ſignifi.
133 quandoque, vt ff. de pet. hær. l. vriles. Item differunt, † iure ciuili poſſidet etiam qui mala fide poſſidet, poſtquam præſcripſit, extrà, de præſcriptio c. vigilanti & C. de præſcript. 30. ann. l. ſicut in rem. & l. omnes. ſed iure canonico non iure poſſidet, qui mala fide poſſidet: non enim præſcribit aliquo tempore: vt extrà, de præſcrip. c. vltim. & extrà. de
134 ver. ſign. c. ius dictum. Item differunt, † iure canonico malefactores rerum eccleſię tanquam ſacrilegi, ſub iudice eccleſiaſtico poſſunt conueniri; extra, de for. comp. cum ſit. de iure ciuili actor ſequitur forum rei. C. de iuriſd. om. iud. l. iuris ordinem. & l. ſeq. niſi fortè in vno caſu. C. de epiſ. & cler. auth. item nulla communitas, & ibi no. Itẽ differunt,
135 † iure ciuili ſi qs petat plus re, cauſa, vel loco, ſi aliquid dãni infert, damnum in diſtractione ſportularum patitur, qui plus petit, in triplo, & in expenſis, per regulam generalẽ, quę dicit, victus victori, &c. C. de iu. l. properandum. §. ſin autem alterutra. & Inſtit. de act. §. ſinautem. Sed iure can. cum in foro eccleſiaſtico non ſeruentur ſportulæ: vt extrà, de vita, & hon. cle. cum ab omni. non condemnatur in hoc triplo: ſed ad expenſas tantum: vt extra, de plus
136 pet. c. 1. Item differunt, iure ciuili † ſi quis legatum impediat, traditur hoſtib. vt ſit hoſtium. ff. de legat. l. fi. Sed de iure canonico excommunicatur. 14. diſt. c. ſi quis. Item diffe-
137 runt, † iure ciuili, qui fugit in bello publico, capite punitur. ff. de re mil. l. omne delictũ. §. qui in acie. Sed iure can.
138 eſt infamis, 6. q. j. c. infamis. Item differunt, † iure ciuili, quæ in bonis nullius ſunt, conceduntur occupanti: vt Inſti. de rerum diui. §. item ea. & §. item lapilli. Sed iure cano-

nico

nico in locis habitis ab hostib.vel nemini attributis, aliquis episcopus non potest occupare diœcesim, vel ius parochiæ,nisi ei concedatur à superiore,extrà, de prob.c.cũ
139 causam.& ibi per Inno.no.Insurgit alia differẽtia, † nam iure ciuili pendente quęstione in integrum restitutionis, nihil est innouandum, neque sententia interim executioni mandatur.C.nil no.in integ.rest.pen.in rubro, & in nigro.Sed iure cano. mandatur sententia executioni pendẽte q.in integ.rest.dummodò interponatur caurio de mandãdo omnia retrò, si cõtingat concedi beneficium in inte.rest.vt extrà de in inte.rest.c. suscitata. & 2.q.1.sicut. Vel dic, quod ibi est præsumptio ꝑ petentem in integ. rest. vt no.in decre.suscitata.s.alleg.& ad hoc.C. ad leg. Corn. de
140 fal.satis.Inn.notat aliam † differentiam inter ius canon. & ciuile : quia de iure ciuili delegatus ab ordinarijs non exequitur sententiam suam, sed recurritur ad delegãtem. vt eam exequatur,vt ff.de re iud.l.à diuo Pio.in princip.neque posset in pos.bonorum quem mittere.ff.de iurisd.omnium iudicum.l.iubere cauere, Sed iure canonico illa subtilitas non seruatur,ex qno enim aliqnid cõmittitur, omnia videntur esse commissa, quæ ad causam spectare dicuntur? vt extrà de officio delega. c. suspicionis & hec no.2. quæst.3.c.quisquis & extrà, de foro competen.cap.si quis
141 contra clericum.Item differunt,iure ciuili † si plures fuerint in discordia,obtinet sententia plurium. ff. de re iudic. l.duo ex trib.Sed iure canon.non valet contra eum,qui est criminaliter condemnandus: sed concors debet esse sententia.6.q.3.cano.si quis Episcopus,& no.extrà,de iud.ca.
142 iij. † Item differunt,iure ciuili missus in poss. in actio reali,statim possidet.C.de pręsc.triginta,vel quadraginta ann. l.si quis emptionis.§.pen.secundum Mar. Io. Azo.quamuis Bulg. contrà : vt ibi not. Iure autem canonico missus in poss.in actione reali,non est verus possessoe, nisi post cursum anni.vt extrà,de eo qui mitt.in poss. causà rei seruan.c.fi.& de officio.ordi.c.pastoralis.versi.verùm.& not.
143 de dolo,& contum.cap.contingit.Item differunt, † iure can.bona hæreticorum publicantur, & filijs auferuntur, & alijs propinquis extrà,de hær.c.vergẽtis. & 33.q.4.quasi per totum.Sed iure ciuili non auferuntur filijs catholicis. C.de hær.c.cognouimus.& auth.item. sed secundum constitutionem Federici consonare videntur iura canonica.
144 Nota aliam differentiam, † iure cano.bona eorum, qui committunt enormia delicta in ecclesia, confiscantur in fiscum ecclesiæ.17.q.3.cano.si quis deinceps, & cano.quisquis.& no.27.q.2.can.si quis rapuerit.Sed iure ciu.bona dã
145 natorũ traduntur hæredib.C.de bo.dam.auth.bona.† Itẽ differunt,quia iure ciui. executio fit gladio in talib.criminib.per iudices seculares.ff.de iurisd.om.iud.l. Imperium,& de offic.præsi.l.illicitas. §. qui vniuersas, non habent hoc iudices can.nec ipse Papa quò ad executionem 33. q. 2.ca.
146 inter.Item differunt, † nã iure ciuili infertur pœna mortis.vt extrà.ne cle.vel mo. ca. sententiam. quamuis etiam de iure cano.sint quædam pœnæ,quæ equiparantur morti, quæ relinquuntur iudici seculari ad puniendum, vt extrà.
147 de fal. ca. ad falsariorum. † Item possumus notare aliam differentiam, quia iure ciuili si quis appellat à sententia excommunicationis pendente appellatione non excommunicatur, sed per appellationem rescinditur pronunciatum.ff.ad Turpil.l.1.in fi. & quia appellatione facta exemptus est à iurisdictione eius, & sic sua sententia eum iterũ non astringit.ff.de iur.om.iu.l.fi.C. si à non compe. iud.l. fi.& à sententijs, quæ trahunt secum executionem etiam appellare licet.ff de pœnis.l.quòd ad statuam,& l.in seruorum.§.qui ex causa,& l.qui.vlt.& de appellatio.l.4. §. Ī diẽ. Sed dic,quod aut fertur in diem,vel sub conditione,& tũc si appellatur,interim non durat effectus excommunicatio nis.Aut fertur purè, & hoc casu remanet excommunicatus etiam pendente appellatione, extrà.de appel.c.pasto-
148 ralis. Item † adhuc aliam differentiam habemus : quia iure ciuili iudex appellationis nihil potest innouare in ꝑiudicium cognitionis de appel.vt.C.de appel.l.4.ff.nil.nota.appel.pen. per totum. Sed iure can. potest iudex à quo appellatur,statuere terminum,intra quem appellans prosequatur appellationem,vt extrà.de appella.c.cum sit Romana,& in ca.Abbate, & in concilio Lugd. de appel.cap.
149 cordi. † Aliam differentiam habemus : quia iure ciuili non potest appellari ad Imperatorem omissis medijs, vt in præsidibus prouinciarum & alijs, ad quos. Sed de iure cano.posset appellari ad Papam,omissis alijs,extrà de priuile.c.antiqua.& ij.q.6.ad Romanum.& extra. de appel.c.
150 si duob.& ibi no. † Vlteriùs est alia differentia,de iure ciuili non appellatur ab interlocutoria, vel grauamine,ante diffinitiuam sententiam.C.de iu.l.apertissimi.& de episcopali audientia.l.2.& quorum appel.non reci.l.ante diffinitiuam.De iure verò can.à qualibet interlocutoria, vel grauamine appellatur,de appel.c.cõ causam. & c. dilecto.
151 & c.vt debitus,& c.cordi nobis.extrà,eo.tit. † Item differunt, iure ciuili si appellatum est à iudice in vna causa, in alia non potest recusari quasi offensus.ff.apud eum, à quo appell.l. vnic. iure verò can. secus. extrà. de appellatio.ad
152 hęc. † Audi aliam differentiam, iure quidem ciuili non appellatur à momentanea possessione, vt. C. si de mom. poss.fue.appellatum.l.vnica.& 2.q.6.cano.ei, qui appellat. §.de possessione.secundum verò can. appellatur, vt extrà. de testi.c.significauerunt, & extrà. de elect.cap.dilectus.& de appellat.super eo,& not.in d.§.de possessione. Item dif
153 ferunt, † iure cano.apertis, & publicatis attestationibus, posteà in causa appel. non possunt recipi testes super eisdem articulis,extrà.de testi.cap.fraternitatis.Sed iure ciuili secus : quia in causa appellationis possunt recipi testes super eisdem articulis.C.de appel.l.eos.§.1.& 2.C.de tem-
154 po.appel.l.per hanc.& no.in d.c.fraternitatis. † Item differunt, quia iure ciuili à sententia Episcopi potest appellari ad ſecularem iudicem.C.de episcopa.audien.auth. si qs litigantium.Sed iure cano. appellatur à sententia Episcopi ad metropolitanum,vel ad Papam,extrà.de off.delegat. c.1.& de off.ordinarij.c.duo.& 2.q.6. cano. ad Romanam.
155 † Item differunt, iure can.non currit præscriptio toto tẽpore prælati malè alienantis,vel dilapidantis,vt 16.q.3.cano.si sacerdotes.Sed iure ciuili non habemus hoc,sed curret præscriptio statim post alienationẽ. C. de sac.san.eccl.
156 auth.quas actiones. † Itẽ probabiliter notari potest alia differentia,iure ciuili inspecto etiam in spiritualibus causis iuratur de calumnia.C. de iureiu.propter. l. 1. vbi dicit in omnib. & ibi,dum dicit, siue propter quicquam aliud, in quo necessitas,&c.Sed de iure can. in spiritualib.causis non iuratur de calum.sed iuratur de veritate dicenda.vt extrà.de iu.calum.c.literas, & ibi no.& ratio redditur in tex. illius,dicentis, quia tales causæ non ex legum distinctione, sed ex canonum æquitate finem debitum sortiuntur. Istud verò sciendum est,quod in spiritualib.causis non ꝓceditur secundum leges,sed secundum cano.vt d.c.literas,
157 Est & alia differentia, † iure canonico qõ natalium spectat ad iudicem ecclesiasticum, & si qõ de successione moueatur coram iudice ciuili,vel seculari,& incidat qõ natalium,non decernet,extrà.de ordi.cog.c.tuam. Sed iure ciuili de tali quæstione incidenter iudex secularis posset cognoscere.C.de iud.l.quoties,de ord.cog.l.adite præsidem,
158 de iurisd.om.iud.l.si idem. † Item differunt, quia iure cano.minor censetur maior in causa matrimoniali,& spirituali,extrà.de resti.spo.c. ex parte. similiter & in voto. 20. q.2.can.1.& 2.& in his casib.potest agere, & conueniri, & ideò daretur ei in integrũ restitutio. Sed iure ciuili secus. C.qui legi.perso.l.1.ff.de mino.l.ait prætor.§.gestum. Item
159 differunt, † iure ciuili merè negatiuę non potest fieri positio,quia ea sunt ponibilia,quæ probabilia, sed merè negatiua non potest probari.C.de prob.l. actor. & in locum probationis sunt positiones inductæ, vt in authen.de his, qni ingre.ad appel.§.fi.& C.de iureiur.propter calum.dan. l.2.§.quod obseruari. de equitate verò canonica merè negatiuæ potest fieri positio, si aliàs probari non potest, & iudici æquum videatur,in decre.Inn.quarti, statuimus ex-
160 trà.de confes.in 6.† Item differunt,iure ciuili,senes,& valetudinarij non compelluntur ad testimonium ferẽdum. 4.quęs.3.inuiti.ff.de test.l.inuiti. ff.de excus.tu.l.2. Sed iure canonico compelluntur propter peccatum, extrà de fals. c.1.& 11.q.3.can.quisquis.extra,de iudi.c.nouit. est arg. de vacatio.mune.l.2.§.corporis debilitas. & extra de testib.c.
161 si testium.† Item differunt, iure ciuili propter crimen,& pctm̃ non repelleretur quis à testimonio, nisi sit quis dãnatus de crimine.ff.de his,qui no.infa.l.athletas.§. calumniator.ff.de testib.l.3.§.lex Iulia.Iure canonico repelluntur criminosi,siue sint damnati, siue non, dummodò probeẽ eius crimen,vt extrà.de testi.capit.super eo,& cap.testimo
162 nium.† Item differunt,iure can,potest quis accusari post mortem in quibusdam casibus, vt excommunicetur post mortem,vt in.crimine hæresis.23.q.2.can.finali. Item si hæreticos aliquos instituit hæredes.extrà, de hæret.c.si quis. Item si in notorio crimine quis decessit. lxxxviij. dist. nequid.xxiiij.q.4.can. placuit. de quocunque crimine potest agi contra defunctum propter damna illata ciuiliter,secũdum canonicam æquitatem.arg.xvij.q.vj.can. si Episcopũ

& extra,

& extra,de rap.c.pen.extra de vſur.c.tua nos.Iure verò ci uili non permittitur aliquem accuſari poſt mortē,niſi ꝓpter bona.C.ad l.Iul.maieſt.l.fi.& de hæret.l.Manichæos. ff.de accu.l.ex iudiciorum.& C.ſi reus, vel accu. mor.fue. l.vlt.& C.de apoſta.l.apoſtatarū.& no.24. q. 2. in prin.Itē
163 no.differentiam,iure cano. † non ſunt teſtes compellen di,niſi iu cauſa criminali,vt extrà. de teſtib.cog.c.dilectorum.& dic plenè, vt ibi no. Sed iure ciuili teſtes in qualibet cauſa compelluntur exceptis quibuſdam perſonis. ff.
164 de teſt.l.lege Iuli.& l.inuiti.& quod in eis no.† Item differunt, iure ciuili non repelluntur à teſtimonio, tanquā infames,criminoſi,niſi ſint de crimine condemnati. ff.de teſti.l.3.§.lex Iulia. Iure verò canonico repellitur crimino ſus à teſtimonio, etiam ſi non ſit condemnatus de crimine,extrà.de exc.c.denique.& ibi no.& de teſtib.c.teſtimo
165 nium † Item differunt, iure ciuili mulier non accuſat de adulterio virum, maximè iure mariti: quia ipſa non habet torum.C.ad.l.Iuliam.de adult.l.1.& ſecundum hoc loquitur can.32.q.1.c.apud miſericordem. §. publica. Sed ſecundum ius can.videtur, quòd mulier poſſit accuſare virum de adulterio,extrà de proc.c. tuæ. arg. in auth. vt lic. mat.& auiæ.§.quia verò plurima.& no.in alle.§.publica,&
166 dic vt ibi.† Item differunt, quia iure ciuili agitur de pœna corporali imponenda,vt inſtit. de publ. iud. §. ſicut. & in §.Item lex.Iuli.de adul.& C.de adulterijs. l. quàmuis.& in auth.ibi poſita.Sed iure canonico agitur tantum ad ſeparationem tori,& ad lucrum dotis, vel donationis propter nuptias,vt extrà.de proc.c.tuæ.arg.C.de repu. l. conſenſu.& in auth.vt lic. mat. & auiæ. §. quia verò plurimà.
167 Item differunt, † iure ciuili allegata cauſa ſuſpicionis,iudex recuſatus compellit partes,arbitros eligere,corā quibus litigent.C.de iudic.l.apertiſſimi.& l. cum ſpeciali.Sed iure canonico,recuſati iudices eligunt arbitros,corā quibus cognoſcitur de cauſa ſuſpicionis, & tunc ſi cauſa nō fuerit vera,tunc idem iudex procedit in cauſa, ſuſpicione illa non obſtante.Si verò inuenta fuerit vera, ſi quidē recuſatus iudex eſt ordinarius,aut compellit partes eligere arbitros, aut remittet ad ſuperiorem. vt extrà de appel. c. reprehenſibilis,& c. ad hæc.& c.cū ſpeciali.Si verò eſt delegatus,nullo modo eliget arbitros,quia ſuſpenſa eſt eius
168 iuriſdictio.ext.de appel.c.ſecundò requiris. † Item differunt,iure ciuili excluditur maritus ab accuſatione adulterij per ſpatium quinquēnij.ff.de adul.l.miles. §. adulterij. Sed iure canonico non excluditur quò ad petendum ſeparationem tori.33.q.2.can.admonere.& ibi no. Item diffe-
169 runt, † iure ciuili iudices poſſunt à partib. quę corā eis litigant, aliquid hr̄e. ſ. delegati à principe,in princ. cauſę. duos aureos, in fine verò alios duos, & non vltrà: vt in auth.de iudi.§.ne autem.& arg.C.de teſtamentis.l.hac cō ſultiſſima.Ordinarij autem non debent habere niſi ſportulas,arg.C.de epiſ.& cle.aurh.generaliter.& 3.q.3.canon. inducię.§.offerat.Sed iure canonico iudices nihil poſſunt percipere vltra expenſas, quas delegati debent percipere, quando proficiſcuntur,extrà.de vita & honeſt. clericorū. cap.cum ab omni.& de hac materia ibi not.Item differūt,
170 † iure ciuili in notorijs proceditur ordinariè: & ſnīa lata etiam in notorijs ꝯ ordinē iuris, non valet. C.de ſent. & interloc.l.prolatam.& C.de accu.l. ſi abſentem.Sed iure canonico poteſt procedi extraordinariè, & iuris ordine nō ſeruato, ext.de coh.cle.& mu.c.veſtra.& c.tua nos.
171 de hoc no.in.d.c.veſtra.per Inno. Item differunt, † iure, ciuili ea quæ deſiderāt cauſæ cognitionem,& decreti interpoſitionem,& expediuntur officio iudicis,non delegā tur.ff.de offi.procon.& leg.l.nec quicquam.§.vbi decretū. Sed iure cano.ſecus,ext.de offi.archidiaco.c. ad hoc. & c. 1.& 10.q.1.can.Epiſcopus.can.placuit.& no.per.Inn.extra,
172 de reli.do.c.conſtitutus.Item differunt, † iure ciuili plurib.diuerſiſque actionib.perſonalib.poteſt quis conuenire eūdem coram diuerſis iudicibus, niſi ratio diuerſitatis impediat.ff.de quibus reb.ad eund.iudi.ea.l.1. & 2.& C.de iudi.l.nulli.& ff.de libe.cauſa.l.ſi pariter.& l.cognitio.Sed iure canonico ſecus: vt extr.de reſcrip.cap.quia nonnulli.Item differunt, quia de iure ciuili parentes pro filijs nō
173 teſtificantur. l.parentes.C.de teſtib.Sed. † iure canonico parentes admittuntur ad teſtimonium faciendum de cōſanguinitate,quę dicitur eſſe inter virum,& vxorem,vtrū ſit,vel non ſit,& hoc fauore matrimonij, & quia per eos melius ſciri poteſt,quam per alios:vt extrà,qui ma.accuſ. poſſ. ſed ſuper ipſo contractu matrimonij diſtinguitur: vt extrà,de teſtib.c.ſuper eo.Iure verò ciuili parentis teſtimonium in cauſa filij non valet.C.de teſtib. l. parētes.Itē
174 differunt, † iure ciuili ordinarius cās medias non poteſt committere,niſi iuſta cauſa.Et appello cās medias,cās pecuniarias trecentorum aureorum. C.de ped.iud.l.placet, & ibi no.Sed de iure cano.poteſt committere ſine aliqua iuſta cauſa,dum tamen ſe malitioſè exonerare non quærat: vt ext. de offic.dele.c.paſtoralis, in prin.& ibi de hoc: & hoc modo intellr eo.tit.ſi pro debilitate: quamuis prę alleg.decre.in delegato à principe, vel Papa loquatur.Itē
175 differunt, † iure ciuili poteſt fieri prorogatio de perſona ad perſonam habentem iuriſdictionem ordinariam: vel etiam delegatam.C.de iuriſ.om.iud.l.1.& ibi no.ff. de iud. l.2.in prin.Sed iure can.ſecus.extra, de offi.deleg.c.P.& G.
176 & ibi no. Item differunt, † iure can. poteſt accuſare vir vxorem adulteram,& agere ſolum ad ſeparationem tori, & eſt hic modus agendi,nec eſt materia ciuilis,nec materia criminalis: vt extrà,de proc.c.tuæ,vbi de hoc.Sed iure ciuili non habemus iſtum modū agendi, imò vir primò dēt ſe inſcribere,& accuſare vxorem de adulterio, vt puniatur pœna legali, & poſteà eam repudiare vt in auth.vt
177 lic.matri, & auiæ.§.quia verò plur.Item differunt, † iure ciuili filiusfamilias in omnib. cauſis regulariter non poteſt eſſe in iudicio abſque conſenſu patris, nec etiam in caſtrenſi,vel quaſi,vt C.de bonis quæ liber.l.cum non ſolùm.§.neceſſitate.& ff.man.l.1.§.fi.& l.2.ff.de caſtren. pec. Sed iure can.teneremus,quod in ſpiritualib. poteſt eſſe ī iudicio ſine patris cōſenſu, ſed poteſt requiri authoritas ſui prælati,de hoc no.de procurato.c. accedens, per Inn.
178 & ext.de ætate, & qualit.indecorum. † Aliam differentiam no.quòd iure ciuili hæres, qui fecit inuentarium,nō tenetur vltra vires hæreditarias.C. de iurē delib.l.ſcimus, & ibi de hac materia plenè no. Sed iure cano. illa ſolēnitas non videtur attendi: ſed in contractib. & in delictis,ſi aliquid peruenerit ad hæredem, ſiue nihil, ſiue lis fuerit conteſtata cum defuncto,ſiue non, ſemper hæres tenetur inſolidum.16.q. 7. can.ſi Epiſcopum.extrà de rapt. in literis.& de hoc habemus no.12.q.2.can.Epiſcopus qui filios. Per quæ apparet etiam in alio caſu differre à iure ciuili,ꝙ hr̄s non tenetur de delicto defuncti,niſi lis fuerit conteſt. cum defuncto.C.ex deli.defu. l. vni. & ibi plenè no. Item iure ciuili hr̄s non tenetur niſi pro portione pro qua eſt
179 hr̄s.C.de hær.act.l.ꝓ hr̄ditarijs. † No. aliam differentiā, quia iure ciu. ſubſequens conſuetudo vincit legē & præiudicat iuri ſcripto, & quidem generaliter, ſi generalis, ſpecialiter autem, quando particularis eſt conſuetudo in aliquo loco.ff.de leg.& ſenatuſc.l.de quib. in fi. & C. quæ ſit lon.conſuetu.l.2.& ibi no.ff.commu.prædio.l.vēditor. §.ſi conſtat.Iure verò canonico,ita demū præiudicat conſuetudo iuri cōmuni,ſi rationabilis,& legitimè præſcripta eſt,vt ext.de conſuetu.c. fi. Illud autem non omitto, quia leges ſumunt conſuetudinem, quæ attenditur circa factum, & proceſſum iudi. & etiam quæ attenditur circa geſta communiter hominum alicuius ciuitatis,caſtri,vel terræ.Sed canoniſtæ ſumunt conſuetudinem,quę attenditur circa priuatum ius aliquorum,& ita loquitur decretalis,de cauſa poſſ.& proprieta.c.cum eccleſia.quæ quidem conſuetudo de iure ciuili appellatur prę ſcriptio.Item no.
180 † aliam differentiam,de iure canonico locus fit religioſus,vel res,authoritate Pontificis.vt ext.de religioſis domib.ca.ad hoc.Sed iure ciuili fit religioſus ex eo qđ mortuus infertur, vel cum inde extraheretur, vel etiam cum ab hoſtib.capitur, deſinit eſſe religioſus. ff. de religioſ.&
181 ſump.fu.l.cum in diuerſis.& l.cum loc.Alia eſt † differentia.iure cano.homines ſunt ſepeliendi potius in eccleſia, quàm alicubi: quia eorum proximi quoties ad eadem loca ſacra veniunt,& eorum ſepulturas inſpiciunt, recordā tur de eis,& pro eis domino preces fundunt,13.q.2.c.non eſtimemus.Secunda ratio eſt,quia ſpecialiter commendā tur patrocinijs illorum ſanctorum, in quorum honorem dedicata eſt eccleſia illa, vt eadem c. non æſtimemus, ad finem. Tertia eſt ratio, quia minus ibi vexantur à demonijs: vnde in cęmeterijs videtur eſſe requies defunctorū. 22.q.2.Sed lex præcipit ne corpora in ciuitate ſepelianē, ne ciuitas corrumpatur fætore.C.de religioſis.l. mortuo.
182 Item not.aliam † differētiam,ſecundum leges,in vſucapione requiritur bona fides tantum ab initio.C. de vſuc. transfor.l.vnica.§.hoc tantummodò. de iure canon.continuò exigitur bona fides, xvj.quæſt.3.can.dilectio. §. po-
183 teſt.Item † ſecundum leges in longiſſima præſcriptione non requiritur bona fides,nec iuſtus titulus. C. de anna. excep.l.1.Secundum verò ius cano.præſcribens debet habere bonam fidem,aliàs præſcriptio non procedit,ext.de

præſcrip.

BIU Cujas

præscrip.c.vigilanti.34.q. 2. cano. si virgo nupserit. Et aduertendum est,quod secundum cano. non requiritur titulus in longissima præscriptione, extrà.de præscrip.c.si dili genti.& ibi not.& hoc habes plenè xvj.q.3. in summa.Est
184 & alia differentia circà idem.secundum † leges interrupta præscriptione per litis contestationē, potest postea prescribere possidēs.C.de præscrip.30.ann.l.fi.sed secundū ius ca.non potest posteà præscribere possidens, cùm præsumatur habere malam fidem. & de suo iure titubare. C. de acqui. poss. l. nemo. vnde non præscribet ad mille annos, vt extrà.de præscrip.cap.quoniam.& no.hoc 16.q.4.
185 can.per singulas.Alia potest † differentia notari,iure ciuili nulla pęna debet excedere quadruplum.Inst.de actio. §.omnes.Iure verò canon. aliter inuenitur iustitia suadēte,17.q.4.canon.quisquis.& 12.q. 2. cùm deuotissimam.& hæc de istis dicta sufficiant.

[a] TRAC. DE GVELPHIS ET GEBELLINIS.

Dom.Bart.à Saxoferr.

1 *Guelphi,& Gebellini originem sumpserunt tēpore Federici Barbaroßa.Guelphi zelatores fidei.*
Gebellinus in fortitudine confidens interpretatur, & existens contra eccl esiam.
2 *Guelphus hodie dicitur,qui affectat statum illius factionis quæ in aliquo loco appellatur Guelpha,non habito respectu ad ecclesiam,Gebellinus affectans statum illorum qui appellantur Gebellini, non habito respectu ad imperatorem.*
3 *Guelphus,quis non potest esse in vno loco, & in alio Gebellinus,accipiendo Guelphum,& Gebellinum propriè primo modo.*
4 *Guelphus hodie quis eße poßit in vno loco, & alio Gebellinus.*
5 *Guelphus quis vno respectu potest esse, & alio Gebellinus.*
6 *Partialitas Guelpha,vel Gebellina,quæ tendit ad propriam vtilitatem,& non ad bannum publicum,est illicita.*
7 *Partialitas Guelpha,vel Gebellina, tendens principaliter ad bonū publicum,vt ciuitas rectè gubernetur,est licita.*
8 *Partialitas quę vult deponere alium de regimine,est illicita,si regimen erat bonum, secus si tyrannicum,& malum.*
9 *Tyrannus, qui conatur deponere,etiam si peruenerit ad actum, non tenetur pena de seditiosis,si hoc agit ad vtilitatem publicam.*
10 *Honestum virum nō decet esse factionis Guelphæ,vel Gebellinæ, nisi ex magna causa.*
11 *Guelphum esse vel Gebellinum qualiter probetur.*
12 *Euntes in exercitum de mandato regentium ciuitatem, non dicuntur esse factiouis regentium.*
13 *Filius præsumitur esse illius factionis,cuius erat pater.*
14 *Statutum Pisanum quòd nullus Guelphus ad aliquod officium admittatur, intelligitur de eo, qui esset factionis Guelphæ in ciuitate Pisarum.*
Statutum in dubio intelligitur de his, quæ fiunt in territorio Statuentis.
15 *Ciuis Pisarum qui adhæret ciuitati insidianti ciuitati Pisarum, dicitur Guelphus.*
16 *Ciuis Pisarum qui gerit officium in ciuitate Perusij, quæ Guelpha est,non tamen dicitur Guelphus in ciuitate Pisarum.*
17 *Ciuitatem aliquam esse factionis Guelphæ, vel Gebellinæ qualiter probetur.*
18 *Aliquem mutasse factionem qualiter probetur.*

ISta cùm circà literalem expositionem scripsissem, & super hanc tertiā partem Tyberis meus animus ferretur, reperi me intra centesimum lapidem ab vrbe Romana propè ciuitatem Tudérti, ibiq́ue vidi quòd ea, quæ literaliter scripta sunt de flumine,& eius alueo, allegoricè, & moraliter dici possunt de his, quæ in ciuitate Tudertina prę-cipuè frequentantur: nam tota nostra vita flumen, seu aqua fluminis est, iuxtà illud, omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, 2.Reg. 14.capit.Alueus verò, super quem istæ aquę decurrunt, sunt illa, ad quæ affectiones habemus,iuxta illud Matth.5. capitu. Vbi est thesaurus tuus,ibi & cor tuum. In illa verò ciuitate Tudertina reperi duas affectiones, quidam enim vocantur Guelphi, quidam Gebellini: & ibidem in quolibet officio publico dicebant esse tot de vna affectione, quot de alia: contingit etiam, quòd ille qui est de vna affectione certo tempore mutat alueum, & incipit esse de alia, & circa hæc plura dubia oriuntur. Ideò aliqua videamus. ¶Primò, vnde illa nomina originem sumpserunt, & de eorum significatione. Secundò quid hodie importent. Tertiò, vtrùm habere istas affectiones sit licitum. Quartò, qualiter probetur aliquem esse istarum affectionum, siue loquamur de priuato, siue de Republica. Quintò, qualiter probetur aliquem,affectionem mutare. Circa
1 † primum sciendum est, quod olim magna discordia orta fuit inter Romanam ecclesiam, & Federicum, qui vo
b catus est Federicus Barbarossa, [b] tunc Romanorum Imperatorem.à quo, cum in ecclesiæ deuotione persiste ret, aliquas leges habemus,vt patet in vsibus feudorum, quem posteà ecclesia priuauit Imperio,vt cap.ad apostolicæ. de re iudicata lib.6.& de election.capit.fundamenta, in 6. & in Alemania agnatio illius Federici cognominabatur domini de Gebello, cum tñ dicta discordia diu duraret, magna pars Italicorum adhæsit illi Imperatori depósito, & illi dicti sunt Gebellini, quasi adhærentes illi domino de Gebello. Alij verò adhæserunt ecclesiæ, & vocati sunt Guelphi,quasi Zelatores fidei. De prædictis habemus figuram.1.Reg.vlt.cap.& 2. Reg.1.ca.in princip. vbi fuit conflictus, & occisus in monte Gebello, qui interpretatur locus fortitudinis. Ita ille Feder.Imperator, quoniam nunc reprobatur,confidens de fortitudine domus suę de Gebello,conflictus, & confusus fuit à Guelphis,hoc est à Zelatoribus fidei, Hoc enim nomen,Guelphi, habetur Gen. xxx. c. & interpretatur os loquens: q̄ in proposito ecclesiæ congruit, per verba enim excommunicationis sententiæ prolata per summum Pont. fuit ille Imperator confusus.Propriè ergo loquendo sicut Gebellus interpretatur locus fortitudinis, ita Gebellini appellantur confidentes in fortitudine,scilicet tempore militum,& armorum: & sicut Guelpha interpretatur os loquens, ita Guelphi interpretantur confidentes orationibus & in diuinis,sicut faciebat Iustinian.Imperator.C.de
2 vet.iur.l.1.in prin. Circa secundum verò † quid hodie dicta nomina importent, dico, quòd ex prædictis apparet prædicta nomina significare affectiones hominum, affectantes enim statum ecclesiæ contra illum inimicum vocantur vno nomine: hodie verò nomina prædicta durant propter alias tamen affectiones. Videmus enim plures, qui Guelphi vocantur, esse rebelles Imperij: sed sicut cōtingit in prouincijs & ciuitatibus,in quibus sunt diuisiones,& partialitates, necesse est vt dictæ partes aliquo nomine vocentur: ideò dicta nomina imponuntur,tanquā magis communia. In quibusdam verò locis ad alia particularia deuenitur, de quibus ad præsens non curo, & istæ sunt partialitates: vt ff.de cap. l. si quis ingenuam. §. qui in alterutras partes.Dico ergo, quòd hodie ille hī Guelphus,qui adhæret, & affectat statum partis, quæ appellatī Guelpha, & Gebellinus, qui adhæret & affectat statum partis,quæ appellatur pars Gebellina.& in hoc non habetur communiter respectus ad ecclesiam, vel Imperium: sed solū ad illas partialitates,quę in ciuitate, vel prouincia sunt,vt d.§.qui in alterutras. & ibi sentit gl. super verbo,descendunt,dum dicit,vel ciues ꝯ ciues, vel vna ciuitas ꝯ aliam.Item dictę partialitates sunt quandoque inter prędictos: & tamen nullus rebellat domino suo.s.ecclesię,Imperio,vel Regi,vel populò, qui tenet Imperium,d. l.si quis ingenuam. §. in ciuilibus. & illa verba esse ostendunt accidentia facti.Ex hoc infero tria.Primum,† q̄ si ac
3 cipitur Guelphus & Gebellinus prout primo modo fuit inductū,qs non pōt esse vno loco Guelphus, & alio Gebellinus.Ratio est,qa illę affectiones.s.ecclesię, vel Imperij reprobatę,respiciūt vir totū mūdū,& vniformiter: ideò dicere qđ qs vno loco esset vnius affectionis,& alio loco alterius,ꝯtineret repugnantiā,sicut qs tutor non pōt esse author duorū pupillorū inuicē litigātiū super eodē, vt ff. đ aut.tut.l.accipietis.& ibi no.facit,qđ dī, nemo pt duob.
4 dñis seruire.s.ꝯrijs.Matt.6.c. Scđo infero,q̄ † fm q̄ dicta nomina hodie accipiuntur,quis vno loco pōt esse Guelphus,&

ADDITIONES.

a Th.D. ¶Tractatus de Guelphis. Adde q̄ iste est tractatus Barto. de quo vide Bald. in l.1.C.ad l.Iul.maiest.& in l.filium.C.de suis,& legi.& Mar.Lau. in suo tract. de principib.in §. 154. vbi videas.& adde, q̄ partis Guelphæ, & Gebellinæ nulla est maiestas,& ideò inter ipsos non committitur crimen læsæ maiest. vide do. Barto. Soc.consi.22.incip.sequendo.

b Federicus Barbarossa.Dicit Geor.Meru.in lib.4.antiquitatis vicecomitum, q̄ nō à Federico Barbarossa,sed à Federico iuniore nomen, & origo maledictorum Gebellinorum,& Guelphorum cæpta fuerunt.

BIU Cujas

phus, & in alio Gebellinus: qđ patet, quia dictæ affectiones sunt circa diuersa, vt patet. Pone, quod in vna ciuitate est vnus tyrannus, qui cum sua secta dicitur Guelphus, cui affectioni aliquis bonus homo est aduersus: quia aduersatur isti homini tyranno in illa terra, dicitur Gebellinus: & in alia ciuitate non dependente ab illa, ponatur vnus tyrannus Gebellinus, certe iste bonus homo aduersabitur illi tyranno, & ibidem est Guelphus, ar. eius, quod dicimus de tutore, qui potest esse author vtriusque eorũ, qui contendunt, circa diuersa tamen, vt d.l. accipientis.
5 Tertium infero, scilicet quod † quis vno respectu potest esse vnius affectionis, & alio respecto alterius. Exemplũ: In ciuitate Perusi sunt multi, qui volunt reputari Gebellini, respectu primo, quo nomina istarum affectionum fuerunt inducta, quasi reputantes sibi ad honorem, quod tam antiquo tempore sui genitores ita nobiles fuerunt, quod illius affectionis reputarent. Sed quantum ad statum, qui modo regit ciuitatem, sunt Guelphi, ideò se Gebellinum origine, sed Guelphum quo ad statum ciuitatis. Nec est contradictio, quando diuersis respectibus ista proferunt. Facit id, quod dicimus, quòd eodem respectu pro eadem pecunia quis non potest esse principalis, & fideiussor. l. generaliter. de fideiuss. sed diuersis respectibus sic. vt ff. de
6 duobus reis l. reos. in princip. Circa tertium † scilicet vtrum habere istas affectiones sit licitũ: dic, si plures sunt vnius affectionis, vel si quis adhæret vni affectioni, non propter bonum publicum, sed propter propriam vtilitatẽ vel vt alius opprimatur, istud est simpliciter illicitum, & si in hoc inuicem conuenerint, esset punibile, quasi contrahentes societatem in pœnam innocentium, vt ff. 3d l. Iul. de vi priua. l. ex senatusconsulto, & de concussion. l. 1.
7 Qñq; † tamen est vna pars in ciuitate tendẽs principaliter ad bonum publicũ, vt ciuitas rectè, & quietè gubernetur, nec tamen posset aduersarijs resistere, nisi sub vno partialitatis nomine, & tunc puto talem affectionem, & partialitatem communi esse licitam. Sicut enim ad tuitionem rerum licet congregare amicos, & ita multò magis ad tui
8 tionem publicam, de vi & vi arm. l. 3. §. cum igitur. † Quandoque non solum vult vna pars resistere, sed vult deponere de regimine alios regentes, tunc si quidem insurgerent aduersus istud regimen, istud esset simpliciter illicitum, vt C. de seditiosis. l. j. & ibi not. de eo, qui volebat deponere potestatem. Si verò regimen, quod volebat deponere, erat tyrannicum, & pessimum, tunc cum esset vnius partialitatis, licitum est, duobus concurrentibus: primò, habendo recursum ad superiorem, cum non possit ille tyrannus deponi sine magna difficultate. Secundò, quòd ipsi hoc faciant propter vtilitatem publicam vt status ciuitatis restauretur: secus si hoc facerent, vt ipsi nouam tyrannidem innouarent alijs expulsis. Primum probatur, quia licitum est eis ius dicere propria authoritate, quando nõ habetur copia iudicis. vt C. de Iudæis. l. nullus. & ibi no. ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. si debitorem. & 23. q. 2. ca. dixit dominus. Si ergo licet pro singulari commodo, ergo licet ad liberandam Rempub. ad quam defendendam omnes admittuntur, vt ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. fi. & l. seq. Præterea, si hoc permittitur contra depopulatorem agrorum, vel desertorem militiæ, multò magis debet permitti contra eos, qui ipsam Rempub. & eius statum depopulantur, vt redigantur sub iugo seruitutis. Secundum p̃batur, quod ad propriam vtilitatem non liceat; quia si qui occupatam per tyrannidem tenent Rempub. vel eam possident, ab ipsa Repub. vel domino superiori, vel ab aliquo priuato. Alius, qui talem tyrannum deponere conatur propter se, videtur facere illicitum vt ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. qui vi à me. & l. colonus. & l. cum fundum. Ad vtilitatem ergo †
9 publ. licitum est, & si peruenerit ad actum, ita quòd rumor, vel tumultis irrepserit in ciuitatem, non incidit in legem seditionis. C. de sedi. l. 2. quia licitè facit, vt dictum est. Pro hoc induco Tho. de Aquino. in secunda 2. q. 42. att. 2. in fi. vbi sic ait, regnum tyrannicum non est iustum, quia non ordinatur ad bonum commune, sed ad bonum priuatum regentis: & ideò perturbatio huius regni non habet rationem seditionis, nisi fortè qñ sic inordinatè perturbaretur tyranni regnum, quod multitudo subiecta maius damnum pateretur ex perturbatione sequenti, q̃ ex tyranni regimine. Dico ergo, qđ assumere dicta nomina, licèt significent, diuisionem, & partialitatem. tamẽ si fiat ad iustum & debitum finem, licitum est. Nã & Paulus Apostolus sciens, quòd vna pars esset Sadduceorum, altera Pharisæorum, exclamauit in concilio, Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæi, Act. 23. c. Multos tamẽ vidi Perusij, cum contra tyrannos facerent seditionem,
10 licèt sancto, & iusto zelo mouerentur, † quia prædicta nomina diuisionem, & scissuram important, puto, quòd honesto viro non decebat aliquod dictorum nominum assumere, nisi ex magna causa, vt dictum est ar. ff. ad Treb. l. fa-
11 cta, † §. si in danda, &c. Circa quartum verò, scilicet qualiter probetur aliquem esse istarum affectionum, dico tria probanda. Primò, quòd partes sint in ciuitate. Secundò, quòd talis pars tali nomini voluit. Tertiò, quòd tali parti, quæ tali nomine vocatur, adhæsit. Ex his concluditur, qđ sit illius affectionis: quæ examinemus. Primò dixi, quod debet probari partes esse in ciuitate. Ad quod sciendum est, quod quandoque in ciuitate sunt duæ partes, quarum quælibet habet partem regiminis, vt in ciuitate Tudertina, tunc facilis est probatio. Quandoque sunt duæ partes, quarum, vna regit ciuitatem, alia stat deiecta, sed alio tempore rexit, & tunc similiter facilis est probatio, scilicet eorum, qui iam regebant, & eorum, qui modo regũt. Quandoque vna ciuitas multum ab antiquo recta est sub vno nomine, tunc difficilè est probare aliquem esse alterius partis, quàm illius, sub quo nomine ciuitas regitur, vt statim dicam. Secundò dixi debere probari, quòd tali nomine vocatur talis pars, istud est difficile. Tertiò dixi probandum, quod talis homo adhæret îlli parti: hoc autem probabitur in ciuitate Tuderti multũ de facili: quia ibi vocantur ad officia publica sub illo nomine, & aliter non admitterentur, tunc patet, quia per illius affectionis homines geri non possunt, vt ff. de acq. hær. l. pro hærede. §. Pap. vel quia hoc expressè dicebat se esse illius affectionis, quod sufficit: nemo enim videtur dicere, quòd mente non agitauit. vt l. Lab. de supel. leg. vel quia illi parti fauebat in consilijs, & in alijs factis, & intelligo hoc
12 in fastis voluntarijs. † Quid enim si vna pars erat extra ciuitatem: & alia, quæ ciuitatem regebat, facit exercitum contra illos? Certè illi, qui iuerunt, ex hoc non dicentur illius affectionis cum intrinsecis, nam iuerunt ex iussu regentium ciuitatem, quibus habebãt necesse obedire, vnde in dubio videtur factum magis ex necessitate, quam ex voluntate, vt ff. de acq. hær. l. qui in aliena. §. is,
13 qui putat. vel si nil tale probari potest, † sufficit. si probaretur de suis ascendentibus. Illius enim affectionis p̃sumitur filius, cuius fuit pater, vt C. ad l. Iul. maiest. l. quisquis. & ff. de ædil. edic. l. quòd si nolit. §. qui mancipia vendunt. Redeo ad id, quod dixi de ciuitate, quæ ab antiquo recta est sub vno nomine, nec nomine partialitatis habet exititios, vel si habet, non habet eos sub nomine, de quo quærit. Exemplum: Ciuitas Pisana ab antiquo recta est sub nomine Gebellinorum, & licèt exititios habeat, tamen, intrinseci, & extrinseci illo nomine nuncupantur.
14 Et, vt hoc declarem, † pono, statutum est Pisis, quod nullus Guelphus ad officium aliquod admittatur. Dico enim hoc statutum debere intelligi de eo, qui esset eius affectionis in ciuitate Pisarum, & respectu illius ciuitatis. Statuta enim in dubio debent intelligi de his quæ fiunt,
a vt respiciant territorium statuentis. vt ff. de iur. om. iud. l. fi. de bo. aut. iu. poss. l. cũ vnus. §. pen. de const. c. vt animarũ. lib. 6. Et ideo cum in illa ciuitate non sit talis pars, non videtur, quod quis possit habere affectionem ad id, quod non est. l. cum qui ita. §. fi. de ver. ob. de fideiu. l. fideiussor obligari, in prin. de reg. iu. l. cum principalis. de
15 stipu. ser. l. vsusfruct. Vnde † dico, si in prouincia esset aliqua ciuitas affectionis Guelphæ, quæ insidiaretur statui ciuitatis Pisarum, & aliquis ciuis illi ciuitati adhæret, dãdo auxilium, consilium, vel fauorem contra statutum ciuitatis, ille vere Guelphus esset, ar. ff. ad l. Iul. ma. l. cuiusq; verè. n. in ipsam ciuitatẽ, & ẽ ipsam committit. Sed si po-
16 neres † vnum Pisanum esse rectorem in ciuitate Perusij, cuius status Guelphus est, tñ non aduersat, sed amicat ciuitati Pisarũ, tunc licèt ille talis sit Guel. Perusij, non tñ p̃ hoc dicitur Guel. Pisis, nec statuto comprehenditur: cũ respectu diuersorũ potest quis esse diuersarum affectionũ, vt dictum est, arg. ff. de author. tut. l. accipientis. Idẽ dico, si probaretur, q̃ aliquis esset natus ex prole Guelpha illo respectũ quo antiquitus erat, tẽpore quo erat dissensio inter ecclesiam, & illum Feder. Impera. non tamen ob hoc dicetur

ADDITIO.

a Statuentis. Nota per Bar. hic, quòd statuta in dubio debent intelligi de his, quæ fiunt, & respiciunt territorium statuentium. vide Bar. in tract. de repres. in 4. q. 1. quæ. prin. & Bal. in l. 1. C. ne fil. pro pa. Sal. in l. filius. C. eo. tit. & Bal. in l. si qua pœna. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur.

BIU Cujas

dicetur Guelphus illo reſpectu quo ſtatutum loquitur,vt ꝛ̃.dixi, nec puto quòd ſufficiat probare per famam, vel ꝙ aliquis ſic reputatur: nam de iure quilibet creditur eſſe eius affectionis,cuius eſt patria ſua. eſt enim de præceptis iuriſgentium, vt parentibus, & patriæ parcamus, vt ff.de iuſt.& iur.l.veluti.ergo ſola fama,vel ſola ſuſpicione non inducitur contrarium. Quia ergo prædictorum difficilis probatio eſt,ideò in quibuſdam ciuitatibus in certo libro omnes deſcribuntur,qui talis affectionis eſſe dicuntur, vt ſic ex libri inſpectione doceantur: quod tamen odioſum.
17 & contra æquitatem eſt. Qualiter autem † probetur, ꝙ vna ciuitas,caſtrum, vel quæuis communitas,ſit alicuius affectionis,dubitatio eſt, Et, vt hoc clareſcat,pone, ſtatutum eſt in ciuitate Peruſij, quod quicunque ciuis fecerit caualcatam, vel exercitum contra aliquam terram Guelpham,puniatur certa pœna,contingit, ꝙ contra quẽdam nobilem de hoc procedebatur, vnde ad offenſam erat ꝓbandum illam terram eſſe Guelpham; ad defenſam erat probandum,quòd erat Gebellina: vndè de modo probandi dubium erat:& probatio de fama, vel ꝙ ſic eſſe reputabatur,non ſufficit, vt dictum eſt. De modo ergo dubitatur. Reſpon.terram eſſe alicuius affectionis intelligo, cũ fic ſunt,qui illam regunt,vt ff.de condi.& demon. l.municipibus.de reb.dub.l.cum ſenatus. Circa eos verò qui regunt,& gubernant ciuitatem,ſunt modi diuerſi. Nam ꝙdam hoc exprimunt cum rectores earum iurant officia.ſ. quod officium exercebunt ad ſtatum, & honorẽ talis partis. Et quandoque prædicta talia eorum ſtatutis continentur,& probatio prædictorum eſt clara: quandoq; ſunt ciuitates,in quibus officiales ſunt permiſti,vt tot Guelphi, & tot Gebellini,& tunc ſi quidem ſunt plures illi qui ſunt vnius affectionis,tunc illi parti cedit, de cuius affectione plures ſunt, & plures dicunt eſſe regentes, vt l.quod maior,ad Muni.& de pactis.l.ſi plures.facit de acqui.rer. do.l. quicquid.§.cum partes duorum. Si verò in regimine ſunt æqualis numeri,vt eſt Tuderti,tunc dicendum eſt, ꝙ non ſit Guelpha,nec Gebellina.ſed tertia ſpecies, ſcilicet communis,vt d.l.quicquid.§. cum partes duorum. Quædam ſunt ciuitates, & caſtra, quæ ſimpliciter reguntur abſque alicuius partialitatis nomine,tunc videndum eſt, ſi in ciuitate, vel in prouincia ſunt partialitates, cui adhæſit, & fauorem præſtitit dicta terra,prout dictum eſt ſuprà de priuata perſona,ꝙ ſi hoc non poteſt probari,nec de hac, nec de illa affectione eſſe preſumeretur,cum poſſibile ſit,& de facto ſunt multi homines,& multæ terræ, quæ nulli prædictarum affectionum adhærent: quod ſaltem clarè apparet
18 in ciuitatibus vltramontanis.† Circa quintũ,ſcilicet qualiter ꝓbetur affectiones mutaſſe,(& loquor de eo, de quo conſtat alicuius affectionis fuiſſe: quod enim non fuit,nõ poteſt tolli vel mutari, vt ff. de iniuſt. teſt. l. nam & ſi:ver. poſt defectum.& de cond.& demon. l. Titio vſusfructus. in prin.) Ad quod dico,quòd iſtæ partialitates, vt dictum eſt,ſunt q̃dã affectiones. ſicut & poſſeſſio cõſiſtit in quadã affectione animo poſſidendi, & à veteribus ſcriptum eſt, neminem ſibi cauſam poſſeſſionis poſſe mutare,nulla extrinſecus accedente cauſa,vt ff.de acquir.poſſ.l. 3.§. illud. & l.qui bona.§.quod vulgo.& de vſufr.l.non ſolũ in prin. cum ſi.Ita hic nemo poteſt mutare partialitatem, & affectionem,nulla extrinſecus accedente cauſa. Et ꝙ ad mutationem affectionis,ſeu voluntatis cauſa debeat ſuperuenire, probatur naturaliter. Nam cum obiectum voluntatis ſit bonum,ſcilicet exiſtens, vel apparens, ideò quis adhæret vni parti,quia illud videtur ſibi bonum. Et ſic cum volũtatem mutat,oportet,quòd ſit aliquid, propter quod ab illa voluntate recedat, & alteri adhæreat. Inde moti ſunt legum latores dicẽtes, nemo poteſt ſibi cauſam poſſeſſionis mutare nullo extrinſecus ſuperueniente. Cauſæ autem mutationis, quas communiter videmus, ſunt inimicitiæ ſuperuenientes cum aliquo potentiore ſe,in affectione illa,vel ſi ei obuenit hæreditas, vel magnum lucrum, quod commodè habere non poteſt, niſi illam partem dimittat, & alteri adhæreat: vel ſi noua affinitate cũ aduerſa parte iungatur.ff.de procur.l.filiusfa. & l.ſequẽ. & ſeq. & l.aut affinitate. Iſta igitur ſi interueniant cum partis deſertione, faciunt probationem affectionis mutatæ, per dicta iura. Quid autem, ſi aliquis dicat ſimpliciter ſe mutaſſe voluntatem & ſe velle alteri parti adhærere, & hoc iurat,an ſit credendum? Dico inſpiciendam qualitatem perſonarum,ſecundum quòd docet tex, de re mili.l. omnes.§.à barbaris facit quod dicitur de Gentili, qui nouiter venit ad fidem.48.diſtin.per totum.

TRACTATVS

DE REGIMINE CIVITATIS

Secundum D.Barto.à Saxofer.

1 *Trimum regimen, quod fuit in vrbe Romana, regibus expulſis fuit per populum.quod Ariſtoteles nominat politicum.*
Democratia dicitur regimen regentium ad ſui commodum ad oppoſitum diuitum, vel alicuius gentis.
2 *Secundus modus regendi in vrbe Romana fuit per Senatores, & talis modus eſt bonus,ſi tendit ad commune bonum, quod Ariſtoteles appellat regimen maiorentum.*
Oligarchia per Ariſtotelem dicitur, regimen paucorum diuitum non tendentium ad commune bonum.
3 *Tertius modus regendi fuit per vnum, ſi in communem, & bonum finem tendit,vocatur dominus, ſi in malum, & ad proprium commodum,dicitur tyrannus.*
4 *Sex modis regendi habentur,tres boni.& tres mali.*
5 *Septimus modus regendi eſt in ciuitate Romana nunc, & dicitur regimen monſtruoſum. & nu.18.*
6 *Ad iuriſtam pertinet inueſtigare quis modus regendi ſit melior.*
7 *Tres modi regendi boni,*
8 *Monarchia,id eſt,gubernatio vnius Regis,eſt optimus modus regẽdi.*
9 *Tria requiruntur in quolibet regente,ſcilicet perfecta ratio,recta intentio,& perfecta ſtabilitas.*
10 *Omne regimen,vnius dicitur regimen.*
11 *Regi per reges an bonum ſit.& nu.13.*
12 *Rex à ſubditis quid exigere poſſit.*
14 *Euenire quod poteſt conſideratur, quando illud de quo agitur ad hoc naturaliter,& veriſimiliter tendit.*
15 *Triplex diuiſio populorum, quia quædam ciuitas magna, quædam maior,quædam maxima.*
16 *Ciuitas magna in primo gradu magnitudinis,melius regitur per populum quam quod regatur per paucos diuites, vel per vnum ſolũ.*
17 *Ciuitas Senarum, octoginta annis recta fuit per nobiles diuites, & tale regimen tpe regis Caroli quarti, fuit expulſum per populares.*
18 *Regimen ad populum,magis Dei quàm hominum dicitur.*
Carolus quartus approbauit regimen ad populum.
19 *Magnates,& viliſſimi excluduntur à regimine ad populum.*
20 *Ciuitas maior ſecundum gradum magnitudinis melius gubernatur per paucos diuites,& bonos,quàm per populum, nec per vnum.*
Ciuitas Venetiarum,& ciuitas Florentiæ, ponuntur in numero ciuitatum maiorum,& reguntur per paucos diuites.
21 *Ciuitas,quæ eſt conſueta regi certo modo,illo regi debet.*
22 *Ciuitas maxima,ſeu populus maximus, melius regitur ꝓ vnum regẽ.*
23 *Regimen,quod fit per electionem, magis diuinũ eſt, quam illud quod fit per ſucceſſionem.*
24 *Periculoſum eſt habere regem alterius nationis;*
Chriſtiani omnes dicuntur fratres.
25 *Imperiũ Romanum,poſtquã fuit ab Italicis ſeparatũ,ſemp decreuit.*
26 *Populi parui,per ſe nullo modo regi poſſunt, niſi alteri ſubmittãtur, vel alteri adhæreant.*
27 *Tyrannus eſt peßimus omnium modorum regendi.*
28 *Regimen plurium malorum hominum non eſt ita malum, ſicut regimen vnius tyranni,& quomodo hoc intelligatur.*
29 *Regimen plurium malorum non diu durat, & de facili deducitur ad tyrannidem vnius.*

QVia hæc eſt vltima pars Tyberis, & ſic in vrbe Romana, q̃ caput eſt mundi, iõ circa modum regendi ciuitatem,aliqua videamus, & hæc inſpectio circà duo eſt.Primò in modo regendi quo ad leges, & hoc vel ex iure ſcripto,vel ex non ſcripto,vt Inſt.de iur.nat. §. cõſtat.quod non proſequor, quia in varijs locis hoc variè traditũ eſt. Secundo in mõ regendi quo ad ꝑſonas regentiũ,& circa hoc eſt aliqualiter examinandũ. Primò videamus quot modis ciuitas regitur. Scdo qs ſit melior modus,& qs deterior. Tertiò circa p̃dicta aliqua quotidiana dubia videamus.Primò,quot modis regiẽ ciuitas.Ex legibus nr̃is colligunt̃ tres modi regendi boni,& tres eis ꝯrij. Aliquos modos apertius declarat Ariſto. 3.Politicorum, & ibi eos modos ſuis nominibus nominat: nos verò & de illis nominibus mentionem faciemus, & nomina ſecundum præſens tempus congruentius inſeremus. In vrbe quidem Romana, expulſis regibus, tres modi fue-
1 runt regendi. Primus † per populum, vt ff. de orig. iur. l.2.§. exactis. vſque ad §.deinde,quia difficile. & iſtud regimen vocat Ariſto. pòlicratiam, ſeu politicum, nos autem vocamus regimen ad populum, & hoc qñ regimen tale bonum eſt: cum per regentes conſideratur bonum commu-

BIU Cujas

commune principaliter omnium ſm ſtatum ſuum, ſed ſi illa multitudo regẽtium intenderet ad ſuum commodũ, & ad oppoſitionem diuitum, vel alicuius gentis, tunc eſt regimen malum, & Græco nomine vocat Ariſt. democratiã. nos aũt appellamus, populũ peruerſum, & iſtos duos regendi modos habemus ff. de muneribus, & honoribus. l. & qui originem. §. præſes prouinciæ. vbi qñ honores, & munera æqualiter diuiduntur, ſm debitos gradus, dicitur regimen debitum, bonum: qñ inæqualiter, quia aliqui grauantur, aliqui alleuiantur, dicitur regimen malum, per qđ
2 reſpublica deſtruitur. Secundus † regendi modus in vrbe Romana fuit per Senatores, & ſic per paucos diuites bonos, & prudentes, vt d. §. deinde, quia difficile. & tunc ſi illi pauci tendunt ad commune bonum principatus eſt bonus, & per Ariſtotelem appellatur regimen maiorentũ: nomen autem magis cõmune eſt quod prius dixi. ſ. principatus, vel regimen bonorum. Et ſi illi pauci non tendũt ad bonum commune, ſed aliqui diuites, vel potentiores, opprimentes alios intendunt ad proprium lucrum, tunc regimen eſt malum, & vocatur per Ariſtotelem, Oligarchia, quod idem eſt qđ principatus diuitum, vel regimen malorum: quod nomen ſatis commune eſt, de quo habe-
3 mus. ff. de offi. præſid. l. illicitas. §. ne potentiores. Tertius † regendi modus eſt per vnum, de quo. ff. de orig. iur. l. 2. §. nouiſſime, & iſtud ſm Ariſtotelem appellatur regnũ. Nos vero, ſi iſte eſt dominus vniuerſalis appellamus Imperium, vt d. §. nouiſſimè: ſi verò particularis aliquando appellatur regnum, aliquando ducatus, marchia, vel comitatus, vt in vſib. feu. de prohibit. feu. alie. per Federicum. c. Imperialẽ. §. præterea ducatus. Ducatum verò cõi nomine appellamus regimẽ dñi naturalis, & hoc, ſi dictus dominus in cõem, & bonum finem tendit. Si verò tendit in malũ finem & in proprium commodum ſm Ariſt. appellatur tyrãnis, ſic etiam ſm leges, & mores appellatur, vt C. de ſac. eccle. l. decernimus. & l. omni nouatione. & ibi no. & ff. ex
4 qui cau. in poſſ. ea. l. Fulcinius. §. qđ ſit latitare. Habemus † ergo ſex modos regẽdi, tres bonos, & tres malos, & vnuſquiſq; ſuis proprijs nominib. appellatur: veruntamen omne regnum malum poteſt communi nomine appellari tyrannis. ſ. tyrannis populi, tyrannis aliquorum, & tyrannis
5 vnius. Eſt ſeptimus modus † regiminis qui eſt in ciuitate Romana, nunc peſſimus, ibi ſunt multi tyranni per diuerſas regiones adeò fortes, qđ vnus ꝯ alium non prævalet. Eſt. n. regimen commune totius ciuitatis adeò debile qđ ꝯ nullum ipſorum tyrannorum poteſt, nec ꝯ aliquem adhærentem ipſis tyrannis, niſi quatenus ipſi patiuntur, qđ regimen Ariſtoteles non poſuit: & meritò: eſt. n. res moſtruoſa: quid enim ſi quis videret vnum corpus habens vnum caput commune debile, & multa alia capita communia fortiora illo, & inuicẽ ſibi aduerſantia? Certè mõſtrum eſſet. Appellatur ergo hoc regimen monſtruoſum. Hoc enim diuina permiſſione factum eſt, vt oſtendat, qđ oĩs gloria mundi caduca eſt. Ciuitas. n. Romana caput morum, caput politiarum, ad tãtam monſtruoſitatẽ circa ſui regimen venit qđ verius dici poteſt ꝙ non eſt regimẽ, nec regiminis formam habet. arg. ff. de ſtat. hom. l. nõ ſunt liberi, & eſt expreſſum de offic. ord. c. quoniam in pleriſq;.

6 Secundò videndum eſt, quis ſit melior modus regendi. † Hæc inueſtigatio neceſſaria eſt Iuriſtis: quoniam dñi vniuerſales, dum de reformatione ciuitatis tractant, vel Iuriſtas conſulunt, vel eis committunt, vel ipſi aſſident, apud eos de regimine ciuitatis querela ꝓponitur, quis ſit ergo melior regendi modus inueſtigandum eſt, qđ tractat Ariſt. 3. politicorum. ſed clarius
7 tractat † Aegidius Romanus de ordine Eremitarũ S. Augu. in lib. quem fecit de Regimine Principũ, qui fuit magnus philoſophus, & in Theologia magiſter. Ipſius itaq; opinionem ponam, & eius rationes, verbis ſuis, & Ariſtotelis non vtar: illa. n. Iuriſtis, quib. loquor, non ſaperent: vtar autem rationibus ſuis, & ipſas per iura probabo, poſteà quid mihi vĩ, deſcribã. Dicit ergo ille Aegidius, quòd tres ſunt modi regendi boni, de quib. s. dictum eſt. Primus eſt modus regendi multitudinis, ſeu ad populum, & hic bonus eſt, ſi ad dictum finem tendat. Secũdus regendi modus eſt melior, ſcilicet regimen paucorum. Tertius regen
8 gi modus † eſt optimus. ſcilicet, Monarchia, ſiue gubernatio vnius Regis, iſtud ſcilicet quod regimẽ vnius ſit optia mus principatus [a], probat quatuor rationibus ex quibus concludit illa duo, & primò ſic. Pax, & vnio ciuium debet eſſe finalis intentio regẽtis, vt ff. de offic, præſid. l. ꝙgruit. in auth. de mand. prin. §. deinde conueniens eſt tꝙ prouidere. Sed hæc pax & vnitas magis poteſt effici, & obſeruari, ſi regatur per vnum, quàm per plures: ergo melius eſt regi per vnum. Hoc probatur ſic. In principatu plurium non poteſt eſſe pax niſi quatenus illi plures ſunt vnum per voluntatem, quod patet: quia ſi diſcordant impeditur eorum actio per concurſum. l. conſilio. §. fin. ff. de cur. furio. & de ſer. ruſt. prædio. l. itinere. cum ſi. Ex hoc arguitur ſic propter quod vnumquodque tale, & illud magis C. de ſacroſan. eccle. auth. multo magis. & ff. de iureiuran. l. quanto magis. Sed regimen plurium eſt bonum propter vnitatem, ergo multò magis eſt regimen ipſius vnitatis, quam quod fit per vnum. Secundò probatur, quia ex hoc ipſa ciuitas, & reſpublica redditur potentior, quod ſic probatur. Virtus quanto magis eſt vnita, tanto fortior eſt, quàm ſit in plures diſperſa. in auth. de conſangui. & vte. fra. §. quia igitur conſiderantes. Si igitur tota ciuilis potentia congregetur in vnum, eſſet efficacior, & per illam princeps propter maiorem potentiam melius poterit gubernari. Tertiò, ars ſeu artificium tantò eſt melius, quanto magis imitatur naturam. l. ſi pater. in fin. cum l. ſequen. ff. de adop. ſed tota ciuitas eſt vna perſona, & vnus homo artificialis, & imaginatus: vt ff. de iud. l. proponebatur. & ff. de fideiu. l. mortuo, ſed in homine naturali videmus vnum caput, & multa membra, ergo ciuitas ſi ſic regatur, melius regitur: quia magis imitatur naturam. Ad idem ext. de offic. ord. cap. quoniam in pleriſque partibus & hoc videtur determinatum 7. quæſt. 1. cap. in apicibus, vbi apes, & multa quæ carent ratione ſibi regem vnum conſtituunt. Quarto dicit ipſe hoc conſtare ex experimento, quoniam dicit ſe videre prouincias non exiſtentes ſub vno rege eſſe in penuria, non gaudere pace, ſed moleſtari diſſentionibus & guerris. Exiſtentes verò econtrà, guerras neſciunt, pace lætantur, abundantia florent. Ex quibus concludit, ꝙ bonum eſt regimen populi, ſiue multitudinis, & qui ad vnum finem tendunt: ſed regimen paucorum eſt melius: quia habet de vnitate. Monarchia verò, ſeu vnius Regis regimen eſt optimum, eo quod ibi perfectiſſimè vnitas reperitur. Sed contra prædicta idem Aegidius facit aliquas rationes, quas ſumit ex dictis Ariſt. & eius nititur reſpondere: ipſas itaque referã
9 probando per iura. Ad quæ probanda, † præmitto, quòd in quolibet benè regente, tria requiruntur. Primò perfecta ratio ad diſcernendum, vt ſciat iuſtum ab iniuſto, licitum ab illicito ſeparare. vt ff. de iuſt. & iu. l. j. Secundò debet habere rectam intentionem. Tertiò, debet habere perfectam ſtabilitatem, & iſta probantur ex diffinitione iuſtitiæ, dum dicitur quòd eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens, vt ff. de iuſt. & iur. l. iuſtitia. Ex his tribus fiunt tria argumenta contra prædicta. Primò ſic. Quantò ſunt plures, tanto plura vident, & in eis perſpicatior eſt ratio ad diſcernendum, quàm in vno, vt C. qui teſt. fa. poſſ. l. hac conſultiſſima. in fin. ergo hoc reſpectu melius eſt regi per plures. Secundò ſic, recta intentio regentis tunc eſt, quando conſiderat bonum publicum magis, quàm proprium. C. de cad. tol. l. vnica. §. pe. ſed ſi multitudo dominaretur, poſito quòd intendant bonum propriũ, nihilominus tamen non recedunt per hoc à communi bono, quàm ſi vnus regnaret, & proprium incommodũ intenderet: ergo melius eſt regi per plures. Tertiò, regens debet habere perfectam ſtabilitatem, vt pro aliquo non corrumpatur: quia voluntas debet eſſe conſtans, & perpetua. d. l. iuſtitia. Sed multitudo difficilius naſcitur, & difficilius corrumpitur, quàm vnus d. l. hac conſultiſſima. in fi. arg. C. de teſtib. l. iuriſiurandi: ergo melius eſt regi ꝓ plures. Ad q rñdẽs dicit ꝙ vnus rex vel princeps dẽt ſecũ
b hãre multos ꝓfiliarios & valẽtes [b] viros: & iõ videbit tanq̃ multi,

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶ Optimus principatus. Vide Bal. in auth. hoc amplius. C. de fideicommi. in verſi. itẽ quia dignitas, & in l. ſecunda. §. nouiſſimè. ff. de origin. iur. vbi dicit ꝙ Imperator debet eſſe vnicus, & ꝙ nimia multitudo generans confuſionem fuit cauſa Imperatoris creandi, & ibi vide Alber. de Roſa. & in proœ. Digeſto. in §. diſcipuli. vbi alleg. plures authoritates, & vide Ioan. Pariſi. in ſuo lib. de poteſtate populi, & Imperiali. in cap. 2. & Dantem in ſuo libello de monarchia, & dicit Dominus per Ezechielem. 37. cap. ſeruus meus Dauid rex erit ſuper eos, & paſtor erit vnus omnium illorum.

b ¶ Conſiliarios, & valentes. No. quòd dicit Barto. hic quòd princeps debet habere multos conſiliarios ſapientes, ſequitur Martin. Laud. in ſuo tract. de principibus, in §. 154. vbi dixit ꝙ hoc perfectè obſeruat princeps ſapientiſſimus illuſtriſſ. Dux Mediolani, qui habet in conſilio ſuo prudentiſſimos doctores, & viros expertiſſimos.

BIU Cujas

multi,nec de leui poterit corrempi, nisi totum consilium corrumpatur.Sed si dictus rex sequeretur caput prorium iam non esset rex,sed tyrannus : talem ergo damnari non esset bonum,ita dicit ipse . Ista dicta non puro simpliciter intelligenda : ideo more iuristarum loquendo,pro prædi-
10 ctorum declaratione præmitto . † quòd non omne regimen ipsius vnius dicitur regimen regis.Nã qñq; est vnus qui regit,& tantum iste est iudex,vt sunt præsides prouinciarum,& procõsules,vt titulis de offi. p̃si.& de offi. ꝓcõs. & le.Sunt & Ptãtes & rectores ciuitatũ.vt C.de sẽ.ex brevi.rec.l.fi.& ibi no.& C.de defen.ciui.& in auth.eo.per totum.Isti.n.habent iudicare ſm leges,& tenẽt statũ regiũ.ſ. cõpetentem ministris.nec ad eos competunt regalia , sed ad ciuitates quas regunt , vel ad alium superiorẽ vel fiscũ, vt C.de modo mul.l.mulctarum.& C.vbi causæ fi.l.1.& ff. de iur.fis.l.1.& per istos iudices Deus rexit populũ Iudęorum per multa tempora, vt habemus per totum librũ Iudicum.Qñq; vnus regit ciuitatem vel prouinciam. q facit leges prout vult , omnia ad eum pertinent , & istud dici-
11 tur regimen regis . Quod † aũt sit istius regni ius,videamus , vt sic cognoscamus an sit bonũ regi per reges , de hoc sic ait Dñs per Samuelem prophetam.j.Reg.8. c.Hoc erit ius regis,qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet,& ponet sibi in curribus suis,facietq; sibi equites & pcursores quadrigarũ suarum & constituet sibi Tribunos, & Centuriones,& aratores agrorum suorum,& messores segetũ,& fabros armorum, & curruũ suorum , filiasq; vestras faciet sibi vnguẽtarias,& focarias,& panificas,agros quoq; vr̃os & vineas,& olivieta optima tollet,& dabit seruis suis:sed & segetes vestras , & vinearum redditus decimabit,vt det eunuchis,& famulis suis:seruos ẽt vestros & ancillas,& iuuenes optimos,& asinos auferet,& ponet in opere suo.greges quoq; vestros addecimabit,vos quoque eritis ei serui,&c.Ecce verba Dei, ſm hoc vr̃ pessimum regi per reges,qa tot mala inferunt subditis:&(qđ peius est) eos redigunt in seruitutem , q̃ morti similis ẽt. l.seruitutẽ.ff.de reg.iur.Sed per sanctos doc.exponunt dicta verba, qđ non debent intelligi oia prædicta esse licita regi, sed solum ea q̃ s̃.ponuntur vt grauia , tũc ea fecit rex cum cępit esse tyrannus,ꝓ de facili fit.& sic quia eis futurum erat,iõ sic prædixit prædicta verba, cũ dicit hoc erit ius Regis qui imperaturus est vobis.q.d.hoc nõ liceat oĩ regi, sed illi , q imperaturus est vobis, hoc ius sibi vsurpabit , displicebat em̃ dño,ꝓ regẽ fecerat,vt eo.c.dicit. Et hoc esse verũ appa ret ex eo, qđ legit Deute.17.c.vbi quid bonus,& rectus rex facere debet,euidenter docet. Ait.n. Dñs de rege futuro , hæc verba sunt.Cumq; fuerit ꝯstitutus,non multiplicabit sibi equos,nec reducet populum in Aegyptum equitatus numero subleuatus.p̃sertim cum dñs pręceperit vobis,vt nequaquam amplius per eãdem viam reuertamini,nõ habebit vxores plurimas , quę illiciant aĩum eius, neq; auri & argenti immensa pondera, postq̃ aũt sederit in solio regni sui describet sibi Deutero. huius l.in volumine , accipiens exemplar à sacerdotib. Leuitæ tribus.& habebit secum,legetq; illud omnibus dieb.vitæ suæ,vt discat timere dñm Deũ suum,& custodire verba , & cæremonias eius,q̃ per leges præceptæ sunt,nec eleuetur cor eius in superbiã super fratres suos,neq; declinet in partẽ dexteram,vel sinistrã:& longo tpe reget ipse & filius eius super Israel . Hæc sunt verba Dei:quæ aliqualiter excutiamus,Ait.n. Cũ fuerit ꝯstitutus,ex hoc innuitur , ꝓ dẽt quis ab alio Rex ꝯstitui,nõ ipse sua authoritate sibi regnum assumere:tũc.n.nõ esset rex,sed tyrannus,vt j.dicetur.deinde ait,nõ multiplicabit sibi equos.quasi diceret,aufugiat pompã,seu vanam gloriam. Vn non multiplicabit sibi equos,est multiplicare vltrà q̃ expediat sibi hr̃e. nec reducet populum in Aegyptũ,&c. Hæc verba possunt intelligi ad literam, vt iacent, ꝓ nunquã ire debebit Rex Iudęorũ ad occupandum terrã Aegypti.Possunt ẽt intelligi allegoricè. q. d. non reducat rex populum in seruitutẽ, quæ seruitus significatur p Aegyptũ,vbi populus in captiuitate tenebatur. Prohibet ergo per hæc verba populum grauari oneribus p̃sonalib. q̃ quasi sunt species seruituris. Nõ habebit vxores plurimas. Suprà p̃hibuit vanã gloriã,hic p̃hibet ĩ rege luxuriã illa.n. separat animã regis à vero iudicio,nõ solũ erga hoies, sed & erga Deũ: vt accidit ĩ Salomone, q effectus est idolatra, vt legit 3.Reg.c.11.Neq; argẽti,& auri immensa pondera. Hic p̃hibet auaritiã; sicut.n.pp põpã nimis expedit , & pp hoc populus aggrauat , ita pp auaritiã nimis à populo extorquet.Postq̃ aũt. s̃. prohibuit aliqua fieri hîc aliqua fieri mãdat.Describet sibi Deuter. legis huius, ſm Isidor interpretatur secunda lex,& est figura Euangelicæ legis. Debet ergo Rex esse fidelis , & catholicus & hoc præcipit lex. C. de epis.aud.auth. statuimus. Accipiens exemplar à sacerdotib.Leuiticæ trib. per illos sacerdotes figurat̃ sancta mater ecclesia , à qua exẽplar Christianæ legis omnis rex dẽt assumere.Nec eleuetur cor eius in superbiam,hic redit vt aliqua alia prohibeat,superbiam cordis , quæ omnium vitiorum est radix.Super fratres suos . Apparet ergo, qđ illi qui sunt subditi non sunt serui regis , sed fratres, & sic qđ in præceden.autho. dictum est,non de vero rege,sed tyrano intellexit.Nec declinet in partẽ dextram, vel sinistram q.d.rectum sit iudiciũ non amore,vel odio, q.d. sit iustus, dẽt ergo bonus rex esse fidelis,Christianus,iustus,non põpolus,neq; subditorum grauator,non luxuriosus,non auarus,nec superbus . Alia aũt debet facere rex quæ ponunt̃ 23.q.5.c.regum officiũ est,&c.rex debet.Sed ea quæ ibi ponuntur ad prędicta adaptantur.sed licèt ibi ponat̃ quid rex
12 facere debeat,& qualis in se debeat esse,non tñ † ibi ponitur quid à subditis possit exigere. Rñ.expensas maiest. regiæ congruentes facere debeat , sed hoc habemus expressum quæ sint regal.c.1.vbi dr̃ quod ad regem pertinent oia tributa,vectigalia,& census publici,quæ ibi specialiter nominantur, & qđ ad regem ẽt pertinet ex causa necessaria ponere collectas , vt ibi dr̃:& etiam iure Digestorum probatur qđ reges habeant omnem potestatem, vt ff.de origine iuris.l.2.§.& quidẽ initio . Viso ergo qđ sit ius regis,re-
13 deamus † ad qõnem.an expediat ciuitati vel populo,regi per regem,prout bonus est,habẽs dictas ꝯdões , optimũ regimen est regnũ regis per rõnes.s̃.factas.Et ita intelligo dictum Arist.& Egidij . Si verò consideramus illud,quod euenire potest , quia rex qñdoq; vertitur in tyrannum ip-
14 se,vel descendentes ab eo., tunc dico quòd † considerare debemus,quod euenire potest, cùm illud , de quo agitur, ad hoc natural̃r & verisiḿr tẽdit vt.ff.loc.l. si qs domũ.§.j.đ dam.infe.l.qui bona.§.cum inter:aliàs non debet hoc ꝯsiderari;quia casum aduersamq; fortunam, &c.vt l.inter stipulantem.§.sacram. ff. de verb. obl. Hoc præmisso † facio
15 triplicem diuisionem ciuitatum seu populorum,nam aliqua est ciuitas seu gens magna in primo gradu magnitudinis. Quædam est ciuitas,seu gens maior & sic in secundo gradu magnitudinis.Quædam est ciuitas, seu gens ma-
16 xima, & sic in tertio gradu magnitudinis . Si loquamur † de gente,seu populo magno in primo gradu , tunc dico,ꝓ non expedit illi regi p̃ regem . Primò hoc probatur p̃ rex. quia cum ciuitas Romana erat in primo gradu magnitudinis,expulit reges,qui conuersi erant in tyrãnidẽ, de origine iuris.l.2.§.exactis.& §. qđ ad magistratus attinet,& hoc p̃batur per rõnẽ,de natura regũ est,esse magnificos in faciendo magnas expensas,vt in aut. de immen. don. & p Aristote.in lib.Ethicorũ:sed redditus regales vnius populi magni in primo gradu magnitudinis,non sufficerent ad expensas regales:iõ oportet,ꝓ extorquerent à subditis,& efficerentur tyranni . Status ergo talis regis verisimiliter tendit ad tyrannidem.ergo non est bonũ regimen , inspecto eo,qđ verisiḿr euenire põt.Et hæc est rõ, quare Deo displicuit,qđ populus regẽ petijt,1.Reg.8. c. Nec expedit tali populo regi per paucos,vt p̃ diuites ciui. nã si ꝯtingit in his ciuitatib.esse diuites in paruo numero , ꝯtingit alterũ de duobus : quia aut multitudo populi de illorum paucorum regimine indignabitur,quantumcunque bene regatur,vt fuit in ciuitate Senarũ.Fuit.n. annis ferè lxxx.quidã ordo hominum diuitum regentium ciuitatẽ benè,& prudenter,tamen quia populi multitudo indignabatur,oportebat eos præstare,cum magna fortia militari . Qui ordo depositus est in aduentu Caroli 4.Illustrissimi Romanorum imperatoris tunc regnantis . Ipsius principis factum comprobat, ꝓ talis regendi modus in talibus ciuitatibus non est bonus. Aliud inconueniens potest sequi, quia illi pauci,vt naturaliter euenit,poterunt inter se diuidi : ex quo ciuitatibus occurrunt rumores, seditiones, incendia & ciuilia prælia,vt sæpè vidimus in ciuitate Pisarum,expedit autem huic populo , qui est in primo gradu magnitudinis , regi per multitudinem , quod vocatur regimen ad populum.ff.de ori.iur.l.ij.§.exactis. vsque ad §.deinde , qa difficile. Et quòd istud regimen sit bonum,apparet.quia illo tempore multum vrbs Romana augmẽtata est,vt patet ead.l, §. seq. & seq.hoc etiam apparet ex dicta authoritate
17 lib.regum,videtur enim † magis regimen Dei, quam hominum . Hoc etiam experimur in ciuitate Perusina , quæ isto iure regitur in pace,& vnitate crescit,floret, regentes eam secudum vices suas à nullo se custodiunt,sed ipsi custodiun-

BIU Cujas

ſtodiuntur ab hominibus,& ſæpè viſum eſt per conſilium hominum communium deliberari,quędam,quæ à ſapientibus & prudentib. malefacta viſa ſunt. euentus verò ma-
18 nifeſtauit eſſe prudentiſſima facta.Hoc † ideò eſt,quia magis Dei, quàm hominum regimen eſt,hunc regendi modum dictus illuſtriſſ.Imperator,cum apud eum eſſem, maximè commendauit. Iſtud itaque regimen ad populum ſeu regimen multitudinis,vt dictum eſt.Iſtud autem regimen eſt ſic dictum.quando iuriſdictio eſt apud populum, ſeu multitudinem, nō autem quod tota multitudo ſimul aucta regat,ſed regimen aliquibus per tempus committit ſecundum vices,& ſecundum circulum.d. §. exactis. & in
19 auth.de defen.ciuita.§.interim.Quod autē† dico per multitudinem,intelligo exceptis viliſſimis,vt C. de digni.l.ne quis.li. 12. Itē ab iſto regimine poſſunt excludi aliqui magnates,qui ſunt ita potentes,quòd alios opprimerent, vt ff.de offic. præſi. l.illicitas.§.ne potentiores. & ita obſeruari videmus. Sed in dictis ciuitatibus.ſi honores, & munera ſecundum gradus debitos diſtribuuntur, bonum eſt regimen, & ad ſuperiorē ſpectat reformatio. vt ff.de mu-
20 ne.& hono.l.3.§.præſes prouinciæ. Secundò eſt † videndum de gente,ſeu populo maiori & in ſecundo gradu magnitudinis,tunc iſtis non expedit regi per vnum regem, ꝓ rationes.ꝛ̄.dictas,nec expedit regi per multitudinem:eſſet enim valde difficile,& periculoſum, tantā multitudinē ꝙgregari. Sed iſtis expedit regi per paucos,hoc eſt per diuites,& bonos homines illius ciuitatis. Ita probatur expreſsè.ff.de orig.iur.l.2.§.deinde, quia difficile. vbi aucta ciuitate Romana facti ſunt ſenatores,eiſq; data eſt omnis po-
a teſtas. Sic enim regitur ciuitas Venetiarum, [a] ſic ciuitas Florentiæ:Has enim pono in numero ciuitatum maiorū. In his enim ceſſant ſuſpiciones prædictæ. Nam licet diçātur regi per paucos dico, ꝙ pauci ſunt reſpectu multitudinis ciuitatum,ſed ſunt multi,quia per illos regi multitudo non dedignatur.Itē quia multi ſunt,non poſſunt de facili inter ſe diuidi,quin multi remaneant medij, qui ſtatū ciuitatis ſuſtentant. & de iſto modo regendi per paucos: qñ ciuitas augmentanda eſt in ſecundo gradu multitudi-
21 nis,ponit gl.in d.§.interim.in auth.de defen.ciuit.† Prædictavera niſi de antiquo regendi modo ciuitatis aliud appa ret.Poteſt.n.eſſe ꝙ vna gēs, vel populus ita aſſuefacti ſunt certo modo regendi, qđ eis quaſi in naturam conuerſum eſt,& aliter viuere neſcirent, tunc antiquus modus regiminis ſeruandus eſt,vt ff.de mu.& ho.l.1.§.j.& l.3.§. p̄ies. & l.honor.§.de honoribus.

22 Tertiò † videndū ē de gēte.vel populo, maximè q̄ eſt in tertio gradu magnitudinis.hoc ā tē rè poſſet ꝙtingere in ciuitate vna p̄ ſe:ſed ſi eſſet ciuitas,q̄ multū alijs ciuitatib.& p̄uincijs dnareť,huic gēti bonū eſt regi p̄ vnū.Hoc p̄bāť ff.de orig.iur.l.2.§.nouiſſimè vbi aucto multū Impo Romano,captis multis p̄uincijs deuētū fuit ad vnū.ſ.ad principē. Hoc ēt p̄bāť oēs rōnes s. factæ p̄ d.fratrē Aegidiū:hic ceſſant rōnes factæ in oppoſitū. In tāta.n.multitudine de neceſſitate ſunt multi boni, per quos oportebit ſe regē ꝙſulere,& in iuſtitiæ via ſe ponere,& ſic de facto cōiter videmus ꝙ tāto melius gens, vel populus regeť,quāto ſub maiori,vel potētiore rege regiť.Et de hoc habem'authoritatē S. ſcripturę vt Deu.18. c.vbi Dñs ſit ait Cūq; ingreſſus fueris terrā,q̄ Dñs Deus dabit tibi,& poſſederis eā,hr̄ditaueriſq; in illa,& dixeris, ꝙſtituā ſup̄ me regē,ſicut hñt oēs p̄ circuitū nationes,eū cōſtitues, quē dñs Deus tuus elegerit de numero fratrū tuorū,nō poteris alterius gentis hoſem regē facere,q̄ non ſit frater tuus. hæc verba Dñi ſunt.Ex eo qđ dicit,cū ingreſſus fueris, & poſſederis,& hr̄ditaueris,&c.innuit, ꝙ parua gens habitura eſt regē.Sed magna,q̄ eſt in magno ſtatu, & multis dnatur ſicut dictū eſt ſ̄.Ex eo,qđ dicit Deus tuus elegerit, patet, qđ oīs rex aut mediatè,aut immediatè à Deo eligiť,vel ab electorib.inſpirāte Deo.Cor.n.elegentiū in manu Dei eſt,& vbi voluerit inclinabit illud,vt dr̄ de rege.C.de ſum.tri.epi
23 ſtol.inter claras.† Et ex hoc nota,ꝙ regimē qđ eſt p̄ electionē,eſt magis diuinū,quā illud qđ eſt per ſucceſſionē. Io in reb.eccleſiaſticis ſucceſſio oīno deteſtatur,ex̄.de fil.p̄sb.c. ex tranſmiſſa.& c.ad extirpandas.& iō electio Principis,q̄ eſt rex vl̄is,fit p̄ electionē prælatorū,& principū:nō aut vadit per ſucceſſionē,vt ex̄.de ele.c.venerabilē.& de re iud.c. ad apoſtolicæ,lib.6. Hoc.n.imperiū Deus de ç̄lo ꝙſtituit, vt in auth.qūo opor.Ep̄os, in prin. & de iſtis cauet in §. fi. in fi.Reges verò particulares sūt magis ex ꝙſtone hoīum:
24 vtff.de iuſt.& iur.l.ex hoc.†Et iō ex his p̄mittiť,qđ valet p̄ ſucceſſionē,& ita dēt intelligi qđ dicit Egidius in d. lib. de regimi.princ. Et determinat,qđ melius eſt regimē ire per ſucceſſionē,dēt.n.tranſmitti,ſicut cætera oīa bona & iura; & đ vl̄i ſec⁹:qa eſſet ꝫ authoritatē diuinā,& ꝫ canones.Ex eo verò qđ dicit de numero fratrū tuorū, not. ꝙ p̄iculoſū eſt hr̄e regē alterius nationis.Sed dices,ergo qūo p̄ eccleſiā tranſlatū eſt Imperiū Romanorū in Germanos.i. Theutonicos,vt ex̄.de ele.c.venerabilē? Rñ. oēs Chriſtiani dñr fratres nr̄i & ſic nō eſt ventū ꝫ dictā authoritatē.In hoſem verò Saracenum,Paganū,vel infidelē,nō poſſet transferri: & iō ſequtur,nec poteris alterius gēris regē hr̄e. Et p̄p hoc neceſſaria eſt examinatio eius, q̄ coronandus eſt Imperator.Vel expone illa verba ſm Aug.vt ibidē dicit gl.nō poteris.i.nō debebis p̄ regē: cū alterius gētis regnū nō ita fi-
25 deliter ꝙſeruať.Et iō Imperiū† Romanorū ꝓſtq̄ fuit ab Italicis ſeparatū,ſp decreuit in oculis nr̄is: hoc tñ abſque
26 Dei iudicio occulto factū nō eſt. De populis aūt † paruis nō dico.Iſti.n.vel alteri ciuitati ſubſunt, vt ff.ad muni.l. q ex vico.vel alteri ciuitati, vel regi ꝙfederātur aliquo fœdere,ita qđ alteri⁹ maieſtatē venerenť vt ff. de cap.& poſt. l.nō dubito.& videmus in ciuitatib.& caſtris,q̄ ſub protectione ciuitatis huius Peruſinę ſunt.Sicut.n.corpus humanū debile,& paruū nō pōt p̄ ſe regi ſine auxilio tutoris, & curatoris,ita iſti populi parui p̄ ſe,nullo mō regi p̄nt, niſi alteri ſubmittant,vel alteri adhæreant,& hæc de trib.regē
27 di modis,q̄ boni ſunt. † Quæro de malis modis regēdi q̄s ſit deterior,in hoc oēs Philoſophi dicūt ꝙ tyrānus eſt peſſimus principatus:tenet.n.vltimū gradū malitiæ.Item p̄dictus Egidius in d.lib.dicit.n.vt dictū ē, ꝙ regimen iō dr̄ bonū,qa p̄ illud maximè tendiť ab bonū cōe. Sed p̄ tyrānum maximè ab intentione cōis boni recediť.vñ tyrānus peſſimus principatus, vñ ſi dominētur plures, qa diuites vel boni credunť,q̄ vel ſi dnetur multitudo:quanq̄ illi regētes tendant ad proprium,& non à Deo eſt, & ſic eſt regimen malorum,vel populi peruerſi: tñ non tm̄ recediť ab intentione cōis boni:qa ex eo qđ plures ſunt aliqd ſapit de natura cōis boni. Sed ſi vnus eſt tyrannus,etiā recedit à cōi bono.Præterea,ſicut virt⁹ vnita in bonū,ē melior,ita vnita ī deteri⁹ē deterior.Tyrānus aūt ē peſſimus, hoc aūt eſt ita
28 manifeſtum, qđ demonſtratione non eget. Hoc aūt † qđ ſ̄.dictum eſt, qđ regimē pluriū malorū hoīum non eſt ita malū,ſicut regimen vnius tyranni, intelligendū eſt q̄ plures tendunt ad vnū,& non p̄nt niſi ſimul, ſecus ſi quilibet p̄ ſe tyrannidem exerceret,vt vnus de altero nō curaret,vt ſ̄.dixi de regimine mōſtruoſo,qđ eſt nunc in vrbe Romana.ſicut.n. cū in vno corpore ē vnus humor corruptus, q̄ p̄dominať, & malus eſt:ſi tñ oēs humores eſſent corrupti ſibi inuicē aduerſarenť: ita, &c. vt p̄miſſum eſt. Veh ergo illi ciuitati,q̄ habet plures tyrannos ad vnū non tendētes.
29 † Itē aduertendū eſt,ꝙ regimē pluriū malorū: vel regimē populi p̄uerſi nō diu durat,ſed de facili in tyrānidē vni⁹ deduciť,hoc.n.đ facto ſæpius vidimus.Hęc ēt p̄miſſio diuina ē,cū ſcriptū ſit.Qui regnare facit hypocritā p̄p peccata populi.Iob.34. c. & quia hodie Italia eſt tota plena tyrannis.

ADDITIO.

a ¶Ciuitas Venetiarum.Dicit And.Barb.in conſi.46 in 2. vol. inci.ſcriptis præclare, in vlt.col.ꝙ Venetijs eſt regimen bonum ſecundum diſpoſitionem iuris communis, ex quo eſt multitudo nobilium, qui aſſumuntur ad regimen ipſius ciuitatis excluſis non nobilibus: vt ibi plenè per ipſum,& dicit dominus Raymundus Senilis doctor excēllent. in repet.l.eum, qui vectigal.ff.de verbo. ſignific. ciuitatū Venetiarum appellari maximam per rationes:vt ibi per ipſum, & vide magiſtrum Henricū de Arimino, ordinis prædicatorum,in ſumma ſua de quatuor virtutibus Cardinalibus in tract. de iuſtitia. in cap.69.cuius verba reaſſumit tacito autho. Fr. Leonardus de Vtino in ſuo quadrageſimali de ſanctis. in feſto S. Marci, quòd inter omnes politias, quæ noſtris temporibus in populo Chriſtiano fuerunt, politia gentis Venetorum ad hoc regimen, ſcilicet de principatu miſto, multum videtur appropinquare,vt ibi per ipſos. Et dicit Bal.in l.decernimus.C.de ſacroſan.eccle. quod dux Venetiarum iuſtè nominatur, & dicit ſanctus Tho. de Aqui.in ſuo tract.de regimine principum. ad Regem Cypri.lib.4.cap.8.quòd partes inſulares Italiæ,quæ ſem per habuerunt regem, & principes, vt Sicilia, Sardinia, & Corſica ſemper habuerunt tyrannos. in partibus autem Liguriæ, Etruriæ, & Flaminiæ, quæ hodie Lombardia vocatur,nullus principatum habere poteſt perpetuum, niſi per viam tyrannidis, duce Venetiarum excepto,qui tamen temperatum habet regimen. Et ideò dicebat Ang. poſt Senecam, in l.1. in fi.ff.de ſeru. vrb.præd. & ſequitur Mar. Lau.in ſuo tract.de principibus.in §.5 11. quòd ſub iſto dominio viuere, ſumma libertas eſt viuere Venetijs, dixi plenè in meo trac.de Venetæ vrbis libertate,& eius Imperij dignitate & priuilegijs,in priuilegio tertio.

[a] TRACTATVS [a]

PRAESVMPTIONVM.

per D. Bartolum à Saxoferrato.

ADDITIO.

a Tho.D. ¶Tractatus. Iſte tractatus eſt do.Bar.prout communiter ab omnibus.tenetur,& ita inueni in codicibus antiquis manuſcriptis.

1 *Præſumitur contractus ſimulatus quibuſdam certis caſibus, niſi probetur oppoſitum.*

2 *Præsumitur ignorantia vbi non constat de scientia.*
3 *Præsumitur aliquem viuere, nisi probetur de morte.*
4 *Præsumitur quis spontanea voluntate feciße, nisi contrarium probetur.*
5 *Præsumitur mulierem stipulatam fuisse sibi dotem quando extraneus persoluit, nisi extranei stipulatio probetur.*
6 *Non præsumitur quis habuisse animum occidendi percutiendo alterum, nisi de contrario probetur.*
7 *Præsumitur quis suspectus, qui inuito operas suas ingerit.*
8 *Præsumitur cum coactione feciße, qui omnia bona sua profudit, nisi probetur se feciße volens.*
9 *Præsumitur, mortuo marito vxorem concepisse ex alio, si vltra vndecim menses peperit.*
10 *Furiosus qui in furore est de præsenti, præsumitur perpetuò.*
11 *Præsumitur aliquem pactum fuisse de pignore non petendo, si de pecunia non petenda pactus est.*
12 *Præsumitur promissio facta in dubio inter præsentes, & non inter absentes.*

PRęsumitur contractus simulatus sine aliqua probatione istis
1 casibus qui sequuntur. Primus. inter patrem, † & filium. ff. de proba. l. qui testamentum. Secundus inter maritum, & vxorem, vt ff. de do. int. vir. & vxo. l. Quintus Mutius & l. sponsus §. circa. Tertius est. ff. de autho. præstā. l. pupillus. §. sanè. Alij duo colliguntur. C. mād. l. per diuersas. & l. ab Anastasio. & vide quæ ibi dicentur, & qđ dictum est in vxore, idem est in Oeconomo, vt C. de
2 epis. & cle. authen. licentiā. † Præsumitur ignorantia nisi probetur scientia. ff. de probatio. l. verius. C. de epis. aud. l. si legibus. & qui mili. non pos. l. super seruis. & de reg. iur. c. præsumitur & ibi per Dy. Præsumitur aliquem habere bonam famam. C. qui mil. non pos. l. super his. & C. de prę scri. longi temporis. l. lōgi temporis. & ff. de publicia in rē
3 actio. l. quæcunque. in fi. † Præsumitur aliquis viuere, nisi probetur mortuus: vt ff. de do. inter vir. & vxo. l. si mors. & C. de cap. l. nec vos. & C. de do. int. vir. & vxo. auth. hodie. Præsumitur aliquem esse sanæ mentis, nisi probetur contrarium. C. de codi. l. nec codicillos. Præsumitur quis omni tempore bonus, qui semel fuit bonus. ff. de re mil. l. nō omnes. §. à Barbaris, & sic ex præcedenti vita præsumitur in præsenti, siue in bonum, siue in malum. Pręsumitur omni tempore malus, qui semel fuit malus, hoc est in eodem genere mali. ff. de accu. l. si cui. §. eisdem. & de suspe. tut. l. 3.
4 §. sinautem. † Præsumitur spontanea volūtate factum, nisi probetur coactio, seu coacta. ff. qđ met. cau. l. 2. Præsumitur indignus officio, nisi ordinatus fuerit inuitus. vt C. de Epis. & cle. l. si quemquam. Præsumitur falsarius, qui suspecta scriptura vtitur in iudicio, vt ei fidem apponat; vt C. de prob. l. iubemus. Præsumitur, quod miles non accipiat pecuniam mutuo, nisi in castrēsibus negotijs, vt C. ad Mace. l. fi. Et est præsumptiō iuris, & de iure, contra quam nō admittitur probatio in contrarium. Præsumitur patrem vel matrem voluisse reseruare lucra eis, vel alteri pro eis acquisita, nisi specialiter in alterum transponat. vt C. de se cun. nup. auth. nunc autem. Præsumitur fratrem voluisse castrensia bona retinere relinquendo fratribus bona pa-
5 ganica, vt C. de test. mil. l. 1. † Præsumitur mulierem stipulatam fuisse dotem sibi reddi, cum extraneus dotem dedit pro ea, nisi extraneus dotem sibi reddi specialiter stipulatus fuerit. vt ff. sol. ma. l. quoties. & C. de rei vxo. ac. l. vnica. §. accedit. Præsumitur aliquem possidere, qui sub imagine alterius personæ possidet, quam supposuerat. C. de di strā. pig. l. qui sub imagine. Præsumitur quis idoneus, nisi probetur contrarium, vt extra de præsump. c. dudum. Præsumitur per naturalem affectum q̄ filius voluerit in totū patrem liberari, quem vult esse liberatum ab actione tutelæ, vt ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. Titius testamēto. licet sublata sit hodie illa q. Præsumitur donatio ratione proximitatis, vt C. de do. l. censualis. & de capti. l. liber captus. Præsumitur contra aliquem ex posteriori actu, vt C. de adul. l. si qui adulterij, & ibi est præsumptio violenta, sicut & contra confessum, & conuictum est præsumptio de præsenti
6 ad præteritum. † Præsumitur aliquem nō habuisse animū occidendi percutiendo alterum nisi probetur cōtrarium; vt C. de sica. l. 1. quod probatur si percutiat cum hasta, cum poterat percutere cum ferro, vt no. gl. in l. 1. §. diuus ff. de sica. & ibi no. Præsumitur aliquem animo iniuriandi dixisse verba, quæ videntur iniuriosa, nisi probetur contrariū. C. de injur. l. si non conuitij. Præsumitur aliquem fuisse filium mariti natu ex vxore in domo mariti, & ex eo in patria potestate existente. Et econtrà. Præsumitur contra filium si pater vel maritus fuit per decem menses absens, vt
7 ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. l. filium. † Præsumitur suspectus qui operas suas ingerit inuito ff. de procu. l. quæ omnia. Præsumitur, ꝙ in potentem non sit facta iniuria, nisi apertè probetur. ff. quod me. cau. non est verisimile. Præsumitur sententiæ acquieuisse, qui in multis casibus fecit, quod in sententia continetur. ff. fa. ercis. l. quædam. Præsumitur sententiæ acquieuisse, qui dilationem petit ad soluendum: vt C. de re iud. l. ad solutionem. Præsumitur agnoscere, & approbare iudicium patris qui ab hæredibus aliqua emit, vel conduxit, vel similia fecit: vt de inof. test. l. si vt proponis. §. si hæreditatem. Præsumitur filium agnoscere, & comprobare patris iudicium, qui petenti legatum ex testamento paterno, patrocinium præstat: vt ff. de inof. test. l. fi. Præsumitur aliquam esse vxorem,
a nisi probetur contrarium, vt ff. de rit. nup. l. in liberæ. Prę sumitur quis bonus si natus est de bona progenie, & ecōtra. ff. de ædil. edic. l. quòd si nolit, §. qui mancipia. Præsumitur vxorem habere ex bonis mariti, quod habet, nisi probetur contrarium, quod aliunde habuit. vt ff. de do. inter vir. & vxo. l. etiam. & l. Quintus. Prę sumitur quod prospicere sibi velit, qui dotem dedit, vt sibi redderetur, etiam in illum casum qui fuit expressus, nisi contrarium probetur
8 per mulierem. ff. de condi. ob cau. l. si extraneus. † Præsumitur inuitus nisi probetur volens se feciße qui omnia sua bona alienauit, vt ff. de his quæ in frau. cre. l. omnes. §. lucius. ver. quamuis. & ff. de procurat. l. filiusfamilias. §. inuitū. Præsumitur, quòd vsuræ sunt promissæ quæ longo tempore sunt solutæ: vt ff. de vsur. l. cum de in rem verso. Præsumitur debitor liberatus, qui habet penes se instrumentum debiti cancellatum, vel inciſum, vt ff. de proba.
9 si chirographum † Præsumitur mulierem concepisse ex alio post mortem viri si vltra xj. menses peperit, vt in authen. de restit. & ea quæ pa. §. mulier. Præsumitur de præterito cum præsens colligitur. ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. l. si cut. §. superuacuum. Prę sumitur pro aliquo in eius beneficio conseruando: vt ff. de inoffi. testa. l. Papinian. §. meminisse. Præsumitur quod res sit filij. quæ fuit patris: vt C. de probatio. l. siue possidetis. Præsumitur omnia solemniter acta, promissa in instrumentis, vt Insti. de iniu. stip. §. si
10 scriptum. & l. sciendum. ff. de ver. ob. † Præsumitur qđ aliquis sit perpetuo furiosus qui in furore est de præsenti: vt C. de vsufr. l. ambiguitatem. Præsumitur donationem factam fuisse ante matrimonium, non factam tempore matrimonij: vt ff. de iur. dotium. l. si res æstimata. Præsumitur
11 aliquem † pactum fuisse de pignore non petendo, si de pecunia non petenda pactus est. l. 1. ff. qui mo. pig. vel hyp. sol. Præsumitur infantem primo mortuum, quando ipse, & mater in naufragio sunt mortui, vt ff. de pa. do. l. inter socerum. & de reb. dub. l. si mulier. Præsumitur patrē mortuum ante filium, cum ambo in bello sunt mortui: vt l. qui duos. ff. de reb. dub. Præsumitur masculum primò natum, cum mulier masculum & fœminam simul parit. ff. de re. dub. l. si fuerit. Prę sumitur matrem primo mortuam, cū ipsa perijt simul cum filio pubere, alias pupillo. Præsumitur vxorem primò mortuam, cum perijt cum marito. vt ff. de reb. dub. l. qui duos. §. si maritus. Præsumitur in fraudem creditorum facere qui omnia sua bona alienauit. ff. quæ in frau. cred. l. omnes. §. Lucius. Præsumitur aliquis dignus nisi probetur indignus: vt ff. de man. test. l. si seruus. Præsumitur incendium factum culpa inhabitantis: vt ff. de
12 offic. prefect. vig. l. 3. † Præsumitur promissio in dubio facta inter præsentes, & non inter absentes vt d. glo. in l. 1. in ver. inter præsentes. C. de contrahen. & commit. stipu.
b Præsumitur diuisio inter fratres, [b] quando stant separatim, videlicet, vnus ab altero per annos. x. inter præsentes, & xx. inter absentes; vt no. glo. in l. pen. C. comm. diuid. & c. Bar.

ADDITIONES.

a ¶Contrarium, Vide Barto. in l. si vxor. §. si ea. ff. de adult. per quam legem dicit domin. Abb. in capitu. lator. qui fil. sint, legi. quòd ad probandum quem esse legitimum, si probatur, quòd est natus ex masculo, & fœmina simul habitantibus, fauore legitimationis præsumitur inter ipsos matrimonium, licèt respectu ipsorum viuentium præsumatur potius stuprum: vt in capitu. aliter legitimum xxx. quæstio. 5. sequitur Fely. in c. illud. in fin. de præsumpti. & vide Maria. Soci. in consi. 39. visis. & inspectis.

b Tho. D. ¶ Inter fratres, Vide Iaso. in l. si certis annis. C. de pact. & ibi vide plura.

PRAESVM-

PRAESVMPTIONES ALIAE THO. DIP.

Præſumitur ꝙ ſi pupillus habet ſubſtitutum, & no apparet qs ſit primo mortuus, an teſtator, quam pupillus: in dubio præſumitur primò mortuus teſtator, quam pupillus fauore ſubſtitutionis. Tex. in l. ex facto. §. pen. ff. ad Treb. quem tex. Bar. in ꝙ ſi. qđ incip. viſo puncto, dicit eſſe notabiliſſimum. Præſumitur, quis mortuus in pupillari ætate, & non adulta, quia in dubio præſumitur pro ſubſtituto fauore ſubſtitutionis. Caſus eſt ſing. in l. ex facto. §. pe. ff. ad Treb. Et ita per illum tex. conſuluit Bal. in conſi. qđ incip. ex parte contingente. qđ conſi. dicit eſſe mirabile Io. Bap. Seue. in l. precibus. C. de impub. & al. ſub. & dicit non fuiſſe tactum ab aliquo in hac materia, & ſic onus probandi pertinet ad matrem qđ filius deceſſerit in adulta ætate, qñ eſt quęſtio inter ipſam, & ſubſtitutum. Adde etiam ꝙ Bal. idem in conſi. 117. in 2. vol. inci. intelligo ꝙ dñs meus. in fine tenet ꝟrium: vbi voluit quod in dubio non præſumitur deceſſiſſe pupillus niſi probetur, & tamen loquitur in ſubſtituto, qđ in dubio mater excludit ſubſtitutum, qđ eſt no. licet Bal. ibi nil alleget. Adde Pau. de Ca. in d. l. ex facto. §. pen. vbi voluit qđ pupillus non præſumitur mortuus in pupillari ætate, ſed poſt, niſi ſubſtitutus ei allegans hoc, probet extitiſſe conditionem. ſ. pupillum deceſſiſſe in pupillari ætate, & refert Bal. ſic conſuluiſſe, ſed ꝟrium in alio conſi. & vide Bal. in conſi. 263. in 1. vol. inci. factum tale eſt, & ibi, quis habet ꝓbare quem pupillum, maximè ſi in aliquo contractu afferitur qđ fuerit pupillus, vbi omnino videas. Præſumitur in dubio maſculus prius naſci, quã fœmina qñ naſcuntur gemini, gl. in l. idem erit. in gl. 1. ff. de ſta. hom. per l. ſi fuerit legatum. §. fin. ff. de reb. dub. Præſumitur ſi ambo maſculi ſunt nati pariter, & non apparet, quis prius, ꝙ formoſior, & robuſtior celeriùs exuerit de caercere materni vteri. arg. l ſi fuerit. §. fi. ff. de reb. dub. ſecũdum Bal. in § ſed cum vos. in proœ. Digeſtorum. Et ſi ambo eſſent extracti exciſo vtero materno, ambo regnabũt, vt latiùs per Bald. ibi, quem ſequitur Io. de Ana. in rub. extrà. de ſortile. & tunc quis eorum dicatur primogenitus vide per Io. And. in addi. Spe. in ti. de præben. §. 1. cum concordan. de quibus per Alexan. in l. qui filiabus. §. 1. ad fin. ff. de leg. 1. & per Fel. in c. capitulum. de reſcrip. adde Bal. in l. fi. de rer. diui. Præſumitur primò mortua vxor, & poſteà maritus l. qui duos. §. ſi maritus ff. de reb. du. & plenè per Fran. de Are. in cõſ. 50. incip. copioſè, & eleganter, per totum, & per Bar. Soc. in l. ſed & in illo. ff. de reb. du. vbi examinauit materiam plenè & maximè dicti conſilij. Et generaliter de pluribus morientibus, quis præſumatur primo mortuus, vide Barto. in l. qđ pariter. ff. de rebus dubijs. & pleniſſimè p Bar. Soc. quam legit in d. l. ſed & in illo. Et de matre, & filia ſimul mortuis anno Iubilei in ponte ſancti Petri tempore Nicolai. 5. quæ earum præſumeretur primò mortua, per Maria. Soci. in conſi. 117. inci. tempore Iubilei. vide Fel. in c. capitulũ de reſcrip. Et de patre, & filio, qs primo mortuus fuerit per Bal. in conſi. 67. in quarto vol. inci. ſi ſtatutum. Pau. de Ca. in conſi. 201. inci. ad primum quæſitum. Et de patre, qui fuit captus in bello, & ſimilia vide per Petr. Corn. in conſi. 204. in 3. vol. inci. quanquam videatur. Et generaliter vide per Bar. Soc. in l. qui duos. per totam illam legem, & in d. l. ſed & in illo. vbi plenè loquitur, licet de omnibus ſ̃. dictis non faciat mentionem. Præſumitur quis eſſe filius familias, ex quo ſuus pater præſumitur viuere centũ annis. l. fi. C. de ſacroſan. eccl. not. glo. in l. ſed ſi de ſua. ff. de acq. hære. per quam gl. no. Ange. de Peruſio, & dicit quòd ex ipſa habebis magnum honorem ſi ſcias practicare. Ex qua not. cautelam Bar. Veronen. in caute. 163. incip. quis in dubio, & licèt dicat quòd Ioan. de Imo. Rapha. & Ludo. Ro. ibi reprehendant illud dictum, tamen ſaluat, quod quando aduerſarius in principio iudicij fuit profeſtatus, procedit glo. adde tamen ꝙ Bar. in conſi. 42. incip. viſa inquiſitione facta, dicit, quod in dubio præſumitur quis paterfamiliàs. dic ut ibi dixi in addi. meis. Præſumitur in dubio potius malafides, quàm ignorantia, argum. l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. & quomodo procedat, vide Pet. Corne. in conſi. 265. in 3. vol. inci. in hac videtur. Præſumuntur ſolemnitates extrinſecæ propter antiquitatem, ſecundum Bal. in l. ſciendum. ff. de verb. obli. cũ concordan. de quibus per Pet. Corne. in conſi. 144. in 4. volu. incip. ſuperioribus diebus. vide Alex. & Moder. in d. l. ſciendum. Præſumitur, quis potius ligatus, quam ſolutus, vbi eſt dubium quod animæ præiudicium afferatur. c. iuuenis de ſponſa. c. conſilium, cum ſi. de obſer. ieiu. Gem. in conſi. 16. inci. Geminianus, & ibi an in dubio præſumatur ꝺctus vſurarius, ſubſiſtente preſumptione: vbi eſt dubium an ſit vſurarius, vel non. Præſumitur quis potius facere actum licito modo, & vt quis ita ſupinus non ſit: vt id teneat quod ſciat irritum eſſe, & ſibi maximè damnoſum, arg. l. cum de in rem verſo. ff. de probatio ſecudum Raph. Fulg. in conſ. quinto. inci. nauta quidam. vbi etiam per iſtã rationem defendit quendam nautam qui receſſerat non ſoluta gabella. Præſumitur vicinus ſcire facta vicini, & ſic conſanguineus, vide Alex. in l. is pater. ff. de acqui. hære. Præſumuntur filij primò mortui, quam mater. Bar. in cõſilio 179. Martinus, & ibi dixi in addi. Præſumitur perſeuerantia voluntatis niſi probetur contrarium. vide Alex. in conſilio 42. in ſeptimo vol. incipien. ex his quæ in themate. vbi videas. Præſumitur rem fuiſſe primò traditam habenti priorem titulum, plenè per Alexand. in conſilio 81. in ſeptimo volum. in cauſa, & lite vertente inter Gaſparem. De præſenti in præteritum non præſumitur, quando præſens ſtatus habet contra ſe veritatem alterius præſentis ſtatus. Alex. in dicto conſi. 81. Præſumitur quis habere in corde, quod ore expreſſit: quia nemo præſumitur dicere niſi quod mente cogitat. l. labeo. §. Idem Tubero. ff. de ſuppel. lega. 22. quæſtio. 5, can. humanæ, & c. ſcđo regris. de appellatio. Corn. in conſi. 116. in 3. vol. incip. deueneram.

TRACTATVS

DE CARCERIBVS.[a]

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Carceribus. Iſte tractatus non eſt Bar. quia hic ſæpius allegatur Bart. Ita etiam hoc tenet Marianus Soci. in rubric. de dilatio. artic. v. quæſtio. 17. fallent. 12. cuius autem ſit iſte tractatus, ego habeo huiuſmodi tractatum manuſcript. in duob. Codicib. manuſcriptis antiquis, in quorum altero attribuitur Baldo, & non ſunt illæ quotæ & allegationes Baldi, prout hic, & incipit. Omnia legum præcepta. In altero verò codice eſt attributus Angel. de Vbal. & ibi allegat Bal. in omnibus locis prout hic ipſe. Re vera credo, ꝙ ſit Angeli, & ꝙ Bald. elucubrauerit.

1 *Carcceratus inter perſonas pauperes eſt triſtior.*
2 *Carcer eſt locus ſecurus. & horribilis, repertus non ad pœnam, ſed ad delinquentium, vel debitorum cuſtodiam, niſi vno caſu.*
3 *Carcer vnde dicatur.*
4 *Mulier honeſta non carceratur pro debito ciuili, niſi renunciauerit Velleiano, & omni alij iuri.*
Mulier inhoneſta etiam pro debito carceratur.
5 *Doctor nõ poteſt pro debito carcerari, nec requiritur, an habeat arma.*
6 *Filius familas etiam pro debito carceratur.*
7 *Pupillus pro debito, ac etiam delicto carceratur, ſi eſt doli capax, licet in integrum reſtituatur.*
8 *Tutor, quando eſt non ſoluendo, carcerari poteſt.*
A ſententia lata ſuper incarceratione poteſt quandocunque, & omni die appellari.
9 *Debitor tempore feriato ob hominum vtilitatem non poteſt carcerari, niſi certis in caſibus.*
Ferijs introductis ad hominum vtilitatem renunciari poteſt.
Carceratum die feriata, iudex die feriata relaxat.
10 *Creditor, qui facit capere debitorem vt ſuſpectum, debet ſummatim iudici fidem facere de debito.*
11 *Debitor in die feriata in honorem Dei, & in ferijs repentinis non carceratur.*
Statutum non poteſt tollere ferias introductas in honorem Dei.
12 *Captura in criminalibus poteſt fieri quacunque die, etiam feriata, & etiam tortura propter criminis enormitatem.*
13 *Carcerari, quis poteſt pro quolibet debito exigibili.*
14 *Carceratur quis ob debitum fiſci.*
15 *Collectæ cauſa, quis carcerari poteſt.*
Statutum facit collectam eſſe munus ordinarium.
16 *Iudex propter paupertatem poteſt collectam remittere.*
17 *Carceratus iniuſtè poteſt ab amicis cum violentia extrahi de carcere.*
Amici condemnati iniuſtè poßunt de facto impedire executionem.
18 *Eximens ex iniuſta cauſa aliquem de manibus familiæ captum pro debito ciuili, tenetur ad illud debitum.*
19 *Carceratus pro debito fiſci, poteſt ibi pro debito priuati recommendari.*
20 *Carceratus pro debito, poteſt pro aliquo delicto ibi recomendari.*
21 *Carceratus pro delicto, quando poſſit pro alio delicto recommendari.*
22 *Carcerari debet quis in loco publico ad hoc deputato à communi.*
Detinens aliquem per viginti horas, cõmittit crimen priuati carceris.

BIU Cujas

Pater potest carcerare filium causa correctionis, etiam clericum, nec committit priuatum carcerē, nec incidit in canonē, si quis suadēte.

23 *Debitor an possit se astringere proprio motu ad stādum in certo loco.*

24 *Pęna fugientium de carcere est, quòd pęna capitis puniantur.*

25 *Fugiens de carcere, si ostium erat apertum, mitius punitur.*

26 *Custos carceris, debet esse homo discretus.*

27 *Custos carceris punitur pęna capitis, si propter dolum, vel culpam eius carcerati ex delicto aufugiant*

28 *Plures possunt esse custodes carceris.*

29 *Carceratorum in causis proceditur summariè, & de plano, & ex officio iudicis.*
Miserabilis persona, quæ dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.
Relicta pro carceratis dicuntur ad pias causas.

30 *Creditor tenetur alere debitorem suum carceratum pauperem.*

IN Christi nomine amen. Omnia legū p̄cepta sūt principaliter inuenta, ne pauperes personæ molestijs afficiātur: Ideò quia mihi visum est qđ inter personas pauperes nulla adeò tristior, & pauperior inueniatur, quā
1 persona carcerata, †ideoq; de carcere aliqua sum dicturus, & subsequenter de persona carcerata, & ēt de eius custodibus. Et quia vt ait Tullius primo de officijs. Omnis. n. quæ de aliqua re suscipitur institutio, debet à diffinitione proficisci, vt intelligatur quid sit id, de quo loquatur. ad qđ ꝓcor. ff. de iust. & iu. l. 1. Ideoq; primò videamus quid sit carcer, & vnde dicatur: & subsequenter videbimus de persona carcerata, quis possit carcerari, & pro quanto debito possit carcerari, & in quo loco possit carcerari, & qualiter puniatur fugiens de carcere. Et similiter videamus quis possit esse custos carceris, qua pęna puniatur custos carceris, & an plures possint esse custodes car-
2 ceris. † Venio ad primum, videlicet, ad diffinitionem, & potest sic diffiniri, Carcer est locus securus. & horribilis, repertus non ad pœnam, sed ad delinquentiū, vel debitorum custodiam. Primum verbum huius diffinitionis, dum dī locus securus, cōprehenditur ex l. j. in versi. salubribus locis, &c. C. de custo. reo. nam certè ipse locus debet esse securus, ne carcerati fugiant, & ibidem debēt esse ca tenæ ferreæ, & compedes, & alia ergastula, quib. mediantibus carcerati possint sub fida custodia retineri: vt est tex. in d. l. 1. ibi dum dicit: vt cruciatio desit, &c. Ibi, dum subditur, horribilis. Nam carcer est locus horribilis, tum propter priuationem conuersationis hominum, tum ꝓpter immunditiam: vt comprehenditur in l. si quis in ea. C. de cust. reo. dum dicit, custodiæ squalore. Nec in tantū debet esse horribilis, ꝙ ad penam carceratorum redundet, cum carcer sit inuentus ad custodiam, non ad pœnam. ff. de pę. l. aut damna. §. solent. Fallit autem in vno casu speciali. l. 1. §. 1. ff. de alea. Hinc est, quòd de iure ciuili nemo ad perpetuum carcerem potest damnari: vt d. §. solent. secus autem de iure can. vt in c. quamuis. extra de pę. in 6. & in
3 c. reperiuntur. j. q. j. † Circa secundum, vnde dicatur carcer, & potest dici carcer præ charitate, secus: quia ibi nulla charitas ostendit proximo: vel potest dici quasi carens claritate: quia ibi maxima est cæcitas, & obscuritas, vel aliter & aliter interpretatur, secundum diuersas expositiones.
4 † Secundò quæro quis possit carcerari. Et primò quæro, an mulier possit carcerari. Et dicendum est, ꝙ aut quærimus, nūquid possit carcerari pro debito ciuili, aut pro delicto. Primo casu, aut mulier est honestæ vitæ, aut mulier est meretrix. Si quidem mulier est honestæ vitæ, & famę: tunc non possit carcerari, imò iudex pœna capitis punitur si facit eam carcerari: vt no. in l. 1. C. de offic. diuer. iud. & in authen. sed nouo iure: quæ est posita. C. de cust. reo. Vnum tamen dico, quòd si ipsa mulier sumpsisset tute-
a lam filiorum [a] suorum, & renunciasset Velleiano, & omni alij exceptioni sibi competenti, ꝙ per illam renunciationem potest carcerari. Istud expressè etiam no. tenet. Bar. ff. de test. tut. l. si quis sub conditione. ver. quæro, quid si renunciauit Velleiano, & secundis nuptijs, & nō fuit dictū, & omni alij legum auxilio &c. Aut ipsa mulier est infamis: vt quia mererrix, & tunc dico ꝙ potest carcerari etiā pro debito ciuili, vt no. Cy. in auth. sed nouo iuie. C. de cust. reo. Secundo casu principali, cum quæritur, an potest
5 carcerari pro delicto, & vide d. auth. sed nouo iure. † Secundò quæro, an legum doctor possit carcecari pro debito? Et dicendum est, quòd non, sicut nec mulier: imò punitur iudex pœna capitis. Istud no. gloss. sing. in versi. deduci, in l. medicos. C. de profess. & med. lib. 10. nec etiam doctor debet requiri à familia potestatis, an habeat arma:
6 vt no. Bar. in d. l. medicos. † Tertiò quæro, an filiusfam. possit incarcerari? Et est dicendum, ꝙ tam pro debito ciuili, quàm pro criminali potest carcerari, ꝙ sic potest probari: nam si filiusfa. potest cedere bonis. l. pe. C. qui bo. ce. pos. & ille, qui cedit bonis, cedit, ne in carcere detineatur. l. 1. C. qui bo. ce. pos. ergo præsumitur, ꝙ potest carcerari, licet gl. in ver. inuito patre. videatur tenere contrarium in l. 3. §. sed vtrum. ff. de mi. Sed ista glo. reprobatur communiter per doc. maximè per Bar. ff. solu. mat. l. si filio. 2. ver. op. ꝙ
7 executio. † Quartò quæro nunquid pupillus, possit incarcerari pro delicto, & videtur dicendum, ꝙ sic, maximè si est doli capax: vt no. in l. fi. C. de cust. reo. ibi dum dicit, ætatem, quæ vinctorum, &c. Idem credo pro debito ciuili, dummodo sit doli capax: sed tamen potest in integ. restitui, si aliquo casu fuit lęsus, per tit. ff. de mino. Idem dico de quacunque persona pro debito carcerata. Item pro de-
8 bito pupilli debitoris, tutor, † vbi tutores renunciassent iuri incarcerandi: vt not. Bal. in l. 1. C. qui bo. ce. pos. dummodo non sit soluendo, nam si soluendo esset, de iure ciuili non posset carcerari, vt no. glo. sing. in verb. vinculis. in l. 3. §. tutores. ff. de suspe. tu. & si incarceratur, dum est soluendo, potest à tali sententia lata super incarceratione appellare, & istam appellationem poterit interponere, etiam si extitisset per tres menses, vel plures, numerandos à die latæ sententiæ super carceratione. Nec obst. auth. hodie. C. de ap. quę dicit, ꝙ appellatio debet interponi à sententiæ recitatione, intra x. dies: quia illa debet intelligi in actu momentaneo. quando illa interponitur in actu momentaneo. Sed si illa interponitur ab actu successiuo, vt est in casu nostro, tunc appellatio semper potest interponi: quia omni die, dum detinetur debitor iniustè, aliàs indebitè in carcerib. videtur semper ferri sententia super ipsa incarceratione omni die. Ita vī sēti
9 re d. Bal. in l. 3. C. de Episc. au. † Secundò principaliter quęritur, quando potest carcerari aliquis pro debito, vel delicto. Vnde quæro, nunquid possit aliquis incarcerari in die feriata ob vtilitatem hominum introducta. Secundò, an die feriata ob honorem Dei. Tertiò, an in die feriarum repentinarum. Circa primum dico, qnòd non potest incarcerari de iure, ꝙ ptobari potest sic. Nam de quo magis videtur ineſſe, si nō inest, nec de quo minus, auth. multò magis. C. de sac. san. eccl. Sed sic est, ꝙ magis videtur ꝙ tempore messium non potest cogi quis venire ad iudicium, cum sit minor citatio verbalis, quam personalis, vt no. per Cyn. in l. cum clericus in iudicium. C. de episc. & cle. aliàs inci. omnes, & tamen hoc est falsum: vt l. 1. in fi. ff. de fer. ergo nec citatio personalis poterit fieri, & est ratio, vt dicit tex. ne homines ab agricultura remoueantur. Prædicta autem recipiunt limitationem, nisi renunciasset debitor ferijs. arg. l. si quis in conscriben. C. de pac. nam talibus ferijs bene potest renūciari: vt no. in cle. sæpè. de ver. sig. Idem dico, ꝙ si iudex in die feriata feciſſet aliquē carcerari, ꝙ in die feriata etiam possit facere excarcerari, vt per doct. in l. minor in prin. ff. de euic. Item secus esset, si debitor esset oriundus de partibus, vbi non colligitur granum neque vinum, neque alia necessaria ad victum, iux. no. per Inn. in c. conquestus, extr. de fer. in ver. in terris autem. Itē secus esset, si debitor esset suspectus, ita ꝙ de eius fuga timeretur, iux. no. per doct. in tit. de pecu. in princ. C. de fer. in l. fi. in gl. in verb. fideiussionis. Nam propter suspicionem fugæ, potest debitor capi etiam die feriata: vt est gl. in d. l. fi. C. de fer. & ibi plenè per Bar. & propria authoritate potest capi. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. que in fraud. cred. nec hoc casu est citandus debitor, qui accusatur tanquam suspectus per creditorem, iuxta no. per Bal-
10 in l. creditor. & l. 2. ff. si cert. pe. † Sed iuxta prædicta quærò nunquid quando creditor accusat debitorem suspectum de fuga, & petit à iudice, vt sibi det familiam qua mediante, possit capere debitorem, nunquid ipse creditor habeat necesse ostēdere summatim iudici instrumentum debiti, vel alia iura? Respō. ꝙ sic, sicut in simili videmus: nam sequestrum, qđ petitur fieri ob timorem fugæ, non potest fieri, nisi ostendatur instrumentum debiti, vt est tex. not. in l. excellentia tua. C. de erog. mi. ann. lib. 12. ergo multò ma-
11 gis qñ capi debet pson̄a. † Circa fm, videlicet, an in ferijs inductis in honorem Dei possit quis capi pro debito, & dicendū est ꝙ non. d. l. fi. C. de fer. nisi esset timor fugæ: vt s. dictum est. Idem credo de ferijs repentinis: nam in ferijs repen-

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Tutelam filiorum. Vide plenè per Io. Pe. in l. neque fœminæ. ff. de proc.

repentinis,quis non poteſt capi,ſicut nec in ferijs inductis in honorem Dei: quod patet, quia prædictis non poteſt renunciari: vt no.Ioan.And.in præd.cle. ſæpè.niſi forſitan ex forma ſtatuti aliter diſponeretur. Nam ſtatutum ſecundum quoſdam bene poteſt tollere ferias inductas in honorem Dei, & hoc vī ſentire glo. & Bal.in l.quadraginta. C.de fer.Sed Alb.de Roſ.in l.fi.de fer.tenet contrarium,de
12 qua quæſtione ibi plenè examinat iſtam materiam. † Et prædicta habent locum in ciuilibus. In criminalib.autem puto, ꝙ quacunq; die poteſt fieri captura perſonalis,ſi ſit crimen graue,ar.eius,quod no.in l.3. C.de epiſc.aud.& ibi not.Bal.Item ſecus eſſet, ſi eſſet aliquod periculum: nam propter enormitatem criminis periculi, multa concedun tur,quæ aliàs non concederentur, arg.l.ſi quis filio exhæredato.§.pen.ff.de iniuſt.rupto teſta. Nam propter iniquitatem criminis,poteſt etiā fieri tortura,die feriata in honorem Dei, vt ſingulariter not.Bal.d.l.3.C.de Epiſc.au.vbi omnino vide,& hoc quantum ad tempus,quo poteſt fieri carceratio. Reſtat modò videre, pro quo poſſit fieri incarceratio.Et primò quæro,an pro debito priuato poſſit quis incarcerari.Secundò,an pro debito fiſci. Tertiò,an incarceratus pro debito priuati, poſſit recōmendari pro debito fiſci.Item an incarceratus pro debito,poſſit ibi pro delicto
13 recōmendari,an ecōtra.† Circa primum ñdeo, ꝙ pro quo libet debito poteſt fieri incarceratio: vt no.in l.3.§.tutores. ff.de admi.tu.Pro debito autem conditionali,vel in diem, non puto ꝙ poſſit incarcerari, ſicut nec poteſt peti efficaciter. Item puto,quod pro debito naturali tantum, vel ciuili tm̄,non poteſt fieri incarceratio.arg.l.ſi is.§.Flauius.ff.
14 de ſolu.& arg.l.1.§.2.ne vis fiat ei. ¶ † Circa ſecundum,videlicet an pro debito fiſci poteſt incarcerari. Reſpō. ꝙ ſic, ſi non vult ſoluere. Text.eſt in l.1. C.de exac.tribu.lib.10. quod probatur ratione. Nam debitor fiſci poteſt cedere bonis: vt eſt glo.ſing.Inſti.pro ſoc.§.item ſi qui. & glo.in l.2.C.qui bo.cede.poſſunt.Sed ceſſio bonorum fit,vt debi-
15 tor liberetur à carceribus: ergo,&c.† Sed nunquid pro collecta,de iure quis poteſt incarcerari? Reſpon.ꝙ ſic: vt no. in l.nemo carcerem.C.de exact.trib.lib.10.& maximè ſi ſtatutum faciat collectam eſſe munus ordinarium,quod po-
16 teſt, vt eſt text.in l.1.C.de indic.lib.10. Dico tamen,ꝙ † iudex propter paupertatem poteſt collectam remittere, vt eſt gl.no.in l.omnes.C.de ann.& trib.lib.10.Vnum tamen
17 dico, † quòd ſi debitum iam eſſet ſolutum, vel alio modo ſatisfactum, ita ꝙ carceratio eſſet facta iniuſtè, poteſt carceratus ab amicis cum violentia extrahi de carcere, etiam iudice renitēte.Iſtud tenet Do.Gul. & de Gab.in d.l.nemo carcerem. Nam iudici iniuſtè aliqd facienti poteſt reſiſti, ſicut priuato,vt ſimile videmus,ꝙ ſi iudex non vult deferre appellationi legitimè interpoſitæ ab amicis cōdemnati in cauſa criminali,& velit facere executionem intra decem dies datos ad appellandum,ꝙ ꝑpria authoritate poſſunt amici impedire executionem: vt not. Inno. in cap.ſi quando.extra de offi.deleg. & dixi in l.addictos. C.de Epi-
18 ſcop.au.† Dico tamen in debito ciuili,ꝙ ſi aliquis ex iniuſta cauſa aliquem de manib. familiæ de carcere eximeret, tenetur ad illud debitum,ad quod tenebatur carceratus,vt
19 C. de exact. trib.l. quoties. per Dom.de Peruſio. ¶ † Circa tertium,an incarceratus pro debito fiſci poteſt recōmendari pro debito priuati.Reſpon.ꝙ ſic: vt eſt tex.in d.l.quoties.C.de exact.tribu.& no. per Bart.ff.ad l.Iuliam maieſta.
20 ¶ † Reſtat quartò videre, an incarceratus pro debito poſſit pro aliquo delicto recommendari, &c. Hic dicendum eſt ſecundùm Doct.noſtros, ꝙ ſic: vt ſcripſi in l.3.ff.de cuſtod.reo,& ibi nota. Idem eſſet èontrà, ſi eſſet incarceratus pro delicto, ꝙ poſſit pro debito commendari: vt ibi-
21 dem notatur per.Bart. ¶ † Sed ſi eſſet poſitus in carceribus pro vno delicto,an poſſit recommendari pro alio delicto? Diſtingue, Aut delictum pro quo erat primò carceratus erat tale delictum, quod impediebat executionem fiendā in alio, pro quo recommendatur, & tunc non poteſt fieri commendatio. Aut non impediebat executionem in delicto pro quo recommendatur, & tunc bene poterit fieri recommendatio: vt ſi erat primò poſitus in carceribus ꝑ manu tunc non poteſt recommendari pro capite, qa iſtæ executiones ſe non compatiuntur, vnde primò fiet executio in manu,demum in capite,vt eſt glo.not.in l. Omnes. C.de dil.libr.10. prædicta ſufficiant circa debitum pro quo
22 poſſit recommendari. ¶ † Reſtat modò videre in quo loco poſſit quis incarcerari,& circa iſtum paſſum vnico medio me expedio, ſcilicet ꝙ nullus debet incarcerari niſi in loco publico à communi deputato, aliter ille qui incarcera-
ret ipſum, ſi tenet per viginti horas dicitur committere priuatum carcerem: vt no.de pri.car.l.1.& l.capite quinto. ff.de adult. Fallit autem ſi pater filium incarceraret cauſa corrigendi ipſum.Nam tunc pater non dicitur committere priuatum carcerem, vt not. Cyn. de priua.carc.l.1. imò plus dico,ꝙ ſi ipſe filius eſſet clericus,poteſt, & non incidit in canonem.cap.ſi quis ſuadente diabolo.17.q.4. Iſtud tenet Ray.in titu.de ſent.excom.§.ſequitur,verſi.circa prę-
23 dicta autem,† Prædicta autem quæ dixi, qđ non poteſt incarcerari quis pro delicto in quocunq; loco priuato,ſunt vera,niſi ipſe debitor proprio motu ſe adſtrinxiſſet ad ſtandum in aliquo loco,vt no.Inn.in c.ex reſcripto.de iureiur. Si autem ſimpliciter ſuo iuramento promiſiſſet, tunc dico ꝙ per iſtam promiſſionem non arctatur: vt no. Bar.ff. ſolu.matrimo.l.alia cauſa §.eleganter. & per eundem.ff.de condi.& demon.l.Titio centum.& hæc de loco ſufficiant.
24 Nunc reſtat videre de pœna fugiētis. † Et dico, ꝙ capite punitur: vt C. de effrac. & expi.libr.10.certè ſciendum eſt quod ille qui fugit de carceribus,vī delictum confiteri: vt l.ad commentarienſem.C.de cuſto.reo. Vnum tamen dico,ꝙ nunquam pręſumitur,quod reus fugiat,ſi eſt ſpes de proximo quod debeat relaxari.gl.eſt not.in l. ſi pecuniam. §.1.ff.de condi.ob cauſ.quod no.arg.ff.de re iudi. Sed iuxtà
25 prædicta † q̄ro quid ſi oſtium carceris erat apertum,an minus puniatur.Dico,ꝙ ſic,& facit optimè tex.in l.1.§.1.ff.de
26 effrac.& expil. ¶ † Reſtat modò videre quis poſſit eſſe cuſtos carceris. Et dico ꝙ hic cuſtos carceris debet eſſe homo diſcretus. Nam cum ipſe habet carceratos cuſtodire, debet eſſe in eo diſcretio. & dico ꝙ prædicta ſunt in arbi-
27 trio iudicis. † Quærò vlteriùs, qua pœna punitur cuſtos carceris. Et dico, ꝙ ipſe punitur capite ſi ꝑpter dolum vel culpam incarcerati ex delicto aufugiant. vt eſt tex.in l.miles.in fi.ff.de cuſt.reo.in ciuili autem puto,ꝙ ſi dimiſit per pecuniam, ꝙ ipſe tenetur ad illam quantitatem creditori, ad quam debitor erat obligatus.Hoc tenet Dulius de Galbano,in l.quoties.C.de exact.trib.lib.10.& dicit quod agi-
28 tur contra illum cuſtodem condictione ex illa lege. † Ad vltimum quæro,nunquid plures poſſint eſſe cuſtodes carceris. Et dico, quòd ſic: vt l.miles.in fin. de cuſto.reo.Et dico,quod quilibet de familia poteſt retinere clauem vnā carceris.Gloſſ.eſt in clem.1.extra de hære.in glo.in verſic.
29 claues. Vltimò quæro qualiter † in carceratorum cauſis procedatur. Et dico quòd proceditur ſummariè, & de plano. Nam in cauſis miſerabilium perſonarum proceditur ſummariè,& de plano. Iſtud tenet Cyn.in l.fin. C.ſi quis alte. vel ſibi. Ita ſupplet in l. 1. C. quando inter pupil. & vid.Et videtur eſſe tex.& ibi ſcripſit Bal.in l.fin.C.de cuſto. reo. Nam miſerabilis perſona dicitur eſſe illa, ſecundùm quòd iudici videbitur: vt not. Pet.de Bellaper. in l.1,C.qñ Impe.inter pupil.& vid.Prætereà facit quod no.gl.in auth. prætereà. C. de coll. cum ita ſit quod iſtæ ſint miſerabiles perſonæ,& piæ: quia relicta carceratorum dicuntur relicta ad pias cauſas,etiam ſi ſint carcerati pro debito:& notaui,
a & ſcripſi in l.id quod pauperib. C.de epiſ.& cle.[a] ideò credo quod in tali cauſa procedatur ex officio, & de plano.
30 † Vnum tamen hic in fine dico,ꝙ ſi aliquis creditor fecerit ſuum debitorem incarcerari, & debitor non ſit ſoluendo,ita ꝙ non poſſit ſe ſuſtentare, [b] quòd creditor tenetur
b ipſum alere in carcerib. & iſtud tenet Rayn. de For.in l.iudices.C.de Epiſ.aud.Et eſt finis. Laus Deo.

ADDITIONES.

a ¶ Et clericis. Vide Ange.de Aret.in §.fi. Inſti.de actio. & vide quæ dixi in tract. Bar. de alie.in fi.

b Th.D. ¶ Suſtentare. Vide Ang.in l.nemo carcerem.in fin.C.de exact.trib. lib.10.vbi ad idem alleg.pro hoc gl.in l.vlt. in quarta glo.ff. de teſt.mili. quod eſt bonum ſcire, præcipuè ſi debitor eſt inops,& non habeat,vnde ſe alat, & vide Ray.de For.in d.l. iudices,vbi tenet expreſsè,ꝙ creditor tenetur alere debitorem carceratum, quando ipſe non poteſt ſe alimentare, quod eſt bene not.adde etiam gl.in l.fi. C.de ero. mili.ann.lib.10.& Ange.de Aret.in §.fin.Inſtitu.de actio. licèt de prædictis nullam faciat mentionem.

TRACTATVS
DE PERCVSSIONIBVS,
ex quibus moritur quis ex interuallo,& an ex illis mortuus dicatur
Per Dominum Bartolum à Saxoferrato.

1 *Mortuus ex vulnere quando quis præſumatur.*
2 *Mortuus poſt vulnus,quando dicatur mortuus ex vulnere.*
3 *Modicum,paruum, vel magnum tempus, quod dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.*

Vulnere

BIU Cujas

4 *Vulnere durante si alia superuenit infirmitas, quando præsumatur mortuus ex vulnere.*

5 *Vulnere sanato si alia infirmitas superuenit, & mortuus est, vulnerans de occiso non tenetur.*

6 *Vulnere sanato si languor eiusdem vulneris continuè afficit percussum, ita quod concurrentibus alijs humoribus maxima causatur afflictio, & moritur, vulnerans de occiso tenetur, explorato tamen prius consilio medicorum.*

7 *Vulnerans non mortiferè, si vulnerato superuenit febris, & moritur, an teneatur de occiso.*

8 *Medicis de ægritudine testificantibus creditur.*

1 SVper hoc frequenter materia dubitationis emersit.† Ecce aliqs. ab aliquo ꝑcussus moritur, an ex vulnere mortuus ꝑsumatur, sic distinguas.* Aut est certum, quòd mortiferè est percussus, aut est dubium. Si certum est, quòd vulnus sit mortale, tunc non est locus coniecturæ. vt ff. ad l. Aqui. l. ait lex. §. ꝙ si mortiferè. & l. ita vulneratus, in prin. & ff. de verb. ob. l. continuus. §. cum ita. Et prædicta sæpè arbitrio boni viri committuntur, qui est medicus expertus. l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. obli. Quandoque autem est dubium, an sit mortale, vel non, & tunc lex videtur innuere, ꝙ qui post vulnus decessit, vī ex huiusmodi vulnere decessisse. l. huic scripturæ. §. si seruus. ver. sed si manumissus, ibi, ꝙ mortuo eo demum apparuit. ff. ad l. Aquil. Et non obstat, quod in prin. illius. §. dicitur vulneratus mortiferè, quasi esset certum, ꝙ mortiferè, &c. Rñd. illud mortiferum expono: vt putabatur. non. n. erat mortale. quia alias esset ꝺ prædi. legem, ita vulneratus ad l. Aquil. Nam præsumitur semper vulnus mortale, ex quo quis posteà decessit: quia nihil interest vtrum occidit quis illum, an mortis causam præbeat. ff. ad l. Corn. de sica. l. nihil interest, & ad l. Aquil. l. qui occidit. §. pen. & l. qua actione. §. Celsus. & l. ita vulneratus. in princ. & extr. de homi. c. presbyterum. &c. de cætero. & c. ad audiẽtiam, & est optimum arg. ff. de dam. infec. l. damni infecti stipulatio competit. §. Sabini. nisi inducatur præsumptio facti p̃cedentis, & subsequentis, vt l. si quis. C. ad l. Iul. de adul. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solut. l. sicut. §. superuacuum. ff. de accu. l. si cui. §. ijsdem. quia regulariter ex his, quæ præcedunt, & sequunt̃ præsumptionem accipi oportet: vt ff. man. l. si procurator. in prin. ff. depo. l. 1. §. ꝙ si tibi. & §. si seruus. in fin. oportet. n. iudicem cuncta rimari. vt C. de iud. l. iudices. & 30. q. 5. c. iudicantem. habet quippe iudex. qui debet super hoc iudicare, peritos medicos eligere, qui considerata quantitate, loco, & qualitate vulneris, ſm artem exponant, & referant si vulnus fuerit mortale: vel occasione eius vulneris mortis causa data sit: vt C. de re mil. l. semel causaria. lib. 12. &

13 per Papam fuerit diſpenſatum, vt in d. c. fi. † Expedita linea deſcendẽti, ſiue gradu, reſtat vt de aſcendentib. videamus. Et not. ꝙ tot ſunt ſpecies filiorum, vt dixi, quot ſunt ſpecies parentum, cum iſti ſint correlatiua, filius, ergo pater: ſi ergo perſona defuncti careat deſcendentibus, & habeat aſcendentes, vna cum collateralib. ſi quidem ſolum legitimos aſcendentes, & naturales habeat filios, ſi quidem ſolum matrem, & patrem, & mater, & pater ſibi ſuccedunt. Si verò eſt pater, vel mater, & alij aſcendẽtes, vt puta auus paternus, vel maternus, quilibet ſuccedit in virilem portionem, licet eorum diſpar ſit numerus: & ideo ſi eſt ex vna parte auus paternus, & auia, & ex alia auus maternus, vel auia, & econtrà, tm̃ habebit auus maternus, & auia, quãtum paternus auus, vel auia. Idem dicam in omnib. aſcendentib. vt in auth. de hære. ab inteſt. §. conſequens. quæ eſt poſita. C. ad Ter. aut. defuncto. Sinautem habet aſcendentes vnà cum tranſuerſalib. ſi quidẽ habet fratres ex vtroq; parente coniunctos, admittantur iſti fratres vnà cum aſcẽ
b dentib. proximis. ſ. patre & matre,[b] auò, vel auia, in virilem portionem. Item filij filiorum fratrum ſimiliter admittuntur, ſi mortui ſunt fratres, vel aliqui ex his. Alij autem ſunt fratres, qui ſunt coniuncti ex parte patris tantum, vel filij eorum, vel alij tranſuerſales, nunquam ſuccedunt cum parentib. vt colligitur in præd. auth. vt fratrum filij. §. 1. Olim tamen erat aliter. l. pen. C. ad Ter. & de leg. hær. l. de emancipatis. in prin. de bo. quæ lib. l. quæcunq;. & C. communia de ſuc. l. fi. tñ omnes illæ leges corriguntur. & hoc de filijs legitimis. & naturalib. q decedunt relictis parentib. Sinautem ſint filij legitimi decedentes, relictis parẽtib. dic idem ꝙ in ſuperiorib. exceptis legitimatis per oblationem curiæ, in quib. dic, ꝙ ſi decedunt ſine liberis, ſuccedunt parẽtes reſeruata tñ parte curiæ, in auth. qui.mo.na.effi.ſui. §. ergò ſanciendum & C. qñ, & qui. quarta pars debetur. l. 1. &
14 2. in prin. lib. 10. † In naturalibus autem filijs tm̃, dic, ꝙ parẽtes eis ſuccedunt eodem modo, & eodem iure, quo ipſi parentib. ſuccedunt, vt ſit par, eademq; ratio pietatis. ff. de inoffi. teſt. l. nam & ſi parentibus, & in auth. de hær. ab inteſt. §. 2. & hoc ſm Azo. Sed Pla. dicit patrem inſolidum ſuccedere filio naturali, etiam ſi filius ſit ſpurius, & iſtud ali-
15 qua lex non probat. † De filijs autem legitimis tm̃ decedentib. dic, ꝙ adoptator, vel arrogator in cuius poteſtatẽ tranſiuit, quod eſt ſi fuit paternus, vel maternus auus, vt ſ. dictum eſt, viuo filio, habet vſumfructum in bonis filij. Inſt. de acq. per arrog. in prin. Sinautem ab inteſta. decedat talis filius, ipſe ei ſuccedit tanquàm filio legitimo, & naturali, eo ſaluo, ꝙ nõ poſſet dicere matrem ſuccedere, cum adoptare non poſſet. Inſt. de ado. §. fœminæ. Sinautem fuerit extraneus, qui in adoptione eſt, dic ꝙ in nullo ſuccedit ei, cum non exiuit de poteſtate patris naturalis. C. de ado. l. cum in adoptiuis. §. ſed ne articulum. ſ. quia damnatur à lege. De filijs autem ſpurijs, dic ꝙ ſicut ipſi non ſuccedunt parentib. & qua ratione. ita nec parẽtes eis. matres autem bene ſuccedunt eis eadem ratione, qua ipſi matrib. ſi tales filij decedãt ſine liberis. Nam ſi liberi extarent, mater non ſuccederet. C. ad Ter. l. 1. §. liberi. ff. vñ de cogn. l. 4. §. itemq;. De inceſtuoſis autem & nefarijs, vel adulterinis ſic damnatis,

ADDITIONES.

a ¶Tho. D. ¶De nepotib. Vide do. Io. Bap. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfi. & Pe. Philip. Cor. ibi, & in conſi. 233. in 4. vol. pro deciſione præſentis quæſtionis.

b ¶Matre. Caue tamen de matre, ſi ſecundas iniuerit nuptias. propter. l. 2. & auth. ſuper ea poſitam. C. de ſecund. nup. per quas videtur, quòd hoc intelligitur vbi mater non conuolat ad ſecunda vota.

BIU Cujas

natis, dic ꝙ patres non ſuccedunt eis. Nam qua ratione ipſi parentib.non ſuccedunt,eadem ratione ipſis non ſuc-
16 cedunt patres.† Reſtat vltimò explicatis duob. gradib.vt ad tertium tranſeamus.ſ.tranſuerſalium.in quo nota,ꝙ ſicut deſcendentium plures vocantur ſpecies, ac aſcendentium,& tranſuerſalium totidem ſunt ſpecies.Si igitur defuncta perſona careat liberis, & aſcendentib. & collaterales habeat,ita diſtingue. Aut habet fratres vtroq; parente coniunctos tm̃,aut filios fratrum coniunctorum ex vtroq; parente.Aut habet ſimul fratres,aut filios fratrum. Primo caſu ſuccedunt ſoli fratres. Secundò caſu ſoli filij fratrum. Tertiò caſu ſimul ſuccedunt fratres, & filij fratrum in ſtirpes, & non capita.ff.de col.bon.l.pen.l.prætor. Et vt hoc exemplum manifeſtius fiat,ita exemplificatur: ſi decedat, quis,relicto fratre vno,& tribus filijs ex fratre præmortuo ex vtroq; parente, tm̃ habebit frater ſolus, quantum tres omnes filij ex fratre præmortuo & ſuccedunt iſti omnib.
17 alijs collateralib.excluſis.† In alijs fratrib. qui ſunt ꝯiuncti vno parente tm̃,puta patre,vel matre,quã cæteris agnatis,& cognatis,excluſis.prædictis collateralib.deficiẽtib.ſ. fratrib.& filijs fratrum ex vtroq; parente coniunctis ſuccedunt fratri defuncto.ſ.fratres ex vno parẽte coniuncti tm̃, excluſis alijs collateralib.ſ.patruis,auunculis,amitis,& materteris,& hoc verum eſt indiſtinctè,ſiue maſculi, ſiue fœminæ agnati,vel cognati ſint in poteſtate, vel ſui iuris, & hoc colligitur in auth.de hær.ab inte.§. reliquum. & §.ſeq.
18 C.de leg.hære.auth.ceſſante. & auth.poſt fratres.† Sed pone, quis moritur ſine liberis & aſcendentib. relicto fratre ex parte matris tm̃,& alio ex parte patris tm̃, qualiter ſuccedunt iſti,ſicut alij ſic defuncto? Rñ.frater ex parte patris in bonis paternis ſuccedit fratri, & ex parte matris in bonis maternis.C.de leg.hær.l.de emancipatis. in fin.in alijs autem bonis aliunde quæſitis ſuccedunt æqualiter. Nam quantũ ad illa bona,ſublata eſt dña cognationis, & agnationis,vt in auth.itaq; C.communia de ſuc. licet Placen.ꝯ in hoc.Sed quid ſi decedit relicto fratre ex parte patris tm̃, & frater ex parte matris tm̃, & alio fratre ex vtroq; parente coniuncto, qualiter ſuccedunt? Reſpon.ſm Azo.quod ille,qui eſt coniunctus ex vtroq; parente, ſuccedit in omnib.bonis, tam paternis, q̃ maternis, & in aliunde quæſitis,alijs duob.fratrib.excluſis. Et eſt ratio, quia iſte habet duplex vinculum.ſ.paternum, & maternum,meritò ille p̃fertur illi, qui non habet niſi vnum, vt in auth. de conſ.& vte.fra.circa medium. & C.cõia.de ſuc.auth.itaq; mortuo. in fi. Placen.tm̃ dicit hoc caſu coniunctum ex parte patris in bonis paternis admitti, coniunctum ex parte matris in bonis maternis tm̃, coniunctum ex vtroq; parente ad alia
19 bona admitti,quod prorſus eſt ꝯ d.auth.† Sed pone quod aliquis deceſſit relicto vno filio ex fratre premortuo & relictis duob.filijs ex alio fratre præmortuo,nunqd iſti ſuccedũt defuncto in capita, vel in ſtirpes? Reſpon.ſm Azo. in capita,ita vt qlibet habeat iſtam partem, & ita ſm eum hæreditas diuiditur in tres partes, vt vī innuere,in auth.de hær.ab inte.§.ſinautem defuncto. Sed Azo vī contrarium velle concludere per eandem auth.§. ſi verò neq; fratres, neq; filios fratrum. per quod innuitur filios fratris debere ſuccedere in ſtirpes,& non in capita,& huic opin.aſſentio. Nam ſemper inuenio filios fratris ſuccedere in ius patris ſui.Inſtitu.de hære.quæ ab inteſta.§.cum filius. & in prædi
20 cta auth.§.ſi verò.& C.vnde lib.l.2.† Si autem decedat qs ſine aſcendentibus,& deſcendentib.quid in filijs fratrum? Dic tunc, ꝙ illi, qui ſunt proximiores in gradu,ad ſucceſſionem eius admittũtur, & inter eos fiat diuiſio in capita, & non ſtirpes,non habita dña, an ſint agnati, vel cognati, maſculi,vel fœminæ,in poteſtate,vel ſui iuris, vt in auth. poſt fratres. C.de leg.hær.& ibi not.licet cognati olim ſuccederent vſq; ad ſm gradum, vt Inſti.de ſucceſ.cog.§.ſi tm̃. hodie ſuccedunt vſq; ad decimum gradum, & dī ibi, cum ſublata ſit differentia agnationis,& cognationis, vt s̃. De naturalib.autem legitimatis à patre, dic, vt s̃.in his ſcripſi, excepto, vt qui legitimantur per oblationem curiæ, ſuccedunt ab inteſtato agnatis, vel cognatis, niſi ipſi ſoli patri legitimus efficiatur,vt in auth.quib.mod.na.effic.ſui.§.
21 ergo ſanciendum.ver.quib.† De naturalib.autem collateralib,nõ legitimatis, dic ꝙ inter ſe, ſi ſint fratres ex eadem matre tantum ſuccedunt,qm̃ ſi hoc eſt in ſpurijs,vt ff.vnde cognati.l.2.ita dico multo fortius in naturalibus tantum, non tamen dico, quod vnus, qui fuit naturalis filius tantum,fratri ſuo legitimo,& naturali,agnatis,& cognatis patris ſuccedit, vel etiam fratri, ex alia matre; vt in d.§.cum filius.in auth.quib.mo.na.effi.ſui. nam ſi legitimantur per oblationem curiæ non fit legitimus ſucceſſor agnatis, vel cognatis patris,multo fortius non efficitur ille, qui nullo modo eſt legitimatus,ſed naturalis remanſit. Sed videtur contra.Inſti.de ſeruili cog.§.fin. ſed quod ibi dicit refertur
22 ad parentes tantum,non ad alios, vt infertur.† De legitimis autem collateralib.tantùm dic,vt de primis fratrib.dixi.ſ.quando fuit aliquis arrogatus,vel adoptatus ab auo paterno, vel materno, quoniam tunc vt dixi, legitima iura conſequitur. Sinautem extraneo datus fuit qs in adoptionem,licet retineat iura legitima quantum ad patrem naturalem tantum,ſoli patri adoptiuo, poterit ab inteſtato ſuccedere,non filijs eius,agnatis, vel cognatis, nec ipſe ei.C. de adopt.l.cum in adoptiuis. Scias tamen,quod collaterales,puta frater non poteſt adoptare, vel arrogare fratrem,
23 vt C.de hæred.inſtituen.l.nec apud.† De ſpurijs autem dicas, ꝙ duo fratres ſpurij ex eadem matre inter ſe inuicem ab inteſtato ſuccedunt.ff. vnde cogn.l.2.& l.ſi ſpurius. Inſtit.de leg.agn.ſucceſ.§.vulgo.Sed pone,ꝙ ſint duo fratres ſpurij,à diuerſis matrib.nunquid inter ſe ſuccedant? Pone ergo ꝙ ſacerdos, vel monachus,ex diuerſis matrib.habet filios (quod abſit.) Pone largiùs quæſtionem: quidam ſolutus de vna muliere ſoluta concubina tm̃ habuit filium vnum, & de alia habuit filium alium, qui vulgariter appellatur in Lombardia baſtardus, nunquid iſti ſibi inuicem ſuccedant ab inteſtato: & an ſuccedãt agnatis patris, vel agnatis matris: vī ꝙ ſic, quia fratres alijs ſunt proximiores gradu: ideò admittuntur.in auth.de hær.ab inteſt. §.reliquum. Nec obſt.ſi ſint fratres ex parte patris tantum, quia ſola naturalis cauſa inſpicitur. C.de ſu.& leg.auth.in ſucceſſione. Item delictum patris, qui ad aliam mulierem acceſſit,non debet nocere filio.ff.de pœ.l.crimen.ff.de decurioni.l.1.§.nullus. Econtrà vī, ꝙ tanquàm cognatus ei, non: cum cognatio ſit per matrem.Inſti.de legi.agna.ſuc. in prin.tanquam agnatus non: cum nulla ſit inter ſpurios agnatio, ſiue ius agnationis: tunc.n.per patrem agnatio ꝯhitur,cum legitimæ nuptiæ ſunt contractæ. Inſti.de nup. §.ſi aduerſus.Inſti.de leg.agn.ſucc.§.1. & 2. cum igitur iure agnationis,vel cognationis non veniant,meritò repellun tur: cum alia iura ſucceſſionis non reperiantur in iure,niſi vt ſibi ſuccedant à iure, vel à lege, vel ſenatuſconſulto.qđ vltimum credo verum,vt in auth.quib.mod.na.effi.ſui.§.1.
24 in fin.& §.quod verò.& ibi probatur.† De inceſtuoſis,ſiue nefarijs,ſeu damnatis.& alijs fratrib.dic agnatis nullo modo ſuccedere,cum omni beneficio legis careant, vt ꝑalle. aut.in fine. Nam talibus. inter viuos, vel in morte pater donare non poteſt.C.de inceſt.nupt.l.ſi quis inceſtas. Qđ de iſtis dictum eſt, intellige qm̃ ex matrimonio, vtroque ſciente,ſunt tales progeniti: ſecus ſi altero, vt no.de clãd. deſpon.c.cum inhibitio.Sic autem ex prædictis colligi apparet, ex ſucceſſionib. ab inteſtato primam eſſe cauſam in ſucceſſione. Prima.n.cauſa liberorum,ſecunda aſcendentium vſque in infinitum.ff. de in ius voc.l. quiq; litigandi. §.parentum.tertia tranſuerſalium.iſta vſq; ad x. gradum,ſiue agnati, ſiue cognati ſint, hodie ſuccedunt,vt Inſtit.de leg.agn.ſuc.in fin. Iſtis autem deficientib.ſuccedit fiſcus, exceptis quibuſdam caſib. in quib. alij fiſco præferuntur: præfertur enim vxor.C.vnde vir & vxo.l.1. Item vxore deficiente præferuntur aliqui etiam, vt putà decedit miles, nauicularius,cohortalis,fabricenſis,de prædi.naui.per totum.Item ſocius liber.imperia.vt C.ſi imp.li.ſoc.l.vnic.li. 10.Certum eſt enim ꝙ collegium, ſiue ſocius præfertur fiſco, vt s̃.allegata lege, hoc de prædictis laicis vendicat lo-
25 cum.† De clericis autem ſcias tu legiſta,ꝙ ſi clericus prælatus moriatur inteſtatus, in his quæ ab eccleſia, vel contemplatione eccleſiæ habuit,ſuccedit eccleſia tantummodo,quod intellige,vt C. de ſacro.ſanc.eccl.l.ſacroſanctæ.& auth.licẽtia & 12.q.1.c.ſic manifeſtè.In bonis autem quæſitis ante promotionem, vel poſt, perſonæ intuitu, ſuccedunt agnati,ſeruato ordine vt in præmiſſis, vt 12.q.vlt.c.ſi. His autem deficientibus ſuccedit eccleſia, extrà. de ſucceſ. ab inteſt.c.1.& plenè, in c.2.eo.tit. Plura circa hoc non cu-
26 raui ponere.† Poſtremò videtur, quòd quædam innouata ſunt,& quædam regularia in ſucceſſione ab inteſtato.Nota primò quædam regularia,& curſus, quæ,non ſunt innouata ab inteſtato, & ſic no,quòd nemo ſuccedit iure affinitatis ab inteſtato.C.communia de ſucceſ.l.vitrico. & l.affinitatis iure. Dicuntur autem affines omnes illi, qui per vxorem mihi contingunt. ff. de gra.l. non facilè. §. affines. Vxori autem vir ſuccedit, qui non dicitur affinis, ſi vxor decedat ſine aſcendentibus,ſiue deſcendentibus, ſiue collateralibus,fiſco excluſo, vt l.1.C.vnde vir, & vxor.& alio

caſu,

BIU Cujas

casu, vt in authen. ibi posita. Item & alio casu, si vxor decedat relictis filijs emancipatis, vel nepotib. pater vna
27 cum eis habet vtilem vsumfructum. C. de bo. ma. l. 3. † Item est & alia regula, quod seruus non potest habere successores, vt l. seruus. C. communia de suc. fallit cum mora est facta in libertate prestanda. C. ad Orfi. l. fina. de his quib. vt indig. l. fi. Item fallit cum decessit apud hostes. C. de suis &
28 legiti. l. apud hostes. † Item est alia regula, donec potest habere locum successio ex testamento, cessat ab intesta. ff. de regu. iu. l. quandiu possit. C. communia de suc. l. antequam. Fallit ista regula, si sic dicat testator, te hæredem instituo si legitimi noluerint. vt ff. de hæred. insti. l. si quis ita hæres
29 instituatur. † Item est alia regula, qui proximior est in gradu, proximior, & potior est in successione, vt C. communia de suc. l. auunculo. quod intelligo secundum distinctionem s. positam. s. de successionib. descendentium, ascendentium, & collateralium. Item est regula alia, q̃ nullus hospes potest etiam ab intestato succedere alumno, si ue vitrico hospiti. C. e. ti. l. nutritoribus. & in authen. om-
30 nes peregrini. ibi posita. Vltimò videre restat, † quæ sunt per ius nouissimum immutata, licèt ex præcedentib. possit satis perpendi, tamen olim non succedebat filius emancipatus patri, nisi de iure prætorio, hodie sublata est diferentia patriæ potestatis, & emancipationis, vt in authen. de suc. ab intc. in §. 1. quæ est. C. de legi. hær. auth. cessante successione. Item olim nepos, vt puta filius filij, non admittebatur ad successionem cum auunculis, nisi cum diminutione tertiæ partis. C. de su. & legi. l. si defunctus. & l. illam. C. de colla. Sed hodie æqualiter succedunt, vt in auth. ibi posita. Item olim ascendentes, putà mater per Orficianum, pater verò iure prætorio, Sed hodie de iure ciuili, vt in auth. defuncto. Item olim si pater non emãcipabat filium contracta fiducia, non succedebat ei de iure ciuili, hodie semper in emancipato contracta fiducia præsumitur. Inst. de legi. agna. suc. §. fi. & in auth. de hęre. ab intest. §. & consequens. Item olim si vocaretur, pater ad successionem filij fratribus extantibus, vocabatur cum matre in bessem vsus fructus. ff. ad Ter. l. fi. hodie autem in viriles admittuntur, vt in auth. defuncto. Item olim admittebantur consanguinei de iure ciuili, & vterini de iure p̃torio, Inst. de suc.. cog. Hodie aũt p̃dicta dria est sublata agnatorũ, & cognatorũ vt in prędictis apertè cauet. Dy. de Musello excellen. Doct.

TRACTATVS.

TESTIMONIORVM.[2]

Secundum Barto. de Saxofer.

ADDITIO.

1 Tho. D. ¶ Tractatus testimoniorum. istum pro trac. Bar. alle. doct. maximè Fel. in c. sicut nobis. in 3. & 5. colum. de re iud. & Alex. in l. legatis. in pri. ff. de leg. 3. in apostil. Bar. in consi. 54. in fi. in 1. vol. & in consi. 109. in eo. vol. visis, & vt oportet consideratis in 6. vol. & in consi. 10. in 6. vol. 1. col. Lu. Roma. in l. 1. ff. de verb. obli. & dicit q̃ pauci habent hunc tract. & dicit Alex. in l. si cum dotẽ. §. si maritus. ff. sol. mat. q̃ ipse habet tract. hmõi duplicatum, vnum breuem, & alterum longiorem. & licèt dicat, q̃ sic trac. alimentorum, tamen quia alle. Bar. in c. opposita prudentiæ, voluit allegare Bar. hic, & istum pro tra. Bar. all. Bal. in l. solam. C. de test. & vide Nellum de san. Gem. in tra. de testi. & Fel. in c. quoniam frequenter. in §. porrò. vt lit. non cõ testa. & dicit idem Fel. in c. cum causam. de testi. q̃ Bar. composuit huiusmodi tra. de teste, quem morte præuentus non compleuit. alle. ita referre Bal. in l. de quib. ff. de legi. & in l. 3. C. de testi. & in d. c. cum causam. in 2. fallen. Adde Bal. in l. edita. in repe. Pata. C. de eden. vbi dicit, q̃ Bart. à Saxofer. præceptor suus illustris, composuit tract. de test. & morte præuentus incompletum reliquit, qui vltra etiam quam Legistis expediat cum intellectu volauerat ad ea, quæ non possunt intelligi, nisi per summos viros, qui cognoscunt genus, & differentias, & virtutes, & vitia, quæ generantur ex actibus. Vnde Bal. ad hunc tractatum suspirans subiungit, quis dabit mihi pennas columbæ, & in altum volabo.

1 *Testes, an probent, iudicis arbitrio relinqu itur facta consideratione circa personam, & dictum testium.*
2 *Testis debet reddere causam sui dicti sufficientem simpliciter, si de ea fuit interrogatus.*
3 *Testis, interrogatus in causa scientiæ, si dicit, scio, quia scio, non probat.*
4 *Testis reddere debet causam dicti per alterum ex quinque sensibus corporeis.*
5 *Testis dicens quem dominum, & non reddens causam dicti, etiam non interrogatus, non probat.*
Idem si dixerit quem ebriosum.
6 *Testis deponens super his, quæ discursu intellectus percipiuntur, debet reddere.*
7 *Testis deponens fundum valere decem, non probat, nisi reddat causam sui dicti.*
8 *Testis deponens quem dominum, adijciens causam, quia vidit eum tanto tempore possidere quod præscripsisset, probat vtile dominium.*
9 *Testis de causa causæ. si non interrogatur, non deponit.*
10 *Testis dicens aliquem possedisse, probat, etiam si non adiecit causam.*
11 *Testis deponens aliqua vera esse, quia audiuit dici, non probat.*
Dicta testium, quando testificata per ipsos sunt deperdita, probantur per testes, qui dicunt vidisse testes in causa iurare, solemniter examinari, & eorum dicta vidisse.
12 *Testis deponẽs de credulitate nõ probat, nisi in consistentibus in peritia.*
13 *Testis deponens se vidisse, probat, licet interrogatus cãm non deponat.*
14 *Testis deponens de vita, & moribus alicuius, si reddit causam, quia consanguineus, vel vicinus, probat.*
15 *Vinum esse dulce si testis dicit, & reddit causam, quia bibit, probat.*
16 *Testis, qui dicit Titium promisisse Seio, probat.*
17 *Testis dicens, scio, quia præsens fui vel interfui, probat.*
Qui dicit se fuisse præsentem, necessario dicit & intelligentem, secus si alium dicit præsentem.
18 *Lex, vel testator mandans aliquid fieri, & aliquo præsente, intelligitur, & intelligente.*
19 *Notarius dicẽs aliquid factum in præsentia alicuius, includit etiam intelligentiam.*
20 *Testis, qui deponit per verbum videtur, non probat.*
Testis dicens, vidi Titium possidere, & mihi videtur q̃ sint decem anni, probat.
21 *Substantia rei apud Legistas quomodo capiatur, & est aut rerum corporalium, aut incorporalium.*
22 *Substantia rerum comprehenditur per accidentia rerum, quæ sensu percipiuntur.*
23 *Testis deponens super his, quæ ita nobis communia sunt q̃ aspectu ab omnibus cognoscuntur, vt in lapide, ligno, & similibus, & dicat q̃ erat lignum quia vidit, probat.*
Testis qui dicit, nescio, ne sibi sit contrarius, intelligitur nisi vt supra dixit.
24 *Testis deponens circa aromata, lapides pretiosos, & similia, sufficit quòd dicat se vidisse, & se scire illius conditionis esse.*
25 *Quidditas rei, quæ non potest, nisi per valde peritos cognosci, quomodo probetur.*
26 *Binomius si aliquis sit, qualiter probetur esse illum, de quo agitur.*
27 *Homo ex auditu vocis non cognoscitur.*
28 *Identitas fundi qualiter probetur.*
29 *Identitas animalis qualiter probetur.*
30 *Testis deponens super identitate rei mobilis, vt probet, qualiter deponat, & qualiter probetur.*
31 *Fructuum identitas, qualiter probetur.*
32 *Testis deponens super peremptione, vel amissione rei, vt probet qualiter deponat, & peremptio seu amissio rei qualiter probetur.*
33 *Pastoribus asserentibus multa animalia in pascuis, & itineribus perempta, an sit credendum.*
34 *Testis deponens vinum esse, quia vidi, non probat, nisi dicat, & gustaui, vel odoraui, vel vidi in taberna vinaria.*
35 *Negatiua coarctata dicitur probari, quando quis refert se ad certum corpus, puta talis res non est lignum.*
36 *Hominem viuum fuisse, qualiter causa reddi debeat, vt probetur.*
37 *Mortuum aliquem esse, qualiter probetur.*
38 *Fama probatur mors alicuius, ex quibus causis progredi debet.*
Mors inuenis luxuriosi, bellicosi, & vagabundi, quomodo probetur.
39 *Testis si dicit quem mortuum, quia interfuit eius sepulturæ, licet cadauer non viderit, sed tunc dicebatur, probat.*
40 *Mors in maximis causis per famam non probatur.*
41 *Testis deponens super morte alicuius vera, vt probet, qualiter reddat rationem.*
42 *Titium fuisse, qui aliquid fecit, qualiter probetur per testes, & an sufficiat si dicant testes se vidisse.*
43 *Vidisse aliquid fieri de nocte, qui dicit, probat si dicat vidisse, quia erat lumen Lunę, vel magnus ignis.*
44 *Testis qui dicit Titium fuisse qui illud fecit, quia dum se aspiceret in speculo illum vidit, non probat.*
45 *Testis deponens se ante Titium cognouisse quia erat vicinus suus cõtignus, probat.*
Sed si in pueritia ipsum cognouisset, non probat.
46 *Iudex hominem exhibet, vt cognoscatur à teste, qui dixit aliquid factum ab aliquo, & nomen ignoret.*
Mortuus, vt ex aspectu recognoscatur, exhibetur.
47 *Testis deponens super longitudine, vel latitudine alicuius rei, probat si dicit q̃ vidit mensurari, & idem si testis dicit rem magnam, vel paruam, quia vidit.*
48 *Testis deponens super mensura fundi, vel muri limitatè, probat, si est peritus in mensura, & dicat se mensurasse, vel mensurari vidisse.*
Mensura fundi indeterminatè ab omnibus cognosci potest.
49 *Pondus determinatè probatur per testes dicentes se ponderasse, vel vidisse ponderari, indeterminatè verò si dicant q̃ oĩbus ponderauit.*

50 *Testis deponens determinatè circa mensuram vini, vel olei, si dicit quia mensurauit, vel mensurari vidit, probat, si verò indeterminatè, satis est quod dicat q. vidit.*

51 *Mensuratio totius corporis in non consistentibus pondere, numero, vel mensura, difficilis est, & non sit nisi à peritis.*

52 *Quantitas corporum separatorum quorum numeratio est facilis, fit per numerationem.*

53 *Testis si dixit quod vidit tradi x. corbes frumenti probat, secus si dixit q. vidit tradi aceruum frumenti, quod erat decem corbes.*

54 *Testis deponens de quantitate vasis, qualiter deponere debeat vt probet.*

55 *Fama probat quantitatem, numerum milliarium existentium de loco ad locum.*
Mensura quantitatis milliarium fit per longitudinem itineris, secundum quod commeatur.
Mensura super distantia, vel vicinitate, fieri debet per directum, & quando per terram fieri non potest, fit per aerem cum chordula.

56 *Intelligere substantiam incorpoream non pertinet ad Iuristam.*

57 *Miraculum dicitur quasi admiratione plenum, & est id, cuius effectus est manifestus, & causa eius omnibus simpliciter occulta.*
Miraculorum tres gradus, & qualiter probentur.

58 *Qualitas substantiæ animatæ animæ rationabili sunt tres.*
Sacramentum est sacræ rei signum. Item inuisibilis gratiæ, visibilis forma.

59 *Christianum aliquem esse, vel sacerdotem, qualiter probetur.*

60 *Iuristam aliquem esse, qualiter probetur.*
Iurista an sit sufficiens ad doctoratum, probatur per testes, eiusdem, vel maioris peritiæ.

61 *Testis deponens aliquem cerdonem alicuius artis, si dicat quod vidit eum exercere dictam artem, probat.*
Cerdonem esse bonum probatur per testes eiusdem, vel maioris peritiæ.

62 *Mercatorem esse, officium est, non artificium.*
Mercator dicitur, qui cum quadam perpetuitate mercatur.
Mercatorem esse qualiter probetur per testes.

63 *Mercator, qui per quinquennium dimisit consuetudinem mercandi non dicitur mercator, & ex hoc probatur quòd desinit esse mercator.*

64 *Artifex, qui per decennium artem non exercuit, non dicitur artifex, & ex hoc probatur quod desiit esse artifex.*

65 *Scholaris quod desierit esse scholaris, quantum temporis requiratur, arbitrio iudicis relinquitur.*

66 *Virtus est habitus electiuus in mediocritate consistens, quo ad nos determinata ratione, & vt sapiens determinabit.*

67 *Virtuosus probatur probando actus tales, qui, apud iudicem, & bonum virum, virtuosi determinantur.*
Iudex apud iuristas dicitur bonus vir.

68 *Virtutum moralium quatuor sunt cardinales, scilicet, prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia.*

69 *Prudentia est habitus cum ratione actiuus circa bona, vel mala.*
Scientia, sapientia, & prudentia differunt.

70 *Sapientia est habitus, speculatiuus considerans causas altissimas, & ad Iuristas etiam spectat.*

71 *Scientia est habitus speculatiuus demonstratiuus, ratione vera considerans causas inferiores, & hæc spectat ad naturales, & etiam ad Iuristas.*
Lex est inuentio, & donum Dei.

72 *Ars est habitus ratione naturæ factus.*
Ius ciuile appellari potest sapientia, & ars.

73 *Prudentia consistit circa particularia, & ea quæ contingenter eueniunt, vt inter se conciliari, & disputare, & recta ratione vniuersalia particularib. congruentius applicantur.*

74 *Prudentem aliquem esse qualiter probetur, & q. requiruntur octo, scilicet memoria, intelligentia, experientia, docilitas, deliberatio, solertia, prouidentia, circunspectio, & cautio.*

75 *Prudens, quilibet præsumitur, nisi contrarium probetur.*

76 *Prudens, prudentia perfecta ea perfectione, quæ in hominem cadere potest naturaliter, qualiter quis possit esse.*

77 *Prudentia particularis est cum ad sui ipsius quidam prudentes inueniuntur, qui habent ea, quæ generaliter supra de prudentia dicuntur.*

78 *Eremitæ, & vitæ contemplatiuæ dediti, quo ad se sunt boni, & prudentes, & aliorum negotiorum inexpertes.*
Eremitæ excusantur à tutela, & ad prælaturam non promouentur, & si sunt vitę laudabilis in testimonijs multum creditur.
Episcopum oportet esse prudentem non solum literarum peritia, sed secularium negotiorum dispensatione.

79 *Oeconomica prudentia pertinet ad regimen familiæ.*

80 *Carolus quartus concessit Bar. & eius descendentibus potestatem concedendi veniam ætatis.*

81 *Mores ciuitatis, qui dicantur.*
Habitus in moribus probatur per tempus trium annorum.

82 *Honestè viuere aliquem, qualiter interpretetur.*

83 *Testis qui dicit aliquem prudentem diligentemque patrem familias, quia per triennium vidit diligenter gerere negotia sua, probat, & interrogatus, quid respondeat.*
Testis, qui dicit se continuè vidisse, intelligitur de visione continua, quę cadit in socium, vel vicinum.

84 *Defectus modicus animæ, non facit quem non prudentem videri, sed vitium notabile, & damnosum.*
Iudeus publicus fœnerator non reprobatur, vt imprudens.

85 *Prudens vt quis dicatur, & diligens circa celebrationem actus particularis à se gesti, siue gerendi, tria sunt necessaria, scilicet prudentia, circumspectio, & cautio qualiter testes reddere habeant causam cum deponunt.*

86 *Prudentia regnatiua alia consistit in bene operando in bonum finem, hoc est in quietem & bonum subditorum, non in finem sui lucri, vel gloriam.*

87 *Prudentia regnatiua in principe præsumitur, quando gradatim ascendit, vel q. ita de eo sit fama, vel ex vnico actu notabili declaratur, & hoc iure ciuili.*

88 *Prudentia regnatiua in principe ecclesiastico, in seculari requiritur.*

89 *Nullus vilis, qui ex turpib. lucris lucratus est dignitatem, habet prudentiam regnatiuam.*
Ad probandum in aliquo esse prudentiam regnatiuam non requiritur tantum tempus, quantum in œconomica.

90 *Actum particularem fuisse prudenter factum à regente, probatur per circunstantias.*

91 *Prudentia ciuilis siue politica, quæ in subditis requiritur, consistit vt in bonum finem domini operetur.*
Mercatorem, vel artificem prudentem, diligentemque esse probatur, vt sup. œconomica.

92 *Prudentia militantis consistit in bene operando, in finem victoriæ, ob quietem Reipublicæ.*
Prudentia militaris q. in aliquo sit generaliter, vel particulariter, qualiter probetur.
Nobilis qui est assuetus equis, præsumitur q. prævalet in militia equestri.
Carnifices, & fabri præsumuntur q. prævaleant in militia pedestri.

93 *Imprudentia, quæ contingit ex ætate, vel casu, est apposita prudentiæ particulari ad sui ipsius regimen.*

94 *Furiosum quem esse probatur, si testis dicit q. vidit eum furere, & actus furiosos facere: secus si dicit quia vidit eum carceratum, nisi adderet, & audiuit verba insania dicere.*

95 *Actus factus ab habente dilucida interualla, quando in furore, & quando sana mente dicatur factus.*

96 *Furorem fingere aliquem, & ex suspicione potest cognosci.*
De quodam, qui biennio finxit se dementem, vt vindictam de inimico sumeret, & fecit.

97 *Imprudentes ex sensus defectu qui.*
Mutus, & surdus qualiter dicantur, & probentur imprudentes.

98 *Mente capti, alij stulti, alij fatui, & qualiter probentur.*
Stulti dicti à stupore, quia stupenda non stupent, & non stupenda stupent.
Fatui à fando dicuntur, id est, loquendo, quia suam fatuitatem loquendo fatentur.

99 *Prudentiæ œconomicæ quæ opponuntur.*

100 *Dolus est omnino oppositus prudentię œconomicæ.*

101 *Dolosus, deceptor, vel simile, q. quis sit, probatur ex vno actu.*
Dolosus quis non dicitur, si post dolum commissum per triennium bonam vitam ducat.

102 *Dolus an fuerit comissus in aliquo actu particulari, qualiter probet.*

103 *Testis deponens aliquem fugitiuum, equum calcitrosum, vel quid simile, vt probet, qualiter deponat circa scientiam.*

104 *Asserens aliquid esse, quod non est, q. dicitur dolum committere, & nu. 117.*
Scientia, alicuius tripliciter sumitur.

105 *Dolus aduersus solertiam, qualiter probetur.*

106 *Dolus dicitur quod verbo, vel facto committitur, fraus quod facto.*

107 *Latior culpa an sit dolus.*

108 *Dolus manifestus dicitur, de quo præsumptiones ita clarę sunt, vt iudex in claram fidem inducatur.*
Dolus præsumptus dicitur, quando præsumptiones non sunt ita clarę sed aliqua indicia apparent.
Minor excusatur à dolo præsumpto.

109 *Lata culpa est deuiatio indeliberata ab ea prudentia, quę inest communiter omnibus, qui sunt eiusdem instructionis & professionis.*

110 *Lata culpa potest committi contra quamlibet prudentiæ partem, & nu. 111. 112. & 113. & 114.*

115 *Leuis culpa ad quem propriè pertineat, & quibus modis consideretur, & nu. 116. 117.*

118 *Ex omissione, etiam culpa committitur. & nu. 119.*

120 *Leuis*

BIU Cujas

120 *Leuis culpa qualiter diffinitur,& quot sunt eius ſpecies,& quomodo debeat æſtimari,& nu.*121.122.123.
*Et quid leuior culpa,& leuiſſima,& qualiter diligentes, diligentiores,& diligentiſſimi cognoſcantur,& nu.*124.125.

TEſtimoniorum vſus frequens eſt, & neceſſarius.Et circa perſonas & modum procedendi, cogendi,iurandi,examinādi,& publicādi,multa dubia oriuntur,ad quæ declaranda præſens opuſculum non intendit.Poſtquam verò p̄dicta diſcuſſa ſunt, ad dicta teſtium litigātes veniant, & ſi dicta ſufficientia ſint ad p̄bandum id q̄ intenditur, ad diſputationem veniunt, ſuper quo iurium conditores, & antiqui iuris interp̄tes,ac ēt Moderni cuncta vſr tractauerunt,& ad particularia trahere eſt cōtentioſum partib.iudicibus durum, q̄m contra ſe moleſtè ferunt litigantes,pp q̄ veritas ſępè ſubuertitur, ſcandala ſæpè oriuntur.Sup his viri ſcholaſtici, & ēt cauſi dici,remanent,ſcientes, quib.obuiare cupit ſcribētis intē tio. Igr̄ prout ille, qui trinus & vnus,bn̄ miniſtrabit eidē, ita poſteris tradet:& ſi quid bn̄ traditum eſt, ei ſoli adſcribat̄,ſi quid verò minus bene,vel imperfectè,imbecillitati ſcribentis illud lector attribuat. Oīs.n. imperfectio,q̄ hîc eſt,ſcribentis eſt.Audet.n.ſcribens,ſcribere, ēt minus bn̄, q̄ dicta proſunt. Incitant enim alios ad inueſtigationem perfectam.Cupit igr̄ ſcribens corrigi, & ſuppleri. Charitas.n.eum incitat ad laborem,vel vt detur ſitientibus potus, vel vt via aperiatur, per quam inducatur intelligentia,vbi his plena ſunt vaſa.Ille qui ſcribit eſt Bar.de Saxoferrato, legum doc.minimus, Peruſij ciuis,cuius in tradē do forma hæc eſt,vt hoc vnum opuſculum, quod facit,teſtimoniorum liber vocatur, qui liber per rubricas ſubſcriptas diuiditur,quælibet autem rubrica per multas particulas diuiditur,ſicut ſunt multa teſtimonia, & quælibet per ſe particella teſtimonium nuncupetur, ſeu nominet̄,&c.

Teſtium dicta an probent, princeps certam legem non tradidit, ſed ius dicenti in hæc verba reſcripſit, vt.ff. de teſt.l.3.§. iō quod diuus.Tu magis ſcire potes quanta fides adhibenda ſit teſtib.qui & cuius dignitatis,& cui⁹ exiſtimationis ſint, & qui ſimpl̄r viſi ſunt dicere verum, vtrum vnum eundemq; præmeditatum ſermonem attulerint, an ad ea quæ interrogaueris ex tpe veriſimilia rn̄derint. Hic annotandum eſt,pijſſimū principem non in ſola iudicis poteſtate hæc poſuiſſe, ſed
1 ei quatuor p̄ſideranda iniunxit. † Primum circa perſonas dum dicit, qui & cuius dignitatis & exiſtimationis ſint. & hęc ad præſentem tractatū non pertinent. Scd̄m, circa ipſius teſtis dictum,reſpectu ipſius teſtis & dicti,dum ſubijcit & hoc dum dicit, qui ſimpliciter ſunt viſi dicere verū. Tertium,circa ip̄m dictum reſpectu habito ad aliorum teſtium dictum,dum dr̄,vtrum vnū eundemq; prēmeditatū ſermonem attulerint. Quartum circa ipſum dictum reſpectu habito ad circunſtātias tēporis,loci, & ſimilium,dum dicit,an ad ea,quæ interrogaueris ex tempore,veriſimilia reſponderint: ad quæ tria præſens inueſtigatio intendit. Primò igitut,qui teſtis videatur ſimpliciter dicere veritatem ſub ſequenti teſtimonio declaretur.

2 Teſtis cauſam † ſui teſtimonij faciat manifeſtam. in aut. de teſtib.§. & licet dudum. q̄ interpretatum eſt,vt no.C.de teſt.l.ſolā. per Inn. de teſt.c. cum cauſam,in glo.de cauſis.1.vbi allegat d.§ & licet. Si interrogatus fuerit de cauſa:aliàs ſtabitur dicto ſuo:quia verboſus eſſe non dēt:hoc manifeſtè docetur, quod qui cām ſufficientem ſui dicti non reddit non ſimpl̄r, ſed malitioſè loqui videtur,vel loquit̄ ſimpl̄r,ea ſimplicitate,quæ ſtultitiam includit,quę eſt legib.inimica.Qui verò cauſam ſufficientē aſſignat,videlicet ſimpl̄r,hoc eſt purè,& ſine plica viſus eſt loq ſimpl̄r,q̄ ſimplicitas legibus eſt amica.Qualiter aūt cauſa reddatur, declarabit̄ in ſequenti teſtimonio.

3 Teſtis †interrogatus de cauſa eius,q̄ dixerat, dixit
a ſcio,'quia ſcio,vel quia ſic eſt. Reſponſum eſt huius dicto ſtandum non eſſe per Inn. ex̄, de teſtib.c. cum cām.& in Spe. eo.tit.§. nunc tractandum qualr in teſtium examinatione ver.de viſu. p̄bat̄.ſ.in fin.ibi, vel ſcio: quia ſcio.& cum eadem ſit rō cum dicto,qd̄ eſſe non dēt. ff.de per.her.l.pro hærede. & no.de offi.procu. Cęſ.l.fi.vbi glo. inverb.non habēt, vt dixi,& de exercit.l.1. cui āſſentio. Nam dictum debet probari per aliud manifeſtius eo, non per idem,vel per aliud manifeſtum ęquè, vel minus.

b 4 Teſtis [b] cauſam ſui †dicti reddere dēt per id qd̄ aliquo corporis ſenſu percipitur, qā ſm naturam nil eſt in intellectu, quod prius non fuerit in ſenſu. Vnde ſi de aliquo viſibili interrogetur per viſum cauſam reddat.vt dicat id ſic ſcire quia vidit,& eodem modo ſi de dicto, vel cantu per auditum.Si de odore per odoratum. Si de ſapore per guſtum. Si de lenitate, vel aſperitate per tactum,& pariter de ſimilib. iſtud legibus comprobatur, vt ff.de teſta.l. qui teſtō.in fin.de his,quæ in teſt. delen.l.1. prin.l.teſtium.vbi gl.in verb.præſto.C.de teſti.& ibi in eo q̄ requirit eos fuiſſe præſentes.& in auth.de hær. & Fal.§. ſi verò abſint.ibi,ſe ad fuiſſe,& vidiſſe, & à noſtris maioribus eſt receptum,per Inno.in d.c.cum cauſam.& in Spe. eo.tit.§. nunc tractandum.& Ia.de Are.& Cyn.C. eo.l.teſtium. Sunt etiam quædam quæ per diuerſos ſenſus percipimus,vt motum alicuius rei per viſum,per tactum,& auditum,vt motum campanæ per ſonum.Similiter, & alicuius rei,quam per viſum,& per tactum percipimus, quandoque etiam ad cognitionem non ſufficit vnus ſenſus,& tunc vtraque ratio reddi poteſt,ſeu debet.

5 Teſtis dicit †aliquem eſſe dominum rei,& cauſam non reddidit, quoniam nec interrogatus fuit,an eius dicto ſtetur? Reſponſum eſt per Inn.in d.c. cū cauſam. & in Spe. in d.§. nunc tractandum. & c.non eſſe ſtandum, quod.n. traditum eſt, valere dictum: ſine cauſa, cum non interrogatur, in his receptum eſt, quæ ab ali-
c quo ſenſu corporis percipiuntur,[c] vt dictum eſt:dominus autem magis ab hominibus ratione iudicatur,quam ſenſu percipiatur:hoc autem ad iudicem pertinet, non ad teſtem.Idem dicendum eſt, ſi teſtis dixerit aliquem ebrioſum, vel iracundum, & cauſam non adiecit, cum etiam hoc ſenſu non percipiatur,& hoc iure vtimur,& hoc videtur contra hæc quæ conſtituta ſunt in l. teſtium.C. de teſtib. enumerationem pecuniæ poſſe probari per teſtes, qui viderunt:ſolus.n.color videtur. An autem ſit pecunia vel aliud,& an ſit aurea vel argētea iudicat intellectus. Et ſiſter per auditū ſolū vox audit̄, ſignificatio autem in intellectu percipitur, ſenſus autem corporis maioribus, & infantibus eſt,& nobis,& in bruris, illi tamen non iuſtificantur,quoniam carent iudicio: per aliud ergo, quam per id,quod ſenſu percipitur,ratio reddi debet: dum ergo dicitur ſenſu corporis percipi,latiùs aſſumendum eſt, ſcilicet id,quod per omnē ſenſum huiuſmodi in notitiam deducitur,ita quod illud ignorare in ſupinam ignorantiam caderet.Et ita ſenſerunt,qui dictam doctrinam primitus tradiderunt, quis.n.tam ſtultus tanque ignorans reperitur, vt pecuniam,an ſit aurea,vel argentea,non cognoſcat aſpectu? vel qui eſt,qui ex ſono verborum intellectum non capit? Tales quidem vt dementes iudices non admittant, & ſuper eorum teſtimonio non diſputatur, ſed propter per-
6 ſonam non creditur,Et vt †hoc euidentiùs declaretur, cō ſiderare oportet,quod res quædam ſenſu percipiuntur, & ex his cum magno diſcurſu per intellectum aliquid iudicatur,vt quem eſſe dominum. Nam quia vidi titulum, & quia vidi legitimis temporibus poſſidere, ex his concludo dominum. Per modum.n.cuiuſdam ſyllogiſmi ad notitiam huius deducitur,& hæc ſunt quæ dicta non ſufficiunt, niſi cauſa reddatur per præmiſſa quæ ſenſu percipiun
d tur.Quædam ſunt,quæ ſolo ſenſu[d] abſque diſcurſu aliquo ſaltem cum modico percipit intellectus,vt quem poſſidere, & loquor de ea poſſeſſione quæ eſt facti, vt numerare pecuniam,quem ambulare, & ſimilia,& in his dictum ſufficit,cum non interrogetur de cauſa eius.cuius gr̄a de facto †quæſtionem occurentem ſubdamus. Teſtis dixit ſun-
7 e dum valere decem,[e] an probet ſi non fuit interrogatus de cauſa.Dixi,non probare. Nam valor fundi,non niſi cum magno diſcurſu percipitur, ſcilicet ex fructuum quantitate,ex ſitu,& circunſtantijs rerum ex valore. Syllogizat.n. intellectus ex his,nec horum eſt cōis notitia. In frumenti verò æſtimatione,vel alteri⁹ animalis ad vſum hominis deſtinati ſecus eſſet.nam ex ſolo affectu, vel tactu æſtima-

ADDITIONES. tionis

a Tho.D.¶Dixit,ſcio. Vide Bal.in l.2.§. voluntate.ff.ſol.mat.& Abb. in c.peruenit. de teſt.cog.& Spe.in tit.de teſte.§. 1. ver de teſtimonio quoque de viſu. & Bal. in l. diem.§.coram.ff.de arb.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſti.& Aug.in auth.de teſt.§.ſi quis.per glo & doct.in c.in noſtra præſentia.de teſtib.

b ¶Teſtis.Vide Pet.Cor.in conſi.27.in 3.vol.in præſenti conſultatione. & Abb.in c. conſuluit.de appel.

c ¶Percipiuntur. Adde Bal.in l.ſolam. C.de teſti.Inn.d.An. Bal.& d.Car. Fl.in c.cū cauſam.de teſti.& ibi vide Abb.vbi alle. Bar.hic in 2. co. & ibi vide plures concor. per Fel.vbi omnino videas.

d ¶Senſu.Adde Abb.poſt Card.in c.cum cauſam.de teſtib.cum cōcor.de qb. per Fel. ibi,in verſi.modo hanc fallentiam.

e ¶Valere decem. No.quod dicit Bar.hic. q̄ teſtis deponens ſuper valore, non probat niſi aſſignat cauſam etiam non interrogatus, vide Card. & Abb.in d.c. cum cauſam.de teſti.& Bal.in l.penu.C.de ſent.quæ ſine cer.quan.cum concor.de quib. per Fel.in præalleg.c.cum cauſam.de teſtibus.

BIU Cujas

tionis est cõis notitia,In equo verò æstimãdo, sicut in fun
a do,discursus requiritur, & fortè vehementior.[a]

8 **Testis** dixit † aliquẽ dñm,& cãm adiecit qa vidit eũ possidere tanto tpe qđ præscripsisset.Rñsum est per Inn.in d.c.cum cãm,& in Spe.eo.ti.§.nunc tractandum.vtile dñium esse probatũ, si nõ fuit vlterius interrogatus.Sicut.n.probat dictum,si non interrogatur de cã, ita sufficiens cã est,si de causa causæ vel eius circunstantijs uõ interrogatur,hic de ea præscriptione intelligendum est.in qua,titulus nõ requirit.& sic ex eo, qđ possidere cõspexit,sine magno discursu comprehenditur eũ dñm. ꝙ si titulus requirat,non sufficeret, nisi de titulo sufficiẽs testimoniũ redderet,est.n.quid à possessione separatũ.

9 **Testis** dixit † aliquẽ possedisse, & cãm non adiecit, videbat nõ probare,quia possessio est ius in sistendi rei non ꝓhibitę possideri, hoc ꝙppe sensu non ꝓcipit,sicut nec dñium.Sed rñsum est ꝙ sic per gl.in ver.stipu
b letur.in l.stipulatio [b] ista.§.hi quoque de verbo.obl. & per Inn.in d.c.cum causam.ver.videtur ꝙ si testis dicit,&c. nã ad possessionem,quæ facti est,& sensu percipitur, hoc referendum est.Idem in similibus quæ ius,& factum sonant.

10 **Testis** dixit † aliqua vera esse,quia audiuit dici. rñsũ est qđ nõ probet,vt no.C. de testib.l. testiũ. in gl.in verb.ꝓsto.& de aqua plu.arc.l.2.§.idẽ Labeo.&c.licet ex quadã.& c.series.extra de test.in auth.de hęr.& Fal.§. si verò absunt.col.1.& in Spe.eo.§.1.ver.item , ꝙ non prohibet.Testimoniũ.n.de auditu alieno rĩr non valet.Huius rõ est,qa rõ non est manifestior dicto,sed æquè,vel minùs. Iudex.n.non audit à teste, & ex eius dicto certus nõ redditur,ideò.de cã quærit.Si igit ab alio se audiuisse rñdit.ignotũ per ignotius ostendit.Sed si addat se audiuisse ab aliqb. qui se vidisse dixerunt, cã vĩ aliqualiter manifestior dicto, sufficiens tñ non est.Nõ.n.testi creditur nisi in iudicio per iudicem iuro ꝓstito,parte ꝓsente, vel cõtumace, solẽniter examinetur.Sed cũ testis audiuit aliũ,se aliũ vidisse dicentem,ista solemnitas defuit, igitur insufficiens est cã. Sed si
11 fortè † scriptura ꝓtinens dicta testiũ deperiret, & extarent,
c qui dicerẽt se vidisse aliquos testes idoneos [c] iurare in causa,& solẽniter examinari, & dicerent se vidisse; tunc eorũ testimonio standũ esset,vt no.ff.eo.l.curent.facit.C.eod.l. testium.in fi.

12 **Testis** dixit † aliqua vera esse, qa credit [d],sic, eius di-
d cto standũ ñ esse ab oĩb.rñsum est per Ia. de Are.& Cy.in l.testiũ.ver.secũdo casu.C.eo.magis.n. iudicat quàm testificetur: nisi cãm ꝓp quam credit sufficientẽ annectat:nisi in his quæ cõsistunt in artis peritia,vt medici,& obstetrices,& similes,q de credulitate deponũt.Non n.sunt ꝓpriè testes , sed magis vt iudices assumunt ad illũ causæ articulum iudicãdũ.l.1.de ven.inspic.& quod ibi notatur circa princi.

13 **Testis** dixit † aliqua se vidisse,& ĩterrogatus đ cã,nullũ reddit,rñsum est per Inn. eius dicto stãdũ esse in d.c.cum cãm.in gl.đ causis 2.quia in dicto sensũ exprimit,qđ verum est,quod.n.demonstratum est , amplius demonstrari frustra est,vt ff.de do.præleg.l.1.ĩ fi.Nec repugnat quod visus decipi põt:similiter,& cæteri sensus.Nam intelligimus personas testium esse probatas,in quib.secũdum ꝙ communiter accidit,non cadit sensus deceptio,ita
e ꝙ non cognoscebatur ab eis.¶Porrò si sensum decipi co
f gnoscerent,non [e] testificarentur. [f]

14 **Testis** dum de vita † & morib. alicuius ĩterrogaret, deposuit,& cãm scientiæ reddidit: quia & vicinus,& consanguineus est: & sic videbatur eius dicto nõ
g standum:quia per nullum sensum ꝯporis [g] causam reddidit.Dicebã standum esse, sufficit.n. sensum exprimere , vel aliquid, per quod secundum cõiter acidentia , per sensum habeatur notitia:quia eius vicinus,vel consanguineus est vĩ,secundũ ꝙ cõiter accidit scire vitam,& mores eius , per visum. Ergo cãm reddidisse videtur. hoc ẽt le gib. compro
h bat,vt C.de in integ.restit.l.de tutela [h] ff.vnde cogna.l.octa ui.in fi.extra.de præsump.c.quosdã.& ca.fi.ff.loc.l. dñs horreorum,de fun.instr.l.si ita testaẽto.§.mulier in rationem.

15 **Testis** † de sapore [i] vini interrogatus dixit esse dul-
i cè,cãm reddit,quia bibit: videtur nõ valere: qa bibere tactũ respicit,sapor autem hẽtur per gustũ , sed cũ per talem tactũ pueniat ad gustum iustam cãm reddidisse vĩ,gustus.n.quidam tactus est,vt Aristo. dicit.

16 **Testis** † dixit,ꝙ vidit Titium ꝓmittere Seio,an tele testimoniu valeat,dubitat, qa magis audi tu,quã visu ꝯcipit actus ꝓmittẽdi Sed rñsum est ꝓ la.đ Are. & Cy.in l.testiũ.C.đ testi.ꝓ Spe.eo.ti.§.nũc tractãdum.ver. de auditu vĩ aliter dici,&c. ꝙ appellatio videndi videt cõmunis ad omnem sensum,quo aliquid percipitur. Quoti-
k die [k] n.dicimus vidi tale vinum esse dulce,& vidi talem rẽ
l esse duram,vel mollem, [l] & similia , cũ rectè alio sensu percipiantur. An autem de tactu hæc possent dici , ꝓbabili-
m ter dubitatur,sæpè.n.dicimus,nos manib. [m] tangere id,qđ non est tãgibile,vt in epistola canonica Ioan.1.c.1.ibi,manus nostræ pertractauerunt,quæ sunt de regno vitę Sed in nostram claram peruenit notitiam:sed illud pro claro intellectu apponitur,non quod vnum tangere pro alio sensu ponatur.

17 **Testis** dixit se aliquid † scire quia præsens fuit , vel quia interfuit,an probet,non.n. per sensum aliquem cãm reddit:& põt esse qđ fuit præsens, non tamẽ videns nec audiens,quod plerique dixerunt. Pro hoc.C.đ erro.aduoca.l.1.& ibi glos.in verb.præsentibus.& Io. And. extra de testib.c.præsentium.lib.6.& Spe.eod.tit.§.1.versic. item ꝙ non perhibet testimonium,ibi,debet.n.pręsens.ar
n bitror tamen,ꝙ probet.Quod.n.dixit se [n] præsentem,scire creditur per sensum suum,cum non sit interrogatus vlterius,vt in præcedentibus est relatum,non autem potuit scire se pręsentem fuisse negotio,nisi id intellexisset,hoc etiã imperiali constituti one probatur,quæ dicit, validum esse, eius testimonium , qui sub præsentia sua dicit debitum esse solutum.C.eo.l.testium.Sed contra facit in auth. de hęre.& Fal.§.si verò absunt.vbi innuit, ꝙ debet dicere se præsentem fuisse,& vidisse.Sed so.patet,aliud est dicere se pręsentem,& aliud si alium diceret fuisse præsentem, quod ad pręsentiam corporis refertur , quæ sensu percipitur , non ad præsentiam animi alterius, quàm testis,quæ sensu non
18 percipitur,& ita intelliguntur contraria.Sed si lex, † testator,vel contractus aliquid fieri debere aliquo præsente requireret,semper intelligitur præsente & intelligente,vt ff. de arb.l.diem proferri.§.coram autem dicere.de verb.sign.
19 l.coram.secus † si notarius [o] in instro aliquid factũ esse ali
o quo pręsente narraret,quia de præsente & intelligente intelligitur.Verba.n. notarij , & iudicis sunt cum effectu iuris intelligenda,aliter quàm in teste,vt patet in verbo, promisit.ff.de verb.obl.l.sciendum. & quod ibi dixi vers. procedo vlteriùs reperitur in actis . & Inst. de inuti. stip.§. si scriptum.

20 **Testis** † super aliquo deposuit dicens , quia sic sibi videtur , quidam putabant eum probare, exemplo iudicum,qui pronunciant sibi videri:sed hæc dissimilia sunt: istud enim verbũ mihi videtur, referẽ ad iudicium intellectus,quod iudici ꝯgruit,& non testi.Vñ dice-
p bam non probare,nisi hoc quod dicit sibi videri, [p] sit coniunctum

ADDITIONES.

a ¶Vehementior. Vide Alex.de Imo.in l.pretia rerum.in vlt.col.ff.ad leg.Fal. & ibi scripsi.

b ¶In l.stipulatio. Adde Bar.in d.l.stipulatio ista.§.hi quoque . cum concor.de quib. ibi per Alex.& Ias.& vide Fel.in d.c cum causam.de testi in versi.secundo tempora.

c Aliquos testes idoneos. Nota quod dicit Bart. hic, quòd si scriptura continens dicta testium, est deperdita, & extant testes, qui dicunt se vidisse aliquos testes idoneos iurare in causa, & solemniter examinari, tunc dicto eorum standum erit,vide plures concord.per Fel.in c.sicut nobis extra.de re iudi

d ¶Quem credit. Vide plures concor.per Fel.in c. sicut nobis.extra.de testib.

e ¶Non testificarẽtur. Vide Ale.in l.2.C.de rescin.vẽdi.in apost.Bar.& ibi vide apost. meam vbi plenè scripsi.

f Testificarẽtur. Vide Alex.in l.2. in apostil. Bar. & ibi dixi in apostil. mea.C. de rescin.vend.

g ¶Nullum sensum corporis. Vide Bar.in l. Labeo.ff.de supel.leg. & ibi Alex. in addit.pen.

h ¶L.de tutela.Et ibi vide Alex.& ibi apostil.

i Testis de sapore. Vide Bar.in consi.120.quidam Massiolus.& j.ver.viuum dixit.vide etiam Fel.in c.cum causam.in 2.fallen.de testib.& ibi vide plures concod.

K Quotidie.Vide Alex.in.l.1.in prin.in 8. col.si cer.pet.

l ¶Vel mollem. Adde glo.in c.testes.4.q.3.in c.quia.vide not.3.q.2.de qua facit festũ Ludo.in l.sciendum.ff.de verb.ob.cum concor.de quib. per Fel.in d.c.cum causam. versi.sed istam conclusionem, vbi citat Bart. hic, vide Alex. in l.2. §.fin. ff.soluto matrimonio.

m ¶Nos manibus.Vide plenè per Ias.in l.manumissiones.ff.de iust.& iure.

n Dixit se.Vide Bar.in l.1.§.tutor.& ibi vide apost.in versi.quod sufficiat.ff. de auth. tut.& ibi dixi,& vide Alex.in consi.29.in 7.vol.incip.clarissime do.& in consi. 174. in 6.vol.in causa & lit.

o ¶Notarius.Et ꝙ verbum.præsentia, à notario scriptum , necessariò includat intelligentiam,allegat Bar.hic.tenet etiam Soc.consi.114.versi.licèt posset contra hoc. in fi.in primo vol.

p ¶Videri.Not.hic,ꝙ verbum,videtur,quando iungitur cum sensu corporis,tunc testis probat;adde Bar. in l.quid tamen.§. si arbiter.ff.de arbit. & Alex.in consi.109. visis,& vt oportet cõsideratis.in 1.vol.& hæc adde ad not.ꝓ Fel.in c.quoties.in vlt. col.de testi.& vide Ale.in consi.147.in 2.vol.in prin.& Ias.in l.1.inprĩ.in vlt.col.ff.de iust.& iure.

BIU Cujas

iunctum sensui, vt si dixit ꝙ vidit talē possidere, & videtur sibi quod sint decem anni. Ex eo enim, ꝙ vidit, coniuncto
110 mittīt, de quib. aliqua inseramus exempla. † In faciendo q̄dem exēpla sunt multa. Qui mea gerebat negotia, domū ædificauit, nec legū formā seruauit, lata culpa ēst, & p̄bō manifesta. Conductor, pullū nimis, & p̄maturè onerauit, vñ mortuus est, lata culpa est. Probabīt aūt hoc p hoīes, q̄ talis aīalis ministerio vtunt̄, pullos. n. cōiter aī dictū tps non sunt soliti onerare, & hoc p testes, qui dīnt qđ sic viderunt onerari per hoīes dictæ ǫdōnis. In mō. n. faciendi, sciēdū est, q̄ de factis quæ hīnt cām p̄manentem ex aspectu p̄nti, pōt de maleficio p̄terito iudicari, vt q̄ murus sit malè factus, vel domus malè composita, vt liber malè scriptus, & sīlia: & sic testes p̄nt dicere malè factum esse illud opus, q̄a illud viderunt, & quia cōiter hoīes illius ǫdōnis, & artis, à tali defectu abstinere viderūt, vel dīnt, q̄ viderūt cōiter hoīes illius artis sic operari qđ opus in tale vitium nō incideret. Sed si dixerit testis, q̄ oēs hoīes illius artis à tali vitio vidit abstinere, vī q̄ falsum asseruit, quia non potuit omnes hoīes illius artis videre. Sed eius dictū sustinendū puto, vt intelligatur, oēs quos vidit operari, exemplo iurisconsulti, qui volens p̄bare q̄ liberorum educatio sit iuris naturalis, rōnem adiecit dicens. Videmus. n. oīa aīalia huius iuris peritia cēseri. ǫstat. n. qđ non omnia aīalia viderat, & qđ ita in tit. q̄ satis. cogan. inter omnes. s. de hoc interrogatos, & plura sīlia. Diceret aliq̄s, potuit vidisse paucos, sed hoc non ǫtingit in artib. quæ in ciuitatib. multum frequentantur. In his verò, quæ rarò non probarentur: in his quæ habent cām transeuntem, contingit ēt, q̄ ex p̄nti notitia p̄nt multa facta præterita iudicari, vt si mēnsor certum agri modū retulit eus, cuius culpa pōt ex p̄nti experientia demonstrari. Idem in eo q̄ per seruum imperitum scidit: vel vineam imperitè putauerit: nā intra certum tps potest imperitia facti præcedentis detegi, & sic ille erit modus probandi, quem dixi. Quædā verò facta ita pertranseunt, vt ex nulla p̄nti notitia possit de præterito iudicari, vt si equum tibi cōmodatum currere, vel saltare plus solito coegisti, vltra id qđ cōiter hoies illius condōnis fecissent, tunc per testes qui actum viderunt, esset probandum. Quędam aūt in faciendo, mō dixi hanc culpam committi, pōt contingere respectu loci, tpis, personæ, & oīum qualitatū, quas circa delicta Iurisconsultus dixerat, quę per singula
112 explicare longissimum esset nec expediens. † Quoniam di
c ctum est [c] in hoc libello, qualiter probentur oīa, quæ requiruntur: ad hoc colligitur omittendo, seu negligendo, qūo cōmittitur lata culpa. Hæc negligentia sensu non percipitur, iō non sufficeret testem dicere quia vidit, sed oportet aliqua facta dici ex quibus iudex de negligentia iudicet. Oportet autem per negligentiā omitti id, qđ cōiter hoies illius ǫdōnis non omisissent. Hæc aūt negligentia ex his, quæ p̄ntia sunt p̄batur rectè commissa. Per totum. n. annū ex vineæ aspectu cognoscitur si putata non fuerit, ex multitudine sarmentorum, vel si prædium cultum non fuerit, agnoscitur ex multitudine herbarum, & spinarum. Cōiter aūt omnib. inest hæc prudentia, vt vineæ putentur, prędia colantur, hoc itaq; tam notum est q̄ brobōne nō indiget. Poterit ergo testis dicere, vidi vineam non putatam, agrū non cultum isto anno, quia vidi. ex hoc. n. sola negligentia coloni, qui in latam cultam cadit, cōprehendīt. Quædā verò negligentia ex aliquo p̄nti comprehendi non pot: & qñ necesse est per testes de visu probari, vt si domum omisisti claudere, & fures ingressi sunt, vel si certa hora, & certo loco venire debuisti, quod facere omisisti pōt idem p̄bari per testes, qui illa tota hora steterunt, & viderunt, q̄ non venisti, nec venire potuisses quin te vidissent. Interdum latitudo loci, vel tpis non patitur, vt per testes de visu, te non venisse, probari posset. quid. n. si debebat venire Perusium? Quis. n. per visum comprehendere possit te nō venisse in tam lata terra: vel quid si intra annum venire debeas certo loco, vel aliquam impositionē soluere? Et hoc mō occurreret, q̄ duo illo loco toto anno stetissent. tunc enim difficile est: tunc aūt alius modus probandi vī inuentus

ADDITIONES.

a Latiorem. Vide Bar. in l. qđ Nerua. ff. depos. Et vide apost. l. in ver. culpa.

b Ber. Lan. ¶ Lata culpa. Vide Bar. in l. quod Nerua. ff. depos. & ibi apost. Ale. in ver. culpa. & Alex. l. item quærit. in prin. ff. pro soc. in duob. locis, in addi.

c Tho. D. ¶ Quoniam dictum est. No. Bar. hic. qui ponit quæ requirantur ad probandam negligentiam, & adde eundem Bar. in consi. 102. charissime domine. versi. potest ēt. & ibi scripsi in addi. Et vide Fel. in c. si autem aliquis. versi. negligentia probatur. vbi citat Bart. in d. consi. 102. de re scrip. & glo. in cle. fin. in versi. negligentia. de reli. do. & cui culpæ adscribatur negligentia. vide Bar. in l. si mora. vbi doc. ff. solu. ma. & no. in l. 2. in glo. in verb. negligentia. C. arb. tut. & in l. si seruum Stichum in princip. in glo. in versi. in non faciendo. & ibi per Bar. ff. de verbo. obliga. & vide glo. in ver. negligentib. in c. quæsitum. de pœn. & remis.

BIU Cujas

rus, si forte inde publicus confectus est liber omnium venientium, vel omnium soluentium, in quo talis non reperitur. Poterit etiam probari per illos, qui in ciuitate illa explorauerunt, à personis qui scire hoc debebant, & in locis in quibus verisimiliter venire debebat, & non reperitur eum venisse, probatū est eum nō venisse, vt Pōpo. respondit. Si Lucius Titius añ calēdas in Italiam nō venerit, decem dare spondes, vt non ante peti possit, quam exploratum sit, nec venisse, nec venire posse. Cui congruit qđ est receptum, probari quem non esse soluendo, scilicet per discussionem, vtique discussioni locum esse iura consuluerunt, cum aliter probari non possit, ad istas coniectu-
113 ras recurri necesse est. Pone, † aliquem negligentem infirmo medicum non adhibuisse, hæc culpa lata est. Probabitur aūt per astantes, & vicinos, cum medicus defacili ad infirmum non vadat, quominus per vicinos non videatur, si infirmitas fuerit longa, ita qđ necesse fuit per medicum visitari sæpius; etiam per medicos ciuitatis poterit ista ne negligentia probari, si singulariter dixerint, se non vidisse venisse: hi enim magis de facto suo interrogantur quam
a testificentur. Dicet aliquis [a] non sufficit probari medicum non esse adhibitum, forsan enim non erat in ciuitate, nisi hoc probetur, dico in ciuitate, & locis in quibus esse præsumitur copia medicorum peritorum, legibus, & canonibus comprobatur. In alijs autem locis ad hanc negligentiam arguendam probari debet ibidem medicum fuisse, q̄ poterat adhiberi, arg. eius qđ Vlpia. ait, tunc imputari socio si alij non commisit. Cum enim abfuturus fuerat, facilis erat per alium societatis administratio prędicta, & exerceri poterat: & hoc si personæ conditio, & quantitas patrimonij requirebat, vt medicus etiam ex vicinis ciuitatib.
114 quæreretur. † Similis dubitatio oritur vbicunque negligentia aliter arguitur in eo qđ personam, vel rem aliquam non adhibuit, vbi necesse erat. Et hoc cum de culpa in aliquo certo actu adhibita queritur. Contingit interdum q̄ri simpliciter, an aliquis sit negligēs, desidiosus, culpabilis tali culpa, quæ in latam culpam cadit. Hi sunt, qui licet ex sermonibus mentis compotes videantur, tamen furiosi faciunt exitum, quibus tanquam prodigis datur curator, vt diuus Pius rescripsit, & Vlpia. in ti. de tu. & cura. retulit. Hi propriè prodigi non sunt, quoniam prodigalitas in expendendo consistit, nec propriè appellantur desidiosi, seu negligentes, quoniam hæc culpa etiam in faciendo committitur, vt nimia sęuitia in seruos, vel nouas, & periculosas negotiationes inchoando, talem.n. dicimus culposum. Ad hoc igitur, vt huic culposo, & prodigo curator detur, probari oportet sic malè tractare eum negotia sua, quòd nisi subueniatur, deducetur in paupertatem, vt eiusdem Principis rescripto continetur: siue hoc faciendo, siue negligendo ostendat. Pone.n. aliquem solum in necessarias causas expendere, tamen ob hoc pecuniam sub vsuris accipere, & prædiorum suorum culturam negligere, fuosque fructus pati marcescere potius, quàm suo tempore vēdere, pro alijs fide iubere incautè, impositiones publicas non soluere, ex quo in graues pęnas incidit, & similia. Ista quidem propriè ad prodigalitatem non pertinent, sed magis ad imprudentiam, quę potest culpositas nominari.

ADDITIO.

a ¶Dicet aliquis. Vide Bar. in l. 1. in fin. princip. in proœ. Digestorum. & in l. item quę. ver. non enim cogitur. ff. pro soc. & Salice. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nupt.

a 115 **Leuis culpa,** [a] † propriè ad iuristam pertinet, diuersimodè consideratur. Aliter enim sumitur in rebus alienis, seu alijs debitis. aliter in rebus communibus incidenter, aliter in communibus ex conuentione. Primò modo, leuis culpa est deuiatio indeliberata ab ea prudentia, quæ inest diligentibus hominibus qui sunt eiusdem conditionis, & professionis, quod Paulus volens ostendere, cum dictum esset in pignoratitia actione venire & dolum, & culpam, subiunxit hæc uerba. Ea igitur, quam diligens paterfa. suis rebus præstare solet, à creditore exigitur, & idem in tit. ad l. Aquil. ait culpam esse quòd cum aliquid diligenter pręuideri potuit, non est prævisum. Per hoc dico, quòd ab ea prudentia, quæ inest diligentibus differt lata culpa. Per illam enim deuiatur à prudentia, quæ communiter inest omnibus: per hanc autem, ab ea quæ requiritur in diligentibus, & expertis homnibus illius conditionis. Cætera diffinitionis verba exposita sunt in præcedenti. Contingit autem hanc culpam committi circa omnes prudentiæ partes, tam in faciendo, quàm omittendo. Aliqua exempla po-
116 namus. † Facta quædam sunt, quæ sua natura hanc culpam includunt, vt si furtum rei commodatæ factum esse asseris: diligens enim homo bene custodiendo præcauisset, nisi forte ab vxore factum esset, vel ab alia persona fida, de qua confidendum magis, quàm præcauendum erat, vel si fortia facta esset, vel magna vis adhibita doceatur. Item si equum, quia ferrum perdidit, assererem damnificatum: diligens enim homo sua prouisione ab hoc prę-
117 cauisset, sæpius pedes videndo. † Quædam verò facta culpam sine expressione manifestant, vt si vineam meam vindemiasti, & vinum vuis commistis in dolijs recondidisti tempore debito, possum tamen tuam culpam arguere, quod communiter omnes homines diligentes illius conditionis, similes vuas habentes faciunt, & facere soliti sunt per tempora præterita separatim, & hoc per testes, qui dicunt se vidisse quod tu illas commiscuisti, & quod ex hoc res mea in tātum sit deterior: vel probare possum, ostendendo quantus sit valor vini excussi ex vuis separatis, & quantus est valor vini excussi ex vuis commistis: tunc excessus apparet, quod diligens paterfa. hoc debuis-
118 set prouidere. † Omittendo etiam & culpa committitur, huius autem exempla facilia, & modi probandi faciles sunt, & quoniam ex prædictis colligitur, non prosequar. Ex rebusverò cōib. cōioni incidenti, incidit culpa q̄ sic diffi-
119 nit. Leuis culpa est deuiatio † indeliberata ab ea deligētia, quam suo tempore, seu illo tempore suis rebus adhibet. Paulus enim in tit. famil. erciſc. sic ait. Non tamen talem diligentiam præstare debet hæres, qualem diligens paterfam. quoniam hic propter suam partem causam habuit gerendi: & ideo negotiorum gestorum ei actio non competit: talem igitur diligentiam præstare debet, qualem in suis rebus. Eadem sunt, & si duobus eadem res legata sit; nam & hos coniungit ad societatem non consensus, sed res. Ex his verbis à viris subtilis ingenij prolatis apparet qualis culpa æstimetur, & qualiter aliter quā,
120 suprà sumatur, hæc autem statim declarabuntur. † Circa res vero cōmunes ex conuentione, culpa leuis sic diffinitur. Leuis culpa est deuiatio indeliberata ab ea diligentia quam ante contractum rebus suis adhibere solebat. Paulus enim ait. Socius socio, etiam culpæ nomine tenetur, idest desidiæ atque negligentię: culpa autem nō ad exactissimā diligentiam dirigēda est. Sufficit.n. talē rebus communibus adhibere, qualem rebus suis adhibere solet, quia qui parum diligentem socium sibi acquirit, de se ipso conqueri debet. Hoc idem Imperator, in libr. Institutionum constituit: sed cauillari potest, cum enim adhibere debet diligentiam illam quam in suis adhiberet, præsupponit eum diligentem, & sic tenetur ad id quod diligens homo facturus esset. Videtur enim idem in alienis quod in communibus. Sed fateor quod cum videtur præsupponere diligentem, illa tamen diligentia quæ communiter est in omnibus, quæ largo modo diligentia est, sed non propriè, vt hic sumitur. quod si sic acciperetur diligētia, vt accipitur, quod declarabitur in culpa sequ. credo
121 quod idem sit in alienis & communib. Cuius gratia † sciēdum est, quod licet plures alias species possumus facere, tamen inter se quęlibet habet gradus suos. dolus enim maior est si fit corruptione pecuniæ, quàm si fit precibus, sic enim ex alijs causis dicit maior, & minor. Latior culpa dicitur maior, vel minor, secundum quod leuis, vel grauis est doli præsumptio. Lata enim culpa dicitur maior, vel minor, secundum quod in eo erratum est, vel manifestum, vel manifestius, vel manifestissimum. similter & culpa leuis, de qua loquimur. Nam inter omnes diligentes, vnus est in maiori gradu diligentiæ, quam alter. In proposito ergo dico, quod culpa leuis in rebus alienis estimatur, si deuiat ab ea diligentia, vel prudentia, quæ inest diligentibus eiusdem conditionis, & professionis. Intelligo autem de omnibus diligentibus simpliciter, inquocunque gradu diligentiæ quis deuiet in leui culpa. In rebus verò communibus sufficit, quòd habeant eandem diligentiam, quàm in suis. forsitam enim in suis erat in sum-

ADDITIO.

a Tho. D. ¶Leuis culpa. Vide Bar. in l. quod Nerua. in vers. 4. quæro. quid est culpa. ff. depos. & ibi vide apost. in ver. culpa latior.

BIU Cujas

122 summo gradu diligentiæ. † Subest alia dubitatio, quid erit, si quædam communia erant, forte merces, quarum similes proprias nunquam habuerat, quomodo talis culpa poterit æstimari, cum ad exemplum suarum teneatur, nec tale reperiatur exemplar? nempe ex prædictis apparet responsio, videatur enim in quo gradu diligẽtiæ erat in suis reb. licet res ista esset communibus dissimilis, in eodẽ gradu diligentiæ in communibus esse censetur. Hoc ex verbis prædictarum legum ostenditur. Dicunt enim requiri eam diligentiam, quam in suis simpliciter: nec ad res similes communibus se adstringit. Si tamen similes res reperiantur, culpa talis clarius denuncietur, & ꝙ testes haberent dicere, facile esset. Sed quandò ad gradus diligentię recurrimus est difficilis: sed in culpis sequentibus declarabitur. Alia etiam dubitatio subest, cum in rebus communibus incidenter culpa æstimetur, si non adhibet eam diligentiam, quã in suis adhibebat. Quid enim si tunc in suis nullam diligentiam adhibebat, nec tunc circa res suas aliquid fecisse probari potest? Dico, diligentia est quædam executio prudentiæ. Prudentia autem est habitus mentis, & sic consistit in animo. Sicut ergo possessio semel habita, animo retinetur, & continuatur, nisi probetur interruptio: ita hac diligentia probata, diligentia anterior suis rebus illo tempore adfuisse præsumitur. Quid ergo articulãdum, quid probandum patet ex prædictis.

a 123 Leuior [a] † culpa est deuiatio indeliberata ab ea prudentia quę inest diligentibus homini. qui sunt eiusdem conditionis & professionis. Hanc culpam antiqui legumlatores, vel nostri iuris intepretes, per speciem culpæ distinctæ à leuissima, non posuerunt, sed de ea sicut de leuissima vniformiter iudicarunt: quia igitur inter eas non est iuris diuersitas, antiquorum sequẽtes vestigia vno nomine leuissimam appellamus.

ADDITIO.

a ¶Tho. D. ¶Leuior. Vide Bar. in l. quod Nerua. vers. 3. quæro. ff. depositi.

a 124 Leuissima [a] † Culpa est deuiatio indeliberata ab ea prudentia, quę inest diligentioribus hominibus, & diligentissimis, qui sunt eiusdẽ conditionis & professionis. Et quod dico diligentibus & diligentissimis, dico ad differentiam leuis culpæ, & de deuiatione, ab ea, quæ inest diligentioribus. Caius in titu. de act. & ob. loquens de commodatario sic ait, Aliàs tamen exactissimam diligentiam custodiendæ rei præstare compellitur, nec ei sufficit eandem diligentiam adhibere, quã in suis rebus adhibet, si alius diligentior custodire potuerit. Et idem Imperator in lib. Insti. constituit, de ea quæ inest diligentissimis. Idem Caius in tit. commo. sic ait. In rebus commodatis, talis diligentia præstanda est qualem quisque diligentissimus paterfam. in suis rebus adhibet. Cum ergo receptum est in commodato venire leuissimã, apparet ꝙ deuiatio ab ea diligentia, quæ inest diligentib, & diligentissimis, est culpa leuissima. Ex eo enim quod dicitur, quisque diligentissimus, apparet loqui de diligentis-
125 simo cuiusque gradus. † Qualiter ergò cognoscãtur diligentes, diligentiores, & diligentissimi, & qualiter gradus inter eos, videndum est: Cuius gratia vnum exemplũ intelligibile ponamus in ætate senili, quæ vt nostri maiores tradiderunt incipit à septuagesimo anno, excluiuè, & terminatur in centesimo anno. Illud est enim longissimæ vitæ tempus, & sic in superlatiuo. Assumamus igitur mediũ inter ista, & quod est 85. dico ergo quòd vsque ad istud medium est senilis ætas, abindè supra dicitur senior, vsque ad superlatiuum. Abinde intrat superlatiuum, & dicitur lõgissimum vitæ tempus. Ista tria causa doctrinæ ponũtur vt species, & quælibet istarum habet suos gradus. Nam quot anni, quot menses, vel quot momenta sunt in quolibet dictorum temporum, possunt dici gradus illus, differentes secundũ plus, & minus. Ita in proposito imaginamus terminum, à quo diligentia incipit, & est illa communis, pui dentia, quæ communiter omnibus inest, quãtumcunque rudibus, & grossis, post illam statim incipit diligentia, & progreditur, vsq; ad exactissimam diligentiam, quæ vltrà non progreditur. Ille igitur, qui habet diligentiam aliquã ascendendo gradatim, vsque ad medium totius latitudinis diligentiæ, ille dicitur diligens, ille verò, qui excedit medium vsque ad vltimum terminum, ille dicitur diligentior. Ille verò, qui vltimum terminum attingit, ille dicitur diligentissimus, &c.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶Leuissima. Vide Bar. in l. quod Nerua. & ibi apost. in ver. culpa. ff. depositi. & Bal. in l. solam. versi. Item si volo probare. C. de testibus.

QVÆDAM BALDI,

AD MATERIAM TESTIVM PERTINENTIA.

In authen. sed iudex. C. de Sacrosanctis Ecclesijs.

a Sed iudex [a] Ista dictio, sed aduersatur, & corrigit, inquantum lex. Cod. dicebat, ꝙ Episcopus non admittitur ad testificandum. Et not. primò, quòd iudex causę, debet ire, vel mittere ad Episcopum, quandò Episcopus ꝓducit in testem. Scdò no. quẽ debet mittere: qa dẽt mittere de suis, putà notarium causæ, quia ꝑ eũ debent scribi acta, qui scribere cœpit in causa, vt C. de Sport. l. j. & in auth. de hæredibus & Falci. §. si verò. Hoc declarat Iacob. But. in l. j. ff. de offi. proconsu. & per Bart. in l. si vni ex pluribus, aliàs, Pomponius. ff. de re iudica. Item, quia causæ continentia non diuidatur, vt in c. ad hoc vnxit nos. extra, de sequest. pos. & l. nulli prorsus. C. de iudic. Tertiò not. quòd testis debet dicere id, quod nouit. i. quod sensu percepit. ff. de testa. l. qui testamento. §. fi. & quia veritas ob omnem partem eadem est: necessariò ex hoc sequitur, quòd debet deponere veritatem pro vtraque parte. Not. quòd testis debet deponere de veritate, non de credulitate. & pro vtra que parte. Circa hoc vide, quæ not. Bar. in l. is potest. vers. pro declaratione huius, de acquiren. hæredi. Tu dic, quòd id, quod quis asserit, præsumitur credere. Et quæ sit iusta causa credulitatis, vide per Bar. in l. cum quidam. §. j. versi. item ista ratio. de acquir. hæred. & ita seruat consuetudo fm glo. hic, quam not. & adde quod dicã in l. proxima, &c.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶Sed iudex. Adde ꝙ ista sunt verba Bal. in l. nec honore. C. de Episcopis & cler. in versi. In tex. ibi. sed iudex. & ideò cassaui hic, vt ibi videas.

¶In l. presbyteri. j. C. de Episc. & cler.

1 *Presbyteri non torquentur pro testimonio.*

a 1 Presbyteri [a] † Presbyteri sunt priuilegiati, vt occasione testimonij non torqueantur, sed in alijs clericis seruatur ius commune, si falsam tamen dixerint causam, puniuntur. h. d.

ADDITIO.

a ¶Tho. D. ¶Presbyteri. Ista sunt verba Bal. in l. presbyteri. prima. C. de Epis. & cleri. idcirco cassaui hic, vt ibi videas.

¶Bald. in l. Conuenticula. C. de Episc. & cler.

a Conuenticula [a] Prosequitur in lectura huius legis q̃dam, quæ pertinent ad materiam testium Baldus ibi. dum dicit, modò venio ad testes.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶Conuenticula. Ista sunt verba Bal. in lect. sua in l. conuenticula. C. de episc. & cler. in verb. modò venio, & ideò sequuntur addi. ad tract. Bar. s. dictum, vt j. sequitur, & ea propterea cassaui.

Additiones ad tractatum Bartoli testimoniorum.

1 *Testis debet reddere rationem dicti per sensum corporis, qui dicto congruat. & nu. 3.*
Testis, qui in reddendo rationem dicit, videtur mihi quòd possedit decem annis, probat. nu. 24.
2 *Testis deponens super his, quæ percepit intellectu magis quam sensu, non probat, nisi reddet rationem dicti, etiam non interrogatus.*
4 *Sensus est quid generale ad omnem sensum corporis.*
5 *Testis deponens, quia præsens fui, intelligitur, & intelligens, vt probet.*
6 *Dictum testis ambiguum, quando declaretur, remissiuè.*
7 *Testis deponens de valore rei, si deponit de credulitate vel opinione, probat.*
8 *Testis deponens super identitate rei, qualiter habet deponere: & ibi, si de sanitate, vel infirmitate, ætate, vel de senectute, & nu. 14.*
9 *Verba enunciatiua in testibus non probant,*
10 *Testis super qualitate animi deponens qualiter probet.*
11 *Testis deponens super his quæ cursu temporis mutantur, vt probet, qualiter deponat.*
12 *Testis qualiter rectè probet damnũ esse datum culpa, vel negligẽtia.*
13 *Articulus disiunctiuus non admittitur, nisi super facto alieno.*
15 *Dictum testis insufficiens potest confessione partis adiuuari.*

BIU Cujas

16 *Si nomina rerum, vel hominum sunt variata, quomodo fiet probatio.*
17 *Ratio eorum, quæ scripta sunt in libro rationum, qualiter probetur per testes.*
18 *Testis quando videatur repetisse locum, & tempus alias dictum in dicto suo.*
19 *Iudex ex causa non adhibet fidem testi clarè deponenti.*
20 *Fama, qualiter probetur.*
21 *Copia articulorum an detur parti petenti.*
22 *Copia interrogatoriorum quæ fiunt testibus, non datur parti.*
23 *Iudex si omisit examinare testes super substantialibus, publicato processu possunt iterum examinari.*
24 *Testis, qui semel declarauit dictum suum obscurum, non potest illud iteratò declarare.*

2 1 IVxta prædictam [a]materiam q̃ro, † per quẽ sensum corporeum testis debeat reddere causam sui dicti? dic per illum sensum corporeũ, qui dicto congruit. Nam si volo deponere de facto alicuius, reddam causam, quia vidi, vt l. testium. C. de testibus. Sed quid, si testis in redditione rationis, vel causæ dixit videtur mihi quòd x. annis possederit Titius, an valeat eius dictum? Dic, quòd sic, vt not. Barto. in l. diui. §. in eadem
2 causa. ff. de lib. cau. † Item quid si testis non reddit rationẽ sui dicti, sed solùm deponit super his, quæ percepit intellectu magis, quàm sensu, & rationem non reddit, quia non fuit interrogatus? Dicit Bart. quod dictum suum non valet, vt no. in l. sciendum. ff. de verb. obli. & per eum in consi. 193. quod inc. Commune Lucignani. & in alio cons. vbi ipse ponit de testibus, qui dixerunt, quòd viderunt talem
3 ad sui defensionẽ fecisse, † Si velim reddere causam de verbo alicuius, dico, quòd audiui. l. sæpẽ audiui Cæsarem. ff. de offi. præsi. & de testa. mil. l. diuus Traianus. in fi. Si de sapore reddam causam, quia gustaui. l. si in emptione. §. alia est causa. ff. de contrahen. empt. & sic de similibus sensibus
4 corporis, tactu, & odoratu. † Vnum tamen addas ad verbum, visus, quòd illud est generale ad omnem sensum corporis. Nam dicitur in Exodo, Vidi voces, &c. i. audiui, & per intellectum vidi, & habetur 3. q. 9. c. testes, & de conse. dist. 4. c. venisti ad fontem. iuncta gl. in verb. quid videris. & ĵ. de rei vxo. ac l. vni. §. videamus. Per hoc posset defendi dictum testis, volentis probare, quia Titius dixerat iniuriam Martino, interrogatus de causa scientiæ, respondet, quia vidit, & iuuetur, quòd intelligitur, quòd viderit, scilicet per intellectum corporeum alio sensu corporeo, scilicet auditu. Simile dicit Bar. in l. fin. versi. no. tex. qui dicit. C. de peri. no. lib. xj. quod si testis interrogatus de causa scientiæ quomodo scit, dicit: quia tetigi cum manibus licèt non esset res tangibilis, quòd refertur ad sensum cõgruum illius rei. Alia vide quæ scripsi in l. testium. C. de testi. sed qualiter probetur librum esse, vel non esse correctum, per testes, & argentum esse purum, vel mistum: vide Bar. in l. si quando. ff. de au. & argen. leg. vbi dicit, quòd sufficit, si dicat, se vidisse illud argentum sine mistione. Idem si dicit librum corruptum, quia vidit. Item ad hoc, vt testis rectè deponat, oportet ꝙ id, super quo deponit sit aliquid formatum, ꝙ sensu percipi possit, vt not. per Bart. in
5 consi. 102. quod incipi. Charissime domine, &c. † Sed iuxta hoc quæro an sufficiat, si respondeat reddendo causam sui dicti, quia fui præsens; iuuatur enim iuris præsumptione quod viderit per sensum corporeum, vt dicitur. s̃. e. in prima conclusione, vbi tangit quod ex vicinitate probantur, vita, & mores Titij. do. Bar. dicit quod sic, vt ff. de autho. tut. l. 1. §. fi. lo. And. tenet contratium in c. præsentium. extra de testi. lib. 6. & hoc dicit Bart. quando testificatur de se testem fuisse præsentem, quod præsumatur intellexisse: secus si cum testibus testificaretur fuisse præsentem, qa tunc non sequitur, ergo fuerunt intelligentes. Adde no. per Bar. in l. furioso, versic. ad hoc respon. ff. de re iud. An, & quando is qui præsens est actui, ptæsumatur ibi fuisse ad hoc. Item dicit ibi Bar. quod quando lex, vel homo præcipit aliquid fieri aliquo præsente, debet intelligi eo intelli-
6 gente, vt dicit in d. l. 1. in fi. ff. de auth. tu. † Sed quæro, pro quo debet interpretari dictum testis ambiguum: declara
7 plenius per Bar. in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. obl. & per Inn. in c. causam quæ. extrà, de rescriptis. † Item not. ꝙ circa depositionem valoris rei sufficit ꝙ testis deponat de credulitate, seu opinione quod intellige vt no. Bar. in l.
8 fi. C. de prædi. & alijs rebus naui. lib. 11. † Sed qualiter testis debet deponere cautè super recognitione rei, & maximè interrogatus, vtrum sit ille, qui sic fecit, & testis dicat se recognoscere dicta. interrogatus, debet dicere quia vidit, & inspexit factum eius cum tali signo, & cum tali cicatrice, & similibus, vt no. Bar. in l. stigmata. C. de fab. li. xj. super sanitate corporis. & quacunque aliqua re suspecta, vel vitiosa, rectè testis reddit causam de visu. vt no. Bar. in l. vnica. ver. no. quòd sicut. C. de mendican. vali. libr. xj. Et idem dicit ibi de ætate, vel de senectute, de quo etiam not. plene in sua repe. l. de ætate. ff. de mino. & in l. j. C. de cano. fru-
9 men. lib. xj. † Sed nunquid verba enunciatiua in dictis, & attestationibus testium, probent? Dicit Bart. quod non in quodam suo consilio, quod est quintum in ordine, & ibi, qualiter debet deponi super adulterio. Sed quid, si ipsi testes dicant, quod viderunt dictum Martinum accusatum percutere, an probant ipsum esse ciuem, cum in accusatione continetur, quod ille Martinus erat ciuis? Dic, qd non, quia eorum dictum coarctatur per rationem, scilicet per visum loco. & tempore in accusatione contentis, quę ratio non potest trahi nisi ad delictum, seu percussionem, nec potuerunt videre esse ciuem, posito quòd viderent eum ibi habitare. l. ciues. C. de incolis. & ita consuluit do. Ray. de monte Vrbano, & cum eo videtur tenere la. de
10 Are. in l. si præses. ff. de pæn. † Quæro, qualiter testis debet deponere super aliqua qualitate animi. Dicit, quòd debet testificari per actus exteriores, quos vidit, vt no. Bart. in l. his qui in ea causa. §. diuus Pius. versi. ex quo nota. ff. de tu. & cur. da. ab his. Et circa hoc adde no. in l. possessio quoque. §. qui in aliena. ff. de acq. pos. An animus sit iuris vel facti, varietas significantis, vel significati in dictionibus grammaticalibus, quæ in vulgari non reperiuntur diuersitatem habere, non cadit in dictis testium, sed in legibus, & statutis sic, vt no. Bart. in l. si quid earum. ff. de
11 leg. 3. & adde no. in l. si quis filiab. ff. de test. tut. † Item not. cautè qualiter testis debet deponere in his, quę cursu temporis mutantur. Nam si dicat, quòd vidit iam sunt plures anni tales viuere, non sequeretur, ergo viuunt hodie, vt no. Bart. in l. cum lite mortua. versi. sed contra prædicta. ff. iud. solu. ad probãdum negligentiam, & aliam negatiuam, vide in consi. d. Bar. cij. inci. charissime domine. vbi diffinit negligentiam. qualiter testis debet deponere. Item simi-
12 liter qualiter quis debet probare diligentiam suam. † Sed qualiter debet probari damnum esse datum culpa, vel negligentia. & qualiter sit cautè articulandum, vide Bart. in consi. quod inci. commune Lucignani. & ibi etiam dicit, quòd quando articulus est incertus, & dictum testis est etiam incertum, quod non valet testificatio illa. Apparet ergo necesse esse, quòd dictum testis sit certum, vt ibi vi-
13 detur dicere, quod est notandum. Item not. † quòd nemo potest articulare subdisiunctiue, nisi articuletur super facto alieno, in quo est probabilis ignorantia, vt no. Inn. in
14 c. ex parte, extra. de rescr. † Item quomodo, & qualiter ꝓbari debet ætas maior, & ætas minor. Dic super hoc, vt no. Bar. in l. de ætate. ff. de minor. & vide ibi super quibus cautè testis interrogatus respondere non debet, & qualiter in talibus respõdere debet. Et ibi vide, an sufficiat testem comprehendere dictum suum per sensum corporeũ, an etiam per sensum intellectus. Sed quid si testis non re-
15 cordetur de tempore? Aduerte quòd dictum † testis est insufficiens, & non concludens, & ideo fiat vnus articulus, quomodo ille contractus fuit celebratus inter partes, & si partes confitebuntur, tunc dictum testis non probantis tempus, adiuuabitur ex tali confessione, & fieret valida probatio, vt not. & maximè per Bar. in l. 1. §. si quis neget.
16 ff. quemad. test. ape. † Sed quid si sunt variata nomina personarum ex aduentu, & volo probare illum esse, illum ẽt eundem hominem, vel alium esse, illum & eundem fundum, maximè quando mutata sunt nomina confinantiũ, vide Bar. in l. demonstratio. ver. vlt. quæro, pone in q. fi. ff.
17 de cond. & dem. † Sed quæro qualiter redderetur ratio eorum, quæ scripta sunt in li. rationum: puta se aliquẽ tm̃ expendisse in tali domo, vide Bar. in l. qui sub ꝺditione. ff. de cond. & dem. vbi dicit, ꝙ dẽt sic articulari, Dico me tãtum expẽdisse in tali domo, & ꝙ tantum expẽdisset qlibet bonus vir, & ad probationem prætiorum, vide no. in l. prætia
18 rerum. ff. ad l. Falci. † Sed quæro an si testis, non recepiloget seu repetat locum & tempus aliàs dictum in dicto suo, videatur repetijsse, prout erat capitulatum? dic, vt no. per
19 Bar. in l. Labeo. de supel. le. † Sed an possit iudex ex causa non

ADDITIO.

a Th. D. ¶ Iuxta prædictam. Istæ sunt additio. ad tract. Bart. supra dictum de test.

BIU Cujas

non adhibere fidem testi clarè probanti, vide not. per Bar.
20 in l. Lucius. ff. de his qui notan. infamia. † Sed qualiter ꝓbatur fama. Dic ꝙ testis dicere debet, Et de prædictis est publica vox, & fama: interrogatus quomodo scit? respondit, quia audiuit publicè dici, & non dicat quòd publicè dicitur, quia non redderet bonam causam, quia non de auditu suo, & sic de nullo sensu, vt no. Iacob. de Are. in l. testiū. C. de testibus Dy. consuluit de facto, quòd fama sit probata, dicendo, quod publicè dicitur sic. per leg. 3. quæ incip. si quis patrem fa. in prin. ff. ad Macedonia. ibi sed quia publicè, & C. ad Macedonia. l. 1. & 2. de quo per Bar. latissimè in
21 l. de minore. §. tormenta. ff. de quæsti. † Sed quæro, an debeat dari copia articulorum alteri parti petenti? Vide Inno. in c. per tuas. in prin. extra. de testibus. vbi dicit, quod non: adde no. in l. si duo patroni. §. item Iulianus. ff. de iu-
22 reiu. Sed quæro † quid de interrogatorijs fiendis testibus, an debeat dari copia alteri parti? Inn. dicit, quòd non, in d. c. per tuas, extra. de testi. dicit tamen, si iudex det, non pec-
23 cat, † Sed quid, si iudex omisit examinare testes super substantialibus? Idem Inn. in d. c. per tuas. dicit quod etiam publicato processu, potest pars petere quòd examinentur.
24 † Sed pone, quod testis reddit causam congruam in primo dicto suo, si postea in subdendo reddat incongruam, an probet? Verbi gratia dicit testis, dico quòd vidi Titiū possidere. Posteà interrogatus quanto tempore? respondit quòd x. ann. vt sibi videtur. Dic quòd probat. l. quid tamen. §. 1. ff. de arb. & ibi per Bart. secus si dixisset in primo dicto, mihi videtur quod Titius possederit iam sunt. x. an-
25 ni, & vltrà, quia istud non valet, vt ibi. † Sed quæro, testis, qui deposuit dictum suum obscurum, declarauit semel dictum suum, an iterum interrogandus sit? Dic quòd non l. 2. §. quod obseruari. C. de iur. cal. & per Bar. in l. j. ff. si cer. pe. Sed an si testis examinatus super maleficio, seu super inquisitione, nō deponat de loco, & tempore, valeat eius dictum, si non interrogatur de loco, & tempore, in inquisitione contentis? Die, quòd non, quod not. Bartol. in l. 1. versi. not. ergo quòd quando. ff. de aleato.

¶De reprobatione testium.

CIrca materiam testium.

a [a] dic quòd quidam reijciuntur ipso iure. Quidā officio iudicis. Ipso iure, vt pupillus, & seruus, illa ratione quia testificari nō possunt: vt C. de testa. l. hac consultissima. in prin. ff de testib. l. testium. §. lege. Officio iudicis, dic quòd ex quibusdam causis repellatur quis à testimonio, quæ. j. sequuntur. In primis si de eo multa mala dicantur, vt in auth. de testib. §. sancimus. Secundò, quia non est bonæ opinionis, & famæ. Tertiò, quia pauper, vt d. §. sancimus. & §. si verò absunt. in authen. de hær. & Falci. Quartò, cum in alijs sit malus, ergo in hoc: quia cum in vno deliquit, omnium factus est reus. ad Sylla. l. si quis in graui. §. si quis quem. & c. fratres. de pœnit. dist. 5. Quintò, cum reus fuerit: ergo adhuc præsumitur: vt C. ad l. Iul. Maie. l. quisquis. de proba. l. siue. Sextò, quia non seruat legem quæ tribuit ius petentibus: ergo non debet habere legis auxilium, &c. quia afferre minus: vt ff. de minoribus l. auxilium. & de agric. & cens. l. quoties. libro xj. C. Septimò, quia huius rei ignarus est: ergo verberibus est subdēdus, vt in auth. de testi. §. si verò ignoti. Octauò, quia infamis, vt ff. de accus. l. qui accusare. & de testi. l. testium fides. Nonò, quia amicissimus est, vt ff. de testibus l. testium. in princi. Decimò, quia non habet in bonis centum aureos. ff. de accus. l. nonnullis. Vndecimò, quia suspicionē habet maximam, cum sit violentus ff. de accus. l. alij propter suspicionem. Duodecimò, si data, vel promissa sit ei pecunia, vt C. de testibus. l. si quis. Decimotertiò, quia malum testimonium in eum tulit, vt ff. de testibus. l. producti. Decimoquartò, quia minor est 14. annis. ff. de testib. l. testium. §. lege. in fi. & hoc in causa ciuili, glo. in verb. sed nec pupillis. l. inuiti. ff. eo. titu. In crimiualibus autem minor 20. annis. l. in testimonium. in fin. ff. eod. Decimoquintò, quia ea quæ dixit non conueniunt naturæ, vt ff. de testi. l. ob carmen. Decimosextò, quia duo contraria simul dixit, vt C. de fid. instrum. l. scripturæ. ff. de reg. iur. l. vbi repugnantia. Sed in hoc casu, vbi contraria dicunt, non sunt admittendi, sed iudex debet verisimilia videre, vt d. l. ob carmen. in fin. Decimoseptimò, quia non reddit causam testimonij sui, siue dicti, vt ff. de liber. cau. l. si pariter. §. 2. C. de fide instru. l. si res. ff. de transac. l. cum hi. §. in causa, extra. de testi. c. cum causam. Decimooctauò, si prolixè restimonium ferat, vt præsumatur quod non recordetur benè. vt ff. de Carb. edi. l. 3. §. finge. Nam & alibi de tempore dicit lex, quod non potest omnium teneri memoria. vt ff. de prob. l. si arbiter. C. qui test. face. possunt. l. hac consultissima. Decimononò, si teste s vacillant. ff. de probatio. l. in testibus. Vigesimò, si est inimicus. ff. de testibus. l. testium. in princ. Vigesimoprimò, si testis vnum & eundem præmeditatum sermonem attulerit. ff. de testibus. l. 3. Vigesimosecundò, quia damnatus est publico iudicio, & non fuit restitutus, qui in vinculis, qui custodia publica detinetur, qui cum bestijs pugnat, vel se locauerit ad pugnandum, qui palam quæstum faciunt, & quidam propter reuerentiam. ff. de testi. l. testium. §. lege Iulia. Vigesimotertiò, quædam sunt personæ, quæ non coguntur ferre testimonium inter se, videlicet, gener, socer, vitricus, priuignus, sobrinus, sobrina, ex sobrino natus, & omnes, qui in proximo gradu sunt, patronus, & patrona, vxor patroni, patronæ maritus, liberi & eorum filij, sponsus etiam generi appellatione continetur. ff. de testi. l. lege Iulia. cum l. seq. quidam similiter sunt, qui inuiti non vocantur ad testimonium dicendum, vt valetudinarij, vel milites, vel ꝙ cum magistratibus causa Reip. absunt, & illi, quibus venire non licet: qui omnes notantur in l. inuiti. ff. e. Et quidam sunt alij, vt publicani. Item hi, qui non detrectandi testimonij causa abierint. Item hi, qui exercitui præbendā conduxerunt, & pupilli. ff. de testi. l. inuiti. Vigesimoquartò quibus imperari potest, & qui sunt no. ff. de testi. l. idonei. Vigesimoquintò, qui est seruus, in casu tamen ei creditur. ff. de testi. l. seruus. Vigesimosextò, qui sunt domestici, vt C. de testi. l. etiam. Vigesimoseptimò, pater, & filius nec volētes nec inuiti inter se possunt ferre testimonium, vt C. de testibus. l. si parentes & liberi. ff. e. l. testium. & extra. e. ti. super eo. 2. iuncta gl. 1. præterquam in duobus casibus, qui ibi dicunt, videlicet in causa grauitatis causæ, & matrimonij. Et super ista materia distingue, quod aut parentes testificant super ætate filij, in causa inter eos communi, & possunt. Vigesimooctauò, qui in re propria testificatur, vt C. de testi. l. omnes. ff. e. l. nullus. Vigesimononò, qui est adulterij crimine damnatus, vt ff. de test. l. scio ꝙdem, Tricesimò, qui est crimine repetundarum damnatus: etiam hermaphroditus in quo sexus fæmineus magis incalescat, vt ff. de testi. l. repetundarum. Tricesimoprimò, qui falsa, vel varia, vel qui eorum dicta partibus referunt, non solum istis non creditur, sed puniuntur, vt ff. de testi. l. qui falso. Tricesimosecundò, qui ob crimen famosum damnatus est, nec testis esse potest, nec testimonium dicere, vt ff. de testibus. l. ob carmen. Tricesimotertiò, qui vindicaturus est super alia re, vel qui vouit. Item patroni causarum, & executores, vt ff. de testi. l. ob carm. §. illud. & l. fi. Tricesimoquartò, dicto vnius. C. de testi. l. iurisiurandi. in fi. Tricesimoquintò, qui ab exercitu ignominiæ causa remittitur, vt ff. de infa. l. quòd ait. Tricesimosextò, qui artis ludicræ causa in scænam prodierit. vt ff. de infa. l. athletas. Tricesimoseptimò qui lænociniū fecerit. vt ff. de inf. l. athletas. §. j. Tricesimooctauò qui præuaricationis causa damnatus est, vt ff. eo. l. j. Tricesimonò, qui vsuras vsurarū exegit, & interim fœnus exercuit. C. e. l. qui improbum. C. de infa. l. improbum Quadragesimò qui furti, vi bon. rap. iniuriarum, & de dolo malo damnatus est, vel pactus, vt ff. de infa. l. 1. C. de infa. l. 2. & l. non damnatos. Quadragesimoprimò, qui eam vxorem duxit, quæ virum intra tēpus lugere noluit. C. de infa. l. decreto. quamuis hodie casus iste non procedat de iure can. Quadragesimosecundò, qui bina sponsalia eodem tempore, vel binas nuptias suo nomine exercuit, vt ff. e. l. j. in fi. Quadragesimotertiò, qui passus est cum filium quem habebat in potestatē, eam ducere, quæ nubit intra tempus luctus; vt ff. de infa. l. j. Quadragesimoquartò qui conuictus fuerit hæreditatem expilasse. C. ex quibus caus. infa. irrog. l. si te expilasse. Quadragesimoquintò, qui in testamento patris increpatus est. C. illo tit. l. ea quæ. Quadragesimosextò, qui per prætorem fuerit fustibus cæsus. C. e. l. fustib. Quadragesimoseptimò ꝙ improb. & detestabilis appellatur. C. e. l. verbum pcibus. Quadragesimooctauò, ꝙ separat̃ à sacrosancta ecclesia.

ADDITIO.

a Tho. D. ¶ Circa materiam testium. Adde quod hic tractatus non est Bar. sed do. Ia. de But. & inci. in Christi nomine amen. inci. tractatus quidam super materia testium. compositus per d. Iac. de But. & circa materiam testium dic, quòd quidam reijciuntur, &c.

BIU Cujas

sia.C.de hær.& Mani.l.quoniam. Quadragesimonono q̃ pupillam vel adultam filio copulauerit.C.de interd.ma.l.j. Quinquagesimoprimo, qui hæreticorum vocabulo continetur,vt in auth.Gazaros.C.de hæreti.Quinquagesimosecnndo,qui depositi,tutelæ,pro socio,mandati, nomine suo damnati fuerint.ff.de infa.l.1.Quinquagesimotertio q̃ incestas nuptias contraxerit,vt ff.e.l.quid ergo. §. cum autem. Quinquagesimoquarto, qui deserto sacramento venit ad secunda vota,vt in auth.eisdẽ.C.de sec.nup. Quinquagesimoquinto mulier quæ nupsit in virum,& quando vir nupsit in mulierem.ff.ad leg.Iul.de adult.l.cũ vir. Quinquagesimosexto,qui falsam monetam cudunt,& qui adulterinam monetam scienter expendunt, qui falsum testimonium dicunt,vt ff.de testib.l.produci testis. Quinquagesimoseptimo, qui prohibetur sua bona administrare, mutus,surdus,furiosus,mente captus, prodigus,reprobãtur,qui periurus est quocunque modo repellitur, etiam si non sit infamis: quia semper præsumitur deierare, vt ff.de accu.l.si cui.§.eisdem.& ff.de senato.l.Cassius. & generaliter omnes qui reprehẽsibiles,& notatæ opinionis, & obscuræ famæ censentur,non sunt in numero testium.Quinquagesimooctauo,si testes iurauerunt absente parte,contra quam producuntur,ext.de testi.ca. in nomine domini. C.e.l.si quando. Quinquagesimonono, si testes solemniter non iurauerint.35.q.6. de parentela illa.j.ext.de test. ca. nuper nobis.C.de test.l.iurisiurandi. Sexagesimo, si pars testificata didicerit ante apertionem. ext.de testibus c. cõstitutus.in auth.de testi.§. quia verò multi. Sexagesimoprimo,si obscurè deposuit,& non declarauit,ext.de testi. c.cũ clamor.& de testi.e.li.c.præterea.ff.de ver.obl.l.in conuentionalibus. Sexagesimosecundo,si nõ fuit lis contest.non valuit testificatio,nec testes sunt recipiendi, nisi in casib. vt lit.non cont. c.quoniam frequenter. & ad hoc alias in auth.de test.§.& hoc verò, quia. Sexagesimotertio, si fuerint data capitula, & testes non deposuerunt super illis, malitia,vel negligentia iudicis.extra de testi.c.per tuas.C. eo.l.j.iuncta gl.in verb.soli.Sexagesimoquarto, si est consanguineus aduersarij. 3. q.5. consanguinei.& c.accusatis. Sexagesimoquinto, qui dixit testimoniũ contra te in causa criminali.6.q.1.c.quicunque 20.q.5.c.si quis conuictus, & c.paruuli. Sexagesimosexto,qui confitetur de suo crimine,tangens principale,non valet, sed debet de suo crimine puniri. extra,de confess.c.cum super.Sexagesimoseptimo,si est particeps eius causæ.ff.de testi. l.nullus idoneus. Sexagesimooctauo, non creditur matri asserẽti se prægnãtem,ad hoc vt mittatur in possessionem bonorum defuncti,per edictum de ventre in possess.mit.ff.de ven.in possess. mitten.l.j.& §.j.& de acq.hæred.l.quidam.

¶Quibus potius credatur.

DIctum est suprà, quib. modis testes reijciuntur, nunc dicendum est quibus potius credatur. Et dicendum est,q̃ illis potius fides adhibetur,qui sunt in dignitate positi: & quanto magis in maioribus,tãto magis creditur, & Imperatori magis quã præsidi, & sic de cæteris.C.de testibus.l.testium.§.quæ argumenta, quia fides testis ex eius dignitate approbatur in auth.de testi.§. sancimus.Item magis nobili,quam plebeio, magis honesto,quam inhonesto,magis diuiti,quam pauperi, vt ff. de testi.l.testium.in prin.Item magis creditur illis,qui dicunt q̃ naturæ negotij cõuenit,quàm alijs.ff.de test.l.ob carmẽ.

¶De numero testium.

DIctum est suprà, quibus potius credatur. nunc de testium numero. Et videndũ est q̃ vbicunq; certus numerus testium non adijcit, tunc duo sufficiant, quia pluralis locutio duorum numero contenta esse debet.ff.de testi,l.vbi numerus. In quibusdam casibus tres, aliàs quinque testes requiruntur, vt in mutanda voluntate quæ per decennium stetit.C.de testamen. l.sancimus.Item in εἰδιογράφοις faciẽda,vel priuata scriptura C.qui po.in pig.hab.l.scripturas. Item in inuentario faciendo,in auth.de hær.& Fal.§.hinc nobis.Item in comparatione literarum facienda.C.de fid.instr.l.comparationes. Item in cautè deponendo.i.in priuata scriptura depositarij, quando confitetur apud se depositum,in auth. de instr. caut. & fid.§.si quis igitur.& §.sed & si quis. Item in instrumento, in quo mulier confitetur se per fideiussionem aliquid accepisse.C.ad Velle. l.antiquæ. Item in quibusdam casibus quatuor requruntur ab eis,vt in prædictis exemplis apparet. In quibusdã quinque,vt in codicillis faciendis.C.de codi. l.fi.in fi. Item in contractu excedente libram auri,celebrato in ciuitate.C.si cer.pet.auth.sed nouo iure. Itẽ in libertate,per epistolam,vel inter amicos data,vel instrumento manumissionis reddendo.C.de lati.lib.tol.l.vni.§. sed & si quis inter. Item in confessione creditoris dicentis sibi solutum esse.C.de testibus.l.testium. Item in testamentis in villis celebratis C.de testa.l fi.versi.sinautem in illo. Item in testamentis tantum inter liberos cõditis, vbi qualitercunque confectum valeat.C.de testa. l. hac consultissima. §.ex imperfecto.& C.fam.erc.l.fi. Quandoque septem, vt ff.de diuort.l.nullus diuortium. Item in accusatione Subdiaconi,Acolyti,Exorcistæ,Lectoris,Ostiarij Rom.Eccle. vt in decre.2.q.5.can.præsul. Item in testamẽtis in scriptis, vel sine scriptis.Insti.de testa.§.fi.C.qui testa.fa. poss. l. hac consultissima. Quandoque octo,vt in testamento cæci,in quo non fuit notarius.C.qui test.fa.poss. l.hac consultissima.§.sed quia tabulariorum. Quandoque vndecim, vt in accusatione eius,qui militarem annonam defraudauit. C. de eroga.mili.anno.l.iubemus per hanc, lib.12. Quandoque 15.vt in subrogatione præpositi sacrorum scriniorũ, C.de proxi.sacr. scri.l.vnicuique. Q̃nque 27. ut in accusatione Diaconi Card. Quandoq; requirũtur 64. vt in accusatione presbyteri Card. Quandoque requiruntur 72.vt in accusatione Episcopi Card.Sed testes & accusatores sine aliqua sint infamia,vt in decre.2.q.5.can.præsul.

¶ In quiqus casibus debent rogari.

DIctum est suprà vbi certus numerus requritur, nunc in quibus casibus rogari debent.Dic breuiter in omnibus casibus,in quibus certus numerus requiritur,ibi rogari,excepto in codicillis,in quibus non est necesse,vt rogatio fiat.C.de codi.l. fi.§. vlt. in alijs debent rogari.C.de testi.l.testium,& in auth.rogati.vt in testis.

¶De interrogationibus testium.

VIdimus suprà de numero testium, & in quibus possint rogari: nunc videamus qualiter debeant interrogari. Dic q̃ interrogandi sunt de præsentia,& vtrum interfuerunt ipsi testes maleficio perpetrato, vel alij contractui,necne. Item de visu,auditu,loco, & tẽpore,de nocte,vel die,tempore nebuloso,vel claro,de mẽse,die,& anno. Item qui, & quot interfuerunt contractui. Itẽ si ꝯhentes,erãt stantes,& sedentes cũ ꝯxerũt,Item,si ꝓposuerũt, &si cognouerunt signa,si prẽstitit patrocinium huic causę,si est amicus vel inimicus,cognatus,vel affinis, si fuit mediator,vel cognouit eum,contra quem producitur. Itẽ si fuit rogatus,vel transiens hoc vidit. Item,si impubes vel seruus,decurio,vel plebeius,libertus, aut ingenuus. Si ad dicendum testimonium pecuniam acceperit, Si damnum,vel emolumentum ad eum spectat. Item,si simul viderunt,& interfuerunt contractui. Item si fuerunt instructi,vel rogati,vt taliter dicerent. Item, de credulitate,& scientia,& similibus circunstantijs, extra de testib. c. cum causam.2.q.1.in prin.c.in primis,extra de testib. c. licet.3.q.9.in c.nihilominus.& c.pura & simplex.

¶ Quædam forma circa testes, de officio iudicis circa quasdam quæstiones ad ipsos pertinentes.

ET in primis testes præsente altera parte duci debent vt iurent,vt extra de testib.c.in nomine Domini.Itẽ sufficit si iurent altera parte citata,licet sit absẽs per contumaciam,extra.e.c.j.& C.de testib. l.si quando.§. sed cum minime.† Et debent iurare præsentibus partibus, q̃ dicent veritatem pro vtraque parte,nec prece,vel dolo, & odio,vel amore negabunt veritatem, vel admiscebunt falsitatem.C.de testi.l.iurisiurandi.35.q.6.de parentela. Itẽ testes sunt alendi expensis producentis 4. quæstio. 1. cap. victus. C.de testi. l.quoniam liberti. Item si testificata didicisti nõ poteris de cætero testes producere sup eisdẽ articulis,extra.de fi.instr.c.cum Ioannes. ex̃,de testi.c.cãm q̃

vertitur.

BIU Cujas

vertitur.& c.fraternitatis.in aurh.de testi.§. quia verò multi.Item, si testes produxisti, non habebis quartā ꝓductionē,nisi cum solēnitate legali,q̄ habes extra de testib. c.fin. & c.licet.in aurh.de test. §. quia verò multi.& debet iurare ꝙ nullo modo didicit testificata,& ꝙ malitiosè non facit,
2 & ꝙ eos primò habere non potuit,vt ibidem dicitur. † Itē ꝙ vna debet esse dilatio de iure communi ītra quam debēt dari tres productiones,extra.de test.c.in causis,& c.significasti.& C.de dila.l.j.tamen de consuetudine generali dantur dilationes tres,& quarta cū solemnitate,quæ est optima legum interpres,extra,de verb.sig.habere.extra,de cōsue.c.cum dilectus.ff.de legi.l.si de interptetatione. Item, quæro quid si testis obscurè dixit,vtrum possit illud declarare?Dic,ꝙ sic.ff.de præto.stipu.l.in prætorijs. ff. de iud.l.si quis intentione.C.de legi.l.imperialis.extrà,de testi. c. cū clamor. Item, testis synodalis si errat potest se corrigere incontinenti,extra.de testib.cog. c. præterea.Item quæritur nunquid iudex post publicationem, si cognouerit testes malè deposuisse,possit iterum examinare, & punire, si opus fuerit.3.q.9.c.nihilominus.ff.de quæs.repeti.extra,de test.c.cum clamor.& c.præsentata.C.de test. l.fi. & sic primò ad aliud duces ipsos testes,extra.de testib.c.causam &
3 c.veniens.& ca. præsenta. † Item quæritur vtrum iudex ex officio suo possit,& debeat compellere testes venire& deponere. Dic ꝙ sic.C.de testi.l.si qñ, nec vltra 15.dies ipsos detinere dēt in iudicio.vt d.l.si qñ.ff.de ta.exhib.l.3.§.exhibere.extra de vsuris.c.tuas.& c.dudum.tamen ſm Canoni stas hoc non procedit in criminalib.extra, de testi.cog.ca. dilectorum.4.q.3.c.si testes.§.qui intendit.nec etiam si agit ciuiliter, poterit literas habere ꝙ testes compellantur in criminalib.extra,de testi.cog.c.peruenit. Item no. ꝙ effrenatam multitudinem testium non debet pati iudex produci.ff.de testi.l.j.§. quamquam. extra.de testi. c. significauit.& nu.40.extra.de test.c.cum causam. Item quæro,vtrū
4 lit.non conte.possint produci testes?†Dic,ꝙ non,extra.vt lit.non contest.c.quoniam frequenter. & c. ad hæc Deus. in auth.de test.§.& hoc verò quia & §. si verò.nisi in casib. in quibus possunt produci etiam lite non contest. vt puta,si timetur de morte testium,vel absentia diuturna,& senes,& valetudinarij, & intra annum annunciabitur parti, contra quam sunt producti, alioquin non valet. Pro hoc faciunt omnia iura proximà.ſ.alle. ſ. c. quoniam frequentes.& c.ad hæc Deus. & d.§.& hoc verò quia. & §. si vero.
5 ¶ † Item quæro, vtrum testes debent reddere causas dicti sui? Dic ꝙ sic,si sint interrogati.C.de testib. l. j. & l.solam. & 7.q.3.cap.Ioan. Si autem non fuerint interrogati, valet eius testimonium. extra, de sent.& re iudic.c.sicut nobis.
6 ¶ † Item quæro,quando mulier testis esse possit? Dic ſm leges in omni causa testis esse potest, exceptis testamētis, Inst.de test.§.testes.15.q.3.c.decernunt. Sed ſm canones in causis criminalib.non potest esse testis, extra de ver.sign. c.forus.33.q.5.c.mulierem.iuncta glo.in verb.nec testis.In ciuilibus sic, maximè in matrimonio,extra.de testi. c.cum literis.& c.quoniam aliqua. Item scire debes ꝙ postquam renunciasti productioni testium, debes protestari vt tibi saluæ sint exceptiones opponendæ tam ꝯ dicta testium, quam ꝯ ipsos testes dicendo,ꝙ intendas aliquas exceptiones opponere,& si talem protestationem non feceris, nō poteris post aperturam dictorum testium,aliquid ꝯ ipsos, nec ipsorum dicta opponere, nisi de nouo venisset exceptio in notitiam. Et si diceret actor. Imo mei sunt primo recipiendi,quia habeo onus probationis, & priuilegium, qui prior appellat, prior agat.ff.de iud.l.qui prior. & de ꝓbationib.l.ei,qui.extrà,de ord.cog.c.cum dilectus. Respōdeat aduocatus,Imo mei sunt primo recipiēdi C. de inof. testa.l.liberi. in fi. ff.de proba.l.circa eum.de ferijs. l.feriæ. de reg.iuris. non dēt. Sed totū hoc habet iudex terminare ex suo officio,vt videat si actor dicat, vt nō ꝓducat,vel vt impediat,vel si verè vult ꝓducere: Ad hoc ff.de rei vend.l. in fundo.in fi. & videat si periculum est in mora, vbi non potest seruari regula de rigore iuris.ff.de offi.procon.l.aliq̄ñ. & simil.¶ † Item quæritur, vtrum teneatur producens
7 dicere super quo capit.vult testes producere, & hæc in scriptis facere redigi. Videtur ꝙ sic,quia si vult probare inutile,non est audiendus. C. de proba.l.ad probationem.2. Itē debet hoc dicere, & prædicere vt sciatur vtrum velit quid tale probare,qđ sit admittendum: quia non omnia debent probari.ff.de pet.hære.l.si quis libertate. vltra medium. C. qui legitimimam personam.l.momentaneæ. Potest respō dere aduersarius,tibi non dico,quia tibi non probo, sed iudici probo,& fidem facio,& ei dicam,si debeo dicere.ff.de proba.l.quinquaginta.C.de cond.ob turpem cau. l. j. Hic qui petit,sic respondet,si debes dicere iudex dicet mihi,qa in iudicio nihil occultum, nihil coopertum esse debet. Prætereà iudex nesciret vtrum esset vtile,vel ītutile,&
8 merità negotiorum,&c.C.si per vim,vel alio modo.l.fi.† Vel vltimò dic quod debet hoc dicere coram iudice audiente parte aduersa,vt possit contradicere,si habet causam contradicendi.Item videtur, quod id super quo testes producuntur, debeat in scriptis redigi: quia producens poterat secunda,& tertia die dicere hoc non dixisse, & sic dabitur materia negandi verum,& probandi falsum, vt ff.de eden. l.j. §. editiones. & ibi plenè not. & si respondeat aduersarius,sufficit quod ego verbotenus dico, & sic non teneor facere scribi,vt ff.de eden.l. 1.§.edere. Iudex ex officio suo faciet scribi per personam publicam, ne veritas possit deperire.ff.de test.l.curent.C.de fide instru.l.plures.& hæc locum habent in omnibus quæ dicuntur à partibus in iudicio,extra.de probat.c.quoniam contra falsam.ff.de proba. l.quoties.interrogationes dētur ergo in scriptis,& in actis probandi,& iudex causam videat diligenter,& quod est il legitimum dimittat, deinde det dilationem ad producen-
9 dum,seruata doctr.C.de dilatio.l.j.Item quæro,† vtrum qs cogatur,dicere numerum,& nomina testium? Dic qđ nomina testium quis non tenetur dicere absolutè, nisi esset consuetudo loci, vel nisi appareret quod fraudulēter quis subticeret,& super eis instrueretur aduocatus vtriusq; partis.ff.de excep.l.non ex omnib. C.de postu.l. pen. finita dilatione venient testes, & ille contraquem producūtur cognoscet eos: quia testes debet eos cognoscere, ꝓtra quos producuntur.C.de iure delib.l.fi.§.j.& ibi not.

¶Qualiter exceptiones opponantur testi. & quid in ipsis exceptionibus fieri debet.

DIc,quòd si testes producunt ꝯ te, & eis potes obijcere aliq̄ exceptionem illarum exceptionū, ꝓpter quas testes submouent,vt quia, seruus, vel inimicus,&c. obijcies dicendo, dico talem testem ꝯ me introductum testem esse non posse,propter talem causam & sic non est admittēdus,vt ff.de testib.l.j.§.adhiberi.habe
1 bit respondere pars,imo admittendi sunt.¶ † Et vtrū causa illa vera sit,disputationi seruabitur,vtrum sint admittēdi nec ne? respondeat aduocatus partis contra quam ꝓducuntur testes. Isti testes non debent recipi super conditione,quia actus ille legitimus est.C.de sent. quæ sine cer. quan.l.pen.ff.de reg.iur.l.actus. Ad hoc respon. si constat, quod non potest esse testis,non debet recipi, vt d.l. j. ff.de testibus. & quia superfluis exceptionibus. & superfluo iuramēto nō est qs grauandus. Si vero non constat,sed incōtinenti vult facere fidem,quod non potest esse testis, recipienda est probatio.ff.ad exhib.l.4.§.ibidem.ff.ad Treb.l.ille,à quo.§.si de testamēto.& ibi no.extra de testi. c.veniēs.
2 2.extra de rest.spo.c.literas.vltra medium. ¶ † Recepta ꝓbatione si iudex pronunciabit recipiendos testes esse, appellet ille,contra quem testes producuntur. ff. qui satisda. cog.l.arbitro. arg.contra,quorum appel.non re. ante sentent. Si verò pronuncietur non esse recipiendos, appellet ille qui produxit,si vult de iure canonico, de ista appellatione cognoscit,& cessabit interim causa principalis iure ecclesiastico, & si incontinenti non vult eos reprobare, recipiantur,seruato in tempore disputationis quicquid,& inquantum debet eis credi,vt C.de testi.auth. si testis ꝓductus.ff.de tut.l.mutum. §. 1. Cum verò constet testes recipiendos,dicat ille,contra quem producti sunt,uolo facere libellum, & interrogationem meam contra testes, quos vis producere: qđ usū magis est approbatum, quam lege
3 cautum.¶† Quid si testes dubitant,vel vacillant? Non valet eorum testimonium,extra.de appel. ca.solicitudinem, quia quasi contra ius est,& dubitare, & vacillare, idem si-
4 gnificat.C.de acq.poss.l.nemo. ¶ † Quid si testis dicat nescire diem vel horam, vtrum ipsius testimonium valeat? Dic quod sic.ff.de accusa.l.libellorum. nisi negotium esset tale,in quo requireretur scientia diei,vel horæ. ff. quod vi aut clam.l.aut qui aliter.§.j. dicitur, quod si denunciatum fuit nouum opus,quod debet poni in instrumento denūciationis dies,& hora diei,vt C.de ꝓtrahen.& cōmit. stip. l.penul.& etiam in casu,in quo qui prior est, potior esset, vel vbi,& de quo posteriores derogant prioribus.ff. đ legib. l.sed & posteriores. ff. loca.& cond.l. in operis,de pig. l. si
5 fundus. ¶ † Quæro vtrum debeat dari copia interroga-

BIU Cujas

toriorum parti,contra quam producitur, cū in ſecretū ſit dandum iudici, quia ſi pars ſciret, teſtem inſtrueret? Reſpon.ſi tales interrogationes continent quæſtiones ad deſtructionem teſtis,ſecretum ſit omnino, vt dictum eſt. Si verò quæſtiones ad probandum intentionem, vel exceptionem illius contra quem producitur,& tunc danda eſt copia ad hoc,vt ſeruetur æqualitas:Et iſtud interrogatorium,de quo ſ.eſt facta mentio,fiet,ſi conſuetudo eſt loci, vel fori,quod poſt aperturam interrogantur ad poſtulationem illius,contra quem producuntur,ſatis eſt qđ fiat tunc interrogatorium poſt aperturam, ſi non eſt conſuetudo
6 loci,oportet quod fiat ante.¶†Quærirur,quid ſi teſtis dicat aliquod verbum ambiguum,vel obſcurum ad poſtulationem alicuius? Dico,quod tale verbum ambiguum interpretabitur per iudicem,vel per teſtem ex ſuo officio. ff. de.re.iu. l.in ambiguis.& l.Neratius. ff.đ teſt.ff.q teſta. fac. poſ.l.hīdes.§.j.Si verò nō dixit verbum ambiguum, ſed dixit aliquid,ſuper quo ille contra quem producitur, non potuit eſſe inſtructus, dico adhuc ipſum teſtem eſſe interrogandum.¶† Quid ſi iurauit,& ad huc non eſt datus li-
7 bellus?Reſpon. dabitur poſteà,& differetur ſcribi dictum teſtis quouſq; ſit factus libellus. Sed quantum expectabit teſtis? Reſpon.forte per quindecim dies.C.de teſti.l.ſi qñ. Sed cuius, expenſis interim?Dic producentis.C. de teſti.l. quoniam.de appel.l.eos. Vel dic,ꝙ ſi quid eſt,quod ei imputetur, q debet ferre libellum,ipſe interim faciet expenſas,& deſidiæ pœnam luat.C.depo.l.fi.in fi. Quid ſi erat teſtabilis eo tempore quo iurauit, & inteſtabilis eo tpe quo ſcribit? Dic ſpectari tps iuri.C. de teſt.l.teſtiū in prin. Vel dic tps quo ſcribitur.ff.de teſta.milit.l. antepe. vel diſtingue cuius dolo, vel culpa fuerit dilatum tempus.ff.de
8 min.l.intra vtile.i.reſpon.ff.de excuſa.tut.l.ſed & reprobari.& C.ad leg. Iul de ambi.l. vnica. ¶†Itē q̄ro,vtrū dicta teſtiū debeant apperiri, abſente parte, maxime parte, q̄ quam teſtes producuntur? Dic ꝙ non, niſi abſens eſſet per contumaciam.ff. ad leg.Iul.de adulte.l. ſi poſtulauerit.§.q̄ſtioni intereſſe ad hoc,vt prędicta pars poſſit proteſtari cō tra perſonas,& dicta teſtium,ut extra de teſti.c.prędentiū. Quid ſi non reperiuntur interrogati de omnibus interrogationibus factis,& approbatis? Reſpon.interrogētur,vel iudex, vel tabellio, qui prætermiſit, reſarciet. ff. de iudi.l. non quicquid.§.iudex ſi quid. Quid ſi pars requiſiuit teſtes intra tēpus vt teſtificarentur:& ideò forte ſuccubuit, quia non teſtificati fuerunt? Dic ꝙ imputabitur volenti eos producere,ſi non fecit eos dicere, cum per ipſum remanſit quin faceret eos cogi.ff. de tab.exhi.l.locum.§. hoc interdictum.& hoc ſiue cauſa ciuilis,ſiue criminalis ſit.C. de teſti.l.ſi qñ.ff.eo.tit.l.1.§.adhiberi. Quod verum eſt,ſi nō fuit petitum à iudice.ſed ſi petitum fuit,& ipſe iudex recuſauit,tunc iudex reſarciet damnum.ff.de mag.conue.l.1.ff. de dam.infec.l.his.§.pen. Sed nunquid teſtis, qui noluit iurare,tenebitur? Dico ꝙ ſic,quia teſtificari, publicum munus eſt,vt.ff.quemad.teſta.aper.l.cum ab. & l.ſi quis ex. iō debet damnum reſarcire.ff. de adm.tut.l.quidam.in fi. & l.
9 tutor.& C.de exc.tut.l. quanquā in tutela.¶†Quæro, qd ſi teſtes ſunt ꝓducti & publicati, & eorū dicta ſunt admiſſa? ſic diſtingue.Si quidē apud iudicē ſunt admiſſa vel apud publicā perſonam,vel aliter ipſe reſarciet damnum, & grauiter punietur.C.de appe.l.ne cauſa quæ.& de teſti.l.ſi qñ.Si apud illum,ꝓtra quē ſunt producti,iterum producantur,ne poſſit obijcere ꝓp vitium ſuum,vt quia ſemel ſunt ꝓducti, & ad hoc.ff.ſi quis omi.cau.teſt.l. qa aut.§.non ſimpliciter. Sin autem apud illum qui produxit, vī ꝙ imputet ſibi, & ꝙ iterum non detur ei facultas producendi: quia ſic daret materia, & occaſio delinquendi,& fingendi ſe ammiſiſſe, & producendi iterum,& ſubornandi.& materia peccandi auferenda eſt.ff.de iureiur.l. ait prætor.§.1. & de eden.l.1.§. editiones. Si probet ſe euidenti caſu amiſiſſe, producet iterum, vt.ff.de eden.l.ſi quis ex arbitris.§.fi.& l.ſeq. Videt tamen,ꝙ in primo caſu poſſit producere, quando ſtetit ꝓ iudicem:quia periculoſum ei eſſet litigare cum iudice, & probare intereſſe, eſt difficile, vel ad minus per beneficiū reſtitutionis ex illa clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa, &c.vel ex illa ſpeciali,& perpetuo.Sed quomodo probabit damnum? Dic,forte ſacramento illius qui produxit teſtes.vt ff.qđ vi aut clam. l.ſemp.§.hoc.C. vnde vi.l.ſi qs.
10 ¶† Sed quæro: vtrum ille, qui teſtes produxit, teneatur reſpondere poſitionibus factis per illum, contra quem teſtes ſunt producti ſuper dictis teſtium, vel ſuper perſonis eorum,vt quia ponat quod dictum eorum non tenet.quia varia dixerunt, &c. vel quia ſunt infames, &c. Dubitatio huius quæſtionis eſt,quia poterit dicere producens, non teneor accuſare teſtem meum,nec indicare turpitudinem ſuam, vt C. vt nemo inui.ag.l. vni ſed illud habet locum quando principaliter & ab initio criminaliter, quis cogitur,Sed cum quis admitteretur, ad probandum cauſam remotionis,ergo & per quemlibet legitimum modum probationis.Sed poſitio eſt legitimus modus probationis,er
11 go oīmodo tenetur reſpondere.¶†Item quæro,quid ſi aliquis.volebat, qđ quis ferret teſtimonium pro eo, & cum eum duceret ad teſtimonium dicendum, teſtis iſte libenter volebat iurare,dixit & exclamauit coram omnib. dicē do. Domine iudex,de iſto facto nihil ſcio qđ ipſe dixit,videlicet producens,& hic producens ſemper præſens erat, vtrum amplius eum inducere poſſit.Dubium eſt,quia teſtificata didicit, & ſic vī qđ eum vlterius producere non poſſit.Sed contrarium puto, quia dīa eſt inter teſtificata & teſtificanda.Teſtificata dicuntur,cum teſtes teſtimoniū dixerunt,& eorum dicta in actis redacta,& poſt,aliqua partium didicit teſtificata. Teſtificanda ſunt,quæ non ſunt dicta,ſed dicenda,ſed quod hoc ſit verum,auth.at qui ſemel
12 produxerit.C.de prob.hoc euidenter ꝓbat.¶†Quęro,vtrū poſtquā pars didicit teſtificata,poſſit ſaltem teſtes inducere ad corroborandum eorum dicta.Et videtur,ꝙ ſic,vt authen.de teſti.§.quia verò multi.Sed contrariū puto, & ſic ſe habet conſuetudo. Sed nunquid poſtquam pars didicit teſtificata, poſſit teſtes inducere ad reprobandum teſtes. Videtur quod non, quia teſtificata didicit. Contrarium puto,vt cum velit dicere pars, quod ſint criminoſi & infames,& ſi ſciui, eos ab initio infames,vel criminoſos eſſe,ſi tamen ab initio proteſtatus fui de iure meo, & eius quæſtio ſeruata eſt poſteà, & prædicta probat aut.ſi teſtis
13 producatur dicatur.C.de teſti.& l.ſi quis teſtibus. † Sed vbi à principio ſciui teſtes eſſe infames, & criminoſos dum ꝓducerentur, & nihil dixi,præiudicaui mihi, & ita do. Azo dixit, vt audiui. Sed ſi velim reprobare dictum teſtis,ſem per teſtes poſſum producere, vt in auth. de teſti.§.quia verò. Sed decretalis dicit,ꝙ ſi nihil ab initio proteſtatus fui, nec aliquid dixi, quod poſt publicationem poſſem dicere criminoſos, vel infames, vt in c.deniq; extra de exce. in gl.in verb.accuſati.in fi.extra,de teſti.c.prędentium.Sed nū quid aliqua pars poſt publicationem poteſt aliquas interrogationes facere teſtibus aduerſæ partis, ꝓ quas aliquid probet.Et videtur, ꝙ ſic, & in hac opi. erant multi doct. Bon.Sed contradico, ꝙ poſſit cauſam ſui dicti explorare, & ſententiam ſuam mutare,& vitiare, aliàs variare, vt.ff. de teſta.l.hęredes,& de hær.inſtit.l.aſſe.ſuper nouo tamen capitulo & de nouo emergēte,bene poſſunt fieri interrogationes,& teſtes induci, vt.C.de teſti.l.ſi quis.& extra.de
14 teſti.c.fraternitatis.¶†Quæro,quid ſi renunciatum eſt teſtium productioni, teſtificata tamen non didicit, vtrum poterit non obſtante renūciatione teſtes producere? Credimus,ꝙ ſola renunciatio non facit, ꝙ teſtes vlterius nō poſſint produci,ſed ſcientia dictorū teſtium,vt in auth. de teſti.§. quia verò multi. &.C. de iud. auth. iubemus. non enim poteſt,poſt quam teſtificata didicit, teſtes producere,vt.C.de prob.l.at qui ſemel.&.ff.de rei vend.l.officium. Sed quidam dicunt ꝙ auth.corrigit leges iſtas, & omnes alias quæ hoc dicunt,ſed hoc nobis dicere non placet.Sed domino meo viſum eſt diſtinguendum,vtrum quis produxerit teſtes extra iudiciū, vel in iudicio.Si extra iudicium didicerit teſtificata ſuorum teſtium, non fiet ei præiudicium, ſed ſi in iudicio produxerit, locum non habet hæc
15 authen.†Item pone ꝙ teſtis dixit ſe malè dixiſſe. Vel pone, quod teſtis dixit aliud coram arbitro, & aliud coram iudice,quid erit hoc caſu faciendum? Et dicitur, quod vltimo dicto ſtetur,& puniatur, vt falſarius.ff.de teſti.l. qui falſo.quod vltimò dicto ſtetur,facit.ff.de quæſt.l. repeti. & in auth.eod.§.& licet dudū.ff.de inoff.teſta.l.ſi is,qui admittitur.Alij dicunt,ꝙ primo ſtetur,quia præſumitur,quod corruptus hoc dicat. Ego neutrum dico,nec credo, & ita de facto ſeruatur Bono. Sed pone quod teſtis dixit teſtimonium,& notarius cauſæ ſcripſit,& dum notarius legit dictum ſuum in publicatione, dicit teſtis ſe ſic non dixiſſe.
16 †Vel pone quod tabellio legit citationem factam à præcone,qui dicit prædicta die ſe non citaſſe, nunquid ſtabitur dicto teſtis,vel præconis,ſiue tabellionis? Dico quod ſtabitur ſcripturæ.Nam talis facit fidem ſine teſtibus,vt C. de don.l.in donationibus.in prin.& extra.de prob.c. quoniam contra falſam.& ibi dicitur plenè per Inn. Item pone qđ teſtis tulit falſum teſtimoniū die feriato, q̄uis ipſū dictum non tenet,vt puta quia die feriato dixit, vt dictum

eſt,

BIU Cujas

est, vtrum puniatur de falso? Dic quod sic.argu. C. de epis. audi.l.si clericus.ff.ad l.Cor.de fal.l.si quis legatum.

De contrarietate testium, quid sit tenendum.

CVm testes sunt cõtrarij distingue, Aut vnus testis contradicit sibi expresse, & eius testimonium non valet.3.q.9.puta. extra.de appel. c.solicitudinem.C.de lib.cau.l.cum præcum.nisi hoc fecerit corrigendo se incontinenti. extra. de testi. cog.c.præterea. Aut est falsus, & videtur in nullo valere & dixi.s.& est, dis.9.c.si adscripturas. Aut vnus testis ꝙtradicit pluribus, & tunc talis contrarietas non obstat, quia testimoniũ vnius nõ iustificat, nec damnat.33.q.2.c.admonere, nisi ꝺdicat pluribus testibus, cũ quibus scriptus est in vno
1 instrumento.ff.quemad.testa.aperian.l.1.in fi.¶ † Sed quid si in tali instrumento sunt tot testes, ꝙ sine ipso sufficiunt, quamuis vnus ꝺdicat, nunquid talis ꝙtradictio obstet? Et dic, quod non, vt no.in d.l.1.s.prox.alleg.Si verò plures pluribus, subdistingunt quidam, quia aut contradicunt testib. ex eadem parte productis. & tunc nullius testimonium valet 3.q.9.nihilominus, iuncta gl.in verb. simul. & videtur hoc expressum extra.de probatio.c.licet. sicut quando diuersæ scripturæ ex eadem parte producuntur, quæ sibi ꝙtrariæ sint, & tunc nulla ex illis valet, vt C.de fide inst.cap.
2 scripturæ.¶ † Sed si contradicunt testes partis aduersæ, prę ualet plurium testimonium testimonio paucorum, nisi illi testes pauciores sint meliores, vel magis verisimiliter loquantur. Hanc opinionem non approbo. Licet enim testes eiusdem partis contradicant, non dico hoc casu quòd eorum testimonia non valeant; licèt ita fit in instrumentis: quia instrumenta sua potest quis prẽuidere an sibi cõtradicant; Vnde imputet sibi si contraria exhibet instrumenta: Sed in testibus nesciunt quid dicturi sint. Dic ergo, ꝙ si testes contradicant testibus siue ex eadem parte, siue ex aduersa parte productis primo concordabit iudex contradictionem illam si potest, extra de testibus. cum tu fili.in decrẽ.c.periculosè, de pœnit.dist.j.extra, de verb.sig. c.nihil obstat. Idem potest dici de contrarijs instrumentis, extra.de consue. c.cum dilectus. nisi sit manifesta contrarietas.3.q.9.ca.nihilominus, 35.q.6. de parentela. Vbi ergo testes contrarij sunt, testimonium plurium prævalet, nisi ex altera parte tanta sit dignitas, qđ meritò debeat p̃iudicare numero. vel verisimilia loquatur, vel nisi ꝑ pauciores testes plura probentur, quam per plures. Verbi gratia, plures testes probant me possedisse rem per decem annos, pauciores probant te possedisse per quadraginta annos talem rem, & præterea dicunt titulum possidẽdi; & dicemus valere testimonium paucorum, extra, de prob. c.ex literis: hoc verum est vbi testes de eodem tempore introducti sunt. Sinautem testes ex vtraque parte sunt pares, & in numero, & in dignitate, tunc fertur sententia pro reo, extra, de proba.c.ex literis, & de fi. instru.c.inter dilectos. nisi in matrimonio, & in causa liberali pro testamento, & in dote, extra, de senten. & re iudic. c. fi. Sinautem neuter possidet, sed vterque petit rem ab extraneo, tunc si vtriusq; partis testes sunt pares, diuidatur res si potest: extra. de præsump.c.afferte. si res est indiuidua, potest iudex gratificari, & dare cui vult, extra de paroc.c.j. vel res sorte dirimitur.
3 26.quæst.2.c.sors non est aliquid. ¶ † Si verò testes contradicunt instrumento, aut contradicunt instrumẽto in quo sunt scripti, aut instrumento in quo non sunt scripti. ¶ Primo casu prẽualent testes instrumento, extra de prob.c.3. & de consuetud.c.per tuas. ff.quemad.testa.aperian l.j. in authen. de fide instru. §.si verò tale aliquid. ¶ Secundo casu dicunt quidam quòd semper præiudicat, alias prævalet viua vox mortuæ, in auth. de fi. instrum. §. si verò. col. 7. Alij dicunt quod si factum est remotum ab hominum memoria, potius credatur instrumento quam testibus. Sed si factum est certum, aliàs recens, potius credatur testibus, tunc ideò: quia memoria vltra annum non habetur. ff. de proba.l.si arbiter. tunc idem quia testes consueuerunt eorum fidẽ variare ex tractu tẽporis. ff. de Carbonia. edic. l.2.§.duæ autem sunt versi. finge esse.ff.de dam.infe. l.qui
4 bona.§.fi.† Ego credo, ꝙ contra instrumentum admittantur testes quantuncunque sit publicum, extra.de præscr.c. ad audientiam.C.de probat.l.cum præcibus. non in credo ꝙ testimonium duorum, vel triũ prævalcat instrumento. Nam cum instrumentum obtineat vicem duorum testiũ, & ꝑterea tabellio æquipolleat, vel maior sit vno teste, oportet ꝙ ad minus reprobetur instrm̃ per quatuor testes. extra, de fide instr.c.cum Ioannes. Fallit in hoc in duob. casibus, vbi vr, ꝙ ꝺ instrm̃ non admittantur testes, sicut ꝺ inuentarium publicè confectum nõ admittuntur testes. C. arbit.cum.l.fi.& in confessione, quæ fit à muliere in instrumento, in quo confitetur se recepisse pecuniam pro inter
5 cessione, vt l.antiquæ.C.ad Velle. ¶ † Quæro, quid si vnus de collegio ferat testimonium pro collegio, vel ꝺ collegium, an tale testimonium valeat nec ne? Dic ꝙ sic, vt no. ff.quod cuiusq; vniuer.l.item eorum.§. actor vniuersitatis. Quæro, quid si aliquis accusatus est qđ interfecit aliquem in quadam domo, testes producti ad probandum dictum maleficium probant ꝙ dictum maleficium cõmissum fuit ante dictam domum, vtrum sit probatum? videtur, ꝙ sic,
6 vt de verb.oblig.l.qui ante Calendas. ¶ Quid † si testis dicat quem vidisse, tenuisse, & possedisse, & nescit quid sit possessio, nunquid eius dictum valeat: & si valet de qua possessione vr̃ ipsum probasse? Solu.dic, qđ eius dictum valet & videtur probare illam possessionem super qua introductus est, vt no.ff.de ver.ob.stipulario ista.§.hęc quoq; stipu
7 latio.& ibi per Dy. ¶ † Quid si testis obscurè deposuit in iudicio, pro quo debet fieri interpretatio? Dic per Dyn. extra, de reg.iur.c.contra eum, li.6. Pone, statuto cauetur, ꝙ si quis produxerit testes falsos quod soluat certam pœnam, modo quidam produxit vnum. Modo quæritur vtrũ teneatur ad pœnam statuti. Dic, ꝙ sic.ff.de neg.gest.l.ait p̃tor.in prin.§.negotia. ¶ † Item quæro, si duo testes dicãt ꝙ
8 quidam fundus valet, centum, & non plus, duo dicant ꝙ valet ducenta: cui dicto stabimus? Dico ꝙ stabimus dicto duorum. Nam gl.in l.diem, proferre. §. si plures, in verbo consenserunt.ff.de arb.dicit, ꝙ plus creditur duobus asserẽtib. affirmatiuam, quam decẽ proponẽtib. negatiuam, q̃uis ꝺrium sit in arbitris. Nam statur dicto illorum, qui ꝑsenserunt in maiori quãtitate, q̃uis sint pauciores in numero.
9 ¶ † Quæro, vtrũ testes producti super vno articulo, dẽant super alio interrogari? Vr, qđ non, argu.l.si quis libertatem, in fi.ff.de pet.hęre.de iureiu.l.si duo.§.fi.in fi.C.de ord.cog. l.2. Sed ꝺ facit, auth.si testis productus. C.de testib. Sol. ibi interrogantur, an sit liberà natiuitate, vel non. Et dic de
10 materia ista, per Inno.extra, de testib.c.per tuas. ¶ † Quæro, pone qđ ex familia alicuius vnus deliquit, dicit testis ꝙ nomen delinquẽtis ignorat, sed si videret, bene cognosceret, vtrum dñs debeat totam familiam exhibere, vt testis possit recognoscere delinquẽtem? Dic qđ sic. ff. ad exhib.l.3.§.si quis noxali.ff.de public.l.cum si exhibuissent.§. ante autem.ex̃.de testib.c.cum causam. Idem si aliquis erat in loco aliquo, & vnus deliquit. Idem si aliquis commisit maleficium, & dum cõmisit erat indutus alijs pannis, quã nunc sit, qđ debet se induere, vt testis eum recognoscat.
11 ¶ † Pone qđ testes falsum testimonium dixerunt corrupti pecunia, nunquid sufficit alterum probare? Dic qđ nõ. l.diuus.ff.de re iu.qb. ex causis in pos.ea.l.Fulcinius.§.2.& §.qđ sit latitare.vi bon.rapto.l.2.§.dolo aũt.& §. seq.ex̃, de prob.c.licet. Nã ad hoc se adstrinxit, ex quo sic limitatè locutus fuit. vt s. dicta iura probãt. Secus si dicerem, ꝙ testes falsum testimoniũ dixerunt, & pecunia corrupti sunt, qa tũc videor duo ponere, & sufficit alterũ ꝑbari.ff.de ver.sig.
12 l.sæpè.§.cũ verò dixit Prætor.& per dictũ.c.s.all. ¶ † Quæro, vtrum instãria iudicij pempta, dicta testiũ pempta sint, Dic, ꝙ aut instantia est pempta ante publicationẽ testiũ, & tunc dicta testium pempta sunt: nam posteà non faciut fidẽ: aut instantia pempta est post publicationem testiũ, & tunc dicta testiũ non pereunt, vt not.Cyn.C.de iud.l.ꝑerandũ.§.si verò causæ versi.ſcdo q̃ritur. Quid si testis adjiciat aliquid falsum dicto suo, seu testimonio, vtrum totũ simul dictũ corrumpatur? Dic quod sic, ex̃. de reg. iur.c. desleat peccator. ¶ Quæro cum sint quidam, qui non coguntur ferre testimoniũ vt ff.de testib.l.inuiti. nunquid ipsis volentibus admittantur. Dic qđ sic, vt no. in glo. fi. d.l.prox. alleg. in verbo, non licet, in finalibus verbis. Quid si testis vnum dicit in vno iudicio, aliud in alio: Dic, quod quandoque testis variat in eadem causa inter easdem personas, & tunc aut secundum dictum est cum tormentis, & statur secundo, vt l. si postulauerit. §. ratio, versi. sed si negauerit.ff.de adul. aut sine tormentis, & tunc aut dicit animo se corrigendi, & incontinenti, & potest, & valet secundum, vt in auth.de testi.§.quia verò. in glo.magna. & extra.de testibus. cap. sicut. aut non animo se corrigendi, & tunc habetur, vt testis variãs, & punitur.l.eos.ff.de falsis. Quãdoq; testis variat in iudicio ab eo qđ dixit extra iudicium, & tunc aut primo testificatus est in iudicio, deinde ꝺrium dixit ex̃ iudiciũ, & tunc statur primo dicto.l.gñaliter, C.de nõ nu.pe.& d.c.sicut. aut dixit ex̃

iudicium, deinde contrarium in iudicio, & tunc punitur vt falsarius.d. l.eos. 2. respon. aut profert diuersa & varia testimonia contra diuersos,& tunc punitur. d.l.eos. 3. respon.& ista colliguntur ex dictis Bar.in d.l.eos.

TRACTATVS

IACOB. AEGID.

de reprobatione testium.

1 *Testis infamis non admittitur.*
2 *Serui testimonium reprobatur.*
3 *Monachus canonicus regularis,& similes, testificantur in causis suæ ecclesiæ.*
4 *Fratres minores, & prædicatores, de licentia sui superioris testificantur,& ipsis magis creditur.*
5 *Mulier non admittitur in criminalibus,in ciuilibus sic.*
6 *Minor in criminalibus non admittitur.*
Impubes testificatur de his,quæ vidit in pupillari ætate.
7 *Furiosus,& mente captus repelluntur.*
8 *Pauper admittitur,sed ei tanta fides non adhibetur.*
9 *Excommunicati,infideles,& hæretici repelluntur à testimonio.*
10 *Domestici,& familiares repelluntur.*
Vxor dicitur domestica.
11 *Testes debẽt cum iuramento deponere, & tale iuramentum non potest remitti.*
12 *Testis in causa propria quis esse non potest.*
Monachus pro ecclesia, & illi de vniuersitate pro vniuersitate testificantur.
13 *Venditor pro emptore non testificatur.*
Fideiussor pro debitore sic.
Tutor, curator,& similes pro dominis non testificantur.
Aduocatus durante aduocatione non testificatur,sed ea finita sic.
14 *Testes singulares reprobantur.*
15 *Socij,& consortes in causa communi non testificantur.*
16 *Particeps,& socius criminum repellitur.*
17 *Testes obscuri,& ignoti repelluntur.*
Iudex cogit testem dictum obscurum declarare.
18 *Testis incontinenti potest dictum suum mutare in totum, vel in partem,& statur vltimo.*
19 *Testis non reddens causam dicti non probat.*
Iudex non interrogans testem de causa dicti, tenetur parti ad interesse.
20 *Inimicus repellitur à testimonio.*
21 *Testis, qui falsum dicit reprobatur.*
22 *Testificans corruptus pecunia,repellitur.*
23 *Testis,qui celat veritatem,non probat.*
24 *Testis repellitur,si verisimilia non deponit.*
25 *Testes deponentes per eundem præmeditatumque sermonem, non probant.*
26 *Reprobantur qui de diuersis rebus deponunt.*
27 *Testes deponentes de diuersis personis,reprobantur.*
28 *Reprobantur ratione malæ computationis graduum.*
29 *Testes deponentes de diuersis locis non probant.*
30 *Testes iurantes,& deponentes in ecclesia reprobantur.*
31 *Testit vnus si dicit de vno tempore,alius de alio reprobantur.*
Testis quando sit interrogandus de tempore, & an varietas in tempore noceat.
32 *Decima non probatur per testes, quorum vnus dicit de Fabis, alius de Ciceribus.*
33 *Officium iudicis quale esse debeat, quando testes variant, siue inter se,siue inter alios.*
34 *Testes dicentes vnum pro alio,vel pluribus dixerunt sua testimonia, reprobantur,& tanquam falsarij puniuntur.*
35 *Vsurarij, & consistentes in peccato mortali, repelluntur à testimonio.nu.58.in fin.*
36 *Testis reprobatur ex illis causis, ex quibus iudex vt suspectus recusatur.*
Iudex propter quas causas suspectus recusatur.
37 *Testes super eisdem articulis iteratò recipi non possunt.*
38 *Testis,qui alias protulit falsum testimonium,repellitur.*
39 *Testis qui contra me testificatus est,si modo per me producitur, repellitur.*
40 *Testes post didicita testificata repelluntur.*
41 *Testis si secretè,& sigillatim non deposuit,reprobatur.*
42 *Testis qui non fuit receptus à iudice, vel ab alio de eius mandato non admittitur.*
43 *Testes recepti ante litem contestatam non probant.*
44 *Testes reprobantur,quando deficiunt in numero requisito.*
45 *Testes si non sunt rogati,non probant.*
46 *Testes sola voluntate illius, contra quem producuntur coram arbitro reprobantur.*
47 *Testis non admittitur in illis casibus in quibus oportet probare per scripturam.*
Scriptura in quibus casibus necessaria.
48 *Testes reprobantur quando articuli producti non faciunt ad causam.*
49 *Testes producti super id,de quo non est actum,reprobantur.*
50 *Testis potest interrogari de facinoribus suis.*
51 *Multitudo effrenata testium reprobatur.*
Numerus quadragenarius,dicitur effrenata multitudo.
52 *Testes, quorum dicta non sunt redacta in publicam formam non probant.*
53 *Producere testes,vel instrumenta contra se quis non cogitur.*
54 *Senes,& valetudinarij inuiti,non admittuntur.*
Senex dicitur,qui compleuit septuaginta annos.
55 *Proxeneta non admittitur,nisi vtraque parte volente.*
56 *Hermaphroditus non compellitur.*
57 *Ascendentes,& descendentes intra se non testificantur.*
Mater testificatur pro filio de ætate, & an de impedimento matrimonij.
58 *Frater contra fratrem in criminalibus non cogitur ferre testimoniũ.*
59 *Testes reprobantur si non dicunt se vidisse,& interfuisse.*
Testis deponens per verbum,credit,quam probationem faciat.
60 *Iuramentum testis in probando impedimento matrimonij quid continere debeat.*
61 *Testes quando possunt reprobari ante aperturam, vel post aperturam testiũ.*
62 *Testes à me productos, quantum ad personam non possum reprobare,sed dicta sic.*
63 *Testium reprobatio non admittitur vltra quartam productionem.*
64 *Testibus reprobatis quæ pœna imponatur.*
65 *Iudex vel notarius qui patitur dicta testium videre ante aperturam, tenetur falsi.*
66 *Testis iudex,vel notarius,vel alius reuelans secreta testium,causæ, vel alterius rei,tenetur pœna falsi.*
Iudex,qui reuelat sententiam,quam laturus est,tenetur pœna falsi.
67 *Testis qui aliquid dicit,& dictum suum prosit etiam illi parti, contra quam producitur,quod probat.*
68 *Iudex cogit testes etiam non suæ iurisdictionis testimonium ferre.*
69 *Testes compelluntur testificari multa indicta,& pignoribus captis, & alijs etiam remedijs.*
70 *Testes in criminalibus coram iudice examinantur, in ciuilibus secus.*
71 *Tempus volenti probare per testes non currit,donec testes sunt contumaces.*
72 *Hæres testis qui noluit comparere ad perhibendum testimonium,& mortuus est,tenetur damnum emendare,probare volenti pro eo qd amisit,quia non potuit probare.*
73 *Testes recepti super processu nullo non probant.*
74 *Articuli,& interrogatoria,debent poni in actis.*
75 *Notarius si dicat,testes recepti super positionibus,& actis factis, & non sufficiat,vt dicatur super quibus articulis sint recepti.*
76 *Testes iurati in termino,quando examinari possint extra terminum, latè de hoc disputatur.*

BAR. DE REPROBAT.

TESTIVM SVMMA CAPITA.

a REprobãtur, [a] Infames,serui,rectores ecclesiarũ, monachus, Abbas & similes,fratres minores, & prædicatores,& œconomi,mulieres,minores,furiosi pauperes,infideles, excommunicati,domestici, qui nõ iurarint,qui in causa propria, Debitor,venditor,fideiussor,tutor,curator,negotiorum gestor,Iudex,aduocatus, procurator, singulares, in causa communi. Participes,& socij, obscuri,qui reuertuntur ad iudicem, qui causam sui dicti non dixerunt,quos iudex non interrogauerit,inimici,vel inter quos lis criminalis est mota, qui vnum pro alio dicunt,corrupti, Qui verum nõ dicunt,qui proximiora rei, de qua quæritur testimonia non dixerint, qui præmeditatum,& vnum sermonẽ dixerint.Notarij, q extẽsè dictũ testis nõ scribunt,qui dicit de vna re,& alius de alia, q dicit de vna psona,& alius de alia, qui non bene cõputãt gradũ ꝙsanguinitatis,qui discordant de loco,q discordãt de tpe, qui discordant de re, si singuli diuersa & varia deponãt,si aliqui

ADDITIO.

a Th.D. ¶Reprobantur.Hæc esse Bar. creduntur.& sequens caput inc. testium facultati, est Iacobi Aegidij. Deinde addita sunt quædam Ang. de Perus.

BIU Cujas

aliqui de meis pro te,& aliqui de tuis pro me dixerint,qui non dicunt ad cauſam,quia falſa,& varia deponant,vſurarij,Iudices ſuſpecti, qui recipiuntur iteratò, qui aliàs ſunt falſi,vel fuerint falſi,qui contra te ſunt teſtificati,quos vis pro te producere,qui didicerint teſtificata, qui ſecretè nō dixerint dictum ſuum, qui à iudice nō recipiuntur,qui deficiunt in numero ordinato, qñ certus numerus exigitur, ſi articuli non faciant ad cauſam, qui deponunt extra intentionem,qui interrogantur de ſuis facinoribus ,ſi multitudo fuerit magna,quorum dicta non ſunt redacta in publicam formam,qui reputantur inducti contra ſe,& inſtrumenta,qui compelluntur inuiti,& qui non, Proxenetæ,& cenſuales,Hermaphroditi, parentes in infinitum, liberi, quì ſunt in mortali peccato,qui non dicunt de viſu,ſed de credulitate, & auditu.

a Teſtium facilitati a obſiſtendum,ac varietati,& ipſorū falſitati, machinationibusq; fraudulosis, per quos multa veritati contraria perpetrantur,vt C.de teſti.l.teſtium. Et furta clandeſtina committuntur, dum dictis ipſorum iudex dat authoritatem, qui dum habet ſm allegata, & probata iudicare,vt ff.de offi.præſi.l.illicitas.verſic.veritas.& extra. de cler.excommunica.c.latores. & 24.q.3.c. ſi quis non recto iudicio: miſeri domini rerum enormiter ſpoliātur, vt alibi dicit.l.vnica.C.de vſucap.transfor.inſontes,& innocentes grauiter puniuntur, cùm ſanctius ſit delinquentis facinus impunitum relinquere, quam innocētem aliquatenus condemnare, vt ff.de pœnis.l.abſentem. Et in his iniqui,peiores ſunt furibus,latronib.abigeis, & aliquibus criminoſis. Nam falſi dictum teſtis tribus obnoxium eſt perſonis,Primo Deo,cuius tactis ſacroſanctis eccleſię ſcripturis præſentiam deuiat & peierat. Deinde iudici,quem mentiendo decipit,atq; fallit. Poſtremò innocenti,quem lædit teſtimonio ſuo falſo, vt extra,de falſis.c.1. Ideo propoſui quædam docere contra voces teſtium ſceleratas, & ex quibus cauſis ipſorum teſtimonia reprobantur, nil de contingentibus omittendo, quia nil vſ actum, donec aliquid ſupereſt ad agēdum, vt C.de his quib.vt indig.l. cum Syllanianum ſenatuſconſultum.ſm iura canonica,& ciuilia,breuiter explicabo. Et primò: † Reprobantur teſtes ſi
1 ſunt infames, vt de teſtib.l.3.§.lege Iulia. & extra de verb. ſig.c.forus.§.teſtes.ſed infamia iuris, & non facti, vt C.de dignitatib.l.neque.& C.de infa.l.1.Sed quid de alio,cui crimen opponitur? Dic, vt extra, de teſtibus,c.teſtimonium eius. Sed an pēdente accuſatione damnati de crimine admittuntur in teſtem? Dic vt notatur extra,de teſtibus.c.fi. Quibus caſibus quidam infamantur infamia iuris,& facti, habetur.ff.quib.ex cauſis infamia irrog.l.2.§.vltim. & l.qui autem operas.& in l.Athletas.§.ait prætor.& per totum & C.eo.tit.ex quibus cauſis infamia irroga.l.ea quæ.& l.ſi te. & l.decreto.l.fuſtib.& l.non damnatos.& Inſtitu.de pœna temeditig.§.quibuſdam. Nam infames ex quolibet actu legitimo repelluntur.ff.de teſtib.l.ſcio quidem tractatum.&
2 C.de ſumma Trinitate.l.1.vbi de hoc.† Reprobantur teſtes ſi ſint ſerui, vt C.de teſtib.l.ſeruos. & l.etiam.quia ſerui timore dominorum ſupprimerent veritatem, vt extra. de verb.ſig.c.forus.§.teſtes.& 3.q.5.cano. accuſatores.& 3.q.2. cano.ſi teſtes.§.item ſi ſerui.& C.de teſtib.l.qñ liberi.cum
3 ſimilib. † Sed nunquid Monachus, Canonicus regularis, Archipresbyter,Abbas,Rector,cum ſint ſerui Dei,& monaſterij, quia nihil proprij habent, & renuniant propriæ voluntati, vt 12.q.1.cano.non dicatis.& 19.q.3.can.ſtatuimus.& cano.quia ingredientib. & quia ſunt mortui mundo,vt C.de Epiſcopis,& clericis.l.Deo nobis.Sed nunquid ſint compellendi ferre teſtimonium,& pro locis ſuis teſtificari,& pro monaſterijs, & ſuis eccleſijs, vbi degunt? Et certè ſic,vt arg.16.q.can.monachi. & can.qui verè pureq;. & in auth.de ſanctiſſimis Epiſcopis.§.ſi qñ. & extra. de teſtibus.c.inſuper.& c.cum nuncius.14.q.2.c. ſuper prudentia tua.& extra.de iureiur.c.& ſi Chriſtus.in fi.& hoc in ciuili,in criminali verò cauſa dic.vt not.in d.c.cum nuncius.
4 ¶† Sed nunquid fratres minores prædicatores, compellantur teſtificari, & dicere veritatem licentia prælati habita. Et certè ſic: quia compellitur.Epiſcopus,qui eſt religioſior eis,præpoſitis tñ ſacroſanctis ſcripturis,& non tactis, vt C.de Epiſcopis,& clericis.auth.ſed iudex.quæ eſt ſignata ſuper. l. nec honore. & quia iſti ſunt teſtes omni exceptione maiores, & non eſt veriſimile q̄ deierent, vel ſupprimant veritatem,cum hic ſit præcipuus timor naturæ,& ſint filij præcipuè Dei,qui eſt via,veritas, & vita,& facit.ff. de officio præſe.præto.l.vnica.in fi.Et ſæpè ſolet ſimilis filius eſſe patri,& arbore de dulci dulcia poma cadunt,iuxta illud verbum Chriſti,Si veritatem dico vobis cur non creditis mihi? Et aliud verbum,Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, vt extr.de iureiuran.c. & ſi Chriſtus. Nam ſi pro veritate deierant,tanquam hæretici, repudiandi ſunt: qui quidem hæretici non iurant. & qui veritatem occultat,mortaliter peccat.11.q.3.cano. quiſquis. & circa confuſionem teſtium dic vt not.de teſtib.c.pen. & hoc eſt quod legitur contra eos.22.q.1.cano.clericum & cano. cōſidera. Serui.n.admittunt̄ contra dñm,vt 4.q.2.cano.ſi teſtes §.it̄ ſerui.& ff.de teſtib.l. ſerui. & ſic admittuntur iſti religioſi. Compelluntur.n.ad teſtimonium veritatis: nam alias facultas probationum anguſtaretur,quod eſſe non debet,vt
5 C.de hæret.& Manich.l.qm̄.in fin. † Item mulieres à teſtimonio repelluntur: quia fœminæ non admittunt̄ in criminali,vt 33.q.5.cano.mulierem.& eſt ratio, quia varium, & mutabile cor ſemper tenent,vt extra.de ver.ſig.c.forus. §.teſtes.vnde verſus ſolet dici,fœmina fallere, falſaque dicere qñ carebit,Becchara piſcibus,& mare fluctibus,tūcq; carebit. Et alibi dicitur. Fœmina nulla bona,quia ter mutatur in hora.In ciuilibus autem admittuntur, vt 15.q.3.cano.ex eo.& ff.de teſtib.l.ex eo. In criminalibus autem admittuntur,cum ciuiliter agitur,vt contra hæreticos,vt extra de teſtib.c.quoniam. & cap.tam literis veſtris. In teſtamentis,& vltimis voluntatibus non admittuntur,vt C.de teſtamentis.l.hac conſultiſſima.in prin. & l.qui teſtamento hæres.§.mulier.ff.de teſtamētis.In codicillis autem bene poſſunt eſſe teſtes, vt ff.de teſta.d.l.qui teſtamēto.§.mu-
6 lier. † Reprobantur teſtes minores quatuordecim annis in ciuili, vt C. de teſtibus.l.3.§. lege Iulia.4.q.3.cano. ſi teſtes.§.item in teſtimonium. In criminali repelluntur minores.20.annorum, vt ff.de teſtibus.l.inuiti.2. Impuberes tamen in his,quæ viderunt in pupillari ætate,poſſunt teſtificari.& idem in ſeruo libero facto,vt ff.de verb.ſign.l.notionem.§.inſtrumentorum.& no.in l.de minore.ff.de quę.
7 & in l.fin.C.de ijs quibus vt indi.† Repelluntur furioſi, & mente capti, ſicut ab officio iudicandi,4.q.7.cano.1.§.tria.
8 † Repelluntur pauperes,quia non tanta fides eis adhiberi debet,quia timor eſt ne pecunia corrupti teſtificentur: qa facilius corrumpuntur pauperes,quam diuites: vt ff.de teſtibus.l.teſtium. in prin.& in auth. de teſtibus.§. ſancimus. & ff.de excuſatio.tuto.l.ſpadonem.§.fin. Sed admittuntur interdum pauperes: quia non tantum ex facultatibus, ſed ex fide,teſtis idoneus reputatur,vt Inſtitu.de ſuſpe.tut.§.fi. & in auth.de teſtib.§.ſancimus. & in decre.4.q.3.c. ſi teſtes. §.item ſi teſtium fidem. & quicquid dicatur, pauperi non tanta fides adhibetur, ſi inſpicitur eius propoſitum.l.cum. 2.§.in perſona eius.ff. de tranſactio. de ſuſpe. tuto.l. ſuſpectum.de admini.tut.l.ſcire oportet.in fine. † Reprobantur
9 infideles, & excommunicati hæretici, non participantes communioni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vt 2.q.7.can.ſi hęreticus.& extra de ſent.excommu.c.pen. Nam excommunicatio eſt ſeparatio à communione omnium fidelium, vt 11.q.3.cano.ad menſam.§.euidenter,&c. Et ideo excommuñicati ad teſtimonium non admittuntur, nec ſententia,nec laudum,nec præceptum,nec arbitrium ab excommunicato latum tenet, nec vt patronus aduocare poteſt,ſi ſit excommunicatus: nec poterit eſſe in iudicio, licet ſe defendere poſſet, & cauſam appellationis exercere, vt extra,de exceptio.c. à nobis, & c.cum inter. & c.ſignificauit & c.exceptionem.& extrà,de ſent.& re iudic.c. ad probandum. nec literas poteſt impetrare excommunicatus, nec pro alijs poſtulare,vt extrà,de offic.ord.c.ex parte. nec mirum ſi nō poteſt eſſe teſtis. Ex ſupradictis autem ſex,teſtes repelluntur.Cauſæ autem ſunt his verſibus comprehenſę,
Aetas, Conditio, Sexus, Diſcretio, Fama, & Fortuna, fides, in teſtibus
10 *iſta requires.* † Item repelluntur teſtes,ſi ſunt domeſtici, familiares,& ſerui,liberti, mercenarij,qui ſunt ad ſoldum dominorum. Et illi dicuntur domeſtici de quibus legitur.ff. de pœnis,l.reſpiciendum.§.furta. & ff. ad Sillanianum.l.fi. ff.de ædil.edic.l.ædiles etiam hoc. §. familiæ. & ff. de reli.l.

familia-

ADDITIO.

a Tho.D.¶Teſtium facilitati. Hic incip.additio do.Iacobi Aegidij de Viterbio prioris Auilien.qui legit Romæ,& rogatu do.Gualfredi Mediola.maioris iudicis Eccleſiæ Viterb.edidit hunc tract.per viam additionis, & commentationis in ſingulos articulos,qui incip.ſic,Item reprobantur. Adde, q̄ in quodam lib.antiq.inueni hunc eundem tract.attributum fuiſſe do.Ange.de Armelia, qui fuit tempore Bart.aliqui tamen attribuunt huiuſmodi tract.do. Ang.de Vbald.ſed vt paucis verum abſoluā, eſt do.Iac.Aegidij,& fuit publicatus in ciuitate Viterbien. Vt ex pluribus ſubſcriptionibus voluminum antiquorum inueni.

BIU Cujas

familiaria. Et vxor videtur domestica, quia est socia diuinæ, & humanæ domus, & duo sunt in carne vna, vt C.de cri.expil.hære.l.aduersus. Quidam dicunt, q vxor contra virum testificatur, non pro eo: quod non placet: quia qui agere non potest pro me, nec contra me, vt C.de testibus. l.parentes.& l.seruos. & extra, de testib.c.in literis.vbi de
11 hoc.† Reprobantur testes, nisi cum sacramento deposuerint dicta sua: vt C. de testib.l.iurisiurandi, nisi sacramentum fuerit remissum testi, ac si iurasset, habita fide de partium voluntate: quia vnicuique licet facere gratiam alteri de iure sibi competente, vt C.de pact.l. si quis in conscribendo.& pactis priuatorum potest iuris seueritas mitigari, vt C.de appel.l.vlti.& ff.de fer.l.1. Sed sacramentum calumniæ partium voluntate remitti non potest, vt C. de iura.calum.l.2.§.sed quia veremur: sed tacitè sic, argu.C.de proba.l.ita demum. Credimus tamen cõtrarium, q remitti non possit, nec tenet processus, si remittatur, cum in præ dicta.l.iurisiurandi, dicatur expressè testem debere iurare, & hodie ferè testes vix cum sacramento exprimant veritatem propter malitiam ipsorum, nedum sine sacramẽto, licèt quidam contra nos sentiant, & ita in quibusdam partibus de consuetudine obseruatur: sed non exemplis, sed legibus est iudicandum, cum veritatem, & legum, & iustitiæ sequi debeamus vestigia, vt C.de sent. & interlocu.om. iud.l.nemo.sed contra nos est extra, de testib.c.tuis. Sed illud c.tuis loquitur in monachis, & cõuersis, licèt quidam intelligant largè, prout litera sonat, sed litera occidit, spiritus autem viuificat. Sed nunquid in causa criminali potest sacramentum remitti, vel in ardua alia causa. Non credimus, quia vbi maius periculum vertitur, ibi cautius est agendum.ff.de Carbo. edic.l.1.§.sed & si quis nõ tantum.
12 Reprobantur† testes in causa propria, cum damnum, & emolumentum spectat ad eos, vt ff.quando appel.sit.l.1.§. in propria: nec iudex esse potest, C.ne quis in sua causa l.1. nec arbiter, vt C.de arb.l.vlt.sic nec testis, vt C.de testibus. l.omnibus, In causa tamen vniuersitatis, communis, & ecclesiæ, monachi, licet cõuersi, ferunt testimonium pro eis, quando non est causa propria, vt ff.quod cuiusque vniuer. not.l.sicut.& de in ius vo.l. sed si hac.§. qui manumittitur. 14.q.2.c.super prudentia.& extra, de testib.c. insuper.& c.
13 cum nuncius.¶†Venditor non testificatur pro emptore, nisi remissum sit ei onus euictionis, nec creditor pro debitore in causa pignoris: quia propria est causa ipsorum, vt ff.de appel.l.ab executore.§. alio condemnato. & ff.quãdo appellan.sit.l.2. §. sed si alius quàm. Fideiussor testificatur pro debitore, quãdo non est propria causa, quia regressum habet actione mandati contra debitorem, vt extra, de fideiuss.c.vlt.& C.mand.l.si fideiussor.& C.de fideiuss.l.si verò creditor. Sed debitor non testificatur pro creditore, nec tutores, curatores, negotiorum gestores, procuratores, œconomi, testificantur pro dominis ipsorum, nisi secundum vnam exceptionem, quam facimus.ff.de testib.l.mandatis cauetur. Sed nec iudices, nec arbitri, in causis quas recipiunt in mandatis, nec aduocati in causis, quas recipiunt aduocandas, licet quidam dicant contrarium, & intelligant nomen executoris strictè. Nos distinguimus quod durante officio prædictarum personarum, testes esse non possunt, ne animosè testificari videantur, post finitũ officium possunt, ne cum in vtrunque festinant, neutrum bene peragant. C.de assess.l.fi. & ne rerum mistura turben-
14 tur officia, C.de testa.l. consulta. † Reprobantur testes, si sint singulares, vt extra.de elec.c.cum dilectus. Nam annotatione vnius testis non pronuntiatur, & si claræ dignitatis honore præfulgeat, vt C.de testibus.l.iurisiurandi, nisi modica sit summa, & inopia probationum sit, C.de re.cre. l.iurisiurandi.& l.in bonæfidei. Sed fallit in causis ciuilibus & canonicis, quod stetur dicto vnius testis, in quibus hoc non procedit aliquando, quod non prosequor nunc, ne fastidium generem: & quia hic tantum tractamus de testium reprobatione, non de ipsorum admissione, licet aliqua intendamus dicere ad remedium rudium, & prouectorum vtilitatem. Reprobantur testes in causa communi: quia
15 consortes, & socij non possunt testificari in causis sociorum: & quia testificantur in causa propria, quod prohibitum est, vt s.diximus, & arg.ff.de ritu nup.l.illud. Repro-
16 bantur si sint † particpes, & socij criminum, C. de testi.l. quoniam.& extra de testib.c.veniens.4.q.3.c.si testes.versi-
17 item liberi, & C.de accu.l.fin.in fi. Reprobantur † si sunt obscuri, & ignoti, vt in auth.de testib.§.sancimus: possunt, tamen cum tormentis admitti. Sed an iudex possit compellere testem, vt dictum suum determinet, & declaret? Certè sic ante publicationem, & post, vt extra.de testibus cogen.c.præterea.35.q.5. parentela. Quod.n.obscurè dicitur, pro non dicto habetur, vt ff.de his, quæ pro non scriptis.l.2.& fi.de inter.act.l.de ætate.§.nihil. Et obscurum dictum scriptum, pro non scripto habeẽ, vt ff.de his, quæ pro non scrip.l.2. Item si necessariæ interrogationes sint omissæ, iterum interrogantur testes, vt extra, de testibus.c.per tuas.& ibi Inno.not. Item si testes obscurè deponunt, vtrũ interrogentur ante aperturam, vel post, dic vt extra, de te-
1 Quæro,† an frater in cauſa criminali fratris poſſit ferre teſtimonium ? Et vr̃,quod volens ſic,inuitus non, arg. à contrario ſenſu.l.1.ff.de teſti.& l.lege Iulia, & l.ſeq & ff. de q̃ſt, l.1.§.ſed nec libertum,ibi,inuitus teſtimonium,&c. Et etiã dicit Azo,in tit.de teſtib.etiam inter parentes, & liberos, & in infinitum.C.de teſtib.l.parentes.vbi de hoc.Prętereà ꝯſanguineos, quos prætor prohibere voluit vſq; in infinitum.C.de teſti.l.parentes.& ff.eo.l.teſtis.Si idem voluiſſet de fratribus,hoc feciſſet. C. de cad.tol.l.vnica.§. ſinautem ad deficientis perſonam.verſi.nam ſi p̃rium,&c.& omnes, qui non prohibentur, &c.arg.l.1.ff.de teſti.Prætereà nõ eſt præſumendum ꝙ charitas fraterna deieret, & immemor ſit ſuæ ſalutis, C.ad l.Iul.rep.l.fi.cum anima ſit cunctis reb. p̃ferenda.l.ſancimus. C.de ſac.ſan.eccl. Econtrà vr̃ qd̃ etiã volens non admittatur : quia valde amicus pro amico repellitur.ff.de teſti.l.teſtium.1.reſpon. Et ideo multò fortiùs repellit̃ frater, qm̃ fortius vinculum, & maior eſt affectio conſanguinitatis, q̃ amicitiæ. Nam amicitia tanquàm res accidentaliter proueniens de facili variatur, & tollitur.ff. de confi.tut.l.in confirmando.ad fi. Sed fraternitas eſt res naturalis, & adeo ſtabilis, & nullo pacto põt ſeparari.ff.de pac.l.ius agnationis.& ff.de reg.iur.l.iura ſanguinis.Dulcis eſt.n.amicitia inter fratres. C. cõia vtri.iudi.l. poſſeſſionẽ. & de leg.1.l.ſi domus.§.qui confitetur. meritò ergo frater tutius,q̃ amicus vllus,eſt à teſtimonio repellendus. Prætereà, qui vni de genere iniuriã infert,totum genus iniuriaſſe vr̃.ff.de lib.cau.l.1.2.& 3.& ff.de iniurijs.l.1.§.vlt. Et ſi frater per mediam p̃ſonam erit teſtis,certè nullo modo põt, cum eius propria cauſa videatur, & omnibus in ſua cauſa principaliter, & ſecundariò dicendi teſtimonium facultas interdicenda eſt.C.de teſtib.l.in omnib. & C.qui accu.nõ poſſ.l.ſenatuſconſulto p̃miſſum non eſt. vbi eſt optimus tex.& no.conferens ad hanc quæſt. Prætereà ſi fratri meo, vel vlteriori ꝯſanguineo inferatur iniuria,de illa non poſſum cognoſcere, vel iudicare.ff.de ĩiurijs.l.lex Cornelia.in prin. Et ratio eſt, vt ibi dicit gl.qa toti generi iniuria vr̃ illata.Hoc probant tres leges.ff.ad l.Cor.de ſicar.l.1.§.ſi.ibi, cum qui ſtuprum ſibi,vel ſuis,&c.& l.ſancimus.C.de agri. & cenſi.lib.11.& C.qui accu.non poſſ.l. ſenatuſconſulto.in apparatu.arg.ff.de lib.cau.l.1.2. & 3.Accedit ergo ad prædicta,ꝙ pariter ꝯceditur mihi à iure,impunè propulſare vim neceſſarijs meis illatam,ſicut & quæ mihi infertur,vt d.l.1. in prin.ff.de ſicca.& no.C.vn.vi.l.1. Prætereà,cum per mediam p̃ſonam fratris videar offenſus,ſum inimicus, & inimicus teſtis eſſe non põt.ff.de teſtib.l.teſtium.in prin.& in auth.de teſtib.§.ſi verò odioſus.Et rõ eſt,quia inimicus de inimico facilè mentitur.de qõ.l.1.§.quæſtioni fidem.Prætereà,nedum de inimico ſuſpicant̃ legis authores,ſed de amico inimici mei.ff.de teſt.l.ſi eundem.§. ſi accuſatio. Prætereà,vt tactum eſt in p̃rijs allegationibus, edictum de teſtibus eſt ꝓhibitorium,& prohibiti repellunt̃, ſi admittũtur. l.1.§.1.ff.de teſt.Sed patet,ꝙ frater teſtificari in cã criminali fratris prohibetur,& à verbis,& authoritate legis minimè eſt,&c.Nam dicit author legis,ꝙ iſti demum ſunt ad teſtimonium admittendi,q̃ ſuſpicione careant.ff.de teſtib.l.ob carmen.& ad fi.e.tit.l.3.§.1.ibi,ſuſpicione careãt.& in auth. de teſt.§.ſancimus. & fratres & vlteriores ſuſpicione non carent:quia ꝯſanguinitas inducit ſuſpicionẽ.ff. de appel.l. ſi perluſorio.lex quippe in cõſanguinitate tantam p̃ſumit ſuſpicionem,qd̃ repellit tutorem,& remouet à tutela, & ꝓcuratorem à procuratione,& iudicem à iudicando.C.de excuſ.tut.l.humanitatis.ff. de procu.l.aut affinitate.& ff.de iniur.l.lex Cor.2.reſpon. Itẽ dicimus,vt fratres repellantur

à teſti-

à teſtificando multò magis, cum de ſimilib. Idem debeat eſſe iudicium, vt ff.de ꝓſti.pe.l.pe.l.1.§.de pupillo.& C.e.l.fi. Conformis eſt.n.argumentatio de teſtib.ad tutores, & ad iudices, quia quorumlibet eſt officium, ſeu munus ciuile, perſonale,& publicum.ff.de mu.& ho.l.munerum.2. reſp. & ff.quemadmodum teſta.aper.l.ſi quis ex ſignatorib. Et ſi opponatur, teſtis iurat,& ſic non eſt p̃ſumendum, ꝙ deieret affectione conſanguinitatis. R̃n.non obſtat talis obiectio, q̃ tutor & iudex iurant, vt in auth.vt iud.ſine quoquo ſuffr.§. ſic igitur. & in auth.iuſiurandum qđ præſtatur ab his.in prin.& §.1. nihilominus iuriiurando præponderat ſuſpicio ꝓſanguinitatis,& propterea iudex à iudicando prohibetur in cauſa ꝓſanguinei.d.l. lex Cornelia. & tutor ab adminiſtrando, ſeu tutelã gerendo, cum habeat tutor litigare cum ſuo ꝓſanguineo pupillo cã ipſius tutoris, vt d. l.humanitatis. cum diuerſum in reddendo teſtimonio in cauſa ꝓſanguinei non video. Cum igit̃ fratris teſtimoniũ non careat ſuſpicione, & teſtes ſuſpicione non carentes improbati ſunt,& fratres meritò repellunt̃.Prætereà conſtat, ꝙ ad probanda crimina exiguntur p̃bationes luce meridiana clariores, & teſtes idonei omni ſuſpicione carentes,& omni exceptione maiores.l.ſciant cuncti. C.de p̃b. & C.de ꝓh.& commit. ſtip.l.optimam.ad fi.ibi, per teſtes itaq; idoneos.& ff.de teſt.l.ob carmen.& in auth.de teſti.§. ſancimus. quæ p̃fectio, & idoneitas non cadit in perſona fratris volentis deponere: & adeò in obiecto flagitio lucidè conuinci reum oportet, vt vix, ẽt ipſe negare audeat, quæ commiſit. C.de pœn.l.qui ſniam. Quid plura? Caſus eſt in iure, qđ conſanguinei offenſi teſtes eſſe non poſſunt. 3.q.5.can. ꝓſanguinei. ibi conſanguinei accuſatoris aduerſùs extraneos teſtimonium non dicant. c. accuſatores. & extr.de accu.c.cum oporteat. Nec obſtat ff.de teſt.l.lege Iulia.& l.ſeq.& ff.de q̃.l.1.§.ſed nec libertum.ibi, nec quidem fratrem.Ex quib.legib.dicunt q̃dam, potius ſuperficialiter, q̃ medulliter iura intelligẽtes, ꝙ ꝓſanguinei, & affines vſq; ad 12.gradum volẽtes poſſunt eſſe teſtes. ſed leges illæ certè non id dicunt, imò dicunt, ꝙ non cogant̃ inuiti. Vñ arguunt,& dicunt à ꝺrio ſenſu legis, admittunt̃, & ſic intelligentes errant.Sic arguo, prout do. N.q̃ ponit duo brocarda adinuicem dependentia. Vnum eſt tale.Fortiſſimum eſt argu.à ꝺrio legis ſumptum.ff.de offic.eius cui man.eſt iuriſd.l.1.& ff.de teſtib.l.ex eo.ff.de lib.& poſth.l.Gallus.1.rñ. extr.de his, quę fiunt à p̃la.c.cum apoſtolica.Et ad poſitum brocardum, ꝙ licet à ꝺrio ſenſu legis arguere, facit.l.ꝙuenticulam.C.de Epiſ.& cle.C.de iuriſd.om.iud.l.nemo.& C. de condi.inſer.l.2. Vera ſolutio huius brocardi eſt duplex: ambæ tñ in idem recidunt. Primò, ꝙ quotieſcunq; ex electione argumentationis ꝺrij ſenſus, reſultat prauus intellectus ꝺrius conſtitutioni legis, tunc non eſt licitum ſumere arg.à ꝺrio ſenſu legis.& ita intellige iura pro ſecundo brocardo allegata. Et eſt ratio, quia iniquus,& prauus intellectus ſubaudiẽdus non eſt.ff.de verb.obl.l. Titia.§. idem rñ. & l.cum patrem.C.de ꝓdi.inſer. Vel aliter, qđ in idem, quò ad effectum recidit cum primo, quotieſcunq; à ꝺrio ſenſu electio eſt circa p̃hibitionem, ratio, q̃ ineſt expreſsè à lege poſita: tunc non licet ſumere argm̃ à contrario ſenſu legis, aliàs ſic, v.g. quilibet inuitus poteſt cogi ad teſtimonium perhibendum.Et ratio eſt, q̃a officium teſtis eſt munus ciuile,& publicum merè p̃ſonale, ad qđ inuiti coguntur ff.de mune.& ho.l.magiſtratus.& d.l.ſi quis ex ſignatorib.& C.de teſtib.l.ſi q̃n.in pr. Hoc fallit, in fratre, nepote, & alijs ꝓſanguineis, vſq; ad gradum 12.vt non cogant̃ inuiti in cauſa ꝓſanguinei teſtimonium dicere, & ita loquunt̃ iura bene intelligentibus, in ꝺrium allegata,& cõſimilia, ſ. d.l.lege Iul.cum ſeq.ff.de teſt.& ff.de q̃ſt.l.1.§. ſed nec libertum.ibi, nec qdem fratrem.Et eſt rõ defectus fidei, p̃p ſuſpicionem parentelæ: q̃a cum occaſione ꝓſanguinitatis ſuſpicione non careant, tales teſtes ſtuſtrà cogunt̃ teſtimonium dicere:& eadem ſuſpicionis rõ ſibi vendicat locum in fratre, ſeu alio ꝓſanguineo ſponte teſtificante, quæ in coacto,& inuito, ergò talis ꝺrius ſenſus eius ſubaudiri nõ dẽt, cum eadem ſit ſuſpicio,& p̃hibitionis rõ, & vbi eſt eadem ratio ibi idem ius ſtatui debet.l.à Titio.ff.de verb.ob. Et accedunt ad iſta, quæ gloſſant̃.C.ad Turp.ſi fœmina.vbi eſt glo.ord.quæ p̃dicta dicit,& eſt glo.ord.in c.tranſlato.extra.de ꝓſti. denuò q̃s dicetur in cauſa criminali ꝺ fratrem idoneus teſtis, cum iniuriam illatam fratri, tanq̃ propriam vindicare teneatur.C.de his quib. vt indig.l.fratrẽ.& l.ſororem.& C.qui accu.non poſ.l.ſenatuſconſul.So.Dico fratrem nõ eſſe idoneum teſtem in cauſa criminali fratris, ſed ſuſpicioſum, ideò non admittendum. q̃d autem ſi iudex eum admiſit,& examinauit? Reſpõdeo non valet dictum eius, nec fidem facit: quia factum iudicis non poteſt tollere iura naturalia, vt conſanguinitatis,& ſanguinis.ff.de ferijs.l.1.§.ſin verò.& ff.de regul.iur.l.factum à iudice. Et hæc omnia vera ſunt, ſi non ſunt in eiuſdem patris poteſtate, multò magis ſi ſunt in eiuſdem patris poteſtate. Quid in conſobrino? Rñdeo idem, quia eadem eſt ratio, ergo & idem ius. Præterea ſola affinitas videtur repellere poſſe teſtem, vt in authen.de teſt.quia verò, in glo.magna.in verb. non habebit, quæ inci. imò videtur, ꝙ affinitas inducit ſuſpicionem.ff.de procur.l.aut affinitate.& C.de excuſa.tut.l. humanitatis.& teſtes debent omni ſuſpicione carere.l.teſtium fides.in princip.ff.de teſtibus.

TRAC. DO. NELLI
DE SANCTO GEMINIANO,
DE TESTIBVS.

1 *Omnes poſſunt eſſe teſtes, qui non prohibentur.*
2 *A teſtificando repellitur, qui prohibetur à iudicando.*
3 *Inimicus etiam reconciliatus de recenti repellitur à teſtimonio.*
4 *Inimicitia, an ſit parua, vel magna, arbitrio iudicis relinquitur.*
5 *Amicus non omnino à teſtimonio repellitur, ſed ei minus creditur.*
6 *Coniurator, ſeu conſpirator, repellitur à teſtimonio.*
Teſtes, inſtrumenta, vel ſcripturæ nõ repelluntur propter amicitiam.
7 *Pater vel mater pro filio, vel filius pro patre vel matre, quando poſſit eſſe teſtis.*
8 *Conſanguineo in contradictorio iudicio minus creditur, ſed in non contradictorio magis.*
Pater pro fratre, & contra fratrem in cauſa ciuili admittitur, ſecus in cauſa criminali.
9 *Collaterales, & conſanguinei volentes, inter ſe admittuntur etiam in criminali.*
Et quando inter extraneos in cauſa ciuili.
10 *Socius pro ſocio teſtificatur, ſi emolumentum ad ipſum non ſpectat.*
11 *Domeſtici quando admittuntur.*
Clientulus, & mercenarius domeſtici ſunt.
12 *Vaſallus teſtificatur pro domino, & contra dominum, libertus contra patronum non teſtificatur.*
13 *Teſtis de vniuerſitate, quando poſſit eſſe in cauſa vniuerſitatis.*
14 *Prælatus, vel rector eccleſiæ in cauſa ſuæ eccleſiæ poteſt eſſe teſtis.*
15 *Criminoſus in crimine perſeuerans non admittitur ad teſtificandum.*
Si ex quatuor exiſtentib. in vna domo vnus occiditur, an alij poterunt examinari.
16 *Particeps criminis non admittitur etiam ad indicium præterquam in cauſa hæreſis, & ſimoniæ.*
Infamis & legibus odioſus teſtificans, conuinci debet per idoneos.
17 *Homicida admittitur de iure ciuili, ſecus de iure canonico.*
Teſtis, qui interrogatus dicit ſe homicidam, non poteſt puniri.
18 *Fur, raptor, & adulter manifeſtus, vel quilibet exiſtens in peccato mortali non admittitur.*
Aſſocians aliquem ad committendum adulterium, an admittatur in cauſa adulterij.
19 *Infamis, quando admittatur in teſtem.*
20 *Excommunicatus, & ſuſpenſus à teſtimonio repellitur, & an pro excommunicato, vel contra excommunicatum.*
Accuſator non poteſt eſſe teſtis.
Hermaphroditus non admittitur.
Iudeus, vel Paganus, vel Hæreticus, contra Chriſtianum non, pro Chriſtiano ſic.
21 *Impubes in quib. cauſis teſtificetur, & factus pubes poteſt teſtificari de eo, quod vidit in pupillari ætate.*
22 *Monachus, & Canonicus regularis non teſtificantur ſine licentia ſuperioris, in cauſa ſuæ Eccleſiæ ſic.*
Clericus in cauſa ſuæ eccleſiæ admitttitur.
Adminiſtrator eccleſiæ admittitur ſuper contractu, quem celebrauit.
23 *Seruus quando poſſit eſſe teſtis.*
24 *Teſtis inteſtabilis, qui communi opinione reputatur teſtabilis, quando admittatur.*
25 *Conditio teſtis inſpicitur tempore teſtimonij, quando teſtes ſunt de ſubſtantia rei.*
26 *In probanda inhabilitate teſtis, ſufficiunt duo teſtes.*
27 *Dictum teſtis trahitur ad tempus iuramenti.*
28 *Teſtamentum qui non poteſt facere, non poteſt ferre teſtimonium.*
29 *Cæcus teſtificatur de auditu, quando habet voces notas, & de his, quæ vidit ante cæcitatem.*
30 *Pauper, quando admittatur, ad teſtimonium, & de his, qui portant crucem.*
31 *Iudex, aduocatus, procurator, actor, et aſſeſſor, quòd poſſunt eſſe teſtes.*
32 *Mulier in criminalibus non admittitur, in ciuilib. ſic, & in codicillis.*

Mulieri

BIU Cujas

Mulieri inspicienti aliquam, & asserenti non esse cognitam, an credatur.

33 *Fideiussor pro debitore, qui soluendo est, testificatur.*
Cedens pro cessionario, an possit esse.

34 *Creditor pro debitore non testificatur.*
Non testificatur quis contra eum, quem in ius vocare non potest.
Legatarius quando, tutor, familia officialis.

35 *Frater pro vxore fratris testificatur.*
Magister pro discipulo, compater pro compatre quando.

36 *Maior. 70. annis non compellitur esse testis.*

37 *Iudex dat saluum conductum testibus.*
Testes non vocantur à longe, quando plus expenderetur quam esset valor causæ.
Testibus debent expensæ fieri.

38 *Testes si sunt citati, & non comparent, & quod si tardant deponere, de remedio, remissiuè.*

39 *Testis qui non vult comparere, vt veritas occultetur, punitur crimine stellionatus.*

40 *Testis quibus casibus cogatur testificari.*

41 *Testis qui venit ad iudicium, & iurauit non recedere sine licentia iudicis quod non possit teneri vltra xv. dies.*

42 *Testis qui non fuit citatus, nec monitus, si deponit cum iuramento, probat.*

43 *Testium receptio contra non citatum, non valet.*

44 *Iudex debet inquirere de conditione testis, & si non inquirit, dictum valet.*

45 *Dilatio quarta ad producendos testes quando detur, & quando quinta.*

46 *Ante publicationem idem testis sæpè non producitur, nisi ex causa.*

47 *Testes possunt produci publicatis testibus, etiam si est renunciatum productioni testium.*
Renunciatio facta specialiter de non producendo testes super aliquo capitulo tenet.

48 *Iudex inquirens publicatis testibus potest testes inducere.*

49 *Iudex ex officio potest recipere testes in causa post aperturam testiũ, etiam ad coadiuuandum.*

50 *Procurator non inducit testes, stante statuto quod non possunt induci nisi à principali.*

51 *Testes si sunt recepti parte absente, intelligitur parti exceptio reseruata.*

52 *Testes si sunt præsentes, examinantur per iudicem.*

53 *Iudex quando possit mittere notarium ad examinandum.*

54 *Testis si dicit non dixisse prout scripsit notarius, creditur magis notario, si iudex fuit præsens. & nu. 246. & 251.*

55 *Testibus productis potest opponi contra eorum personas.*
Exceptio si obstat vni, non retardat processum si adsunt alij.

56 *Exceptio contra testes quando sit proponenda.*

57 *Producens testes opponit contra eius personam si causa de nouo emerserit.*

58 *Protestatio facta contra personam testis contra me producti, si pro me deponit, mihi non nocet, nisi fuerit talis protestatio ratificata per partem.*
Publicatione facta non potest obijci contra personas testium, nisi protestatio fuerit à principio facta.

59 *Testis iuramentum quid continere debeat.*

60 *Testis qui deposuit non iuratus, si postea iurat, non probat.*

61 *Iurare de credulitate quis possit.*

62 *Ecclesia vt possit arma spiritualia exercere, sufficit, quod habeat iustitiam veritatis indubitanter, licet non probatam.*

63 *Testis, qui iurat dicere puram, & meram veritatem, deponendo de fama, non probat.*

64 *Testis qui non iurat tactis scripturis, si deponit falsum potest puniri.*

65 *Dies depositionis testis, qui vna die iuranit, & altera deposuit, editur.*

66 *Testis compellitur per ordinarium vt iuret coram eo.*

67 *Testis qui iurat dicere veritatem super articulis, si deponit extra articulos quando probet.*

68 *Iuramentum testis potest consensu partium remitti.*

69 *Testis iurans dicere veritatem super tota causa principali, intelligitur etiam super emergentibus.*

70 *Terminum habens ad probandum, non dicitur probasse si facit testes in termino iurare.*

72 *Testis qui iurauit in termino, licet extra terminum deponat, dicitur in termino deposuisse.*
Citatio partis, quod requiratur in iuramento testium.
Testes non præsumuntur iurati, nisi de iuramento in actis appareat.

73 *Testes post litem contestatam, non ante, recipiuntur: fallit in triginta quatuor casibus.*

74 *Testes recepti ante litem contestatam, quia senes, vel infirmi, non publicantur.*
Et quando publicentur reo præsente in iudicio, & actore absente. infra nu. 78.

75 *Testes quando dicunt se nihil scire, possunt alij publicatis testibus super eiusdem capitulis produci.*

76 *Testes examinandi ad æternam rei memoriam, coram quo iudice examinentur.*

77 *Testes ad æternam rei memoriam pro reo publicati eidem prosunt, saluo iure opponendi contra personas eorum.*

79 *Citatio personalis, an requiratur, quando testes extra ordinem examinantur.*

80 *Præsentia partium non est necessaria quando testes publicantur.*

81 *Attestationes non publicatæ non faciunt fidem.*

82 *Possidens potest petere examinari testes ad æternam rei memoriam, secus si non possidet.*

83 *Duo testes regulariter sufficiunt, sed in casibus plures requiruntur. & nu. 84. & 87.*

85 *Dicto vnius testis quando credatur, vbi ponuntur. xxix. casus.*

86 *Producere xl. testes volens, & iudex non vult recipere nisi xx. poterit appellare.*

87 *Tabellio qui confecit instrumentum connumeratur in numero testium.*

89 *Testes non Latini per notarium latinum quomodo examinandi.*

90 *Testis non potest dictum suum in scriptis deponere, maximè in criminalibus.*

91 *Testis non examinatur super articulo, super quo non est inductus, & quando iurat super eo super quo non fuit inductus.*

92 *Testis deponens super dependentijs, & connexis non dicitur deponere extra articulum.*

93 *Articulus non est de substantia probationis.*

94 *Dictum testis verum in articulo non vitiatur, si testis dicit falsum extra articulum.*

95 *Iudex cogit testem in iudicio ad dicendum veritatem, licet extra iudicium dixerit se nihil scire.*

96 *Testes qui compelli non possunt, quãdo deponunt sponte debet in actis redigi.*

97 *Expensis producentis mittitur notarius ad egregias personas.*
Testes de longinquo producens facit expensas.

98 *Testium dicta scribi debent.*

99 *Testes debent secundum interrogatorium examinari, vt prosint producenti, aliàs habentur pro non receptis.*

100 *Testimonia iudiciaria duobus modis dicuntur.*

101 *Testes seniores præferuntur iunioribus.*

102 *Instruere testes qui interfuerunt negotio, vt plenè dicant, licet.*

103 *Testis suspectus interrogatur de circunstantijs.*

104 *Testis an possit de suo facto testificari.*

105 *Testis sentiens commodum, etiam in consequentiam, quando possit testificari.*

106 *Testes repeti quando possint.*

107 *Testes quando possint dictum suum declarare, corrigere, vel interpretari.*

108 *Iudex post conclusum in causa, an interroget testes.*

109 *Testis etiam ex interuallo declarat dictum suum, quando fungitur officio iudicis, & testis.*

110 *Testis qui variat an probet, & si dicit primò quod non recordatur, postea sic, statur secundo dicto.*
Dicto testis facto in iudicio statur, licet contrarium extra iudicium dixerit.

111 *Testis si dixit sic, imo sic, statur secundo.*
Testis si dixit hodie nescio, potest cras dicere, scio, & statur secundo, si dicat antequàm sit locutus cum parte.

112 *Testis deponens ambiguè, quando poterit interpretari pro quo deposuerit.*

113 *Testes magis idonei requiruntur in criminalibus, quam in ciuilibus.*
Iuramentum in supplementum probationis non defertur in causa criminali ciuiliter mota.

114 *Testes in causa criminali torquentur, & quid in ciuili.*

115 *Teste vacillante, notarius scribit vacillationem de mandato iudicis: idem si trepidat, vel mutat colorem in facie.*

116 *Testis deponens de visu, potest reprobari ratione naturali.*

117 *Testis deponens super inquisitione si dicit occidentem se cognouisse, sed non occisum, non probat.*

118 *Testis deponens super incestu, si deponit coniunctionem carnalem, & non consanguinitatem, an probet.*

119 *Testes quorum vnus deponit de veritate, alius de fama, probant.*

120 *Publicatio testium quæliter fiat, & in scriptis redigatur.*

121 *Publicatio testium licet omittatur, iudicium tamen valet.*

122 *Publicatione facta potest contra testes consensu partium opponi.*

123 *Publicatis testibus, casib. decem nouem post didicita testificata possunt testes produci.*

124 *Testes post didicita testificata non possunt super eisdem articulis examinari, super alijs sic.*

125 *Testes si rectè culpa iudicis non fuerunt examinati, publicato processu poterunt iteratò examinari.*

BIU Cujas

126 *Testes etiam de voluntate partium, non admittuntur post didicita testificata.*
127 *Testes examinantur post didicita testificata, quando primi dixerunt se nihil scire, vel non recordari.*
128 *Testes publicato processu possunt admitti ad probandum exceptionem, si terminus statutus ad probandum non sit lapsus.*
129 *Testes vt probent, necessariò concludere debent, & assignare rationem dicti concludentem.*
130 *Testis reddit rationem per eum sensum, de quo percipitur id, de quo testificatur.*
131 *Visus quomodo pro omni sensu corporeo accipiatur.*
132 *Visus propriè, & strictè, est actus videntis oculo corporali, & intellectuali.*
133 *Possessio probatur per visum.*
134 *Testis si deponit aliquem dominum, quia vidit, non probat.*
135 *Testis deponens super his, quæ percipiuntur iudicio intellectus non probat, nisi reddat rationem dicti.*
136 *Ratio testis bona facit dictum bonum, & mala malum, & dictum adaptatur ei, ad quod ratio.*
137 *Testis debet à iudice interrogari de causa scientiæ, & si non interrogat præsumitur in eo malitia. Et an de circunstantijs interrogari debeat.*
138 *Testis semel reddens causam dicti, non debet vlterius interrogari, sed de circunstantijs sic ad veritatem inuestigandam.*
139 *Testis non respondens de causa scientiæ, stante statuto quòd de causa scientiæ interrogari debeat, alias non, valet depositio, quod non probat.*
140 *Testis assignans ineptè rationem dicti non probat, etiam stante statuto quod testibus credatur, licet non reddant bonam rationem.*
141 *Testis non respondens de causa, quia non fuit interrogatus, probat.*
142 *Testis si in reddendo causam rationis dicat sic, quia sic reperio in meo memoriali quod de hoc feci, probat.*
143 *Testis dicens, quia præsens fui, probat visum & auditum.*
144 *Testis deponens per verbum, credo, in his quæ sunt de peritia artis, an probet.*
145 *Testis deponens per verbum nescio, non debet vlterius interrogari.*
146 *Ratio in teste super filiatione, emancipatione, vel communi opinione, qualis esse debeat.*
147 *Testes deponentes super dominio debent de facto, & non de iure deponere.*
148 *Testis si dicit, vidi quem sanum, an probet, si dicit, vidi publicum instrumentum.*
149 *Testis si dicit quod vidit furari cappam Martini, probat furtum.*
150 *Testis si dicit se vidisse, quod loquebatur probat.*
151 *Testis si dicit quod talis dixit verba displicibilia, probat, & inductus ad probandam defensionem probat si dicit, quod vidit.*
152 *Testis deponens de causa visus idonea, licet loquatur großo modo, probat etiam auditum.*
Sensus exteriores sunt quinque.
Sensus interior, qui communis dicitur.
153 *Baldi laus.*
154 *Verbum principale libelli, dicitur substantia libelli.*
155 *Adiectiua libelli sunt, conditio, modus, demonstratio, qualitas, locus, tempus, quantitas, &c.*
156 *Agens quod promisisti purè, & probat quod sub conditione, an dicatur probata intentio.*
157 *Agens quod mutuaui sub conditione, & probans quod mutuaui purè, non probo contractum.*
158 *Testes deponentes circa demonstrationem quomodo debeant concludere.*
159 *Accusans Titium & Seium, quod intulerunt in petrum duo vulnera, ex quibus mortuus est, si non probo de Seio, sed de Titio, an Titius condemnetur.*
160 *Testis reprobatorius si interrogatus non reddit causam, non probat ita perfectè sicut ille qui reddit bonam.*
161 *Testes quando sunt contrarij, illi præualent qui reddunt meliorem causam.*
162 *Notarius & testes tenentur ad interesse partis, etiam ratione erroris.*
163 *Testis deponens de auditu, regulariter non probat.*
164 *Testis qui dicit se credere, vel sibi videri, non probat, & quid, si dicit, sic mihi videtur.*
165 *Testis interrogatus de diffinitione rei, debet respondere.*
Diffinitiones quæ sunt iuris, pertinent ad doctores.
166 *Testis dicens quod vidit Titium tenere, & possidere, probat, licet interrogatus quid sit possessio, respondeat, nescio.*
Testis potest interrogari, quomodo intelligat verba iuris, & an teneatur scire iura.
167 *Ius pro facti qualitate interdum ponitur.*
168 *Testis debet habere notitiam sensus, non impressionem intellectus.*
169 *Testes contrarij cõcordantur in numero pari, & ad euitandam pœnã.*
170 *Attestationes, quæ sunt interpretandæ in meliorem partem.*
171 *Testis, quia vicinus, probat quem bonum & malum.*
Testis qui dicit scio, an probet.
172 *Testis interrogatus de fama, licet dicat vera in capitulo contenta, non probat nisi dicat causam, & à quibus habuit ortum etiam non interrogatus.*
173 *Famam non probat testis, qui dicit publicè dicitur.*
174 *Testis interrogatus de veritate, si dicit se nihil scire, intelligitur de veritate, non fama.*
175 *Famam probat testis non solum de his, de quibus rationem reddit, sed etiam eorum de quibus non reddit.*
176 *Testi de infamia alicuius non creditur, nisi reddat rationem, & quando sufficiat deponere in genere.*
177 *Testis deponens de fama in causa appellationis, debet probare per id, quod incidit ante litem motam.*
178 *Credulitas in teste non excusat à calumnia in iudicio.*
179 *Rusticus deponens super possessione, si dixit quia vidit quod possedit tanto tempore, probat.*
180 *Testis qui dicit Titium posßedisse decem annis, & non dicit de quibus singulariter, non probat. Et si dicit possedit decem annis, & plus, nihil operatur.*
181 *Testis dicens Titium possidisse per annum patiente Seio, non probat.*
182 *Testis inductus ad probãdum mutuum, vt probet quomodo deponat.*
183 *Vnus ex testibus si deponit de quinque, alius de decem, non probatur contractus in quinque.*
Decimæ receptio, & iurisdictionis exercitium, probantur per testes singulares.
184 *Testibus discordantibus de valore, seu æstimatione rei, quibus stetur & quomodo magis duobus affirmantibus, quam mille negantibus credatur.*
185 *Testis examinatus in palatio potestatis, si dixit contractum celebratum in palatio Episcopi, & super alio articulo dixit in hoc palatio, saluatur eius dictum ad pœnam euitandam.*
186 *Vnus testis si dicit de se & socio, & similiter alter, an probent, vel dicantur singulares.*
187 *Simul dicitur fieri quod fit successiuè.*
Adulterium probatur per testes, qui viderunt adulterantem per rimulam, vnus post alium.
Vsurarium aliquem esse probatur per testes singulares.
188 *Ciuitatem habere ciues, aliquem esse filium filij, cæcum esse, testes qualiter probent.*
Aliquos esse fratres, stipulationem interuenisse.
Aliquem exercuisse iurisdictionem.
Mutum fecisse contractum, quomodo & qualiter probetur.
189 *Interesse singulare qualiter probetur per testes.*
Vnus testis si deponit de decem, alter de quindecim, an sint contrarij.
190 *Testis super identitate rei deponens an probet.*
Testis qualiter deponat, vt imponat fidem instrumento, quod legi non potest.
191 *Arbitrio iudicis committitur an sit fides testibus adhibenda.*
192 *Necessaria ad fidem testis, vt periurus non sit.*
193 *Testi pro vna parte deponenti, si interrogatus pro alia noluit respondere, non creditur.*
194 *Testibus simul examinatis, licet probent, tamen non creditur.*
195 *Testes deponentes per eundem præmeditatumque sermonem, dicuntur subornati: in arbitrio tamen est iudicis eis credere.*
196 *Testis qui dicit testamentum falsum, sed de tenore non recordatur, non impedit additionem ex testamento.*
197 *Testis qui dicit notarium erraße, puta non audiuit hæc verba, probat errorem, sed non qualiter.*
198 *Testis semel inductus, si super eodem secundo inducatur, & dicat non recordari qualiter deposuerit, & aliter deponat, an probet.*
199 *Testi non plenè factum narranti non creditur.*
200 *Testi plus perito creditur, etiam si negatiuè loquatur.*
201 *Testis deponens super eo, quod est remotum à natura contractus, non probat.*
202 *Testis qui accepit pecuniam ad deponendum in præiudicium eius à quo accepit probat.*
203 *Testis recipiens pecuniam vt dicat testimonium verum, punitur de falso.*
Dans pecuniam vt verum testimonium dicat, punitur.
204 *Testes non pereunt instantia perempta.*
205 *Testium dicta an faciant fidem in alia instantia, an contra ipsosmet testes.*
206 *Testes recepti ad excipiendum, quando faciant fidem ad agendum.*
207 *Testis deponens super alio quàm fuerit inductus, an probet.*
208 *Testes non rectè examinati probant in longinquis partibus.*
209 *Testis non tenetur recordari de tempore.*
Nec vitiatur dictum, si non deponit de loco, & mense.
Tenetur tamen habere notitiam diei, quando est de substantia.
Melius debet recordari de loco, quam de tempore.

BIU Cujas

In criminali non tenetur de die deponere.

210 *Teſtis ſi non recordatur de tempore, valet teſtimonium eius in interdicto vnde vi.*
Errantes in tempore, tamen probant ſpoliationem.

211 *Negatiua qualiter poſſit per teſtes probari.*

212 *Teſtis examinatus, qui non debuit examinari non facit indicium, & quando, & qualequale præiudicium.*

213 *Teſtes ſingulares non probant contractum vſurarium, nec certum crimen hæreſis.*

214 *Teſtes dicuntur ſingulares in actu diſtinctiuo.*
Teſtes dicuntur varij, & ſingulares, quando vnus de vna alius de alia probat.

215 *Teſtibus contrarijs & inter ſe repugnantibus, abſolutè, & ſimpliciter non adhibetur fides.*

216 *Teſtes adinuicem repugnantes, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quia vnus de maiori alter de minori, ſtatur minori.*
Teſtis qui varius, qui contrarius, & qui vacillans.

217 *Teſtis ſibiipſi contrarius per dolum, punitur.*

218 *Teſtis, qui habet conſimilem cauſam eſt ſuſpectus.*

219 *Iudex non tenetur facere ſcribi in actis quare non adhibet fidem teſtibus.*

220 *Acta iudicij valent, licet in eis non ſunt ſcripta nomina teſtium.*

221 *Actus celebratus coram populo, vel populum repræſentante, non requirit præſentiam teſtium.*

222 *Teſtes aliqui dicunt filium in maiore quantitate inſtitutum, filium in minore, alij dixerunt eos inſtitutos æqualiter, intelligitur æqualiter, ſcilicet eodem tempore.*

223 *Confeſſio facta motu proprio non probatur teſtibus.*

224 *Proteſtans contra teſtes poteſt vti eorum dictis ad excludendas probationes aduerſarij, non ad fundandam intentionem.*
Et ſi petit pro ſe examinare, videtur à proteſtatione recedere.
Solus conſenſus partium non ſufficit ad conualidanda dicta teſtium, quæ non valent.

225 *Teſtis, qui primò depoſuit, poſteà ſuper vltimo interrogatus dixit ſe neſcire, intelligitur, niſi vt ſuprà dixit.*

226 *Teſtis interrogatus de aliqua re, ſi dicit ſe obliuioni tradidiſſe propter infirmitatem, iuſtè allegat.*

227 *Teſtis examinatus in loco, vbi quis paſſus fuit caſum, facit fidē alibi.*

228 *Inſtrumentum qualiter reprobetur per teſtes.*

229 *Inſtrumenta & teſtes an poſſint pro parte acceptari, & pro parte non.*

230 *Contrarietas teſtium vel varietas qualiter ſit concordanda etiam vt probent.*
Iudex habet arbitrium quando dicta teſtium ſunt contraria.

231 *Teſtis falſus, varians, qualiter puniatur.*
Cautela pro teſte quando torquetur.

232 *Iudex non admittens defenſionem iuris, punitur, ac ſi non admitteret defenſiones innocentiæ, ſupra in l. presbyteri. nu. 14.*

233 *Teſtis qui dicit falſum in circunſtantijs, tenetur de falſo.*
Iuramentum præſtitum ſuper principali, trahitur ad omnes circunſtantias.

234 *Teſtis ſtudiosè non reddens cauſam ſui dicti, tenetur pœna falſi.*
Teſtis qui dicit non recordor, tenetur pœna falſi, quando certum eſt quod recordatur.

235 *Teſtis non debet aſſerere, niſi quod vidit, & ſenſit, aliàs eſt falſus.*

236 *Teſtis non dicitur falſus, ſi dixit ad ſe non ſpectare commodum, & tamen ſpectat tanquam cuilibet de populo, vel vniuerſitate.*

237 *Teſtis, qui falſum dixit coram iudice, præſente parte, punitur de falſo ſine citatione, ſupra in l. presbyteri. nu. 15.*

238 *Teſtis inutilis producenti, & aduerſario non nocens, poteſt accuſari de falſo.*

239 *Teſtis falſum dicens præter conſcientiam domino non præiudicat.*
Teſti falſum dicenti ſuper vno non creditur in alio.

240 *Teſtis qui in ſua teſtificatione aliquid falſi inſerit, vel addit, aut vera detrahit, tota teſtificatio vitiatur.*

241 *Teſtis in articulo mortis conſtitutus, ſi dicit ſe falſum depoſuiſſe, non nocet victori.*

242 *Producens falſos teſtes, producti, & mandator poßunt omnes vno libello accuſari.*

243 *Teſtis occultans veritatem punitur, ac ſi falſum diceret.*
Iudex ex officio poteſt fuſtigare teſtem falſum dicentem coram ſe.

244 *Teſtis falſum dicens coram iudice non ſuo poteſt ab eo puniri.*

245 *Teſtis deponens falſum coram arbitro, remittitur puniendus ad ſuū iudicem.*

246 *Teſtis receptus à notario in iudicis abſentia, ſi dicit aliter depoſuiſſe quam ſcriptum reperiatur, cui magis credatur. num. 25 250.*

247 *Teſtes teſtamenti non præſumuntur rogati, & quib. caſib. debeant eſſe rogati.*

248 *Teſtes debent cognoſcere contrahentes, ſi agitur de probando actu, ſecus ſi de ſolemnitate.*

249 *Teſtes ſuper lite coram arbitro pendente, poſſunt coram iudice examinari, nec requiritur litis conteſtatio.*

250 *Arbiter non poterit examinare, an teſtes examinati coram iudice dixerint veritatem.*

251 *Notario magis creditur, quam teſti dicenti aliter fuiſſe ſcriptum, quàm depoſuerit.*

QVia teſtium materia ampliſſimè eſt diffuſa, & per multos doctores tractatur diffusè, & maximè per Spe. decreui ſub compendio verborum, omnia quæcunque inueniam breuiſſimè per concluſiones colligere, ſequendo in quibuſdam ordinem Spe. & omnia eius dicta concluſiuè recitabo, ego Nellus de ſancto Gemi. iuris vtriuſque doctor precibus aliquorum ſociorum humiliter condeſcendi ad hoc opus compillandum. Suſcipiant igitur lucidum, & fauorabile munus, ꝙ longo meo tempo
1 re inſtantiſſimè petierunt. ¶ Sciendum primò † eſt, ꝙ omnes poſſunt eſſe teſtes, qui nō prohibentur. vnde edictum de teſtib. eſt prohibitorium, vt ff. de teſtib. l. 1. §. 1. Cuncta. n. licita ſunt, niſi decreto, aut lege prohibeantur. ff. ex quib. cau. ma. l. nec non & ſi quis. verſi. quæ clauſula. & extrà, de deſponſa. impube. c. ad diſſoluendum. Sic ergo quicunque non prohibetur à teſtimonio, poteſt teſtificari. ¶ Vi-
2 deamus † ergo nunc, qui prohibentur. Et generaliter nota, ꝙ omnes, qui prohibentur accuſare per tit. C. qui accuſ. non poſ. prohibentur teſtificari in cauſa criminali, vt notatur in rub. C. qui accuſ. non poſ. & in c. teſtes. 4. q. 3. & qui non admittitur in cauſa principali, nō admittitur in cauſa appellationis, vt in c. Romana. de appel. in 6. & qui repellātur, vide gloſſam in verbo, mediator. 1. q. 1. c. ſi quis Eps.

3 INnimicus à † teſtimonio repellitur. Idem ſi cum inimico habitat; ſi eſt inimicus ꝓpter litem criminalem, illa durante non admittitur, ſed tempore diſputationis diſcutietur, an ei ſit fides adhibenda: inimicus ergo magna inimicitia repellitur à teſtimonio, ſecus, ſi parua ſit, in Spec. de teſte. §. 1. verſi. inimicus ergo. Sed Inno. in c. cum oporteat. verſ. & non ſolum qui nunc. de accuſa. dixit ꝙ inimicus reconcillatus non admittitur ad teſtimonium ſi reconciliatio erat recens, ſecus in antiqua, quia ex antiquitate temporis præſumitur obliuio, vide glo. in verbo, heſternum 3. q. 5. c. accuſatores & teſtes, quæ eſt. not. ad hoc. Facit. ff. de acqu. poſ. l. peregrè. & quod not. in c. per tuas. 1. de ſimon. in gl. in verbo, inimicitias capitales. & ff. de excuſ. tut. l. Athletæ. §. dat remiſſionem. Inſti. de inutili. ſtipu. in fin. & dixit Innocentius, vbi s. quod inimicitia repellit, ſi erat capitalis inimicitia, vel magna: vbi tamē erat parua, non repellitur, ſed ei adhibetur minor fides, & vide.
4 C. de teſtib. in auth. ſi teſtis productus. verſ. ſi verò. An † autem inimicitia ſit magna, vel parua, iudicis arbitrio relinquitur, ſecundum Innoc. in c. cum oporteat. de accuſationib. & vide per Bar. in l. 1. §. cum quis. ver. ego vidi in ciuitate. ff. de quæſt. in glo. d. c. accuſatores. 3. q. 5. quæ probat. s. dictam diſtinctionem, & dixit Inno. extra. de re iud. c. 1. quòd inimicus, qui habet iuſtam cauſam inimicandi, non repelitur à teſtimonio, vt ibi no. per eum.

5 AMicus † maxima amicitia adſtrictus, à teſtimonio repellitur: ſecus ſi leuis ſit. vt ff. de verb. ſign. l. latæ. §. amicos. Spe. de teſte. in prin. & no. in gl. l. ſciendum. ff. de vſuris. non ergo in totum repellitur amicus à teſtimonio pro amico, ſed ei minus fidei adhibetur, vt eſt textus in auth. de mona. §. cogitandum verò eſt. qđ eſt verum, niſi inter eos eſſe tanta amicitia quòd in eis ſit vnum velle, & etiam vnum nolle. l. etiam. C. de teſti. & l. 4. ff. eo. & per Ang. in d. §. cogitandum. qui dixit per illum textum, quod ſi ſunt plures cohabitantes in ea. domo, vnus poteſt teſtificari pro alio, ſicut & monachi, nec repelluntur ratione cohabitationis, ſicut nec monachi, niſi alia de cauſa repellantur. quod eſt not. ad multa.

6 CONſpirator ſeu † coniurator à teſtimonio repellitur, vt in Spec. de teſt. §. 1. in prin. in ver. item qđ eſt conſpirator. Teſtes inſtrumenti, vel ſcripturæ non repelluntur propter amicitiam, vt not. C. qui pot. in pign. hab. l. ſcripturas.

7 Pater, & mater † regulariter pro filio, vel contra filium nō teſtificantur, nec filius pro eis nec contra eos. Idem in aſcendentibus, & deſcendentibus vtriuſque ſexus in infinitum, vt in

BIU Cujas

Spec.de teste.§.1.in prin.versi.item q̃ est parens,seu pater. & Insti.de testa.§.pater. & vide Bart. ff. de testa.l. qui testamento.§.per contrarium,& in §.quę autē.vbi tractatur nostra materia.Dicta regula fallit,quia pater potest esse testis in testamento filij testantis de castrensi peculio, d.§. per contrarium. Item pater testificatur pro filio in causa religionis.Item mater,cum quæritur de ætate, genere, seu cognatione filij. Quartò fallit in causis matrimonialibus.s. cùm quæritur, an matrimonium possit subsistere cum eis propter consanguinitatem,vel affinitatem. Sed si quæritur an matrimonium sit contractum vel non, sponsa dicente contrarium, & sponso negante, & si ipse sit ditior, vel potentior, vel honorabilior, pater vel mater sponsæ non admittitur.Si verò pater vel mater inferior sit, vel fauore matrimonij,si sunt pares,videntur suspecti. vnde iudex arbitratur.Sed si vir,& vxor se habent vt excedentia & excessa,vt quia vir est ditior,illa nobilior, vel èconta etiā iudex arbitrabitur: pater autem & filius,qui est in eius po testate in eodem testamento,vel extranei,simul esse testes possunt.In patris verò testamento filius esse testis non po test,nec pater,vel qui in eius potestate est,nisi filius testator sit miles,seu de castrensi testetur,quia tunc si ante missionem facit testamentum, pater potest testis adhiberi,secus si post.Spec.in tit.de teste.§.1.in prin. versic. item q̃ est parens,seu pater. De materia vide, quod not.ff.de proba.l. etiam matris, & ibi etiam notatur an pater possit esse testis pro filio emancipato,& etiam ibi not.an socer pro genero,vel ècōtra frater pro fratre, & de viro & vxore,& an vnus canonicus possit esse testis in causa capituli, vide q̃d not. C.de test.l.parentes. vbi ponitur de filio adoptiuo.

8 **Consanguineo** † minus creditur in contradictorio iudicio.l.magis puto.§.in primis.ff.de rebus eorum.& Bald.in conclusionibus tenet. sed in non contradictorio magis creditur, nec est semper standum confessioni eorum.

Frater pro fratre & contra fratrē admittitur in causa ciuili, cum non prohibeatur, nisi habeant omnia bona communia pro indiuiso: minor tamen fides ei adhibetur. In criminali verò non admittuntur, præter-
9 quàm in causa hæresis,nec etiam in criminali † affines admittuntur: sed etiam collaterales,& consanguinei volentes inter se admittuntur: sed etiam in criminali post tertium gradum, quia vsque ad illum non coguntur testificari: si tamen testes in pari gradu attinent producenti, & ei, contra quem producuntur, admittentur: quia par causa affectionis prohibitionem tollit. In ciuili autem,remoti & propinqui consanguinei inter se, pro & contra,& inter extraneos admittuntur. Arg.tñ contra,quia sunt domesticæ personæ.Spec.de teste.in §.1.versi.sed nunquid frater.Et an frater admittatur, vide Bart.not.in l. qui testamento.§. quæ autem.ver.quęro,quid in fratre.Et qñ coniunctus pro coniuncto admittatur,vide q̃d no.etiam in d.l.etiam matris. ff.de proba. & ibi dixi, si consanguinei in causa matrimonij,& in causa ecclesiæ. Et domestici interdum admittūtur ad testificandum,vide 3.q.5.c.1.& 2.in glo.Et an coniuncti sint idonei,vide 3.q.5.c.1.in gl.in verbo, parentes.

10 **Socius** †admittitur pro socio,pro parte socij,non pro sua, per Inn.in c.1.de testib. Idem si incidenter sine societate sit res communis, secus si essent socij omnium bonorum,vel illius rei,quæ petitur,quæ communis est. Sic ergo solùm consideratur, an ad socium testificantem aliquo casu emolumentum pertineat, vt tunc non admittatur. Vide Spec.in tit.de teste.§.1.sed nunquid socius & vide Ang.ff.si quis caut. in l.si duo rei. in prin.

11 **Domestici** † testes non admittuntur ad testificandum. Fallit. C.de repu.l.consensu.sed colonus,& adscriptitius licet domestici sint, tamen admittuntur de consuetudine pro domino: sed minor fides eis adhibetur.Clientulus & mercenarius domestici sunt, & dum seruiunt non admittuntur pro domino suo, sed si fuerint olim, nunc autem non sunt, admittuntur. Est ergo consilium,quod dominus eos liberet,& possunt testificari nisi constet de fraude,vt in Specu.de teste.1. in ver.item excipit.& qui dicuntur domestici,ibi vide,& 3. q.5.in glo.in verbo quod verò, &c.quæ est gl.summæ. Domestici admittuntur in causa ecclesiæ.14.q.2. in summa. & ibi in gl.1.& c.1.& ibi gl.1.ea.quæ.in glo.& quando admittantur,vide in d.l.consensu.§.super plagis. & C.de testi.l.2. & 14.q.2.in gl.summæ. Admittuntur tamen domestici inter se,vbi est par ratio affectionis. Idem, quando aduersarius eos inducit, sicut dicimus in aduocato. Fallit quando sunt tales, quibus imperari potest ratione patriæ potestatis,vel dominij. Quid ergo in vasallo.infrà dicetur. Seruitores autem familiares an possint esse testes pro domino eò quia domestici sunt, vide Insti. de testa.§.pater. Sed an qui tempore contractus erat meus domesticus. posteà desijt esse,admittatur pro me,vide ff.de quæst.lege.1.§.idem. Quid èconta,vide eandem.l.1.§. si seruus ad hoc. An subditus admittatur pro domino, vide.C.de testi.l.eos testes, quid èconta? vide.ff.de testib.l.idonei,& extra, de officio deleg.c.causam quæ. Familiares autem, quibus hodie vtimur, possunt testificari pro domino, dummodò honesti sint, vt per Inno.in c.fraternitatis.de testibus.

12 **Vasallus** †potest testificari pro domino, licèt non potest esse iudex, quia plures requiruntur esse iudices, quam esse testes.Vel distingue,Aut est magnum feudum, & tunc non admittitur.Aut est paruum,& testimonium dicat.Vel dic,aut vasallus est obligatus ad præstandum domino seruitia tantum, & non ad fidelitatem, & admittitur, vt in illis, qui tenent decimas ab ecclesijs.Aut est obligatus quia iurauit fidelitatem,& non potest, quia iuramentum repræsentat quandam speciem seruitutis,& seruus pro domino non potest testificati.Spe. in tit.de teste.§.1.ver.sed nunquid vasallus.Vasallus autem potest testificari contra dominum in causa feudi. vt C. de testi.l.libertorum aduersus. & posui in nostro repertorio in tit.de feudis. Libertus contra patronum non testificatur, quia eius persona debet videri sibi sancta. Idem in filio liberti.Spe.e.tit.de test.§.1.ver. item q̃ est libertus.

13 **In causa vniuersitatis,** †vel Collegij, quilibet de vniuersitate vel collegio, habet testificari, in defectum tamen aliorum, & non aliter pro ipsa vel ipso, sed contra bene possunt. Vel dic indistinctè admitti in ciuili, quia causa vniuersitatis non est singulorum. in criminali verò si prælatus accusetur,tunc,aut ab vno de vniuersitate accusatur,& alius de vniuersitate admittitur, quia par in vtroq; ratio est.Aut extraneus accusatur ab vno de vniuersitate, & accusans non inducit socium,nisi in subsidium. Spec.in tit.de teste.§.1.versi.sed nunquid in causa vniuersitatis, vel collegij. De materia vide gl.in 3.q.9.c.nihilominus. & Insti.de rer.diui.§. vniuersitatis. & ff. de in ius vocand. l. sed cum hac. §. qui manumittitur, & sic videtur quod singuli de vniuersitate sint testes in cā collectarum. In cōtrarium videbatur, quasi singuli ferant vtilitatem.argu.ff.de leg.1.l. ab omnib.in prin. In contrarium est communis opi. quia causa non tractatur nomine singulorum, nec singuli propter partes iudicij, & præsertim si non sint testes super articulo principali, sed super incidenti articulo.Inst.de test. §.legatarijs.& ff.de iud.l.1. Bal. in conclu.in prin.

14 **Prælatus,** †vel Rector ecclesiæ, in causa ecclesiæ potest esse testis, actor tamen & testis simul esse non potest,vnde causam alij committit,& ipse erit testis.& si constituto procuratore dicat, Abbas, & Conuentus constituit talem procuratorem.Abbas poterit esse testis,& quilibet de conuentu. Et si administrator ecclesiæ contrahit,qui contractus in dubium reuocantur,poterit administrator testificari, vt in Spe.de teste.§.1. ver. sed nunquid Rector. Abbas potest esse testis in causa monasterij,vt Inno.in c.ad hęc, extra.de test.Venditor pro emptore,donator pro donatario an admittant̃? dic vt no. ff.de test.l.nullus. & C.e.omnibus.per Cy. C.eo.l. nullum.

15 **Criminosus,** † si in crimine perseuerat, non valet eius dictum,in criminali, siue in ciuili: etiam dum de crimine ciuiliter agitur, nisi esset tale,quod infamiam irroget, & probet hoc per sacerdotem,cui crimen confessus est, & hoc vbi crimen manifestum est,sine probatione,præsumitur eum pœnituisse,& suæ salutis memorem esse,vbi verò agitur criminaliter,siue sit manifestum,siue occultum, repellitur, si aliàs de crimine conuictus existat, vel confessus, vel si ex hoc facto eius opinio sit grauata,vel si ei probari poterit,licet egerit pœnitentiam. Is ergo,cui opponitur crimen, non admittitur in ciuili vel criminali prius quam probauerit se innocentem,siue conuictus fuerit,siue non,dummodo conuenitur. Spec.de teste.§.1.versic.item opponitur, quod est criminosus, & in crimine perseuerat. Quid si in vna domo sunt quatuor, quorum vnus occiditur, & nescitur à quo,an aliquis eorum admittatur ad testificandum? Vide Spec.eo.tit.§.1.versi. quid si quatuor homines.& Ang.in l.
16 si in rixa.ff.ad legem Cor.de sicca. † An autem particeps criminis admittatur ad probationem.glo.in c.fin.in verb.

pendente

BIU Cujas

pendente accusatione, quæ incipit, not.ergo. de testib.dicit, ℣ non, sed ad præsumptionem sic, vt ibi. Quod intellige speciale, vt in crimine simoniæ. In alio autem crimine quam isto excepto, non videtur, ℣ particeps criminis faciat indicium, siue præsumptionem, etiam ad torturam, vt de confe.c.1.ibi nulli censemus pœnæ subdendos. Ibi tamen gl.dicit, ℣ non creditur quantum ad conuincendum, sed quantum ad præsumptionem. Et si intelligas in excepto, concordas cum glo.d.c.1, si in alijs cum propter præsumptionem deueniatur ad torturam, torquebuntur alij ad istorum testimonium, & sic pœnæ subdentur contra illum, per tex.in l.fi.C.de accusa.vbi de hoc per Cyn.facit de adul.c.significasti. & ff.ad Syllania.l.prius. Nam quantumcunque quis sit infamis, Iudæus, & legibus odiosus, tamen cõuinci debet per testes idoneos, vt no.in c.testimonium. de test.Criminis socius à testimonio repellitur. Specu.de teste.§. 1.versi. item quòd est socius criminis.

17 **Homicida** † de iure canonico repellitur, de iure ciuili admittitur. Spec.eo.tit.de test.ver.item, ℣ est homicida & ver.item ℣ non est probatæ vitæ, licèt testis confiteatur se homicidam, non poterit eum iudex punire ex illa confessione, quia non est facta in iudicio. Non enim de hoc agebatur. Glo.ordinaria est 4.q. 3.can.si testes.§.item ob carmen. Incidit enim causę princ. l.nullum. C.de test.& est gl.1.q.1.& hoc quippe, secus si cõfiteatur falsum d.l.nullum. & C.de Epis.& cle.l.presbyteri.

18 **Fur,** † raptor, & adulter manifestus, & generaliter in quolibet peccato mortali, s.manifestè constitutus repellitur. Nam tales sunt infames infamia canonica: nec poterit testis, qui prætextu criminis repellitur, mihi de crimine obijcere, nec aduersarius meus in illa causa mihi de crimine obijciet, nisi esset tale crimen, quod obijcio testi, cuius ego particeps fuerim. Spec.de teste.§.1.ver. obijcitur ℣ est fur. Sed nunquid potest esse testis ille, qui associauit aliquem ad committendum adulterium, etiam in causa ipsius adulterij, & an possit cogi, vide Inno.in c. qualiter, & quando.de accusat.

19 **Infamis,** † & leuis opinionis non admittitur ad testificãdum, nisi in criminib. exceptis, quia tunc admittitur cum tormentis. vel nisi accusatus sit malæ famæ, quod est verum in infamia iuris; Infamis autem de facto admittitur in causa ciuili, vel criminali ciuiliter intentata. Ferre testimonium est dignitas, & est actus legitimus, qui actus infamibus interdicitur, & ideò periuri non admittuntur. Temerarium tñ iuramentum, quem à testimonio nõ repellit; quæ infamia etiam post mortem testis poterit probari. Spec.de teste.§.1. in ver.item excipitur quod est infamis, & leuis opinionis. Si testis confiteatur se infamẽ, vel inimicum, non creditur ei, quasi ꝓpter hoc non sit productus, nec iuratus, quia accessorium est, quia nec curat vacillare, tamen si vacillat, non creditur ei. Inno.in c.inquisitionis.de accus. Bal.in conclu. Spe.de teste.vèr.quid, si testis dicit se seruum, vel infamem. Inter se tamen infames admittuntur ad testificandum, vt in auth. de testi.§.sancimus. Sed an poterunt adhiberi testes in testamento? vide ff.de testi.l.cum lege. An testis infamis, vel receptus post terminum faciat indicium, vide Baldum in l.2.C.de Epis.aud.& per Bar.in l.2.ff.de appel.recip. Quid de infamia facti, & quid de bannito, vide Bal.ff.de sena.l. Cassius. Infamia facti contracti ex periurio repellit, quia periurium, siue infamia repellit. Bald.in l.Lucius.ff.de infami. Infamia posteà secuta, si retrò trahitur, testimonium medij temporis infringit.ff.de infa.l.furti.§.1.in glo. velècõtra, facit.ff.de solutio.l. si quis offerenti.§.fin. & l. cum decem.§.fi.eo.tit.& ff.rem ratam habe.l.fin.& l.si indebitum. §.fin.& quod ibi Bal. in conclu.

20 **Excommunicatus,** † & suspensus, à testimonio repelluntur. An autem excommunicatus contra excommunicatum admittatur, si omnes de monasterio sint excommunicati, Vnus contra alium admittitur, nisi iudex ex officio repellat. Spe.de teste.§.1.ver.item quod est excommunicatus. Accusator non potest esse testis, sed promotor inquisitionis, vel denunciationis potest, si illam non prosequitur. Spec.eo.tit.§.1.ver.Item ℣ ipse est testis, & accusator. & qñ sunt plures accusatores, Iudex eligit magis idoneum & cæteri repelluntur à testimonio. glo.2.q.1.c.in primis. & vide 4.q.4.in sum.in glo. Concubinarius manifestus, vel incestuosus contra accusatum non admittitur. Spec.eod. tit.1.§.1.versic.item ℣ est concubinarius. Hermaphroditus non admittitur. Spec.eo.titu.§.1.ver.item quòd est hermaphroditus. Iudæus, Paganus, infidelis, & hæreticus, nõ possunt contra Christianum testificari, etiam si Christianus à Christiano sit conuentus. Hæreticus tamen contra hæreticum, vel Paganum admittitur, quod est verum, cum hæreticus agit, Sed si orthodoxus, nõ opponit, tenet dictum testis. Orthodoxus admittitur contra infidelem. Spec.de teste.§.1.versi.item quod est Iudæus. Infidelis pro catholico testimonium dicere potest; de pœ.dist.1.c.multiplex.in glo.vide. C.de hær.in l.quoniam multi.& ibi per Cyn.

21 **Impubes** † testimonium non dicit nisi in casib, ff.de lib.causa.l.fi.in fi.& hoc in ciuili. 4.q.3.c.1. In criminali verò etiam factus pubes repellitur, nisi compleuerit. 20. annos. nunquam tamen ad plenam fidem, sed tantùm ad prę sumptionem faciendam pupillus quandoque potest recipi, maximè si dominus dicatur à familia occisus.ff.ad Sylla.l.2.§.impubes. Sed an factus pubes poterit testificari de eo ℣ vidit in pupillari ætate? Dic quod sic, præsertim si erat proximus pubertati. Idem de eo quod quidam vidit antequam esset cæcus. Spec.in titu.de teste.§.1.versi.item excipitur, quod est impubes. De impubere no.in l.3.§.lege Iulia.ff.de testi. De seruo facto libero no.Bar.de verb.sig.l.instrumentorum.§.notionem.

22 **Monachus,** † & canonicus regularis conuersus, vel alius religiosus, vel aliter sub obedientia positus non potest esse testis sine licentia eius, cui subest. In causis tamen suarum ecclesiarum testificari possunt. Spec.eo.tit.§.1.ver.item excipitur, quod est monachus, de hoc vide in auth. ingressi. C. de sac. san. eccl. Et an clericus admittatur in causa ecclesiæ, vel sui canonici, vide 14.q.2.in summa.in glo.1.per Ang.in auth.de monachis §.cogitandum.& Inst.de testa.§.testes.& ibi no. & per Spec.de test.versic.quid de monacho, & versic.item quod est clericus. An autem administrator ecclesiæ admittatur super contractu quem celebrauit, vide per Archi. & Ioan. Andr.in c.Romana.de testib.in 6.c.super prudentia. 14.q.2.vbi est tex.sing.& Bal.in conclu.iuris.

23 **Seruus** † non potest esse testis nisi in defectũ probationum, secundum quosdam, & nisi in criminib.exceptis, nam tunc admittitur, si accusatus sit de crimine diffamatus, tamen eis quandoque creditur cum tormento, & alijs præsumptionibus: cõtra dominum vel patronum eis non creditur, nisi in casib.12.q.2. cano. Episcopus qui mancipium.§.in patronos. Si tamen testis tempore, quo signauit testimonium, erat seruus, & communiter habebatur pro libero, valet nihilominus testimonium. Idem, si à maiore parte habebatur pro libero, & si testis dicit se liberum, & de hoc pendet iudicium, admittitur ad testimonium, & reseruatur illud in tempus disputationis. Ascriptitius potest esse testis, statuliber non potest. Spec. eo.ti.§.1.ver.Item quod est seruus. Testes non possunt esse serui, nisi in casu necessitatis.ff.de testi.l.serui. Dicit tamen ibi glo. quòd si præcedit semiplena probatio, tunc testimonium serui cum illa semiplena probatione facit vnã pro-
24 bationem, & vide C.de testib.l.seruos, & l.qm̃. Testes, † si communi opinione liberi reputantur, licet serui sint, sufficit, vt in l.1.C.de test.& per consequens est contestis vt testamentum non sit sine effectu: & testificari poterunt in iudicio, non obstante seruitute, & ideo non traham illud rescriptum ad alium casum, qa non est nostrum illud extẽde re. Si igitur testes fuissent infames, quia de crimine famoso damnati, & per consequens intestabiles. l.ob carmen.ff. de testib. licet communi opin. tunc reputarentur bonæ famæ, non teneret testimonium. Idem si ex alia causa tunc ad testimonium non potuissent adhiberi: puta, quia erant impuberes, & communi opi. reputabantur adulti, vel erãt mulieres, & reputabãtur masculi. Cy.tñ tenet contrarium in d.l.1.& non bene iudicio meo, & est dictum Ang.in cõclu. Quid si testis tempore quo iurauit, erat testabilis, sed tpe depositionis erat intestabilis? Dic quod si crimen, qđ reddit eum intestabilem, non est notorium, dictum eius recipitur & in tps reseruabitur disputationis, si verò posteà sit notorium, non vitiatur eius dictum, sed fatuus esset iudex, si illud reciperet. Et vide qđ plenè no.in d.l.1.C.de testa.& ff.ad Carb.l.3.§.duæ autẽ sunt causæ. Bald.C.de legi.l.
25 leges. † Vbi testes sunt de substantia rei, tunc inspicitur conditio testis tempore testimonij, vt not.in l.ad testium. §.conditionem.ff.de testa. Sed in alijs negotijs. vbi testes non sunt de substãtia rei, impubes potest testificari pubes factus, & sic de his quæ vidit propè pubertatem, & non de his quæ vidit propè infantiam. ff.ad Syll.l.excipiuntur. Ratio est, quia qñ aliquid est de solẽnitate, debet adhiberi in

initio,& vno contẽxtu,vt ff.de teſt.l. hæredes palàm.§.fin. ſed vbi non eſt de ſolemnitate, tunc non inſpicimus initium,ſed effectum rei.ff.de hær.inſti.l.qui ſoluẽdo,& nota, ꝙ ratio contrariorum idem facit in caſu conuerſo. Nam ſi tempore teſtamenti eſt habilis, & probabilis reputationis,licet poſtea fiat inhabilis, non tñ vitiatur teſtimoniũ, vt C.de teſta. l.1. quod eſt exaudiendum de teſtamento in ſcriptis,vbi teſtes non habent de veritate deponere,ſed ſolum de ſolemnitate. Nam ibi ſi conſtat de ſolẽnitate,quia teſtes ſua ſigilla recognoſcunt,non poteſt referri quæſtio voluntatis,quia certa eſt, & per ſcripturam apparet, & toleratur teſtimonium eius,quia habet adminicula,ſ.ſubſcriptiones, & ſigilla ſua recognoſcunt teſtes, & ſic intelligitur.l.1. C.de teſti.& ff.ad Carb.l.3.§. duæ autem ſunt cauſæ. Item poteſt intelligi illa lex, in teſtamento nuncupatiuo redacto in ſcriptis per tabellionem,quia non debet vitiari teſtm̃,quod apparet ab initio legitimè confectum.& ꝙ dictum teſtis ſcriptura iuuatur, quia mutuo ſe iuuant, nec vitiatur teſtm̃ morte teſtis,ergò nec capitis amiſſione. Si verò non eſt ſcriptum, nec manu authentica roboratum, diſtingue,an ſit quæſtio ſolennitatis,& inſpicitur initium: an voluntatis,& tunc tempus iuramenti.& ideo primo caſu admittitur,ſtatu mutato in malum,ſecundo non, & ſic non vitiatur teſtamentum,ſed probatio eius vitiatur. Ratio differentiæ dictæ diſtinctionis eſt, quia vt dixi, quo ad
26 ſolemnitatem inſpicitur initium. Bal.in cõclu. † Sed quid ſi obijcitur contra teſtamentum, quod eſt contra ſolemnitatem, quia vnus ex teſtibus dicitur tunc fuiſſe inhabilis,nunquid ad probandum, ꝙ eſt habilis,& ſic ad probandum ſolemnitatem ſufficiãt duo teſtes. Dic quod ſic,quia poteſt hæc quæſtio examinari ſeorſum à principali, id eſt, à teſtamento, & eſt ſuæ materiæ per ſe,& quia eius cõtrarium,id eſt,infamia poteſt probari per duos teſtes,ſecus ſi quæſtio ſolẽnitatis non poteſt examinari ſeorſum à prin-
27 cipali,vt not.in l.2.C.de ſecun.tab. Bal.vbi.s̃.† Cuius temporis conſideretur integritas teſtium.vide per Bal.in feud. in tit.an remoueri debeant teſtes, qui pares eſſe deſierint. c.1.verſi.opponitur,quia conditio. Teſtes debent eſſe bonæ famę non ſolùm tempore iuramenti,ſed etiam tempore depoſitionis, non abſolutè,quòd dictum trahatur ad tempus iuramenti,vt in Cle.1.de offi.deleg.quia illud reſpicit ſolemnitatem,non ſecundùm veritatem,quæ ſine examinatione liquere non poteſt. Bal.in c.1.quot teſt.ſint neceſſa.ad proban.in.feud. Et qđ depoſitio trahatur ad tempus iuramenti, eſt verum quò ad implicitam probationem,arg.ff.de hær.inſti.l.aſſe toto: non quò ad explicitam. ff.de teſta.l.hæredes palàm.§. ſed & ſi notam.

28 **Hi,cum** † quibus non eſt teſtamenti factio, non poſſunt teſtimonium ferre. Spec.de teſte.§.1.verſi.item quod eſt talis,cum quo nõ eſt teſtamenti factio.Teſtis mutus an eſſe poſſit, vide in Spec.de teſt.§. nunc tractandum.ver.quid de muto.

29 **Cæcus** † teſtificatur de auditu,maximè ſi contrahentium voces habuit notas, & maximè de his,quæ vidit,antequam fieret cæcus. Spec.in tit.de teſte.§.1.ſed nunquid cæcus.& vide Angel.in auth.de hær.& fal.§.ſi vero expreſſim. vide glo.in verſi. audierunt.3. q.9.c. teſtes.& ibi etiam ponitur, quid de muto. Cæcus non teſtificatur de perceptibilibus per viſum, nec ſurdus per auditum,ſecundùm Hoſt.in c.ex literis.de teſt.Bal.in conclu. & vide Spec.de teſte,in d.§.1.ver. ſed nunquid cæcus.& dixit Bart.in l.ad teſtium.§.conditionem.in fin.ff. de teſta.ꝙ teſtificatur de eo, quod vidit,antequàm eſſet cæcus.

30 **Pauper** † ſuſpectus teſtificari non poteſt in ciuilibus,ſed in criminalib. admittitur cum tormento. Pauper honeſtæ vitæ non repellitur. vt in Spec.de teſt.§.1.ver.item quod eſt pauper.Si.n.ſunt inimici pauperes,timetur de ſubornatione.4.q.3.can. ſi teſtes.§.teſtium. & in auth.de teſtib.§.1. per totum.olim, & qui adhuc portant crucem,& publicè pœnitentes,an admittantur? Fuerunt opin.vide in Specul.eod.titu.de teſte.§.1.quid de portantibus cruces. & C. de hæret.l.quoniam. & hæc de paupere ſufficiunt.

31 **Iudex,** † aduocatus,procurator,aſſeſſor, executor, actor,vel arbiter,in eadem cauſa appellationis, vel principali,repellitur à teſtimonio: eſt enim præſumptio quòd diceret pro ea parte,pro qua priùs fuit.quidam tamen admittunt procuratorem contra dominum. Item admittitur negotio finito. De aduocato, dic quòd admittitur antequàm inceperit patrocinari, licèt de ſalario conuenerit, poterit tamen eſſe teſtis contrà eum, pro quo intercedit.Specu.eod.titu.§.1.verſic.item quòd fuit in eadem cauſa. An autem ille,qui eſt vel fuit iudex poſſit eſſe teſtis? vide Ioan.Cal.28.diſtin.per Bart. C.de arbit.l.ne in arbitris. & vide de omnibus prædictis in glo.2.quæſt.6. cano.ſtatutum.in verb.vel cognitor.& quod dicitur,quòd iudex non poſſit eſſe teſtis,intellige,lite pendente,& ſuper principali.Nam ſuper acceſſorio coram ſe,poteſt: non tamen interrogandi ſunt,vt teſtes,ſed conſulendi,tanquam ſi fuerint iudices.Spec.eod.titu.§.1.verſicu. ſed quod dixi, quòd iudex non poteſt, &c. ſi ſunt tres aut quinque iudices,magis creditur teſtibus,quàm eis,niſi etiam ipſi iurati eſſent. Specu.vbi.s̃.d.§.1.verſic.quid ſi ſunt tres, aut quinque. Et ſi impetres iudicem quem volebam producere in teſtem,remouebitur à iudicando,& erit teſtis. Item ordinarius poterit eſſe teſtis coram officiali, ſi neceſſitas imminet,& ſi iudex in teſtem inducitur, qui iurat ſe nihil ſcire de cauſa, videtur quòd non remaneat iudex. Item iudex, qui fuit vt ſuſpectus recuſatus, non poterit in teſtem adhiberi,nulla de cauſa,ſecundum quoſdam. Tu dic contrarium, maximè ſi producens non habebat niſi vnicum alium teſtem.Specu.vbi s̃.De procuratore an poſſit eſſe teſtis? dic.Aut de partium voluntate, & poteſt. Aut contra voluntatem partis,& non poteſt. Et ſi eſt procurator litis, non poteſt: ſi negotiator, poteſt in alio negotio, non in illo.Bald.in cap.2.in tit.de lege Corrad.in feud. An procurator ád iudicia, vel negotia poſſit eſſe teſtis? dic vt C.de teſti.l.omnib. & ibi not.de proxeneta. & per Bald.in l.deferre.ff.de iure fiſc.& per Angel.in authen.de teſtib.§.quoniam.& in conſilio. ſuo 28. in Specul. de teſte.verſic.quid de proxeneta.

32 **Mulier** † in teſtimonio admittitur in ciuilibus,& in criminalibus, niſi in teſta.In codicillis verò,& alijs vltimis voluntatibus,& ſic in alijs caſibus an admittatur,fuerunt opiniones. Tene tu quòd admittatur. Specul.eo.titu.§.1.verſic. Item quòd ſi mulier.& vide glo. 15.quæſt.3.de crimine.& 18.quæſt.2.cano. in decima actione.de pœniten.33.quæſt.5.cano.mulier.in glo. & Inſtitu.de teſta.§.teſtes. Sed nunquid valeat teſtimonium mulierum aſſerentium aliquam non eſſe cognitam? vide glo.17.q. 3.cap.nec aliqua.

33 **Fideiuſſor** † Poteſt eſſe teſtis pro debitore, *qui* eſt ſoluendo,aliàs non, vide in Spe. de teſte.§.1.verſi.quid de fideiuſſore.Sed an poterit eſſe teſtis inter debitorem & creditorem, vide per Bar.ff.de lega. 1.l.ſi cui.§. fin. An autem poſſit eſſe teſtis fideiuſſor, vide Inſti.de teſta.§.legatarijs. Sed pone mutuaui tibi decem, quod cum probare non poſſem, niſi per duos filios meos, donaui Petro iſtam actionem, an Petrus poterit per filios meos probare? Reſpon.ſi donatio incipit ab actione,non poteſt,ſi à traditione, poteſt,vt in Spec.eo.tit.§.1. verſi.ſed pone mutuaui.Sed quid ſi non habeo niſi vnum teſtem,& cedo iura mea,an potero teſtificari proceſſionario? Spec. in tit.de proc.in fine quod ſic. Facit de procurato.c.in noſtra præſentia.per Archi.in ſumma,& per Ang.in l.heredi. §.nos autem.ff.de pac. & l. ſi quis rem.de procu.

Cedens an poſſit teſtificari pro ceſſionario? Et reſpon.quod non poſſit. Vide per Bal.in
34 ver.ceſſio.in conclu.Creditor † prohibetur ferre teſtimonium pro debitore, vide Ange.ff.de procu.l. non ſolum.§. quæritur. Quem non poſſum in ius vocare,contra eum teſtimonium perhibere non poſſum. C. de teſtib. l. libertorum aduerſus. Legatarius poteſt interdum eſſe teſtis de his,quæ in teſtamento continentur.ff. de teſti l. qui teſtamento.in princip.Inſti.de teſta.§.legatarijs. Tutor interdum erit teſtis pro pupillo, vt no.in d.l.qui teſtamento.in princip. Familia officialis interdum examinatur tempore ſyndicatus, vide Ang.in tractatu de ſyndicatu. Pro vxore
35 † fratris poteſt quis teſtimonium ferre. Ange.ff.de poſtulan.l.cum eorum. §. affinitatis. Beneficiati per prælatum poſſunt eſſe teſtes de ſua creatione,ſeu tit.vt not.in d.§.legatarijs.Magiſter pro diſcipulis an poſſit teſtificari vide gl. 11.q.1.cano.1. Compater an poſſit eſſe teſtis, vel iudex pro compatre, vide in Specu.latius.in titu. de teſte.§.qualiter. verſic.quid ſit ius de ſpirituali patre.& Gul. de Cu.ff.de in
36 ius vocand.l.generaliter.† Maior.70.anno. non compellitur eſſe teſtis.Inſti.de excu.tut.§.item maior. In qua ætate ſunt teſtes recipiendi,vide glo.ſummæ 4.q.2. & 3.an teſtes prohibiti admittantur, quãdò proceditur ſine ſolemnita-
37 te iuris,vide no.in l.quoniam.C.de hær.debet † iudex dare ſaluum conductum teſtibus, vt veniant ad deponendum. 6.q.9.c.hortamur. in glo. & in Specu.de teſt.§. qualiter. in

verſi.

versi.debet quoque ipsis conductum. Testes non sunt vocandi à longè quando plus expenderetur quàm sit valor causæ,sed debet eorum examinatio delegari.Bart,in l.mediterraneæ.C.de an.& tribu.libro 10.Testibus debent fieri expensæ,sed non damna,vt in l.quoniam liberi.C.de testi. & l.si quando.§.cum oporteat.& Bal.in l.fi.C.de fruc.& lit. expen.& per eundem in d.l. quoniam liberi.C.de testi.

38 **Si testes** † citati non veniant, qđ remedium competit contra eos,vide Bar ff. quemadmo. testamenta aperian. l. si quis ex signatoribus. Quid autem si veniunt,& tardant deponere,vide per Angelum de Are.ff.de eden.in l.pe.in fi.& in Spe.de teste.§. qualiter autem.versicu.cogi debent. & adde quod notat Ioan. Cal.30. distin.& seq. Quid si sunt talis conditionis,q̄ non coguntur testificari,an sint citandi,vide per Ange.in auth.de testibus.in princ. Si testis extra iudicium coram iudice,non in figura iudicij dicat se non interfuisse negotio, tamen debet cogi ad deponendum,& statur depositioni, Bal.in §. si enim.in c.1.in titu.quid sit inuestit. licet Bar.contrarium teneat in l.eos.ff.de falsis. Testis si promisit testificari cogitur testimonium perhibere. Bal.C. qui accusa.non poss.

39 l.data opera. ¶† Quid si testes nolunt comparere, vt veritas occultetur, qua pœna punientur? Respon.q̄ non punientur tanquam falsarij, quia falsitas testium propriè est per iuramentum: sed isti non iurauerunt: ergo,&c. Dico q̄ criminaliter punientur crimine stellionatus, sed ciuiliter parti ad interesse,vel Reipub.per actionem de dolo.argum.eorum quæ no.Cyn.in l.1. C.de dolo. & tangit Inno. in cap.1.de falc.& Bald.in l.presbyteri. C.de episco.& cler. Qualiter testes cogantur,& qui nō possunt cogi,vide Spe-

40 cul.de testi.§.penult. † Compelluntur autem testes in ciuilibus causis, vbi veritas per alios apparere non potest. 14.quæst.2.cap.quanquàm. Item in causis spiritualibus, vt in cap.1.de testib.cogen. Item in criminalibus ciuiliter intentatis, puta per inquisitionem, vt in cap.super his.eod. titu.Item in inquisitione,& denunciatione, licet quidam nesciant qua de causa dubitetur, quia tunc repelluntur vbique propter defectum veritatis, vt in dict.c.quanquàm. Quidam tamen intelligunt hoc forè verum, nisi foret periculum animæ. In criminalibus autem dico non compel li,quia luce clariores debēt esse probationes,vt C.de probatio.l.sciant.2.quæst.8.cano.sciant, & Angel. in conclu. Item in casibus aliquibus quis cogitur ad testimonium, qui regulariter non cogitur.est argum.in l.1.C.de testibus. Quòd pater cogendus est ferre testimonium cōtrà filium, & ècontrà,si veritas aliter sciri non potest.& maritus contrà vxorem, & ècontrà. qnamuis aliàs non sunt cogendi: sicut tenuit Mar. de fa.dum esset executor in quadam causa, cum maritus teneretur actione depositi ad decem, nec aliter aduersarius posset de iure suo probare, nisi per vxorem depositarij,ipse compulit eam ad iurandum.argum.d.

41 l.1.C.de repud.l.cosensu. ¶† Testes postquam intrauerunt ad iudicium pro reddendo testimonio,non debent redire sine licentia iudicis, nec iudex potest eos tenere vltrà 15. dies,quibus elapsis illicò citati recedunt, vt not.C.de testib.l.si quando.& C.de appel.l.eos. & non vltrà tenentur expectare.argum.ff.de tabu.exhib.l.3.§.exhibere.in Spec.de testib.in §.qualiter.versi.testib.autem iudici. Facit quod dicitur de litigatoribus q̄ non debent recedere sine licētia, aliàs non dicuntur venisse qui non steterunt, vt in c.1. de iudi.& per Inno.in c.calumniam. de pœ.facit text.in c.statutum.§.pferendo.de rescr.lib.6.dum dicit,veniendo,stando & redeundo. & Ang.in cōclu. Testis debet satisdare de non recedendo,vel si nō potest, debet iurare, & si alterum non facit,debet duci ad carceres.not.l.si quando. C.de te-

42 stib. ¶† Quid ergo,si testes non fuerunt citati,nec moniti,& deponunt,an faciant fidem? Text.in l.libertorum.C. testib.videtur innuere, q̄ non: quia voluntarium testimonium reprobatur propter reuerentiam paternalem; ergo cessante ista causa vī innuere, q̄ possit & valeat testimonium tale: & videtur glos.in l.post legatum.ff. de his quib. vt indig.& est casus in l.presbyteri.C.de episco. & cler.vbi tex.dicit, quod debent esse etiam petiti, hoc est, citati, & moniti, vt sequitur laco.de Bel.in §.si verò ignoti.in auth. testibus, qui dicit quòd si testis deponit non citatus, eius dictum est nullum. & ita intelligatur d.l.presbyteri. & qđ non est necesse quod cogantur alijs remedijs, scilicet per capturam pignorum,quia sola citatio sufficit, concludens quod d.glo.in d.l.post legatum.est falsa.Sed Bal.in authen. sed nouo iure.C.si cer.pet.dicit, quod si tunc sint producti per partem, quòd creditur eis spontè iurantibus, & deponentibus, secus si nō fuissent producti, & ita saluat dictam glo.Ego credo illam gl. forè veram ex eo quòd eo ipso q̄ iudex defert iuramentum testibus, videtur eos monere q̄ dicant veritatem, & illa monitio tacita videtur esse maioris authoritatis,quàm citatio facta per nuncium. Ita probat glo.in ver.terminum peremptorium. Ber.in c.consuluit de offi.dele.mouens se hac ratione,videlicet quòd maioris authoritatis est illud, quod fit per se, quàm illud qđ fit per imaginationem, sed constat, quòd tacita admonitio resultans,venit ab ipso iudice, est ergò maioris authoritatis, quàm sit illa citatio, quæ fit per nuncium, quia fit in imaginem iudicis. per Ang. in conclu.& ponit Bald.in d.l.presbyteri: & in addi.Spec.in tit.de teste. & per Bart.in d.l.post legatum.Testis autem,qui non cogitur testificari, non est citandus. Ange.in authen.de testib.in princ.¶ Te-

43 stium † receptio facta contrà non citatum nō valet. Abb. extrà de testib.c.in nomine Domini.& C.de testi.l.si quandò.& glo.ibi dicit, quòd est nulla ipso iure, Bal.in conclu. Nunquid autem poterit quis cogi vt dimittat testes testificari contra se? Dic vt not.C.de testi.l.nimis graue.

44 **Debet iudex** † inquirere de conditione testis.ff.de magistratibus conueniendis.l.1.§.si præses prouinciæ nominibus. & ff. de testi. l.3.§.1.ff.de quæst.l.de minore.§.tormenta. versicu.nam & ex sermone.Sed si non inquisiuit,non obstante hoc, testimonium non vitiatur, quia cum iudex interrogat, debet esse præsens.ff.de test.l.curent. & modus quæstionis est in arbitrio iudicis.ff.de quæst.l.quæstionis modum. & tamen ista non sunt de necessitate.argu.ff.de iud.l. non quicquid. qualitas enim testimonij est omissa, quæ vitiari non debet.ff.de legat.2.l.cum pater.§.vicos ciuitati.Pro hoc facit quod dicitur, q̄ testis debet causam sui dicti dicere, & super hoc interrogari. vt in auth.de testi.§.& licet, & tamen si est omissum, non vitiatur testimonium. C.de testib.l. solam.Iaco.de Ra. dicit hoc verum,si testis deponit de insensibili. Sed intellige per aliqua media sensibilia: quod not. Ad testes producendos arbitrio iudicis dilatio danda est,in qua possunt fieri tres productiones, licet secundum aliquos sunt tres dilationes.Spec. de teste.§.qualiter.versi.

45 iudex ergo.Quarta † dilatio,seu productio non datur sine tali solennitate, scilicet q̄ petens iurabit, quòd non fuit pronunciatum super dictis testium productorum per se, vel per alium, & quod illam non petit dolo, machinatu, vel arte,sed quia nequit vti testibus,quos producere intendebat,& tunc concedetur quarta,licet aduersarius dixerit testificata,vt in ver.quarta autem productio. in Spec.de teste.§.qualiter.Et prædicta habent locum cum producuntur super principali. Si verò super exceptione probanda, non datur quarta dilatio, vt in versic. sed cum super exceptionibus.§.qualiter. Quinta productio non conceditur, si in prima dilatione,& in tertia aliquos produxit. Si verò fuit legitimè impeditus, vt nullum produceret, hoc probato dabitur quarta, & quinta, & millesima & secundum aliquos secunda & tertia dilatio,si necesse fuerit, sine iuramento,vt in ver.quinta verò d.§.qualiter. refrænabit tamē iudex effrænatam testium multitudinem, vt ibi, per Ange. in l.quoties. C.de naufr.lib.11. Vsque ad quem numerum debet iudex examinare testes,vide Ang.in auth.de refer.§. propterea. An autem testes producti super vna causa possint iterum reproduci in alia super eodem articulo.not.in

46 l.prætor.§.hoc edicto dicendum.ff.vi.bo.rap. Et antè † publicationem non possunt ijdem testes sæpè produci, nisi ex causa, & fortè si quis non fuit de omnibus recordatus, vel si non fuit plenè examinatus,aliàs autem tanquàm suspectus repellitur,vt in Spec.de teste.§. satis vtiliter.versic.

47 sed nunquid antè. † Licet sit renunciatum productioni testium, tamen benè possunt alij produci, si non sunt didicita testificata. Angel.in auth.de testib.§ & licet.& Spec. in versic.si verò est renunciatum. Pro hoc dicto Angel.de renunciatione est glo.not.in authen.at qui semel.in versi. productio testium.C.de proba.Bald.in l.3. C.de fide instru. & in authen. vt sine prohib.mat.§. quia verò multum. in glo.in ver.senatusconsul.si tamen specialiter renunciatur testibus super aliquo capite,tenet renunciatio. Inno.in c. cum venisset.de testib.versi. sed in aliquo.& non est locus pœnitentiæ.Ad materiam vide per Ioan.Andr.in c.frater-

48 nitatis,de testib.& ibi per Inno.† Item iudex inquirens,& promotor, & inquisitus qui suam iniuriam, vel interesse non prosequitur,post didicita testificata, potest testes inducere Bar.in consi.suo 78.Testes producuntur de prouincia in prouinciam, vel de ciuitate in ciuitatem, si iudici:

BIU Cujas

videbitur illud expediens,aliàs reſcribet iudici prouinciæ, in qua degunt.& hoc in ciuili . In criminali verò præcisè coguntur venire ad iudicem,qui de cauſa cognoſcet.Spec. eod.tit.§.qualiter autem ſunt producendi.ver. ſunt autem
49 teſtes producendi.† Iudex poteſt ex mero officio in cauſa criminali inquirere de facto , & recipere teſtes etiam poſt publicatum proceſſum,vt not. Inno.extra, de teſtib.c.cum clamor.& Archi.4.q.3.c.placuit. Si autem eſt proceſſus accuſatus, poſt aperturam nō poteſt, ante aperturam tamen eſt dubium an iudex maleficiorum poſſit ex officio tunc recipere ad coadiuuandum accuſatorem, quod poteſt, per Bar.in q.14.incip.iudex maleficiorum.& per Bart.in l.preſbyteri.C.de epiſ.& cler.& vide qđ not.ff. de teſti.l.teſtium. in glo.in verb.inimicitiæ.Et an in cauſa inquiſitionis poſſit iudex eum examinare poſt didicita teſtificata, vide Bar. ff.de adul.l.2.§.ſi publico.verſicul.vlterius quæro. Sola teſtium percunctatio eſt cauſa quare teſtes prohibentur poſſe induci,vt patet.ex.s̄.dictis, & ponit Bart.in quodam ſuo conſilio 178.ideò poſt publicationem interdum recipiuntur.vide glo.ordi.4.q.3.in fi. & in Spec.de teſt.§. ſatis vtili-
50 ter.verſi.quid ſi publicatæ ſunt.† Quid, ſi ſtatutum prohibet ſub certa pœna inducere teſtes præterquam à principali perſona,nunquid procurator eos inducit ? Bart. quòd non in conſi.26.incip.ſtatuto ciuitatis Senarum. Et quan-
51 dò † teſtes recipiuntur parte abſente,intelligitur parti contrà teſtes omnis exceptio reſeruata. Barto.in l.ſi quandò. verſic.quæro,quando teſtis.C.de teſtibus. An ille,qui edidit nomina teſtium iudici , poſſit aliqua detrahere , vide Bald.C.de eden.l. edita.

52 **Si teſtes** † ſunt præſentes , non poteſt alij iudici committi examinatio. Ange.in auth.de
53 teſti.§.quoniã. Item poteſt † iudex mittere notarium cauſæ,vel alios de partiũ voluntate,ad teſtium receptionem, ſi videretur impeditus , puta ſi teſtis eſt infirmus, ita quòd commodè non poteſt venire, vt honeſta mulier, vel alius ſublimi præditus poteſtate , vel dignitate,vel egregia perſona.Spec.de teſte.§.qualiter autem ſint.verſ.poteſt etiam iudex,quæ commiſſio non valet, niſi de partium voluntate, vt ibi . Circà hoc tamen,an productio,vel examinatio teſtium,poſſit committi, vltra ſupradictam diſtinctionem adde,aut loquimur de iure ciuili,aut de criminali . Primo caſu,aut producuntur teſtes , qui pro ferendo teſtimonio ad iudicem venire non compelluntur,vt ſunt egregię perſonæ,& mulieres,& ſimiles, & tunc poteſt committi,vt l. 2. C. de offi.diuerſ.iud. & ff.de iureiur.l. ad perſonas egregias.C.de iura.calum.auth.principales. Aut producuntur teſtes,qui poſſunt compelli ad iudicem venire,& ſunt prę ſentes in iudicio,& tunc eorum examinatio cõmitti non poteſt:Sic intelligitur. §. & quoniam.in auth. de teſtib. & C.de fide inſtru.l.iudices.& no.in auth. oportet apud eloquentiſſimum.C.de fide inſtru.& glo.in l.hac cõſultiſſima. C.de teſta. Aut loquimur in criminali,& non poteſt committi teſtium examinatio.ff. de teſt.l.3. §. idem diuus. ſiue abſentes, ſiue præſentes ſint teſtes. Et pro hoc auth.de teſtib.§.& hic verò quia . Vel poſſumus dicere aliter,& probabilius, quia aut committitur teſtium examinatio habẽti iuriſdictionem,aut non habenti. Primo caſu poteſt fieri, ita loquuntur iura alleg.pro hac parte : ſi non habenti,nõ, vt in alijs iurib.& vide quod not.ff. quemadmodum teſtamenta aperi.l. ſed ſi qui ex ſignatorib.in gloſſ. ſuper verbo obſignentur.de conſuetudine committitur tabellioni , vt not.in glo.in verb.iudicis.in clem.1.de offi.deleg.Ex prædictis apparet,q̄ ex ipſa commiſſione non acquirit cõmiſſarius iuriſdictionem : Facit auth.ad hæc. C.de iudic.& ff.de excuſ tut.l.ſcire oportet.in verb. tribunal. & exponitur ibi coram notarijs, vt procedat not.glo.ſed receptio teſtium
54 poteſt cõmitti.Bal.in concluſio. † Sed quid ſi iudex committit notario teſtium examinationem,& teſtis accuſatur de falſo,qui teſtis dicit ſe illud non dixiſſe ? Dixit. Spec.in titu.de teſte.§.1.verſi.ſed pone ecce,ſi iudex non interfuit, quod non creditur notario.Tu dic ſecundum Cy.C.de fal. l.ſi quis decurio,q̄ ſi iudex fuiſſet præſens magis præſumi pro ſcriptura,arg.l.omnium.C.de teſta.Facit quod not.per Ioan.in l.2.ff.quemadmodum teſta.aper. & ibi Bar. Bald.in conclu. Item ille qui potuit producere teſtes in loco iudicij,& non produxit,ſi teſtes poſteà ſe abſentent,non auditur ſi impetrare velit quòd fiat miſſio ad locum, vbi teſtes morantur pro eis examinandis, vide Ang.in l.de die. §.iubetur.ff.qui ſatiſd.cog.

55 **Teſtibus** productis† intra debitas dilationes,poteſt contra eorum perſonas excipi, & excipitur de omnibus inhabilitatibus ſupra relatis,in quibus tractatur,qui à teſtimonio repellantur.Si vni teſti obſtat aliqua exceptio , non retardatur proceſſus quando eſt probatus per plures.Inno.in c.ſuper eo.1. verſi.nam ſi negetur debitum.de appel.Bald.in l.2.C.ſi contra ius vel vti. publ.Nam vnus teſtis non derogat duobus : ergo nec vni eorum, quia tunc non facit ſemiplenam probationem.l.1. §.1.ff.de ven.inſpi.per Iaco.de Are.& ibi eſt tex.de hoc vbi s̄. Qualiter autem formentur exceptiones contra teſtem criminoſum , dic vt not.in l.3.§.lege Iul.ff.de teſti.de exceptionibus , quæ opponuntur in perſonam teſtium , dic vt notatur.C.de teſtib.auth.ſi teſtis productus dicatur.& ff.de teſti.l.teſtium.in princ.verſi.in primis conditio, & l.ad teſtium.§.conditionem.ff.de teſt.vbi ponitur forma talis exceptionis: ꝓbatio exceptionis oppoſitæ ꝫ teſtes,pōt differ
56 ri poſt publicationē.† An exceptio ꝫ teſtes,vel eius probatio ſit proponenda,vel recipienda ante publicationem teſtium,vel poſt , & in quibus caſibus ꝓbatio exceptionis ꝫ perſonas teſtium debet à principio recipi,de his,& prædictis,vide dominum Lapum de Caſtellione, extra.de teſti-
57 bus.c.ex parte. Ille, † qui teſtem produxit, non poteſt opponere contra eius perſonam,niſi cauſa de nouo emerſe-
58 rit.eod.tit.l.ſi quis.& ibi patet ſatis.† Quid ſi fui proteſtatus contra perſonam teſtis , quem aduerſarius meus producebat contra me,& teſtis poſteà deponit pro me,an valeat eius dictum ? Innoc.in c.præſentium in glo. in verbo, proteſtatus. de teſtib.dicit, quod teſti deponenti pro illo, qui fuit proteſtatus contra eius perſonam, non creditur, ſi aduerſarius illam proteſtationem ratam habuerit, ſecus ſi noluit, & omnimodo voluit vti eius dicto contra ſe, qa eius dictum teneretur recipere. quod not. & tene menti. Item ſubdit Innoc.ibi, quod contra perſonas nihil poteſt obijci, facta publicatione proceſſus niſi fuerit proteſtatio facta à principio contra perſonas teſtium . Et vide etiam Bar. ponentem has exceptiones contra perſonas teſtium, in auth.ſi teſtis productus dicatur. C. de teſtib. verſic.nota ſecundò.& ſatis patet alibi in locis non nominatis.

59 **Iurare** † debet teſtis dicere veritatẽ de tota & plenaria cauſa,quoties interrogabitur vſque ad finem litis,ſeu cauſæ : tam ſuper eo,de quo interrogabitur vſque ad finem litis,ſeu cauſæ,quàm ſuper alio,& quod ſolam veritatem docebit,non miſcens aliquid falſitatis,nec aliquid de ſuo adijciet,etiam ſi ſibi bonum videretur.Item quod dicet veritatem pro vtraq; parte, & quòd nec prece, nec pretio,nec amore,nec timore,nec priuato odio,ſecus ſi publico,vt quia odit opera ſua,nec pro commodo quod ipſe,vel alius habuerit, vel habere ſperet,teſtimonium dicet,ſicut ſcit , & non ſicut credit.Item,quod nulli partium teſtimonium pandet,donec atteſtationes fuerint publicatæ,ſi tamen hoc vltimum non iurat,non tenetur. Item qđ dicet veritatem ſuper articulis,& ſuper tota cauſa. De hoc vide Ang.ff.de petitio.hæredi.l.ſi quis hæreditatem §.quoties.in gl.vlt. Si verò tractatur,& inquiritur ſuper ſtatu eccleſiæ, duplex eſt forma . Prima qđ iuret dicere veritatem de his, quæ ſcit, & credit in eccleſia reformanda, exceptis occultis. Secunda eſt,vt iuret q̄ ad inquiſitionem reſpondebit veritatem,& debet iurare aduerſario p̄ſente,vel contumace,& tactis Euangelijs, niſi ſit epiſcopus , qui ſolum debet inſpicere.Vide,quod habetur in authen.ſed ſi iudex. C.de epiſc.& cler. Ad presbyterum,& diaconum mittetur domi ad iurandum, cum ſint perſonæ egregiæ,l. ad perſonas.ff.de iureiurãdo. Et ſi agitur cauſa coram iudice laico, iurabit coram epiſcop. Item,ſi producens eſt pauper,tunc iudex mittet teſtibus iuramentum,vel eis dabit expenſas: quia tenetur pauperibus ꝓuidere. & licet teſtis ſit religio-
60 ſus,non tamẽ valet eius teſtimonium,niſi ſit iuratus.† An teſtis non iuratus probet ? dic q̄ non,vt no.C.de teſti.l.ſolam.Si teſtis depoſuit non iuratus,& poſteà iurauit,an valeat eius dictum ? Sunt opiniones.Et tene,qđ ſic,ſi eſt bonæ famæ,vt in Spec.de teſte.§.ſequitur de teſtium iuramen-
61 to. Iurare poteſt † de credulitate etiam ille, qui non vidit, ſi tamen indubitanter nouit. Fallit in teſte,qui dicit ſe vidiſſe,& præſentem fuiſſe in actu. Innoc.in c.cum cauſam. de iuramen. calum. ergo pars , quæ iurat veritatem, etiam non debet interrogari de veritate ſcientię.& ſi iuterrogatur,poteſt dicere,ſcio quia indubitanter noui:ſecus in teſte qui debet reddere cauſam per ſenſum corporeum. Et ita dicemus geſta ipſo præſente,& vidente. Vnde dicit tex. quod in teſte requiritur præſentia, & memoria.ff.de furt.l. quidam tabularum.& in l.quidam in ſuo teſtamento.ff.de
62 condi.inſtitu.& C.de teſti.l.teſtium.& hoc dictum† Innocent.

BIU Cujas

cent.dñs meus Narbonensis Cardinalis allegat, ꝙ ad hoc vt ecclesia possit arma spiritualia, & æternalia exercere, suf ficit quod habeat iustitiam veritatis indubiātter, licet nō prohibeat, aliàs habeat, iustitiam probatam, quia proce-
63 dit ecclesia vt pars, quæ sufficit quo ad fundamentum. † Testis qui iurat dicere puram, & meram veritatem, nil po test addere, vel mutare sponte sua. Innocen. in c. cum dilectus. de accusat. Adde quod tunc deponendo per famam non probat dictum suum, quia ille qui non fuit in facto, il le non potest scire veritatem. Vnde scire per famam, non est scire, sed opinari. Vide gloss. not. in verb. decidi oportet. in l. in bonę fidei. C. de rebus cred. ibi, sed quid si nō interfuisset facto, ſm Bald. ibi, testis debet esse iuratus, & vbi iudex non potest procedere omissa solemnitate, quia debet constare de facto, de quo non videtur constare nisi sit iuratus, vt est gloss. in Clem. sæpè. de verb. sign. & l. filius. ff. de dona. & l. diuus. ff. de testamen. mili. Bald. in l. presby-
64 teri. C. de Episcop. & cler. Testis † qui iurat non tactis scri pturis, potest puniri si dicat falsum. Bald. in c. fraternitatis. de testibus. Et an præsumatur quod tetigit, not. in c. vt cir-
65 ca, de electio. in 6. Si testis † iurauit vna die, & alia die deposuit, debet edi dies depositionis, quia licet depositio tra hatur ad tempus iuramenti, illud est verum, nisi aliqua ratio impediat istam retardationem, vt si esset datus terminus ad probandum, vel probatum habendum. Bald. in l. 2.
66 versi. item facit ad aliud. C. vt lit. pen. Testis † potest compelli per ordinarium, vt iuret coram eod. Bal. in c. 1. in versi. compellantur. si de inuesti. int. do. & vas. lis ori. & ibi in versic. extra quæro nunquid, &c. ponit nunquid testium re ceptio possit committi, quorum dicta sunt cautè remittē-
67 da. Dic vt ibi patet. † Si testis iurat dicere veritatem super articulo, quatenus dicit extra, non valet quia non iuratus deponit. l. iurisiurandi. C. de testibus. nisi illud, quod deponit esset de appenditijs articulorum, vt in auth. de testibus §. si verò dicatur. sed vbi iurat dicere veritatem super tota causa licet deponat extra articulum, valet. ¶ Idem si iurasset simpliciter, quia ista disiunctiua æquipollet vniuersali. l. obligari. ff. de autho. tut. in glo. & plenè per Angel. in l. si quis libertatem. §. quoties. in glo. vlt. ff. de peti. hær. An testis non iuratus probet, dic vt not. C. de test. l. solam. Et an si tunc dicit falsum, puniatur, dic vt not. in gl. in verb. per-
68 fectum. ff. de fal. l. si quis legatum. Et † an iuramentum testis possit remitti consensu partium? dic quod sic. gloss. est not. in l. 1. §. j. in gl. super verbo sententia valebit, de ser. &
69 nota. vt ibi patet. An † autem testis iurans dicere veritatē super principali, intelligatur etiam iurasse super dependē tibus & connexis? vide Angel. in l. 2. versi. vnde dicit In-
70 no. de iurisd. omn. iudi. † licet habens terminum probandi faciat iurare testes intra terminum, nō tñ dī probasse si non deposuerunt, sed probatio est in fieri, non in facto esse, quia probatio sic diffinitur. Probatio est rei dubiæ p argumenta ostensio, vt no. C. de prob. in rub. Sed isti testes nihil dixerunt, ergo nihil probauerunt, quia probatio debet esse certa & clara. sed hic nulla fuit: quia nec affirmatiua, nec negatiua. Item potest esse, quod testis dicat se nihil scire, non ergo liquet, an sit probaturus, nec quod probabitur, quia de futuris sumus incerti. ff. de peculio. l. eo tempore. & l. quod debetur. ff. ad Carb. l. 3. §. duæ autē sunt causæ. & ideò si lex sine ministerio hominis assignat terminū ad probandum, debēt testes iurasse, & deposuisse intra terminum, vt in c. pia. de except. lib. 6. nec sufficit in termino legali feciſſe quicquid potuit. ff. de dol. l. arbitrio. §. pen. qa grauamen legis est, à quo non poreſt appellari. Si autem iudex dat dilationem, mitius agitur quā cum lege in dilationibus. Sufficit ergo, ꝙ incumbentia quis fecerit, id est testes produxerit, & iurare fecerit, nisi iudex arctasset eum ad faciendum deponere testes. Dicunt tamen aduocati, quod si est datus terminus ad probandum, sufficit si iuretur intra terminum, secus si ad probatum habendum, quod nil est probare, quia idem est probare, & probatum habere, vt patet ex defectu, aliàs definitione probationis. vide. ff. de arbit. l. non ex omnibus. Di-
71 ctum † testis trahitur ad tempus iuramenti, nisi tempore depositionis præcluſa sit via in probando. Facit quod not. in c. 1. de offic. delega. Bald. in conclusio. & vide omnino
72 in nostro repertorio, in tit. de dila. ¶ Testis † qui iurat in termino, licet postea deponat, dicitur in termino deponere, not. C. de testib. l. si qñ. & si terminus datus est ad deponendum non sufficit iurare intra terminum, nisi deponit. Quæro, vtrum in iuramento testis requiratur partis citatio ibidem. & vide de damno infe. l. damni infecti. §. Sabini. & per Bar. in consi. 217. Testes non præsumuntur iurati, nisi per acta appareat de iuramento, licet notarius dicat, talis testis iuratus. Bal. in l. Theopompus. ff. de do. prælegat.

73 Quando † autem testes recipiendi sunt? Tu dic, quod regulariter post litem contestatam, ante autem recipi non valent. Fallit in multis casib. in quibus recipiuntur lite non contestata, vel etiam non inchoata. Primus casus est si timetur de morte testium, vt quia sunt infirmi, vel senes. Secundus, si timetur de absentia diuturna. Tertius, si agatur de electione confirmāda, vel cassanda. Quartus, cum agitur de matrimonio car nali, & is qui conuenitur malitiosè contumax est. Quintus, cum de crimine proceditur per inquisitionem. Sextus cum petitur testem ad æternam rei memoriam exami nari. Septimus, in causa appellationis à grauamine interpositæ. vel in alia causa, si appellatus contumax est. Octauus, quia in contumaciam actoris reus suos testes produxit lite non contestata. Ratio, quia in eius potestate non est quando conueniatur. Nonus, cum actor nequit agere propter interpositum iuramentum. Decimus, cum minor iudicis officio ab hæreditate abstineat. Vndecimus, cum causa est spiritualis, vel in crimine hæresis proceditur. Duodecimus, vbicunque publicum commodum offenditur, vt in malo officiali. Decimus tertius, secundum quosdam, scilicet dum agitur de statu, & libertate ecclesiæ. Decimus quartus, cum restitutio in integrum incidenter iudicis officio postulatur. Decimus quintus, in petitione legati, vel fideicommissi. Decimus sextus cum agitur finium regundorum. Decimus septimus, cum agitur in Trebellianica restitutione, & in causa denuntiationis. Decimus octauus, in causa hæresis: nam post mortem quis punitur sine litis contestatione. Decimus nonus, cum persona est suspecta. Vigesimus, cum agitur cum aliquo possessore de beneficio ecclesiastico obtinendo. Vigesimus primus in dilapidatione. Vigesimus secundus, in causa purgationis. Vigesimus tertius, cum quis est intra pubertatem, & timetur de variatione. Vigesimus quartus, in causa subscriptionis. Vigesimus quintus, quando iudex ad cautelam testes recipit in notorijs. Vigesimus sextus, quando quis deficit in purgatione lite non contesta. Vigesimus septimus, in libertate secūdum quosdam. Vigesimus octauus, vbi ante litis contestationem aliquid incidēter proponitur, & probatur. Vigesimus nonus, vbicunque aliquid iudicis officio expeditur, quod intellige de offic. de seruiente actioni. Trigesimus, cum is, qui possidet, liti se offert: quia tunc etiam lite non contestata, fertur sententia. Trigesimus primus, in odiosis, in quibus actori præfigitur terminus, in quo si non veniat, posteà non auditur. Trigesimus secundus, in exceptionibus dilatorijs fori, & in quibusdam peremptorijs, vt cum excipitur de re iudicata transacta, vel finita. Trigesimus tertius, cum impubes ex Carboniano edicto, vel mulier nomine ventris petit se in possessionem mitti, vel cum reo absente actor petit se mitti in possessionem bonorum causa custodię, vel cum quęritur, an interſit actoris rem exhiberi, vel quando legatarius petit sibi satisfieri de legato, & quæritur, an sit ei relictum legatum, vel cum filius petit alimēta, & quæritur an sit filius, vel econuerso, vel cum pignora capiuntur ex causa iudicati, & quæritur an sint condemnati. In prædictis si vocatus sit contumax, possunt testes recipi, & diffinitiua ferri sententia. Trigesimus quartus, in omnibus emergentib. ſm quosdam, & breuiter vbicunq; libellus non admittitur. Et dixit Innoc. iu c. cum dilectus. de accusatio. quod publicatis attestationib. possunt etiam examinari, non ad plenam probationem, sed ad indicium vt in matre, quæ testificatur de ætate filij impuberis, & etiam in fama, quę nō
74 facit plenam probationem. Ang. in concl. Et qñ † testes actoris, vel rei recipiuntur ante litis contestationem, vtiqa sunt senes, vel infirmi, tunc non publicantur, sed conseruantur, licet aliqui dixerunt contrarium in testib. pro parte rei. si tñ reus adest in iudicio, & actor abest, tunc ante litis contestationem etiam recipiuntur, & publicantur, & ferē diffinitiua. Prædicta omnia vera, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur. De prædictis oīb. vide in Spec. de teste. §. nunc tractemus qñ sunt testes. & vide Ang. C. de naufragijs. lib. xj. in l. de submersis. vbi ponit casus, in qb. etiā examinantur ante litis contestationem de materia vide Bart. in l. mortis cā donare ver. ex hac l. ff. de dona. cā mor. & qđ no. idem Ang. in l. 2. ff. de fer. An in examinatione testiū, q̄ fit ante litis contestationem, sufficiat aduersarium citari

ad

BIU Cujas

ad domum,vide per dom.Ang.in auth.de testibus. §. fi. in
75 fin. Et si testes† dicunt se nihil scire,vel nō recordari post eorū publicationem , possunt alij super eisdem capitulis examinari,nec nocet didicisse testificata . Iacob.de Bel. in vsibus feud.c.j.§. si enim. circa finem. in tit. quid sit inue-
76 stitura.in x.col.Bald.in conclusio.† Testes,qui examinantur ad æternam rei memoriam , coram quo iudice debent examinari,vide per Ang.ff.de transac.l.cum ij.§.transactiones. De materia horum vide in quodam consi.Franc.Tig. quod habes secundum in ordine , & incipit , vt patet.Te-
77 stes† publicati in æternam tei memoriam pro reo, non valent eidem,quia significat quòd sunt recepti ad finē agēdi,secundum Innoc. in c.significauit.de testib.sed certè finis est indiuisibilis in agendo , & defendendo, & ideo valent pariter in vtroque.ff.de iureiur.l.sed & si possessoris.§. fi.saluo iure opponendi contra personas,& dicta testium,
78 cum extra ordinem sunt recepti.C.de test.l.fin.Et no.† qđ interdum petit recipi testes ille, qui non habet actionem, nec habere sperat,& tunc testes publicantur,vt ff. de test.l. curent.& C.de vsufr.l.fin.Interdum petit, qui non habet, sed habere sperat. Ita loquitur.ff.ad l.Aquil.l.3.& in l.in lege Aquilia, si deletum. sed ibi speciale est : quia duo ꝯcurrunt, scilicet odium delinquentis , & timor etiam probationum deficiendarum: Interdum habet actionem,sed est timor,ne pereat ex dilatione legali. Sic loquitur.ff.de Carbo.l.3.§.duæ autem sunt causæ . Interdum habet non præsenti exercitio , tamen testes sunt abfuturi , propter quod etiam possunt recipi,& tunc examinantur, sed non publicantur tunc,sed postea suo tēpore intra annum, in c.quoniam frequenter,vt lit.non cont. nisi partes velint statim publicari. Ex publicatione tamen testium nō oritur actio.
79 ff.de iureiur.l.sed & si possessori.§.pe.† Et an requiratur citatio personalis,cum testes extra ordinem recipiantur,notatur per Inn.in c.significauit. de testib. vbi omnia p̄dicta dicit in substantia . facit ad hoc vltimum. ff. de incen. rui. naufra.l.Pedius & l. ne quid . non tamen citatus est semp admittendus ad contradicendum.l.3.§.pen.ff.de bon. pos. Adde qđ not.in l.4.de dam.infect. Ioan. Andr.in c. præsumitur ignorantia.de reg.iur.lib.6.in mercurialibus . Adde
80 † etiam quod dicit glo.j.in l.gesta.C.de re iudi.qđ in apertura testium non sit necessaria partium citatio. Bart. alibi alleg.illam gloss.quæ nihil dicit de citatione , sed de præ-
81 sentia tantum.Adde † etiam, qđ attestationes faciunt fidē in alio iudicio,quandò sunt translatæ in publica monumēta, vt d.l.gesta.& not. in l.3. ff. quæ in frau.cred.secundum Richar.Malumb.& quæ not.Bald.in conclusio . Possidens
82 † potest petere examinari testes ad perpetuam rei memoriam:secus si non possidet. Ang. in l.si quis libertatem. ff. de peti.hær.§.nam cum quidā.versic.not.magis faueri,&c.

83 De numero † testiū , dico ꝙ regulariter duo sufficiunt nisi lege , vel canone expresse maior numerus requiratur.Nam si accusatur Episcopus Cardinalis,non conuincitur,vel deponitur, nisi septuaginta duobus testibus:presbyter Cardinalis cum quadragintaquatuor:diaconus Cardinalis cum vigintisex:alij clerici Romanæ ecclesiæ septem. De prædictis vide gloss.
84 2.q.5.c.præsul.& c.nullam damnationem.†Si quis vult p̄bare solutionem debiti in scripturis contenti,quinq; sunt necessarij , sed in probatione confessionis facta solutione quinq; saltē nō rogati sunt necessarij, sed duo rogati sufficiūt,vt not. C.de test.auth. rogati.in ꝯctu excedente libra auri,facto in ciuitate,& in scriptis redacto, auth.sed nouo iure.C.de testib.In codicillis aūt sunt neceſſarij quinq;.In donatione causa mortis similiter quinque . In testamento septem , Sed si fit in scriptis , & testator nescit scribere, octo. secus in codicillis,& testamento ad pias causas , vbi duo sufficiunt. Item inter filios,& nepotes.Item & in villis,& municipibus,vbi est hominum raritas sufficiūt quinque . Item in reuocando prius testamentum sufficiūt tres. C.de testa.l.sancimus. In testamento enim militis duo. In testamento condito coram principe,precibus sibi oblatis, nullus reqritur testis.In purgatione Diaconi,tres. In purgatione Episcopi.xij. In depositione pecuniæ,vel alterius rei,vel alicuius contractus,si depositum excedit libram auri requiruntur trēs testes idonei, & fide digni . in interruptione præscriptionis requiruntur tm̄ tres. In renūciatione Velleiani tres . In confectione inuentarij loco absentium quos res tangit tres . In comparatione chirographi non publici,tres requiruntur . Item in promouendo inter agentes in rebus,tres.C.de prox.sac.scri. l.vnicuique circà princ.lib.12.Item in inspectione priuilegiorum debet quis esse contentus numero 12. In diuortio requiruntur sex testes. Item qñq; requiruntur decem.C.de ero.mili. anno.l. pen.§.non danda.versi.hoc etiam adijciendo.lib. 12. Item cum per epistolam datur libertas, vel inter amicos,& amicas,patet satis . Tres obstetrices vocantur ad ventrem inspiciendum,tamen duæ probāt. ad ostium cameræ , in qua mulier sub custodia est paritura,decem. Item tempore partus,decem liberæ , & sex ancillæ in conclaui adhibentur. Quot testes requirantur ad hoc.vt valeat testamentum, vide glo.ff.de testa.l.hæredes palam. in principio . Quot teteſtes requiruntur in voluntate declarante,vide dict. l.hæredes palam.§.j.Quot testibus sit credendum.vide gloss. 2. quæst.4.in summa. Quot testes requirantur ad confirmandum, vel probandum iudicium nouæ volūtatis supremę, vide Barto.in l.prima.versi.quæro.ff.de legat.3.Quot requirantur ad probandum errorem,dic quod si qūæritur de errore solemnitatis,requiruntur duo,si voluntatis,requirūtur tot,quot requiruntur ad actū,de quo quæritur: de quo vide in l.cum proponebatur.in gloss.in verbo,quęreretur, & ibi nota.ff.de legat.2.iuncta.l.hæredes palam.ff. de testa.

85 Sed an credatur † testimonio vnius? Respōdetur regulariter qđ non,etiam si præsidali fulgeat dignitate , quia vox vnius, vox nullius.l.iurisiurandi.C.de testibus. Fallit in quibusdā casibus,in quibus creditur dicto vnius. Et primò si quis reuocationem mandati probat per vnum testem cum eius sacramento . Secundus casus est,qñ solus tabellio si dubitatur,facit instrumentum publicum , nam solus facit fidē. Tertius,quia statur iuramento creditoris tm̄ , super eo qđ superfluum est in pretio rei venditæ . Quartus,quia statur vnius testimonio cum testator ita præcepit.Quintus,quādo quis habuit probabilem causam ignorantiæ. Sextus qa creditur dicto vnius Abbatis , qui dicit Episcopum vicini missam ante missārum solemnitatem exarasse.86.distict.c. tanta. Septimus,creditur vni extra iudicium,tanquàm socio. Octauus est , quod creditur vni qñque cum iuramento principalis personæ. Nonus , vbi nulli fit præiudicium, puta cum dubitatur, an quis sit baptizàtus , vel ecclesia sit consecrata. Decimus,cum dubitatur de voluntate obmutescentis,seu morientis. Vndecimus,propter dictū vnius, sigillum in testamento appositum redditur dubium l.1. §. fi.quemadmo.test.ape . Duodecimus,in terminis appositis stat̄ determinationi vēditoris . Decimustertius , vnus impedit matrimonium contrahendum.Decimusquartus, vnus facit indicij purgationem.Decimusquintus,quia creditur dicto vnius,cum sibi defertur iuramentū . Decimussextus,creditur sacerdoti dicenti aliquem pœnituisse.Decimusseptimus,creditur vni tanquam recitatori,aliàs pluribus,pp eius fidem indubitatam. Decimusoctauus creditur quoq; executori dicenti se citasse,vel denuntiasse.Decimusnonus creditur cardinali, vel alij excellenti dicenti se legatum,vel aliquid asserenti,licet id nō probet. de hoc per Ioan.And.in Clemen.j. de prob. Vigesimus casus est: quia creditur vni reuelanti insidias factas principi.79. distin.c.si quis Papa.3.q.1.c.quicūque.Vigesimusprimus,creditur soli Episcopo,sed hodie corrigitur.Vigesimussecundus casus est,vnus testis inducit præsumptionem. Vigesimustertius creditur vni de consensu partium. Vigesimusquartus,quia creditur vni testi cum fama.Vigesimusquintus,vnus proficit,sed non sufficit , vt in milite ab hostibus misso, cuius assertioni creditur suffragantib. meritis prioris vitæ. Vigesimussextus statur iuramento violentiā passi de quantitate rerū. Vigesimusseptimus , creditur iuramento alicuius contra factum aduersarij . Vigesimusoctauus,in causa denuntiationis creditur vni testi. Vigesimusnonus vnus testis facit semiplenam probatio-
86 nem. Quid si † quis vult producere 40.testes,& iudex nō vult recipere,nisi viginti , an poterit appellare ? Et videtur ꝙ sic , vide de prædictis omnib. & alijs multis in Spec. de teste.§.restat de numero.vers.hoc tm̄ fallit. An dictu vnius testis cum alijs indicijs faciat semiplenam probationē,vide Bar.in l.j.§.ijdem Cornelio.ff.de quæs.An credatur testi
87 monio † vnius, vide gl.de conse.dist.4.c.placuit de infantib.in ver.testentur,& c.cum itaq; & 4.q.3.§.vnius verò. in gloss. super dicto versi. vnus testis facit semiplenā probationem,vt l.in bonæ fidei.C.de reb.cre. in quo dic,aut partes consentiunt in personam, & dictum, & probat plenè : aut in personam tantum,& tunc semiplenè : quia licitum est eius dictum infringere. l. si quis. C. eod. Totam istam materiam limitat Bal.in d.l. bonæ fidei . per dictum Inno. nam vnus semiplenè probat,quandò depositio cōcernit

præ iu-

BIU Cujas

præiudicium alicuius:sed plenè, & perfectè probat qñ depositio non concernit alicuius præiudicium. Ita no. Inn. in c.1.de sepul.quod est not.dignum Ang.in conclu.an aut̃ valeat pactum,vt credatur vni testi,vide Ang.ff.de pact.
88 l.pactum inter.versi.item non valebit pactum. ¶† Quæro an tabellio, qui publicum confecit instrumentum connumeretur in numero testium? Dic ꝙ non,ne fungatur duplici officio,arg.C.de ass.l.fin. & l.hac consultissima. C. de testa. & hoc vbi extrà numerum testium requiritur tabellio. Si vero quæratur de scriptura,quæ non probat,nisi qs vtatur etiam testium productione, tunc tabellio habetur pro vno teste,vt l.Domitius Labeo.ff.de test.Iaco. de Are. dicit quia non scribit,vt persona publica, vel scriptura illa non fit ad probandum, sed ad solemnitatem. Non obstat lex,si quis decurio,C.ad l.Cor.de fal. quia nō examinatur vt testis super negotio, licèt super scriptura, an scripserit, sed quæritur,an sit vera:nō autem est testis. Vel dic quod quantum ad solemnitatem scripturæ, & quantum ad veritatem negotij creditur tabellioni, sed de solemnitate negotij non, nisi sit instrumentum solemne, vbi adsit debitus numerus testium: sed vox, non scriptura neutrum efficit. Ad d.l.Domitius.dic,quod ibi non erat tabellio. nec requiritur ibi secundum Andr.de Pisis.Aliqñ nulla fit scriptura: & tunc tabellio non venit in forma instrumenti, ideò est optimus testis,quod patet, quod in ore duorū videtur stare iustrumentum,non trium, ex quo tabellio nō computatur.Facit ad not.in §.item verborum. Institut.de inutilibus stipul. Aliquandò quis vult assumere solam p̃bationem ex scriptura, aliquandò solum ex testibus, aliquandò ex vtroque.Primo,& tertio non computatur, in secundo sic. Bald.in suis conclusionibus.

Qualiter testes sunt examinandi, Spec.in tit.de teste. §. nunc tractãdum est qualiter in examinatione. vbi ponit practicam,& formam, an possint examinari in ecclesia vide.C.de sac.san.eccl. l.nemo ãpo-
89 stolorum.† Testes qui non sunt Latini,qualiter examinabuntur per notarium Latinum,qui eos nō intelligit? Bar. in l.j.§.fin.ver.quæro qualiter.ff.de verb. obli. dicit, qđ debent adhiberi duo interpretes si fieri potest, vt in c.qm̃ ꝯtrà falsam.extra,de proba.vel vnus tantum, si plures reperiri non possunt,vt in auth.de non alie. §. quod autem dictum.ibi,aut etiam vno.& facit.l.comparationes. C.de fide instrumen.& scribat notarius primò sic.talis testis iuratus,& examinatus super dictis articulis sibi lectis,& vulgarizatis per dictum iudicem, & me notarium declaratis & interpretatis per talem interpretem ipsi testi ibidem,dixit & respondit in sermone Theutonico, & interpretato, & declarato per talem, vel tales interpretes dicto iudici, & mihi notario. Angel.in concluſ.Sed quid si duo testes deponunt,vnus Latinè,alius Græcè? Respondeo, valet eorum depositio,si idem dicunt,arg.l.blanditus.C.de fideiuſ. Defectus ergò locutionis testimonium non vitiat.15.q.7. c.& hoc diximus,in gloſ.in verb.cognouisses. Sed quid si dubitetur de examinatione,vide in Spe.vbi supra, & quod not.C.eod.l.nullum.Testes debent recipi secretè,& debēt de ponere de his quæ percipiuntur sensu corporeo: non autem de his quæ percipiuntur iudicio intellectus, vt not. C.de testium. & Innoc.eod.titu. c.cum causa. An
90 † poterit testis dictum suum dare iudici in scriptis? dic ꝙ non.3.q.9.cap.testes,& facit cap. si quis.§.absens. de elect. in 6. Nam iudex debet audire, vt videat qua fronte qua trepidatione loquatur,vt l.de minore.§.tormenta.ff.de quæs. & no.Inn.in c.quoniam ꝺ falsam. de proba. Quæ tñ ratio non concludit in ciuili, sed criminali, cum in ciuili iudex examinationem testium possit alij committere. Vnde vbi est diuersa ratio scripturæ,& viuæ vocis,non producit eũdem effectum litera,& viua vox:in his verò secus:quia idē est effectus exprimere per literas, & per nuncium, & sic p viuam vocem.l.consensu.ff.de act.& obl.quod no.in cap. decernimus.de sent.excō. Ang.in concl. & vide,quod no.
91 Inst.de testa.§.testes.No.vlterius.† quod testes non debēt examinari super articulo, super quo non sunt inducti. l. si duo patroni.§.idem Iul. ff.de iureiu,p glo.in verbo. nō p̃bare.& docto.ibi.Item nec debent iurare, nisi de eo super quo sunt inducti,nisi in casib. quib.iudex potest ex officio examinare.vt ff.de condict.obtur.caus. l. idem si ob.§.si ti-
92 bi ob indicium.†Nō tñ dī deponere extra articulum,si deponit super dependentibus & connexis,vel super concomittantijs, vt super loco,& tempore. dic vt ibi no.Inn.de testib.c.per tuas.& in Spe.eodem tit.§.sequitur. vers. illud
93 autem notandum Articulus † tamen non est de substantia probationis, quia valet dictum testis,quod deponit super libello,si articuli non sunt formati, vt not.Archi. in c.
94 p̃sentiũ. in verb.interrogatoria. de testi.lib.6. Sed † quid si testis deponit verum in articulo, extra articulum deponit falsum,an vitietur eius dictum? Dic,quod non,quia nō est periurus,cum extrà articulum deponat non iuratus, & vide per Inn.in c.fraternitatis.in princ.de hære. & per Cy. in l.1.versi.quidam fecit falsum.C.de sepulchro violato.&
95 per Iac.But.in l.Lucius.ff.de infami,Ang. in conclu. † Licet coram iudice,vel extra iudicium testis dicat se non interfuisse,tñ iudex ex iurisdictione,qm̃ habet in testem,cogit illum ad deponendum veritatem,& statur depositioni. in vsib.feud.quid sit inuestitu.c.j.versi.nam si instrumentum. iuncta gl.ibi,in verb.dño cogente.licet Bar.videatur dice-
96 re ꝺrium in l.eos qui.ff.de fal.Item † testes nō possunt inuiti compelli ad testimonium, puta ex forma statuti, vel legis,vt sunt illæ personæ, quæ enumerantur in l.3.§. lege Iulia.& l.seq.ff.de testi. Si deponunt volentes, debent redigi eorum dicta in scriptis,ꝙ voluntariè deponunt, arg. auth.presbyteros.C.de Epiſc.& cle.ibi,in scriptis declarauerunt.Aliàs si non fieret,præsumerentur inuiti deponere illi qui obsequuntur imperio magistratus.ff. de reg.iur. l.non vī.§.j.& optimè probatur per text.d.auth.Ang.in ꝯclu.& Bar.per Bal.in d.auth. licet testes debeant deponere pro vtraque parte.C.de Epiſ.& cler.auth. sed iudex. Item iurare pro vtraq; parte debet de veritate dicēda,vt l.is apud quem.C.de eden.in gl.in verb.exhiberi.in med.& C.de hæret.l.qm̃ in fi.& C.de quæst.l.interrogari.ff.de proba.l.cum
97 probatio.Cum † tñ ad testes mittuntur, puta quia sunt p̃sonæ egregiæ,debet fieri expensis producentis,vt c.mulieres.de iud.li.6.Similiter cum testis venit ad iudicem de lōginquo.4.q.3.cano.si testis.§.venturus.& c.statutum.§.prę-ferendo.& ibi glo.not.in verbo, expensas. de rescriptis li.
98 6.Ang.in concl. Testium † dicta debent scribi, aliàs non valet sententia.Ergò per iudicem.& per tabellionem non possunt probari dicta testium,Bal.in l.prolatam. versic. in
99 glos.conscribantur.C.de senten.passi.† Testes debent examinari super interrogatorijs,& si non responderunt secūdum ea,quæ ibi articulantur, non proderunt producenti: & ideo pars sit cauta, quod ante interrogationē petat interrogatoria redigi in actis,& copia sibi fieri, vt sic videri possit,an sint examinati secundum interrogatoria, extra. de testib.c.cum causam,super gl.de causis.in nouel.An autem interrogatoria possint emendari, vide Bal.in l. edita. C.de eden.in repet.in versi.interdum contingit. Testes q non interrogantur fm formam interrogatorij, habentur pro non receptis.Bart.in suo consi.183.quod incipit statuto castri.& in c.præsentium.§.testes. de testib.in gl.quæ incipit interrogatoria.in 6. super quo consuluit Ioan.An.in nouella,quod potius fiunt superflua,quam omittantur necessaria. Et est vtile,quia si dolo,vel malitia, vel negligentia omiserit interrogare, repetuntur post publicationem. ¶Sed si non fuerint facta interrogatoria, iudex ex suo officio faciat illa,de quibus in c.cum causam. de testib. Et an valeat dictum testis non interrogati de causa scientiæ vide in nouella.in d.c.præsentium. Ang.in conclusionibus
100 suis.† Testimonia aūt iudiciaria dicuntur duobus mod. ¶Primò,qñ de negotio,de quo modo agitur non fuerunt testes à principio adhibiti, sed modo producuntur testes à principio adhibendi, vt quia est factum furtum, vel iniuria. Alio modo qñ testes testificantur de his, quæ fiunt in iudicio: puta, litem fuisse contestatam, sententiam esse latam. nam tales testes dicuntur iudiciales.Cy.in l. qm̃.C.
101 de hæret.† Testes seniores præferuntur iunioribus. ff. fi cert.pet.l.cum quid.in gl.in verb. nouum. qđ est verum in dubio,secus si constet de moribus,quia ętati præferuntur, vt in auth.de mona.§.fi.& facit.ff.de fide instr.l.fi. & l.nulli.ff.qđ cuiusq; vni.nomi.& ff.de libe.& posthu. l.Gallus.in j.glo.& per Inn.in c.j.de maio.& obed.vt patet. Instruere
102 † testes,qui interfuerunt negotio,vt plenè, & apertè verba dicant,nō est peccatum. Et si interrogantur,an fuerint instructi, & dicant quod non fuerunt instructi & dicunt falsum,non sunt periuri, quia intelliguntur de illicita instructione.Bal.in l.fi.versi.& si testes.C.si ex fal.instru.& in auth.at qui semel.C.de prob.& per Goffre. in tit.de sentē. Sed an valeat testimonium si testes inuicem se instruunt, vide quod not.Innstitu.de testamen. §. testes autem. Te-
103 stes † suspecti debent interrogari de circunstantijs. Angel.in cor.de testibus.§.vt liceat. Testi subrogato ad actū inchoatum loco alterius testis, cui aliquis casus contingit,debēt narrari omnia ante gesta, & ipse dēt interrogare

alios

alios teſtes vtrũ ſint geſta in eorũ pñtia,& deponere vtrũ ſic depoſuerit:& poſt rñſionẽ affirmatiuam actus debet cõ ſummari.vt not.C.de teſtam.l.cum antiquitas , & vide gl. in verſi.remiſſum eſt.l.caſus. C.eod.licet alias in teſtamẽtis teſtium ſolemnitas ſit indiuidua,vt ff.de teſtib.l.qui teſta.§.fina.& l.hæredes palam.§.fin.Et debent audire, & videre teſtatorem,aliàs non valet teſtamentum. C. de teſta.
104 l.ſi non ſpeciali.† An autem poſſit quis de facto ſuo teſtificari,vide Inno.in c.non ſine.verſi.Item nec iudex. de arbit.& l.deferre.§.j.ff.de iure fiſc.& ibi eſt text.not. Item nõ poteſt quis deponere in cauſa,de qua ſentit commodum. C.de teſtibus.l.omnibus. Fallit ſi non ſentit principaliter, ſed per quandam conſequentiam.C.de teſta.l.dictantibus. ff.de teſtamen.l.qui teſtamento,in princ.Inſtit.eodem tit. §.legatarij autem. Vel dic quod ſiue principaliter , ſiue incidenter ſentiat commodum , dummodo neceſſarium,nõ admittitur,vt d.l.omnibus.ſecus ſi dependet ex voluntate alterius,d.l.dictantibus.& l.qui teſtamento.in princ. Nam in dictis iuribus dependet ex voluntate alterius.ſ.hæredis vtrum ſciuerit,aliàs ſenſerit commodum . Nam licet hæres declaret teſtm̃ aliquod, tñ poteſt eſſe quod non adibit hæreditatem,nec donec inſpiciatur de viribus teſtamenti poteſt adiri hæreditas,vt no.ff.de acq.hær.l.is qui.& ſi is ad
105 quem.† Et cum quis interrogatur de facto ſuo,dr̃ reſpon ſum,non teſtimonium.4.q.3.cano.ſi teſtes vbi glo.& vide Bar.in conſi.209. aut teſtm̃ eſt factum in ſcriptis , & poterit legatarius teſtificari, quia non deponit de veritate, ſed de ſolemnitate.Sic intelligitur dicta lex qui teſtõ.& dictus §.legatarijs.Aut eſt nuncupatiuum, & tũc cum habeat deponere de veritate,nõ admittitur.ff.de teſtib.l.nullus idoneus. tñ bene valet de ſe,ſi poſſit probari. Si verò non poſ
106 ſit probari,non deficit ius, ſed probatio . † Teſtes repeti interdum poſſunt,de quo vide.ff.de queſtio.l.repeti.& per Ang.in authen.de teſtib.§.& licet. In iudicio ordinario p̃t iudex ex officio ſuo poſt publicationem teſtium illos repetere,vt declarent,non vt addant,Bar.in d.conſi.183. Teſtes in diuerſis inſtantijs poſt didicita teſtificata ſuper eodem facto poſſunt repeti. Ang.ff.de furt. l. quidam tabula-
107 rum. Declarare,vel corrigere, vel interpretari dictũ ſuũ, an poſſit teſtis,vide omnino Spec.de teſte.in prin.verſi.itẽ quod teſtis obſcurè,& per Odofr.C.de teſtib.l.ſi qñ.ad fin. gl.fi.Et non poſſunt variare , & dicere alio modo , vt in l. quicquid adſtringendæ.ff.de verb.ob.per gl.& Bar.verſi.& iſtum tex.cum iſta. Aduertendum tñ,ſm eum , quod teſtis incontinenti, antequam primum dictum habeatur pro p-fecto,& completo nihil declarare poteſt , quia non vr̃ depoſuiſſe.C.de fide inſtr.l.ꝯctus.Facit qđ not.Spec. de teſte. §.j.ver.quid ſi dicit.& vide.ff.de adul.l.ſi poſtulauerit. §. iu-
108 bet lex. † Sed nunquid iudex poſtq̃ eſt concluſum in cã , poterit iteratò teſtes interrogare? Vide per d. Dy. in auth.
109 qui ſemel. C. qũo , & quando iudex. Quando quis† fungitur officio teſtis & officialis etiam ex interuallo poterit dictum ſuum corrigere,ſecus ſi teſtis tantum. Ang. in cõ-
110 clu.& in conſil.17. † An ſtetur primo , vel ſecundo dicto, qñ teſtis variat,vide Bart.diſtinguentem in l.eos,qui. verſ. & pro declaratione.ff.de fal.& Bal.in c.1.§.ſi enim quid ſit inueſtitura.in feud. Et ſi primo dixit ſe non recordari, ſecundò dixit ſe recordari,ſtatur ſecundo dicto. Ange. ff. de fur.l.quidam tabularum. Quid ſi teſtis dixit vnum extra iudiciũ & aliud in iudicio,cui dicto ſtabitur , & an punietur de falſo? dicam.ſ.in materia falſorum teſtium. & vide gl.ſi. in c.cum cauſam. de teſtib.& dixi. ſ.in §. ſi teſtes citati nõ
111 veniunt.Si teſtis † dixerit ſic,imò ſic, ſtatur vltimo dicto, & valet.ff.de hæred.inſti.l.ſi ita fuerit Titius. Teſtis, qui dixit heri non credo,vel neſcio,poteſt hodie dicere,ſcio,vel credo.Bal.in c.j.§.notandum.in titulo quot ſunt teſtes neceſ.in feu.¶Item ſi dixit ſe neſcire,& ſi poſteà examinatus dicat ſe ſcire , qa melius recordatur nũc,q̃ tũc,valet dictũ ſuum,quod eſt verum, ſi antequam locutus ſit cum parte, ſecundò examinatur,aliàs ſecus,vt no.in auth.de teſtib.§.
112 quia verò.Teſtis † examinatus in iudicio depoſuit ambiguè de Sticho,& non dicit de quo , nunquid interpretari poterit de quo? diſtinque,vt nota.dixit tex.& ibi per Bart. in l.inter ſtipulantem.§.ſi Stichum.verſ.& iſta lex facit. ff. de verb.oblig.Aut in iudicio oritur dubitatio circa verba, & tunc aut sũt prolata ab aliquo ex ijs, in quorum pſona principaliter ſuſtẽtantur , aut ſunt prolata à quodam alio. Si ab vno ex his,ſemper interpretantur pro eo,vt d.§.ſi Stichum.& in l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iudi. ſiue ſit actor,ſiue reus,& per Din.& gl.in c.ꝯ eum.de reg.iur.lib.6. Quandoq; verba ſunt prolata ab alio, quam ex litigatoribus,vt in teſtamento: vel defunctus eſt aliquis,qui protulit verba ſucceſſionem habentia,& tunc,aut vis facere interpretationem cauſa euitandi aliquam ꝓtrarietatem , vt eſt caſus in c.cum tu.de teſt. & in prima conſtitutione Codicis in §.quibus . Aut non uis facere aliquam interpretationem cã euitandi aliquam contrarietatem, ſed vt proſit alij,vel ꝑ aliquam aliam cãm,& non poteſt fieri. Sed illud verbum dubium non valet.vt in c.in præſentia.de prob.& in gloſſ.d.§.ſi Stichum , & in l.idem Pomponius ſcribit , ſi frumentum.in fi.ff.de rei ven. Aut inſurgit dubietas circa aliud,quam circa verba, & tunc aut loquimur in his , quæ pertinent ad litis ordinationem, & tunc ſi actor inſtat in proſequendo,fauetur actori,vt in l.de die.in prin. ff.qui ſatiſd.cog.Si verò non inſtat,tunc debet faueri reo. l.ſi ea,q̃ C.q̃ accu.non poſ.& l.properãdũ.§.& ſi quidem. C.de iud. Aut in his , quæ pertinent ad litis deciſionem , & tunc fit interpretatio pro liberatione.l.Arrianus ff.de acti.& obli. l.lege Iulia.ff. de manumiſſ. Vnde dicit Bart. in d. §. ſi Stichum.ꝙ intentio dubia debet declarari probationib.Nam ſi probatio dubia eſſet.interpretatio fieret ꝯ eum , vt dictum eſt . Licet enim poſſet dicere ſic intellexi in libello, nõ tamen poteſt dicere, ſic intellexit teſtis.Et ſic debet intelligi illud dictum Angeli in concluſione. Licet.n.in dubio interpretatio atteſtationum fiat contra producẽtem, vt extra.de proba.c.in præſentia , tamen quando dicta teſtium poſſunt coadiuuari, & ſecundum interpretationem legis concordari,& cõteſtes dici,debet hoc fieri, vt no.Inno.in c.Cumana.in fi.de electione.& in c. dudum . de election. §.j.eo.tit.facit.l.cum de ætate. ff. de probationibus.
133 Teſtes magis † idonei requiruntur in criminalibus quam in ciuilibus vt in c. mediatores de teſtib.in 6.concordat c.teſtimonium. eo. titu. in antiq. Nam in criminalibus probationes apertiſſimę requiruntur,5.q.6.Epiphanium.2.q.8.c.ſciant cũcti.ſtrictius eſt agẽdũ vbi agitur de ſalute hominis.C.de app.l.addictos. Hinc eſt ꝙ in cã criminali etiam ciuiliter mota,ꝑ bonam præſumptionem quam actor habet pro ſe,non eſt iuramentũ deferendum in ſupplementum probationis,ſecus in ciuili,vt in glo.no.in verb.probata.in c.tam literis,de teſtib.& no.Bar.in l.maritus.verſ.vlt.quæro.ff.de quæſ.& hoc quod no.in c.veniens.el i.de teſti. vbi dr̃, quod vnus teſtis cum fama in criminalib.non ſufficit.Item magis exacta probatio requiritur cum agitur de crimine criminaliter , quam cum ciuiliter,vt in d.c.mediatores.de teſt.Accedit.n.cauſa criminis ciuiliter mota ad materiam cauſæ ciuilis , quo ad aliqua,de procu.c.tuæ.& qđ no.extra de iud.c.at ſi clerici.in glo. Qñ autem de crimine dicatur agi ciuiliter,& qñ criminaliter,dic vt no.in l.nunquam plura. ff. de priua.delic.per Bar.& Inn.in c.qualiter,& qñ.de accu. & Ang.in ꝯ-
114 clu.† Teſtes in cauſa criminali ſubijciuntur tormentis, ſi res exegerit.C.de fide inſtr.auth. apud eloquentiſſimum. in fi.& ſic vr̃ arg.à ꝯrio ſenſũ,quod in ciuilibus non ſit locus torturæ. quod limita ſm Bald.eſſe verũ , niſi teſtes ſint poſiti in dignitate , nam tunc ſi non eſt vilis conditionis non torquetur in cauſa ciuili l.diuus.ff. de quæſtio.niſi inueniatur vacillare.l.ex libero.eo.ti.in gl.in verb.non vacillante. Teſtes autem viles torquẽtur in trib.caſib.ſ. in duobus.ſ.dictis,& cum feſtinant teſtimonium ferre . vide Bal. in d.auth.Item teſtis vacillans in cã ciuili poteſt torqueri. Ang.in l.quoties.C.de naufr.lib. 11. Ad torquendum autẽ teſtes,requirũtur eadẽ indicia,quæ in reo , Bar.in l.vnius. §.iudex.verſ.ſecũdo quæro.ff.de quæſt.In cã inquiſitionis, an poſſint teſtes examĩnari parte non citata,vide Ang. in l.ſi vacãtia.C.de bo.vacan.lib.x.Teſtes in cauſa inquiſitionis non debent deponere de occultis , ſed de illis vbi clamor aliquis præceſſit. Et ſi de occultis deponit,non eſt ꝑ hoc reus puniendus.de accu. c.qualiter j.in gl. pen. & in c.
115 accedens.eo.tit.† Vacillantes in teſtimonio poſſunt torqueri pro veritate eruenda in Spe.de teſte.§.nunc tractandum.verſi.conſiderare etiam debet.Et quando teſtis vacillat,debet notarius de mandato iudicis hoc ſcribere,ſecundum Inno.in c.quoniam contra. verſ.delegationes autẽ. de proba. Item ſi trepidant, vel mutant colorem in facie, quia omnia iſta indicia ſunt ſigna falſi teſtimonij, hoc tamen totum relinquitur arbitrio iudicis inquirendum ex alijs coniecturis,nõ ex ſolo pallore,vel trepidatione. l. de minore.§.tormenta.ff.de quæſt.Econtra,teſtes qui ex forma ſtatuti non poſſunt reprobari, non poſſunt inquiri. in
116 conſi.7.quod incip. dixit Old.† quòd euaſit quendam accuſatum,contra quem erat probatum, ꝙ cõmiſerat maleficium de nocte,& teſtes depoſuerunt ſe vidiſſe per crepuſculum

BIU Cujas

sculum Lunæ,illa nocte non fuit lumen Lunæ,& ideò nō poterant vidisse, & sic fuerunt reprobati naturali ratione, ſm Bal.in c.j.§.porro si dñm.ver.propterea dñs.in princ. q̄
117 fuerit prima causa benefi.amit.Bal.in conclu.An † testis qui dicit,cognoui occidentem,sed non occisum , probet? dic quod si in inquisitione fit mentio de certo occiso, nō probat,aliàs sic.2.q.6.can.ei,qui app.§.si quis libellos.Bal. C.qui accu.non pos.l.data opera. Sed quid si dicat,cognosco personam malefactoris , sed nescio eius nomen , vide
118 Ang.ff.si ex noxa.causa agatur.l.j.ver.no.q̄ testis. † Qualiter testes de adulterio probent vide Ang.ff.de adul.l.q̄ ait, Pone , Titius accusatur de incestu , modo duo testes probant consanguinitatem tñ non cognitionem carnalem, quæritur an sit probatum maleficium , in quo requiritur vtrunq; coniunctim probari? Veritas est , q̄ facta est probatio ex coniunctione capitulorum,& testium.casus in ratione sui est in l.Gallus.§.ille casus.ff.de lib. & posth. & gl. in ver.inducere legem.ſm Bal. qui ponit istam q.in d.§.ille casus.ver.& est validissimū argu.vbi omnino vide.Et sub-
119 sequenter † ponit argum.quod si vnus testis probat veritatem,ipse idem,& alius probat famam,quòd cōmistis his probationibus,sit efficax probatio facta in causa ciuili,per glo.quæ est in l.3.§.diuus. ff.de testibus.

120 De publicatione Testium videndū est. † Nam post examinationem sunt testes publicādi.Fit autem publicatio partib. p̄ntib.vel absentib.citatis tñ.Nā iudex exhibitis sibi testiū dictis,illa legat in toto,vel in parte per se, vel per notariū. Et demum dicet,habeantur pro publicatis,vel publicatæ, & tunc redigetur in scriptis,vt in Spe.de teste.§. satis vtiliter,& compendiosè. in princ. & ibi ponitur forma qualiter publicatio debeat redigi in scriptis.& vide l.fi. C.de re
121 iud . Puplicatio † testium non potest peti ab eo , qui eos non produxit,licet sua interſit.Inno.in c.constitutus . vbi Io.de Imo.extr.de test.Bal.in rub.de controuer.inuest.& p̄ Inn.in c.constitutus.extra.de appel.& ibi vī variare.Si vero omittatur publicatio testium, non redditur iudiciū nullum,Bal.in eo.tit.si de inuesti.inter do.& vasal.lis oriatur.
122 c.j.vers.concludendo dico,&c.Sed nunquid† facta publicatione testium de consensu partium poterit p̄ testes oppo.Angel.quòd sic in auth.si quis in aliquo.C.de eden, & ibi per Bal.ver.vlt.restat. vbi ponit,quæ requirantur in publicatione eius , quod est in mēte testium.dic vt ibi patet. An sit necesse quod iudex pronunciet dicta testium valere,& fidem eis adhibendam,vide per Bal.&Ang.in d.auth. si quis in aliquo.

123 Publicatis attestationibus † regulariter non possunt amplius testes p̄duci post didicita testificata . Fallit in pluribus casibus , vbi possunt produci post didicita testificata . Primus si inter alias personas agitur.Secundus,si sit diuersus modus agendi . Tertius si sit nouus articulus diuersus ex veteri. Et q̄n dicatur nouus articulus vide in Spec.de teste. §.satis vtiliter. vers. illud autem notādum est . Quartus si primæ attestationes sint amissæ.Quintus,si mutatur iudicium, & illud velit is, contra quem producuntur . Sextus,si confusè,& obscurè deposuerunt. Septimus,si testis synodalis deposuit coram capitulo , & deponit iterum coram delegato . Octauus,si examinator neglexit interrogare super articulis sibi datis. Nonus in causa matrimoniali ſm quosdam indistincte . Decimus si detur in integr.rest.vt iterum producatur. Vndecimus, in absentia probanda,& in causa appellationis . Duodecimus,in crimine falsi.Tertiusdecimus,in adiectio ne pro valore,& deceptione. Decimusquartus,q̄n nondū didicit testificata,licet sunt testes publicati , vt s̄. dixi cum tractabamus de tempore producēdi . Decimusquintus ſm quosdam,si iudex indiscretè publicauit. Decimussextus,si testes sunt recepti ad perpetuam rei memoriā . Decimusseptimus si princeps id expressè per suū rescriptum , p̄cedat. Decimusoctauus,in causa inquisitionis , & in productione testiū reprobatoriorū . Decimusnonus,quia publicatis attestationib.pōt excep.peremp.op.& probari . Hos
124 casus enumerat Spe.in ti.de teste. §. satis aūt. † nec in cā principali,nec in cā appellationis possunt produci tūc super nouis articulis , q̄n testes iurauerunt dicere veritatem sup tota cā.Imputatur.n.parti, quasi oīa capitula non p̄ntauerit,de quo p̄ Inn.in c.fraternitatis,de test.& per Ang.C. de tēp.app.l.p hanc.vbi examinat materiam istam . Iō non p̄nt testes produci post didicita testificata,vt in auth.at qui semel.C.de prob.& l. 2. C. sen.rescin.non pos. in gloss. in in verb.feratur,quia timetur subornatio, q̄d est verum sup eisdē capitulis,super alijs possunt testes produci.quia non
125 est timor subornationis.Ita tenet Bar.in d.auth.† Item dixit Inn.in c.vltra tertiā.2.de test. q̄d si p̄ culpā iudicis testes non fuerunt rectè examinati , quod ēt publicato processu testes noui poterunt produci , & iteratò poterunt exami-
126 nari.† Sed pōt quæri, nunquid de voluntate partium possent admitti testes post didicita testificata. Bart.in d.auth. dicit quod sic,& alle.no.p̄ Io.An.in d.c.fraternitatis.de testi. In p̄rium vī dicendum q̄d istud non est introductū in fauorē partium,sed ob publicum fauorē , ne falsitates cōmittantur , & ideo tali fauori partes renunciare non possunt,vt l.quos prohibet. ff.de posthu. & ita tenet Bal. in d. auth.Ang.in concl.Q̄n testes vtriusq; partis sunt examinati,alij non, vel ex ordine dato à iudice,vel partium,possūt
127 post didicita testificata produci.Bal.vbi s̄. Testes possunt produci post didicita testificata , si primi dixerunt nil scire,vel nō recordari . & idem in causa appellationis . Bal. in c.j.§.si.n.quid sit inuestitura.in vsib.feud.& vide q̄d not. in l.fi.§.sinautem dubius.in glo.& ibi p̄ Cy. C. de iure de-
128 lib.Possunt † testes produci ad probandum exceptionē post publicatum processum,nisi esset lapsus terminus statutus ad probandum.Ang.in auth.at qui semel.C.de p̄ba.

129 Testibus examinatis † & publicatis, quia eorū dicta debent necessariò cōcludere ad hoc,vt plenè probent.l.non hoc. C. vnde cog. & extra de prob.c.in præsentia.& C.de test. l.nullum.quod vt fiat , est necesse, quòd assignent cām sui dicti necessariò concludētem,vt in dictis iurib. iō circa redditionem cārum videnda sunt.Quid ergo,si testes dixerunt aliquid esse verū,qualiter intelligatur? Vide Ang.ff.de pet.hær. l. pro hē,versic.
130 not.q̄ verum.† Testis debet reddere rōnem sui dicti p̄ eū sensum,per quem percipit id,de quo testificatur. Inn.in c.
131 cum causam.in gl,de cauſ.2.de testib,Sed Pla.dixit,†quod in quolibet actu corporeo sufficit reddere causam per visum,vt no.in l.2.C.de erro,aduo. vbi in causa auditus reddit rationem visus,vt ibi Cy.refert.Qualiter testes debent loqui ad probandā negatiuam directo ; q̄n visus pro omni sensu corporeo accipitur largo sumpto vocabulo : aptius tñ deponit per nomen proprium illius sensus . Facit quod no.ff.de acq.pos.l.q̄d meo.§.si venditorem.in glo.in verb.non minus.Vnde illud vocabulum visus,q̄nq; sumitur pro uisione,quam sancti faciunt in spiritu.Vnde in diuina scriptura scribitur . Opus est intelligentia in visione. Et S.Paulus in epist.ad Ro.c.7.dicebat, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ , id est esse in membris meis sentio,& cognosco per rationem & sensum . Si testis per verbum vidi,refert se ad sensum,probat,vt cum dicit,vidi sic . Si autem refert ad oculum mentalem,vel intellectualem , vt quia dicit testis , sic vī mihi , non probat: cum dictum sit dubitatiuum magis, q̄ ratio dicti, vt no. ff. de arb.l.diē proferre .§.pen. Et testis debet esse sensatus sensu corporis : sunt aūt sensus quinq; vt notatur in d.l.q̄d meo. & debet testis hī intellectū , vt id q̄d corpore videt,mente intelligat id q̄d scit.Nam vt ait Aristoteles,in Problematibus.Intellectus videt,intelligēs audit.Oportet.n.nimiam fantasiam speculari cū inter cæteros sensus visus sit nobilior , & verius visus prædicatur ab oī sensu,vt dixi largo mō,vnde q̄ audiuit,si sic dicit, q̄a vidi,scio,saluatur eius dictum,vt no. Io.And.in c.testimoniū.de testib.in antiq. tñ in visione opus est intelligentia , vt s̄.dixi,Item visus interdū ponitur pro actu aīæ,& p̄ opi-
132 nione.l.quid tñ.§.fi.in fi.ff.de arb.† Strictè aūt visus, ē actº videns oculo corporali,& intellectuali.ff.de his,q̄ in testa. delē.l.pe.& est visus d̄ calorib.d̄ magno,& paruo,de factis,
133 & maleficijs,&c.†Possessio aūt p̄bat p̄ visū,& ipsū possidē tē,vt j̄.dicā.Nā p̄ testē probatur possessio naturalis, & ex ea præsumitur ciuilis.l.stipulatio ista. §.hæc quoq; stipulatio. ff.de verb.obl.& quilibet p̄sumitur possidere,vt no.Inn. in c.cum olim.de priu.& C.ne vxor pro marito.l.ob maritorum.& ff.de sol.l.Titia.& C.finium regun.l.si quis. Sup in-
134 corporalib.verò nō est visio corporalis. † Et iō, qui dicit aliquē dñm non probat:quia non cadit directè,& vniformiter in visum testis,sed indirectè, & difformiter , nisi testis nominatim causam adijciat. Sed visibilia vniformiter vidētur, s.organo oculi corporalis,in quibus etiam sufficit dictum testis nudum,sine addita ratione,nisi sit de ea interrogatus : sed in dominio non sufficit dictum, sine ratione,secundum Inno. Idem si agatur de probando alio iure, vt probanda obligatione , quia dicit testis super articulo , quod Titius est mihi obligatus .dicit verum esse . ista responsio testis nihil probat: quia est Informis,idem si fortè aga-

BIU Cujas

tè agatur de probãda hypothecaria ad fidem matrimonij, quia omnia iſta talia, iuris ſunt, & habent plus iuris, quam facti. Idem ſi agatur de probando, quod aliquis eſt mente captus, vel furioſus. Nam non probat teſtis dicendo, quia vidi: niſi ſigillatim adijciat actus, per quos diſcretus quilibet ita iudicaret. Nam talia multum conſiſtunt in iudicio rectæ rationis. Et plus habent rationis, quã ſenſationis, & poteſt quis faciliter decipi. Idem ſi vellet probare quod aliquis ſit vagabundus. nõ. n. comprehendit teſtis de facili, quòd ſit deſertor originis, , vel domicilij. Tene menti iſta, quia ſunt valde notabilia. Bal. in concl. & ꝑ Inn. in d. c. cum cauſam. de teſti. & de materia s̃. dicta, vide in Spe. de teſte. §. iam de interrogatorijs. verſ. fiunt aũt generaliter. & qualiter debeant deponere de quolibet corpo reo ſenſu, vide eo. tit. §. nunc tractandum. verſi. nẽpe cũ te
135 ſtis. cũ ſeq. verſi. † Si teſtis teſtificaꝫ ſuper his, q̃ non ꝓcipiũ tur ſenſu corporis, ſed oculo mentis, ſeu rationis, non valet eius dictum, niſi rationẽ aſſignet. Inn. in d. c. cum causã. & cã debet eſſe alia à dicto, vt no. ff. de legib. l. non omniũ.
136 & ff. de offi. proc. Cæſa. l. fi. & cã dẽt eſſe congrua. Itẽ † bona ratio teſtis facit bonum eſſe dictum, & mala ratio malum ff. de do. excep. l. 2. §. circa. ff. de condi. & demon. l. cum tale. §. fi. Item ad id adaptatur dictum teſtis, ad qd̃ ratio. ff.
137 de acq. poſſ. l. j. §. per procuratorẽ. Bal. in concl. † Teſtis dẽt interrogari à iudice de cã ſcientiæ, ſ. quare illud ſciat. Et ſi iudex non quærit, præſumitur in ipſo malitia: quia omittit ea, quæ ſuo officio, & ſolertiæ incumbunt: debet. n. petere, & interrogare de cauſis. Si verò iudex interrogat, & teſtis nihil rñdit, vel fortè non bene: iudex non debet reinterrogare, vt in c. cum clamor. de teſti. Si aũt iudex omiſit interrogare de circunſtantijs ſingulis non ſubſtãtialib. vt de loco, & de tꝑe, & conteſtib. & ſimi. tunc teſtes non ſunt repetenti, & reinterrogãdi. Si aũt omiſit interrogare de principali re, vt in tit. in præſcriptione, & ſimi. tunc teſtes debẽt repeti: quia fuit culpa iudicis non partis. Ita notabiliter tenet Inn. in c. ꝑ tuas. in ver. negligentiæ. de teſtib. Bal. in cõ-
138 clu. † Teſti ſufficit reddidiſſe cãm ſui dicti ſemel, nec de cã vlterius eſt interrogandus, ſed de circunſtatijs, ſiue annexis, & concomittantijs ſic, vt de loco, tempore & conteſtib. ne videantur ſuſpecti: vt de teſtib. & ſimi. hæc. n. non ſunt cauſa ſui dicti, ſed circunſtantiæ ad veritatem inueſtigandam. Inn. in d. c. cum cãm, & ſufficit deponere tali modo quod includatur cã ſcientiæ, ſm Fran. Accurſiũ. & Bal.
139 in concl. † Quæro, dicit ſtatutum qd̃ teſtes debent de cauſa ſcientiæ interrogari aliter non valeat depoſitio eorum, an ſi non reſponderint in cauſa ſcientiæ, eorum dictum valeat? Videtur qd̃ ſic. vt in d. c. cum cauſam. ſm Inn. nam omni modo interrogatio eſt falſa, & ſuperflua, cum ſine interrogatione reſpondit. ff. de interro. actio. l. ſi ſine. Item teſtis cogitur rñdere, cum ſolum factum dixerit. C. de appel. l. ampliorem. §. in refutatorijs. Item hoc eſſet quædam inculcatio, & ſuperfluitas verborum, quæ fugienda eſt, & ꝯfutanda. vt no. in l. eius, qui. in princ. ff. ſi cer. pet. Item quia mens, & ratio ſtatutientiũ ſequenda eſt. ff. de excu. tut. l. ſcire oportet. §. ſed & ſi maximè, qa ſtatuti rõ ſit, vt poſſit calliditatib. obuiari, non certã rõnem corrumpere. Ad idem de acqui. hær. l. illud. in rõne ſui. Item paria ſunt, ſiue teſtõr vna rõne prohibeat alienare extra familiam, ſiue duab. rõnib. Nam vtrobiq; cãm prohibitam aſſignare vr̃. Alij dicũt ꝯ: quia non debet recedi ab adiecta forma ſtatuti. Sed iſta eſt rõ rudis, quia hic non fuit omiſſa forma, ſed ſub verborum compendio incluſa, & expreſſum vr̃ id qd̃ ſub verborum compendio continetur: vt nihil dicatur omiſſum, cũ totum legi poſſit. l. j. in prin. ff. de his, quæ in teſta. delen. &
140 l. j. C. de precib. Imperatori offerendis. † Quid econtrariò, ſtatuto cauetur, quod teſtibus credatur ꝯ nobiles, licet nõ reddant bonã cãm dicti ſui. Pone ergo, deponit ꝯ magnatem, q videlicet fuit interrogatus de cã, dixit, ſic: vel credo, vel habeo vxorẽ, vel qa eſt Rex Franciæ, an probet. Vr̃, qd̃ ſic: quia aſſertiuè deponit. Sed in ꝯrium eſt veritas. Et ad hoc manifeſtè eſt factum ipſum ſtatutũ: quia pari ratione admitteretur cæcus ad teſtificandum de colorib. Nempè hæc ſuum dictum deſtruxit, quia tam ineptè & inſenſatè deponit. ff. de do. exce. l. 2. §. circa. Et iõ debet ſtatutum intelligi, qñ cã aliquid conferat dicto, puta adminiculum vel ꝓſumptionem: ideò narratio nihil facit. Aliud. n. eſt malam cauſam reddere quod qualitatis vitium ſignificat, aliud penitus nullam, & impertinentem, qd̃ ſignificat vitiũ ſubſtãtiæ. ff. de dolo. l. & eleganter. §. j. & C. ad exhi. l. ſi res. verſ.
141 ſi verò. cum ſimi. Bal. in cõcl. † Teſtis non deponẽs de cã: quia non fuit interrogatus, probat, vt no. C. de teſtib. in l. ſolam. & per Bar. in conſi. 110. inci. quidam Maſſiolus. Teſtis non reddens cãm ſui dicti, an probet vide Ang. in l. cũ hi. §. vult igitur. ver. vult igitur. ff. de tranſact. l. quid ergo. §. eſt quæſitum. ff. de infam. & per Bal. in repetitione. l. edita.
142 C. de eden. & per Bar. in l. j. in prin. de no. ope nun. † Si teſtis interrogatus de cã ſcientię, dixit, qa ſic reperio in meo memoriali, qd̃ de hoc feci, probat, vt probatur in l. iube-
143 mus. ibi, ſubſcribere non differant. C. de teſta. † Teſtis in cã ſcientiæ dicens, quia præſens fui, probat viſum, & auditum alterius. Bal. in c. j. de contro. inter do. & vaſal. de inueſti. in vſib. feu. Qui ſi teſtis in rõne ſui dicti de re tangibili dixit, qa tetigi, an probet? Vide Bar. in l. fi. C. de peri. no. li.
144 xj. Teſti † deponenti per verbum credit, in his, q̃ ſunt de peritia ſuæ artis, an credatur, vide Bal. in l. data opera. verſ. nam interdum. C. qui acc. non poſſ. & vide Bar. in cõſi. 110.
145 Teſtis † qui dicit neſcio, non debet interrogari de cauſa ſcientiæ, quia vbi non eſt ſenſus, non cadit probatio. Bald. in rub. C. ſi ex falſis inſtrumentis. Et intelligitur tunc deponere de veritate, non de fama. Bal. in addi. Spe. in tit. de
146 ſen. † Qualem aũt rõnem debent reddere teſtes, qui deponunt circa filiũ, ſeu ſororẽ, pro emancipato, & qualem qñ ſuper cõi opi. & qualiter tunc formetur articulus, vide
147 Bal. in l. 2. C. ſi aduerſ. rem iudica. † Ad probationem dñij teſtes habent deponere de facto, non de iure, vt notat Cynus. C. de probationib. l. cũ res. vide in Spe. de teſte. §. nunc tractandum. Quid. n. ſi quis petit fundum, teſtis qui dicit, vidi alluuionem, probat, vt dicit Bar. in ſuo tractatu Tyberiadis. & vide per Ang. in l. ſciendum in repe. ff. de verbo.
148 obl. Teſtis, qui dicit, vidi quem eſſe ſanũ, vide. C. de mẽ. val. l. j. lib. xj. Quid ſi dicit. qd̃ vidit publicum inſtr̃m, an ꝓbet, vide Bar. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Pro materia vide in Spe. de teſte. in prin. verſi. item, quod non phi
149 bet. † Teſtis dicens, qd̃ Titius furatus eſt cappam Martini, probat dñium iudicio legis, vt poſſit ferri ſnĩa ſuper re furtiua, nõ vt poſſit declarari do. Bal. in rub. C. ſi ex fal. in-
150 ſtr. verſ. rurſus ego ſcio. Teſtis, † q̃ dixit, vidi quod loquebatur, licet vox ſit quoddam abſtractũ à viſu ex interpretatione legis, probat. Bal. in rub. C. ſi ex falſ. inſtr. & ibi di-
151 cit quid in corporalib. qñ teſtis, dicit quia vidi. Teſtis † qñ dicit vidi quod talis dixit verba diſplicibilia, probat, non per ſnĩam intellectus, ſed per rõnẽ. Bal. vbi. s̃. Teſtis inductus ad probandum defenſionẽ dicens: quia vidi, probat, ꝓ
152 Bar. in conſi. 110. incip. quidã Maſſiolus. † Teſtis, q̃ deponit de cã viſus idonea, q̃ loquitur groſſo mõ, probat ẽt auditum, cum viſu. Bald. in l. j. C. de confeſ. probat ẽt teſtis reddita cã per ſenſum exteriorẽ proximũ, & aptũ natum illã ſenſationem de qua q̃ritur, ſuſcipere, & ſunt ſenſus exteriores quinq; vt no. ff. de acq. poſſ. l. quod meo. & per Inno. in d. c. cum cãm. Et eſt quidã ſenſus interior, qui eſt in prima parte cerebri, qui dr̃ ſenſus cõis, ſicut centrum quod ad oẽs ſenſus refertur, qui hẽt virtutem diſcretiuã. Nã viſus videt, tñ neſcit, qd̃ aliud ſit videre, & aliud tangere, qa ſolũ de colorib. poteſt ſenſare. Sed ſenſus cões omnia in pñtia habẽt obiecta: imaginatio verò ẽt in abſentia fit. Rõ verò eſt latior virtus, excedens ſenſum intelligẽtia, & potentia ad hoc vniuerſaliter, ſm Boetium in lib. de Conſolatione. Baldus in conclu. Conclude ergo, qd̃ tria ſunt argumenta apud Legiſtas. ſ. petitio actoris, exceptio rei, probatio probantis per cauſam veram. Si petat cauſam circa probationem argumenti demonſtratiui nõ tenet. de quo ſubtiliter, & plenè no. ff. de leg. in l. de quib. in repetitione mea, vbi tractaui de forma traditionis cauſæ à teſtib. ſm ſingula prædicamenta. & fuit intentio Bal. præceptoris mei, q tñ morte præuẽtus tractatum reliquit incompletum, q
153 vltrà † ẽt, quam Legiſtis expediat, cum intellectu volauit ad ea, q̃ non pñt intelligi, ergo nec probari, niſi per ſummos viros, qui cognoſcunt genns, & differentiam, ſicut ſunt vitia tacita, & virtutes, quæ generantur ex actib. quis-
154 dabit mihi pennas, vt columbæ, & volabo? † Tu aduocate etiam reſpice, an probatum ſit verbum principale libelli, qd̃ ſubſtantiam voco, ſeu ſubſtantiuum, & deinde inſpecto ſubſtantiuo, reſpice adiectionem, dicunt grammatici,
155 quod adiectiuum verbi eſt aduerbium. Ego dico † qd̃ adiectiua libellorum ſunt, conditio, modus, cauſa, demonſtratio, qualitas, locus, tempus, quantitas coniunctiua, partici-
156 pia, gerundia & aduerbia. Et ideo dubium † ſolet eſſe, ſi egi ꝯ te dicens quod tu promiſiſti mihi purè, & probo qd̃ ſub conditione, quæ extitit, vel ſub die, quę præterijt, an ſit probatus libellus. Probo. n. æquipollens eius qd̃ intentaui, & ſic vr̃ ſufficere, ar. C. de inſti. & ſubſti. l. ſi mater. In ꝯrium, quia videtur alius contractus, extra. de fide inſtr. c. cũ

BIU Cujas

Io.eremita.Dic quod pluralitas non præsumitur in his, q̃ possunt esse vnum,& idem.ff.de leg.2.l.j.& ff.de iureiu.l.eũ qui.§.in popularib.& not.C.de err.aduo.l.2.per Iac.But.in lect.quia cum medium per qd̃ formaliter ꝯcludit, non sit idem,sequitur diuersitas,quia vnum concludit libellus, & aliud concludit probatio,& non est dubium quod si conditio penderet,quod non est intentata huius cã.ff. de cõd. inde.l.Iulianus.§. j. & quia determiuatio adiecta petitioni actoris per testem,habet oppositum ad id, cui opponitur, & additur.Facit qd̃ no.ff.de integ.rest. l.nemo vr̃. Et ꝯtra
157† maior est dubitatio,si dico me mutuasse sub ꝯdõne,quæ extitit,& probo qd̃ mutuaui purè. Nam determinatio addita per testem,est augmentum,non detractio,sed tñ quia præsupponitur diuersum ꝯctum non probat.ff.de ver.obl. l.j.§.cum adijcit. Idẽ dicas de mõ,Idem de cã, dummodò sit finalis,non impulsiua, quia talem non est necesse probare.Hoc patet.ff.de instito.l.habebat.& C.d̃ do.ante nup. l.si præsidi.facit gl.C.de sent.l.cum eorum qui, in ver. præ-
158 starent.† De demonstratione,dic qd̃ si ab ea denoïatur id totum qd̃ petitur,& sine ea non habet certitudinẽ, qd̃ dẽt probari,alias probatio est incerta. Exemplum, dico qd̃ vẽdidisti mihi seruum habentem crispos capillos: nã ab hac parte est totus aptus cognosci, vel vendidisti equum stellatum in fronte,si testes dicant hominem venditũ, sed ne sciũt,an sit crispus,vel equum,sed nesciunt,an sit stellatus, non probant: quia posset hic esse fallacia, & circũscriptio si vnum deberetur pro altero. Sed quædam sunt demõstrationes,quib.certus,verus,& clarus intellectus potest haberi,licet testis dicat se nescire has demonstrationes, probãt tñ sicut sunt demonstrationes substantiales: arg.d.l.j. in fi. De qualitate dictum est in superioribus. Item de loco. Itẽ de tpe qñ certum scribit actum,Idem qñ est de substantia. ff.de neg.gest.l.eum actũ. De quãtitate aũt,vide. ff. de ope.
159 no.nun.l.non solum.§.sed vt probari.† Circa cõiunctionem dubitatur.accuso Titium,& Seium, quod intulerunt Petro duo vulnera, ex quib. mortuus est, si non probo de Seio,sed de Titio,an Titius condemnet? arg. qd̃ sic. C. de his quib.vt indig.l.minorib. & ff.de interro.act. l. q̃ seruũ. & ff.de manumi.testa.l.si ita fuerit seruis.§. fi. quia copula cadens inter personas principaliter copulatas, resoluitur in suas singularitates.ff.de cond.& dem. l.falsa demonstratio.§.fi.ff.de vsufru.accre.l.si mulieri cum liberis.De participio,dic quod eius probatio suum tempus exigit.ff.de testa.mil.l.Titius priusquam.& ff.de nox.l.in delictis.§. si extraneus. Tempus enim plerunq; põt esse cã absolutionis, & condemnationis veri,& falsi.C.de fur. l.apud antiquos. De gerundio,dic vt C.de his qui lat.vel al.cri. l.j. Nam attrahit plerunq;, & absorbet in se totum actum. Aduerbia quoq; sæpè idem faciunt.ff.de neg.gest.l.Pomponius.Bar. in repe.quam fecit de l. edita. de eden.in fi. Testimonium probatoris non requirit cãm, si testes non interrogantur de cã,in his,quæ sunt facti sensibilis, non dico in his, quæ non sunt,in quibus ratio non debet esse iuncta cum sensu de necessitate,aliàs non fit probatio, ſm Innocentium in
160 d.c.cum causam.de testib.† Sed nunquid idem in testimonio reprobatorio? Iac.But.in sua quæstione,quæ inc.quę-stio talis est,quidam petit à Titio,&c.dixit elegãter, quod qñ testis non reddit causam intertogatus,non ita perfectè probat,sicut ille,qui reddit bonam cãm:ideò tabellio talibus præponderat testib. & per eos non reprobatur. Item
161† qñ testes sunt ꝯrij, ij qui reddunt rationem præualent, ſm eum,quod est notandum, quod alibi nunquam inueni. Apparet ergo quod duo testes reddentes rationem legitimam,præponderant totidem dicentib. vera esse, non interrogatis de cã:quia vero redditio causæ præualet causæ præsumptiuæ,in his in quib. ꝯcluditur p̃ viam iuris, & non rationis,& nõ per sensum corporis. Est.n.certum qd̃ sine redditione causæ non resultat probatio,ſm Innoc.in
162 d.c.cum causam.Et adde,†,quod notarius & testes tenentur ad interesse partis, non solum falsitatis rõne,sed ẽt erroris:qa error in tabellione,& teste est culpa. l.fi.ff.de magist.conuenien.Obliuio autem in teste non est lata culpa, ſm Inn.in c.qualiter.& qñ.de acc.Bal.in l.presbyteri. C. de
163 Epis.& cle.† An testis deponens de auditu probet? Rñd. regulariter,quod non. Fallit in casu.l.pe.ff.de probatio. Et vide per Io. And. in tractatu quem ipse fecit de testib. & p̃ Bal.in l.in summa.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.arcen.versi. posteà mouet gl.& 3.q.9.c.testes.§.j.ĩ gl.& vide Spe.in ti. de teste.in prin.ver.quid ergo si viro & mulieri. & vide di-
163 stinctionem Io.And.extra.de testi. c.3. Si testis † dicit se credere vel sibi videri, non valet eius testimonium, vt ff. de arb.l.diem proferte.§.si plures.quia ista verba magis ad iudicium,quam ad assertionem facti verificantur, aliàs referuntur.arg.e.tit.l.quid tñ.§.j.Bal.in conclu. Testis, an p̃bet qñ dicit,mihi vr̃. vide per Ang.in rep.l.sciendum. ff.de
165 verb.obl.† Testis interrogatus de diffinitione rei, debet rñdere ſm vltimam expositionem primæ gl.l.j. ff.si cer.pe. Ex qua no.quod diffinitiones,quæ sunt iuris,pertinent ad Doctores, quia intelligere,& scire constat ex diffinitione, vt in d.gl.Ex hoc sumitur quod dictum est. videlicet qd̃ testis interrogatus de diffinitione debet rñdere,& si dicit ne scio,non probat,quia primã vocem non intelligit ſm Bar. quod tñ limita esse verum, si testis deponit sine redditione cause,secus si causam assignauit.Exemplum testis interrogatus de fama dixit vera esse.Interrogatus quid sit fama, dixit nescio. Iste non probat, quia non cadit cognitio in intellectu suo,si nescit. Sed si dixit nescio,nihilominus p̃
166 bat,quia ius dixit se nescire non factum.¶† Sed in posse. si dixit Titium tenere,& possidere,& interrogatus quid sit possessio,dixit,nescio.bene probat, vt not.in glo. in verb. stipuletur,ff.de verb.ob.l.stipulatio ista.§. hæc quoq;.Nam ex quo vidit aliquem detinere, præsumitur ille possidere, vt not.per Inn.de priui.c.cum olim. Et omnis qui recipit reditus, præsumitur habere aliquod ius administrandi, vt in l.j.§.exercitorem.ff.de exer.nõ tñ exigo aliquo casu, qd̃ testis sciat perspicaciter diffinire, cum etiam imperiti testes adhibeantur,nec requiritur in eis, nec exigitur iuris industria,sed sensus,vt no.C.de vsur.l.j.sed ꝙ sciat quandã grossam diffinitionem.v.g.in fama si dicat famam esse cõe dictum gentium;& in possessione, si dicat possessio est fructus percipere.ff.quib.mod.vsusf.amit.l.Pomponius.¶Nã sufficit eum intelligere factum,& effectum scire, dummodo plenè sciat,& plenè deponat:quod no Inn.in c.cũ cãm de testib.& dicam.j. Ex prædictis patet, quod testis potest interrogari quomodo intelligat verba iuris.Item patet, ꝙ non tenetur iura scire,vt no.ff.de infa.in l.Lucius. Et ad-
167 uerte † quod interdum ius ponitur, pro facti qualitate. l.
168 si non.C.si cer.pe.† Item testis debet habere notitiã sensus,non impressionem intellectus:quia aliud est præsumere,& aliud est videre,ar.l.j. ff. de his quæ in testa. delentur. Nam officium testis est, vt eius testimonium non transcẽ dat sensum corporis de parte,vt no.in l.qui testõ.§.& vetres.ff.de testa. & ibi Bal. ¶Item licet dictum testis debeat fundari in sensu,tñ & in intellectu debet fundari. Vnde & Aristoteles in problematib. Intellectus videt, & intellectus audit. Adde quod dictum testis non præsumitur ꝫ solẽnitatem,extra.de prob.c.in p̃tia.& no.in l.fi.ff.de prẽto. stip.& præsumitur,quo ad veritatem hoc mõ. Nam si sunt testes numero sufficientes prẽsumuntur vera dixisse,vt Instit.de inutilib.stip.§.item verborum. Sed si est vnus testis, est præsumptio hominis, non legis,dic vt in l. admonẽdi.
169 ff.de iure.Itẽ † qñ testes sunt quasi cõtrarij,præsumitur p̃ dicto testis non quo ad probandum,sed debẽt testes ad ꝯcordiam reduci,& elidi probatio,vt extra.de testib. c. cum tu.sed illud limitat Inn. esse verum in numero pari: secus in numero dispari. de officio delegati.c.cum contingat.Et sic dicunt quidam,quod dicta testium iuuãtur,vt excusentur à ꝰietate solum ad pẽnam criminis euitandam, nõ ad probandum,vt in d.c.cum tu.& l.sed & si possessori.§.si cũ de hæreditate.ff.de iureiu.facit etiam quo ad probandum, vt ff.de interro. act. l. de ætate.dic, quod ratione ꝰietatis non probant,quia se inuicem collidunt,tamen nemo punitur, quia nõ constat quod falsum dixerit, vt no.de iureiu.l.cum duob.§.fi.Nec ob.§.si cum de hæreditate. quia ibi testis non erat suspectus ex probatione contrarij, qd̃ no. ideo testis excusatur,& non probat,vt in d. c.cum tu.quia probatio debet esse necessaria, sed excusatio sufficit quod
170 sit possibilis.& dicit Inn. quod attestationes † sunt interpretandæ in meliorem partem. de elec. c.dudum, & facit quod no.de præto.stip.l.fi.& vide Bal.in l.j.ff.si cer.pet.& d. §.si cum de hæreditate.Ang. in concluſio. Credulitas etiã iustis rationibus à teste concepta non nocet tertię perso-
171 næ.ff.de in rem ver.l.3.§.& si.Bal.in conclu.† Testis interrogatus,an Titius sit bonus,vel malus, & dixit qd̃ sic. Interrogatus de causa scientiæ,dixit, quia sum vicinus,probat.la.de Bel.in auth.de testibus.§. & licet.ver. argu.est in hoc. si verò interrogatus de causa scientiæ dixit, scio quia scio,an probet? vide per doctores in l.si quis ita. §. 2. ff. de testa.tu.

172 Si testis † interrogatus de fama, dixerit vera esse contenta in articulo, nisi dicat de causa, & de personis, à quibus fama habuit ortum, non probat famam

famam,licet de his non fuerit interrogatus.Inn.in c.cum oporteat.de accu. Et ideo ſis cautus quando incumbit tibi onus probandi famam, quod facias interrogatoria de cauſis, & perſonis à quibus habuit ortum, vel ſaltem inſtruas teſtes,quod dicant de cā,& de perſonis. Sed tamen licet iſtud ſit dictum Inn.non video cauſam quare ſi teſtis non interrogatur debeat hoc dicere,cum non debeat eſſe verboſus.l.ampliorem.§.in refutatorijs.C.de appella.Sed tamen benè eſt dubium conſiderato quod fama non ca-
173 dit in ſenſum teſtis directo Ang.in concl.Item teſtis, † q dicit,publicè dicitur,non probat famam,quia poſſet vnus publicè dicere.idem ſi dicit ꝙ palam, vel à pluribus audi-
174 uit.Bal.in ad.Spe.in.ti.de ſen. Teſtis interrogat' † de veritate dicit ſe nihil ſcire,intelligitur.ſ.de veritate.Si verò deponit ſuper fama,refertur ad articulos non probatos.Spe.
175 in tit.de noto.crimi.§. fama.in fi.Teſtis, † qui probat famam,non ſolum intelligitur probare famam eorum, de quib.teſtificando ſufficientem rationem reddidit, ſed etiā eorum,de quibus non reddidit, ſic dicit Bal.in repe.l.ea q-dem.ver.item quæro,an infamatus.C.de accu. Pro ſaluando teſtes deponētes de fama, vide Ang.in l.inter omnes. verſ.in tex.ff.qui ſatiſ.cog.De teſte deponente de fama ali-
176 cuius, vide Ang. in auth. de mona. in princ.Teſti † verò non creditur de infamia alicuius, niſi adijciat iuſtam cauſam,& legitimam ſcientiæ, Inn.in c.cum oportet.de accu. Teſti non eſt permiſſum iudicare qui ſunt prouidi, & diſcreti:ea.n.tantum iudici competunt, ideo ſpecificè teſtis deberet dicere perſonas, apud quas eſt infamatus is contra quem inquiritur,& non debet dicere in genere,& hoc ante formatā inquiſitionem. Poſteà enim non habet locum probatio per famam ſm Inno. & hoc quando infamia dicitur apud aliquos eſſe.. Sed ſi communis opin. eſt apud maiorem partem gentium viciniæ, ſufficit deponere de infamia in genere ſine ſpecificatione ſingulorum,ſe-
177 cundum Inno.in c.cum dilectus.de accu. Teſtis† in cauſa appellationis debet ptobare per id quod incidit ante litem motam de antiqua fama,ſecundum Abb.in cap.ſuper eo. de teſtibus vel eo quod ſcit certum eſſe.Bal.in con-
178 clu.Credulitas † in teſte non excuſat à calūnia in iudicio niſi adſit veritas.Inno. in c.fi.de iureiu. Tene menti pro teſtibus vt cum deponunt vera eſſe, non credulitati,ſed certitudini veraciter debeant inhærere.Bal.in conclu. & de qua certitudine debeat deponere, not. ſingulariter Inno. in c.fi.de iura.calum.

179 Teſtis ruſticus † interrogatus ſuper articulo poſſeſſionis,dicit quod talis tenet. & poſſidet: interrogatus quomodo ſcit, dixit quia vidi quod talis tenuit,& vidi quod poſſedit tanto tempore. cum ruſtici neſciant quid ſit poſſidere,intelligitur de poſſeſſione,quæ eſt facti.gl.eſt in verb.ſtipuletur.ff.de verb.obl.l.ſtipulatio iſta. §.hæc quoque. Adde in ar.quod no.ff.de condi. & demon ſtr.l.quibus diebus.§.dominus.& l.nec ſeruus. ff. de pecul. licet aliqui impugnent illam glo.& malè. Et dicunt quod ſi hoc eſſet verum nullus vnquam vinceret in interdicto vti poſſidetis,in quo non ſufficit detentatio.l.ſi duo §.creditores miſſos. ff. vti poſſi. ſecundum dictum gl.quia non probatur ciuilis poſſeſſio. Nec ob.d.§.hæc quoque. quia illud ibi non diſponitur ad hoc, vt ſtipulatio non vitietur. Sed Bar.ibi,dicit,quod imò d.gl.bene dicit. Nam cum teſtis ſolum habeat deponere de eo quod ſenſu percipitur. l.teſtium.C.de teſtib.& ff.de teſta.l.hæredes palam.§. in teſtamentis. Si vellet deponere de poſſeſſione iuris non valeret eius dictum, quia illa non percipit ſenſu. Sed hoc nō eſt verum, quia per iſtas probationes reſultat poſſeſſio iuris,v.g.depono quod mutuaſti centum, & ſic teſtis deponit,quod mutuaſti,ex qua probatione reſultat obligatio, & ſic in caſu noſtro probata hac detentatione facti, reſultat poſſeſſio iuris. l.quædam.ff.de rei ven. & l.2. C. de acq. poſſ.& l.j.§.in amittenda.ff.de acq.poſſ. & ff.de ſol. l.Titia.

180 Ang.in conclu.Teſtis,† qui dicit quod aliquis poſſedit x. annis, & non dicit de quibus non probat: quia teſtis ſingularis non probat. Bal. in l.fi. ver.item debēt deponere. C.de edic.diui Adri.Toll.Bart.in l.Celſus. verſi. quæro,dicitur.ff.de vſuca.Si teſtis dicit, quod vidit aliquem poſſediſſe x.annis,& plus, illud plus nihil releuat in teſte. De quo per Bar.in l.cū filius.§.pater.de leg.2.& l.& ſi poſt tres. verſi. & iſta faciunt.ff.ſi quis cau.& vide in noſtro reperto rio ſuper verb.plus. Teſtis qui dicit talis poſſedit ſemper, non dicit falſum,licet probetur illum aliquando abfuiſſe. Bar.in l.j.& in l.in inſulam.ff.ſolut. mat. Quid ſi plures teſtes deponunt ſuper poſſeſſione & aliqui probāt ꝙ Titius poſſedit, aliqui quod Seius poſſedit? Dic ꝙ probant quē. libet retinere de facto, cum plures non poſſint poſſidere inſolidū eādē rem,vt l.j.§.ex ꝟrio.ff.de acq.poſ. & talis interpretatio fit per gl.in l.ſtipulatio iſta.§.hęc quoq; in ver.
181 ſtipuletur.ff.de ver.obl.& ibi Bar.Ang.in ꝟclu. Teſtis, † q dicit ſe ſcire qđ Titius poſſedit per annum patiente Seio, & non reddit rōnem ſcientiæ,quia non fuit interrogatus, non probat: quia non deponit per aliquē ſenſum corporeum. faciunt quæ dicit Bal.in rub.de controuer.inueſti. & patet alibi.

182 Teſtis † inductus ad probandum mutuum,ſi dicit ſcio qđ talis numerauit tali in mea pñtia tantam pecuniam & ipſe recepit, ex hoc præſumitur mutuū,per l.cum quid.ff.ſi cer. pet. Quid ſi teſtes dicant vidimus,qđ mutuauit,ſed non recordamur de quantitate? Nō probant,niſi aliter poſſit ꝟiecturari de quantitate.Barto.in l.admonendi.ff.de iureiu.Sed an eſt neceſſe qđ dicant,vidimus numerari? Dic qđ ſic.ff.de cōd.inde.l.cum ſeruus. Vide de hoc in Spec.in ti.de teſte.§.j.in ver.ſed pone egi ꝟ te-
183 ad decem.† Sed ſi teſtes probant,vnus de quinq; alius de decem,an debitum in quinq; ſit probatum? Dī quod ſic,p c.j.de arb.& per l.j.§.ſi ſtipuláti.ff.de verb.obl. & ibi not.p Batt.& per l.diem proferre.§.ſi plures,ff.de arb. vbi,in maiori ſumma ineſt minor,& per c.nihil.extra, de verbo.ſig. In ꝟrium facit, quia ſi teſtes diſcordant in re,non probāt, vt in c.cum eccleſia. de cau. poſ. & propri. Et pro hoc tenet Damaſ.Spe.vī tenere ꝟrium in tit.de teſte. §. j. In alijs tamen terminis loquitur,ſcilicet cum teſtes deponunt ſolutam decimam, quorum vnus dicit de decem corbibus grani,aliter de quinque:vel ſi deponunt ſic, quia vnus dicit quod vidit condemnari decem homines, & alter quinque,nam ad probandum ius decimarum, & iuriſdictionis talis eſt varietas,diuerſitas in numero,& etiam quod plus eſt in ſubſtantia rei decimatæ, vel in ſubſtantia viſus.in iuriſdictione non vitiant dicta teſtium deponentium de decima ſoluta,vnus in auro,alius in argento,vel vnus de ſolutione frumēti,alius hordei,vt no. Io.And.in c. qualiter, & qñ de accuſationib. De quæſtione autem predicta,probario numeri limitati,ſiue quantitas eſt de ſubſtantia quo ad teſtes. Si enim deponunt de diuerſis ſummis, apparet quod non deponunt de eadem,in qua fuerunt ambo præſentes,& ſic non ſunt conteſtes ꝙ eſt neceſſe, vt C.de teſtibus l. teſtium. Nam pluralitas ſummarum infert pluralitatem concretam,& diſpoſitiuam.l.cum centū.ff.de adimē.leg.& l.quinquaginta.ff.de prob.Facit quod no.Bar.in
184 l.triticum.ff.de ver.ob. cum ius † ciuile in teſtib. diſcordantib.de valore rei, ſiue æſtimatione, dicit,plus creditur duob.affirmantib.q̄ mille negātib.vt in d.§.ſi plures,qđ nō eſt verum,vbi negatiua pōt cadere in ſenſum teſtis,puta,ꝙ iſte liber meus non valet triginta,q̄dā dñt,qđ ſic,q̄dam qđ non,ſtabitur maiori numero,vt l. j.in prin.ff. de vēt. inſpi. Si verò eſt par numerus, ꝑualet dictū ipſorum, q deponūt de minori. Et hæc eſt identitas ſubſtantiæ,ſuper qua depo nunt.i.ipſa res, ſed in mutuo cum diſcordant in ſumma, diſcordant in ſubſtantia.idcirco non probant ſm Dam.in d.c.j.de arb.cū quo teneo rōne p̄dicta.Et prædictis adde,ꝙ no.Cy.in l.in bonæ fidei.in fi.C.de iurei.An.in concl.Qua liter aūt intelligat,qđ magis credit duob.affirmātib.q̄ mille negantib.no.ff.de arb.in d.l.diem proferre.§.plures & vide
185 Bar.in l.hæredes.§.j.ff.de teſta.in prin.† Teſtis,qui examinabatur in palatio Poteſtatis,ſuper vno articulo,dicit ꝟ-ctū celebratum in palatio Eꝑi,ſuper alio dixit, in hoc palatio,ſaluatur eius dictum,qa pronomen hoc eſt ſolū demō ſtratiuū ad oculum corporis.l.nemo dubitat.ff.de hr̄dibus inſtituen. Sed iura incorporalia demonſtrantur ꝑ pronomen hic,hæc,hoc,vt videre licet.ff.de ſeru ruſt.& vrb.licet glo.dicat cōtrarium,& malè in l.Męuius.§. duob. in verb. hanc eand.ff.de leg.2.& ibi per Bar. Vnde in caſu propoſito dictum teſtis refertur ad oculum mentis,& intellectus, ſcilicet hoc palatio,i.eꝑi,de quo dixerat. ſ. non ad oculum corporalem.arg.extra,de teſt. c.cum tu. niſi cā contrarietatis euitandæ intelligerem quod demonſtraretur res corporalis,per ea quæ no.d.§.duobus.& ita notat Bar.in l.j. in prin.ff.de no.ope.nun. Sed aduerte quod ipſe dicit, quod dictum teſtis ſaluatur, & ſuſtinetur. Limita hoc eſſe verū quantum ad pœnam euitandam, non quantum ad probationem, quia dubia probatio interpretatur contra producentem teſtes. Item dictum Barto. puto eſſe verum in eodem teſte ſic deponente. Quid autem in diuerſis, vt ſi duo teſtes examinantur in capitulo,& vnus dicit quod fuit in palatio domini Papæ, alius quod fuit in hoc

pala-

palatio, per ea quæ dicta sunt. ℣. per Barto. patet quòd non possunt sustineri eorum dicta.

186 In testibus † requiritur aliqua qualitas? puta quod sint pares, quod si vnus dicit de se, & de socio, & similiter alter, qa sunt singulares, non probant. In ℣rium facit 2.q.7.c. quærendum. Sed pro opi. prima vide, quod notat Bal. extra, de elec. c. bonæ memoriæ. & per eun. Bal. C. de testib. l. testium. & in c. j. quot testes sunt necessarij ad probandum inuestituram. in feu.

187 † Quando testes sunt singulares, vide quod no. Bal. super rub. de controuer. inuesti. & in c. sacramentum. de consue. re. feu. vbicunque ordo, vel narratio facti, non permittit aliquid simul fieri, sed successiuè, illud dicitur fieri simul. ff. si pars hæ. pet. l. antiqui. & de statu hom. l. Arethusa. Et ideo testes, qui viderunt successiuè per rimulam adulterãtem, vnus post alium non dicuntur singulares, sed simul vidisse. 3.q.9.c. nihilominus. in gl. Et per ℣. dicta potest dici quod bene probatur vsurarius per testes singulares, quia concordant omnes in perceptione vsurarum, licet discordant in personis. Vide d. gl. no. 3.q.9.c. nihilominus. vbi testes probant aliquem irregularem, licet vnus dicat vidi ꝙ celebrauit missam, & alius deponat de vesperis. & vide de his testibus singularibus. j.c. testis examinatus. §. testes singulares.

188 Si quis vult † Probare iurisdictionem, & per alios probat se exercuisse iurisdictionem in loco, de quo agitur valet testimonium, licet testes discrepent in causis, & in tempore, & loco, Inno. in c. qualiter, & quando. 2. de accu. Qualiter testificetur cęcus sup iurisdictione, vide Spe. tit. de teste. in prin. ver. sed qualiter testificabitur. An pars possit probare iurisdictionem voluntariam, & solemnitatem istarum. vide Ang. in l. & si instrumenta. C. de fide instru. & iur. hastæ fisca. lib. 10. Quid de teste, qui dixit rem ad talem pertinere? vide no. Inst. de actio. §. Item Seruiana. Qualiter probetur, quem cæcum, mutum, vel furiosum; vide Bar. in l. j. de bon. pos. infan. vel furios. Qualiter probare possit ciuitatem habere ciues, & quot testes debeant esse, vide Bald. in l. data opera. C. qui accusa. non pos. Qualiter per testes probetur filiatio, vel clericatus, consuetudo, & multæ aliæ qualitates, vide Bal. in l. non ignorat. C. qui. accu. non possunt. Testes deponẽtes aliquem esse filium probant, de legitimo & naturali, licet non dicant. Insti. de adoptionib. in fi. Quid si testes dicant aliquos esse fratres qualiter intelligatur. dic, vt no. ff.

189 de leg. 3. l. Lucius. §. quæritum. Qualiter † tunc debeãt deponere ad probandum sententiam. Vide Bal. in l. fin. C. de re iudi. Qualiter probent stipulationem, vide Ang. de ver. obli. l. sciendum. Aliquis fuit testis in alienatione rei suæ, vel sibi obligatæ, nuquid ex hoc sibi præiudicat. vide Bar. ff. solu. matr. in l. quæ dotis. Quid si testis se subscripsit, an sibi præiudicet; vide no. in l. Caius. ff. de pig. actio. Qualiter testes probabunt ℣ctum factum à muto, vide. ff. de acq. hę. l. mutum. Qualiter probetur per testes interesse singulare, vide Spe. in tit. de fructibus, & interesse. versi. sed qualiter etiam de facto. & Bal. in additio. Spe. in tit. de appel. de valore rei secundum omnium opinionem, vide Bart. in l. hi qui. C. de præd. & omnib. reb. nauicul. lib. 11. Quid si vnus testis deponit ꝙ valet decem, alter 15. an erunt ℣rij? Vide Bar. ff. de leg. 2. §. j. in fi. & vide Bar. pro materia in l. filiusfa

190 milias. §. si qd alicui. ff. de leg. j. ¶ An † & qñ testis, qui deponit de identitate rei probet, vide Ange. in l. diuinos. C. de frum. Ale. lib. 11. Qualiter debeat deponere testis, vt imponat fidem instrumento quod nõ potest legi. vide Ang. in auth. de hæred. & Falc. §. j. in fi. An testis interrogatus super ætate respondens in redditione rationis, quia sit frater, an probet, vide Bal. de in integ. resti. l. de tutela.

191 Quæro, an † & qñ testibus sit fides adhibenda? Dic, ꝙ id iudicis committitur arbitrio. ff. de testib. l. testium. §. tu magis scire potes. & debent ad concordiam redigi distinguendo, & interpretando eorum dicta. vt ext. de testi. c. cum tu. & dixi. ℣. cum tractaui. de proba. defi. etiam verba impropriando. dixi. ℣. de

192 proba. possessionis, & patet per ea quæ. j. subdã. ¶† Quæro, an ad fidem testis sint necessaria, omnia, quę includuntur sub iuramento, & forma articulorum? Dic quod sic. & ideo si in vno mentiantur, non valet in alio, secus si ex officio iudicis interrogatur super extraneis, vt super vestibus, & nubib. cœli. Nam si est mendax in istis non est periurus, quia non iurauit super his. Quædam enim sunt substantialia causæ, & mendax in his semper est periurus, nec in aliquo sibi creditur, vt no. Inn. de hęre. in c. fraternita-

tis. Si autem iurat veritatem dicere super omnib. de quib. interrogabitur & interrogat super vestib. & si. & tunc aut primo mentitur, & in aliquo sibi non creditur. aut postremo & ei creditur, quia non erit periurus. ¶ Item per testes non intelligitur probatum nisi quatenus ratio dicti inuenitur, vt no. in c. veniens. de renun. & ibi per Ioan. And. in

193 nouella. & per Bal. super rub. de cõtrouer. inuesti. ¶† Si testis deposuit super vna parte, & interrogatus pro alia dixit nolo respondere, non adhibetur ei fides, quia dolo subticet veritatem. ff. de iure fisc. l. 2. §. diuus. Præsumitur enim

194 ille testis dolosus, & culposus, Bal. in l. 2. C. de eden. ¶† Si plures testes examinantur simul, licet probent, tamen nõ adhibetur eis fides, quia secretò debent examinari, vt in Spe. de teste. §. nunc tractandum. ver. sed pone, produxi in causa tres, &c. Si iudex Mediolanensis misit ad examinandum testes Papiæ per notarium suum, valet, nec est dubitandum de citatione, quia sufficit quod solo verbo fiat, sed si nollent testificari, non posset eos cogere. Bal. super rub.

195 de contro. inuesti. ¶† Testes propter nimiam dissimilitudinem dicuntur variare, & propter vnum & eundem sermonem, dicuntur subornari, quod iudicis arbitrio relinquitur, an eis credatur. Bal. in l. cunctos. in prin. C. de sum. trini. & fide cato. & vide in l. testium. ver. ideoque diuus. ff.

196 de testibus. Quid si testis dicit † falsum testamentum, sed de tenore dicit se non recordari? Respon. non probat, vt impediat ex testamento adiri. Bald. in l. hæc sententia. ver. sed opponitur ꝙ incerta, &c. C. de sen. quæ sine cer. quan. & no. in l. 2. ff. de bo. pos. secundum tab. & ibi dicit gl. quod

197 duo testes impedirent dictam aditionem. † Testes, qui dicunt notarium errasse, quia dicunt non audiuisse hæc verba, sed quædam alia, probant erratũ, sed non qualiter. Bal.

198 in d. l. hæc sententia † Quid si semel testis est inductus, super eodem & secundo inducitur & dicit se non recordari qualiter primo deposuerit, sed non deponit vt alias deposuit non aliter exprimendo, an valebit testimonium? Bar. quod sic. Si verò valeat, non statur primis attestationib. item nec secundis. ff. de testib. l. qui falsò vel variè. quæ loquitur de eadem depositione. Item in diuersis, quãdo vtraque depositio est solemnis: secus si altera est facta sine iuramento, Bal. in l. fi. C. de re iudi. & vide per Bart. in l. eos. ff. de fal. Quid si secũdum dictum fuit nullum ratione solemnitatis omissę in secundo dicto? Dico per omnia vt primo dixi: vide Bar. in l. legata inutiliter. ff. de leg. j. An testis qui nescit originem eius, de quo deponit, probet,

199 dic, vt no. ff. de iureiu. l. j. in prin. Testi † qui nõ plenè narrat factum. i. substantiam facti, non creditur. Bal. ff. de inf. l. Lucius. & ex eius dicto non defertur iuramentum in defectum probationum, nec ex dicto testis, qui nõ reddit causam super dicto, licet non interrogatus, vt no. Bal. in feud.

200 de consue. rec. feu. c. sacramentum. † Creditur plus perito, quam imperito, vt in prœmio Digestorum, etiam si peritus negatiuè, & imperitus affirmatiuè loquatur, & de ponat. & ibi per Cyn. non ob. ff. de arbi. l. idem proferre. l. si plures & quod no. in c. j. de præb. in 6. quia ibi non loquitur de testimonio, quod in arte consistit, sed in sensu, & qa mera negatiua non est sensibilis, quia obiectum sensus est ens, & mera priuatio non est ens, ideo vera est glo. sed si essent æquè probabiles vtræquæ, tunc staremus verisimiliori. ff. de test. l. ob carmen. §. fi. Cy. in l. 2. C. de erro. ad-

201 uoc. Bal. in conclu. Testis deponens † super eo quod est remotum à natura ℣ctus non facit deferri iuramentum in supplementum probationis. Bal. in c. ij. de consue. rec. feud. vide in Spec. de teste. in prin. ver. item quod dixit ea quæ non conueniunt naturæ causæ, &c. §. j. Qualiter testes probent mortem, vel non aliquid extare. vide not. in l. si dubitetur. ff. quemad. testa. ape. & vide tex. & ibi glo. in l. si quid. C. sol. mat. vt patet ibi.

202 Testis † si accepit pecuniam vt testimoniũ dicat, an ei credatur? Rñ. quod sic, si est productus ab illo, in cuius præiudicium dixit testimonium. Bal.

203 in c. j. si de inuesti. inter dom. & vasallis oriatur. Testis † recipiens pecuniam ob testimonium verum dicendum inci dit in falsum. ff. de fal. l. j. ver. item qui ob instruendam. in gl. in versi. aduocationem. vide in Spe. de teste. §. j. ver. item opponitur, & ver. seq. sed quid si testi data sit pecunia? Dãs pecuniam testi, vt uerum testimonium ferat punitur ac si ipsum corrupisset. glo. est sin. in d. l. j. in d. uerb. aduocationem. ff. de fal.

204 Quæro, nunquid † peremptа instãtia, pereant attestationes? Vide quod no. C. de testi. in l. solam. Et tenet glo. quod sic in l. 3. in uerb. patiatur,

BIU Cujas

quæ inci.cum potuit.ff.de his,quæ in frau.cred. In ꝫrium facit tex.in l.fi.C.de teſtib.& gl.in l. properandum. §.fi.C. de iud.& C.de re iud.l.geſta.Facit quod no.gl. ff.de appel. l.ſi expreſſim.& ff.iud.ſolui.l.cū lite mortua.& C.de eden. l.is,apud quem.Sed Bar.in d.l.3.quam legit cum l.j.ff.eod. verſi.item dicitur hic.dicit illius.l.3.gl.malè dicere. quare ipſe ponit exemplum quando quis patitur perire inſtantiam in cauſa appellationis patiendo labi annū,vel biennium:quo caſu perit inſtantia, & totum ius, vt in auth.ei qui.C.de tempo.appella. vel, vt ipſe ait, dicendum eſt ſaluando illam gl. quod loquitur quando inſtantia perijt ante publicationem teſtium, quo caſu dicta teſtium pereūt. arg.d.l.geſta,ſecundum Iac.de Are,vt refert Cy. C. de iud.

205 l.properandum.in fi.Ang. in conclu.† An dicta teſtium faciant fidem in alia inſtantia. vide quod not.in l.2.& per

206 Bar.C.de eden.An† dictum teſtis in vna cauſa faciat fidē contra ipſum eundem teſtem in alia cauſa. vide Bart. ff.de fal.l.eos. An autem recepti teſtes ad excipiēdum, valeant ad agendum? Dic aut ſunt recepti iure extraordinario, & fauore exceptionis,& non valent ad agendū,vt no.Inno. de teſti.c. ſignificauit. Aut iure ordinario, & tunc valent,

207 ſecundum Bald.in conclu.An autem † valeat dictum teſtis deponentis ſuper alio , quam ſuper quo ſit inductus, vide per Ioan.Cal.29.diſtin.Et non valet ſi examinatur ſuper impertinenti capitulo.Inn.extra, de teſt.c. per tuas. & vide in Spec.de teſte.§.j.ver.itē quod depoſuit ſuper alio.

208 & ver.ſeq. † Teſtes non rectè examinati aliquando probant,ſ.in longinquis partibus, ſic quod non potuiſſent reuocari.Bal.in l.admonendi.ff.de iureiu.

209 **Teſtis** † non tenetur recordari de tempore, Bart. in l.ob carmen.§.pen.ff.de teſti.& Io. And. in nouel.in ca. cum Io.de fide inſtru. ꝙ dictum teſtis non vitiatur , licet non deponat de loco, & menſe,licet enim teſtis dicat de aliquib.non recordari, non vitiatur eius dictum,Bar.in conſi.20.Bal.in l.presbyteri.in fin.C.de Epiſc. & cler.Teſtis non tenetur habere notitiam diei, niſi dies eſſet de ſubſtantia proceſſus . ¶Et melius debet recordari de loco quam de tempore.Inno.in c.qualiter, & quando. verſi.notandum eſt,quod expreſſius. de acc. Sed in criminali non tenetur deponere de die etiam interrogatus. gl.

210 eſt no.4.q.8.c.nihilominus.Bal.in conclu. Et † ſi non recordatur de tempore,valet teſtimonium in interdicto: tñ in poſſeſſione oportet probare de poſſeſſione illius diei, quo fuit ſpoliatus.l.j.§.interdictum autem.ff.de vi, & vi armata.Inn.in d.c.qualiter,& qñ. videtur probabiliter dicere quod ſi dico,ſpoliaſti me iſto menſe,& produco,teſtes, qui non probant de iſto menſe,ſed de præterito, quod bene probent, licet errent in tempore, tamen probant ſpoliationem factam.Ita no. Inn.in c.cum ad ſedem.de reſtit. ſpol. licet requiſiuerim multoties, & non reperi. bene tñ facit ad hoc de reſti.ſpol.c.olim.el 3.& no.Inn. in d.c.qualiter,& quando.Bal.in conclu.vide Spe. de teſte.§. iam de interrogatorijs.verſic.fiunt autem generaliter.Teſtis non tenetur reuelare illud quod iurauit ſecretè : ſed intelligiť, niſi ex iuſta cauſa reueletur.quod no.in conclu.

211 **An negatiua** † poſſit directò probari per teſtes.Dic,aut loquitur phyſicè,aut legaliter.Primo modo negatiua eſt priuatio quædā & priuationes non ſunt obiecta ſenſuum , quia ſunt quid intellectuale,non actuale,& corporeum, vel aliquid tale, circa quod fieri ſolet ſenſatio . Exemplum ſi video albū, poſſum deponere quod non eſt nigrum , tñ iſtud ens non eſt ſenſibile,& viſibile quia non eſt coloratum:ſed eſt nigrum,in abſtracto,nec cadit in ſenſum,niſi ſub ratione ꝫrij, quia video album , ergo non eſt nigrum. hæc ratio eſt intellectualis , & procedit per rationem ꝫriorum . Vnde ſenſus vtitur adminiculo intellectus, & vadit ſyllogizando.ſic in l.optimam.in fi.C.de ꝫhen.& committen. ſtipul. Si autem vt Legiſtæ dicunt,iſta negatiua quæ æquè perfectè percipitur à teſte,vt affirmatiua dicitur directò probari:Teſtis dicens, ſcio quia vidi bene loquitur. De hoc per Cy.in l.2.C.de erro. aduoc. tamen impropriè loquitur.& vide in l.j.C.de canon.fru.lib.11.Bal.in conclu. Sed cui incumbit onus probandi negatiuam ? Dic , aliquando quis loquitur negatiuè,aliqñ quis affirmatiuè. Primo caſu aduerſarius probat, ſecundo caſu, qui dicit. ff. de minorib.l. de ætate.quod eſt falſum , quia qñ termini ſunt conuertibiles,& æquipollentes,vna eſt ipſorum natura,ſiue ſubſtātia,ergo idē ius.Sed iſta,non ſum minor, & iſta,non ſum maior,cōuertuntur inter ſe, & ridiculum eſt, ꝙ iura ſtent in articulo verborum.l.2. C.de formu.& imp. act. ſubl.& l. actio.C.de neg.geſt.& quod aduerſarius meus poſſit mihi imponere onus probandi, vel ego ſibi, vt l.ne in poteſtate.ff.de arb.¶Prætereà,ſi negauero,& ille neget, & ego dicam non ſum maior,& ille dicet non es minor.Itaque ſequetur quod nullus probet, quia vterque negat, quod eſt ridiculum,Bal.in conclu.Qualiter autem negatiua probetur per teſtes,vide Bar.in ſuo conſi.90.incip.dilecto do.de Suaua.Et nunquid teſtis aſſerens meram negatiuam incidat in falſum,vide Ang.in auth.de hær.& Falc.§. hinc vobis . Dicitur aūt negatiua quæ non cadit in ſenſum teſtis: niſi per cauſas negatiuas:& dicitur eſſe difficilis probationis:ſicut negatiua.Inno.in c.ſuper hoc.de renun.Iac. But. ff. de inoffi.teſta.l. etiam. In negatiua æquè creditur parti, ſicut in affirmatiua : ſecus eſt in teſte: quia factū negatiuū videri non poteſt,ideo magis creditur affirmantib.qui dicunt ſe vidiſſe:quam his,qui dicunt ſe non vidiſſe : vt no. gl.ff.de arbi.l.diem proferre.§.ſi plures.& in c.j. de præb.li. 6. niſi teſtis adijciat : vel non potuiſſet fieri quin vidiſſet, gl.mag.in verb.an nō. in fi.in l.j.§.j.de itine.actuque priua. tunc enim aſſumit negatiuam per ſenſum corporis. C.de ꝫhen.& commit.ſtipu.l.optimā.Si autem. teſtis dicit ſimpliciter non vidi,nihil probat,quia ſenſum negat,& tanꝙ ignarus deponit, vnde nihil probat , in negatiua vaga, & in generali teſtis eſt ſuſpectus , vt in c. cum eccleſia Sutrina de cauſa poſ. & propriè . debet enim eſſe coarctata , vt poſſit in veram notitiam cadere . nec enim omnis ſenſus percipit negatiuam, ſed ſenſus viſus tantum, quia locum vacuum video,ſed non guſto,nec tango, nec odoro, nec audio : per ꝫrium ſenſum probatur negatiua,quia nō entia non obijciuntur ſenſibus nec apparent ſenſib.quia ſentire eſt pati,& ab ente debet fieri, ſecundum Archi.Bal.in conclu.de negatiua,vide in Spe.de teſte.§.j.verſi.ꝙ aſtruit negatiuam.& d.gl.mag.in l.j.§.j.ff.de itine.actuque. priua. & ff.de magi.conue.l.j.§.probat.

212 **Teſtis** † Examinatus , qui non debuit examinari, non facit indicium.Bar.in diſpu.ſua quę incipit,iudex maleficiorum,& c. per eum in l.maritus. ff.de quæſtio.In hoc tamen diſtinguit:quia aut non debuit examinari propter reuerentiā perſonarum: vt ſeruus ꝫ dñm, & examinatus non facit indicium plenum,ſed qualequale.l.j.§. impubes.ff. ad Silla. Idem in teſte , qui non debuit examinari propter ſexum,vt in muliere: eadem ratione ſi non debet examinari propter infamiam , tūc examinatus facit qualequale indiciū.l.qui vltimo.ff.de pœnis. Qñque non debet examinari propter inimicitiam , & tunc facit, vel non facit,ſm qualitatem inimicitiæ.l.j.§.pe.ff.de quæſt. Qñque non debet examinari ratione ordinis,quia nō ante litem conte.vel parte non citata,& tunc non facit indicium.l.fi.§.ſi qñ. C.de teſti. Et iſta eſt breuis diſtinctio Bar.

213 in d.l.maritus.Teſtes † ſingulares non probant factum,i, ꝫctum eſſe vſurarium , ſed bene probant , quod ꝫctum ſit cum tali perſona.Spe.in tit.de inquiſitione. Ad probandū certum crimen hæreſis , non ſufficiunt teſtes ſingulares. Facit quod no.Inno.in c.qualiter, & qñ. de accu. & quod no.ff.de teſtib.l.ob carmen. in fi. & C. de hær.l. Arrianus. & l.quicunque,ver.idcirco.& ibi per Ia. But.in lec. & ideo in multis locis diſpoſuit ꝫſtitutio Epiſcopalis quod probato aliquo vſurario eius ꝫctus præſumatur fœneratitius quæ conſtitutio operatur quod per teſtes ſingulares non ſolum probetur vſurarius,ſed præſumitur , quod eo vitio eſt vſus in quolibet ꝫctu.Vide per Bar.in l.rogaſti. §.ſi tibi.

214 ff.ſi cer.pet.Ang.in conclu. † Teſtes non dicuntur ſingulares in actu reiterabili,& continuo,ſicut in actu diſtinctiuo in verbo.aſſiſtit. Vide hoc in ca. qualiter.de accuſationib.& per gl.in l.ob carmen. ff. de teſtib. Teſtes aliqñ ſunt diuerſi , & ſingulares , vt quia aliqñ vnus deponit de vna re,alter de alia,& tunc ſunt varij,& ſingulares, nec faciūt plenā fidem,vt no.in l.qui falſum. ff. de teſti.& plenius in

215 l.admonendi.ff.de iureiu.Aliqñ teſtes † ſunt ꝫrij,& inter ſe repugnantes abſolutè,& ſimpliciter,& tunc nulla fides eſt eis adhibenda.vt no.Iac.de Are.in ſuo tracta.de teſt.Facit quod no.in l.optimam.C.de ꝫhen.& commit. ſtip.& ſi vnus teſtis dicit , quod actus fuit celebratus in vno loco, alter dicit quod idem actus fuit celebratus in alio loco. ff. de teſtib.l.ob.carmen.§.j.facit quod no.in gl. in verb.angu

216 ſtias.in l.ſi mihi,& tibi.§.ſi quis ſeruos.ff.de leg.2.† Aliqñ teſtes ſunt adinuicem repugnantes non ſimpliciter, & totaliter,ſed ſecundum quid quia vnus dicit de maiori ſumma, alter de minori,& tunc ſtatur minori.argu.ff.de arb.l. diem proferre. §. ſi plures.in fin. De hoc dic vt dixi. ſuprà. in §.teſtis inductus.verſi.ſi teſtes probant vnus de quinq;.

Quæ

Quæ autem testimonia dicantur diuersa, & quæ varia no. ff.de fal.l.eos,qui inter. vbi gl.j. exponit in j.lec.diuersa,i. varia. Varius est ille,qui non stat firmus. Contrarius, qui contraria tenaciter asserit. Vacillans dicitur qui in titubãdo vari.it:secundum Inno.in c.præterea.de test.& quando testes dicantur vacillare notatur etiam,ff.de test. l.qui falso.& C.de testib.l.nullum.& per Bar. in d.l.eos. & Spec.de teste.§. opponitur autem. ver.item quod testes sunt varij.
217 cum ver. seq. † Testis, qui est sibiipsi contrarius per dolum,punitur:secus si per ignòrantiam,Iac.de Bel. in auth. de testi.§.& licet dudum.Testes,qui vacillant, vel contraria deponunt,puniuntur pœna extraordinaria,vt no.C.de
218 testi.l.nullum. † Item testis, qui consimilem causam habet,est suspectus.Spe.in tit.de teste.§.j.ver. item quod habet.
219 bet causam. ¶† Et nunquid iudex facere debet scribi in actis quare non adhibet plenam fidem testi. vide. ff.de testib.l.testium.ver.ideoque diuus , videtur tenere quod nõ in actis curiæ.gl.in verb.insinuatione.Inst.de do.§.j.quam
220 no. Item valent acta iudicialia , licet in eis non sint scripta nomina testium.Vide in l.donatio siue. C.de dona.Ratio est,quia in iudicio non est præsumptio,quod excogitetur falsitas , & quia est ibi semper testium multitudo. Pro hoc l.omnium & l.sancimus.C.de testa. & no.per Bald.in
221 quondam concilio,Ang.in conclu.¶Quando † actus celebratur coram populo, vel populum repræsentante , ibi non sunt necessarij testes. C.de his qui in ec. man.l.j. & ff. de leg.j.l.licet Imperator. in prin.& Instit. de lib.§. multis.
222 ¶Si † testes dixerint filium institutum in maiori quantitate, filiam in minori , alij dixerunt eos institutos æqualiter,exponitur æqualiter, idest, eo.tempore, licet in diuerfis portionib.Bar.in l.si finita.§.si ante. ff.de damno infect.
223 ver. quæro , dicitur hic æqualiter. ¶Quod † concessio sit facta moru proprio,non potest probari per testes.Ang.in l.si quis in prin.ff.quod quisque iuris.An dubitetur de virib.testamenti,si testis negat sigillũ suum,vide. ff.quemad.
224 testa.aperi.l.j.§.si quis.¶† Protestans contra testes potest vti eorum dictis ad excludendum probationes aduersarij, non tamen ad intentionem probationis fundandam: qa esset sibi ipsi contrarius,secundum Inno.in c.præsentium. de testi, Et si protestans petit eos pro se examinari , videtur à protestatione recedere, secundum Inno.ibi. Secus si fecit interrogatorios articulos contra eosdem articulos partis aduersæ,secundum quæ petijt interrogare,secundũ Inno.ibidem. Bal.in conclusio. Solus consensus partium non sufficit ad approbandum dicta testium , quæ non va-
225 lent.Inn.in c.cum causam.de testib. † Si testis primò deposuit , posteà in vltimo interrogatorio dixit se nihil scire, suppletur nisi id, quod s. dixit.ff. de senatorib.l.j.iuncta gl.in ver.relatum.dicit tex.quod nec vsquam relatum. &c. supple,nisi à Saturnino.An magis credatur testib.probantib. de spontanea voluntate , quam probantib. de coacta? vide Ang.ff.quod met.cau.l.non est verisimile. ver.in tex.
226 ibi,apertissimas.† Testis interrogatus de aliqua re,dicẽs se tradidisse obliuioni propter infirmitatem,iustè allegat, quia cogitatio mortis inducit obliuionem , & per consequens infirmitas, probatur. C.qui testa. fac. possunt.l.hac
227 consultissima.† Si quis patitur aliquem casum , faciat in illo loco examinare testes super casu,& faciunt fidem alibi,quod est mirabile,vt no.Bar.in l.si quis. ver.dico ergo, quod hic,C.de naufr. lib.11. An possum reprobare testem contra me inductum,si aliàs eum induxi:& an possim opponere cõtra dicta testium à me productorum , dic vt no. C.de testi.l.si quis testibus.in gl.in verb. excipere.in fi.

228 **Qualiter** † Instrumentum reprobetur per testes ,vide pulchrè per Bar.ff.quemad. testamenta aperian.l.j.§.fi.& glo.no.4.q.3.c.si testes.per Io. Cal.23.dist. Credo quod contra instrumentum admittantur testes,vt extra,de probationib. c.ad nostram noueritis audientiam.& C.de probationib.l.cum precib. non tamẽ credo,quod dictum duorum,vel trium testium, prævaleãt instrumento. Nam cum instrumentum obtineat vires eorum duorum testium,& tabellio æquiualeat , & maior sit vno teste,oportet, vt per quatuor reprobetur instrumentum . Fallit in inuentario , contra quod non admittuntur testes.C.arbi.tute.l.fi.ver. sinautem inuentario. & in confessione,quæ fit in instrumento, in quo mulier confitetur recepisse pecuniam pro intercessione,vt C. ad Velle.l.antiquæ.Ange.in conclu.An instrumenta, vel testes possint
229 pro † parte repudiari,& pro parte aceeptari,vide gl.in c. si vir.27.dis.& in Spe.de teste.§. opponitur autem.ver.quid si pro vtraque parte.Qualiter testes contradicentes instrumento illud impugnent,vide in d.l.j.§. si quis. & per Bar. ff.de reg.iu.in l.si librarius.ver.sed quid si testes. An instrumentum reddatur falsum,vel suspectum,si testes ibi descripti dicant se non recordari,dic vt in d.§. si quis. & ibi etiã vide de efficacia testium non descriptorum in instrumento venientium ad eius impugnationem.Et quando testes discordant cum instrumento,vel dicant se non recordari, quid iuris sit,vide etiam in c.cum Io. de fide instru. & in l. in exercendis.C.de fide instr.& de bo. pos. secundum tab. l.2.ff.de testa.l.hæredes palam.

230 **Contrarietas,** † siue varietas testiũ , si variant in actu rei gestæ , & alibi , sunt per distinctionem partium ad concordiam reducendi , & potius sunt concordandi quam reprobandi. Et ita no.Abbas in c.cum tu.de testib.Secus est in actu excontinuabili:nam ex eis potest inferri vnus testis ad principium illius temporis,alter ad finem, & sic poterunt saluari,vt in l.in insulam.ff.solu.matri.per Iac. de Are. & per Bar.in l.2.§.creditum.ver.& istud est argumentum.ff.si cer. peta. Item testes possunt reduci ad concordiam inter se, & cum instrumento,vt no.in l.2.§.creditum. ff.si cer.peta. Dicta testium sunt diuisione iuuanda.Ang.in l.item videdum.in prin.vers.in tex.ibi.ff.de peti.hære. De contrarietate testium vide gl.4.q.3.c.si testes. per Inno. in c.cum contingat.de offi.deleg.Bal.in j.const.Codic.in §.quib.Bart.in d.l.in insulam.in d.§.si plures.gl.in auth.de testib. §.si verò. & per Ia.de Bel.in d.§.licet dudum.& in l. ob carmen. §.fi. ff.de testib.& dixit Inno. in d.c.cum contingat.ver.sed dices,sicut.quia concordia testium fit vbi sunt pares probationes,aliàs non.& vide extra,de probationib.c.licet causam,& per Inno.in c.auditis.de præsceri. & in Spe. de teste. §.iam de interrogatorijs.Testes vnius partis non reducuntur ad concordiam cum confessione alterius partis , vide Inn.in d.c.cum contingat.in prin.& per Bal.in prima constitutione Cod.Testes reducuntur ad concordiam in actu reiterabili, secus in instrumento, vt notatur in l. j. C. qui accu.non pos. & per Bald.in prima constitutione Cod.Si testium dicta sunt contraria iudex habet arbitrium.vt in l. duo iudices.ff.de re iudi.Bal.in c.j.in quib.cau.feu.amit.

231 **Falsus** † Testis varians punietur . Nam si dixit falsum in causa criminali punitur pœna talionis.Textus est in l.j.§.j.ff.si cer.pet. & ibi dixit Bar.quod eadem pœna punitur officialis detinens testem , vt falsum dicat . Est ergo cautela, ꝙ testis protestetur se dixisse quæ sciebat,& quod si plura diceret, hoc fecit metu tormento
232 rum.& dicit falsum.Et vide textum † in l.lege Iulia.§.j.ad legem Iuliam pecu.qui dicit, quod officialis non admittens defensiones iuris perinde punitur, ac si non admitterentur defensiones innocentiæ, quòd est notandum. Pro primo dicto habes gl.2.q.3. can.j. Testis falsus in causa homicidij punitur pro homicidio,sicut nocenter quis deponit contra innocentem dolo,ff.ad l.Corn.de sicar. l.j.post principum ibi, quiue falsum . Testis deponens falsum su-
233 per productis punitur.l.Cor.dẽ fal. † Sed si extra ea,super quib. producitur , vt quia interrogatus an esset inimicùs dixit non,cum esset,tunc puniretur crimine stellionatus, secundum Iac.But.in l.Lucius.ff.de infami.Bal.in conclusio.Testis si interrogatur,si actus alicui pertinet, vt producenti, dixit quod non, & probatur contrarium , nunquid punitur pœna falsi?Bald.in l.solam. C.de testib.dicit quod non , quia non deponit falsum super negotio principali, sed super circunstantijs negotij principalis. Ita tenet Iac. But.in l.Lucius.ff.de infamib.Sed Nico.Mat. dicit quod si ista talia veniunt,tanquã circunstantia testimonij,de prædictis potest testis interrogari.Aduerte,quia si ista opinio esset vera,reuocaretur multum in dubium opinio Iac.s.dicta , ex eo quia dicit quod iuramentum præstitum super principali , extendatur ad omnes circunstantias secũdum quod probat Inno.in c.significantib.de test.Si sic, ergo sequitur, quod testis deponens falsum super circunstantijs est periurus, & sic debet puniri. Odofre.dicit contrarium quod testis interrogatus non debet respondere de circũstantijs remotis,ex eo quia super hoc nõ fuit iuratus, nec productus,& attenta opinione Iacobi Butri.Ang.in con-
234 clu.† Testis non reddens causam sui dicti studiosè , vel non concludentem,punitur pœna falsi,sicut si deponeret tacita veritate:secus si exemplificatiuè sit loquutus , sicut faciunt rustici; quia tunc non habet locum pœna falsi. gl. not.in verb.debeant.in d.l.Lucius.de infami. Ex quo dico ꝙ testis qui dicit,non recordor, punitur, quando certum est ꝙ recordaꝰ , secus si esset probabilis causa obliuionis.

BIU Cujas

Super quo dicit Inn.quòd testis debet recordari super personis,tam de loco,quam de die, vnde super tēpus est magis excusabile dictum testis,qui dicit se non recordari,secundum Inn.in c.qualiter,& quando.in gl.mag. de accusationib. & Bald.in l.presbyteri.C.de Epis.& cle.Nam testis debet iurare dicere meram & puram veritatem pro vtraq; parte,super his,super quib.est productus,& interrogatus, vt colligitur ex l.presbyteri,coniuncta auth.si iudex. C.de
235 Epi.& cle.& dixi.s. de iuramento testis. Testis † non debet asserere,nisi q̄ vidit & sensit,aliàs est falsus,secundum Inn.in c.fraternitatis.versi. sinautem super his. de hæreticis.quòd notat Bal.in conclu.quòd etiam vide in Spec. in
236 tit.de teste. in prin. in ver. quòd non perhibet.Testis † si dixit ad eum non spectare commodum rei , de qua deponit,excusatur à falso,licet probetur ad eum spectare commodum,tanquam de populo,vel vniuersitate:quia intelligitur deposuisse de cōmodo particulari,& singulari.Bald.
237 in l.j.§.huius studij.ff.de iusti.& iure.Testis † qui dicit falsum non potest condemnari sine citatione,licet sit notorium iudici.ff.de re militari.l.3.§.si ad diem commeatus.Si verò in notorio,non requiritur condemnatio:sed inhibitio,vel alia ordinatio.Exemplum in statutis,quę sunt contra libertatem ecclesiæ, tunc enim potest superior inhibere,& alia facere sine citatione,secundum Archidiaconum 2.q.1.c.quæ Lotharius. ver.sed quòd notorio. Adde quòd si iudex deprehendit testem in falsitate,non est necessaria citatio ,ex quo pars est præsens.atqui dictum Archidia.debet intelligi parte absente.Ad hoc. C.de testi.l. nullum. & quòd no.ff.de infamib.l.ictus fustium. Bal.in l. presbyteri. C.de Epis.& cler.An autem testis,cuius dictum non valet possit puniri de falsò.vide Bal.in l.j.ver. præterea testis. C.
238 de sepul.vio. Testis † inutilis, non expediens producenti,& aduersario non nocens , potest accusari de falso, per tex.in l.j.C.si ex fal.instru.Bal.in l.fi.eo.tit.& vide Bar. in l.
239 si quis legatū.ver.iuxta hoc quęro.ff.de falsis.Testis † qui dicit falsum præter conscientiam domini,non præiudicat domino.Bal.in l.fi.C.si ex fal.instr.& dicit Bal.ibi pro cautela. quòd dominus renuntiet eius dicto. Testis qui dicit falsum super vno articulo siue cap. non creditur in alio: quia est depositio super indiuisibili,s.super iuramento.secūdum Oldradum.vide quòd notatur in l.3.ff.de cond. ob turpem causam.& l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cer.pe.
240 & ibi per Bar.Si testis † in sua testificatione falsum inserit,vel addit,aut vero detrahit , certè licet tota testificatio detrahatur,vitiatur.Ita tenet Ia.de Are.per l.j.§.si quis simpliciter.ibi,semper probandum est.ff.de verb.obli.& facit secundum eum.3.q.9.can.pura,& simplex.Ang.in conclusioni.& vide Bal.C.de transactionib. l.si ex falsis. versi.sed quid in testib.& gl.in verb.quid in eis.in c.si ad scripturas. nona distinctione. & in Speculatore de teste in §.j. versic.
241 item quod aliquid additur de suo.Testis, † qui in articulo mortis constitutus fatetur falsum testimonium dixisse non nocet victori.Bald.in l.si quis in graui.in prin. ver. & sic est arg.ff.ad Silla.& ita etiam tenet Bal.in auth. si testis productus. C.de testib. Ange.in conclu.Producens falsos
242 † testes,producti, ac etiam mandator possunt vno libello accusari , licet in persona cuiuslibet testis sit vna falsitas,de quo per Ang.in l.j.C.si reus,vel accusator mortuus fuerit,& per Barto.de adul.l.nihil.& per eum in l.2.§.sed si vnus.ff. vi bonorum rapto. vbi dicit quod pœna quæ imponitur producenti falsos testes habet locum in producē te vnum falsum testem tantum . Quæ autem sit pœna testis deponentis falsum,& reuelantis testimonium , dic vt no.ff.de test.l.qui falsò vel variè. & dixi s.in prin. huius ca
243 pituli.Testis † occultans veritatem,perinde punitur acsi falsum diceret,vt no.C.de testib.l.iurisiurandi.& l. presbyteri.C.de Epis. & cle.Et vide omnino in Spec. in tit.de teste.in prin.versi.sed nunquid Iudex testem, qui falsum dixit,ex officio potest illum fustigare, nō tamen ex hoc eui
244 tabit accusationem legis Corneliæ . Testis † deponens falsum,vel vacillans coram iudice non suo , potest ab eo puniri,& ibi sortitur forum.C. de testi.l.nullum.vide Speculatorem eo.tit. in prin. versi. quid si aliquis Bononiensis.& in versi.si ponitur. Qualiter puniatur clericus deponens falsum. & in versic. quòd si eorum,qui tradit. Depo-
245 nens † falsum coram arbitro , remittitur puniendus ad iudicem suum,in repetitione eo.tit.in prin.Quid de arbitro. in versi. seq. ponitur de teste qui dicit falsum per modum exceptionis,vel replicationis. Testis qui dicit se nescire quæ scit,punitur de falso.Ang.in authen.de testib.in
246 prin.† Quid , si solus tabellio in absentia iudicis testem recipit,& eius depositionem scribit, qui testis negat se ita deposuisse,cui magis credatur, an tabellioni, vel testi, vide in Speculatore de teste.in ver.sed pone,ecce index.An testis , qui non potest de falso redargui ex forma statutorum, possit de falso redargui ex forma statuti disponentis contumacem haberi pro confesso vide Barto. in l. absentem.ff.de pœn.

247 Non † præsumuntur Rogati testes testamētarij, quia extrinseca solemnitas est.Non ob.quod tabellio præsumitur rogatus,vt in authen.de tabelli.§.nos autem credimus:quia illud facit authoritas publicæ personæ. Bal.in conclusio.& vide in Specu.de teste.circa finem prin.vers. quid si dicitur,testes debent esse rogati. hoc est ad actum, ad quem adhibentur,de quo per Barto. ff.vi bonorum rapto. l.2.§. homines . Quando autem testes in testamento descripti non sunt rogati , quid iuris sit, vide consilium Fran.Tig.quod habes tertium in ordine . Quando autem in instrumentis iudicialib.testes sunt necessarij, an debeāt esse rogati,vide Ang.in corpore de instru. caute. & fide. §. & si instrumenta.Et quid in actis iudicij.vide ff. de adopt. l.post mortem.In quib.autem casib. debeant testes esse rogati,vide glo.in verb.audierunt.3.quæstio.9.can.testes.§.j. & in Spec. de teste. in prin. ver. item quod non fuit rogatus,cū seq.Et an præsumantur rogati,vide ibi.Testes probantes confessionem extra iudicium debent esse rogati, vt d. gl. Item debent esse rogati in testamento. C.de testa. l.hac consultissima.Item in diuortijs.ff.de diuortijs. l.nullum diuortium.Item vbicunque requiritur prætaxatus numerus testium,debent esse rogati, exceptis codicillis. l.fi. C.de cod.

248 Quæro † an testes Debeant cognoscere cōtrahentes?Respondetur,quod non , si adhibentur ad solemnizandum, secus si ad probandum actum,de hoc no.C.de iur.delibe.l. fin.§.sinautem dubium.& vide in l.testium.versi. ideoque. ff.de testi.per gl.& doc.& per Ang.in auth. de fide instr. & Insti.de excu. tuto.§. item propter litem.An autem testes
249 possint † produci , & examinari coram iudice per vnum ex compromittentib.in causa,& super lite pendente corā arbitris,licèt non debeat iudex adiri,cum tamen est impedita via , quod actus sit ipso iure nullus,imò valet petitio coram iudice oblata.l.si quis.ff.de arb.& l.si quis rem. & l.
250 si vnus.& §.si multò plus.eo.tit.Sed † nunquid sit necessaria litis contestatio parte opponente. Videtur quod sic in c. per venerabilem . qui filij sint legitimi. contrarium videtur:quia ibi petitur ad perpetuam rei memoriam.Nā potius imploratur inquisitio.s. vt iudex inquirat veritatē à testib.quam vitietur actio,& concluditur iudici,non parti, ideo lite non conte. proceditur, vnde c. quoniam frequenter.est situatum sub titulo vt lite non contest.ad hoc in auth.de testi.§.pen.& hæc est veritas. Sed nunquid arbiter possit examinare , an testis deposuerit veritatem corā iudice,iterum examinando eos duos testes,vt in l.fi.C.de testi.videtur, quod non : quia verisimile est, quod coram iudice qui habet imperium,dixerit veritatem. Respōdeo, iste casus non reperitur decisus . Et dicunt quidam, quod testes iudicis non sunt recipiendi aliàs , repetendi, quia non possunt variare, sed testes arbitri sic. Sed Cynus.in l. is,apud quem.C.de eden. dicit, quod nouus iudex de nouo examinat,per l.per hanc. C.de temp. app. Sed illa non facit:quia loquitur de testi.diuersarum partium:quicquid sit, vacillanti testi, vel varianti in prima testificatione nō creditur:sed si sæpiùs testificetur , creditur dicto priori:qa constat eum periurum.extrà,de testib.c.testimonium.Sed
251 † nūquid magis credatur notario,quam testib.Dic,quod notario,quia fungitur vice notarij,& testis, propter sacramenti exactionē, & ideo notario magis creditur. De hoc in l.j.in fi.ff.quemad.testa.aper.& per Cy.C.de fal.l. si quis decurio. Et ita consuluit Bald. Item si testes dicant, quòd notarius aliter scripsit dictum eorum, quàm ipsi dixerunt testificando,plus creditur notario , quàm ipsis, vt not. in Spec.de instr.edi.§.restat.ver.quid si,dum attestationes. & ver.quid si tantum.& quod no.in addi.Spe.in tit. de sen.§. vt autem.ver.& no.Facit quod not.Bart. in l.si quis filiab. ver.certè aliud.ff.de testa.tut.vbi dicit,quòd semper notarius præsumitur in dubio apposuisse verba importantia voluntatem defuncti,vel contrahentium. Quid autem, si testis,qui deposuit falsum,se excuset,quòd notarius aliter scripsit,quàm ipse dixit?vide Specu.de teste.§.j.ver.sed pone,ecce iudex.

TRACTA-

BIU Cujas

TRACTATVS.

DE EXCVSSIONIB. PIGNORVM,[a]

Editus per Do.Bartolum à Saxoferrato in vltimo anno vitæ ſuæ.

QVoniam tractatus Pignorũ bonus, & vtilis eſt, & frequenter in iudicio occurrit: ideò de excuſſionib.aliquid vtile videndum eſt, ſimile eſt.ff.de diuer. & temp. præſcri.l.1. in prin.ff. de lib. leg.l. legaui Titio. in princ.& vt omnis remoueatur ſcrupoloſitas, ſimile eſt.C. de interdi. mat.l.3. Vt materiam hanc debitè perſtringamus, Primò videamus, quid ſit excuſſio.Secundò,in quibus,& quot caſibus fiat. Tertiò,per quem fiat.Quartò quando fiat.Quintò,vbi fiat.Sextò, quo modò,& qualiter fiat.Septimò, & vltimò, quædam dubitabilia circa diffinitionem excuſſionis videamus, & excuſſio ſic poteſt diffiniri.Excuſſio eſt bonorum & rerum principalis debitoris ad vngulam, vſque ad ſacculum, & peram, facta per iudicem exquiſita diſcuſſio, atque detectio.Ideò autem dixi in diffinitione bonorum, quia ſic dicit lex. C. de reuo. his, quę in fraud.cred.l.1. ibi, eius bonis excuſſis. Et quidem bonorum appellatio generalis, & lata eſt, & quicquid in bonis noſtris eſſe intelligatur, continet,vt dicitur de verb.ſig.l.bonorum.& l. rem in bonis.ff.de acqui.rer.do. Ideo dico rerum quia ſic dicit.l.1.C. de decur.lib.x. Appellatio autem rei etiam generalis eſt,vt ſub ſe contineat pecuniam, & omnem ſpeciem. ff. ſi cer. pet.l.1.in fi.& C.de conſti.pec.l.2.in fi.& ff.de fideiuſſori.& mand.l.ſi ita fideiuſſorem.& de verb.ſign.l. rei appellatio. Imò ſi actionem aliquam ad rem habendam, vel perquirendam habeam,& ipſa in bonis noſtris eſſe videtur.ff. de acq.rer.dom.l. rem in bonis.ff. de reg. iur.l. qui actionem habet.Item ideo dixi principalis,quia ſic appparet,& dicitur in omnib.legib.quæ de excuſſione loquũtur.Ad vngulam,ideo dixi, quia iudex qui diſcuſſionem facit,debet cũcta rimari, vt patet.ff. de cond. & demon.l. ſi cui libertas. arg. ad hoc. C. de ſent. ex breui.reci.l.2. & ff. quæ in frau. cred.l.fi.§.fi.Per iudicem,ideo dixi,quia tex.dicit excuſſionem ſolemniter fieri,vt C. quando & quibus quarta pars de.l.2.lib.x. & ea dicuntur ſolemnia ſiue ſolemniter fieri. quæ fiunt per iudicem,vt ff.de in integ. reſti.l. diuus. & de re iudi.l.& ſi.C.de ſum.trin.l.3.in princip.Facta diſcuſſio & exquiſitio in bonis,quare dicatur, patet.C. de iudi.l. iudices.Ideo autem dixi detectio, quia iudex per decretum,bona quæ ſunt,detegit, ſeu in publico ponit, non autem de nouo inuenire dicitur. argu.de acqui. rer. dom.l. adeo. §. cum quis. in fin.C. de neg. geſt. l. 2. Veniamus ad ſecundum, in quibus, & quot caſibus habeat locum diſcuſſio. Et quidem locum habet, & fieri debet in multis caſibus, qui in ſcriptis legibus continentur, prout per ſe curioſus lector poterit inuenire ſiue reperire,vt li.x.C.de conue.fiſ. l.3.in fi.& C.de decu.l.1.e.lib.x.& C.de magi.conueni.l.aduerſus.ff.de admi.tu.l.3.§.1. & §.nec quiſquam putet. & C. de pig.act.auth.hoc ſi debitor.& in auth.de fideiu.§.1.& C. de fideiu.aut. præſente. & de ac. & obl.l.1. & C. de magi. conue.l. aduerſus. & ff. de admi.tu.l. Lucius.§. cum teſtamento.& aliàs ſecundum vnam lectu.ff. de magi. conue.l. 2.§. ſi inter. & de verb. obl.l. decem. in fi. & ff. de iur. fiſ.l. Moſchis.cum ſi.¶Super tertio membro, ſ. per quem fiat, nil eſt dicendum, quia in diffinitione excuſſionis iam eſt terminatum,quia,ſ.debet fieri per iudicem.l.2.C.quo quiſque ord.conue. lib.11. De quarto, quando fiet. Et dicendum,quòd fieri debet,quando eſt dubium,vtrùm reus principalis ſit ſoluendo,vel non.Si autem eſt certum,& notorium,ipſum eſſe ſoluendo,& idoneum,tunc non eſt locus diſcuſſioni.ff.de verb.obl.l.decem.in fi. & arg.ff. ſi cer. pet. l.2.in fin.& de actio.empt.l.emptorem.§.1.Accedat l. continuus.§.cum ita.de verb.oblig. quia in incertis, non certis,locus eſt coniecturis. concor.l.1.ff.de act.empt.¶Quinto vbi hoc fiat.Super hoc dubium eſt,an in eo loco vbi agitur ſit facienda excuſſio,vel vbi dicuntur eſſe bona. Videtur quod non.ff.de procu.l.ſed & hæ.§.non ſolum. & ff.de arbit. l. ſi cum dies. §. ſi arbiter. arg. de annu. leg. l. Męuiam.§.fi.& ff.de ope.lib.l.quod niſi.§.fi.cum ſi. Item cum ſit condemnatus, vel quaſi pro condemnato habetur principalis ex confeſſione ſua, vel contumacia, arg.C.de omni agro deſer.l.locorum.lib.11.fiet excuſſio per arbitrium iudicis, in cuius territorio res eſſe dicatur, arg.ff. de bonis autho.iudic.poſ.l.cum vnus.§.pe.& C. de iud.l. properandum.§.ſinautem reus.Et hoc videtur verum: quia vbicunque ſunt bona, ſolum fiet excuſſio.Facit pro hoc.ff. qui ſatiſda.cogã.l.ſi fideiuſſor.§.neceſſaria. & de ſimili.q.no. qui. ex cau.in poſ.eatur.l hęc autem.§.fi.auth.niſi.& in glo. quę incip.quas habet.Et ſuper ſexto,quæro,qualiter fiet excuſſio.Hinc pendent leges,& prophetæ,& ſic vna via eſt, quæ nos ducit Romam,ſed non ſola, vt no.ff.de eden.l.2. ſuper verb.proinde. noſtraque intereſt plura auxilia habere, & ſi nobis vtilia non ſint,vt ff.de re.eo. l.1. in fi. de li. leg.l.3. in fi.de vſu.l.ſi bene.ita ſunt plures viæ, & modi ad faciendum excuſſionem.Et primò,videtur,quod ſic fiat excuſſio, videlicet, vt principalis conueniatur, & finaliter condẽnetur, vt ff. de adult. l.4.2.reſpon. & ad Turpill.l. ab accuſatione.§.deſtitiſſe.& de bonis li.l. qui cum maior.§. accuſaſſe.& l.in ſeruitutem.§.petijſſe,& rem ratam haberi.l.am plius. Nam verba cum effectu ſunt accipienda. ff. quod quiſque iur. l.1.§. hæc verba, & ff. ne quis eum, qui in ius voc.l.penul.§.1. Et poſt condemnationem fiat exeuſſio in bonis debitoris,ſi inueniantur, argumen.C. quando fiſc. vel priuat.l.2.Si non reperiantur de bonis excuſſi,locus eſt hypothecariæ, vel ſecundæ conuentioni. argumento ad hoc.ff.de magiſtra.conuen.l.2.in fi.Si verò debitor non in ficiatur,ſed ſe non eſſe ſoluendo allegat, & non appareat, tunc fienda eſt inquiſitio de bonis debitoris etiam non conuicto eo,& condemnato principali debitore,ar.ff. quę in frau.cred.l.1.& C.de magiſtrati.conuen.l.aduerſus. & ff. de iure fiſci.l. Moſchis. Et facta inquiſitione fiat pronunciatio[b] ſuper bonis excuſſi.arg.de confirma.tut.l.tutores. & de fideicommiſ.liber.l.non tantum.§.is autem.¶Secundò modò eſt,quando iudex facit comparere principalem debitorem,& compellit eum pro ſatisfactione, & mulctã indicendo,indicare ſua bona,argumento.C.de iure delib. l.fi.§.licentiam.& C.quando,& quibus quar. pars debea.l. 2.§.exigendis verò debitis.lib.10.arg. contra, quod non.ff. de ceſſio.bono.l.pen. & idem faciet de vxore, & domeſticis,qui talia ſcire poſſunt,vt C.de repud.l.conſenſu.Quòd ſi nihil inueniat,vicinos,ſciſcitabitur, qui ſi ſe neſcire dixerint,ſufficiet iudici fama,& opinio circumuicinorum,& circunſtantium.arg.ff.de fundo inſtru.l.cum de lanionis.§. aſinam.& ff.de flumini.l.1.§.2. Sed ad hoc videtur citandus poſſeſſor rei obligatæ. ff. de adoption. l. nam ita diuus. & de aqua plu.arc.l.in concedendo.arg.optimum. C. ſi propter publi.penſit.l.2.& argu.ff.de reb.eorum.l.magis puto. §.non paſſim.& §.in primis.Et ſi quidem venerit, & negat debitorem inopem eſſe, producentur teſtes per actorem contra eum,probando debitorem eſſe ſoluendo, vt C. de act.hęre.l.ſi adulta.& C.ſi ven.pig.agatur.l. ſi vxor. & ipſe primò poterit producere teſtes ſuos, dicendo, ipſum eſſe ſoluendo. C. de probati. l. ex perſona. & ff.ſi cer.pet.l.fi. quia incidenter cauſa ſua eſt, ergo poterit intereſſe. C. de lib. cauſa.l. principaliter cauſam.de litigio. authen. nunc ſi hæres.Sinautem non venit, iudex nihilominus recipiat teſtes proſequendo inquiſitionem ſuam argumen. C. de teſtibus.l.ſi quando inuitos.& C.de aduoc.diuer.iudi.l.laudabile,& non minus valebit, quòd lis conteſtata non ſit, cum fiat ad præparationem alterius quæſtionis, & totaliter poterit expediri argu.de libera.cau.l.libera. in fi. & C. de adulte.l.qm Alexandrũ.& d.l.fi.ff.ſi cer. pet. Poteſt etiã fieri ab alio modo,ſcilicet,vt iudex pręconem, ſeu executorem ad inquirendum mittat,& referenti credatur, & ita iudex pronunciat,quod bona excuſſa, &c. argum. ad hoc. C. de his, qui ad eccle. confug. l. præſenti. §. ſi tibi. & ff. mand.

ADDITIONES.

a T.D.¶Tractatus de excuſſionibus pignorum.Iſtum tract.inueni in quinto libro confilio.diuerſo.doc.in fol.96. & aliàs pro tractatu Bar. fuit impreſſus per magiſtrum Henricum de Colonia inſimul cum alijs tract.videlicet ſequeſtrorum,Ange. de Peruſi.& Marti.de Fano.quomodo probetur negatiua, & de exceptionibus impedientibus litis ingreſſum,& de poſitionibus.vbi dicitur etiam ꝙ fuit compoſitus per Bartolum vltimo anno vitæ ſuæ. Aduertendum tamen puto, ꝙ aliqui attribuunt iſtum tract. Iacobo Butrig. quia etiam ipſe compoſuit tracta. excuſſionum, quem allegat.Ange.de Aretio,in §. item ſi quis in fraudem.Inſtitutio. de actionibus. habeo etiam iſtum tractat.in vol.conſil.Aug. manuſcripto,vbi attribuitur Bar. Et de materia vide plenè per Ioannem Berta.in ſuo reper.in verb.diſcuſſio. & per Alex. in lege,decem.ff.de verb. obl.& in conſi.73.inci.in cauſa appellationis,& conſil. 83. incipient.ponderatis his.de quibus,volumine.6.& in conſi.84.in 3.vol.incip.in cauſa quæ vertitur.& Angel.de Aretio.in dicto.§.Item ſi quis in fraudem.& per dom. Iaſ.in d.l.decem.& in l.fi.in prin.& ibi ſcripſi.ff.ſi cer.pet.

b ¶Pronunciatio. Vide Ange.de Are.& plenè.in §.item ſi quis in fraudem. Inſtit. de actio.& ibi vide plenè de iſta materia excuſſionis.

BIU Cujas

mand.l.ſi mandauero,& ff.de in integ.reſti.l. diuus. & ff.de reb.eo.l.magis puto.§.ne tamen.& C.de accu.l.ea quidem ſed arg.contra C.de accuſat.l.1.lib.11. Sed conſilium eſt vt duo mittantur executores,cum in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum.vt in auth.de teſtib. in prin. & in auth. de defenſo. ciui.§. ex prouinciali. & argu.C. de bonis vacan. l.fi.ibi,tam ipſius,&c.& ff.de vent.inſpi.l.1.§. & ſi quidem.Super ſeptimo,& vltimo,quęro,quid ſi bona inueniãtur, ſunt tñ in controuerſia, erit ne locus hypothecariæ, vel ſecundæ conuentioni?Et videtur ꝙ ſic.ff.de re iudica.l. à diuo Pio.§.ſuper reb.& C.quãdo fiſcus,vel priuat.l.3.Eꝫ ꝙ non,niſi conuicto an debitor poſſideat,& tunc bona capientur,vt non ſit locus hypothecariæ, vel ſecundæ conuentioni, quandiu ꝙuincas ab eo, an poſſideat aduerſarius,& tunc ſit locus hypothecæ,vt d.l.à diuo Pio.argumẽ in auth.de fideiuſſo.§.ſed neque. Sed quid ſi inueniatur ꝑ parte ſoluendo pro parte non,excuſſione facta?Dic nihilominus etiam locum hypotecariæ in reliquũ debitum ar. ff.de ver.ſig.l.ſoluendo eſſe. Sed an de hac diſcuſſione facienda eſt fides ante litem conteſtatam in hypotecaria, ſi exigatur?Et videtur,ꝙ ſic quia eſt dilatoria, de qua ante litem conteſtatam eſt cognoſcẽdũ,vt C.de prob.l.exceptionem.& facit pro hoc.d.l.fi.ſi cer.pe.& ꝙ no.ff.de excep.l.exceptiones.j.circa fi.¶Sed nunqd valeat ſententia,excuſſione non facta?argu.ꝙ ſic.C.de appella.l.1.Item nunquid in tacita tantum,an in expreſſa habeat locum excuſſio.no.in auth. de fideiuſſo.§. quod autem de cætero.& melius in d. l.magis.Sed pone ꝙ ſunt plures emptores rerum obligatarum,an iſte,qui conuenitur poterit excipere de alijs cõueniendis pro parte virili?Videtur,ꝙ ſic,d.l.magis.Sed cõtrarium eſt,vt ibi no.argu.ad hoc.C.ſi vnus ex pluribus appellauerit.l.fi.& argu.C.de diſtract.pig.l.creditor.& quia cã pignoris eſt indiuidua.ff.de euict.l. rem hæreditariã. ¶Sed pone,ꝙ mulier renunciauit iuri hypothecarię in ꝯctu alienationis factæ à marito,nũquid ſi agat aduerſus alios poſſeſſores rerum mariti deducetur, quod deducere potuiſſet ab alijs? Videtur etiam ꝙ ſic.An facta excuſſione & pronũciatione poſſit excipi,de debitore locuplete conueniẽdo? Et videtur ꝙ non:quia iam iudicatũ eſt,& res iudicata habetur pro veritate.ff.de ſtatu hominum.l.ingenuum.& obſtat exceptio ſi præsẽs ſit,aliàs nõ,quia res inter alios,&c. ff.de re iud.l.ſæpè.in prin.niſi vel per gratiam vel per ſordẽ iudicatum fuerit.C.qñ prouo.non eſt neceſſ.l. venales ſentẽtias. ¶Sed quid ſi dicatur auctas eſſe facultates poſt ꝓnũciationem excuſſionis? Videtur ꝙ nihilominus ꝓcedatur in hypothecaria,argu.qui ſati. coga.l.pe. & conueniri poteſt,vt in auth.de fideiuſſ.§.1.& no.C.de pig.auth.hoc ſi debitor.Laus Deo.Bar.à Saxoferrato.

[a] TRAC. DO. BARTOLI [a]
A SAXOFERRATO.
DE QVAESTIONIBVS.

DE quæſtionibus Plenius tractaturi,videndum eſt, qd ſit qõ,& quę perſonę poſſunt torqueri,& quæ non,qualiter inquiſitio,ſeu quæſtio fieri debeat,ſiue quo moderamine habenda ſunt tormẽta, & quo ordine ſunt homines torquẽdi,& ex quibus cauſis,& quæ oporteat præcedere quæſtionem,& quis ſit quæſtionis effectus.Demum formabo quaſdam vtiles, & frequentes q̃ſtiones ſuper prædictis,& vt iudicib.immodicè ſęuiẽtibus aliqua temperies imponatur, præmittenda ſunt quinque Primum eſt,quod iudices qui de aliquo qõnem habere intendunt,ante omnia habeant iuris, & humanitatis conſiderationem,& non facile ad tormenta proſiliãt, nec repẽtè,quantuncunque habere prætendant veriſimilia argumẽta ad quæſtionem accedãt, ſi aliqua leuiori via poterit obiecti criminis veritas reperiri,vt ff.eo.l.diuus 1.& 2.reſp.& l.edictum.C.e.l.quoties. Secundum verò,quod nõ de qualibet leui cauſa nec quolibet leui crimine, nec indifferenter de quibuſcunque perſonis eſt habẽda qõ.vt d.l. edictũ. Tertio verò quod non quælibet indicia ſunt ſufficiẽtia ad tormenta habenda, tunc enim torquendus eſt reus, cum ſuſpectus eſt,& indicia præceſſerint veriſimilia talia, quod ſola confeſſio, & talia quod ſola torquendi neceſſitas eſſe videatur,vt ff.eo.l.1.2.rñ. Quartũ verò quod in qõnc nõ eſt aliquis repetendus niſi duo concurrant.ſ.quod noua ſuperueniant indicia,& quod in tormentis animus corpuſque durauerit.vt ff.e.l.vnius.§.1.Quintũ verò iudices tẽperamentũ hoc teneant,vt tormenta de aliquo non faciant immenſa,nec quantum poſtulauerit accuſator, ſed prout moderatæ rõnis tpamenta deſiderant,adeo ꝙ tortus innocentiæ,vel ſupplicio ꝙſeruetur,vt ff.eo.l.de minore.§.tormenta.& l.qõnis modum.ff.eo. aliàs tenetur de iniuria,vt ff.de iniu.l.item apud Labeonem.§.qõnem.ibi. tormenta. Quæſtio aũt definitur ſic, Quæſtio eſt inquiſitio quædam ad inueniendum veritatem per tormenta,& corporis dolorem.Nuda igitur interrogatio,vel leuis territio non pertinet ad hoc ædictum.ff. de iniuri.l. item apud Labeonem. §.adijcitur aduerſus.ff.ad Sylla.l.1.§.qõnem. ¶ Quæ perſonę pñt torqueri,& quæ nõ?& certè torqueri pñt tam liberi quam ſerui,& liberti,& ſtatuliberi,vt ff.e.l.edictum.& l. ex libero.& l.diuus. & tam maſculi quam fœminæ, niſi dum ſint prægnantes.vt ff.de pę. l.prægnantis. & q̃q̃ quidam ꝯrium dixerunt,dic indubitanter liberos hoĩes,tam in ſe ipſos,quam in alios poſſe torqueri, vt ff.eo.l.ex libero. & in l.vnius.§.teſtes.& C.ad l.Cor.de fal.l.ſicut.& l.ſi quis decurio.& ff.de re mi.l.ꝓditores.& aut. vt iudices ſine quoquo ſuffr. §.oportet enim.& C.eo.l. milites. vbi indiſtinctè loquitur,& quo ad perſonas cuiuſque condõnis,excepto, ꝙ perſonas in dignitate poſitas torqueri non permittit, vt C.de infa.l.nullam exiſtõnis infamiam. vbi de hoc. & C. de aſſeſſori.l.nullus.ad fi.Omnia ſuperiora iura loquuntur de qõnib.habendis de liberis hominibus. Excipiũtur quædam perſonæ, quas ius torqueri nõ permittit. Quidam ꝓp ętatem,vt minor.14. anno.torqueri non poteſt,ſed poteſt ferula cedi, & terreri corrigia, vel virgis leuiter ad eruendam veritatem,probatur.ff.ad Syll.l.1.§.impubes. & l.excipiuntur.& ff.de qõ.l.de minore.§.1. & d.l. ex libero.§.1.eo. Item decrepitis ſubuenitur,vt non torqueantur. Sed quæ dr̃ iſta ætas decrepita,cui debeat ſubueniri?Rñdeo,vt ff.ad Sylla.l.3.§.ignoſcitur.Item in dignitate poſiti non torquẽtur,vt eminentiſſimi iudices,milites,decuriones,filij,& nepotes prædictorum,vt in eos aliqua pudoris macula nõ detegat, vt C. eo.l.diuo Marco.& l.decuriones.& l.milites. & ff.de decu.l.fi.Sed in quibuſdam criminib.dignitas non probet excuſationem,nec etiam minor ætas, vt non torqueantur,vt in crimine lęſę maieſtatis. & in proditorib.& in quibuſdam alijs,vt ff.e.l.de minore §.1. & l.ex libero.§. 1.ff.eod.& ff. de re milita.l.deſertorem.§.is qui. & l. proditores.Item decuriones in alio caſu torquentur,cum quæritur de fid. inſtr. quæ ante decurionatum fecerant, vt l.ſi quis decurio.C.ad l.Corn.de Fal. Item mulieres quæ ſunt prægnan-

ADDITIO.

[a] T.D.¶Tractatus do.Bar.Aduertendum puto, quòd aliqui attribuunt iſtum tractatum domino And. de Piſis,ita in 20.vol.conſi. diuer. doc. in char. 168. attribuitur, inci.de queſtionib.tractatus, videndum eſt tamen an ille tractatus in aliquibus eſt diuerſus ab iſto.Aliqui etiam attribuunt Dyn.ſed clarum eſt, quòd Dy.compoſuit tra.de quæſtionib.prout alle.do. Alex. in l.1.§. ſi ſeruus.ff. de queſt. in addi. Bar. & ibi etiam all.Bar.in iſto trac.tamen iſte tractatus non eſt Dy.quia pluries all.Dy.in iſto trac.& maximè circa fi.& in lib.Alb.de Gandino maleficiorum in rubri.de quęſtio. & tormentis.5.vol. Aliqui etiam dicunt,quòd Ange.de Vbaldis compoſuit iſtum tract.ſecundum Ale. de Imo.in l.qui aliena.§.Celſus.in fi.ff.de acq.hæ.vbi dicit, quòd iſte tra. non eſt Ang. licet attribuatur Bar. quia non eſt ſtylus eius tamen, Ange.compoſuit etiam ipſe trac.de quæſtionib.& ipſum alle.Ale. in d.l.1.§. ſi ſeruus.ff.de quæſtio.& ibi alle.Bart.in iſto trac.& ſic eſt diuerſus ab iſto. Aliqui etiam dicunt vt do.Aug. de Arimino in addi.trac.maleficiorum Ang.de Are.in verbo, fama publica in 7.col. quæ incipit,tu autem in hac materia dic quòd iſte trac. non eſt Bar.ſed do.Alb.de Gandino,vbi dicit, quod eſt de verbo ad verbum.vna ſyllaba nõ detracta. in operibns Gandini in rub. de quæſtio. & tormen. & malè fecit Ang. de Are.alle.Bart.in iſto trac.Sed in rei veritate iſte trac.eſt Bart.vt j.dicam. Nec ob.ratio do.Aug.vbi dicit,quòd iſte trac.eſt inſertus in opere Gandini, & quòd qui inſeruit malè fecit, ex quo non eſt opus do. Alb. Gandini, & quòd ſit verum, apparet: quia in dicto opere in rub.de quæſtionib.& tormen.in ver.ſed quid ſi iudex.in fi all. Cy.in l.Gracchus.C.de adul.Conſtat autem Cy.fuiſſe per multa tempora poſt do. Albertum,& ideò malè d. Aug. reprehendit Ang.de Are. Alij autem dicunt, quod iſte trac.eſt Guidonis de Suzaria,& eſt inſertus in trac.de ordine maleficiorũ, &c. in v.par.in rub.de modo in tortura ſeruando. Cui etiam fecit additiones de anno domini.1488.do.Lud.Bolog.Bononien.tamen in rei veritate non eſt do. Guido.qui fuit ante do.Alber.de Gandino per multa tempora. Concludo ergo, quòd iſte tractatus eſt do.Bar.à Saxofer.& ita pro tractatu Bar.alle.Ang.de Are. in ſuo lib.maleficiorum in verſi.fama publica.& do.Ale.in conſ.1. in 1.vol.inci. in cauſa inquiſitionis formatæ.quod eſt duplicatum in conſ.93.in eo.vol.ibi etiam dicit,ꝙ Bar.compoſuit iſtum tractatum,licèt aliquando dubitauerim,an fuerit ab eo editus,& etiã pro trac.Bar.allegat idem Ale.in d.l.1.§.ſi ſeruus.& in §. diuus Seuerus.ff. de quæſtionib.& in l.vnius.§.reus.& in l.qui ſine.& in l fi.ff.eo.ti.& in l. milites.C. de quæſtionib.in additionib.& apoſtillis.Bar. & in conſi.1.in 3.vol.inc. viſo proceſſu inquiſitionis formatæ.vbi alleg.Bar.in iſto trac.& dicit,ꝙ inc.de quæſtionib. pleniùs tractaturi,& ita incipit & idem Ale.in l.centurio.ff.de vulg.& pup.vbi allegat. Bar. in iſto tract.& dicit,quòd ſibi attribuitur. & pro tractatu Bar. allegat etiam dominus Paris de Puteo in ſuo trac.de ſyndicatu.multis in locis.Ex quib.ſequitur, quòd iſte tractatus eſt Bar.ex quo etiam tanti doc.eum alleg. Ego in libris antiq. manuſcriptis.& maximè in 1.vol.conſi.diuerſo.doc.in 2.fol.& in 20 vol. in fo.109.in ſuprascriptione dicitur,inci.trac.Bar.à Saxoſer.de quæſt.Et ad de quod do.Anto.de Canario doctor ſingularis compoſuit & ipſe trac. de quæſtionib. & tormentis incip. quæſtionum,ſeu tormentorum materiam vtilem,&c.

BIU Cujas

prægnãtes,torqueri non pñt.l.prægnãtis.ff.de pœn.¶Qualiter autem debeat inquisitio fieri,& cum quo moderamine sint habenda tormenta?Dic. non esse immensè habenda,nec quanta postulauerit accusator,sed cum moderamine rationis, vt ff.e.l. de minore §. tormenta. & l.quæstionis.c.ti.Et circa hoc non potest certa regula tradi, sed iudex consideret torquendum,cuius sit fortitudinis,valetudinis,debilitatis, & ſm varietatem personarum, & qualitatem criminis, seu alterius negotij quantitatem, quandoque asperiorib.quandoque mitiorib. hæc enim sunt considerãda,vt arguit per iura.ff.de re mi.l.3.§.fi. ff.ad Syl.l.si quis in graui,& l.subuenitur.& l.1.§.impubes.Sic ergo torqueantur,vt innocentiæ,vel supplicio ꝑseruentur incolumes,vt ff.eo.l.qõnis modum.Quo ordine sint habenda tormenta posito quod sint de pluribus?Rñ, sagax iudex considerabit à quo facilius veritas erui possit, vt ab illo qõnem incipiat.Item à timidiori,& magis suspecto.Item à minori,& debiliori,non à fortiori,vt ff.e.l.1.& l.vnius.1.rñ.Item si torquendi sunt pr̃ & filius,à filio incipiẽdum est in pr̃is ꝑspectu:quia per hoc citius dicet pr̃,quasi ipse magis torqueatur,&c.vt ff.quod met.cau.l.isti quidem.§.fi.& Insti.de noxa.§.sed veteres.Item fœmina priùs torqueatur, quàm masculus,quia hõ est maioris ꝓstantiæ,& iõ tardius ꝓfitetur,& mulier citius, quia momentaneum, & instabile corhẽt,vt l.filia in orbitate.C.de inof.test.extra.de ver.sig.c.forus & ff.de iu.fis.l.defert.in prin.¶Ex quib.causis torquentur hoïes?Rñ.ex ciuili,& crĩali:& tunc cum veritas aliter reperiri non potest,vt ff.e.l.diuus.& l.ex libero. & C.e.l.quoties.non tñ ex oĩ cã quis torquendus est, nec quælibet persona indifferenter,vt ff.eo.l.edictum. Quæ oportet præcedere qõnem?Dic,indicia sufficientia,& verisimilia: nam à tormentis incipiendum non est, vt ff.e.l.1. 1.rñ. Nam sine indicijs,seu præsumptionib.quis torquendus non est.l.nimis.§.in ea cã.& §.fi.& l.maritus.& l.fi.ff.e.& C.de fal.l. sicut.in fi.& in acriorib.est valde ꝓsiderandum,& ponderandum nunquid indicia sint verisimilia,& sufficientia ad habendam torturam,cum in talib.restõ, vel appellatio subsequens prodesse non possit:nam plerique dum torquentur deficere,& perire solent,vt ff.de pẹ.l.aut facta.§.1. Et qđ ante torturam oportet præcedere indicia, patet per iura superius alle. & C.eo.l. milites & ff. de bo. dam.l. cum ratio
a naturalis cum si.Sed quæro,quæ,[a] & qualia? Rñdeo certè non pñt bñ dici,vel ondi,vel de eis,certa distinctio,vel doctrina dari, sed hoc ꝓmittitur arbitrio iudicis, vt ff. de testib.l.3.in prin.ibi, tu magis scire potes.Et sic dicimus de accessionib.& mora vt ff.de diuer.& temp.prẹscr.l.de accessionib. & ff. de vsur.l.mora.& gñaliter oẽ quod non est deter
b minatum[b] à iure,relinquitur arbitrio iudicis, vt est videre de pẹnis non determinatis à iure.ff.de pẹnis.l.hodie. & l. sanctio.& ff.de effracto l.1.sic de tẹ dicimus,qñ indeterminatè profertur,vt ff.de iure deli.l.1.Possumus tñ doctrinam talem tradere,quod astutus iudex debet solenniter instare ad indicia indaganda ꝯ delatum ex aliquo crimine. Nam indicia sunt alijs probationib. proxima, & quasi demonstrantia veritatem,& probõnum adminicula ad indaganda veritatem,vt C.de prob.l.instr̃a domestica.& l.fi.sunt enim indicia pars probõnis claræ. vt C. qui testa. fa. pos.l. hac ꝓsultissima. in prin.ver.deinde.ibi indicia,&c.Nam indicium dicitur ab indicando.vnde indicia, i. demonstrantia adminicula ad indagandum veritatem, vt C. ad l.Iuliam.de adul.l.qui adulterij fuerint accusati.& ff.de præscr. ver. l. solent. Quærãt quoque iudices,& instanter indagẽt oĩa,cum quib.& per quæ loca cõuersabatur delatus quem torquere intendit:qñ mala ꝓuersatio parit indicium,vt ff. de admi.tut.l.si plures oratores.§.assiduè.Nam ex mala cõuersatione,bonus efficitur vitiosus,vt ff.de ædi. edil.l. ediles etiam hoc præstare.§.Pẹdius in fi.ibi, aleator fortè & c. Ad idem dictum Philosophi,Qualis quisque est,talium cõsortio delectatur.Item ꝓsiderentur loca, in quib.ꝓseruabatur,quia ſm locorum varietatem varia colligitur ꝓiectura vt C.si manci.ita fue.alie.l.fi.& ff.de pẹ.l.aut facta.§. euentus.Item instet quærere,si erat inimicus offensi,vel aliqua offensio euenerat inter eos, quia tunc erit præsumptio, culpæ: quia inimicũ de inimico malè cogitare facere, ius præsumit, vt notatur. ff. de his quib.vt indi.l.si inimicitiẹ. & ff.de adi.le.l.3.§.fi.Item studeat inuenire,cuius existimationis & famẹ bonẹ,vel malẹ,& qualis fuerit fama, & opi. eius in ciuitate,talem eum præsumimus,vt ff.e.l.de minore.§.tormenta. ibi vel existimationis, &c.ff. de rei ven.l.si à bonẹfidei in prin.& in auth.de tes.§.sancimus.Item potest iudex indicia sumere ex ꝓstantia,vel trepidatione vocis,vel membrorum,vel pallore,vt d.§. tormenta.locutio. enim & ꝓstantia vel trepiditas cuiusqùe iõ aĩaduertenda sunt,vel indaganda, qm̃ multum ꝓferunt ad indagandum, veritatem,vt d.§.tormenta. Item indaget cuius vitẹ primò fuit, & an talia,vel similia, de quib.inculpatur ad præsens, facere ꝓsueuit.Nam de vno quoque bonum,vel malum p̃ sumimus ꝓsideratis primò actitatis vt ff.de re mi.l.deserto rem.§.is qui ad hostes.ibi, inspecto vitæ eius præcedentis actu.& l.non omnes.§.à Barbaris.de re mil.& de suspe.tut. l.tutor quoque.§.quæri potest.Ex gestis.enim præteritæ vitæ metimur prẹsentia, vt C. de præpo. ãgen. in reb.l.1.§. fi.li.x.Item an fuerit ei minatus, qm̃ erit indicium, quod operib.adimpleuerit quod verbis profudit terrendo. ex hoĩum.n.dictis facta pensantur,vt C.si quis Impe. maledi. l.vnica.ff.de sup.le.l.Labeo.Item ꝓsiderandum est, an sit talis, qui ꝓsueuerit, & habuerit posse talia attentare, & est no.dignum vt ff.ad l.Iul. ma.l.si famosi.ibi, an potuerit facere,& an quid sit fecerit.&c. item si aufugerit, est indicium ꝯ eum,vel si se absentauerit statim post perpetratum maleficium,ar.in auth. de exhib. & intr.re.§. si verò etiam & C.de assess.l.ꝓsiliarios. cum si. Item testes recipiat super maleficio commisso in loco vbi fuerat commissum, an in via,an de nocte,an de voce publica, & de fama, quæ aliàs sit circa probata coadiuuans,& faciunt indicium ad torturam,vt ff de test.l.3.§.eiusdem.ibi aliàs veluti consentiẽs fama.ff.de flu.l.1.§.fluminum. Ex multis allegationib. curiosus iudex potest indicia sumere ad informandum ꝓsciam
c pro eruenda veritate delicti.¶Demum restat videre, quis sit effectus qõnis. Et certè si absque formidine tormentorum vltrò quis ꝓfiteatur crimen,dixerunt quidam antiqui, & quidam Mod.doc.eũ non esse statim damnandũ,sed debet iudex stare per diem, vel ad tp̃s,ſm qualitatem criminis, & personæ ꝓdõnem, & interim facere repræsentare reum,coram se.& interroget, an velit stare dicto ꝙ dixit, an ꝯdicere, vel reuocare.Et hoc iõ dicunt ipsi,quia ꝓfessio in criminali cã non statim p̃iudicat nec statim facit plenã probõnem,vt expresse dicitur. C.de cust. & exhi.reo.l.2. & ita intelligunt.l. illam, quæ non distinguit, an formidine tormentorum,an sponte sit facta ꝓfessio,& ita intelligatur. ff.e.l.1.§.diuus Seuerus.ibi,pro exploratis facinorib. & §. si quis vltrò. Et sic dicebant isti interesse inter confessionem habitam in ciuilibus. & criminalibus, quia in ciuilib.non est opus perseuerantia,sed statim tenet: in criminalib. verò si vltrò sine formidine tormentorum,habita fuerit ꝓfessio,est opus perseuerantia, per prædicta iura, vt iudex magis ponderatè, & solertius in criminalib. quàm in ciuilib.procedat:nam vbi maius vertitur periculũ, &c. facit.C.de fal.l.vbi falsi examen.facit melius. C. de pẹ.l. vt mirum,si ita tam variè, cum criminalia iudicia cũ ciuilib. quasi nullam habeant similitudinem,vt Institu.de pub. iudi.in prin.Tu dic ꝯ, & hæc est communis opi. quod si quidem quis in se ꝓfitebitur crimen sponte, statim carcerabitur:& illicò absque alia perseueratione,vel ꝓfessione damnatur,vt l.cum reis.& l.qui sn̄iam.C.de pẹ.Et ita intelligo de custo. reo.l. si ꝓfessus. Non ob.§. diuus Seuerus. & §.si quis vltrò.quia intelliguntur in ꝓfessionib. habitis in tormentis.Et ita intelr.l.2. de cus.reo.C. ſm veriorẽ. le. vt patet in fi.d.l.2.ibi,vt iudicib.immodicè seuientib.&c. Sed si in tormentis,vel formidine tormentorum: tunc non statur,nec debet hr̃i prò explorato facinore, vt d.§. diuus. & C.quo ap.non reci.l.2.& est rõ,vt ff.e.l.1.§.qõ., ibi. etenim res est fragilis, & periculosa,& quæ veritatem fallat, &c. & tunc hẽt locum.l.2.de cu.re. vt iudex faciat crimi nosum ad se redire,& quærat vtrum velit in sua ꝓfessione perseuerare,an retractare: & si perseuerauerit tunc ꝓfessio valet, aliàs non.vt d.§.si quis vltrò.& d.l.2.C.quo.ap.non rẹc.Sed
d quid[d] de q.quotidie occurrenti.Aliquis subijcitur quæstioni,confitetur contra alterum. nunquid stabitur dicto suo? Et distingue,aut torquetur simpl̃r in alios, vt in socios & non in se,tunc statur dicto suo,cum alijs indicijs,vt iudex ex dicto torti,& alijs indicijs ad condemnationem procedere possit,vt C.de assess.l.nullus ad fi.ff.de quæst.l.edictum. & l.1.§.qui quæstionem.ibi.alterum.n.magis suggerentis, quam requirentis veritatem. Et idem Tullius in Topicis, ibi,non tormentis,verum igne fatigari,quæ dicunt,videntur

ADDITIONES.

a T.D.¶Quæro quæ.Vide Ale.in l.1.§.idem Cornelio Proculo.ff.de quæst. in addi. Bar.& l.vnius.§.reus.ff.eo.tit.& l.qui sine.in versi.veniamus.eo.tit.

b ¶Determinatum.Vide Ang.de Are.in tract.maleficiorum,in ver.fama publica.

c ¶Demum restat.Vide Ale.in l.fi.ff.de quæst.in add.Bar.& ibi dictum ponas hic.

d ¶Sed quid.Vide Ale.in l.1.§.si seruus.in addi.ff.de quæst.

BIU Cujas

tur dicere, saluo si dixeris de inimico: quia tunc non facile creditur: sed nec fides omnino detrahenda, sed causa cognita erit fides adhibenda, vel non, vt ff.e.l.1.§.1.& argu.ff. de testibus.l.3.in prin. Aut torquetur in se, & in alios, & si nihil de se confitetur, habent locum.s.proxi.dicta, si confitetur de se,& alijs, tunc ſm Azo.cuius opi.præualet, est inuenire regulam,& instantiã à regula.rr, super proprio crimine confessus, super conscientia non scrutetur aliena: quia tortus, de se non confessus, non debet interrogari de alijs, maximè de socijs, vt in l.repeti.§.is, qui de se.ff.eo. & C.e.l.sicut.in prin.& C.de accu.l.fi. Et si de facto suo interrogatus, vel sine interrogatione dicat de facto aliorum, non statur dicto eius. Quod fallit in casib. in quib. de se confessus torquetur,& de alijs interrogatur, si tamen contra illos alia præcedãt indicia, Primus casus est in quibusdam latronib. & maximè in his, qui vt de se confessi torquendi sunt,& interrogandi de consocijs,& mandatorib. & receptatorib. vt ff. de cu. & exhib. reo.l.diuus Antoninus,& diuus Adria.& C.de fer.l.pen. Secundus casus. C.de fal.mo.l.1. Tertius est.ff.de exh.re.l.fi. Quartus, C.de male. & math.l.fi. Quintus de seruo de nece dñi in se confesso, vt torqueatur,& interrogetur, quo mandante,& c.ff. ad Syl.l. prius.& l.& si certus sit percussor. & est speciale, vt sentit ibi apparatus, vt ff.de quæst.d.l.repe.§.is qui de se.& ff.ad l. Aqui.l. proinde Neratius.§.sed & si seruus. Et bene dixi, si aliqua præcedunt indicia: quia aliter non debet interrogari de alijs vt.C. de quæst.l.1. Item eius responsio non erit plena probatio contra illos, quos inculpauerit, licèt sit aliqua præsumptio, vt in apparatu.d.l.fi.C. de accu. Sed nunquid propter istam talem præsumptionem poterunt isti inculpati à torto, poni ad tormenta? Respon. ꝙ sic in dictis quinque casib. exceptis, ar. præalleg.l. nullus, & arg.ff.e.l. edictum.& l.1.§.cum quis latrones,& argu.ꝙ idem in alijs. ff.eo.l.1.§.diuus Adrianus Calphur. In alijs verò nõ, vt.C. de accu.l.fi. & ff.eo.l.is cui. Sed quid si persona inculpata à torto, sit homo malę conditionis, & famæ, nunquid in alijs casib. exceptis.s. scriptis actitatis poterit subijci quæstioni? Dic, ꝙ non de iure: eo quia non præcesserunt indicia sufficiẽtia, nec inculpatio eius facta à torto inducit indicium: cum interrogari non debuerit. vt C. de accu.l.fi. & ff.de quæst.l.is cui. ergo quod inde sequitur tanquam factum lege prohibente non valet.l.non dubium.C.de legi. tamen de consuetudine videtur torqueri, pro qua facit.ff. eo.l.1.§.diuus Adria. Sed quid de quæstione, quotidie occurrenti. Accusatur quis de furto indicijs præcedentib. ad illud furtum, torquetur, & confitetur illud furtum, nunquid debeat procedi ad repetitionem torturæ, vt indagetur & confiteatur de alijs furtis à se commissis, de quib. nulla habentur indicia? Dic, ꝙ non, iuris subtilitate, arg.eorum quæ dicentur. ſ. prox. quæst. Pro ista parte est etiam, quia quantum ad ista furta, pro quib. in specie, vel in genere nunc quæritur, de nouo nulla præcedunt indicia, & sine indicijs nemo torquendus est, vt C. de fal.l. sicut. & ff.de quæst.l.1.in prin.& l.maritus. sed de generali consuetudine Italiæ, quotidie seruamus contrarium, & specialiter in furtis: quia magis frequentantur: quæ consuetudo potest adiuuari.ff.de re mili.l.non omnes. §. à barbaris. & ff. de offic.præsi.l. congruit, Sed quid de quæstione, quæ quotidie locum habet, de aliquo semel habita quæstione sine aliquo nouo accidenti, nunquid potest? Videtur ꝙ sic.ff. eo.l.repe. & l.nunc.§.1.quæ indistincte dicunt repeti posse, vbi lex non distinguit, nec nos.ff.de publici.in rem act.l.de pretio. & l.1.§.generaliter.ff.de leg.prestan. Tu dic, ꝙ non, sine nouis indicijs, vt si tortus dixerat illum illa nocte iacuisse, vbi maleficium fuerat commissum, posteà inuentum est per testes, ꝙ alius ibi iacuit, certè hoc casu repetitur propter dictum indicium. Sic dicit Odof. & hæc est communis opi. non tamen allegatur aliqua lex. Tu alle.ff. de ver.sig.l.boues.§.hoc sermone.ff.pro so.l. socius pro filia.§.nec si prior. Assessores tamen honoris auidi hoc non seruant, imo quotidie repetunt quæstionem absque nouis indicijs quousque de obiectis criminib. audiant veritatem, quorum opi. potest argumentis defensari, vt in auth. vt iudi. sine quoquo suffr. §. oportet. ibi iudices torquebunt fures,& non prius quiescant, &c. Consideret autem bonus iudex in quæstione repetenda, quo tortus etiam animi, & corporis fortitudinem perdurauerit, vt. ff. eo.l. vnius.§.reus. Quid si aliquis dum esset in tormentis diceret, teneatis me in tormentis quantum vultis, quia si starem vsque ad x.an. nihil dicerem: quia in nihilo sum pollutus de obiecto crimine,& sic omnia diffitetur, nunquid stat tim de tormentis est relaxandus, & dimittendus ire vias suas? Certè non, sed procedatur ad torturam cum temperie vel asperitate, ſm conditionem criminis,& ſm conditionem criminosi, & criminis qualitatem: & si confitetur, bene quidem, si autem non, iudex debet eum retinere in carcerib. & si noua aduenerint indicia poterit cõnem repetere, si autem noua indicia non aderunt, tunc statuet accusatori cõpetentem dilationem ad probandũ, & si poterit conuinci, condemnabitur, aſs non, vt.ff.e.l.2.§.1. & e.ti. l.vnius. Sed quid de cõne de facto quotidie occurrenti, criminis indicia præcedunt, per quæ iudex informatus, potest procedere ad torturam. Dicit reus iudici. Dñe iudex, detis mihi defensionem antequam ponatis ad torturam, quia sum paratus incontinenti arguere contra indicia contra me recepta nunquid audiendus est,& sibi defensio danda antequam reus terqueatur? Vr, ꝙ non, per l.iij.C.vbi se, vel cla. ibi nec quas ante ꝓbones iniurias patiatur, &c. cum in illis personis in dignitate positis sit speciale, ergo vr in cæteris ꝙ in ꝺrium erit ius commune. ar.ff.ad mun.l. 1.in fi. nam primò actor probat,& fundata intentione, reus opponit exceptiones.& defensiones suas, vt C. de excep. l.si quidem.& C.de prob.l. exceptionem. & sic primò debet fundari totaliter intentio actoris per testes, vel confessionem rei, antequàm audiatur in sua defensione, vel exceptione reus. Tu dic ꝙ contrarium est verum. s. ꝙ primò sit danda defensio, antequàm torqueatur, maximè quando est crimen tale, quo probato non debet ad torturam ꝓcedi: & hoc illa ratione, quia à citatione, vel interlocutione facta à iudice quod quis torqueatur, appellatur, vt ff.de appel.rec.l.2.quæ inci.ante sententiam. Et est ratio consideranda, quare à tali interlocutoria permissum est appellare: nam si defensio tolleretur propter torturam non posset postea recuperari detrimentum membrorum, vt d. l.ante snĩam. nam etiam quãdoq; deficere solent in quæstione.ff.de pę.l.aut damnum.§.1.Præterea, confesso datur sua defensio, vt C. de custo. & exhib.reo. l.2. multò magis huic non denegabitur. Præterea, videmus, quòd iam damnato ex confessione facta in tormentis, & perseueranti, princeps subuenit etiam post sententiam, defensionem suæ innocentiæ concedendo, ac snĩam retractando si constiterit de innocentia condemnati, vt ff.eo.l.1.§.si quis vltrò. Si igitur iam ꝺfesso, & ꝺdemnato ꝺceditur defensionis facultas, tanto fortius ante tormenta denegari non debet. Cum enim quod est plus conceditur, non debet denegari quod est minus vt dicit rra iuris.c.cui licet. de reg. iu. li.vj. Quid plura? legitur in iure exp̃sè, qđ quocunque tpe iudicij reo petenti defensio danda est.l.vnius. ibi quo tpe postulante reo, &c. Sed quid de quæstione q̃ sæpè vidimus de facto. Testis fuit tortus, & in tortura ꝺfessus, nunc añ snĩam dicit se erasse, nunqd poterit reuocare errorẽ suũ? Rñ. aut est error facti, aut iuris: primo casu potest vsque ad snĩam. Et est rõ, quia non vr fateri, vt de confess.l.2.in prin. Item talis error non solet vsque ad snĩam obesse, vt C. de iuris & facti ignorantia.l. error.& facit optimè.C. quorũ appel.non reci.l.2. Nam ꝺdemnato & confesso in tormentis subuenit, errorem suum, siue ignorantiam docere volẽti,& si ostenderit, absoluitur, vt ff. de quæst.l.1.§. si quis vltrò: multò fortius debet iste audiri,& errorem suũ corrigere ante sententiam. Itẽ iste non perseuerauit in confessione, ex quo non expectauit sententiam. Itẽ confessus formidine tormentorũ habitorũ, vt C. quorũ appel.non reci.l.2. Si in iure errauit, tunc non põt venire ꝺ ꝺfessionem, vt d.l. errorem. Sed quid si aliquis confessus est in tormentis,& non perseuerauerit, nunquid ex tali confessione apparebit semiplena probatio? Vr ꝙ sic, vt in apparatu.l.2.C. de custo.& exhib.reo.& ff.de quæst.l.i.§.diuus Seuerus. qui §. intelligitur in ꝺfessione torti, in qua nõ extitit pseueratũ. Vel dic (& fortè verius) quod ibi pseueratũ est, tñ talis confessio nec plenã nec semiplenam ꝓbationem inducit, qm nullo mõ ꝺfiteri, & ꝺfiteri formidine tormentorũ parib. passibus ambulãt. C. quorũ appel.nõ recip.l.2. Sed qđ si aliqs est tortus, nullis vel nõ legitimis indicijs p̃cedẽtibus? [a] Dic qđ non nocet quantũcunque perseuerauerit in ea, vt est expressum.ff.e.l.diuus.§.ex quib. & l.maritus & l.pe. ſm vnam lect.& argu.C.si ex fal. instrum.l.iij. & iiij. Præterea hoc

ADDITIO.

a Præcedentibus indicijs. Vide Ale.in consi.1.in 3. vol.viso processu, cum concor. de quibus ibi per eum.& in consi.5.& in consi.93.quod inci.in causa inquisitionis.in 6. vol.& in l.qui in aliena.§.Celsus.in vlt.col.ff.de acq.hære.& vide plenè per Fel.in c. qualiter.2. in §. licet.de accu. Barb.in consi.vlt.in 2. volu. & Cal.in consi.1. in tit. quod met.can.

BIU Cujas

hoc eſt de ſubſtantiali ſolemnitate habēdę qōnis, quod indicia præcedant, alias quis torqueri non poteſt, cum à tormentis non ſit inchoandum, vt ff.e.l.j.ij.& iij.l. maritus.& C. e.l.milites. quo deficiente, quicquid ſequitur, nullum videtur ipſo iure.l.non dubium.C.de leg.& C. de fid.inſt. l.j.lib.x.& ff.de in integ.reſt.l.diuus. C. de appel.l.noīationib.cum ſim.¶Dictum eſt.s̄. quod ex ꝓfeſſione in tormentis facta non præiudicatur, niſi in ea perſeueratum ſit, ſed eſt quæſtio, quæ dicatur in tormentis facta? Reſpon. facta in ipſis tormentis eſt, cum ad pedem torturę ducitur ligatis manib. & terror inducitur à iudice ꝙ niſi confiteatur, incontinenti ſubijciet eū quæſtioni. Certè non tenet talis confeſſio, niſi in ea fuerit perſeueratus, quia lex ęquiparat confeſſionem factam in tormentis, & extortam formidine tormentorum, &; eſt notabile quod ibi dicit de formidine tormentorum, non autem dicit, in tormētis, quod ibidem ſentit gl.& arg.ff.de iniurijs.l. item apud Labeonē. §.adijciē.ibi nuda ergo interrogatio, vel leuis territio, &c. ibi, vel leuis territio, &c. ergo à contrario ſenſu, non leuis territio habetur, pro ipſa tortura. Et accedat ꝙ legitur, ꝙ ſufficit terror armorum, etiam ſi eis quis vſus non ſit, vt ff. de vi & vi arm.l.& idem.§.ſi armati. Et æquipollētia ſunt, hoīem gladio percutere, & ſtringere, vt ff.ad legem Corn. de ſica.l.1.§.diuus & facit.ff.ex qui.cau.ma.l.2.& C.ꝙ met. cau.l.metum. Sed quid de quęſt.iſta. Continetur in ſtatuto ciuitatis, ꝙ quis nō poſſit torqueri, niſi in certis caſib. Poteſtas honoris auidus, extra illos caſus conceſſos per ſtatutum, vult eruere veritatem criminis, non tamen vult ponere ad torturam, ne incidat in pęnā ſtatuti, ſed ipſe præcepit eū detineri in turri, vel alio loco denegando ei alimenta, quò vſque confiteatur, vel in hyeme facit ęum ſtare ſpoliatum omnibus ſuis pannis: nunquid videtur eum ponere quæſtioni, vt dicamus eum incidere in pęnam ſtatuti? Et dic, ꝙ ſic, vt ff.de iniurijs.l.item apud.§.quæſtionem.ibi, malam manſionem, &c. Sed quid ſi extra locum torturæ vel circa tribunal, vbi ius redditur, dixit iudex aut confitearis aut ducam te ad torturam, & torquebo te, nunquid cōfeſſio facta dicetur facta formidine tormentorum? Et dic, qđ non: quia leuis territio, &c.d.l.item apud Labeonem.§. q̄ſtionem.& ff.ꝙ me.cau.l.metum.2.reſponſo. Terrorem autem quæſtionis probabilē, verę torturę pn̄ti & inſtanti cōparandum accipere debemus, ſicut de metu inſtantis cruciatus dicimus, vt.ff. ꝙ me.ca.l. metum 2.reſponſo. Leuis autem territio, extra locum torturę facta, eſt deluſoria. ff.ſi cui plusquam per leg.Fal.l.hęc ſatiſdatio. Dictum eſt s̄. quod confeſſio formidine tormentorum facta non habetur pro explorato facinore, niſi ſit perſeueratū. Quæro, in quo loco ducendus eſt reus ad perſeuerādū? Reſpon. apud acta, vel etiam in aliquo loco publico extra conſuetudinē torturæ. Et ita videmus expertos defenſores in perſeuerātia vocare teſtes, & ſub publico teſtimonio ſcribi faciunt: talis tali die perſeuerauit, & confirmauit, &c. in præſentia talium teſtium, &c.& bene faciunt, per l. ſecundam. C. de cuſt.re.ibi, ſub publico teſtimonio. &c. Sed quantum tempus erit intermedium à die confeſſionis torti, ad diem reductionis ad perſeuerādum? Reſpon. hoc lege aliqua non determinatur, vt d.l.2.C.de cuſt.re.ibi, poſtmodū eductus, &c. dicit, ꝙ ſit illud modicum tempus: ſed poteſt dici, quod ſit arbitrio iudicis, conſiderata qualitate perſonarum, & enormitate criminis, vel ęquitate, cum enim tempus à iure non præfigitur, iudicis poteſtati cōmittitur, vt.ff.de iure delib.l.1.& ff. de pœnis l.hodie & ff.de effra.l.1. Quæro, qui debeant quæſtioni intereſſe? Reſpond. vt ff.de adult.l. ſi poſtulauerit.§.quæſtioni. In ſecreto autē recipiet dictū ſuum, cum teſtis ſimilitudinem habeat, ff.eo.l.1.§. Imperator. Nū quid liber homo poteſt toqueri? Videtur quòd non, quia quaſi totus ille titu. C. & ff. tantum de torto ſeruo loquitur. Tu dic quòd liberi homines poſſunt torqueri, non ſolum in alios, vt ff.eo.l.ex libero.1.reſpon.& l.vnius §.teſtes. & C.de abo.l.fallaciter.§.quòd ſi ingenuorū.& C. de aſſeſ. l.nullus.ff.eo.& l.diuus.ff. de cu. reo. Sed etiam in ſeipſos quando deferuntur ex aliquo crimine. C. de abo.l. fallaciter.& C.ex quibus cau.inf.irrog.l. nullā & aliàs ibi de hoc & C.de falſis.l.ſicut.& ff.de re milit.l.proditores. Quod liber homo poſſit torqueri, argu. eſt.l. ſi quis decurio. C. de fal.vbi torquetur decurio & alius non poteſt eſſe decurio, quàm liber homo, vt.ff.de decur.l.Seuerus.& ita etiam ſeruat generalis conſuetudo, vt Azo. dicit. C. in ſumma huius tit.in §.torqueri. Item (quæ puerilis tamē quæſtio eſt,) nunquid authentica & principalis perſona accuſata debet poni, vel ſubijci tormentis, ad veritatem eruendam? Videtur quòd non: quia prætor tractando de quæſt. C. & ff. ponit tantum de tortura ſeruorum. Sed tu dic quòd ipſę principales perſonæ ſunt quæſtioni ſubijciendæ. C. de quæſt.l. 3.& ff.eo.l.1.§.diuus.& §.ſi quis vltrò.& l.vnius. & ff. de re mil.l.proditores: præcedere tamen debent indicia veriſimilia, ex quib. obiecti criminis reus ex præſumptione culpæ, iudicis animus informatur, vt ſup.dixi, & facit. C. eod. l.milites §.oportet.& C.de fal.l.ſicut. Quid ſi iudex in torquendo adeo modum excedit, quòd tortus in quæſtione defecerit, vel membrum debilitatū eſt, an teneatur, & quo iure quæritur? Et ꝙ teneatur, dicitur expreſsè.ff.de iniurijs. l.item apud Labeonem.§. quæſtionem. ibi, ſed & ſi iuſſu, &c. Sic.n.torquendus eſt reus, vt innocentiæ, vel ſupplicio ſaluus ſit.l.quæſtionis modum.ff.de quæſtionib. Et qđ teneatur, facit.ff.ſolu.mat.l.ſi conſtante.§.ſi maritus. & ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni.iu.l.2.§.dominorū & melius. ff.ad l.Aquil.l.2. & l. ſed & ſi quemcunque.§.ſi magiſter.ff. de vſufruct.l.locum autem religioſum.§.fi.ff.de pign.act.l. eleganter.§.plenè. Nec prodeſt ſibi tanquàm iudex hoc fecerit, cum deliquerit. Nā omne maleficiū præſumimus prauè actum.l.ſi non conuitij.C.de iniurijs.& de ſica.l.1.Præterea, ſi propinquus in corrigendo propinquum, modum exceſſerit, tenetur.C.de emē.propin.l.1. & 2.nec iudicem excuſat officium quia ſicut priuatus, ita & magiſtratus qđ quid illicitū facere non debet.l.nec magiſtratib.ff.de iniur. Ecōtrà videtur quod non tenetur, quia hoc iudex cauſa eruendæ veritatis facit, ſuum exequendo officiū, non animo interficiendi, vel debilitandi, qui non debet teneri. Nemo.n.videtur delinquere, niſi animum malignum ad hoc habuerit.ff.de ver.ſig.l.ſæpè.in fi.voluntas enim & propoſitum diſtinguūt maleficia, vt.l.qui iniurię.ff.de fur.in prin. & facit ff.de ver.ſig.& de acqui.poſſ. l.qui iure familiaritatis,& alibi ſcriptum eſt, tunc crimen contrahitur cum voluntas nocendi interuenit, vt.C.ad legem Cor. de ſica.l.1. & facit de lib.hom.exhibē.l.3.§.1.Præſumit.n.princeps bonum de officialib. ſuis, niſi manifeſtè contrarium doceatur.ff.de offi.præfect.præto.l.1.ad fin. Nam creditor res obligatas auferendo, non præſumitur deliquiſſe: quia notabilis eſt pro eo præſumptio.ff.de fur.l.cum creditorē. Sic à ſimili, in propoſito præſumitur iudex ſuum officium exercendo feciſſe, non cauſa nocendi.ff.de iniur.l.iniuriæ.1. Et ſi aliquam culpam in excedēdo modū torquendo habuit, videtur tamen non teneri.l.Cor.de ſic.quia in delictis lata culpa non æquiparatur dolo, vt l.in.l.ff.ad leg.Cor.de ſica. Item cauſa, ob quam aliquid fit, eſt conſideranda, vt ſeruetur, quod aliàs eſſet verecundum: ſed officij neceſſitas impunitum ſuadet remanere, quod aliàs coereeri debet.ff.de his quib.vt indignis.l.poſt legat.& l.tutorem. Præterea, ſi non apparet quo animo facit, præſumendū eſt potius ob zelum iuſtitiæ,& ex vigore officij hoc facere, quam aliquo malo cōſilio, vt.ff.de bonis dam.l.2.§.ſi publicanus. & arg. C.de acq.poſ.l.minus inſtructus.ff.pro ſoc.l.meritò. Accedit ad idem aliud arg.aſſumptū ex l.2.ad fin.C. de his, qui accuſ. non poſſ. Tutor ex officio de falſo accuſans producentem inſtrumentum contra pupillum, ſi non probat, nō præſumitur calumniandi animo accuſationem inſtituiſſe, niſi euidenter probetur: & tamen aliàs, qui non probat, calumniari præſumitur eo ipſo ꝙ non probat. C. de adu. diuer.iud.l.1.Sol. diſtinguitur ſic à quibuſdā, ſi apparet quod ex voluntate facit, de dolo tenetur, ſi caſu & abſque culpa nullo modo tenetur. ſi autem cum aliqua culpa in excedendo modum, non puto teneri. C.de emen.ſeru.l.1.& bona eſt argumentatio de dominica poteſtate ad poteſtatem prætoris.ff.de ver.ſig.l.poteſtatis. In hoc tertio membro.ſ. in modo excedendo, &c. dicit dominus Guido de Suzar. ſi iudex modum excedendo hominem interemit in quæſtione, vel debilitauit, tenetur, quia ſtatim vt exceſſit modum, fingitur non tutor, & tenetur tanquam quilibet, vt.ff.pro empto.l.qui fundum.§.ſi tutor, cum ſi.& argu.C.de epiſ.& cle.l.generaliter. Quid plura? poteſt dici ꝙ caſus eſt.ff. de iniur.l.item apud.§.quæſtionem. ad fi. & §. ſi iuſſu. & vide Cy.in l.Gracchus. C.de adul.¶Sed quid ſi eſt probatū maleficium per vnum teſtem. de veritate nunquid ſufficiens erit indicium ad torturam habendam? Videtur, quòd non ff. de qō. l. maritus. vbi ꝑ dictum vnius teſtis non fuit ad quæſtionem proceſſum. Præterea, dictum vnius teſtis non inducit indicium ſufficiens ſeu præſumptionem, vt ff. de dote præleg. l.Theop. ff. quemad. teſta.aper.l.j. §. fi.& iura quaſi omnia tractantia de indicijs, quæ requiruntur ad qō. habendam, loquuntur in plurali.ſ. indicia dēre præcedere, non aūt dn̄t indicium. ff.e.l.1.2. rn̄ſo, ibi & alijs ar.&c.& l.

vnius.§.in ea cauſa.ibi,nullis reus argumentis.& l.fi.C.e. & l.milites.C. de fal.l.2. ſicut & pluralis locutio ſingulari non acquieſcit, vt.ff. de man. teſt.l. libertas quæ.§.fi. Sed his non obſtantib. dico,vnum teſtem deponentem debe re ſufficere ad habendam torturam,vt no.Azo. in ſumma huius tit. in §. indicium autem.& no. in l.ſi quis alicui.C. ad l.Iul.maieſt.in gl.ord.Non obſt.d.l.maritus.quia ibi nõ fuit tortus propter dictum vnius teſtis,quia iſte , qui per hibuit ibi teſtimonium, erat familiaris producentis , & ideo dictum ſuum non fuit tanti effectus ꝙ faceret indicium.Non obſt.alia iura in contrarium alle.in quib.plura liter de indicijs habetur mentio,quia illa pluralitas inſpecto communi vſu loquendi,reſoluitur in ſingularitatem, vt ff.de ver.ſig.l.non eſt ſine lib.& ff.de neg.geſt.l. ait prætor.§.negocia.de orig.iur.l.2.§.exactis.& de cond.& dem. l.falſa.§. fin. ¶ Sed quid ſi maleficium probatur per famam tantum , poterit ne procedi ad tormenta ? Videtur quòd ſic , quia probatio famæ ęquiparatur probationi vnius teſtis,vt ff.de teſt.l.3.§.eiuſdem,vt ibi in apparatu.In proxima etiam quæſt.dictum eſt,indicium vnius teſtis ſufficere ad quæſt.habendam:Tu dic,ꝙ non:quia fama per ſe non probat , ſed inducit quodammodo quoddam indicium ad conſummandas,ſeu coadunandas alias probationes , vt d.l.3.§. eiuſdem . vbi confirmat id de quo agitur, non tamen per ſe facit validum indicium.Eſt.n. fama res fragilis & periculoſa.l.1.§. diuus Adria.ff.e. & vt plurium per aures malignantium artificioſè tranſmiſſa.ff. de hær. inſti.& arg.C.de pęn.l.decurionum.& arg.ff.de officio rector.proui.l.iuſtiſſimos.ibi nam ſi verę voces ſint,nec ad libidinē ꝙ clientelas effuſæ diligenter inueſtigabimus, &c. Non enim quælibet indicia ſunt ſufficientia ad torturam, vt ſuprà dixi in prin.notabilium. Sed ſi probatur cum fama aliquod indicium contra accuſatum : vt puta per dictum vnius teſtis,quod quidem facit indiciū,vt d.l. Theopom. veluti accuſatum fuiſſe inimicum interfecti , vel alias ei infenſum , de inimico hoc præſumitur eſſe malum.ff.de teſti.l.3.in prin.& ff.e.l.1.§.prætereà.Item ſi ſe iactaſſet malefactor de maleficio committendo, nam talis iactatio inducit indicium contra talem,qui ſic ſe iactat ꝙ maleficium primo commiſerit, conſiderata qualitate perſonæ. Pro quo facere videtur.l.1. in fi. C. ſi quis imper. maled.& C.quod me cau.l.metum, & ff.quod me. cau.l.3. Tu alle.meliorem tex.ff. ad l.Iul.maie.l. famoſi.ibi , & an quid fecerit,an cogitauerit.& ff.de ſupel.leg.l. Labeo , ibi cæterum nemo.Item ſi accuſatus viſus eſt fugere de loco, vbi maleficium eſt commiſſum.Nam fuga accuſat fugientem,vt in auth.de exhib.& introd.re.§. ſin verò etiam quidam iurent,& in auth.de ſan. epi.§. ſi quis autem ad monaſticam ver.& ſi intra triennium,&c.Item ſi conſiliarius depoſito officio ſe abſentat, pro confeſſo habetur , vt.C. de aſſeſ.l.conſiliarios.ff.de ſuſpe.tu.l.impuberib.§. prætereà. Item eſt indicium ſi is , contra quem fama laborat,eſt prauæ conditionis homo: quia talia facere conſueuit , vt ff.eo.l.de minore.§.tormenta. ibi , vel cuius exiſtimationis.ff.de accu.l.ſi cui.§.ijſdem. Item ſi aliquod aliud fuerit indicium ꝙ quilibet curioſus iudex poterit per ſe facile perpendere ſecundum facti qualitatem , & perſonarum varietatem tunc.n. cum adeſt aliquod de prædictis indicijs,vel alijs ſimilib.& fama probatur,bene poterit ad tormenta procedere: quia fama ſimul cum aliquo alio indicio , multum facit eſſe ſufficiens incidium ad habendam torturam , quanquam fama per ſe non ſufficiat . Sed quid ſi prædictas non habeat præſumptiones? Dicunt quidam ꝙ arbitrio eius committitur , quod nil aliud eſt quam ꝙ bona fide procedat ſecundum quod eius conſcientia melius dictauerit . Dura tamen mihi videtur illa ſententia, cum arbitrium defectum indicij,ſine probatione indicij non videatur poſſe ſupplere.Eſt.n.de iuris authoritate,ſiue ſolemnitate , ꝙ legitima indicia torturam præcedere oportet. & hoc iudicis arbitrio non videtur commiſſum: quia facti quæſtio eſt in poteſtate iudicis , non autem iuris.ff.ad muni.l.ordine decurionum.§.1.Sed quid ſi continetur in ſtatuto ciuitatis ꝙ non poſſit quis poni ad torturam niſi habitæ fuerint contra eum præſumptiones euidentes , & magna indicia . Vnde quæritur quæ dicuntur iſtę euidentes præſumptiones,& magna indicia?Reſpon. magna indicia ſunt, quæ ſunt aliquanto minus indubitata,& plus indicijs ſimplicib.ea quib. proceditur ad torturam , vt dictum eſt.nam & alia dicuntur manifeſta argumenta. Sed quid ſi continetur ſtatuto ꝙ nemo poſſit torquæri , niſi indicia indubitata præceſſerint , ꝙ erit exemplum de indubitatis indicijs ? Exemplum eſt ſi quædam camera habens vnum aditum & exitum tantum & non plures , & exit de camera quidam pallidus & trepidans, cum gladio ſanguinolento in manu , & ſtatim poſt eius exitum inuenitur homo recenter occciſus in d. camera: Certè iſta ſunt ad probationem maleficij indicia indubitata,ex quibus non ſolum ad torturam,ſed ad condemnationem , & ad pęnæ impoſitionem poteſt procedi . & ita intelligitur.l.ſciant cuncti. C.de prob. ibi , vel indicijs ad probationem indubitatis,& luce clariorib.Et no. diſiunctiuam , vel : eſt.n. palliditas , ſiue trepiditas verum indicium contra eum, vt ff.eo.l. de minore.§. tormenta . ver. nam ex ſermone,&c.delatio gladij,& nudi præſertim, eſt aliud indicium,nam de portantib. arma malum præſumitur,&c.C.de armo. vſu.l.1. & in auth. de man. prin.§. vlt. Item quia gladius erat ſanguinolentus eſt aliquid indicium,homine.n.occiſo gladius ſolet eſſe ſanguinolentus, nam ex qualitate facti coniectura accipitur, ſic & alias dicitur de don.int.virum,& vxo.l.vir vxori pecuniam. rarò tamen contingunt talia indicia. Eſt & aliud indicium extraordinarium ad probationem indubitatum, & iſtud ſæpius contingere poteſt . pone occiditur Titius in aliqua vinea, vel fundo,accuſatur de hoc Seius, ſed de viſu,nulli teſtes deponunt quod viderint Seium hoc crimen committere , ſed probant iſta contra Seium quod ipſe Seius erat inimicus Titij.Item probatur per teſtes , ꝙ ipſi viderunt Seium admouentem gladium contra Titium. Item probant quod tunc ipſe Seius aufugit tempore maleficij perpetrati . Item probant per famam & vocem publicam quod Seius Titium interfecit . Certè iſta quatuor ſimul iuncta,quamuis ſingula per ſe non ſufficerent , ſunt ſufficientia indicia , & indubitatę præſumptiones non ſolum ad torturam,ſed etiam ad condemnationem,& ſic poteſt intelligi d.l.ſciant.C. de proba. Eſt item aliud exemplum de indicijs,ſeu præſumptionib.indubitatis . Defert Seius ꝙ fecit occidi Titium,non ſunt qui dicant hoc vidiſſe,tamen probantur iſta indicia , Primum ꝙ Seius erat inimicus Titij.Item quod dictus Seius perpetrato homicidio receptauit homicidam . Item ꝙ homicida erat domeſticus,& familiaris ei.Item ꝙ fama eſt, quòd Seius fecit occidi Titium,& ꝙ ſe iactauit,ꝙ faceret ipſum Seium occidi , & eſt homo de quo eſt veriſimile quod talia faceret. Item quod olim aliquæ offenſiones fuerunt inter eos.Iſta indicia ſimul iuncta videntur nedum ad torturam , ſed ad condemnationem ſufficientia,& indubitata indicia,& ita poteſt exemplificari.d.l.ſciant cuncti.C.de prob. nec mirum ſi plura ſimul iuncta , quorum quodlibet per ſe non ſufficit ad indicium dubitatum plenè probandum , valeant . Nam in hoc iure plenè habetur , & expreſsè , vt in authen. de fide inſtru.§. ſi verò nullus horum ſit. Duo enim vel plura imperfecta conſtituunt vnum perfectum, vt.C.de agri. & cenſi.l.cum ſcimus . in prin.lib.11. & quæ non proſunt ſingula multa iuuant,extra.de teſtib.c.prætereà.& C.de teſt.l.ſancimus.ad fin.& de hoc arg. & in apparatu.ff.de excu.tut.l.3.in fine.1.reſpon. Quid plura?Reperitur in iure quòd ipſa cauſa criminalis per arg. & per præſumptiones cognoſcitur, & terminatur, licet delictum liquidum probari non poſſit.l.non omnes.§. à barbaris.ff. de re mili.ibi,ſed ſi hoc liquidò conſtare non poſſit, argumentis tamen cognoſcendum eſt,& tamen capitalis cauſa ibi agitur,vt eo.tit.l.deſertorem.§.is. qui ad hoſtes.& facit in auth.vt liceat matri & auię.§.illud. Curioſus autem iudex multa alia poſſet adinuenire exempla de indicijs ad probationem indubitatam.Dictum eſt.s. ꝙ milites nõ torquentur.ſed quid de militib. noſtri temporis poterunt ne ſubijci quæſtioni ? Dic quòd ſic , eo ꝙ in aſſumptione militiæ[a] non interueniant in eis multa, nec obſeruent ea, quæ veri milites obſeruare debent,vnde militarib.priuilegijs gaudere non debent , vt in auth. de mandatis principum.§. vlt.& ibi in gl.in verb.ſi quidem.in fin.ibi,& in talibus militibus, &c.Nam & ſi quis non obſeruatis obſeruandis,fabricenſis efficiatur,habetur pro non fabricenſi, & ſibi fabricenſia priuilegia denegantur , & facit.l.ſi quis conſortiū.de fabr.li.12.& C.de epiſ.& cler.l. generaliter.§. eos tamen clericos,& facit.l.nominationes.de appel. Nã videtur etiam, quod milites in quibuſdam criminib.torqueanť.l. proditores.ff. de re milit. Presbyteri quidē non torquenť,clerici aũt ſic,iure ciuili.C. de epi. & cle.l.p̃sbyteri

ADDITIO.

a ¶Militiæ.Vide Alex.in l.milites.C.eod.in apoſt.Bart.vbi alleg.Bar.hic, & Ale.in l. Centurio.ff.de vulg.& pup.vbi plenè ponit de veritate iſtius quæſtionis.

teri citra iniuriã.& no.in l.fallaciter.in gl.in ver.vexata.& C.de abo.hodie scdm iura nouiſ.ſecus,p conſtitutionẽ Federici,ad decus & decorem. de ſtatut. & conſtitutionibus contra lib.eccle.edit, quæ eſt.1.extra, poſt feu. poſi. Prętereà,ſi militibus terreſtribus eſt conceſſa immunitas,vt nõ torqueantur, multomagis cæleſtib.vt.C.de epiſ. & cler.l. ſacroſanctæ.Bar.Quid de iudicib. ſiue aduocatis, nunquid poſſint torqueri. Videtur,ꝙ non poſſint,ſicut nec veri milites. Militant enim patroni cauſarum, vt.C.de aduo. di. iũd.l.aduocati.Prętereà,ſicut militantibus conceſſum eſt, vt condemnati non teneantur,niſi inquantum facere poſſunt,ita & patronis cauſarum,vt.ff.de re iu.l.milites. 1.rñ. in apparatu. Econtra, videtur ꝙ poſſint torqueri, quia nulla l. cauetur ꝙ iudices, ſiue aduocati ſint immunes à tortura. Sol.Dic,ꝙ de iure non debent torqueri,ar.d.l.aduocati.ſed de conſuetudine (quæ eſt optima legum interpres) ſeruatur aliud. Supra dictum eſt, ꝙ decuriones non poſſunt torqueri,ſed quid de conſiliarijs ciuitatis noſtri tẽporis : Dic ꝙ de iuris ſubtilitate non debent torqueri, qa cuiuſcunque ciuitatis conſiliarij dicuntur decuriones, vt ff.qđ cuiuſ.vni.l. nullus.§. decuriones. de generali tamen conſuetudine ſemper ſeruatur contrarium. Demum quæro, nunquid diebus dominicis, & alijs non iuridicis poſſint hoĩes torqueri. Reſp.non. vt no.C.de fer.l. dies feſtos.

TRACTATVS

DE CICATRICIBVS,[a]
Dom. Bar. à Saxoferr.

IN præbendo rectum iudicium, nũ quid ex vulnere ſit remanſura cicatrix, ſecundum indigentiam ſtatuti ciuitatis Flor. plura videntur conſideranda. Primo,quid ſit cicatrix.Cicatrix igitur eſt quędam effigies vulneris faciem deformans, quaſi dicatur à cęco cæcas.1. cæcans faciem, vel deformans, ſeu formam extinguens. Hoc probatur.ff.de vſufru.l.locum.§.1.ibi,nec ſeruum cicatricibus deformare,&c.de his qui deie.vel effu.l.fi.ibi,cicatricum autem, aut deformitatis nulla, &c. Secundò eſt conſiderandum,quod ad hoc, vt effigies habeat nomen cicatricis, debet eſſe in apparenti loco corporis, alias bene poſſet eſſe effigies deformans corpus,ſed non diceretur cicatrix.Hoc probatur.ff.de ædil.edi.l.quæritur.§.fin.ibi, aut qui cicatricem euidentem & periculoſam, &c. & ibi dicam,& l.fi.ff.de his,qui deie.vbi inter cicatricem, & deformationem ponitur diſiunctiua: quia non quælibet deformitas eſt cicatrix. Hoc etiam eſt expreſſum in propoſito in d.ſtatuto tractante de materia. quia de effigie remanente in facie loquitur. Tertiò notandum eſt quod effigies debet eſſe apparens, ad hoc vt cicatricis nomen habere mereatur, vt probatur in d.l.quæritur.§.fi. & eſt expreſſum in d.ſtatuto.Nam exigit faciem eſſe vituperatam per apparẽtem cicatricem. Ex hoc infero, qđ licet perpetuo effigies eſſet remanſura in facie, ſi non manifeſtè diſcerneretur, ſed per quandam ſubtilem inſpectionem, non eſſet ſatisfactum ſtatuto, quia non eſſet vituperata facies per apparentem cicatricem. Quartò eſt conſiderandum,ꝙ ſtatutũ requirit, ꝙ vituperatio faciei ſequatur ex vulnere per cicatricem apparentem,i. poſt omnem curam perfectam ex illo vulnere fit perpetuo remãſura apparens effigies cicatricis.can. ventum eſt ad tertiam quæſtionem. in prin. 1.q.1. (de perpetuitate loquor) quia verba legis,quæ ſine determinatione proferuntur, perpetuitatem. Significant. Et quia vbi effigies non eſſet perpetuò remanſura,non diceretur eſſe remanſuram cicatricẽ,ſed potius diceretur nondum perfectè curatam : & dictum ſtatutum eſt intelligendum de effigie remanente poſt omnem perfectam curam: aliàs abſurda eſſet eius diſpoſitio,quia ex quolibet vulnere illato in facie, vituperatnr facies ante curam perfectã, & licet ſolidatum ſit vulnus; tamen remanet quædam macula,donec perfectè curetur.& de his ſtatutum nõ loquit. Dicitur ergo cicatrix, propter illa, quę remanent poſt ſanatum vulnus.1.q.1.d.ca.vẽtum. Et ideo per cicatrices dñr hoĩes dignoſci.l.2.§.fi.C.de ſer.fug.Itẽ no. per p̃dicta, qđ ſi per ſtatutum pęna duplicat̃ ꝓ cicatrice deformante, non ſufficit formari inquiſitionem, vel accuſationẽ de cicatrice ſimpliciter, ſed formari debet de cicatrice deformante. Et facit.ff.de vſu.l.locum.§.1.qđ no.quia quotidianum eſt. Quintò eſt conſiderandum,ꝙ ſi ex negligentia, vel imperitia medici remaneret cicatrix non eſſet locus d. ſta. Nã vt ſtatuto ſatisfiat,requiritur ꝙ vulnus illatum ſit cauſa immediata,& neceſſaria cicatricis,alias non dicitur ſequi ex vulnere: qa dictio, ex,denotat cauſam proximam.l.ex eo tpe.in fi.ff.de pe. & in qualibet legis diſpoſitione cã prox, eſt conſideranda potius quam remota.ff. quod me. cau.l. metum aũt præſentem.§. ſed licet. Sed cicatrix quę remanet ex mala cura imperiti medici,non dicitur ſequi ex vulnere,attenta cauſa prox.ſicut dicimus in morte, quando vulnus ex ſui natura non eſt lætale: nam tunc vulnerans non tenet̃ de morte, licet vulneratus ex imperitia medici ſit mortuus.l.qui occidit.§.fi.ff. ad l. Aqui. vbi caſus eſt de hoc. Quib.omnib. maturè conſideratis diſcretus medicus bene diſcernet,nunquid ex vulnere ſequat̃ vituperatio faciei,afferendo cicatricem,nec ne,& ſanum,& rectum conſilium poteris exhibere.Bar.

ADDITIO.

a T.D. ¶ Tractatus de cicatricib. Iſtũ trac. inueni in xx. vol. conſ. diuer. do. in fo. 271. vbi dicitur, qđ eſt Bar. à Saxofer. & de materia iſtius tract. Vide per An de Peru. in l. extat. in prin. ff. qđ me. cau. & in l. quæritur. §. fi. ff. de ædil. edi. & in conſ. 146. ſuper primo. & ibi plenè videas. & Catald. in ſuo trac. ſyndicatus. in q. 119. & plenius per An. de Are. in trac. maleficiorum, in ver. cicatrix. & per Io. de Ana. in c. cum ex iniuncto. de hær.

TRACTATVS

DE PEREMPTIONE INSTANTIAE,[a]
Per Do.Bar.à Saxoferr. legum doct.ſuper l.properandum.C.de iud.

QVia l.properandum.C.de iud. cauetur,ꝙ iudex clapſo triennio,cum inſtantia cauſæ perempta ſit, non poteſt vltra terminum illum pronunciare. dicit.n.circa prin.lites vltra triennij metas poſt lit.ꝓteſt.non eſſe ꝓtrahendas. Et in §. ſinautem vtraque. dicit intra dictum terminum iudicem non terminantem puniri,& eſſe eum ab officio remouendum. & in vlt.§.dicit,ꝙ actor cadat, id eſt,ab inſtantia cauſæ,ſeu iudicij.Sed pone,retento eodem themate,quod ſtatuto cauetur,quod iudex teneatur terminare cauſam intra menſem ſub certa pœna:iudex intra dictum terminũ non terminat,an erit inſtantia cauſæ perempta? Et videtur ꝙ ſic : quia iſtud tp̃s paruum tempus,ſuccedit loco triennij. Vnde ſicut poſt illud pronunciare non poteſt,ita nec poſt iſtud,ſicut cum accidit quod tempus,& quicquid loco alterius ſubrogatur,eodem iure vtitur,quo vtebatur illud,in cuius locum ſubrogatur, vt.C. de temp. appel.l.fi. & ff.de iud.l. mortuo iudice. & C. de compenſa.l.2. & ff. de ſer. corru.l.hæc actio.cũ l.ſe.& ff.ad l.Iul.pec.l.3.Prætereà,cum lex concedit intra menſem terminari, videtur de maiori tpe ꝓhibere,vt ff.de legib.l.cum lex.hoc idem facit iudex. C.de inf.l.& ſi ſeuerior.ff.de poſtu.l.Imperator. Item facit pactio contrahentium,vt ff.de diſtra.pig.l. ſi creditor.§.illud.& ff.ꝓ ſoc.l.ſi fratres.§.ſi quis ſocietatem.& hoc video in arbitratore,vt C.de arb.l.1.verſ.ſed vltra.ff.de ędil.ędict. l.quod ſi nolit.in fi.Eꝫ vr̃,ꝙ d.l.ꝓperandum duo dicat.Primum.ſ. qđ intra terminum cauſa finiatur, & hoc tp̃s per ſtatutum eſt abbreuiatum. Scđò, quod inſtãtia cãæ pereat elapſo triennio, ſed per hoc lex municipalis nihil dicit. Tertio ſtabitur iuri cõi quantum ad periclitationem inſtãtiæ,qa in caſu non eſt correcta.arg.C. de appell.l. præcipimus,in fi.& in auth.de armis.§.fi.C.de ędifi.priu. l.fi.quod enim non mutatur, &c. C.de teſt. l.ſancimus.& C.de impo.luc.deſ.lib.x.l.j.& 27.q.2.c.lex diuinę conſtitutiõis nam ſi fiat vna offenſio parti,q̃ voluerit ſuum negotium expedire,nõ dẽt in alio offendi, ſ. quod cã inſtantię pereat:qa nõ dẽt duplici dãno affligi. vt.ff.nau. cau. ſtab. l.ſcilicet.§. fi.& neqd in loco pub.l.1.& C.de naui.l.1.li.11. Malè.n.facit iudex, qui intra terminũ non facit, ſed hoc malum duplicaretur,ſi hoc nullo tpe faceret.arg.ff.de arb.l. Celſus.video.n.quod melius eſt morã purgare,& poſt terminum facere, qđ in termino facere debuit.q̃ addere morã morę,& non facere intra terminum, vt.ff.de verb. obli.l.cõtinuus. §.itẽ ſi non inchoet̃ opus.& ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. Mihi.n.videtur.qđ inſtantia non pereat, & vr̃ lex expreſſa.

C.vt

ADDITIO.

a T.D. ¶ Tractatus de perẽptione inſtantię. Adde qđ iſtum trac. inueni in xx. li. conſ. diuer. do. vbi dicitur, tractatum de perẽptione inſtantiæ, cõpilatum per Bar. à Saxofe. legum doct. ſup̃ l. ꝓperandu. C. de iud. Et de materia, vide an ſtatuta, q̃ limitant inſtantiam cãrũ vſque ad duos, vl̃ tres menſes, an talis inſtantia, ſtatuto lim. tata, poſſet prorogari uſq; ad tp̃s iuris cõis, vid̃ Io. And. in add. Spe. in ti. d. appel. §. nunc breuiter. ver. illud ãt. Io. de Im. & Mo. in l. 4. in pri. ff. de dã. infe. Sal. Ale. & d. Iaſ. in l. ꝓperandum. in prin. C. de iud. & Alex. in conſ. 24. in 4. vol. inſpecto proceſſu cauſæ inter do. Iac.

BIU Cujas

C.vt cau.tam ciui.quam crimi.l.1.in fi.& arg.ff.de le.1.l.res obligata.in fi. & pro, & contrà notari videtur.C. ad l.Fal. auth.ſed cum teſtator,in fi.Vel poſſumus diſtinguere, aut tempus elapſum eſt dolo, vel negligentia, litigantis, & tunc doloſus, vel negligens imputet ſibi: aut opera iudicis,vel impotentia facti,quo caſu non debet obeſſe partib. arg.ff.de colla.bo.l.1.§.fi.& in auth.vt ſpon.larg.§.illud, & extra.de reſcr.c.ex literis.& C.de temp.in inte.reſt.l.pe: tamen puto meliorem ſententiam Mar.Pha. tamen Lipob. de Cremona dicit,quod pro prima parte facit: quia iudex videtur datus à lege ad tempus, in illis cauſis, quas ſtatutum mandat terminari intra menſem. Nã poſt ipſius temporis lapſum iudicare non poteſt.ff. de iud.l.2.§. ſed ſi iudex ad tempus.& C.quando prouoc.non eſt neceſſ.l. cum non eo die. poſt quaſi in illa cauſa priuatus, & ſic iuriſdictionem non habet.ff.de iur.om.iud.l.eum qui.§.1. Præterea poſt fatalia,iudex appellationis iudicare non poteſt. vt C.de appell.l.eos.ſic & in propoſito iudex poſt illud tempus iudicare non poteſt. Præterea vbi lex mandat cauſam finiri minori tempore quam triennio,puta anno,per illud anni elapſum expirat inſtantia, ſicut per elapſum triennij, vt.C.de naui.l.1.lib.11.ſic etiam,& eadem ratio eſſet in iſto tempore vnius menſis, ergo poſt iudicare non poterit, quia vltra nõ durat.Facit ad hoc.C.quomodo,& quãdo iudex auth.qui ſemel.& ff.de excu.tut.l.quinquaginta. & C. de aſſer.tol.l.1.§.ſcientes q; ſi poſt.Pro ſecunda parte facit, quia per dictum ſtatutum pœna imponitur iudici cauſam intra menſem non terminanti. Vnde lex videtur eſſe contenta executione pœnæ. ſinautem vltra tempus prædictum pronunciet, tenebit ſententia. nam quando lex aliquid mandat,& prohibet,& non ſtat in finib.ſuis,ſed vltra procedit ad pœnæ impoſitionem,quod fit,valet,ſed pœna debetur,vt no.C.de legib.l.non dubium.Simile videtur in eo,qui tenetur ex promiſſione aliquid facere,& apponitur ei pęna ſi contra fiat, quod ſola pęna debetur, niſi ſit dictum, rato manente pacto, &c. vt no. ff. de tranſ.l. qui fidem.Præterea video,q; iudex appellationis poſt tempora ad agendum data condemnat appellantem in expenſis, vt extra.de reſcri.c.ex parte.Et ad hoc facit.ff.de pactis.l. tale pactum.§. qui prouocauit. vbi iudex appellationis etiam poſt renunciationem appellationis remanet iudex. dicitur enim ibi iudex apellationis nullo alio de principali cauſa diſcuſſo, iuſtam conuentionem, veluti confeſſi, ſequetur. Sequitur ergo quod remanſerat iudex, ſic videtur in eo qui poſt temporis reſtitutionem, per ſententiam reſtituitur. Nam tunc ſententia licet contra ius litigatoris data videatur,vt no.C.de temp.in inreg.reſt.l. ſuperuacua. tamen in propoſito,poſt tempora ſtatuta poſſet iudex per ſententiam terminare.Mihi autem videtur,quod quando quæritur,an per elapſum temporis pereat inſtantia cauſæ, poſſit diſtingui, quia tempus diffiniendi cauſam imponitur per legem ciuilem, aut municipalem iudici tantum, aut cauſæ,aut parti,aut iudici,& cauſæ: ſi imponitur iudici tantum, ſiue adijciatur ei pęna, ſiue non, inſtantia cauſæ nõ perit per terminum lapſum.ſic loquitur.C. vt cau.tam. ciui.quam crim.l.1.in fi.vbi.n. tempus datur iudici 30. dierum,intra quod terminet cauſam,& eidem pęna imponitur,vltra id tempus non poteſt terminare, ſimili modo ſi tempus iudici imponitur,& non pęna,vt C.de ædifi. priu. l.fi.ſic,& in caſu noſtro per legem municipalem iudici imponitur tempus,& non cauſæ: & ideo videtur mihi dicendum,q; per lapſum illius temporis,inſtantia non pereat.Si autem tempus imponitur tantum cauſæ, tunc expirat inſtantia per lapſum temporis,vltra enim illud inſtantia cauſæ viuere non poteſt:dicitur enim illud tempus fatum, id eſt,finis,vt C.de temp.appe.l.temporum fatalium.& C.de aduo.diuer.in.l. aduocati. & de iſto tempore dato & impoſito cauſę,loquitur.C.ad le.Falc.auth. ſed cum teſtator. ibi enim in fin. dicitur nulla talium quæſtionum excedat annum,&c.ſic loquitur etiam authen.vt cle.apud propr. Epiſcopos.§. ſi tamen. & in auth. qui ſemel C. quomodo, & quando iud.& Cy.de temp.appe.auth. ei qui appellat. & l. fi.§.illud.& idem eſt in omnibus,in quibus ſtatuuntur tempora parti ad ſuam cauſam diffiniendam,vt.C.de dolo.l.fi. & ff.ne de ſtatu defunc.l.2.§.fi.& C.de temp.in integ. reſti. l.fina.Si autem imponitur tempus iudici, & cauſæ indubitanter finitur inſtantia per lapſum temporis, ſic loquitur propriè dicta lex,properandum.& C.vt intra certum tempus criminal.quæſt.l.fi.& C.de nauicul.l.de ſubmerſis. lib. 11. & ad prædictam diſtin.reducatis omnes leges de hac materia tractantes.Amen.

TRAC. DE IVDICE

a SVSPECTO a RECVSANDO, DO. BAR.

ALIAS EST CONSILIVM.

QVia ſub ſuſpecto iudice eſt periculoſum litigare: ideò videndum eſt in quibus caſibus iudices recuſari poſſunt. Primò, ſi ſit aduocatus in eadem: vel ſi ſit conſanguineus impetrantis, vt extra, de appellatio.cap. poſtremo.Item ſi iudex eſt vaſſallus impetrantis,argu.22.q.5.c.de forma fidelitatis.& extra vt lit. non cont.c. accedens. Item ſi impetrans eſt familiaris illius, qui eſt familiaris eius, ad quem literas impetrauit,vt in ca.inſinuante R.rectore.extra, de offi. deleg.Item ſi impetrans eſt affinis iudici.ff.de iureiur. l.lex Cornelia.in princip.& extra.de ætat.& qual. c.tua. Et idem videtur ſi impetrans eſt multum amicus iudicis, vt extra.de ſimon.c.nobis. Item ſi iudex receperat iniuriam ab impetrante, de quibus eſſet veriſimile quod eius animus poſſet remoueri, extra de ſimo.c. ſi quidem. Item ſi iudex eſt ſuffraganeus impetrantis,vt extra, vt lite non cõteſtat.c. accedens. Et eſt ratio,quoniam ſuffraganeus poteſt recuſari,quia ſubditus impetrantis.Pari ratione poſſet recuſari quilibet ſubditus abbatis, ſi abbas in iudicem impetrat.& idem dico generaliter vbicunque prælatus impetrat in iudicem ſuum,vel quilibet dominus,ſubditum ſuũ. Item ſi iudex eſt conſanguineus illius,qui eſt inimicus impetrantis, & dico inimicum, qui violenter, deiecit eum de poſſeſſione ſua, vt in d.c. accedens.& in c. item cum quis dicit ſe de poſſeſſione. de reſtit. ſpo. & idem dico generaliter,vbicunque iudex eſt inimicus impetrantis,extra. de appe.c.ſecundò requiris, & dico generaliter inimicos, qui in ſecreto,& in publico interrogati dicunt, quòd ſunt inimici illius, contra quem ſunt literę impetratæ, vel quòd non diligunt eum,extra.de accuſa.cap.inquiſitionis. vel ſi dicunt,quòd libenter nocerent ei contra quem ſunt literæ impetratæ,vt extra. de offic.deleg.c. cum ſuper abbatia.alijs modis poterit conſtare, tam de facti offenſione, quam expreſſione ſtatuti alicuius. Item, ſi iudices habent cauſam contra illum contra quem ſunt literæ impetratæ, vt notatur ſuper d.decretali,cum ſuper abbatia. Item ſi aliquis appellauit à iudice ordinario,vel delegato ſi pendente appellatione conueniatur coram alio, ſuper re, ſuper qua non appellauit, poteſt iudicem tanquam ſuſpectum recuſare,vt extra.de app.c.ad hęc.& c.prout.de dolo.quod credo verum,vt ſciatis quod ſit officium iudicis appellationis,qualiter debet pronunciare, diſtinguendum,vtrum appellatur ante ſententiam diffinitiuam,vel poſt,ſi ante diffinitiuam,ad hoc vt appellatio valeat, oporter q; appellans aſſignauerit iuſtam cauſam, & rationabilem, & iudex noluit eam recipere, & quòd propter illã cauſam appellauit, alio modo non valet appellatio, vt extra. de appel.c. dilecto.& iudices appellationis debent eam remittere ad iudicem à quo,& debet eum in expenſis condemnare.Bar.

TRACTA-

ADDITIO.

a Tho D.¶Trac.de iudice ſuſpecto. Adde,quòd iſtum trac.inueni attributum Bar in 1.vol.conſi.diuer.do.in fol.240. & materiam vide plenè per Iaſ. in l. apertiſſimi.C. de iud.& Mod.in c.cum ſpeciali de app. Quid autem,ſi iudex ſuſpectus non recuſatur,& procedit,an valeat ſententia,ita q; non ſit nulla,vide Mod.in l.2.ff. de iuriſd. om.iud.& plenè per Philipp.Decium.in c.ſuper literis de reſcr.& in c.cauſam, quæ inter.de offi.deleg.& vide Pet.de Anch.in conſi.261.inci.ſubtiliter, & ad plenum, & Alex.in conſi.104.in quinto volum.incip.circa primum. quòd procedunt prædicta,quando allegatur ſuſpectus notarius,procurator, & ſimiles. Item ſuſpicio ſuperueniens poſt concluſum in cauſa poteſt opponi,vt per Ioan.And.incip. cum dilectus.de ord.cog.& plenè per Fely.in c.inſinuante de offi.deleg.& Car. Alexan. in c.cum ſpeciali.in 9.col.de appel.Cætera vide in d.l.apertiſſimi. & ibi addi. meas ad do.Iaſ.

BIU Cujas

TRACTATVS.

DO. ALBERTI DE RAMPONIBVS,

De consilijs habendis per officiales, & assessores, cum Additionibus, & suppletionibus Do. Barto. à Saxoferrato.

a  Irca practicam [a] consiliorum habendorum per officiales, & assessores, quoniam sæpe de facto quæstiones oriuntur, ita teneatis. Et primò videndum est, quo ordine p assessores procedendum sit ad consilium habendum. Secundò, an de iure assessor inuitus cogatur ad habēdum consilium. Tertiò an ille qui eligitur in cōsiliarium, inuitus cogatur accipere. Quartò, si recipit, an cogatur, iurare quòd bonum dabit, & feret consilium. Quintò, si electus dicat se dubitare de iure, an debeat sibi dari consocius. Sextò, an postquam consiliarius dedit cōsilium, possit illud mutare, corrigere, vel emendare, vel declarare. Septimò, an iudex vel assessor cogatur consilio eius stare, vel illud sequi. Octauò, an electus consiliarius possit recusari. Nonò, qualiter recepto consilio debet pronunciari. Decimò, qui tantum debeat soluere salarium consultori. ¶Super primo sic breuiter dicendū, q̄ super forma habēdi consilij, quasi vbiq; sunt statuta, & consuetudines: prout inuenietis, seruate. Si aūt statuta vel consuetudines nō sunt, si quidem ex seipso velit causam committere, procedat tali forma officialis, vel assessor. Intendo habere consilium sapiētis super tali quæstione, vnde statuo vobis terminum, vsq; ad talem diem ad dandum suspectos, & faciet scribi terminum, & ipso termino elapso, si partes suspectos dederint, vel altera ipsarum, vel nulla, committet iudex quæstionem eis qui sunt extra numerum suspectorū quoniam graue est sub suspecto iudice litigare. C. de iudi. l. apertissimi. & auth. si verò contigerit. Ibi posita. Vnum tamen scias, quòd si pars, vel altera ipsarum omnes vicinos daret suspectos, iudex taxare debet numerum suspectorū pro causæ qualitate, & loco, vbi consilium datur, arg. ff. de testibus. l. j. cum simi. Tu autem iudex suspectos tibi serua, vt si diceret aliqua partium, quòd dedisti consultorem de numero suspectorum, recurras ad originalem scripturam, & dabis vnum consiliarium, vel plures, prout partes concordabunt, vel causæ qualitas requiret. In quibusdam autem partibus dantur confidentes. & hoc est satis bonum, quo, vel quibus consultoribus electis, scribatur in actis commissio & articulus quæstionis, vt extra. de probatio. c. quoniam contrà falsam. Si verò volueris consilium tibi exhiberi, vt quia perpendis iudicem de medio contrà te esse, vel potiùs inclinare, ita procedes, quia venies coram iudice dicens. Dubium non est domine iudex, quod omnia quæ recto consilio aguntur, meritò firmitatem & effectum consequuntur, vt C. de repud. l. dubium non est. in prin. imitando ergò consilium d. legis, & prouerbij, vbi dicitur, omnia fac cum consilio, & post factum non pœnitebit. placeat vobis super hac causa dubia, sapientis habere consilium: quærebat enim Imperator consilium sapiētis, & sequebatur illud, vt ff. de fund. instruc. l. quæsitum. in prin. & l. si ædib. ff. de dam. infec. Et etiam testator in disponendo consilium habet. ff. de vul. & pup. l. cum ex filio. in prin. ibi, ex consilio Labeonis, Offilij, Cascelij, Trebatij, eum quem in ptāte habebat, solum hæredem fecit, &c. Et illud, quod à pluribus quæritur, faciliùs inuenitur. iuxta sententiam Aug. 20. dist. can. de quibus l. si auiam. in fin. C. de ingen. manu. & extra. de offi. deleg. c. prudentiam tuā, hæc & alia dicas, vt assessoris animum trahas ad consiliū habendum. ¶Secundò quæro, an iudex medius, inuitus cogatur habere consilium? Et videtur quod sic. Nam Imperator dicit omnia se facturum cum consilio procerum suorum, C. de legibus & constitutionibus. l. humanum. & etiam videtur lex velle consilium haberi, vt ff. de donationibus. l. Aquilius Regulus. & C. de repu. d. l. non dubiū. & C. de iure delib. l. fin. & optimè dicit consilium habendum tex. ff. de bon. poss. in l. in bonorum possessionibus & de ingenu. manu. d. l. si auiam. Econtrà quòd non teneatur habere. Omnis enim iudex præstat iuramentum, se iudicaturum secundum legem, in authen. de iureiur. quod præstat. ab his. §. deuotos. ibi supplicium secundum legē, &c. & in auth. de defen. ciu. §. iusiurandum, & auth. de iudicibus. §. omnis autem iudex. Item, quia consilium non est obligatorium. ff. mand. l. 2. in fi. Sol. dic, q̄ si iudex vult, pōt consilium habere, per iura superius alle. fm communem opinionem. Sed dominus Vbertus de Bobio dicit, q̄ si assessor est bene peritus in iure, non tenetur, alias autem si non est, vel est iuuenis, tenetur de iure, & bona consuetudine. Iudex verò non medius, credo, quòd melius fecerit pro exoneratione sui, nisi euidenter videat malitiam, & frustrationem, quia boni prætoris est lites diminuere. ff. si cert. peta. l. quidam cum si. & nemo tam audax inuenitur qui possit inuito iudice litem protelare, &c. vt l. properādum. C. de iud. Tertiò quæro, si autem iudex medius consultorem dederit, & elegerit, an electus suscipere cogetur inuitus? dicendum est quòd sic; quoniam iudicare publicū munus est, quòd in inuitum confertur, vt ff. de mune. & hono. l. munerum. §. iudicandi, & l. pe. §. qui autem. ff. de vac. im. l. cū furiosus. & C. de aduo. diuer. iud. l. sancimus. j. quæ iura quamuis loquantur in iudicibus delegatis, tamē idem dicit lex in consultoribus assumptis, vt C. de proxi. sacror. scrinior. l. in sacris. j. & ibi no. hoc est verum, si ille qui eligitur in consiliarium, est subditus iurisdictioni eligentis, vt no. C. qui pro sua iurisdictio. l. j. & etiam sunt vera omnia prædicta, nisi illi, quibus datur consilium, vel aliqui ipsorum, sint ipsi consiliario sanguinis affinitate adstricti: ideò nolit contra eos consilium exhibere, vt C. de excus. tut. l. humanitatis. & l. qui iurisdictioni præst. ff. de iur. om. iud. ff. de iniu. l. lex Cornelia. in prin. cum similibus Quartò, postquam consultor officium consulendi recepit, an cogatur iurare quod iustum, & rectum consilium dabit? Videtur quod sic, ad similitudinem testis, cui nihil creditur sine sacramento. C. de testibus l. iusiurandi. & ad similitudinem iudicis. C. de iud. l. rem non nouam. & in auth. ibi posita, & prælleg. §. deuotos. in auth. de defen. ciuita. & in auth. de iud. §. omnis autem iudex. vī, quod cogatur iurare ex prædictis. Econtrà, quod non, Primò, quia nulla lege, vel consuetudine cauetur, arg. C. de coll. l. illam. circa med. & ideò videò, quòd est ius, quòd datus arbiter nō iurat nec iurare cogitur. C. de arbit. auth. decernimus. Sol. Dic, quod si consiliarius est clericus non iurat, eo, q̄ clerici nō iurant, nisi causa necessitatis. C. de Epis. & cleri. l. cum clericis. & ibi de hoc. Si autem est laicus, & in officio constitutus, & sic iurat in principio anni, non cogitur iurare nunc: quia ratione primi sacramenti non præsumit immemor salutis æternæ. C. ad leg. Iul. repe. l. fi. & ne crebra fiat præstatio iuramenti. C. de iureiu. propter calum. dando. auth. hoc sacrm. & C. de cur. furio. l. pen. cum si. Si autem non iurauit, & in principio anni erat in aliquo officio constitutus, tunc relinquitur arbitrio iudicantis, vt respiciat qualitatem causæ, & conditionem personæ consultoris, vt sic procedat ad tollendum iusm, vel nō tollendum. ¶Quintò quid si consultor recepit officium consulendi in aliqua quæstione siue puncto, iudex vult qđ consulat, consultor dicit se dubitare de quæstione, & sibi non liquere de iure, vnde petit sibi dari consocium, vel socios, aliàs denegat se vellē dare consilium, nunquid debeat sibi dari? Et vī q̄ sic, quia iustæ deliberationes non sunt de negandæ seu auferendæ alicui. ff. ad Treb. l. sed & si. §. planè. & ff. de iureiu. l. iusiurandum, & ad pecunias. in fi. & de interrog. act. l. quia. & C. de iur. delib. l. si curatoris. in fi. ff. de succes. edic. l. j. §. Largius, cum simi. Et ad hoc fuerunt inuenti ti. de iure delib. C. & ff. Si. n. non daretur, cogeret anceps subire periurium, quod esse non debet. ff. rerum amo. l. Marcellus. & ff. de in lit. iu. l. videamus. §. j. Videō ēt, q̄ vbi etiam arbitri non sunt in concordia, eligitur consocius. i. tertius arbiter. ff. de arb. l. item si vnus. §. principaliter. Solutio, dic quod q̄uis debeat cogi consulere postq̄ suscipit. arg. ff. de arbi. l. 3. §. tametsi. imò q̄ plus est̄, ab initio cogitur suscipere inuitus, vt s̄. dictum est, si de iure dubitat, sibi est socius adiungendus, delato sibi iureiuran. si iudici visum sit. C. de his, qui ad eccle. confu. l. præsenti. §. sanè. Præterea, lex hoc videtur dicere expresè, q̄ iudices de iure dubitantes referunt qōnes. C. de rela. l. fi. ff. de iud. l. eum

ADDITIONES.

a Tho. D. ¶Circa practicam. Iste tract. est domini Alberti de Ramp. qui composuit istum tract. cui fecit additiones do. Bar. de Saxoferrato. ita inueni in vigesimo vol. cons. diuersorum Doct. Tamen in j. lib. cons. & in duobus libris antiquis, iste tract. est tract. domi. Iac. de Are. sed Bar. fecit addit. quas vide infra. & credo q̄ non sit completus, & de materia vide Bar. in l. j. C. de rela. & ibi uide apo. Et an possit peti consilium sapientis post conclusum in causa, vide consilium Io. de Anania, & Florian. vbi consuluerunt q̄ non potest peti. vide Bertachi. in suo repert. in verb. consilium sapien. in vers. 6. & vide Fel. in c. pasto. de exceptio. & in c. cum dilectus. de fide. instr. & Alex. in l. si sic stipulatus. in fi. de verb. obli.

BIU Cujas

cum quem.i.respon.cum suis similibus.¶Sextò quæro,qd si consiliarius recepit commissionem, & dederit consiliū assessori, nunquid si reddat & velit consilium emendare, corrigere,vel mutare,vel declarare,an poterit? Vr̃ ꝙ sic.C. de fur.l.manifestissimi.§.sed cum in secundam. Econtrà,ꝙ non,quia functus est officio suo,siue benè, siue malè, vt ff. de re iud.l.iudex. Solutio, Aut vult incontinenti mutare, & antequàm descendat de palatio: aut ex post facto,postquàm iuit domum. Si incontinenti,benè potest:quia quæ incontinenti fiunt, suspicione carent, vt in auth. de ęqua. dot.§. si aũt non vtriq;. si postq̃ iuit domum, aut mouetur aliqua lege, vel bona ratione,tunc auditur,sicut in l.lecta. ff.si cett.pet.quia ibi fuit auditus Papinianus,quia nonnũquam variantem p̃tor non repellit,vt ff.de collatio.bono. l.nonnunq̃. Si verò non mouetur aliqua lege,vel bona rõne,non est audiendus,arg.ff.de transactio.l.cum hi.§.in cã & ff. de his qui no.infa.l.2.§.ignominię.ff.de donatio.l.nuda. quia præsumitur machinatus ex postfacto, vt dicit.§.si autem.in auth. de ęqual.do. Vtrum autem valeat declarare?dic,vt no.ff.de reg.iur.l.in ambiguis. ¶Septimò quæro, an iudex cogetur stare consilio, si detur per consiliarium, & illud sequi? Et vr̃,quod non:quia consilium nõ est obligatorium.ff.mand.l.2.in fi. & ff.de reg.iur. l.consilij.de administrat.tuto.l.cum quidam de testi.ff.de conditio.& demon.l. cum tale.§.si arbitratu. ff. mand.l. idemq;. §. si quis. Econtrà vr̃ quod sic; quia sicut in initio fuerit voluntatis hr̃e vel non consilium: sic illud habitum tenetur de iure sequi.ff.de arb.l.3. §.tametsi neminem.ff.commo.l.in commodato.§.sicut. & C.de actio. & obli.l.sicut.C.de administratio. tuto.l. Titium & Mæuium.§.1. Sol.Dic,ꝙ si partib. conuocatis, & præsentibus,& consentientibus, eligit cõsiliarum,tenetur eius consilium sequi,& obseruare,per iura proximè dicta, & hoc verum, dummodò consiliarius non det expressè consilium ꝺ legem,vel ius:quia tunc iudex non tenetur consilium suum sequi.ea.n.quæ sunt ꝺtra iura,non sunt admittenda. C.de præcibus Imperato.offer. l.rescripta. & C. si ꝺ ius vel vti. pub.l.fi. & ff.de reg.iu.l.ius nostrum. Item cum consiliarius abutitur authoritate sibi concessa, priuilegium concessum meretur amittere. C.de Iudæ.l. Iudeos.cum similibus. ¶Octauò quæro,an electus consiliarius cum sacro. vel sine, si allegetur noua cã suspicionis superueniens, an poterit remoueri? Et non video, quare non,ad similitudinem iudicis delegati,vt C.de iud. l. apertissimi. imò sicut in iudice non est necessaria causæ expressio,sic non vr̃ necessaria in isto,& hoc nisi iudici videretur frustratoriè,vel calumniosè hoc peti.¶Nonò quęro, postquam consilium fuerit datum, qualiter sit procedendum, & ad ipsius pronunciationem? Circa quod dic sic: quandò assessor recipiat consilium sapientis sigillatũ, vel in charta publica,& id aperiet coram testibus, & ipse leget, & condemnabit,vel absoluet secundum formam & tenorem istius consilij, subijciens in fine suæ sententiæ, vnde viso, & lecto consilio prædicto,& illud absoluo, vel absoluit,vel condemno,&c. Sed ponamus quod iudex seruauit talem modum, quia lecto consilio dixit in fine,quare do.iudex pronunciauit in omnibus,& per oĩa,prout in dicto consilio continetur,nec dixit condemno,vel absoluo.&c. nunquid valebit sn̄ia?Primò videtur quod non,qa omnis sn̄ia debet continere absolutionem, vel condemnationem, aliàs non valet,vt.C.de senten.& interlo.l.præses.& ff.de arbitr.l.quid tamen.& ff.de re iudic.l.j.vel æquipollens,vt.ff.eo.tit.l.in summa.Cum igitur huiusmodi ꝓnunciatio absolutionem, vel condemnationem non contineat, nec æquipollens, quia dixit,pronunciamus,vel ꝓnunciauit prout in dicto consilio continetur, non valet. Et hoc est,quod vr̃ expressè dici.ff.iudicatum solui.in l.iudicatum solui ibi,pronunciauerit,&c. Econtrà vr̃, & primò illa rõne gn̄ali,quia quæ in præfationibus dn̄tur,in sequentibus repetita esse intelliguntur.ff.de verb.ob.l.Titia. §. idem rn̄dit. ff. de condi.institu.l.cum seruus. & ff.de ser. vrban. præd.l.si binarum. & ff. de leg.j.l. talis scriptura.in quibus legibus intelligitur tacita repetitio facta.Sic igitur qn̄ fit talis pronunciatio,vt quia dixit,pronuncio sicut in p̃dicto consilio continetur,verba condemnatoria,vel absolutoria,vel æquipollentia in consilio posita,videntur repetita, maximè quia ex tali repetitione non inutile fit qd̃ agitur,imò confirmatur,vt iu prædict.l.Titia.§.idem rn̄dit. ff. de leg.3. & l.in repetendis, vt per hoc res potius valeat, q̃ pereat, arg.l.quoties.ff.de reb.dub.Ptæterea, hic sunt expressè repetita verba consilij inquãtum dixit, pronuncio vt in d.consilio continetur. Ex tali.n.pronunciatione,s.ꝓ-

ut in d.consi.continetur,videntur verba consilij confirmata, vt Instit. manda.§. tua tm̃ gr̃a.& ff.mand.l.2.in fi.& ff.de admi. tut.l.quidam decedens.§. Papinianus.& l.Titium,& Męuium,in fi.j.rn̄.ff.eo.quippe confirmando,vr̃ confirmata protulisse.ff.de iusti. & iure.l.ius ciuile.& de adopt.l.adotio.& de verb.sign.l.lege obuenire. & in auth.de defen.ciui.§. interim. quia sic proferens fictione iuris absoluisse, vel condemnasse dr̃,pp verba consilij absolutoria,vel condemnatoria, quæ prolata finguntur,vt probaui:ergo pronunciatio tenet.Præterea,vr̃ gl.ord.quasi simile ponere.C. de appel.l.eos. inquantum quæritur an valeat talis sententia,pronuncio bene appellatum,& male iudicatum.Quid plura? sufficit, ꝙ aliqua parte actorum sn̄ia certa sit,vt præalleg.l.in summa, à simili sufficiat si aliqua parte actorum sint verba absolutoria, vel condemnatoria, vel æquipollentia, cum consiliũ comprehendat̃ appellatione actorũ, vt l.2.C.vt lite pen.& C.de appell.l.à proconsulibus.Videtur igitur,quod pronunciatio valeat.Sol.magis.credo tutum,& consonum rationi,ꝙ idem iudex post receptũ consilium absoluat vel condemnet.¶Decimò quæritur, si cõsultores volunt, & petunt sibi satisfieri de consilio, quis salarium soluere debeat,vtrum pars q̃ petit,vel succumbit in consilio,an pars illa q̃ petijt,an vtraque pars, vt sic cõiter soluatur? Et vr̃ primò quod pars succumbens soluere teneatur, quia victus victori.&c. C.de iudic.l.properandũ. §.sinautẽ alterutra. & l.sancimus.& in auth.de iud.§.oportet.& Instit.de pę.teme.liti.§.pen.quarè qui perdit,soluat, argumen. prædictarum legum.Item vr̃ quod de cõi sit soluẽdum, & sic per vtranque partem. Et hoc vr̃ expressè dici.ff.ne quid in loco publico.l.2. §.vicinales, vbi est aurea litera.Et hoc facit,s.vt cõiter soluantur expensæ.C.de iur. calumniæ.l.2. & C. de iureiu.l. gn̄aliter. §.his de præsentib. personis:ibi,an ab vtraque parte,&c. vel altera, &c. Item vr̃,ꝙ expẽsis petentis soluatur, vt ff.de edend. l.prætor ait. §.fi.& l.sequen. & C. fini.reg.l.si quis super sui iuris.§.fi.& l.si irruptione. ff. finium reg. cum similibus: q̃ leges simul allegari p̃nt,vt ab vtraq; parte persoluatur. Sol. Dic, quod assessor salarium ꝺsultori tenetur facere accipere ꝺsuętũ: quia nemo cogitur suis stipendijs militare, & hoc ẽt iura expressè dicunt.C. de statu.& imagin.l.& virtutum p̃mia, & extra.de præb.c.cum secundum.& dẽt dari salarium pro qualitate,& facundia aduocati. ff.de var.& extraordin.cogni.l.1.§.si iudex. cum similib.Per quem aũt soluat̃:dic primò inspici statuta & consuetudines:si aũt non sint,satisfaciat ille qui ꝺsilium petijt exhiberi, vt prælleg.l.prætor §. vltimo.& d.l.si quis.& d.l.si irruptione. Si aũt nullus petierit,sed iudex ex officio motus concessit,vel ambo petant, tunc expensis cõibus vtriusq;, & hoc per prælle.iura, & specialiter per.§.vicinales. & §. his de p̃sentibus. ibi,an ab vttaq; &c. & in auth. de iudic.§.ne aũt.& §.quia verò,cum similibus.De salario autem soluendo per succumbentem, per prælleg. iura non est tractandum,quia satis hoc apertè est tractatum,qn̄ victus victori in expensis condemnet̃, per ordinariũ apparatum, vt in auth. de iud.§.oportet. & ex̃.de dolo & contu. c. fi. Et hæc circa præfatam materiam breuitatis cã sufficiant.Deo gr̃as. Albertus de Ramponib.

SEQVITVR ADDITIO, ET SVPPLETIO Bart. à Saxoferrato.

PVnctus aũt qõnis sapientis per iudicẽ formandus est s̄m causæ naturam absq; læsione partium. Vnde hic quæro, si punctus malè formetur per iudicem, adeò ꝙ pars per hoc,vel partes lędi possunt, an poterit iudici ꝺdici? Rn̄d. sic,C.de rela.l.j.in fine.& iusta est causa appellationis,vt ibi de hoc no.& vide quod de hoc no.extra,de probatio.c.qn̄ cõtra falsam in gl. fi. ¶Sed quæro,vtrum iudex à seipso possit hr̃e consilium sapientis, & eo vti partibus inuitis, vel altera earum? Et certè sic prout ex facto vidi,& est arg.ad hoc.C.d̄ iudicijs.auth.ad hæc.& C.de inge.man. l.si auiam. & quæ ibi dn̄r, & in auth. si quando ꝺtigerit in fine posita.C.de iudicijs.ibi,cognitionaliter,&c.& sapientum cõsi. Nam ita ibi fit expositio per Doctores. & de sen. ex breui.reci.l.2. in princ.facit.C.de repu.l.dubium nõ est. ¶Sed quid si consultor assumptus,qui suscepit qõnem cõsulendam, velit ex postfacto certum impedimentum allegare, & in qõne non consulere, an sit audiendus? Rn̄deo, aut illud impedimẽtum, ꝙ nunc allegat, habebat eo tpe,

quo

quo qõnem consulendam assumpsit, & sibi imputet ꝙ suscepit,& non auditur:aut post susceptam qõnem iustum impedimentum superuenit , & tunc aut tantisper expectandus est, quo impedimentum cessat, aut alius subrogandus est. vt ff.de vac.mu.l.prætor.§.fi.facit.ff.de iud.l.iudicium soluitur. ¶Illud ẽt quæro commissione solenniter facta,& consi. exhibitio, an pars possit dicere consiliũ iniquum,& iniustum, & indignum executione? Et certè vidi hoc seruari ea rõne, & qua dr̃,quærelam grauaminis hr̃e instar appellationis. ff. de arbi.l.non distinguemus.§. cum quidam arbiter.si dixerit se prædicto modo grauari, & si secundo denuo fuerit super eo assumptus cõsultor, an tertiò hoc facere poterit, & vidi seruare licitè secundò,& non tertiò.Cum.n.quærela hæc iniqui,& iniusti cõsilij habeat instar appellationis, vt in d.§.cum quidam.& licitum sit secundõ,& non tertiò appellare,ergo nec tertiò põt dicere se grauatum , vel iniquè consultum. C.ne in vna, ea causa.l.vnica. ¶Sed pone consultorem consuluisse, & iudicem secutum consilium,ita pronunciare,an à tali pronunciatione possit appellari?Puto ꝙ sic,licet de concordia partium fuerit assumptus consultor.Nam & a iudice delegato de partium voluntate assumpto non est dubium posse appellari cum non inueniatur prohibitũ: ergo concessum. C.de ap.l.præcipimus. & l.& in maioribus. Item à laudo seu sñia arbitri receditur,licet concorditer fuerit electus, siue assumptus,si iniquè fuerit arbitratus.ff.de ope.li.l.si libertus. & ff.pro soc.l.societatem.§.arbitrorum. & de contrahen.empt.l.hæc venditio.¶Sed qd dices, si quis dicat consilium ꝰ se latum iniustum,& iniquum esse,& petat illud reformari consilio alterius sapiẽtis, & super hoc fuerit alius consultor assumptus, an per hoc præiudicatur sibi ne appellari possit à pronunciatione facta per iudicem secundum formam primi consilij? Et vr̃ ꝙ sic,& ꝙ sibi præiudicet pp electionem,cum idem sit effectus vtriusque viæ . Ad hoc faciunt oĩa iura , quæ dñt electionem præiudicare. ff. de trib.l. ꝙ in hr̃de. §.eligere.& de le.2. l.cum filius. §.varijs.& l.statuliberum.§.fi. in fi.& ff.de statu li.& de cur.fur.l.cuius bonis.arg.ꝰ.nã cũ hę duæ vię licet contrariæ , vel diuersæ sint , tamen eundem effectum habeant , non tamen videntur inuicem se excludere,vt C.de inof. test. l. eum qui. sed certè, nec ibi dicitur vtraq; via agi posse.Bar.de Saxoferrato.

SERMO DO. BARTOLI IN DOCTORATV Do. Bonaccursij fratris sui.

BOnum est nomẽ meũ , Accursius dr̃.n.sic ꝙ succurrit,& occurrit ꝰ tenebras iuris ciuilis. Ista sunt verba Accursij glossatoris nr̃i assumpta pro Accursio,scripta.ff.ad Treb. l.facta. §. si in danda pecunia conditio.in gl.in verb.conditio est. Secundum euãgelicam,apostolicam,ciuilemq; doctrinam in locis vulgarib. admonemur, in cuiuslibet actus principio inuocationem noĩs altissimi anteponere, Idcircò in nostri sermonis principio ad eius inuocationem præmitto hæc verba'. In noĩe pr̃is,& filij,& spiritus sancti Amen. In iure nostro cauetur principaliter , vt ei,qui iustè alicuius beneficij inuestituram petierit,legitimè tribuatur, vt C.de iu.emph.l.fi.& in feu.tit.q succ.ten. c.j. in fi. Est autem inuestitura , qñ aliquid corporeum à dño traditur in signum beneficij iam concessi , vt in feu. quid sit inuesti. c.j. in prin.cum ergo filius,& socius noster,qui est hic,dignitatem,& beneficium doctoratus meruerit à venerabili in Christo patre , & dño ; dño nostro Epo Per.qui hic est, meritò petit se à dñis, & Docto.suis, hac dignitate , & beneficio inuestiri , sibique corporalia doctoratus insignia tradi. Ipsius itaque annuens petitioni pro me, & alijs Doct. sermocinaturus assumpsi verba primo loco proposita,bonum est nomen,&c. vbi s. In q-bus quidem verbis tria ad nostram materiam facientia denotantur. Primò, bonitas essentialis , dum dr̃ bonum est.Secundò, perfectio nominalis,dum subijcitur nomẽ, Accursius. Tertiò, operatio effectualis, dum subnectitur illud dictum , quod succurrerit , & occurrerit ꝰ tenebras iuris ciuilis. Et vt clarius more Legistarum,meum fundẽ eloquium, siquis quæreret ad perfectionem,& verum honorem huius hoĩs, q̃ requiruntur: rnderem , tria sunt in authoritate assumpta, s.quod sit bonus in se,quòd habeat bonum nomẽ,seu bonam famam, quod verè bona agat, & bona opera faciat . Propter primum significandum fit libri traditio . Propter secundum, annuli aurei immissio. Propter tertium oscului pacis cum magistrali bñone præbitio , & sacri bireti impositio.De vno quoque aliqua br̃ pertingamus . Primum itaq; ꝙ ad perfectionem alicuius requiritur,est bonitas essentialis, quia dr̃ , bonum. & illa res dr̃ in ipsa esse perfectior , quæ in seipsa consistit,& alteriùs minus eget suffragio:ideò ætas maior.25.ann.dicit esse perfecta : quia tunc alterius , vt tutoris, vel curatoris non eget suffragio:sed regimen suiipsius in seipsa consistit,vt C.de his, qui ve.æta.impe.l.fi. & ff. de leg.3. l. cum filiosa. ita legatur.circa.fi.Itaq; aduertens Propheta diuinam bonitatem , & perfectionem describens ait , Deus meus es tu:qñ bonorum meorum nõ eges.Psal.15. Ideò ẽt Deus summè bonus est: quia in seipso ꝙsistens,aliorũ non eget.Essentialis bonitas,& perfectio istius ciuilis sapientiæ manifesta perpenditur, & in hoc oẽs alias scĩas excellit. oẽs in.aliæ scĩæ in se minùs perfectæ vñr,quia aliarum scĩarum egent suffragio . non.n.perfectus potest esse Philosophus,nisi primò sit Logicus: nec Medicus põt esse perfectus,nisi existat Philosophus,nec Canonista potest esse perfectus, nisi hac ciuili scĩa fuerit eruditus,vt euidentia facti demonstrat.Hæc aũt scientia sola in se perfecta existẽs, nullius alterius scĩæ eget suffragio : nam in ea vbi iudices incipiant,innenitur.Inst.de iust.& iur.post princ.& in quo eruditi proficiant, perfectè deprehẽditur ff.& C.quæ sunt perfecta volumina,& dr̃ in proœ.fforum. §.in annum.& §.seq.Non Logicorum,non Philosophorum,nec Canonistarum:quippe nullius alterius eget suffragio , sed ipsa tanq̃ in seipsa perfecta existens,omnibus suffragatur,ait.n.de seipsa.Sedeo Regina,vidua non sum, luctum non videbo, Apoc.c.18.Verè potest dicere,Regina,oportet.n.hanc scientiam pẽsse . & bonis & malis vt Principem , & Ducem.ff.de leg.l.2.Hæc est illa scĩa, q̃ dat pacem vniuersis prouincijs , & largitur munera m magnificentiam principalem Esdræ.2. Oĩs.n.scĩa ab ista recipitur,qñ omnes ab ista scientia sustentantur.sicut.n.scĩẽtia Mathematica reprobatur, nec scĩa dr̃,quia ei hæc ciuilis sapientia nõ assistit vt C.de mal. & Mathe. per totum. eodem mõ,si ab hac ciuili sapientia,Logica,Philosophia, Medicina, vel alia q̃is scĩa damnaretur,à nemine nominaretur scĩa , & tñ quælibet scia est, inquantum ab hac ciuili sapientia sustentatur , excepta sola sacra Theologia, cui hanc scĩam fateor esse supposĩtam.meritò ergò dicit, Sedeo Regina, vidua non sum,vidua.n.dicitur sine duita te.l.malum. §.viduam. de ver.sig.mulier.n.cum in se imperfecta existat, eget viri suffragio , cum eo careat, dr̃ vidua,ita aliæ scĩę quæ snĩarum aliarũ adminiculo fulciuntur cum sine eo reperiuntur,viduæ appellantur . si.n.Medicum reperies , qui non sit Philosophus, Medicina est vidua , si Canonistam sine iure ciuili,est vidua, & imperfecta scĩa. Hæc aũt scientia , quæ alterius adminiculo nõ eget,vidua non est, & vidua esse non põt:meritò ergò dicitur , vidua non sum & luctum non videbo. Et hæc quidem scĩa sicut in se perfecta exiſtit,ita generat filium sibi similem.l.ꝙ si nolit.§. mancipia.de ædi.edi.Facit.n.omnẽ discentem sedere vt Reginam . ei.n. Resp. regenda committit,vt in proœ.Inst.circa prin.Sunt q aliorũ nõ egent suffragio,sed ipsi alijs suffragantur, vt C.de suff.l.j. De iuristis verè p̃t dici illud Psalmistæ psal.118. Lapidem,quem reprobauerunt ædificantes,hic factus est in caput anguli, à Dño factum est illud , & est mirabile in oculis nostris. Lapis reprobatus est p substantiam cuiuslibet Iuristæ, q in hac ciuitate ad regimen p eorum statuta totaliter est remotus.tñ hic lapis,seu Iurista factus est in capite anguli.Nam videtis Iuristas oĩb. antecedere, & tpe processionum,faciunt Iuristas,qui oĩb.patrocinant, præcedere,& ẽt in recognitionem dñi certum largiuntur , sic & curia Ro.sic & Ro.ecclesia hunc lapidem in clericis reprobat, vetãdo eos hac ciuili sapientia imbui:tñ Ro.curia in hac scĩa obtinet principatum . longe.n.plures sunt ibi Legistæ,quam Canonistæ, quare hoc à Dño factum, & est mirabile in oculis nr̃is . In signum igitur istius professionis immensæ, tradit liber.hic.n.appellatur liber,quasi nõ seruus , nemini subditus.ff de sta.ho.l.libertas. Accipe ergo hunc librum Primò clausum in signum tuæ bonitatis in trinsecæ, & sicut hic liber in se oĩa iura continet,sic & in scrinio pectoris tui oĩa iura claudant,vt C.de test.l.oĩum. hunc librum accipe apertum , vt sic possis apertè dicere, apertæ sunt catharactæ cæli , descenderunt pluuiæ , consumpta

ſumpta eſt oīs caro. Gen. 7. c. ecce apertæ catharactæ cęli. i. meatus rerum cęlatarum huius ciuilis ſapientiæ ſunt manifeſtæ, deſcenderunt pluuiæ. hæc eſt virtus, & moralitas. & deleta eſt oīs caro ī te, i. oīs carnalis appetitus, & totus eſt in hac vita morali, & politica renouatus, & hoc de primo. ¶ Secundò dixi, quod denotaī perfectio noīalis. Duob. modis nomen aſſumitur. Quoddam. n. eſt nomen proprium, & iſtud imponiī ad placitum, vt l. j. C. de mut. no. vt tale nomen ſit honeſtum, p̄cipitur. l. facta. §. ſi in danda pecunia condō. ff. ad Tre. Quantæ bonitatis fili ſit hoc tuum nomen, Accurſij, nemo eſt qui ignoret. poſſum. n. rectè dicere: vt oliuam pulchram vberem, fructiferam vocauit Dñs, ſic nomē tuum poſſe dici. Iſtud. n. nomen Accurſius, eſt qđ ſua vbertate, & pinguedine totam hanc ciuilem ſapientiam impręgnauit. totum. n. corpus iuris gloſſauit tanta p̄fectione, qđ poſt eum nemo in hac ſcīa auſus fuit ſcribere vnum verbum. verè ergo potes de bono noīe gloriari. Et ſicut iſta noīa ad recognoſcendum hoīes imponunī, ita annulus in ſignum, vt quis ſit cognitus, tribuiī, vt ſcribitur per Accur. ff. de inof. teſt. l. Papinia. §. j. in glo. in verb. bonorum. §. j. Secundo mō nomen aſſumitur pro fama, de quo Salomon, Curā habe de bono noīe. hoc. n. magis p̄ualebit tibi, q̄ mille theſauri precioſi, & magni. Bonum. n. nomen permanebit in eum. Eccle. c. 41. Magnum, & honorabile eſt nomen meum in gentib. & Malachiæ. j. c. In ſignum. n. iſtius famæ perfectæ. &c. annulus aureus tribuitur, quem nemini licet deferre, niſi ſit ciuis Ro. vt C. de iu. àur. ann. l. j. vt ſicut annulus ſua claritate refulget, ita velox tua fama claritate refulgeat, vt legitur in rub. vbi s̄. Annulum ergo, quē petijſti à dño, & à pr̄e tuo dño A. ipſe tibi. & hoc de ſcđo. Tertiò oñditur operatio effectualis, dum ſubijcitur, dictum illud, quod occurrit & ſuccurrit p̄ tenebras iuris ciuilis. Pr̄es & dñi, tres eſſe reperio tenebras, exteriùs extremitatib. eleuatis, Hiere. c. 10. Aliæ tenebræ cauſantur in cęlo, cum Luna interponiī inter Solem, & terram. obtenebrato. n. Sole, Luna nō reddit lumen ſuum, Iſaiæ. 13. Tertiæ tenebræ ſunt ſuper terram, Mat. 27. c. Mar. 15. Lucæ. 23. c. Et primò tenebræ in extremitatib. terræ oriuntur. Per terram accipio mentes hoīum groſſorum, quibus ſolum in extremitatib. & ſupficie eſt aliquid lucis, & ex iure non tenebræ, hoc eſt obſcuritates, & dubia oriunī, q̄ per iſtam ſcīam deciduntur, atq; fugantur, ſicut ſoluitur nebula, q̄ fugata eſt à radijs Solis, Sap. 2. c. Sicut. n. nubes ex corporib. terræ eleuantur in aerem, & ibi purificantur, & aqua efficitur, quæ deſcendit ab aere, q̄ terram rigat, vt fructum afferat, ita ex iſtis gentib. groſſioribus dubia oriuntur, q̄ tanq̄ nubes in mente doctorum, & aliorum Iuriſtarum excellentium eleuanī, ibi purificanī aqua ſapientiæ, & efficiī, aer, hoc eſt mens doctoris clarificatur. Quanta. n. claritate illuminet ille Doctor qui ſuā theoricam deducit in practicam. (In qualibet facultate enim loquor) ille ſcit, qui guſtat, exprimete nequeo, terra irrigatur, ꝙa talis practica excellentiū virorum in ſcripturam reduciī, ad irrigandum terram, hoc eſt, ad inſtruē dum mentes rudes, & terreſtres. Contra iſta dubia, ſeu iſtas tenebras, hæc ſcīa occurrit & ſuccurrit, occurres, & ſuccurres tu fili, dando recta ꝑ ſilia, quæ dubia tollunt, & in pace hoīes ponūt, huius ſignum pacis oſculum tradit. Secundæ tenebrę ſunt &c. Per cœlum ſigñantur mentes doctorum, & aliorum excellētium iuriſtarū, à ſummo q rerum cælatarum lumine illuſtrantur, in quibus tenebræ oriunī, vt plurimum ex interpōne Lunæ, hoc eſt, opinionū falſæ mentis, & phantaſticæ, ſeu lunaticæ, p̄ quas tenebras occurrit hæc ciuilis ſapientia, veram opi. eligendo, & p̄riam reprobando. C. de cond. inde. l. fi. & C. per quas perſo. no. acq. l. fi. & ſimi. ff. & C. In huius ſignum fit bño magiſtralis, vt tua dicta, & conſilia habeanī, vt magiſtralia, & interpretationes probabiles, & redigendæ in ſcriptis, vt no. Accur. ff. de leg. l. non pñt. hoc itaq; oſculum cum magiſtrali bñone à tuo pr̄e, & do. Dy. petijſti, & ab eo humiliter accipe. Tertiæ ēt tenedræ ſunt. s̄. naturā, &c. Pro Chr̄o accipio veritatem, ipſo dicente, Ego ſum via veritas, & vita. Io. 14. c. cum. n. iudex falſe iudicat, aduocatus falſe aduocationem p̄bet, ꝑſultor falſum tulit ꝑſiliū, cum falſa, & iniqua ſtatuta ꝑduntur, Chr̄s hoc eſt veritas occidiī, quinimò perit ſp̄, cum iuſtitia non ſeruaī. Ex hoc per vniuerſam terram tenebræ, & ſcandala oriūtur. Qualiter. n. ſtet illa ciuitas, in qua iuſtitia non ſeruaī, à quolibet intelligēte palpaī, comprobaī illis dictis, Veh vobis, viri impij, qui dereliquiſtis legē dñi altiſſimi. &c. Eccl. 41. Veh, qui ꝑdunt leges iniquas. Iſa. 10. c. p̄ has tenebras hęc ſacratiſſima ſcīa perfectè occurrit, puniēdo iudices malè iudicātes. C. de pen. iud. qui mal. iud. l. j. & mala cōdentes ſtatuta ff. de dol. excep. l. j. in fi. p̄ has tenebras primò doctoris occurrit veritas, ita clariſſimè demōſtrando, quòd erubeſcat contra veritatem loqui aliquid, & attenteare.

SERMO DO. BARTOLI
IN DOCTORATV DO. IO. A SAXOF.

¶ In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Amen.

IOannes hic venit ī teſtimonium, vt ſtimoniū phiberet de lumine. Hæc verba hñr. Io. j. c. ſm Euangelicam, & Apr̄icam doctrinā, & p̄cepta cluilia in locis vulgaribus tradita admonemur in cuiuslibet actus principio diuini noīs inuocationem p̄mittere: idcirco ipſum inuoco dicēs, In nomine patris, & filij, & ſpūs ſancti, Amen. Patres, & dñi tres ſermones me feciſſe in hoc loco memini, in duob. primis authores iuris, & diuinæ ſcrip. allegaui p̄miſtium, & in tertio iuris ciuilis authores tantummō. Nunc verò arbitror eſſe ꝑſonum, vt ſolum ex diuinæ ſcrip. authoritatib. comprobem dicta mea. Et ꝙa hic p̄ quo ſermo effundiī, eſt Ioannes: iō accipiam à Ioanne pro Ioanne, & ſolum ex dictis Ioannis eloquium p̄ſens fundabiī: & ꝙa ſcriptū eſt. In illa die q̄cquid petieritis p̄rem in noīe meo dabit vobis, Ioā. 15. idcircò cum à te fili mi iuſtè petitū fit, vt in quaſi poſſeſſione doctoratus tradendo inſignia te ꝑſtituam, volens, quæ à te petita ſunt, dare, aſſumpſi verba primo loco propoſita, Ioan. hic venit &c. vbi s̄. in quibus verbis dico, quòd pro appoſitis conferentia denotantur. Primò ſcholaris doctorādi diſpō, & p̄fectio. Scđo huius ciuilis ſapientiæ laus, & exaltatio. Tertiò perſonæ doctoris mirabilis operatio. Primum p̄ gratiam exiſtentem de præſenti, dum dicit, Io. hic. Secundum p̄ reuelationem factā ſecretorum, dum dicit, venit in teſtimonium, Tertium declarationem factam audiendi, dum ſubinfertur vt teſtimonium perhiberet de lumine. Et ſic. j. pars erit ad laudē doctorandi. Secunda ad laudem ſcientie. Tertia diſpoſitio, atque perfectio propter gratiam exiſtentem de præſenti, dum dr̄, Ioan. hic Ioannes, interpretatur gratia, gratia ergo hic dico, quod eſt demonſtratiuum de præſenti, nullus ad huius ciuilis ſapientiæ finem poteſt accedère, vbi ſocia non ſit gratia operans, quæ eius voluntatem aperiat, vt velit gratia cooperans, quæ eius voluntatem coadiuuet, vt operetur ne fruſtra velit. Scriptum eſt enim non pōt hō accipere quicquam, niſi ei datum fuerit de cę Io. Io. 3. c. & alibi dicit Sap. Nemo pōt venire ad me, niſi ei fuerit datum à patre meo. Io. 6. c. alibi, Sine me nihil poteſtis facere. Io. 15. c. iſta enim gratia eſt præparans, Primò. n. præparat intellectum ſcholaris, vt quod audit, intelligat. qui. n. non intelligit, non adiſcit, vt dicttur de illo Nicodemo, qui ideò non didicit, quia Chriſtum non intelligebat. Io. 3. c. Iſtam gratiam huic Deus tribuit, quia ab initio vſq; ad finem ſui ſtudij quod à Docto. audiebat profundiſſimè apprehendebat. Secundò, quia memoria eſt ipſius laudabilis, præparat hic gratia, vt ſcribat: ſcriptum eſt. n. quæ vides, ſcribe in lib. &c. Io. Apoc. j. c. & alibi, Datus eſt mihi calamus ad ſimilitudinem virgæ. Apoc. 11. c. & alibi, Audiui vocem de cœlo dicentem mihi, ſcribe; Beati, &c. Apoc. 14. cap. Hanc gratiam Deus huic tribuit, intantum habet corpus ſuum obediens intellectui, quòd omnia, quæ intelligebat, ſcribendo velociſſimè reportat. Tertiò hæc gratia operans coadiuuat, vt quis in ſtudio cępto perſeueret, ne forte ſi deſerat, perdat, quod fecit ſcriptum eſt enim ſicut ab initio audiuiſtis, ambuletis. & ne perdatis quod operati eſtis. Io. j. ca. Iſtam gratiā Deus huic tribuit. Itaque de eo vere poſſum dicere, Hic eſt diſcipu. ille, qui in cœna recubuit ſupra pectus eius. Io. 13. & 21. c. Siue enim prandendo, ſiue cęnando, ſiue ambulando, iſtius intellectus in iuris ciui. pectore recumbebat, & nos qui vidimus, qui inſpeximus, manus noſtræ contrectauerunt. In 3. cap. & primæ. Io. j. c. & de te poſſum dicere qđ tu es illud animal quartum ſiſe Aquilæ volanti plenū oculis, &c. Apoc. 3. c. cū. n. in terram vñ mihi, & tibi origo eſt, inter doctores tu es quartus, ſimilis Aquilę, p̄ altitudinem intellectus, plenus oculis, hoc eſt virtutib. & circūſpectionib. verè ergo gr̄a hic. Io. hic. Et ſicut verè fui

Io.

Io. ſolum ad apoſtolatum aſſumptus, ſed aſſumpſit Ieſus Iacobum, & Ioan. filios Zebedei, de quibus legitur Io. 21. c. & in prin. ita hunc Deus ad doctoratum aſſumpſit coronandum, & Io. fratrem eius filios lucis. Sic enim vocatus eſt pater eorum, merito, vt ex cuius patre lux iſta deſcendit, lucis nomine vocaretur: gratia ergo Dei hic. Sed poſſet quis dicere, quomodo gratia eſt hic, cum de loco paruo eius origo proceſſerit, ſ. de Saxoferrato? Ad hoc reſpõ deo iſta obiectio fit Io. j. c. circa fin. dicitur ibi q̃ poteſt à Nazaret aliquid boni eſſe, & ſtatim reſpondetur, veni & vide doctores, qui te examinauerunt: ſcholares, qui te audiuerunt, teſtimonium perhibent de te, vt rectè poſſis dicere, opera quæ ego facio teſtimonium perhibẽt de me, Io. v. c. Alibi reſpondet ſcriptura, dicens, Iſte accendit lucernam, & non ponit eam ſub modio, ſed ponit ſuper cãdelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Verba ſunt Chriſti, cuius teſtimonium eſt verum. Ioan. 8. c. Deus itaque, qui hanc lucernam ciuilis ſapientiæ in anima tua accendit, non patietur te poni ſub modio in loco paruo, ſed te ponet in loco eminẽti, & alto, vt luceas omnibus, qui in domo ſunt. & alibi reſpondetur. Non turbetur cor veſtrum, &c. ſubdit, In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Io. 14. c. in prin. non ergo turbetur cor veſtrum, tibi fili, & cuilibet hanc ſcientiam addiſcenti loquor. In domo patris mei, hoc eſt ciuilis ſapientię, manſiones multę ſunt: quidam enim ad legendum in ciuitatib. regijs aſſumuntur: quidam ad aſſidendum in locis inſignib. præponuntur: quidam ad aduocandum in curijs Principum, & regijs attrahuntur: alij ad cõſulendum in cameris aſſiduè requiruntur: alij ad conſilium Principum aſſumuntur. hi enim quib. Reſpu. regenda committitur. iſtæ ſunt huius ſapientiæ manſiones, propter quas quilibet luriſta ſecurus, & gratioſus redditur, verè ergo Io. hic, gratia hic. in huius igitur gratiæ operantis ſignum do tibi lib. clauſum, in ſignum gratiæ cooperantis: do tibi lib. apertum vt aſſiduè ſtudeas, tibi, alijſque proficias. hic enim eſt liber, de quo ſcribit Io. Apoc. 5. & vidi librum in dextra ſedentis ſuper throno, ſcriptum intus, & foris, ſignatum ſeptẽ ſigillis, & j. ſequitur, Nemo erat auſus aperire, niſi leo de tribu Iuda, hic eſt liber, qui eſt in dextra ſedentis ſuper throno. hic eſt liber ſignatus ſeptem ſigillis. quoniam fforum volumina à Iuſtiniano in ſeptem partes diuiduntur in ti. de vet. iur. enu. hic eſt liber, quem nemo poteſt aperire, niſi leo de tribu Iuda, quæ eſt trib. regalis, quilibet doctor eſt de tribu regali: quoniam ei Reſpu. regenda committitur, vt ſ. dictum eſt. Et hoc de primo. Secundò denotatur in verbis præaſſumpti huius, ciuilis ſapientiæ laus, & exaltatio propter reuelationem ſecretorum factam intelligenti dum dicitur, venit in teſtimonium. Ex teſtimonio enim res ſecretę reuelantur. ſcriptum eſt enim, Tria ſunt, quæ teſtimoniũ dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis, primæ Io. v. c. iſta ſunt tria iuris præcepta honeſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum vnicuique tribuere. Per primum, quis in ſe viuificatur, ſ. ſpiritus, cui correſpondet honeſtè viuere. Per ſecundum, homo intra ſe ad diligendum accenditur, ſ. ſanguis, cui correſpondet alterum non lædere. Per tertium ad actum dilectionis exhibendum impellitur, ſ. aqua, cui correſpondet ius ſuum vnicuique tribuere. ¶ Primum igitur, ex quo homo intra ſe viuificatur, eſt ſpiritus, propter quod debet honeſtè viuere. hoc eſt huius ciuilis ſapientiæ teſtimonium. qui enim his, quæ iuris ciuilis ſunt, priuati ſunt, mortui dicũtur, hoc eſt, quod religioſi appellant aliquos ciuilibus actis eſſe priuatos, qui fecerunt peccatum ad mortem, vt dicitur primæ Io. vlt. c. qui hac ciuitate eſt priuatus, eſt mortuus: ergo qui hac ciuitate potitur, viuit verè, ergo ſpiritus eſt qui viuificat. Per ſecundum homo intra ſe ad diligendum accenditur. in hoc enim cognoſcetur quod diſcipuli mei eſtis, ſi dilexeritis me, dicit hæc ciuilis ſapientia. Io. 13. c. qui enim non diligit iuſtiriam, non eſt eius diſcipulus, vt eo. c. dicitur. Per tertium ad actum dilectionis exhibendum repellitur, ſ. per aquam, cui correſpondit, ius ſuum vnicuique tribuere. Aqua enim huius ciuilis ſapientiæ per ſuos occultos riuulos omnibus tribuit, quod eſt ſuum. Iſta eſt aqua quam Chriſtus miſit in peluim, & lauit pedes diſcipulorum, Ioan. 12. c. Iſta enim eſt aqua, per quam pedes eccleſiæ lauantur, hoc eſt nodoſitates & dubia, quæ in ea occurrunt tempore litis diremptę. & licet Pet. dixerit Domine non lauabis pedes meos in æternum: tamen ei reſponſum eſt. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Ita in propoſito, licet ſtatutum ſit per eccleſiam, vt iura ciuilia per religioſos & clericos in ſacris non diſcantur, & ſic pedes non lauentur: tamen ſi hæc ſcientia non lauabit, in eorum curijs, iuſtitia non erit: & ſic non habebit partem mecum hæc ſciẽtia, quæ figurata eſt in quinque panibus, & duobus piſcibus, ex quibus ſaturata eſt turba. Io. 6. c. qd enim aliud ſunt quinque panes, niſi quinque volumina librorum huius ciuilis ſcientiæ. ſ. Digeſtum Vetus, Infortiatum. ff. Nouum, Codex, & Volumen: duo piſces ſunt dũo ſenſus legales. ſ. ſenſus literalis, & ſenſus argumentalis. Ex iſtis enim quinque panibus, & duobus piſcibus, totus mundus ſaturatur.

Laus Deo, & gloria, Amen.

FINIS.

REGISTRVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee

Omnes ſunt quaterniones, præter E e, qui eſt quinternio.

Auguſtæ Taurinorum, M. D. LXXXIX.

1 5 5 7 7 8 8 9
(1589)

BIU Cujas

BIU Cujas

BIU Cujas

BIU Cujas

REPERTORIVM
SINGVLARE, ET AVREVM
Henrici Ferrendat Niuernen.
SVPER CONSILIIS, QVÆSTIONIBVS,
ET TRACTATIBVS BARTOLI, ET ALIORVM.

Nouissimè compilatum, ac concluſiuè ſuper ſummarijs fabricatum:

Omnia notatu digna comprehendens.

De Litera A.

ABBAS in cauſa monaſterij iure ciuili iurat de calumnia in animam ſuam, iure canonico in animâ maioris partis conuentus. in tract. de differ. inter ius cano. & ciui. nu. 42. 181

Abbas alit monachum, pendente quæſtione an ſit monachus. in tract. de ali. nu. 43. 155

Abbatem eligentes iure ciuili iurant: ſecus de iure cano. in trac. de differ. inter ius cano. & ciui. nu. 111. 183

ABLATIVI abſolui inducunt diſpoſitionem. in extrauag. ad repri. in verſi. multorum. nu. 1. 117

ABSENS vbicunq; damnari poteſt, peruenitur ad diffinitiuam abſq; litis conteſt. in extrauag. ad repri. in ver. conteſtata. nu. 2. 126

Si duo abſente tertio pronuntiant, ipſo poſtea ratum habente, ſententia duorum non valet. in trac. de arb. nu. 12. 178

Contra abſentem in criminalib. lite non conteſtata, iure ciuili an procedatur, & quid iure cano. in tract. de differ. inter ius cano. & ciuil. num. 8. 180

Vbicunque poteſt contra abſentem in criminalibus perueniri ad diffinitiuam, poteſt etiam extraneus allegare eius innocentiam. in conſi. 107. nu. 2. 32

Abſens potiùs condemnatur ex contumacia, quàm ex delicto. in conſ. 91. in 2. vol. nu. 2. 86

Abſolutio ſequi debet, ſi per curiam non probatur Mænium ante percuſſiſſe in dubio. in conſi. 2. nu. 4. in 2. vol. 66

Abſoluendus eſt quis, quando non conſtat delictum eſſe commiſſum, vel conſtat, ſed ignoratur quale. in q. 17. nu. 5. 110

ABSOLVTORIA lata in vno in obligationibus ex quaſi maleficio, parit præiudicium in alijs. in q. 9. nu. 4. 103

Accidere frequenter quid ſit. in trac. de inſula. in ver. quod frequenter. num. 1. 168

Acceptatio præbendæ ſecundæ vacantis facta per procuratorem, an præiudicet acceptationi primæ præbendæ, ſi fiat cum proteſtatione. in conſi. 73. uu. 4. 22

Acceſſorium, & principale quando concurrunt in perſona eiuſdem, tunc principale eſt efficax, & in acceſſorio agi poteſt. in quæſt. 15. nu. 12. 109

Acceſſorium licet deficiat, principale remanet. in q. 17. nu. 8. 110

Acetum licet in eadem ſubſtantia ſit vt vinum, tamen non venit appellatione vini. in trac. de alueo. in ver. quòd ſi. nu. 7. 173

Acta iudicij valent, licet in eis non ſint ſcripta nomina teſtium. Nel. in tract. de teſtib. nu. 220. 218

Actus celebratus coram populo, vel populum repræſentante non requirit præſentiam teſtium. ibi. nu. 221.

Acta facta coram iudice infame tenent. in conſi. 174. nu. 7. 49

Actiones quando duæ ſunt, vna pœnalis, & altera rei perſecutoria, vna non tollitur per aliam. in q. 9. nu. 6. 103

Actio, quæ datur contra iudicem, qui malè iudicauit, dicitur pœnalis. ibidem.

Actio vt detur ad intereſſe, ſufficit ab initio intereſſe, licet deſinat poſtea intereſſe. ibi. nu. 8.

Actiones plures competentes ad diuerſa, ſiue contra eundem, ſiue contra diuerſos ex diuerſis cauſis, poſſunt ſimul agitari. ibi. nu. 9.

Actiones, & obligationes non veniunt appellatione bonorum mobilium, & immobilium. in conſ. 51. nu. 3. 16

Actio in libello de iure ciuili exprimitur, iure cano. ſecus. in tract. de diffe. inter ius cano. & ciui. nu. 24. 181

Actionis natura dicitur figura ipſius. in trac. de alueo. in ver. ꝙ ſi. numero 20. 173

Actio noua dicitur, cùm aliquid additur, vel detrahitu r naturę actionis. ibi.

Actio pro actore perpetuatur, etiam ſi reus citatus eſt contumax. in extrauag. ad repri. in ver. conteſtata. nu. 3. 126

Actiones iudicantur inter mobilia, & immobilia, ſecundum id, quod in eis deuenit. in conſi. 50. nu. 2. 16

Actio dotis non perimitur, ſi ſoluitur aliquid mulieri pro dote, in qua ſolutione ipſa decipiatur. in conſ. 221. nu. 4. 36

Actio competens minori dicitur alienabilis, vel non, ſecundum id, ꝙ in actione deuenit. in conſ. 70. nu. 3. 21

Actio ciuilis, & criminalis ex eodem facto deſcendens non poteſt ſimul agitari. in conſi. 115. nu. 2. 34

Actiones, & obligationes non ſunt mobilia, nec immobilia: ſed ſpecies de per ſe. in conſi. 234. nu. 2. 63

Actione vtens cum adminiculo alterius, debet illa vti cum ſua cauſa, ſuiſque vitijs. in q. 6. nu. 5. 98

Actor iure ciuili poteſt reum trahere coram diuerſis iudicibus pluribus actionibus: iure cano. ſecus. in trac. de differ. inter ius cano. & ciui. nu. 172. 184

Actor, vel reus cùm ſe præſentant, quæ conſiderari poſſint. in tract. de ordi. iudi. nu. 3. 190

Actori expedit, ne lis prorogetur, petitionem in ſcriptis non porrigere. ibi. nu. 5.

De iure canonico etiam actor poteſt trahere reum ad litigandum extra propriam diœceſim. in tract. repreſ. 2. q. prin. nu. 7. 147

Actor, an teneatur defenſionem recipere, ſi eſt æquè legalis, ſicut principalis. in q, 2. nu. 3. 93

Actio vtilis venit ex mente, ſeu interpretatione. ibi. nu. 4.

Actor poteſt portare literas citatorias, dummodo præſentet coram teſtibus, & notario. in extrauag. ad repri. in ver. per literas. nu. 4. 124

ACQVISITVM à presbytero filiofamil. ex cauſa aduentitia acquiri tur ſibi pleno iure. in conſi. 61 nu. 3 19

ACTV percipiendi empto, dicitur emi ſpes. in quæſt. 4. nu. 4. 96

Actus factus contra prohibitionem ſtatuti illum prohibentis, & cum pœna eſt nullus. in conſi. 206. nu. 3. 57

Præiudicium non fit actum facienti, quando illum inuitus facit. in q. 2. nu. 3. 93

Actus duo cum curſu biennij habent vim expreſſæ renunciationis. in conſi. 76. nu. 3. in 2. vol. 82

Actus præparationis alterius etiam non iuridicè factus, prodeſt alijs verè ius habentibus, licèt non proſit facienti. in queſt. 6. nu. 10. 99

Actus naturalis etiam per violentiam factus, ne aliquis cum damno alterius locupletetur, & ſi non proſit facienti, prodeſt alijs in interruptione præſcriptionis, ſi per vim de fundo expellitur. ibi. nu. 12.

Actu aliquo poſito, non ſequitur poſitio alicuius contractus, vel quaſi, qui ab ipſo actu poteſt eſſe remotus, vel ſeparatus. in q. 6. n. 2. 100

PARMENSIS ſi accuſatur coram Bononienſi, & de delicto in territorio Bononienſi commiſſo, & accuſatus comparet declinando forum, & ſi delictum dicit illud ſe commiſiſſe in regno, an ſuper accuſatione procedi poſſit, non obſtante exceptione. in tract. de iuriſd. num. 33. 176

Accuſatione inſtituta ceſſat inquiſitio, & ſic remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium. in q. 14. nu. 5. 107

Accuſatus, ſi accuſator non probat, iure ciuili abſoluitur, ſed iure canonico purgatio indicitur, in qua ſi deficit, condemnatur. in tract. de differ. inter ius cano. & ciui. nu. 81. 182

Accuſari poſt mortem quibus caſibus poſſit iure cano. & iure ciuili quo ad bona, ibid. nu. 162. 183

Accuſator, qui ſecundum formam ſtatuti iurat, qualiter debet iurare. conſi. 89. nu. 3. in 2. vol. 85

BIU Cujas

Repertorium ſuper Conſil.

Accuſatio de damno dato debet continere æſtimationem damni dati. in conſilio 112.nu.1.in 2.vol. 89
Accuſatus,& condemnatus de crimine, iure cano.illum accuſatorem accuſare non poteſt,ſecus iure ciuili,niſi amiſerit libertatem,vel ciuitatem.in tracta.de diffe.inter ius cano.& ciui.nu.10. 180
Accuſatio eſt nomen iuris, ſicut actio, & eſt ius proſequendi vindictã publicam.in extrauag.ad repri.in ver.per accuſationem.nu.24. 118
Accuſatio etiam pro libello accuſatorio accipitur.ibi.nu.26.
Accuſatio in caſu,huius legis requiritur,quòd ſit aptè formata,aliàs ſequitur abolitio,ibid.nu.27.
Accuſatio debet in ſcriptis porrigi,& in actis redigi.ibi. in ver.inquiſitionem.nu.32.
Ab accuſatione non eſt recedendum.in q.17.nu.2. 110
Accuſatus de percuſſione cum ſanguine,ſi probetur percuſſio ſine ſanguine,abſoluitur.in conſi.117.nu.1. 35
Accuſator, quando videt qualitatem deductam in accuſatione non ꝓbari,quando poſſit illam detrahere.ibid.nu.2.
Accuſatus de ſimplici percuſſione,ſi probatur de percuſſione cum ſanguine,vel cum armis,an poſſit condemnari.ibi.nu.3.
Quid de accuſato cum ſanguine,vel cum cicatrice,& probatur ſine ſanguine,vel ſine cicatrice.ibid.
Infames,ſerui,& mulieres in crimine læſæ maieſtatis accuſant. in extrauag.ad repri in ver.per accuſationem.nu.24. 118
Accuſator non poteſt eſſe teſtis.Nel.in trac.teſti.nu.20. 211
Ille,cui ad inſtantiam creditoris ſtatuitur tempus infra quod adeat,vel repudiet,ſi infra tempus nihil facit,videtur adire.in q.10.nu.3. 104
Qui reſpondet poſitioni continenti, quòd poſſedit quis vſq; ad mortem titulo pro dote,ꝙ dicatur probata aditio,in conſi.85.nu.1. 25
Adiectum alluuione nobis acquiritur ipſo iure,abſq; facto hominis.in tracta.de flu.in ver.acquiritur.nu.1. 163
Adiectũ alluuione agro poſſidetur eo iure,quo poſſidet ager.ibi.nu.2.
Adiectio ſecunda facta relicto illud limitat, non autem deſtruit præcedentia.in q.12.nu.3. 105
Adijcere fundo dicitur,quod intuiſibiliter fit,applicare,quod viſibiliter, & palam.in trac.de flu.in ver.ex prædio.nu.2. 164
adiecta dicuntur,quæ ita adijciuntur,vt vniantur, in tracta. de flum. in ver.adiecerit.nu 1. 163
adhærentes qui dicantur.in conſ.24.nu.1.in 2.vol. 71
adiectiua duo neutraliter poſita per ſe principaliter,in quolibet per ſe verificantur.in conſi.141.nu.2. 40
aditus eſt pars habitationis.in conſi.109.nu.2.in 2.vol. 88
Additum per alluuionem plateæ,vel campo,cui acquiratur.in tract.de flu.in verſ.noſtro.nu.4. 162
additum alluuione loco ſacro,vel religioſo,vel alicui cęmiterio,ei nõ acquiritur,& in nullius bonis eſt,& occupanti conceditur.ibi.nu.5.
adminiſtrator ciuitatis,ſi accepit pecuniam nomine ciuitatis,ſi non ꝓbatur verſam in eius vtilitatem, ipſe tenetur condictione ob cauſam,& aliter agendo adminiſtrator abſoluitur.in conſ.94.nu.2.28.
adminiſtrator eccleſiæ admittitur ſuper contractu, quem celebrauit. Nel.in trac.teſti.nu.22. 211
adoptio fit coram quocunque magiſtratu, & qualiter adoptatus ſuccedat,in trac.ſucceſſ.ab inteſt.nu.9. 192
ADVOCATVS pro principali poteſt teſtificari, vt poteſt procurator.in conſ.213.nu.1. 59
De Virgine Maria,quæ voluit eſſe aduocata pro humano genere,vide pulchrè Bar.in quæſt.vert.coram domino noſtro Ieſu Chriſto, inter Virginem Mariam,& Diabol.fol. 155
aduocatus durante aduocatione non teſtificatur,ſed ea finita ſic.in tracta.ad reprob.teſtium.nu.13. 205
adulteræ mulieres bona cui applicentur, quando habet.filios in conſi.95.nu.2.in 2.vol. 86
adulterium committens cum vna pluribus vicibus, vna tantum pœna punitur.in conſi.222.nu.1. 60
Pro adulterio,iure ciuili agitur pœna corporali, iure can.ad thori ſeparationem.in tract.differ.inter ius cano.& ciui.nu.166. 184
adulterini dicuntur,qui ex adulterio naſcuntur.in trac. ſucceſſ.ab inteſtato.nu.10. 192
adulterium probatur per teſtes,qui viderunt adulterantem per rimulã vnus poſt alium.Nel.de teſti.nu.187. 217
AFFRANCATIO facta de vaſallis, non priuat affrancantem iuriſdictione,& imperio.in conſ.189.nu.9. 53
AGNETI interdicto vti poſſidetis,vel de turbata poſſeſſione, ꝙ nõ obſtet exceptio dominij ẽt tertiæ perſonæ.in conſ.81.nu.5.fol. 24
agens pro alio,non dicitur propriè agere.in q.2.nu.10. 93
ager inundatus à flumine,ſi flumen poſteà receſſit, quando primo domino reſtituatur.in tract.de alueo.in ver.ſed vix.nu.1. 174
ager eſt locus ſine ædificio.in trac.de flu.in ver.agro.nu.1. 162
agri tres partes ſunt,ibi.nu.2. eodem
ager dicitur noſter,vt habeat locum alluuio, non ſolum reſpectu dominij,vel quaſi,ſed etiam iure pignoris,vel vſusfructus, vel quouis alio modo.in trac.de flu.ver.noſtro.nu.1. 162
Agri limitati dicuntur agri capti ab hoſtibus, & inter milites diuiſi. in tract.de flu.in ver.acquiritur.nu.3. 163
agrorum foſſata,ſeu torrentia cur priuata ſint.in trac.de flu. in ver.flu. num.3. 162
agnatus non admittitur ad reuocandum, & vendicandum hæreditatẽ ſpurio relictam.in conſi.118.nu.5. 35
aggrauatio,quæ fit per negationem,debet intelligi,quando quis negat, quod dependet ex facto ſuo.in q.8.nu.8. 101
ALIENARE qui non poteſt, quando poterit alienanti conſentire.in conſi.70.nu.1. 21
alienatio,vel locatio facta à monacho rectore parochialis eccleſiæ,poſito per Abbatem nomine ſuo,non valet.in conſi.63.nu.1. 20
Et non obligat ſucceſſorem,ſed facta nomine eccleſiæ,ſi eius pretium conuerſum eſt in vtilitatem eccleſiæ. Et primo caſu,qñ facta eſt nomine proprio,ſi interuenit ſolennitas iuris,dẽt peti reſtitutio in integrum,aliàs ſucceſſor poteſt ſua authoritate venire contra. ibi.
alienantur res immobiles eccleſiæ cum minori ſolennitate, de iure cano.quã de iure ciuili.in trac.de diffe.inter ius cano.& ciui.n.99.182
alienatio ſi eſt prohibita in teſtamento,adiecto ſi ſecus fiat,deueniat in tertium,non prohibetur alienatio neceſſaria.in q.12.nu.18. 106
aliud eſt delictum diei, & aliud noctis.in q.12.nu.4. 94
alimentorum appellatione continentur omnia neceſſaria ad vitam, ſine quibus corpus humanum ali non poteſt.in tract.de ali.nu.1.154
alimentis remiſſis tranſactione, vel pacto, non remittitur veſtiarium, vel habitatio.ibi.nu.2.
alimenta debita iure ſanguinis debentur etiam magiſtro tribuenti liberales artes,ſecus ſi debentur ex diſpoſitione hominis.ibi.nu.3.
Lectus ꝙ debeatur illi,cui legata ſunt alimenta, vel victus,vel educatio.ibi.nu.4.
alimentis legatis,vel ſi legatur victus,vel educatio, debentur medicinę ibi.nu.6.
alimenta ſi relinquuntur alicui, cui diuerſimodè præſtare conſueuit teſtator,debentur inſpecto tempore teſtamenti.ibi.nu.18.
alimenta non debentur per eum, qui eſt ſoluendo pro eo,qui non eſt ſoluendo.ibid.nu.20.
alimenta ſi ſunt relicta, an debeantur menſtrua, vel annua,remiſſiuè. ibi.nu.21.
alimenta præſtantur iuxta teſtatoris conſuetudinem, & ſi de ea non conſtat.arbitrio boni viri.ibid.nu.22.
alimentorum legatum quando factum eſt pauperi,dicitur ad pias cauſas.ibi.nu.23.
alimenta in quo loco præſtantur remiſſiuè.ibid.nu.24.
incapax,cui alimenta ſunt legata,admittitur officio iudicis. ibi.nu.27.
alimenta coniuncto præſtans,quando repetat remiſſiuè.ibi.nu.28.
alimenta an petantur pro tempore futuro,remiſſiuè.ibi.nu.29.
alimenta præſtans per triennium, inducit obligationem perpetuam. ibi.nu.30. 155
alimentorum legatum non minuitur,licèt teſtator diminuat in codicillis ad tertiam legata facta in teſtamento.ibid.nu.31.
Aeſtimatio pro alimentis præteritis,debetur pro habitatione, medicinis,& ſimilibus:pro frumento,vino,oleo,carnib. & veſtibus non,& peti poteſt.ibi.nu.32.
Paciſci ſuper alimentis ſine decreto non põt, quando debentur ex vltima voluntate.ibi.nu.35.
alimenta ex vltima voluntate quomodo intelligantur deberi. ibidem, num.36.
alimenta ſi ſunt relicta pluribus,ij inter ſe ſine prætore non tranſigũt. ibi.nu.38.
Ratio præſtandi alimenta venientibus per ſexum fœmininum,non eſt par,ſicut venientibus per maſculinum.ibi.nu.42.
Res,quæ non poteſt vendi,venditur pro alimentis.ibi.nu.44.
Sententia ſuper alimentis eſt diffinitiua,& ab ea appellatur,tamen interim alimenta præſtantur.ibi,nu.47.
alimenta debentur ex fructibus,& redditibus.ibi.nu.52.
alimenta,ſi ſunt legata in domo,non poſſunt extra domum peti,ſi cõmodè legatarius cum hærede morari poteſt.in conſi.211.nu.3. 58
alimentorum præteritorum petitio,quid continere debet.ibi.nu.5.
Alimenta in teſtamento relicta, poſſunt peti tam pro tempore præterito,quàm futuro,in conſ.4.nu.2.in 2.vol. 66
alimenta relicta ſeruo,vel monacho, quando quærantur domino, vel monaſterio.in q.12.nu.10. 105
alueus fluminis derelictus, vt acquiratur prædio,quid requiratur,& ꝙ bandum ſit ex parte agentis,in tract.de alueo.in ver.fluere.nu.2.172
alluuio probatur per teſtes deponentes, ꝙ viderunt minutatim incrementum allatum.in trac.de flu.in ver.per alluuionem.nu.3. 163
alluuio non habet locum in agris limitatis,in trac. de flum.in ver.acquritur.nu.3. 163
alluuio non tribuit iuriſdictionem,ſicut tribuit dominium rerum priuatarum.ibi.nu.6.& 9.
Quicquid alluuione adijcitur,& vnitur prædio noſtro, noſtrum eſt,in trac.de flu.in verſi.adiecerit.nu.1. 163

BIU Cujas

Amicus non omninò à testimonio repellitur, sed ei minus creditur. Nel.in trac.testi.nu.5. 210

Amici condemnati iniustè possunt de facto impedire executionem. in trac.de carcer.nu.17. 189

Ambasiatorem quem esse probatur per literas.in tract.repræsa.in q.7. prin.nu.11. 151

An ex vigore diuisionis videatur renunciatum iuri fideicommissi, quãdo fuit promissum non contrauenire.in consi.1.nu.1.in 2.vol. 65

An prior hospitalis laicus sit exemptus, posito quòd hospitale sit exemptum.in consi.27.nu.1.in 2.vol. 72

An ex cõmunicatione præsumat societas,in cons.47.nu.3.in 2.vol.76

Anima sensitiua quid sit.in trac.de alueo.in ver.quòd si.nu.11. 173

Anima intellectiua est forma substantialis rerum corporalium, & intelligentium,vt homo.ibi.nu.12.

Anima rationalis non præsumitur esse in monstro nato ex muliere,nõ habente formam exteriorem hominis: secus si communi aspectu videtur homo.ibi.nu.13.

Angelus,qui peccauit,fuit meritò puniendus,& quare.vide pulchre in quæst.vert.co.do.inter Vir.& Mar.& Diabo.nu.11. 157

Animus retinendi,non inducit animũ acquirendi.in cons.206.n.2. 57

Animum habere non se obligandi in dubio quis præsumitur. qu. 10. nu.7.& 8. 104

Ante,& retro propriè cadit in animalib.in trac.de insula. in ver. quod si ex vno latere. nu.4. 169

Antè,& retrò apposita ad denotandum tps,qualiter intelligant.ibi.n.5.

Antè,& post,posita cũ casu,sunt præpositiones,sine casu aduerbia.ibi.

Antè,& post apposita circa locum quomodo intelligantur. ibi.nu.6.

Annus quando dicatur incipere,& quando desinere. in trac. de alueo. in ver.eius.nu.7. 172

A sententia interlocutoria iure cano.appellatur,iure ciuili non potest. in trac.de differentia inter ius cano.& ciui.nu.150. 183

A sententia episcopi iure ciuili appellatur ad secularem, iure cano. ad Metropolitanum,vel ad papam.ibi.nu.154.

APPELLANS,qui petit sententiam,à qua appellauit,executioni mãdari coram iudice à quo,quòd videatur appellationi renuntiasse. in consi.150.nu.2. 42

Appellari quando non potest à iudice,quis non incidit in pœnam,si non paret eius iudicio.in consi.105.nu.3. 31

Qualiter succurratur illi,qui litigauit in ciuitate,quę habet iudices primæ,& secundæ appellationis,& contra iustitiam succubuit.in tract. repræsal.in 2.quæst.prin.nu.10. 147

Appellari à sententia appellationis,quando possit.in tract. differ.inter ius cano.& ciui.nu.147. 183

Appellatio rescindit pronuntiatum.16.

Appellare licet à sententijs,quæ secum trahunt executionem.ibid.

Appellari ad Imperatorem omisso medio iure ciuili non potest. secus de iure cano.nu.149. 16

Appellari à sententia in causa momentaneæ possessionis iure ciuili nõ licet,secus de iure can.ibi.nu.152.

Appellatio est inducta propter iniquitatem sententiæ,vt iudicetur per viam à iure traditam.in q.19.nu.3. 112

Appellatio quælibet est permissa, nisi videatur prohibita in consil. 22. nn.1.in 2.vol. 71

Appellari à sententia condemnationis in materia falsitatis, an possit. ibid.num.2.

Appellari non potest à sententia principis, sed à sententia ipsius delegate sic in q.19.nu.2. 112

Appellari à sententia lata per iudicem tãquam bonum virum non potest,quia non est sententia.ibi.nu.6.

Appellari an possit à sententia lata super supplicatione porrecta contra sententiam,à qua non erat licitum appellare.ibi.nu.9. 113

Appellatione nepotis venit pronepos,in consi.77.nu.3.in 2.vol. 83

APPLICARE idem est, quòd imponere,& subijcere.in tract.de flu. in ver.ex prædio.nu.11. 164

APPROBARE dicitur,qui non improbat,quando de alicuius lucro, vel commodo tractatur.in q.10.nu.5. 104

ARRHARVM datio licet valeat pro sponsalibus, tamen promissio non valuit.vide hic in consi.45.nu.1. 15

Arbiter quis esse possit.in tractatu de arbitris.nu.1. 178

Arbiter dicitur,qui partes iudicis vendicat.ibid.nu.2.

Arbitrator, est qui consil.suo tanquam amicabilis compositor litem bona fide decidit.ibid.

Arbitri sententiæ standum est,nisi sit nulla.ibid.nu.3.

Arbitratoris sententia reducitur ab arbitrium boni viri.ibi.

Arbiter cogitur sententiam dicere,arbitrator non.ibi.nu.4.

Reductio ad arbitrium boni viri à sententia arbitratoris petitur infra decem dies, si est iniqua.ibid.nu.6.

Renuntiari reductioni ad arbitrium boni viri, an possit,remissiuè.ibi. nu.7.& 20.

Arbiter potest pronuntiare de expensis,& vsuris,quando debentur officio iudicis,secus si ex stipulatione.ibi.nu.8.

Duo ex trib.arbitris non possunt pronuntiare altero mortuo.ibi.nu.9.

Duo ex trib.arbitris,licet non possint tertium absentem cogere,vt pronuntiet:iudex tamen eum cogit, vt conueniat.ibi.nu.10.

Vnus ex arbitris non potest committere vices suas alijs,nisi ita sit compromissum.in trac.de arb.nu.11. 178

Arbiter non punit contumaciam litigantium.ibi.nu.13.

Arbiter,si solus stipulatus est pœnam, si eius sententiæ non pareatur, & pœna sit commissa,quia vnus non paruit,ipse exigit pœnam,quam exactam præstabit petenti,vel ei cedit actionem.ibi.nu.14.

Arbiter si mortuus est eo tpe,quo certum est alterum ex litigatoribus adesse non posse die statuta,pœna non committitur.ibi.nu.15.

Arbiter ab arbitratore in quibus differat.ibi.nu.18. 179

Arbiter si mandauit Titio,quòd locaret fundum mihi certo modo,& fecit,& postea vendidit,tunc si emptor non vult stare illi locationi, non cõmittit primus locator pœnã compromissi. in cõs.181.n.1. 51

Arbitramentum est quædam transactio.in consi.87.nu.2. 25

Arbiter non potest examinare,an testes examinati coram Iudice dixerint veritatem.Nel.in trac.de testi.nu.250. 218

Arbitrator infra quantum tempus arbitrari possit, & arbitramentum latum post tempus non tenet.in consi.166.nu.3. 47

Arbitrator non pronuntiat vt bonus vir. in q.19.nu.5. 112

Arbitria ad iudiciorum:arbitramenta ad tranfactionum instar sunt redacta.16.nu.8. 113

Arbor propriè quæ sit,& quæ dicatur secundũ iuristas.in trac.de alueo. in versi.quòd si.nu.9. 173

Arbor mea imposita tuo fundo,etiam si ibi coaluerit, petitur actione in factum.in tracta.de flum.in ver.planè.nu.3. 164

Arbor,antequàm coaluerit,vendicatur à domino.ibi.

ARCHIEPISCOPVS an vtatur pallio extra prouinciam. in tract. de diffe.inter ius cano.& ciui.nu.114. 183

ARENA adiecta alluuione fundo nostro,nostra est.in tracta. de flum. in versi.adiecerit.nu.3. 163

argumẽtum an valeat ex ordine inquisitionis.in cons.2.n.1.in 2.vol. 66

argumentum à separatis non valet.in consi.13.nu.1.in 2.vol. 68

arguere ab authoritate quòd liceat.in q.7.nu.7. 100

argumẽtum de cõtractib.ad delicta procedit.in trac.de iurisd.n.15. 175

arguere de re ad personas possumus.in consi.10.nu.3. 6

arguere de seruo ad monachum quòd liceat.in q.12.nu.5. 105

argumentum de tempore ad locum procedit,quando est eadem ratio in q.15.nu.4.18.& 19. 108

argumentum de loco ad tempus procedit,in consi.13.nu.1. 7

ARMA,vel insignia alterius assumens,quæ portauit ab antiquo, si ille verisimiliter non lædatur, nec iniuriatur,licitè assumit, & portat.in trac.de insign.& arm.nu.6. 152

arma habere ex concessione Principis prodest, quia alijs præfertur, & non potest ab alio prohiberi.ibi.nu.9.

arma,seu insignia domus transeunt in omnes descendẽtes de illa agnatione.ibi.nu.10.

animalia, quæ portantur in armis, si depinguntur in vexillis, facies debet respicere hastam, secus si pars animalis portaretur. in trac. de insign.& ar.nu. 4. 152

animalia quando designantur, debent designari in nobiliori actu eorum,etiam quo magis suum vigorem ostendunt.ibi.nu.15.

Leo,vrsus,& similia sunt pingenda erecta,eleuata,& ore mordaci, ac pedibus radentibus.ibi.nu.16.

Equus designandus est rectus,& eleuatus,quasi saliens.ibi.nu.17.

Agnus designatur quasi planè ambulans per terram.ibi.nu.18.

Pes dexter semper debet antecedere,qñ animal designatur.ibi.nu.19.

In vexillis inspicitur illa pars,quæ respicit portantem,non pars conuersa.ibi.nu.20.

Facies animalis depicti in vexillis tubarum, non debet respicere tubã. ibi.nu.21.

Si duo animalia inuicem se respicientia portantur pro insignis, non refert,quomodo pingantur in vexillis.ibi.nu.22.

Locus prior,& superior,nobilior est posteriore,& inferiore.ibi.nu.23.

Color nobilior debet poni propè hastam.ibi.

Aureus color nobilior est cæteris,& per eum figuratur Sol.ibi.nu.24.

Nil nobilius luce.ibid.

Color rubeus,seu purpureus repsentat ignem.& est nobilis. ibi.n.25.

Azurrus color est tertius,& repræsentat aerem.ibi.nu.26.

Color albus est nobilior nigro,& color niger est infimus.ibi.nu.27.

Arma,quæ portantur in vestibus, pars superior debet respicere caput, inferior pedes.ibi.nu.28.

Nobilior pars armæ,debet respicere latus dextrum.ibi.

Arma pingenda à parte posteriori hominis,pars nobilior debet respicere latus sinistrum hominis.ibi.nu.29.

Arma,& literæ in sigillis per conuersum inciduntur.ibi.nu.30.

Arma in clypeis depingenda,nobilior pars debet respicere partem clypei,quæ in portando respicit latus dextrum.ibi.nu.31.

Arma depingenda in coopertorijs equorum,nobilior pars respicere debet caput equi.nu.32.

BIU Cujas

Repertorium super Consil.

Arma quomodo pingantur in coopertorijs lectorum, in parietibus,& alijs locis ſtabilibus.ibi.nu.33.
Ars eſt habitus ratione naturæ factus.in tract.teſtimo.nu.72. 197
Arrogatio fit coram Principe, & qualiter ſuccedat arrogatus. in tract. ſucceſ.ab inte.nu.8. 192
Articulus vnius cauſæ,quæ ordinariè agitari debet, quomodo poterit de plano agi.extrauag.ad reprimen.in ver.de plano.nu.3. 121
Articuli modici præiudicij poterunt de plano, ſ.Iudice non ſedente,& tempore feriato ob hominum neceſſitatem expediri.ibi.nu.4.
Artifex,qui per decennium artem non exercuit,non dicitur artifex,& ex hoc probatur,quòd deſijt eſſe artifex.in tract.teſt.nu.64. 197
Aſſerenti quem non denuntiaſſe rem communi debet probare.in conſi.81.nu.2. 24
Quomodo probatur iſta negatiua.ibid.
Aſcendentes deſcentibus qualiter ſuccedant. in trac. ſucceſ. ab integ. num.15. 192
Aſcendentes,& deſcendentes inter ſe non teſtificantur. in trac. ad repro.teſt.nu.57. 206
Aſſeſſores,quibus limitatur tempus ad finiendum proceſſum, non poſſunt expedire,niſi prope finem termini.in extrauag.ad repri. in ver. procedatur.nu.1. 126
Aſcribens ſibi in teſtamento, tenetur quaſi falſarius.in q.9.nu.13.103
Aſſocians aliquem ad committendum adulterium, an admittatur in cauſa adulterij.Nel.in tract.de teſt.nu.18. 211
ATTESTATIONES non publicatæ non faciunt fidem. Nel. in tract.de teſti.nu.81. 213
Atteſtationes ſunt interpretandæ in meliorem partem.ibi.nu.170.216
Augmentatio pœnæ,quæ venit ex accidenti præter naturam, non inſpicitur,in conſi.40.nu.2.in 2.vol. 74
Aui appellatione continetur proauus, niſi repugnet communis vſus loquendi.in conſi.55.nu.3.in 2.vol. 78
Auia paterna præfertur in bonis paternis: & materna in maternis: in bonis fratris vterque admittitur.ibi.nu.4.
Auia matre non exiſtente in tutela, præfertur alijs legitimis, in conſil. 242.nu.1. 64
Auia in tutela præfertur datiuo,matre declarante intentionem ſuam, ſe nolle tutelam.in conſi.145.nu.4. 41
Auia admittitur ad ſucceſſionem nepotum matre excluſa,etiam ſi non petijt tutorem.in conſi.215.nu.3.
Auia non excluditur à ſucceſſione nepotis, ſi non petijt tutorem mātre ſuperexiſtente,& priuata ob non petitum tutorem, in conſil.18. num.3. 8
Auia paterna in paternis præfertur, & materna in maternis. in conſil. 18.nu.4.8.& conſi.215.nu.14. 159
Auth.ex cauſa, an conſeruet pupillarem ſubſtitutionem.in conſi.63. nu.6.in 2.vol. 79
Authen.ex cauſa habet locum in præteritione poſthumi, in conſil.52. num.2. 16
Authen. ex cauſa habet locum quando teſtator ſciebat ſe præterire filium,ſecus ſi ignorabat,vnde tutor datus in tali teſtamento, non valet,ſi non confirmaretur,in conſ.146.nu.1. 41
Authen.ex cauſa, non conſeruat legata facta in teſtamēto,in quo poſthumus eſt ignoranter præteritus.in conſi.235.nu.3. 63

De litera B.

BALDVS ſapiens vir.conſ.40.nu.1.in 2.vol. 74
Baldus cum intellectu volauit ad ea,quæ non poſſunt intelligi,nec probari,niſi per ſummos viros.Nel.in trac.de teſti.nu.153. 215
BANNITVS non æquiparatur damnato vltimo ſupplicio, nec efficitur ſeruus pœnæ.in trac.banni.nu.1. 158
Bannitus non æquiparatur deportato.ibid.nu.3.
Bannitus non efficitur infamis.ibid.nu.5.
Bannitus non æquiparatur relegato.ibid.nu.6.
Bannitus non æquiparatur excommunicato,& de vno ad alium licitè non arguitur.ibid.nu.7.
Bannitus,qui ex forma ſtatuti impunè occidi pōt,æquiparatur tranſfugæ,& tranſfuga dicitur.ibi.nu.8.
Item dicitur hoſtis ſuæ ciuitatis.ibid.
Bannitus perdit tantummodo iura ciuitatis, à qua exbannitus eſt, in eius fauorem facientia: non autem ius gentium,nec ciuile. ibidem, num.10.
Bannitus teſtamentum facere poteſt ſecundum ius commune,non ſecundum iura ſuæ ciuitatis.ibid.nu.12. 159
Bannitus non poteſt hæres inſtitui in teſtamento condito ſecundum iura ſuæ ciuitatis,ſed ſecundum ius commune ſic.ibid.nu.13.
Laudum latum ab arbitratore debenti arbitrari pretium rei absente parte, & exbannita non tenet,in consi.165.nu.1. 47
Laudum,seu arbitramentum q̄ appellatur quædam transactio, in consil.159.nu.4. 45
Laudum si fuit q̄ pro octo annis quidam laborarent terras ecclesiæ, quæ vigore constitutionis vltra quinquennium locari non poterat, tale arbitramentum est nullum in totum,ibi.nu.8.
Legata res ad pium vsum,potest conuerti in alium vsum, si commodè explicari non potest,in consi.109.nu.3.in 2.vol. 88
Legati translatio facti de ædificio relicto fratribus minoribus, vt ibi construatur locus,per quem fieri possit,in trac. mino. in 2. distinct. nu.13.& 15.lib.2. 134
Legatum pecunię factum fratrib.tenet,si nō est in maxima quātitate, & con-

BIU Cujas

& conuertitur per alios in eorum neceſſitatibus.ibi.in diſ. 1.c.1.n.1.
Legatum pecuniæ factum fratribus minoribus in maxima quantitate præſumitur in fraudem,ibi.nu.2.
Legatum pecuniæ factum fratribus minoribus ſimpliciter intelligitur pro neceſſitatibus imminentibus,ibi.ca.3.nu.5.
Legata re immobili fratribus,quæ vſu non conſumitur adiecto modo illicito contra eorum regulam,tunc non debetur æſtimatio: ſecus ſi aliter eſſet illicitus,quia tunc debetur,ibi.in 2.diſt.c.1.nu.9.
llegatum factũ fratrib. de re mobili, vel immobili ob cãm,vel modum licitum,ꝙ teneat,ibi.in 3.diſt.c.1.nu.16.
egatum factum fratribus ad vnam cauſam, ꝙ illa cauſa finita ſu perfluum debet commutari in aliam cauſam,ibi.ca.2.nu.17.
legatum factum fratribus ad vnam cauſam, ſi illa ceſſat, commutatur in aliam, & legatum tenet,ibi.c.3.nu.18.
legatum generaliter factum fratribus ſine modi expreſſione valet, & intelligitur expreſſus modus,qui perſonæ legitimè congruet, dum tamen moderata ſit ſumma,ibi.in 4.diſt.c.1.nu.19. 135
legari,vel donari ꝙ poſſit vni fratri ſingulariter,& per guardianum,vel cuſtodem in vtilitatem dicti fratris primò conuerti, ibi.in 5. diſtin. cap.3.nu.28.
legatum ſingulariter factum vni fratri,non debet ad petitionem ipſius ſolui:ſed guardiani,ibi.nu.29.
legatum annuum factum fratribus minoribus, licèt non valeat: valet tamen ꝙ ius percipiendi venditur,& in neceſſitatem eorum conuertitur,ibi.in 6.diſt.c.1.nu.32.
legatum diurnum,vel menſtruum factum fratribus,quomodo valeat, ibi.c.2.nu.34.
legatum annuum factum fratribus minoribus vſque ad certum tempus non valet,& fratres à dicto legato debẽt abſtinere,ibi.c.3.n. 35
legatum annuum factum in vim conditionis non valet, nec fratribus, licet accipere,ibi.c.4.nu.36.
legatum factum pauperib.alicuius ciuitatis cenſetur factum ciuitati,& ipſi ciuitati acquititur obligatio,ibi.in 7.diſt.c.2.nu.39. 136
Ille à quo facta ſunt legata relicta fratrib.minoribus, ipſis fratrib. non eſt obligatus,& quomodo ſit obligatus,ibi.c.1.nu.37.
legatum factum plurib.perſonis intelligitur pro qualibet earum, & ſic cuilibet in virilem partem,in conſi.3.nu.1.in 2.vol. 66
legatum puellis pro dotibus,an ſit conditionale, vel ſtatim peti poſſit, in conſi.44.nu.4.in 2.vol. 75
legatum habitationis habet cauſam ſucceſſiuam, in conſi. 48. nu.3.in 2.volum. 76
legato vniuerſali an veniant omnes res repertæ tempore mortis teſtatoris,in conſi.50.nu.1.in 2.vol. 77
legato vniuerſali,an veniant omnes res,quæ reperiuntur in domo tempore mortis teſtatoris,in conſi.51.nu.1.in 2.vol. 77
legatarius poteſt propria authoritate ingredi, & cum iudicis licentia in poſſeſſionem rei legatæ ſi à nemine poſſidetur,in conſi.57. nu.1. in 2.vol. 80
legata ad pias cauſas vtrum poſſint defalcari per locum pium hæredẽ inſtitutum,in conſi.102.nu.1.in 2.vol. 87
legata res fratribus minoribus, cuius pretium conuertitur in eorum neceſſitatem,vendi poteſt per hæredem,per executores, per epiſcopum, & iudicem ſecularem ex officio,in tract.minorica. lib.2.diſt.4. cap.3.nu.25. 135
legata ſi eſt quantitas immoderata fratribus, ſuperfluum reſeruabitur pro neceſſitatibus futuris,ibi.in diſt.1.c.3.nu.4. 134
legata in teſtamento in quo poſthumus ignoranter fuit præteritus, ꝙ non debeantur per auth.ex cauſa,in conſi.104.nu.1. 56
legata ab vno nominatim in codicillis relicta,quando debeantur à venientibus ab inteſtato,ibi.nu.3.
legata ad pias cauſas,ꝙ debeantur etiam ex teſtamento imperfecto.ibi. num.4.
legatum rei alienæ iure cano.non valet,iure ciuili ſic, cum diſtinctione tamen,in trac.differ.inter ius cano.& ciui.nu.86. 182
legatum impediens iure cano.excommunicatur,iure ciuili traditur hoſtibus,ibi.nu.136. 183
legatum vini,& grani debetur,& peti poteſt in principio anni, in conſil.216.nu.2. 59
legatum pannorum,ornamentorum lecti, & omnium aliorum pennorum exiſtentium in cameta,quid contineat,ibi.nu.3.
legatum factum ſeruo pro alimentis tenet,in trac.minor.cap.1.num.4. lib.1. 131
Legata à præterito,ꝙ non confirmentur per auth.ex cauſa, in conſil. 13.nu.8. 7
legatum factum filio intelligitur iure inſtitutionis, & teſtamentum valet,in conſi.151.nu.1. 42
legatum factum nepti pro dote per auum,ꝙ videatur factum contemplatione filij,& non neptis,quando non erat nata, in conſi.131.numero 1. 38
Agens ad priuationem hęredis ob legatum non ſolutum, non ſufficit oſtendere legatum factum,in conſi.137.nu.4. 39
Legata facta in teſtamento,in quo poſthumus ignoranter fuit præteritus,non conſeruantur per auth.ex cauſa,in conſi.210.nu.2. 58
legatum alimentorum poteſt peti pro tempore præterito,in cõſi.211. num. 4. 58
legata facta præterito in teſtamento,quòd conſeruantur per clauſulam codicillarem,in conſi.49.nu. 2. 15
legatum pro dote factum filiæ,vel alteri an poteſt peti ſtatim,id eſt ante nuptias,vel poſt,& concluditur ꝙ ſic,in conſi.200.nu. 1. 56
legata facta filio ſpurio remanere debent penes hæredes inſtitutos,in conſ.205.nu.57.
legatum acquiritur ignoranti,& per ipſum tranſmittitur, in conſi. 12. num. 2. 6
legatum factum filiæ pro nuptijs, vel quando nupſerit,vel antequàm nubat, debetur purè quatenus comprehendit legitimam, in conſil. 41.nu.3. 14
legatum ſi fit à matre,quæ prohibuit patri quæri vſumfructum, an valeat.Bal.in trac.Bar.nu.14.& Bal.in trac.de duo.fra.nu.5. 142
legitima debetur deducto ære alieno,& funeris impenſa, in conſi.131. num.3. 38
In legitima debita filiæ computatur dos legata per auum.ibi.
Articulandi modus pro conſequenda legitima,& eius ſupplementum, in conſ.17.nu.1. 8
In legitima,nec eius ſupplemento computatur legatum factum filio, in conſi.34.uu.2.& 4. 12
legitimæ ſupplementum quòd fiat etiam de relictis ad pias cauſas.ibi.
legitimatio,quæ fit per nominationem, non admittitur in terris eccleſiæ,in conſi.120.nu.5. 36
legitimatio,& reſtitutio natalium ſunt ſimilẽs, in conſi. 105.num.1.in 2.volum. 87
legitimatus dicitur legitimus etiam quò ad honores,& ordinẽ, in trac. ſucceſ.ab inteſta.nu.4. 191
legitimatus per principem, ꝙ admittatur ad ea, quæ de iure communi etiam legitimo deferuntur,in conſi.75.nu.3. 23
lẽgum conditores antiqui non vtebantur hac dictione,rebelles, in cõſtit.qui ſint rebell.in ver.rebellis.nu.3. 128
LEX ad reprimendum facta fuit poſt coronationẽ Imperatoris, & nõ habet locũ contra ſubditos eccleſiæ,ibi.in ver.rebellando.n.11. 129
lex quando iubet aliquid non reprobari, facit illud eſſe præſumptionẽ iuris,& de iure,contra quam non admittitur probatio,in conſi. 100 num.3. 30
lex loquens de viro extenditur ad ſponſum,in q.16.nu.8. 109
De l.cum antiquiorib.C. de iure delib. an ſcientia patris. ſ. ꝙ hæreditas ſit delataad filiam ſuam impuberem, ſufficiat ipſi filiæ ad tranſmittendum ius deliberandi ad proximos, & concluditur quòd ſic, tamen ſi pater prædeceſſit filiæ,& poſtea filiã moriatur, ex quo tẽpus eius mortis neſciuit,non tranſmittit,in conſ.232.nu.1. 62
lex fi.de ferijs,non habet locum in cauſa confeſſionati inſtrumenti, in conſi.97.nu.1. 29
lex ad reprimendum etiam ex identitate rationis non extenditur ad alium caſum,quia contra ius commune,in extrau.ad reprim.in ver. ne ex eorum.nu.16. 117
lex edictalis dicitur lex generalis,& ſic hęc lex eſt generalis, ibi. in ver. hac edictali.nu.19.
legis ratio diuerſimodè colligitur, ibi.in ver.ne ex eorum.nu.17.
lex iam dubitari.ff.de hæredi.inſtitu.quomodo dicatur correcta,in cõſil.198.nu.3. 55
lex noua extenditur ad caſum comprehẽſum ſub regula iuris antiqui, in conſi.159.nu.3. 45
lex quando iubet aliquos conuocari,tunc debet citari de iudicis commiſſione,ſi iudex habet aliquid interloqui, vel iudicare aliquid prohibendo,vel permittendo,in conſi.154.nu.5.& 6. 43
lex quando diſponit ſi aliquid factum ſit, tunc nõ refert à quo illud ſit factum,intellige,ſi omnium facientium ſit eadem ratio,in quæſtio. 16.nu.9.& 21. 108
l.2.C. de reſcin.ven.ꝙ non habet locum in renuntiatione facta ex mera liberalitate,in conſi.90.nu.2. 26
l.ab Anaſtaſio.C.manda.ꝙ non habet locum pro tuitione rerum,quas tradunt cedentes.ibi.nu.3.
lex 1.de ſuis,& legit. interpretatur,in conſ.138.nu.1. 40
lex inteſtatus, de verb.ſign. 161
lex ſi vſusfructus de iure dot.quomodo intelligatur,in q.4.nu.11. 97
lex arboribus.§. vſufructu.de vſufruct.quomodo intelligatur. 61
lex prima.C.de natura lib.ꝙ non ſit correcta,in conſi.119.nu.6. 36
lex de creationibus.C.de Epiſco.aud.& l. fi. C. de cura.furio. nõ ſunt de quinquaginta deciſionibus,in conſi.144.nu.3. 41
l.fi.C.de edicto diui Adri.toll.non habet locum in fideicommiſſario, in conſ.91.nu.1. 27
lex ſciant.C.de legi.heredi,ꝙ corrigat iura antiqua,& quomodo intelligatur,in q.18.nu.10. 111
lex noua corrigens in vno,ꝙ non corrigat in alio ſimili:licet ſit eadem ratio,in conſ.2.nu.2. 3

BIU Cujas

Repertorium ſuper Conſil.

Lex ad reprimendum,nõ extenditur,nec veteres leges requirentes ſententiam corrigit,in conſt.qui ſint rebel.in ver.tranſit.nu.3. 128
Lex,vel teſtator mandans aliquid fieri aliquo præſente,intelligitur & intelligente,in trac.teſti.nu.18. 194
Lex eſt iuuentio,& donum Dei,ibi.nu.71. 197
Lex bene à Zenone C. de quadr. præſcrip. non habet locum in rebus Eccleſiaſticis,in trac.diffe.inter ius ca.& ci.nu.98. 182
Per conſtitutionem ad reprimendum non tollitur modus procedendi, de quo in l. prima. C.ſi quis impera.male.in d.conſt.ad repri. in ver. non obſtantibus.nu.7. 127
lex noua non limitatur,nec diſtinguitur per leges veteres, ſi in l. dicatur non obſtante lege,quæ generaliter, vel ſpecialiter contrarium dicat.ibi.nu.8.
lex vna, quando eſt ſpecialis quò ad perſonas; & magis generalis quò ad cauſas aliàs ſpecialis quò ad cauſas,& generalis quò ad perſonas, an tunc prima limitetur per ſecundam,vel ſecunda per primam,ibi. num.9.
L.fi.C.in quib.cau.in integ.reſti.non eſt neceſ. limitatur per l. properandum.C.de iudi.in d.extrau.in ver.non obſtantib.ibi.nu.10. 127
LIBELLVS in actione.l.Aquiliæ, debet continere certam quantitatem.in q.8.nu.19. 102
libellus in materia pignoris, & vſurariæ prauitatis, quomodo debeat fundari in iure,in conſ.19.nu.1.in 2.vol. 70
libelli concluſio,qñ petitur remiſſio mercedis,in conſ.193.nu.1. 54
libellus poteſt produci coram iudice eo non ſedente, & etiam die feriata ob neceſſitatem hominum:item appellatio, quæ ſolum coram iudice interponitur,in extrau.ad repri.in ver.de plano.nu.3. 121
Et quid de relatione nuntij.ibid.
Et quid de habente terminum ad producendum coram iudice.ibid.
libellus,dico ſententiam nullam,& ſi eſt aliqua peto eam caſſari, procedit,in conſ.225.nu.3. 61
libellus certificatur per ſcripturam,de qua in eo ſit mentio,in conſ.95. num.6. 28
libellus,quando repræſaliæ petantur,quid contineat, in trac. repreſ. in q.4.prin.nu.14. 148
libelli verbum principale dicitur ſubſtantia libelli.Nel.circa materiam teſtium,nu.154. 215
Adiectiua libelli ſunt conditio,modus,demonſtratio, qualitas, locus, tempus,quantitas,& ſimilia.Nel.in trac.teſti.nu.155. 215
liberatio non contingit, ſi in ſatisdatione omittatur aliqua qualitas,in q.8.nu.4. 101
liber homo in caſu neceſſitatis pro debito alieno capi poteſt, in tract. repreſal.in q.4.prin.nu.16. 149
liber homo pro alio capi poteſt neceſſitate exigente,in trac.repreſal.in q.6.prin.nu.7. 150
liber rationum pupilli quomodo debeat eſſe compoſitus,in conſ.150. num.9. 42
liberi ſuccedunt ab inteſtato parentibus,& tranſuerſalibus excluſis,in trac.ſucceſ.ab inteſta.nu.1. 191
liberti eccleſiaſtici multa ſpecialia habent de iure can. quæ non inueniuntur iure ciuili,in trac.diffe.inter ius cano.& ciui.nu.116. 183
LIBRA fratris in ciuitate ſi non noceat libræ fratris in comitatu, & non appareat quis primò ſit allibratus,reus abſoluitur,in conſ.172. num.9. 49
libris rationum ſocietatis ſtatur inter ſocios,in conſi.35.nu.2. 13
LICENTIA data in inſtrumento apprehendendi poſſeſſionem rei authoritate propria,ita quis poteſt vti contra hæredem ſicut cõtra defunctum, & etiam contra eccleſiam,in conſi.96.nu.2. 29
LITIS conteſtatio non requiritur, quando agitur ſine figura iudicij. Item poſitiones,& articuli habeatur pro lit.conteſt.in extrau.ad reprim.in verſi.& figura.nu.10. 122
Litis conteſtatio non impeditur, licet ex duobus ſyndicis agentibus, vnus tantum producit mandatum,in conſi.185.nu.1. 52
Si in ſententia habetur mentio litis conteſtationis, an tunc præſumatur interueniſſe,in conſi.98.nu.2. 29
litis conteſtat.non præſumitur,licèt ſit ſolennitas intrinſeca, in conſi. 98.nu.1. 29
litis conteſtatio qualiter fiat,in tract.de ordine iudi.nu.10. 190
lis inter patrem,& filium in poteſtate eſſe non poteſt iure ciuili, iure cano.ſic,in tracta.diffe.inter ius can.& ciui.nu.7. 180
litis conteſtatio dicitur fieri in præſentia, in extrau. ad reprim. in ver. conteſtata.nu.1. 126
lis dicitur fieri etiam excipiendo,& defendendo,in q.2.nu.16. 94
lis dicitur verti inter aliquos aliquando ratione inſtantiæ, aliquando ratione commodi,& incommodi,ibi.nu.19.
litem eſſe inter aliquos alieno nomine dicitur duobus reſpectibus,ibi. num.22.
LOMBARDIA de iure can. non eſt prouincia, in conſt. qui ſint rebel.in ver.Lonbardiæ.nu.1. 127
LOCATOR finito tempore poteſt domum alteri locare iure ciuili: ſecus iure cano.in ſcholare inquilino,quia alius ſcholaris non conducit ſine conſenſu primi,in trac.diffe.inter ius ca.& ci.nu.100. 82
Locus debet poni in inſtrumento,aliàs eſt nullum,niſi locus ſit manifeſtus,& notus,in conſi.7.nu.1.in 2.vol. 67
locus cuius erit,ſi plures concurrunt in vnum ad occupandum locũ, & qlibet p ſe vult occupare,in trac.de inſu.in ver.nullius.n.5. 167
locus non dicitur occupatus ex aliqua caualcata, ſeu currentia ſuper loco facta,ibi.nu.6.
locum occupans ob delictum habitantium,poteſt illorum bona auferre,& alteri dare,ibi.nu.11.
locus commiſſi maleficij ponendus eſt in denuntiatione, accuſatione, vel inquiſitione,in conſi.209.nu.1. 58
locus porrectæ accuſationis apparere debet,in conſi.228.nu.5. 61
locus religioſus iure ciuili efficitur ex eo,qđ mortuus infertur,iure cã. nõ,niſi Põtificis authoritate,in tract.diff.inter ius ca.& ci.n.180.184
locus & tempus,quando dicantur facere id, quod factum eſt realiter, & ſecundum ſubſtantiam,in q.8.nu. 4.& 16. 102
locus ſacer intermedius impedit ius alluuionis,in tract.de flum. in ver. noſtro,nu.5. 162
Lucem odit,qui malè agit.Bar,in q.ver.cor.do.inter Virg.Mar.& diabo.nu.3. 156
LVCRVM proueniens ex perſona filij dicitur aduentitium, in trac. ta.de duo fra.nu.2. 139
lucrum factum per filiumfamil. cum pecunia caſtrenſis, vel quaſi caſtrenſis peculij,tale lucrum quando ſit aduentitiuum,vel caſtrenſe, ibi.nu.13. 140
lucrum proueniens alteri fratri,vel ex ſucceſſione, vel propter ſtatutũ non communicatur.Bal in tract.de duo.fra.nu.27. 143

De Litera M.

MAGISTER pro diſcipulo, compater pro compatre quando teſtificentur.Nel.in tract.teſti.nu.35. 211
Magiſtrum percuſſiſſe diſcipulum cauſa diſciplinæ quomodo probetur,in conſi.104.nu.2. 31
Magnates,& viliſſimi excluduntur à regimine ad populum,in tract.de regi.ciui.nu.19. 187
MALEFACTORES rerum eccleſiæ coram eccleſiaſtico conueniũtur iure cano.ſed iure ciui,actor ſequitur forum rei,in tract.diffe.inter ius cano.& ciui.nu.134. 183
maleficium perſonale quale dicatur,in conſi.188.nu.2. 52
Quando ex diuerſis factis deſcendũt plura maleficia, vel ex vno facto plura crimina,ex vtroque in primo caſu punitur, in ſecundo eſt in electione actoris ex quo crimine,in q.15.nu.11. 108
maleficia fieri malum eſt propter aliorum exemplum.in conſt.qui ſint rebel in verb.tranſit.ibi.nu.1. 128
malæ fidei poſſeſſor,& errans in iure nullo tempore præſcribit,in conſi.119.nu.4. 36
Si mandatur alicui,& in eum plenum ius transfertur, geſtũ per ipſum nomine proprio valet in præiudicium mandantis,in q.5.nu.4. 93
In generali mandato non venit, quòd quis opponat exceptiones calũnioſas,in conſi.43.nu.4. 14
mandatum,& iuſſus ſuperioris,an excuſet accuſantem à pęna, in conſ. 14.nu.2.in 2.vol. 68
mandato in generali venit poteſtas diſpenſandi,in conſi.17.nu.3. in 2. volum. 69
mandans aliquib.quem reduci ad locum,ſi mandatarij eum occidunt, an teneatur de morte,in conſi.111.nu.1.in 2.vol. 88
mandato alieno qui accipit mutuum, ſi liberatus fuit à creditore, qui confeſſus fuit ſibi ſatisfactum per ipſum accipientem,poteſt contra mandantem agere actione mandati vigore dictæ liberationis, in cõ ſi.160.nu.1. 46
mandans homicidium fieri,an ſequuto homicidio in loco mãdati delicti poſſit per iudicem loci,in quo mandatum fuit factum, & delictum ſequutum,puniri,in tract.de iuriſd.nu.15. 175
mandatum generale ad paciſcendum, & renuntiandum debet intelligi,q donationem non contineat,& ideo procurator non poteſt renuntiare laudo,in conſ.6.nu.1 in 2.vol. 66
mandatum quilibet habens poteſt comparere ad defenſionem eorum, contra quos repreſaliæ poſtulantur,in trac.repreſa.in q. 4. princip. num.8. 148
MARITVS alit vxorem nullam dotem habentem, ſi ei operetur,vel per ea non ſteterit,in trac.de ali.nu.48. 155
mariti bona ſunt obligata vxori, quæ dedit fundum in dotem viro,à die dationis,non à die venditionis dicti fundi, & receptionis pretij, in conſi.124.nu.5. 37
maritus qui recepit pecuniam,& rem æſtimatam pro dote,tenetur reddere æſtimationem,in conſi.123.nu.4. 37
marito quibus caſibus ſuccedat vxor,in tracta.ſucceſ. ab inteſt. numero 24. 194

Marito

BIU Cujas

Marito iurè ciuili non permittitur vxorem verberare, clerico vxorato sic de iure cano.in trac.diffe.inter ius cano.& ciui.nu.94. 182
Maritus excluditur quinquennio ab accusatione adulterij,iure ca. non quòd ad separationem thori.ibi.nu.168. 184
Maritus iure ca. accusat vxorem adulteram, solùm ad separationem thori,ius ciuile hoc non habet.ibi.nu.176.
De Maria Virgine aduocata humano generi,vide pulchrè per Bart.in quæstio.ver.coram domino nostro Iesu Christo inter Virg. Mariã, & diabo.nu.2.cum plurib.seq. 156
MATER negligens petere tutorem filio,& curatorem ventri,an priuetur hæreditate,in consi.63.nu.5. 79
mater an ex tacita pupillari comprehensa in compendiosa excludatur per coniecturas,in consi.78.nu.1.in 2.vol. 83
matre exclusa à successione filij propter non petitum tutorem, quis succedat pupillo,in consi.97.nu.1.in 2.vol. 86
mater alit filium vsque ad triennium,& etiam post, si pater est inops,& ipsa diues.in trac.de alimen.nu.13. 154
mater, quæ ex forma statuti existentibus fratribus, vel filijs fratrum defuncti non succedit ab intestato,si est præterita à filio,& instituti extranei,non reddit testamentum nullum,in consi.205.nu.1. 56
mater si dotans filiam stipulatur sibi dotem restitui soluto matrimonio morte viri cum filijs,& sine filijs,an mortua filia cum filijs,debeat habere eandem dotem,vel cedat lucro viri, quia fuit iste casus omissus in stipulatione,in consi.237.nu.1. 63
mater si non declarat se velle habitare cum filijs, non consequitur legatum à substituto,in consi.49.nu.2.in 2.vol. 76
mater, quæ non petijt dari curatorem ventri posthumo nato, & posteà mortuo,non succedit,in consi.22.nu.5. 10
mater data tutrix in testamento filijs, si non fecit inuentarium,& administrationem sibi decerni non petijt, priuatur hæreditate, in consil. 215.nu.2. 59
mater si decedit superstitib.filijs, qui sunt hæres patris,& matris debitores in dotem,si dicti filij stant per annum,& non soluunt dotem succedentib.ab intestato,videntur hæreditatem adire,in q.10.n.15.104
mater prægnans,quæ non petijt curatorẽ ventri,& non succedat posthumo nato,& mortuo,in consi.30.nu.2. 12
mater,quæ non petijt filio tutorem,excluditur ab eius successione, in consi.23.nu.3. 10
mater testificatur pro filio de ætate, & an de impedimento matrimonij.in trac.ad repro.testi.nu.57. 206
mater, quæ fuit relicta tutrix in testamẽto, & si non petijt sibi decerni administrationem, & inuentarium non fecit: & decedente filio in pupillari ætate,amittat hæreditatem,in consi.18.nu.2. 8
mater transiens ad secunda vota, & non succedit filio pleno iure, sed reseruat filijs eiusdem matrimonij,in consi.54.nu.7. 17
mater in probanda ætate filij,quòd admittatur.in consi.92.nu.4. 27
matri imputatur, si non petijt tutorem filio pupillo, quando ipsa habet ius succedendi,& in illo est prima.Item si filius decedit intestatus,in quæstio.18.nu.4. 111
mater si non petijt tutorem pupillo habenti substitutum, an excusetur,ne priuetur hæreditate filij,ibi.nu.9.
matri an incumbat necessitas petendi tutorem filijs confestim, vel habeat annum,ibi.nu.10.
mater propter substitutionem pupillarem excluditur à successione filij,& etiam à legitima.ibi.nu.11.
matre exclusa à successione filij,propter non petitum tutorem, alij nõ intelliguntur exclusi.ibi.nu.13.
MATRIMOMIVM potest esse sine dote.in q.7.nu.2. 100
matrimonij futuri spes non debet dehonestari.in q.16.nu.5. 109
Iuuenis,qui puellam septem annorum duxit, quam attentauit cognoscere,& non potuit, iure ca. non poterit cum illius consobrina matrimonium contrahere:secus iure ciuili.in trac. differ.inter ius can. & ci.nu.110. 183
matrimonium non probatur per famam.in consi.113.nu.3. 34
matrimonium vbi non est,ibi non potest esse dos, in consi.44.num.1. in 2.vol.75.
matrimonium vbi non est, nec dos,pena apposita nullum sortitur effectum.ibi.nu.2.
Desponsata de facto,quæ non potuit consanguinitate impediente desponsari, non potest cum altero fratre matrimonium contrahere,iure ca.secus de iure ciui.in trac.diffe.inter ius ca.& ci.nu.109. 183
In causa matrimoniali,& in causis electionum, iure ciuili non peruenitur ad diffinitiuam absq; litis contesta.iure can. sic, in trac. differ. inter ius cano. & ciu.nu.35. 181
matrimonium inter pares simul habitantes iure ciuili præsumitur: sed iure ca.adulterium,ibi.nu. 55.
matrimonium inter seruos iure ciuili esse non potest,iure cano.sic.ibi. num.61.
matrimonium iure ciuili soluitur altero ex coniugibus volente monasterium intrare:secus iure can.ibi.nu.84. 182
matrimonium iure ciuili consensu sine verbis cõtrahi potest:iure can. non in valentibus loqui.ibi.nu.112. 183
medicis de agritudine testantibus, creditur. in trac.de percussionibus. num.9. 190
MEDIVM est,quod consistit inter inter duo extrema. in trac.de insula.in ver.& frequenter.nu.2. 168
Extremitates sunt principium,& finis.ibi.
mensuræ,& pondera,quibus vtimur, quædam sunt magnæ, & grossæ, & quædam minutæ,& paruæ,in consi.11.nu.1.in 2.vol. 68
mensura fundi indeterminatè ab omnib. cognosci potest.in trac. test. num.48. 196
mensuratio totius corporis in non consistentibus pondere, numero, vel mensura,difficilis est,& non fit nisi à peritis.ibi.nu.51.
mensura quantitatis milliarium,fit per longitudinem itineris, secundum quòd communiter continuatur.ibi.nu.55.
mensura super distantia,vel vicinitate fieri debet per directum,& quãdo per terram fieri non potest, fit per aerem cum chorda.ibi.
MENTECAPTI,alij stulti,alij fatui, & qualiter probentur.in tract. testim.nu.98. 199
MERCATOREM esse,officiũ est,non artificiũ. in trac.test.n.62.197
mercator dicitur,qui cum quadam perpetuitate mercatur,ibi.
mercatorem esse,qualiter probetur per testes.ibi.
mercator,qui per quinquennium dimisit cõsuetudinem mercãdi, non dicit mercator,& ex hoc probat,& desijt esse mercator,ibi.nu.53.
mercatorem,vel artificem prudentem,diligentemq; esse, qualiter probetur.ibi.nu.91. 198
merum imperium quando alicui competat.consi.42.nu.3.in 2.vol. 75
MILITIA non est dignitas,in consi.42.nu.6.in 2.vol. 75
MINOR an ex forma statuti,de compromissis faciendis in arbitratorem,de iure & de facto sit obligatus,in consi.39.nu.4. in 2.vol. 74
minor non potest accusare sine curatore,& tutore,in consi.90.nu.3.in 2.volum. 85
minor,& si non potest esse in iudicio,non prohibetur petere restitutionem in integrum,in consi.101.nu.3. 30
minor quòd renunciare non potest iuri introducto propter imbecillitatem,etiam cum iuramento,quando constitutio est prohibitiua,in consi.88.nu.3. 25
minor iure can.censetur maior in spiritualibus:secus iure ciui.in trac. differ.inter ius ca.& ci.nu.158. 183
minor in criminalibus non admittitur ad testificandum. in tractat. ad repro.testi.nu.6. 205
minor 25. annis non habens curatorem, & possit donare res mobiles non comprehensas in l.lex,quæ tutores,in consi.70.nu.1. 21
minor excusatur à dolo præsumpto.in trac.testi.nu.108. 220
MIRACVLVM dicitur,quasi admiratione plenum, & est id, cuius effectus est manifestus,& causa eius omnibus simpliciter occulta,in trac.testim.nu.57. 197
miraculorum tres gradus,& qualiter probentur.ibi.
miserabiles personæ,quæ dicantur.in tract.repres.in 2.q.prin.nu.6.147
miserabilis persona quæ dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.in tracta. de carcer.nu.29. 189
missus in possessionem, in actione reali ciuili statim possidet, iure can. non,nisi elapso anno.in trac.differ.inter ius ca.& ci.nu.142. 183
mobilium,& immobilium appellatione non veniunt nomina debitorum,in consi.87.nu.2.in 2.vol. 85
MODVS non suspendit dispositionem,& quid sit,in consi.4.nu.2. 4
modus appellatur,quando continet onus explicandum ab eo, ad quẽ refertur.in extrau.ad repri.in ver.ne ex eorum.nu.14. 117
modus probandi iustitiam denegatam.in trac.represa. in quæst.4.prin. nu.12. 148
MONACVS, & canonicus regularis non testificantur sine licentia superioris.in causa suæ ecclesiæ sic,Nel.in trac.de testi.nu.22. 211
monachus,canonicus regularis,& similes testificantur in causis suæ ecclesiæ.in trac.ad repro.test.nu.3. 205
monasteria quid habent facere, vt conseruent libertatem suam contra statuta laicorum contra ipsa disponentia, in consi.30. num.2.in 2. volum. 73
monasterium succedens monacho, tenetur alere patrem monachi. in trac.de alimen.nu.41. 155
monasterium si est exemptum cum suis possessionib. possessio quã præcariò,vel iniustè possidet, non est exempta,in consi.96.nu.1. 29
Datum,vel relictum monacho, vt monasterio suo nullum ius quæratur,an valeat.in q.12.nu.1.& 15. 105
Si donatur,vel relinquitur monacho,& & si Abbas petierit, vel aliqd ius sibi vendicauerit,& reuertatur ad concedentem,vel vadat ad tertium,an & quando valeat.ibi.nu.16. 106
monasterium non potest causam odij, vel ingratitudinis committere. ibi.nu.17.
monachus quomodo dicatur habere velle, & nolle cum licentia Abbatis.ibi.nu.20.
monarchia,id est gubernatio vnius Regis, est optimus modus regendi.in trac.de regi.ciui.nu.8. 136

BIU Cujas

Repertorium super Consil.

Monitio iudicis ad audiendum sententiam dicitur peremptoria.in extrauag.ad repri.in ver.in termino.nu.2. 126
Monitio,& protestatio,quæ fit extra iudicium, intelligitur peremptoria.ibi.nu.3.
montes regulariter sunt inculti,& magnæ magnitudinis.in trac. de flu. in versic.agro.nu.11.Colles verò mediocris altitudinis , & culti: & distinguitur mons à colle altitudine,vel æstimatione circumcolentium.ibi.nu.11. 162
mora iure ciuili non fit reipsa,sed interpellatione , sed iure can.in tarda solutione decimarum fit re ipsa.in trac. diffe.inter ius ca. & ciui. num.107. 182
mores ciuitatis qui dicantur.in trac.test.nu.81. 198
Habitus in moribus probatur per tempus trium annorum.ibi.
mortui pro suis sceleribus,si sint in morte contriti, traduntur sepulturæ.iure cano.sed iure ciuili non absque permissu Principis. in tract. diffe.inter ius ca.& ci.nu.74. 182
mortui iure ca.in ecclesia sepeliuntur, iure ciuili extra ciuitatem sepeliri debent. in tract.diffe.inter ius ca.& ciui.nu.181. 184
mortuum aliquem esse qualiter probetur.in trac.testim.nu.37. 195
mors alicuius fama probatur, & ex quibus causis progredi debet.ibid. num.38.
mors iuuenis luxoriosi,bellicosi,& vagabundi quomodo probetur.ibi.
mortuus,vt ex aspectu recognoscatur,exhibetur,ibi.nu.46. 196
mors in maximis causis per famam non probatur,ibi.nu.40.
mortuus ex vulnere quando quis præsumatur. in trac. de percus. numero 1. 189
mortuus post vulnus quando dicatur mortuus ex vulnere.ibi.nu.2.
MVLIERVM mores leuiter offenduntur.in q.ver.co.do.inter Virg. Mari.& diabo.nu.5. 156
mulier habens amplum patrimonium,& nubens, nulla dote constituta,an præsumatur omnia bona dedisse in dotem.in quæst. 7. num.1. & 15. 100
mulierum genus auariſſimum.ibi.nu.5.
mulier an excusetur prætextu ignorantiæ in damnis vitandis. in cons. 154.nu.2.& 4. 43
mulier in criminalibus non admittitur in testem , in ciuilibus sic,& in codicillis.Nel.in trac.de testi.nu.32. 211
mulieri inspicienti aliquam, & asserenti non esse cognitam , an credatur.ibi.
mulier honesta nõ carceratur pro debito ciuili,nisi renuntiauerit Velleiano,& omni alij iuri.in trac.de carce.nu.4. 188
mulier inhonesta etiam pro debito carceratur.ibi.
mulier adulterata non accusat de adulterio.in consi.175.nu.3. 50
mulier rapta accusat rapientem.ibi.
mulier ad testificandum non admittitur in criminalibus , in ciuilibus sic.in trac.de repro.testi.nu.5. 205
mulier iure ciuili in criminalibus testis esse potest , iure cano. non. in trac.diffe.inter ius,can.& ciui.nu.6. 180
mulier infra annum iure ciuili licitè non transit ad secunda vota , iure can.sic,ibid.nu.62. 181
mulier rapta raptori iure ciuili non , otest nubere,iure ca. sic. ibidem, num.97. 182
mulier iure ci.non accusat virum de adulterio , secus iure cano. ibid. num.165. 184
mulier quando admittatur ad officium postulationis.in q.ver. cor.do. inter Virg.Mar.& diabo.nu.5.& 6. 156
multitudo effrenata testium reprobatur.in trac. ad repro. test. numero 51. 206
multitudo effrenata dicitur numerus quadragenarius.ibi.
mutans sibi causam possessionis iure ca. tanquàm indignus priuatur suo beneficio,secus iure ciuili. in trac. differ.inter ius ca. & ci. numero 131. 183
mutus,& surdus qualiter dicantur,& probentur imprudentes. in tract. testimo.nu.97. 199
mutuum naturale , & ciuile quid sit, & qua actione possit agi. in consi. 20.nu.1.in 2.vol. 70

De Litera N.

NEFARII dicuntur nati ex linea descendenti. in trac. succ. ab intest.nu.10. 192
Quid sit probandum in probando aliquem negligentem. in consi.102.nu.1. 31
negans dicitur,qui negat factum,& etiam qui negat ius.in quæst.8.numero 2. 101
negatiua,cp litis contestatio non interceſſerit,probatur per ostensionẽ actorum.in consi.98.nu.3. 29
Asserens aliquod negatiuum,ad quod quis non est obligatus, debet id probare quando ex tali negatione delictum alicuius arguitur. in consi.137.nu.5. 39
negatiua qualiter possit per testes probari.Nel. in trac. testim. numero 211. 217
negatiua coarctata dicitur probari , quando quis refert se ad certum corpus,puta talis res non est lignum.in trac.testi.nu.35. 195
neglientia an dicatur ante monitionem. in consi. 98. numero 1. in 2. volum. 87
negatio præposita signo vniuersali facit æquipollere suo contradictorio.in const.qui sint rebel.in ver.nonnullos.nu.1. 127
negatio postposita æquipollet suo contrario.ibid.
negatio præposita,& postposita æquipollet subalternæ.ibi.
negatiua,quando est fundamentum intentionis alicuius,illa debet probari.in cons.94.nu.2. 28
NEPOTES instituti in certa re ab auo materno, computant sibi dotem matris in legitimam.in consi.190.nu.1. 53
nepos legitimus ex filio spurio , quòd possit ab auo hæres institui , & substitui sine detractione, vel diminutione. in consil. 118. numero 1.& 4. 35
nepos quando veniat appellatione filiorum.in cons.133.nu.1. 39
neptis non venit appellatione filiorum masculorum. in consil. 233. num.2. 93
NOBILIS, qui est assuetus equis,præsumitur,cp præualeat in militia equestri. in tract.test.nu.92. 198
nomine ciuium veniunt comitatenses, nisi ponerentur vt species separatæ.in cons.196.nu.6. 55
nomine filiorum in statuto,legitimi,& naturales veniunt. in cõs. 229. nu.1.& 3. 6
nomine filiorum, quando veniant naturales tantum.ibi.nu. 2.
nomine fratris carnalis in statuto non venit soror.ibi.nu.3.
nomine filiorum,quando veniat nepos.in cons.133.nu.1. 39
nomine filiorum masculorum non venit neptis.ibi.nu.2.
nomine bonorum mobilium,& immobilium quòd non veniant iura, & actiones.in consi.15.nu.2. 8
Appellatio filiorum simpliciter facta intelligitur de natis. in consi. 1. num.2. 3
nomine prouinciæ quid contineatur.in const.qui sint rebel.in versicu. Lombardiæ.nu.1.& 8. 127
nomina debitorum,an veniant appellatione bonorum mobilium , & immobilium.in cons.50.nu.1. 16
nomina debitorum possunt in dotem dari.in consi.132.nu.3.fol. 34.& in consi,145.nu.2. 41
nomina possessiua meum,tuũ , & suum,sunt significatiua præsentis tẽporis.in cons.116.nu.6. 34
Requisita ad hoc,vt nominatione facta per patrem in testamento de filio faciat ipsum legitimum.in q.11.nu.7. 104
NOMINATIO facta de filio in testamento per patrem, an faciat ipsum legitimum,vbi cp non,quando sunt alij filij legitimi. in q. 11. nu.2.5.6.& 11. 104
nominatio,& productio testium,quòd spectet ad partem.in quæst. 14. num.2. 107
NOTARIVS dicens aliquid factum in præsentia alicuius,includit etiam intelligentiam. in tract.test.nu.19. 194
notarius , & testes tenentur ad interesse partis , etiam ratione erroris. Nel.in tract.de testi.nu.162. 216
notario magis creditur,quàm testi dicenti aliter fuisse scriptũ , quàm deposuerit.ibi.nu.251. 218
notarius potest conficere instrumentum , quando est rogatus ab vna parte,si instrumentum est gratia vnius confectum.in consi.113.nu. 3.in 2.vol. 89
notarij duo possunt rogari de vno instrumento de consensu partium. ibi.nu.4.
notarius si dicat testes receptos super positionibus,& actis factis, quòd non sufficiat,vt dicatur super quibus articulis sint recepti. in tract. ad repro.testi.nu.75. 207
notariatus non est dignitas.in consi.77.nu.1. 23
notarius existens in possessione notariatus, & bonæ famæ,potest infamia non obstante gerere officium notariatus habens dignitatem. ibi.nu.4.
notarius non potest assumere signum alterius ,& si assumit prohiberi potest.in tract.de insig.& ar.nu.8. 152
notario delinquenti in officio non creditur.in consi.174.nu.5. 45
notarius,qui omisit ponere diem,vel annum,an possit postea illud addere,remittit,in consi.197.nu.2. 55
notarius quando in protocollo dicit lectum, & publicatum: præsumitur cp fuit rogatus.in consi.193.nu.3. 47
Si vnus fecit fieri falsam relationem notario , licèt non dicatur fecisse fieri falsum instrumentum , punitur tamen de falso. in consi. 199. num.2. 55
notarius errans in testamento in mala latinitate potest illam corrigere. in consilio 218.nu.1. 57
notarius,qui omisit ponere indictionem in instrumento , illam apponere potest.ibid.nu.2.

BIU Cujas

Notarius errans in appositione dici omittendo illam potest apponere, & instrumentum non vitiatur:& ei creditur in hoc.ibi nu.3.
Notarius,qui apposuit vnum diem pro alio in instrumento,non potest instrumentum corrigere,nisi doceat de errore.ibi.nu.4.
notarius,qui dixit se errasse in instrumento circa substantiam contractus,potest incontinenti se corrigere,& ex interuallo probato erro re ibi.nu.5.
nox in statutis, & in delictis videtur adijci potius causa aggrauandi.in q.17.nu.7. 110
numerando pecuniam alicui pro se recipienti, siue alteri eo præsente, & volente rectè dicitur fieri numeratio. in consi. 18. nume. 1.in 2. volum. 70
nuptiæ inter consobrinos iure ciuili contrahi possunt,iure ca. secus.in trac.diffe.inter ius ca.& ci.nu.85. 182
noualis terra,quæ de iure ciuili dicatur,& quæ de iure ca.in trac.diffe. inter ius cano.& ciui.nu.132. 183
In nuntiatione noui operis datur libellus, lis contestatur, & de causa plenè cognosci debet.in consi.80.nu.2. 24
nuntius non citat sine iudicis commissione. in tract.de citatio.numero 7. 160
nuntij relatio si in actis appareat, licet non de commissione, satis est. ibi.nu.13.
nuntio referenti se citasse creditur,nisi appareat contrarium. ibidem, nu.14.
nuntio asserenti se portasse literas citationis creditur, etiam si pars neget.in extra.ad repri.in ver.per literas.nu.3. 124
nuntiatio noui operis spernitur, quando euidenter constat nuntiantem calumniosè nuntiare.in consi.64.nu.2.
nuntiare,& contradicere idem est.ibi.nu.4.
Si nuntiatio fit ædificanti in publico, causa debet inseri in nuntiatione.ibi.nu.3.
nuntio non creditur,si dicit contra id, quod primo dixit,sicut nec etiã creditur testi.in consi.86.nu.1. 25
nuntius constituitur à iudice.in extrau.ad repri.in ver.per nuntium. num.1. 124
nuntius de iure ciuili debet eligi persona diues,& honesta.ibidem,numero 3.
nuntius iurat se facturum officium legaliter.ibi.nu.4. 124
nuntius si eligi debet à consilio,tunc constare debet de eius electione, non si à iudicibus eligitur.ibi.nu.5.
nuntius non citat sine iudicis commissione.ibi.nu. 6.& in tract.de citatione.nu.7. 166
nuntio citanti in Prouincia citatus credere debet: secus si citat extra prouinciam,quia non creditur sine literis.ibi.nu.7.
nuntio delegati citanti non creditur sine literis.ibi.nu.8.
nuntio referenti se citasse, & in dependentibus ab eius officio creditur.ibi.nu.10.nisi appareat contrarium.in tract. de citatione. numero 14. 160
nuntio superioris vtuntur arbiter,& iudex inferior.ibi.nu.9.
Infamis,& vilis potest hodiè esse nuntius.in extrau.ad repri.in ver. per nuntium.nu.2. 124

De Litera O.

OBLIGATIONES, quæ principaliter respiciunt vitam, cadunt in personam deportati, & in personam damnati in metallum.in q.1.nu.3. 90
Obligatio naturalis oritur ex testamento imperfecto, & minus solemni ex defectu solennitatis, in tracta. Minorica. c.3.nu. 3.& nu.8.lib.1. 131
Obligatio naturalis non oritur inter cohæredes ex testamento imperfecto.ibi.nu.10. 132
Obligatio vbi post mortem confertur, pactum de futura successione non valet.in consi.212.nu.1. 59
Obligatio duobus modis intelligi potest.in trac.mino.lib.2.in dis.7.c. 2.nu.38. 136
obligatio efficax in aduentitijs inter patrem,& filium cadit. Bal.in tra ta.de duo.fra.nu.4. 142
Quando vnum est in obligatione, & alterum in solutione, quorum vnum prohibetur de iure,alterum permittitur,spectatur euentus solutionis,vtrum valeat,vel ne.in consi.70.nu.4. 20
obligationis verba quando conferuntur in personam stipulantis, & verba solutionis in personã alterius, valet obligatio: vt si dico promittis mihi dare Titio,aliàs non.in consi.71.nu.1. 21
obligatio in iudicijs alteri per alterum quæritur.ibi.nu.2.
obligatio principalis,& accessoria si concurrunt in persona eiusdem, accessoria occultatur.in q.15.nu.16. 109
obligatio rem tradi dicitur indiuidua.in consi.195.nu.2. 54
obligationi de his,quæ ipsam respiciunt, nihil potest addi, vel detrahi. in tract.de alueo.in ver.quòd si.nu.23. 174
obligationi si additur,vel detrahitur, quantum ad exceptionem obligatio non mutatur,nec læditur.ibi.
obligationi respectu rerum,quæ sunt in obligatione, & ipsis rebus diuisionem recipientibus,potest addi,vel minui, & isto respectu dicitur obligatio pro parte perimi.ibid.
obligans omnia sua iura,q̃ videatur obligare officium iudicis sibi cõpetens ad taxationem expensarum.in consi.95.nu.1. 28
obligatus ad aliquid de iure naturali,licitè illud non retinet in foro cõscientiæ.in trac.mino.c.3.nu.2.lib.1. 131
obligatus stare in iudicio,& se defendere,intelligitur arbitrio boni viri.in consi.105.nu.2. 31
OBSCVRITAS imbreuiaturæ declaratur ex sequentibus, & præcedentib.& sic sumitur instrumentum.in consi.163.nu.2. 47
occidendi animus præsumitur,si quis insurgit cum cultello contra aliquem.in consi.15.nu.1.in 2.vol. 69
oculis,& aspectu dicitur quem recipere solutionem,licet corpore non tangat. in consi.16.nu.2.in 2.vol. 70
OFFERENS se liti iure ciuili condemnatur,ac si rem possideret,sed iure canonico non. in tract.diffe.inter ius ca.& ci.nu.38. 181
officialibus Imperatoris resistens circa officium eis commissum,quando sit rebellis:intellige de officialibus,qui principaliter sunt pro eo. in const.qui sunt rebel.in ver.rebellando.nu.2.& 4. 129
OFFICIALIS si decessit in officio, an hæredes eius habebunt integrum salarium.in consi.42.nu.1.in 2.vol. 75
officiali facienti aliquid vltra suum officium, legitimè resisti potest. ibi.& in const.qui sint rebel.in ver.rebellando.nu.2. 129
officialis,cui fuit aliquid concessum, quod ad ipsius officium non spectabat,& faciat actum, intelligitur illum facere authoritate concedentis,non propria.in q.5.nu.7. 98
officialis,qui fecit iniustitiã,de qua durante officio poterat conueniri, si conueniretur in loco proprio, debet ad locum officij remitti. in tract.represa.in q.6.prin.nu.2. 150
officio iudicis expediuntur ea,quæ desiderant cognitionem, & decreti interpositionem,& non delegantur iure ciuili: secus de iure ca. in trac.diffe.inter ius can.& ciui.nu.171. 184
officium iudicis datur habenti ius in aliqua dignitate,& est actio confessoria.in trac.de iurisd.nu.7. 174
officium executoris gratiæ Apostolicæ non expirat, etiam re integra morte cedentis.ibi.nu.20. 175
officium procuratoris conuentus quale sit.in trac.mino.lib.2.in 5.dis. cap.6.nu.47. 137
officium notarij non est dignitas, sed quoddam munus.in consi. 174. num.9. 49
officium iudicis quale esse debeat,quando testes variant, siue inter se, siue inter alios.in trac.ad repro.testi.nu.33. 206
officium habens,si gerit aliquid super re ad officium spectante,videtur illud contemplatione officij gerere.in q.5.nu.3. 97
officium iudicis q̃ impartiatur, si non petatur in his, in quibus habet manifestam scientiam:secus si prætendere potest probabilem ignorantiam.in q.14.nu.12. 108
officium iudicis in contingentibus post litem contestatam multum potest.ibi.nu.13.
officia duo repugnantia quis non potest gerere.in q.14.nu.3. 107
oleum dicitur fructus industrialis.in consi.125.nu.2. 37
opera seruorum dotalium sunt viri, & per vxorem solu. matr.non repetuntur.in consi.125.nu.3. 33
opi.Iacobi de Are.vt plurimum videtur de mente iuris.in trac. banni. nu.11.158.& in q.1.nu.21. 92
orbis caput est in meridiæ,pes in septentrione.in trac.de insula.in ver. quod si ex vno.nu.11. 169
ordinamentum secundo loco per priores factum, an tollat statutum per commune editum.in consi.32.nu.1.in 2.vol. 73
ordinario in iudicio potest iudex etiam ad partis petitionem repetere testes,vt declarent eorum dictum,non addant. in cons. 37. nu. 1.in 2.volum. 74
ordinarius causam trecentorum aureorum iure ciuili non delegat, nisi iusta causa,iure ca.sic,in tract.diffe.inter ius can.& ci.nu.174. 184
ordo impositus per statutũ in petendis represaliis ille seruatur, in trac. repres.in q.prin.4.nu.6. 148
ordo mentis attenditur magis,quàm ordo scripturæ in vltimis voluntatibus.in consi.244.nu.2. 65
De ordine iudicij vide plenissimè. 190
ordo sacerdotalis an liberet quem à patria potestate.in consi.61.numero 2. 19

De Litera P.

PACTVM factum de hæreditate viuentis non firmatur iuramento.in consi.8.nu.2. 5
Pactum,q̃ quandocunq; soluatur matrimonium, dos remaneat penes virum:non intelligitur, quando soluitur morte viri,aliàs non valeret.in consi.126.nu.1. 37

Ex

Repertorium super Consil.

Ex tali pacto hæredib.viri non causatur exceptio.ibi.nu.2.
Pactum vnius non nocet alteri, nec iuramentum,ibid.nu.4.
Pactum appositum in contractu emphyteusis,q̃ propter canonem nõ solutum res non reuertatur ad ecclesiam,sed liceat moram purgare per quinquennium,valet,in consi.161.nu.3. 46
Pactum nudum regulariter iure ciuili non producit actionem, sed iure ca.sic.quia datur condictio,in tract. diffe. inter ius ca.& ciui.numero 70. 182
pactum appositum in contractu,q̃ stetur simplici dicto partis,non valet,in consi.148.nu.4. 48
pactum dicitur personale duobus modis.q.2.nu.28. 95
pactum an valeat inter fratres diuidentes hæreditatem,quòd stantibus masculis descendentibus ex eis non succedant feminæ, in consi.72. num.1. 22
Item quòd per successionem feudorum non habent locum iura communia ciuilia.ibi.nu.2.
Et an, & quomodo derogatur per secundam conuentionem factã inter fratres per illam secundam.ibi.nu.3.
PAPA, vel procurator,vel syndicus Romanæ Ecclesiæ,Episcopus loci,vel ciuitatis,in qua est ecclesia, poterit adire hæreditatem, in qua ecclesia fratrum minorum fuit hæres instituta.in trac. mino.dist.4. ca.2.nu.24.lib.1. 133
papa citat quemlibet vbicunque existentem, & officialis Imperij, qui præest vni prouinciæ,potest homines existentes in qualibet prouincia Imperij citare, in extraua.ad repri.in ver.edictum.nu.10. 125
papa potest confirmare gesta per ipsum ante papatum,& facta per eum vt gubernatorem,vel rectorem alicuius prouinciæ,in consi.196.numero 2. 55
parentes iure ciuili non testificantur contra filios,iure ca.sic,in tracta. diffe.inter ius ca.& ci.nu.45. 181
pars superior,& inferior denominatur per caput,& pedes. in tract. de insula.in ver.quod si ex vno.nu.3. 168
per aduerbia localia sursum & deorsum.ibi.
per præpositiones suprà,& infrà,vel super & subtus.ibid.
paria sunt aliquid non esse ab initio,vel esse,& tolli per actum, qui retro fingatur non esse. in q.9.nu.3. 103
paria sunt aliquid exprimere rebus,& factis,& exprimere verbis.in qu. 11.nu.4. 104
paria sunt aliquid non esse,vel in obscuro esse.in q.14.nu.8. 107
partialitas Guelpha,vel Gebellina, quæ tendit ad propriam vtilitatẽ, & non ad bonum publicum,est illicita. in trac. de Guelph. & Gebel.nu.6. 185
partialitas Guelpha, vel Gebellina tendens principaliter ad bonum publicum,vt ciuitas rectè gubernetur est licita.ibi.nu.7.
partialitas,quæ vult deponere alium de regimine est illicita,si regimen erat bonum ,secus si tyrannicum,& malum.ibi.nu.8.
pastoribus asserentibus multa animalia in pascuis,& itineribus perempta,an sit credendum.in trac.testi.nu.33. 195
patres comederunt vuas acerbas, & dentes filiorum obstupescunt. in q.ver.cor.do.inter Virg.Mar.& diabo.nu.8. 157
pater si est stipulatus dotem sibi reddi filia decedente sine filijs, q̃ illa decedente cum filijs etiam est ei de iure reddenda talis dos,in consi.130.nu.1. 38
pater si in testamento mandat,si filij decesserint in pupillari ætate,vendi bona sua,& distribui inter pauperes, talis substitutio censetur directa pupillaris,in consi.3.nu.1. 3
pater qui tenetur pro delicto filij ex forma statuti, q̃ non tenetur filio condemnato per contumaciam,in consi.116.nu.1. 34
pater cogitur alimentare filium necessitate naturæ, filius patrem. in trac.de alim.nu.8. 154
pater an obligetur ad restitutionem bonorum filij, si per patrem tanquàm ministrum sunt quæsita filio,in consi.1.nu.5.in 2.vol. 65
pater ex causis, ex quibus potest filium exhæredare,ex illis potest ei denegare alimenta,in tract.de alimen.nu.11. 154
pater filium,& filius patrem tenetur alere,nisi alendus habeat artem, ex qua sustentari possit,ibi.nu.12.
pater non alens filium,quando tenetur.l.Cor.de sica.ibi.nu.14.
pater filium naturalem, etiam natum ex damnato coitu de iure cano. alere tenetur.ibi.nu.17.
pater an teneatur soluere condemnationem filij condemnati per contumaciam,stante statuto q̃ teneatur soluere condemnationem pro maleficio filij,& alio,q̃ contumax habeatur pro confesso.in 3.qu. nu.1.& 13. 95
pater,qui tenetur soluere cõdemnationem pro filio,an dicatur fideiussor iudicatum solui.ibi.nu.2.& 14.
pater potest incarcerare filium causa correctionis, etiam clericum, nec committit priuatum carcerem,nec incidit in canonem, si quis suadente.in trac.de carce.nu.22. 189
patri spurio non debetur vsusfructus bonorum eius filio legitimo relictorum in testamento,in quo ipse, & filius sunt instituti, in consi. 118.nu.2. 35
pater non soluendo canonem potest filium priuare iure emphyteutico,in consi.60.nu.4. 19
pater possidens dotem vxoris matris pupilli, videtur pro ipso pupillo possidere,in consi.129.nu.2. 38
pater si donet filio suo emancipato omnia bona sua præsentia, & futura reseruatis vsufructibus,& prouentib. inde venientibus, an liceat patri prædicto in vita sua disponere pro libito suæ voluntatis, & an valeat talis donatio,& hic concluditur quòd non valuit donatio,in consi.76.nu.1. 24
pater non soluendo canonem præiudicat filio in re emphyteutica, in consi.55.nu.3. 17
pater si dedit pecuniam filio in studio, quando filius teneatur illam imputare in eius patrem.in trac,de duo fra.nu.16. 140
